SACRAE
ROTAE ROMANAE
DECISIONVM
RECENTIORVM
PARS OCTAVA
NOVISSIMA

Maximè ab Anno MDCXXXVIII. vsque ad totum
Annum MDCXL.

Cum Appendice in fine earum Decisionum; quæ in ipsis Decisionibus allegantur in eisdem causis emanatarum, & non dum publici Iuris factarum.

A PAVLO RVBEO I. C. ROMANO
ET IN ROMANA CVRIA ADVOCATO

SELECTARVM, ET NVLLIBI IMPRESSARVM.

CVM ARGVMENTIS, SVMMARIIS, ET INDICIBVS LOCVPLETISSIMIS,

Cum Priuilegijs Pontificijs ad Annos XX. vbiq; Terrarum,







ROMÆ, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ. M. DC. LXXX.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.


Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sacri Palatij Apostolici.

I. de Angelis Archiepisc. Vrbinat. Vicesg.

Imprimatur,

Fr. Raymundus Capisuccus Sac. Pal. Apost. Mag. Ord. Præd.

SANCTISSIMO, ET BEATISSIMO PATRI, AC DOMINO NOSTRO ALEXANDRO SEPTIMO PONTIFICI OPTIMO MAXIMO.



PAVLVS RVBEVS ROMANVS FOELICITATEM.

NOVISSIMVS, mihique familiaris in euulgandis Sacræ Rotæ Romanæ Decisionibus, labor, quasi ad suum centrum, tuos, Pater Beatissime, se sistit ad pedes. Nam quicquid ad iustitiam. & æquitatem pertinet, sub fausto, fœlicique integritatis, ac mansuetudinis tuæ Numine, spirare, ac viuere gloriatur, Vtinam vota pro Christiani Orbis pace, ac tranquillitate, à Te dudum suscepta, & votis respondentes egregij conatus, suauissimo Iustitiæ, Pacisque osculo sospitet DEVS, qui ponit prodigia super Terram, auferens Bella vsque ad finem Terræ. Qui Principatum, virtutemque tuam in difficillima incidisse tempora

dolent,

dolent, ſciant Hydras, cœteraque diſſentionum monſtra, Herculeis charitatis, ac zeli tui facibus ceſſura; Nodumque Gordianum, maieſtate, ac ſapientia tua fœliciùs, quàm Alexandri ferro ſoluendum, Macedonum huic Magno non defuerunt Arma; quibus Orbem vinceret, ſed Orbis, qui vinceretur, Tibi Pontificum Maximo non Orbis, ſed vincenda ſunt Arma, quod pacatis, ideòque validioribus animi Tui conſilijs præſtare vnus potes, & facies; Fiat igitur Pax in virtute tua, vt puro Anagrammate in virtutis, & pietatis tuæ gloriam effari poſſimus.

ALEXANDER SEPTIMVS

EXPVLIT ARMA SEDENS.

INDEX CAVSARVM
IN QVIBVS FACTÆ SVNT DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ IN PRAESENTI VOLVMINE POSITAE
Alphabetica ſerie diſpoſitus.

Et primo per Diœceſes: Secundo per Materias: Tertio per ſingulos RR. PP. DD. Auditores.

A

B

Index Decisionum per Diœceses.

Index Decisionum per Diœceses.

Index Decisionum per Diœceses.

Roma-

Index Decisionum per Diœceses.

INDEX ARGVMENTORVM DECISIONVM SACRAE ROTAE ROMANAE,

Quæ in hac præsenti Parte Octaua Recentiorum continentur.

Vna cum Indice Causarum iuxta temporis seriem, prout in Volumine iacent.

R. P. D. PANZIROLO
postea S. R. E. Cardinali.
Romana Multiplici.
Veneris 29. Ianuarij 1638.

ARGVMENTVM I.

Error, quantumuis sit tàm maliguantis, ac peruersæ naturę, vt remoueat consensum in operante, itaque quæcumque operationes per errorem gestæ nullius penitus sunt roboris, attamen, quando quis aliquid disposuit, & asserit se errasse, tenetur ipse plenè, & concludenter errorem probare, & in tantum error annullat contractum, in quantum probatur, quod si contrahens illum sciuisset, non contraxisset. Primogenitura, quando est facta ad conseruationem familię, censentur exclusæ fœminæ. Fideicommissum, quod non adsit in aliqua familia, ex quibus non dicatur doctum.

R. P. D. CARILLO
Postea Præside Vallisoletano.
Vlixbonen. nullitatis professionis.
Veneris 29. Ianuarij 1638.

ARGVMENTVM II.

Remissoria in causa prophana, qualis iudicatur causa professionis, conceditur sine fumo, vbi materia est releuans, cuius occasione aliquantulum discurritur de professione meticulosa, quando, & ex quibus dicatur ratificata.

R. P. D. VEROSPIO,
Postea S. R. E. Cardinali.
Maceraten. Census.
Lunæ 1. Februarij 1638.

ARGVMENTVM III.

Diluuntur nonnullæ exceptiones oppositæ contra mandatum procuræ, tam aduersus validitatem illius, quàm iustitiam, & præsertim circa legitimationem personæ ipsius procuratoris. Statutum si deneget executionem instrumento post aliquod tempus, qualiter veniat intelligendum. Præscriptio in debito conditionali, quando intrare dicatur. Et aliqua adducuntur circa statutum Vrbis lib. 1. cap. 158. de præscript. ac nonnulla etiam habes circa instrumenta desumpta ex Archiuio, & alia circa validitatem contractus mulierum.

REVERENDISS. DVNOZETTO DEC.
Bononien. Iuris macinandi.
Lunæ 1. Februarij 1638.

ARGVMENTVM IV.

Statutum Bononiæ, quod Pistores non possint molere in molendinis extrà Ciuitatem, confirmatum auctoritate Apostolica, possit ne præiudicare habentibus molendina extra Ciuitatem. Vbi de literis Apostolicis emanatis in præiudicium tertij. De extensione facienda in materia exorbitanti, & de alijs.

R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarraconen.
Vicen. Camerariæ.
Lunæ 1. Februarij 1638.

ARGVMENTVM V.

Sententia, non redditur ex eo nulla, quia Breuia aliqua Apostolica lite pendente fuerint obtenta, quoniam illa non possunt exequi, cum eo casu executio esset attentata, & quatenus id intelligatur. Reseruationes, quando dicantur claræ, ita vt compræhensiuæ dicantur omnium temporum, & aliqua habes circa dictiones generales in Breuibus appositas.

REVERENDISS. PIROVANO DECANO.
Romana, seu Cesenaten. hæreditatis.
Lunæ 1. Februarij 1638.

ARGVMENTVM VI.

Reintegratio ad possessionem conceditur debitori aduersus creditorem de suo credito satisfactum, quæ satisfactio quomodo probetur.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO
Postea S. R. E. Cardinali.
Gallien. Hæreditatis.
Lunæ 1. Februarij 1638.

ARGVMENTVM VII.

Procurator constitutus ad adeundum hæreditatem, cum facultate transigendi non potest illi renunciare, vbi varia de materia huiusmodi facultatis, an scilicet referatur ad omnia contenta in mandato, vel tantum ad capitulum immediatè præcedens de impugnante transactionem, an teneatur ad restitutionem eius quod accepit, de Ecclesia transigente, seu renunciante sine solemnitatibus, & an cessio, seu renunciatio hæreditatis im-

importet necessario illius antecedens acquisitionem.

REVERENDISS. COCCINO DECANO.
Virdunen. Monasterij.
Lunæ 8. Februarij 1638.
ARGVMENTVM VIII.
Gratia emanata, motu proprio, quantumuis nulla indigeat iustificatione, cum tunc cesset in ea vitium subreptionis, tamen talis gratia non supplet defectum intentionis in Papa nolente alicui præiudicare. In priuilegiorum extensione non admittitur similitudo, Priuilegiorum communicatio, quid operetur.

REVERENDISS. COCCINO DECANO.
Cæsaraugustana distributionum.
Lunæ 8. Februarij 1638.
ARGVMENTVM IX.
Possessor, quando fuit in mala fide vsque à quo tempore veniat condemnandus ad restitutionem fructuum. Ecclesia cum non possit perdere ciuilem possessionem, ideoque si fuerit spoliata de bonis suis, ei, siue eius Rectori competit interdictum Vnde vi. Fructus, dum petuntur, vti sors, qualiter tunc fiat condemnatio in eis.

REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO
Mediolanen. Canonicatus.
Lunæ 8. Februarij 1638.
ARGVMENTVM X.
Regula Cancellariæ mensium reseruatoria derogat expresse consuetudini optandi, quamuis beneficium fuerit collatum ab Episcopo Cardinali vigore indulti conferendi beneficia reseruata,

REVERENDISS. PIROVANO DECANO.
Gerundien. Plumborum.
Veneris 26. Februarij 1638.
ARGVMENTVM XI.
Capitulo, & Prælato regulariter competit ius conferendi beneficia in Ecclesijs Collegiatis, sicuti etiam regulare est, quod prouisi de similibus beneficijs, possunt capere eorum possessionem propria authoritate absque noua superioris licentia; Et declaratur constitutio Synodalis Ecclesiæ S. Felicis Ciuitatis Gerunden. disponens sub pœna excommunicationis, omnibus, qui excepta Sedis Apostolicæ, superiorumque Iudicum authoritate, possessionem quorumcumque beneficiorum absque Curiæ Ordinariæ litteris acceperint &c.

R. P. D. CARILLO.
Romana, seu Tudertina Educationis.
Lunæ 1. Martij 1638.
ARGVMENTVM XII.
Iudex appellationis super quo debeat pronunciare, & quid si fuerit commissa causa, cum clausula, quam, & quas. Et plura deducuntur vbinam pupilli, & penes quem debeant educari, & quid si Testator ordinauerit, quod debeant educari penes substitutos, & quid in hoc prudens Iudex vigili oculo animaduertere debeat, & veritas est, quod lex magis in hoc confidit de matre, quam de quolibet alio consanguineo. Testes septem requiruntur, quando agitur de probanda noua voluntate testatoris, & alia circa hanc materiam.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Viterbien. Mercium.
Lunæ 1. Martij 1638.
ARGVMENTVM XIII.
Arbitrium emanatum à Signatura Gratiæ, circa sanationem nonnullarum nullitatum, in progressu remissoriali emanato, ad hoc, vt Rota illud interponat, quidnam requiratur, & referuntur aliquæ nullitates, quæ contra processum opponebantur, & multò magis in casu præsentis decisionis dicitur illud intrare, cum agatur inter mercatores, ex quo inter eos proceditur de bono, & æquo, & sola facti veritate inspecta.

R. P. D. VEROSPIO
Postea S. R. E. Cardinali.
Narnien. Fideicommissi.
Lunæ 1. Martij 1638.
ARGVMENTVM XIV.
Cippo domus, & agnatione ad fideicommissum vocatis in casum obitus descendentium Testatoris sine filijs veniant ne omnes qui sunt de familia, vel ad solos descendentes dicatur fideicommissum restrictum plenè in decisione discurritur, & declaratur.

R. P. D. CARILLO.
Elboren. iuris conferendi.
Lunæ 1. Martij 1638.
ARGVMENTVM XV.
Ius conferendi beneficia existentia in Ecclesia donata spectat ad Ordinarium, non ad donatarium, quando non probatur beneficia ad donatorem spectasse: Concordia facta per Episcopum de beneficijs conferendis non præiudicat successoribus.

R. P. D. PANZIROLO.
Postea S. R. E. Cardinali.
Bononien. Dotis.
Veneris 5. Martij 1638.
ARGVMENTVM XVI.
Declaratur Statutum Centi lib. 3. rubric. 15. disponentis, conformando se dispositioni Iuris Communis, quod dos constituta primo viro, censeatur quoque secundo viro promissa nisi aliter inter ipsum secundum virum, vel vlteriorem, & vxorem fuerit conuentum tempore contractus matrimonij, & perpenduntur verba ipsius Statuti. Et in dubio statutum potius debet recipere interpretationem ab alio statuto, quàm à iure communi. Et plura deducuntur circa confessionem mulieris, ab ea emanatæ, post tempus ab ipso statuto præfixum, & præsertim circa confessionem factam ab eadem post matrimonium.

REVERENDISS. PIROVANO DECANO
Meleuitana Antianitatis.
Lunæ 1. Martij 1638.
ARGVMENTVM XVII.
Mandatum procuræ ad sustinendam sententiam ex quibus probetur, litteræ Apostolicæ habent executionem paratam iustificatis narratis. Renunciatio, quando censeatur facta per metum. Metus iustus qualis dicatur, & ex quibus coniecturis probetur.

RE-

Emphyteotica apponere lapides aliaque signa ad probationem sui dominij, quod in hac materia etiam coniecturis probatur: sententia nulla in iudicatum transacta non potest amplius prætextu nullitatis impugnari.

R. P. D. PANZIROLO
Postea S. R. E. Cardinali.
Romana fideicommissi de Incoronatis.
Veneris 19. *Maij* 1638.

ARGVMENTVM XLI.

Fideicommissum absolutum, perpetuum, & successiuum dicitur constitutum si testator vocauit descendentes ordine successiuo gradatim, & in perpetuum maximè concurrentibus coniecturis quarum plures enucleantur, vt patet ex summario.

R. P. D. VEROSPIO
Postea S. R. E. Cardinali.
Callien. Hæreditatis.
Veneris 21. *Maij* 1638.

ARGVMENTVM XLII.

Hæres non impeditur adire hæreditatem ex dubio validitatis testamenti si constat de certa voluntate adeuntis: Nam facti dubietas non iuris est apta impedire aditionem hæreditatis. Ecclesia declarando aliquid ex quo possit lædi debet adhibere solemnitates; Nec sine istis potest restituere ea quæ ex transactione recepit, quando transactionem impugnat.

REVERENDISS. COCCINO DECANO
Toletana Iurispatronatus.
Veneris 21. *Maij* 1638.

ARGVMENTVM XLIII.

Monasterium debet seruare conditiones donationis, vel bona restituere, etiam si conditiones essent in secundo instrumento appositæ dummodo in primo reseruatæ fuerunt.

REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO
Burgen. Beneficiorum.
Veneris 21. *Maij* 1638.

ARGVMENTVM XLIV.

Subrogato in ius, & possessionem duorum datur immissio ad beneficium probato Clericatu, reseruatione, & possessione defuncti siue ambo ius, & possessionem habuissent; siue alter tantum, siue alter ius, alter possessionem habuisset. Reseruatio beneficij resultat ex vacatione, apud Sedem Apostolicam, item ex vacatione in mense Octobris, & Sede Episcopali Vacante.

REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO
Mutinen. Emphyteusis.
Veneris 28. *Maij* 1638.

ARGVMENTVM XLV.

Ecclesia, quæ per generationem finitam, potest si veluti emphyteusim pro se retinere, si tamen alium inuestire vult, tenetur proximiores vltimi emphyteutæ præferre, nec potest postquam extraneum inuestiuit declarare velle pro se retinere: Pactum quod finita linea, emphyteusis cum melioramentis reuertatur ad Dominum, non impedit ius petendi renouationem, nisi illi fuerit renunciatum, & de varijs formulis huiusmodi pacti.

REVERENDISS. PIROVANO DECANO.
Romana Transactionis.
Veneris 28. *Maij* 1638.

ARGVMENTVM XLVI.

Cessio facta verbis amplissimis; & prægnantibus omnia iura, nihil penitùs excluso abdicat a cedente, & in cessionarium transfert, ita quod licèt alias actiones directè semper apud cedentem remaneant, nihilominus isto casu omnes transeunt in cessionarium, quod procedit etiam vbi in cessione additur titulus donationis, vel positio in locum cedentis.

R. P. D. CARILLO
Postea Præside Vallisoletano.
Corduben. Decimarum de Lucena.
Veneris 28. *Maij* 1638.

ARGVMENTVM XLVII.

Traditur materia exemptionis à solutione decimarum quam vigore priuilegiorum Summorum Pontificum habent Patres Societatis Iesu, vt scilicet ad illarum solutionem non teneantur aduersus quascumque personas etiam priuilegiatissimas, & etiam aduersus prætendentes habere quasi possessionem decimandi ex immemorabili cum fama priuilegij. Prouincialis Societatis Iesu non potest renunciare priuilegijs societatis competentibus sine licentia Generalis.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Vrbeuetana Census.
Veneris 28. *Maij* 1638.

ARGVMENTVM XLVIII.

In hac decisione late declaratur quando census impositus per Cōmunitatem sine Beneplacito Apostolico, & sic nullus respectu Communitatis, substineri possit, quoad personas in illo principaliter obligatas, saltem respectu damnorum, & interesse sequendo decisiones in hac causa factas coram Vbaldo, & Dunozetto.

R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarraconen.
Illerden. Priorissæ.
Lunæ 31. *Maij* 1638.

ARGVMENTVM XLIX.

Absolutio à censuris incursis ob non paritionem mandati Rotalis, & ob recursum ad Officiales Regios conceditur stante paritione, & obedientia purgando contumaciam, & si absolutio petita fuerit per procuratorem specialiter deputatum.

REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO
Romana fideicommissi de Rodianis.
Lunę 31. *Maij* 1638.

ARGVMENTVM L.

Vocatio filiorum, aut descendentium in conditione positorum porrigitur ęquè ad masculos, ac fœminas etiam statuto Vrbis attento, quod pariter in transuersalibus sibi locum vindicat.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Meleuitana Hæreditatis.
Lunæ 31. *Maij* 1638.

ARGVMENTVM LI.

Facultas testandi concessa Equiti Hierosolymitano compræhendit siuè bona patrimonialia, siue ex commendis quæsita: Camera cum habeat sextam partem bonorum in quibus Papa facultatem testandi concedit; & ideo illi non præiudicatur si talis facultas infra tres menses non fuerit registrata, quod tamen non procedit in concessione facta Equiti Hierosolymitano, & quare.

b 2 R.P.D.

Index Argumentorum.

R. P. D. PANZIROLO
Postea S. R. E. Cardinali.
Verulana Fideicommissi.
Lunæ 31. Maij 1638.

ARGVMENTVM LII.

Planta coram Iudice, & in faciem loci confecta à peritis concorditer electis plenum facit probationis gradum. Quod bona per filium fideicommisso grauatum alienata superent, vel saltim æquent detractiones probare tenetur fideicommissarius agens contra tertium pro illorum recuperatione.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Veliterna Iurispatronatus.
Mercurij 2. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LIII.

Attentata non dicuntur commissa vbi extraiudicialiter proceditur. Et quando ita procedi dicatur: Nullitas citationis non bene executa ex quibus resultet. Processus quando dicatur iudicialis.

REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO.
Auximana Fideicommissi.
Mercurij 2. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LIV.

Plures in hac decisione enumerantur coniecturæ pro vocatione filiorum in conditione positorum, nedum ad portionem Patris, sed Patrui, vel alterius cohæredis, & maximè illa quæ deducitur ex reciproca; Cuius occasione plenè discutitur, quod ad inducendam reciprocam non semper requiruntur illa tria requisita à DD. assignata, sed sufficiunt etiam in hoc casu coniecturæ, quarum multæ adducuntur.

REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO.
Auximana Alimentorum.
Lunæ 7. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LV.

Alimenta qui se alicui præstare obligauit, aliaque ad victum necessaria subministrare, tenetur etiam si alimentandus esset diues, & haberet aliundè.

R. P. D. ROIAS.
Postea Episcopo Tarraconen.
Mediolanen. Domorum.
Lunæ 7. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LVI.

Beneficiati, cæterique Officiales cùm neque Capitulum repræsentent, neque pars illius esse dicantur, aut vocem aliquam habeant in Capitulo non possunt prætendere ius optandi, quod solis Cathedralibus, seu Collegiatis conceditur, vel ratione vocis quàm Canonici habent in Capitulo, vel ratione Canoniç, aut præbendæ. Literæ Apostolicæ emanatæ sub narratiua minus vera nullius sunt roboris, quamuis in forma communi fuerint confirmatæ.

R. P. D. VEROSPIO
Postea S. R. E. Cardinali.
Viterbien. Census.
Lunæ 7. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LVII.

Agitur in hac decisione an obligatio de vnius persona in aliam possit probari per epistolam: Secundo quod Epistola vt obliget requiritur illam à scribente fuisse transmissam, & ab eo cui scribitur acceptatam, ac demum quod exceptio nullitatis examinis ex defectu citationis sanatur per comparationem, & dationem interrogatoriorum. Alia verò quæ horum occasione dicuntur videas ex summario.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Meleuitana Habitus.
Mercurij 9. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LVIII.

Filiatio legitima, & nobilitas quomodo probetur ad effectum consequendi habitum Religionis Hierosolymitanæ.

R. P. D. PANZIROLO
Postea S. R. E. Cardinali.
Anconitana Laudi.
Lunæ 14. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LIX.

Laudum promulgatum à duobus ex tribus Arbitris tertio neque interueniente, neque citato, dicitur nullum, quamuis ille ab aliorum sententia semper dissenserit. Sententia lata extra diem in qua cadebat citatio possit ne substineri stante partis contumacia. Compromissum factum super vna re an extendatur ad aliam saltim connexam, & quæ talis dicatur in hac materia; & an procurator constitutus ad compromittendum possit compromissum prorogare.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Calaritana Primatus.
Lunæ 14. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LX.

Pulcherrima est decisio plura discurrens de materia Martyrologij, cum quæretur an SS. Gabinus, & Crispulus Martyres in Sardinia fuissent simul Episcopi, vel Martyres tantum; tractatur etiam materia probationis per famam quod scilicet non admittatur vbi obstat inuerisimilitudo, & præsumptio calumniæ: Maximè contra traditiones Sanctorum Patrum, & Doctorum, qui de ea scripserunt.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Romana hæreditatis de Cribellis.
Veneris 18. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LXI.

Arbitrium non intrat pro sanatione testamenti rogati à Notario non descripto in matricula, seu Archiuio: Et quando testamentum à tali Notario rogatum sit nullum. Notarij Capitolini non indigent descriptione in matricula.

R. P. D. CARILLO
Postea Præside Vallisoletano.
Signina Saluiani.
Veneris 18. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LXII.

Mulier quæ in dotem assignauit bona inæstimata, cum agitur pro illorum recuperatione non potest contra omnia bona mariti agere, sed tantùm ad bona quæ dedit in dotem, nisi illa viri culpa fuissent alienata.

R. P. D. PANZIROLO
Postea S. R. E. Cardinali.
Romana domus ad Transtyberim.
Veneris 18. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LXIII.

Materia simulationis latè in hac decisione deducitur,

tur, & declaratur, quod scilicet probetur coniecturis, & præsumptionibus, quarum multæ adducuntur, & explicantur, maximè probata præcedenti causa simulandi, & hoc etiam quod contractus fuerit duplici promissorio, nempe & assertorio iuramento vallato, quod scilicet omnia & singula sint vera.

R. P. D. PANZIROLO.
Postea S. R. E. Cardinali.
Romana pecuniaria de Ghezzijs.
Veneris 18. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LXIV.

Mater Tutrix an possit obligare pupillos ad solutionem debiti hæreditarij in forma Cameræ, & insolidum, & antequam habuerit confirmationem à Iudice, & an talis obligatio dicatur minoribus præiudicialibis. Contrahens cum Tutore, illum esse talem probare debet. Minor restituitur aduersus omissum inuentarium, & quando.

REVERENDISS. PIROVANO DECANO.
Bononien. Fideicommissi.
Veneris 18. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LXV.

In primogenituris vbi non adest alia ratio conseruandæ agnationis compræhenduntur etiam fœminæ. Qualitas masculinitatis expressa in primo gradu primogenituræ, non censetur repetita in sequentibus, licet illa per modum regulæ fuisset à Testatore ordinata, modo tamen neque in principio, neque in fine testamenti illam expresserit, sed eam ad casum particulare restrinxerit.

REVERENDISS. COCCINO DECANO.
Romana redditionis rationis.
Veneris 18. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LXVI.

Agitur in hac decisione summatim materia fratris soluentis debita hæreditaria Patris, quando ab alio fratre ratam sibi tangentem possit repetere.

R. P. D. CARILLO.
Postea Præside Vallisoletano.
Rheginen. Communiæ.
Lunæ 21. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LXVII.

Sententia nulla etiam quod esset iusta reuocari debet: Iniusta dicitur sententia quæ non iustificatur ex actis. Citatio respicit defensionem, ideo non potest omitti, possessionem probare non sufficit, vbi non sola possessio, sed qualitas possessionis controuertitur.

R. P. D. PANZIROLO.
Postea S. R. E. Cardinali.
Tudertina Societatis.
Lunæ 21. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LXVIII.

Communio alicuius negotij inter fratres excluditur ex propria confessione alterius fratris, maximè si est verisimilis, & adminiculata. Negotium cantans sub nomine vnius fratris tantum cuius etiam nomine cantat librorum intitulatio, ac solutio debitorum negotij, indicant illud non esse commune. Fratres simul inhabitantes, & sine diuisione bonorum paternorum viuentes non ex hoc dicuntur communicasse bona propria, & alia in hac materia.

R. P. D. PEVTINGERO.
Soanen. Castrorum.
Veneris 26. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LXIX.

Firmatur in hac decisione quod Castra eorumque iurisdictiones de quorum inuestitura non constat, nec de recognitione, aut aliqua descriptione docetur, sint allodialia, non fæudalia, maximè concurrente obseruantia possessionis eorumdem tanquam allodialium.

R. P. D. CARILLO.
Postea Præside Vallisoletano.
Lucana Iurispatronatus.
Veneris 25. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LXX.

Præsentatus ad Beneficium de iure patronatus à maiori parte Patronorum præfertur præsentato à minori: Et in omnem casum si vterque haberet voces æquales, ille instituitur, & debet institutus præferri qui habet prouisionem Apostolicam cum derogatione dimidiæ vocum. Præsentatus cum pacto consentiendi pensioni ad fauorem Patroni saluo Beneplacito, eo sequuto efficitur validissimè præsentatus.

R. P. D. GHISILERIO.
Postea Episcopo Terracinen.
Vicen. Canonicatuum.
Veneris 25. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LXXI.

Prouisio facta de beneficijs per suppressionem extinctis, & alteri beneficio vnitis nō est valida absq; ipsorum beneficiorum resurrectione, & noua entis creatione, quod procedit in vnione perpetua tituli extinctiua secus in temporali, quia in ipsa quando dissoluitur, beneficium non est nouum, sed idem quod prius erat.

R. P. D. VEROSPIO
Postea S. R. E. Cardinali.
Romana Pecuniaria.
Veneris 25. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LXXII.

Satisfactio creditoris probatur quoties ille computatis pecunijs receptis dixit sibi esse soluendam certam summam, qua soluta consensit cassationi instrumenti. Scriptura priuata ad sui validitatem requirit adnotationem temporis, & partium subscriptionem, modo agatur de anterioritate consequenda, & de præiudicio ambarum partium, secus vero si vnius tantum interesse respiceret, & nudum factum probari prætenderetur.

R. P. D. ROIAS.
Postea Episcopo Tarraconen.
Mutinen. Bonorum.
Lunæ 28. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LXXIII.

Bona Ecclesiæ à Rectore beneficij in emphiteusim concessa alicui ex suis consanguineis an dicantur solita locari, itaut successor beneficij teneatur stare dictæ concessioni, vel ea finita nouam facere inuestituram. Alienatio bonorum Ecclesiæ exposcit requisita necessaria, & aliter facta non tenet Beneplacitum Apostolicum, quod primum obtinet locum in alienatione bonorum Ecclesiæ quomodo præsumatur.

RE-

REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO
Romana Fideicommissi de Romaulis.
Lunæ 28. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LXXIV.

Trebellianica satis dicitur prohibita si Testator ordinauit, quod omnia bona integre restituantur, filius simpliciter agnoscens testamentum Patris eum in sola legitima instituentis, si nolit Paternæ dispositioni consentire, acquieuisse dicitur, & sibi præiudicat.

R. P. D. HIERONIMO VEROSPIO.
Postea S. R. E. Cardinali.
Romana pensionis.
Lunæ 28. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LXXV.

Agitur de materia reseruationis pensionis cum clausula dummodo remaneant centum pro Rectore, & dicitur in illius congruam imputari omnes fructus quos Rector habet ratione suæ rectoriæ.

R. P. D. CARILLO
Postea Præside Vallisoletano.
Corduben. Decimarum de Lucena.
Lunæ 5. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LXXVI.

Quoties materia articulata est irreleuans, & calumniæ suspicio concurrit semper denegatur Remissoria: maximè si in vltimis petatur audientijs vbi antea per longum tempus, quo causa durauit nunquam fuit petita. Nonnulla etiam de materia decimarum quas laici prætendunt possidere discutiuntur.

REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO
Toletana Augmenti Seruitij.
Lunæ 5. Iunij 1638.

ARGVMENTVM LXXVII.

Ecclesiam habere quasi possessionem parochialitatis quomodo probetur, & an sufficiat probatio aliquorum actuum vt suffragetur in omnibus iuribus Parochialibus.

R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarraconen.
Placentina admissionis ad habitum.
Lunæ 5. Iulij 1638.

ARGVMENTVM LXXVIII.

Materia nobilitatis in hac decisione plenè, ac doctè exaratur ad statutum Religionis Hierosolymitanæ tom. 2. cap. 14. denegans habitum illis quorum Pater proprijs manibus artem vilem, & mecanicam exercuerit. Testes de centenaria deponentes, quomodo deponere debeant. Ars agraria per aliquem proprijs manibus exercita illius non detrahit nobilitati.

REVERENDISS. COCCINO DECANO
Sipontina Pensionis.
Lunæ 5. Iulij 1638.

ARGVMENTVM LXXIX.

Remissoria stante irreleuantia articulorum non conceditur. Notarius quando in instrumento possit apponere diem quam dereliquit. Valor beneficij narratus per assensum debet concludenter probari. Annus dilationis à Papa concessus incipit currere à die datæ litterarum.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO
Postea S. R. E. Cardinali.
Tarentina Vigesimę.

ARGVMENTVM LXXX.

Remissoria in causa prophana etiam sine fumo conceditur stante releuantia articulorum, & quando scriptura non est necessaria ad validitatem actus probandi: nec denegatur per solam præsumptionem calumniæ.

REVERENDISS. PIROVANO DECANO
Romana Census.
Lunæ 5. Iulij 1638.

ARGVMENTVM LXXXI.

Obligatio minoris nulla valida redditur per ratificationem actus factam tempore quo minor effectus sit maior concurrente scientia nullitatis obligationis; & ex quibus resultet ratificatio.

R. P. D. CARILLO.
Postea Præside Vallisoletano.
Romana Domus.
Veneris 12. Nouembris 1638.

ARGVMENTVM LXXXII.

Caducato testamento per prædecessum hæredis antè testatorem, illud vires assumere non potest ex subsequenti gradu substitutionis vulgaris, si testator eam restrinxit ad solum vsumfructum rei particularis etiamsi nullum alium cohæredem substitutum adiunxerit. Vsusfructus non autem proprietas censetur relictus si testator dixit quod legatarius non debeat super re legata molestari. Testator si proximiores instituit, & remotiores exclusit non propter odium, sed causa proximiorum remotiores dicitur exclusisse.

REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO
Burgen. Beneficiorum.
Lunæ 15. Nouembris 1638.

ARGVMENTVM LXXXIII.

Gratiosę subrogationis materia doctissimè enucleatur ad inuestigandum an in duorum locum subrogatus possessionem ex persona vnius, ius verò ex persona alterius, vel totum ius, & possessionem ab vno tantum desumere valeat. Possessio beneficij capta nomine Cameræ ipsi prouiso, non autem Commissario, qui nudum tantum ministerium habet, suffragatur.

R. P. D. CARILLO.
Postea Præside Vallisoletano.
Brixien. seu nullius Iurisdictionis.
Veneris 19. Nouembris 1638.

ARGVMENTVM LXXXIV.

In causis prophanis; qualis etiam iudicatur causa iurisdictionis, cum non agatur de titulo beneficij Remissoria conceditur sine fumo data releuantia etiam vnius tantum articuli.

R. P. D. PANZIROLO.
Postea S. R. E. Cardinali.
Spoletana Decimarum de Meuania.
Mercurij 24. Nouembris 1638.

ARGVMENTVM LXXXV.

Parochiali suppressa, & à Pontifice in Collegiatam erecta cum assignatione Priori, & Canonicis facta omnium, & singulorum bonorum fructuum reddituum, &c. quæ ad Ecclesiam vti parochialem spectabant, non potest Prior prætendere sibi deberi non nulla emolumenta prouenientia ratione fontis Baptismatis non solum à proprijs parochianis, sed ab alijs diuersæ parochiæ.

R.P.D.

ARGVMENTVM CIX.

Materia obligationis per epistolam inductæ in hac decisione declaratur. Succedens in obligationem alterius in omnibus succedere dicitur itaut formam à primo debitore promissam mutare valeat.

REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO

Fauentina Dotis, seu Successionis.

Lunæ 21. Februarij 1639.

ARGVMENTVM CX.

Text. in l. hac edictali, C. de secundis nuptijs, latè, & doctè in hac decisione declaratur ad materiam Statuti deferentis viro certam partem dotis. Hinc plura de dote, & Statuto, differuntur, & quod dos per fratrem sorori constituta licet asseratur illam de bonis fratris fuisse traditam, tamen si soror renunciauit iura successionis propter renunciationem, & sic de proprio traditam fuisse dicitur.

R. P. D. GHISILERIO

Postea Episcopo Terracinen.

Romana Societatis Officij.

Veneris 25. Februarij 1639.

ARGVMENTVM CXI.

De obligatione filijfamilias, latè in hac decisione discurritur ad Statutum Vrbis *lib. 1. cap. 152.* quod scilicet non habeat locum vbi contractus fuit initus ab eo, qui publicè pro Patrefamil. reputabatur, maxime attenta assertione per ipsum facta, quod erat sui iuris, & seorsum à Patre viuebat, quæ quomodo procedant in decisione declaratur.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO

Postea S R.E. Cardinali.

Narnien Fideicommissi.

Veneris 25. Februarij 1639.

ARGVMENTVM CXII.

Cippo, & proximioribus de agnatione ad fideicommissum vocatis, vtique Collaterale admittuntur si non extant descendentes. Consanguinitas,& legitimitas ad effectum successionis quomodo probetur.

R. P. D. CARILLO

Postea Præside Vallisoletano.

Valentina Decanatus, & Canonicatus.

Veneris 25. Februarij 1639.

ARGVMENTVM CXIII.

Agitur de reseruatione Beneficij vacantis per obitum Subcollectoris, & ex quo probetur vnicitas illius.

R. P. D. ROIAS.

Postea Episcopo Tarraconen.

Fanen Commendæ.

Lunæ 21. Februarij 1639.

ARGVMENTVM CXIV.

Commenda adiudicari debet illi, cui fuit à magno Magistro collata, cum ius conferendi ad illum spectet. Professio emanata coram Notario, & Commissario ad id deputato præsumitur valida, & qui contrarium dicit probare debet.

R. P. D. GHISILERIO

Postea Episcopo Terracinen.

Spoletana Successionis.

Lunæ 14. Martij 1639.

ARGVMENTVM CXV.

Filius excluditur, exclusa Matre, si militat eadem ratio: Statutum excludens fœminam simpliciter censetur solum excludere ab hæreditate dotantis, secus quando appareret contrarium nam tunc ab omnium hæreditate excluditur, & habet locum tam in nupta, quam in nubenda dummodò successio deferatur illi postquam nupta fuerit.

R. P. D. CARILLO.

Postea Præside Vallisoletano.

Signina Saluiani.

Lunæ 14. Martij 1639.

ARGVMENTVM CXVI.

Iura contra iudicium Saluiani discutiuntur, & signanter an census per liberationem fundi dicatur resolutus quoad omnes, vel saltim quoad eos, quorum fauore fundus fuit liberatus; quod Mulier pro recuperatione dotis inæstimatæ habeat solum actionem ad fundum dotalem, ac denique quod legatum dotis à marito factum si est incertum nihil probet, neque possit creditoribus præiudicare.

REVERENDISS. PIROVANO DECANO

Romana Dotis.

Lunæ 18. Martij 1639.

ARGVMENTVM CXVII.

Lucrum dotis Marito promissum in liris puta centum, dote in summa lirarum 300. constituta, si solum solutæ fuerint liræ 150. an possit à Marito prætendi de integris liris centum habito respectu ad totam dotem,vel ad solam ratam solutæ dotis.

R. P. D. GHISILERIO

Postea Episcopo Terracinen.

Cæsaraugustana de Caspe.

Veneris 18. Martij 1639.

ARGVMENTVM CXVIII.

Sententiæ antiquæ, & in iudicatum transactæ si impugnari prætenduntur ex capite Iniustitię debent exhiberi omnia acta, alioquin præsumptio semper stat pro illarum validitate,& iustitia, ex qua excluditur omnis restitutio in integrum aduersus illas petita.

R. P. D. GHISILERIO

Postea Episcopo Terracinen.

Auenionen Vsusfructus.

Veneris 18. Martij 1639.

ARGVMENTVM CXIX.

Agitur plenè, quando, & ex quibus verbis, & coniecturis censeatur relictum legatum vsusfructus & non proprietatis.

REVERENDISS. COCCINO DECANO.

Bononien Census.

Lunæ 28. Martij 1639.

ARGVMENTVM CXX.

Patet ex Summario.

R. P. D. ROIAS.

Postea Episcopo Tarraconen.

Rheginen. Tutellæ.

Lunæ 28. Martij 1639.

ARGVMENTVM CXXI.

Tutor tutela finita rationem reddere tenetur, & reliquatum restituere non solum ad fauorem Pupillæ, sed, & eius hæredis.

R. P. D. HIERONIMO VEROSPIO

Postea S. R. E. Cardinali.

Granaten Matrimonij.

Veneris 1. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM CXXII.

Remissoria ad excludendum matrimonium

non contractum, sed contrahendum facilius conceditur.

R. P. D. CARILLO
Postea Præside Vallisoletano.
Moguntina Hæreditatis.
Veneris 1. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM CXXIII.

Signatura Iustitiæ vbi causam simpliciter committit declarat omnia gesta attentata, & nulla, etiamsi à die notitiæ habitæ fuerit appellatum.

REVERENDISS. PIROVANO DECANO.
Romana alimentorum.
Veneris 1. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM CXXIV.

Alimenta pendente lite super statu matrimonij habentis in se implicitum statum validitatis præstari debent à viro vxori, etiam quod ab illo seorsum habitet, si culpa non à muliere, sed à marito processit.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO
Postea S. R. E. Cardinali.
Romana Censuum.
Lunæ 4. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM CXXV.

Executiuè agi non potest ex instrumento vltrà annos quadraginta celebrato, esto quod paratam executionem contineat; prout nec etiam executioni demandari permittitur illud Instrumentum, quod vel à partibus, Statuto, vel Iudice fuit pro casso, & abolito declaratum.

R. P. D. PANZIROLO
Postea S. R. E. Cardinali.
Tudertina Societatis.
Lunæ 4. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM CXXVI.

Societatis præsumptio inter fratres excluditur ex actibus societati contrarijs, itaut ab allegante illa sit plenè, & concludenter probanda.

REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO
Nullius, seu Aprutina Iurisdictionis.
Veneris 8. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM CXXVII.

Manutentio iurisdictionis in locis infra Diœcesim positis datur Episcopo quando concurrunt actus possessorij etsi eius iuris assistentia reddatur turbida. *Conc. Trid. sess. 24. cap. 20. de reformat. §. ad hæc talis*, impugnatur adimpleri posse æquipollens, vbi latè.

REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO.
Romana Saluiani.
Veneris 8. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM CXXVIII.

Venditio facta cum reseruatione dominij vsque ad integram pretij satisfactionem impedit immissionem in Saluiano contra creditorem emptoris. Ista dominij reseruatio in contractu emptionis, & venditionis etiam de iure inest.

R. P. D. CARILLO
Postea Præside Vallisoletano.
Romana Domus.
Veneris 8. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM CXXIX.

Testator, qui in Testamento aliquos exclusit, cum legato quod aliud ex sua hæreditate petere non possent, si Testamentum fuerit per prædecessum hæredis caducatum, & aliud non fuerit à Testatore confectum, cum facere potuisset, præsumendum est, quod voluerit exclusos ab intestato succedere.

R. P. D. CARILLO.
Postea Præside Vallisoletano.
Brixien Iurisdictionis.
Lunæ 11. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM CXXX.

Ecclesia ex quibus præsumatur esse de Iurisdictione Episcopi contrà prætendentem illam habere Territorium separatum egregiè discutitur.

REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO
Albaneñ Vineæ.
Lunæ 11. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM CXXXI.

Duabus factis donationibus rei emphyteuticæ quarum prima consensum Domini directi non habuit secunda verò sic, præfertur prima, ea ratione, quia consensus ad donationis validitatem non requiritur, esto quod ad illius possessionem capiendam sit necessarius.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO
Postea S. R. E. Cardinali.
Gallieñ Hæreditatis.
Mercurij 15. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM CXXXII.

Textus in l. vltima, C. de Codicillis, in hac decisione declaratur an hæres, qui ex Testamento, & ex codicillis succedere potest, valeat ex vtroque Iure immissionem petere, & an cui plures competunt actiones possit cogi ad declarandum qua in iudicio vti velit.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Bononieñ Bonorum.
Mercurij 4. Maij 1639.

ARGVMENTVM CXXXIII.

Appellatio in iudicio manutentionis datur à sententia continente mixturam petitorij. Sententia ex quibus dicatur continere petitorium, & quando non. Constitutiones Aegidiana, & Iustiniana non habent locum, quando agitur de bonis Ecclesiæ, & an derogent Statuto Bononiæ *lib. 2. in rub. de appellat.*

REVERENDISS. PIROVANO DECANO
Romana fideicommissi de Incoronatis.
Veneris 13. Maij 1639.

ARGVMENTVM CXXXIV.

Testatoris voluntas attendi debet in quæstione qua quæritur, An Monasterium habeatur loco filij & substitutum excludat, ideoque nullum ius prætendere potest, quoties verba à Testatore prolata non sunt apta ad illius inclusionem, puta quia filios legitimos, & naturales, & descendentes in infinitum ad fideicommissum vocauit.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracineñ.
Bononien. de Nascentorijs.
Veneris 10. Maij 1639.

ARGVMENTVM CXXXV.

Consilium Oldradi 21. quando non procedat. Fideicommissum quando censeatur purificatum ad fauorem proximioris testatoris, & non geniti.

R.P.D.

R. P. D. PANZIROLO
Postea S. R. E. Cardinali.
Romana fideicommissi de Alicornis.
Lunæ 16. Maij 1639.
ARGVMENTVM CXXXVI.

Filij positi in conditione in reciproca per Testatorem ordinata, censentur grauati si ex coniecturis constat omnes Testatorem grauare voluisse, eoque magis stante expressa prohibitione alienationis non dependente à prima substitutione, sed simpliciter facta, quo casu tanquam realis omnes afficit de familia.

R. P. D. PANZIROLO
Postea S. R. E. Cardinali.
Romana Dotis.
Veneris 20. Maij 1639.
ARGVMENTVM CXXXVII.

Dotis constitutio per fratrem ad fauorem sororis promissa pro certo matrimonio contrahendo eo non secuto, neque minui, neque in pactis, & conuentionibus alterari potest.

REVERENDISS. DVNOZETTO DEC.
Mediolanen. Canonicatus S. Nazarij.
Veneris 28. Maij 1639.
ARGVMENTVM CXXXVIII.

Præbenda quid requiratur ad hoc vt dicatur temporalis, & quando dicatur spiritualis.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Romana de Cæsareis.
Lunæ 30. Maij 1639.
ARGVMENTVM CXXXIX.

Fructus percepti tempore litis sunt restituendi à die præsentatæ commissionis vsque ad actualem immissionem possessionis fideicommissariorum. Clausula appellatione remota quando obsit tertio ad causam postea venienti.

REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO.
Meleuitana Antianitatis.
Lunæ 30. Maij 1639.
ARGVMENTVM CXL.

Antianitas Equitis Hierosolymitani, quomodo, & ex quibus probetur plene discutitur. Declarantur capitula Statuti Hierosolymitani 13. de receptatione fratrum, & 11. de communi ærario.

REVERENDISS. PIROVANO DECANO.
Carpentoraten. restitutionis Ouium.
Lunæ 1. Iunij 1639.
ARGVMENTVM CXLI.

Possessor malæ fidei tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum, & quæ verisimiliter percipi potuerant, fallit si mala fides aliquo colore posset euitari, & ex quibus dicta fides probetur.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Frequentina Decimarum.
Veneris 20. Iunij 1639.
ARGVMENTVM CXLII.

Plene agitur de probatione existentię Terrę in diœcesi ad hoc vt Episcopus possit consequi quartam decimarum, ad quam obtinendam est ei subueniendum officio iudicis nobili si Parochus decimas non exigat.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Gerunden. Sacristiæ.
Veneris 3. Iunij 1639.
ARGVMENTVM CXLIII.

Rescriptum Papæ est adimplendum cum effectu, vel ostendendum quod omnis sit adhibita diligentia ad effectum parendi. Fructus pecuniæ legatæ ad effectum inuestiendi debentur absque interpellatione quia tunc censetur legata pecunia, vt species.

R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarraconen.
Viterbien. hæreditatis de Chisijs.
Veneris 10. Iunij 1639.
ARGVMENTVM CXLIV.

Immissio ex interdicto quorum bonorum competit hæredi aduersus, quemlibet possessorem, & si agatur de censibus, locis montium alijsque rebus incorporalibus: eaque fuisse à testatore possessa probatur, si ab illo appareant empta. Statutum exclusiuum fœminarum non habet locum in bonis sitis extra territorum, quamuis statutum loci bonorum, & ipsum pariter fœminas excludat. Renunciatio facta per sororem ad fauorem fratrum non porrigitur ad bona propria ipsorum fratrum etiam stante statuto fœminarum exclusiuo, sed ad sola bona paterna, & materna restringitur.

R. P. D. BICHIO
Rauennaten. Saluiani.
Veneris 10. Iunij 1639. Decis. 145.

R. P. D. CARILLO.
Postea Præside Vallisoletano.
Romana Domus.
Veneris 10. Iunij 1639.
ARGVMENTVM CXLVI.

Transactio facta pro euitanda lite substinetur, & si de eo super quo fuit transactum dubitetur cum causa finalis sit euitatio litis. Transactionem impugnans restituat recepta.

R. P. D. GHISILERIO.
Postea Episcopo Terracinen.
Florentina Parochialis.
Mercurij 17. Iunij 1639.
ARGVMENTVM CXLVIII.

Immissio super beneficio de iure patronatus vigore gratiosæ subrogationis ad partes expeditæ conceditur quando fuit probata lis Clericatus, & obitus vltimi Defuncti in possessione. Quomodò ad hunc effectum probetur is obitus defuncti in possessione. Clausula sine præiudicio aliorum collitigantium in Subrogatione prouisionis alicuius beneficij apposita quid operetur.

REVERENDISS. PIROVANO DECANO
Hispalen. Decimarum de Almonte.
Lunæ 20. Iunij 1639.
ARGVMENTVM CXLIX.

Capitulum habet intentionem fundatam super decimis contra vniuersitatem probata pertinentia decimandi existentia oppidorum intra fines diœcesis, ac qualitate fructuum decimandorum.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracineñ.
Romana, seu Auximana Donationis.
Lunæ 20. Iunij 1639.
ARGVMENTVM CL.
Donans tenetur erga donatarium pro adimplemento donationis quando donatio incepit à promissione, in qua debetur euictio quando res donata nunquam in donatarium transiuit.
REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO
Meleuitana Attentatorum.
Lunæ 20. Iunij 1639.
ARGVMENTVM CLI.
Possessio dicitur attentata si sit capta vigore exequutorialium Rotæ absque illarum intimatione, & reproductione, & non seruatis quatuor terminis vt est de stylo Rotæ.
R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarraconen.
Meleuitana Commendę.
Lunæ 20. Iunij 1639.
ARGVMENTVM CLII.
Sententia adiudicans commendam equiti Hierosolymitano ex quibus dicatur in iudicatum transacta necne iuxta stabilimenta Religionis Hierosolymitanæ.
R. P. D. BICHIO
Romana Diuisionis.
Veneris 20. Iunij 1639. Decis. 153.
REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO
Romana Cambij, seu Pecuniaria.
Mercurij 22. Iunij 1639.
ARGVMENTVM CLIV.
Procurator specialiter constitutus ad accipiendum pecunias ad cambium an obliget Dominum, si pecunias sic vt supra vigore mandati receptas in proprios vsus conuertat, & latè, & doctè in hac decisione declaratur, cuius occasione plura de mandato procurę dicuntur.
REVERENDISS. PIROVANO DECANO.
Mutinen. Bonorum.
Mercurij 22. Iunij 1639.
ARGVMENTVM CLV.
Rector Ecclesiæ potest venire contra proprium factum stante præiudicio Ecclesiæ. Bona Ecclesiæ solita locari probantur, vel per vnicam solemnem locationem, vel per duas effectum sortitas, & obseruatas per spatium quadraginta annorum.
R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarraconen.
Bononien. Fideicommissi de Glauarinis.
Mercurij 22. Iunij 1639.
ARGVMENTVM CLVI.
Mandatum ad substinendum iudicium, & sententiam probatur coniecturis, quę plenè recensentur.
R. P. D. BICHIO
Bononien. Fideicommissi.
Mercurij 22. Iunij 1639. Decis. 157.
REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO
Fanen. Prædij.
Lunæ 27. Iunij 1639.
ARGVMENTVM CLVIII.
Peritus electus ad mensurandum, & existimandum prædium vtique censetur habere facultatem illud terminandi, cum absque terminatione non possit nec mensurari, nec extimari.

R. P. D. ROIAS.
Postea Episcopo Tarraconen.
Fanen. Commendæ.
Lunæ 27. Iunij 1639.
ARGVMENTVM CLIX.
Religio SS. Mauritij, & Lazzari non potest vti ex pectatiuis in collatione commendarum cum ex pectatiuæ, & à Concilio, & Constitutionibus Pontificum sint reuocatę. Constitutiones Pontificiæ sicuti, nec expræssè ità nec tacitè tolli possunt.
R. P. D. PANZIROLO.
Postea S. R. E. Cardinali.
Romana, seu Ianuen. Quarti Dotalis.
Lunæ 27. Iunij 1639.
ARGVMENTVM CLX.
In restitutione dotis, & lucri attenditur statutum domicilij viri, & locus ad quem sponsi sunt ituri, non autem locus in quo contrahitur matrimonium.
R. P. D. BICHIO
Augustana Decimarum.
Lunæ 27. Iunij 1639. Decis. 161.
R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Bononien. Prædij.
Lunæ 27. Iunij 1639.
ARGVMENTVM CLXII.
Venditor euictione sequuta tenetur ad liberationem rei, restitutionem prædij, & ad id quod interest Emptor stante iustitia euictionis non tenetur, appellare, nec intimare litem venditori. Hæres quando possit impugnare factum defuncti.
R. P. D. CARILLO
Postea Præside Vallisoletano.
Barchinonen. Parochialis, seu Vicariæ.
Lunæ 27. Iunij 1639.
ARGVMENTVM CLXIII.
Subrogatio gratiosa ad hoc, vt intret, quidnam probandum veniat. Et lis, ad effectum, vt reddat beneficium litigiosum qualis, & super quo probanda veniat. Clausula, quam, & quasi posita in commissione, quidnam importet. Collatio beneficiorum vnitorum ad quem spectet.
REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO
Rauennaten. Census.
Lunæ 27. Iunij 1639.
ARGVMENTVM CLXIV.
Censum emens pro persona nominanda, & declarans, se de pecunia illius personæ emisse, cum secuta nominatione illius, euanescit mandatum nominantis; cum censeatur se tamquam procurator emisse, & quid si d. Procurator exegerit sortem d. census, cum tunc remaneat obligatus Dño, pro dicta sorte, & an hoc casu intret præscriptio, & alia plura circa prædictam materiam.
R. P. D. ROIAS.
Postea Episcopo Tarraconen.
Bononien. Fideicommissi.
Lunæ 27. Iunij 1639.
ARGVMENTVM CLXV.
Fœminæ, quando non dicantur exclusæ à primogenitura, & hoc quantumuis aliquæ coniecturæ videantur militare pro exclusione, quia in hac materia totum facit, ac regit voluntas ipsa disponentis, qua stante in vanum laboratur per obscuram viam coniecturarum in contrarium.

R. P. D.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Callien. Hæreditatis.
Veneris 1. Iulij 1639.
ARGVMENTVM CLXVI.

Plene agitur de probanda voluntate testatoris in dispositionibus ad pias causas, vbi quod per verba enunciatiua, & epistolas probatur. Testamentum Clerici non subiacet quærelæ inofficiosi, aut iuri dicendi nullum præcipuè si pia causa sit instituta.

R. P. D. CARILLO
Postea Præside Vallisoletano.
Romana Filiationis.
Veneris 1. Iulij 1639.
ARGVMENTVM CLXVII.

Filiatio ex quibus probetur, & ex quibus excludatur plenè discutitur.

REVERENDISS. PIROVANO DECANO.
Romana Cambiorum.
Veneris 1. Iulij 1639.
ARGVMENTVM CLXVIII.

Mandata relaxata contra procuratorem dominum litis effectum mortuo mandante post se relicto herede infante substinentur si in mandatis adest clausula releuans, &c. Euictio quæ procedit ex facto meo non tribuit mihi actionem contra vendentem.

REVERENDISS. PIROVANO DECANO.
Romana Cambiorum.
Veneris 29. Iulij 1639.
ARGVMENTVM CLXIX.

Promissio tradendi bona libera est diuersa ab Euictionis promissione, quæ si non legitur expressa non præsumitur in venditione interuenisse. Euictio est probanda nec possum ex ea agere si ex facto meo euenit.

REVERENDISS. PIROVANO DECANO.
Romana Dotis.
Veneris 21. Octobris 1639.
ARGVMENTVM CLXX.

Attentatorum ad exclusionem, dicitur inhibitionem obtentam à persona non legitima, & mandato carente illa causare non posse, maximè vbi diuersa sunt, iudicium, causa, & actio. Hæres pendente tempore confectionis inuentarij rectè conueniri potest quoties agitur actione reali. Renunciatio facta à filia, quod dote contenta, nihil aliud petet, si caret solemnitatibus non valet.

REVERENDISS. PIROVANO DECANO
Romana fideicommissi de Incoronatis.
Sabbati 5. Nouembris 1639.
ARGVMENTVM CLXXI.

Donatione alicui facta, & filijs ex certo matrimonio nascituris, acquiritur ius filijs ex propria persona independenter à persona Patris, quando vel ex mente, vel in verbis principaliter fuit habita ratio filiorum, secus verò si impulsiuè tantum, & mediante persona Patris. Renunciatio facta à volente ingredi Monasterium comprehendit etiam bona non expressa vi verborum vniuersalium.

R. P. D. PANZIROLO.
Postea S. R. E. Cardinali.
Romana, seu Ianuen. Quarti Dotalis.
Veneris 14. Nouembris 1639.
ARGVMENTVM CLXXII.

Statutum loci in quo vir habuit domicilium tempore restitutæ dotis attendi debet in materia lucri, etiam quod alibi nuptiæ fuissent celebratæ. Domicilium contrahitur per decennium, & plura in hac materia. Constitutio S. M. B. Pij V. super moderatione dotium locum habere non potest attenta matrimonij duratione per spatium annorum 30. & vltrà.

REVERENDISS. PIROVANO DECANO
Placentina Census.
Mercurij 16. Nouembris 1639.
ARGVMENTVM CLXXIII.

Constitutio census per plures facta super fundo vnius ex constituentibus valet ad differentiam census ab vno tantum constituti super suo prædio, cuius prætium fuit deinde, & ipsi constituenti, & alijs exbursatum, qui se ad solutionem census obligarunt, quasi tunc respectu illorum census dicatur consistere super obligatione personali tantum.

R. P. D. CARILLO.
Postea Præside Vallisoletano.
Romana Palatij.
Mercurij 20. Nouembris 1639.
ARGVMENTVM CLXXIV.

Donans, etiam quod rem donatam ciuiliter tantum donationis tempore possideret transfert in donatarium, vigore clausulæ constituti, suam ciuilem possessionem, & hæc est apta ad manutentionem obtinendam habita ratione status rei tempore litis motæ.

R. P. D. CARILLO.
Postea Præside Vallisoletano.
Romana fideicommissi de Ceulis.
Sabbati 26. Nouembris 1639.
Rota Martiniana.
ARGVMENTVM CLXXV.

Pater potest filium fideicommisso grauare, & si nollet paternæ dispositioni consentire eum in sola legitima instituere, & tunc si filius hæreditatem acceptat, non potest postea legitimam de fideicommisso detrahere. Transactio inita de ordine Papæ coram probis viris, puta Rotæ Auditoribus, vel Cardinali dicitur facta bona fide, & seruari debet, maximè attenta obseruantia.

REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO
Rauennaten. Census.
Sabbati 26. Nouembris 1639.
ARGVMENTVM CLXXVI.

Duo in hac decisione firmantur. Primum, quod emens censum pro persona nominanda, si postea aliquem nominauit, cuius deindè secuta fuerit acceptatiò, talis nominatio operatur vt d. census à principio fuerit illi nominato acquisitus vt nec quidem per momentum temporis penes nominantem extitisse dicatur. Alterum quod si nominans post nominationem, & respectiuè acceptationem, sortem eiusdem census exegerit, non executiuè, sed ordinariè à persona nominata conueniri possit.

R.P.D.

RE-

Index Argumentorum.

REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO
Romana Saluiani.
Veneris 27. Ianuarij 1640.
ARGVMENTVM CXC.

Census impositus super bonis minoris sine solemnitatibus etiam ad forem alterius minoris, & pro soluenda dote sorori dicitur nullus. Dos in quibus dicatur specialiter priuilegiata quoad eius obligationem vbi agitur de muliere, vel minore.

R. P. D. CARILLO
Postea Præside Vallisoletano.
Rossanen. Exemptionis.
Veneris 27. Ianuarij 1640.
ARGVMENTVM CXCI.

Priuilegium à notario, & Vicecancellario Apostolico scriptum, cum subscriptione Papæ, & aliquorum Cardinalium dicitur in forma probanti, maximè si agatur de re antiqua, & aliæ concurrant præsumptiones, & adminicula, quibus existentibus datur fides etiam scripturæ informi, quod sine difficultate procedit si etiam obseruantia concurrat.

REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO
Romana Laudi.
Lunæ 30. Ianuarij 1640.
ARGVMENTVM CXCII.

Reciproca substitutio inter plures vocatos facta non dicitur, si omnibus, & cuilibet ipsorum fuerit in casum mortis alius substitutus; hinc plures in hac materiæ coniecturæ discutiuntur.

R. P. D. VEROSPIO
Postea S. R. E. Cardinali.
Meliten. Hæreditatis.
Lunæ 6. Februarij 1640.
ARGVMENTVM CXCIII.

Procurator in aliqua causa constitutus lite per sententiam terminata, non potest sine nouo mandato comparere, & quando hoc procedat, contradictarum iudicium agitatur procuratore constituto absente etiam ex causa recreationis. Tertius qui lite pendente emit à debitore contrahit litigiosi vitium, siuè fuerit actum actione reali, siuè alienatio fuerit facta in fraudem, & quæ fraus in hac materia requiratur, ac quomodo probetur.

REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO
Fanen. Commendæ.
Lunæ 6. Februarij 1640.
ARGVMENTVM CXCIV.

Gratiæ expectatiuæ, quæ hodie ex constitutione Pontificum, & Sacri Oecumenici Concilij prohibentur, non est necessarium quod exprimantur in supplicatione ad validitatem illius esto, quod alicubi concedi soleant, vt in Religione Hierosolymitana prætendatur; quippe quod illius vsus quatenus adesset, non vsus, sed corruptela dici debeat.

R. P. D. HIERONIMO VEROSPIO.
Postea S. R. E. Cardinali.
Tricarricen. Territorij.
Veneris 10. Februarij 1640.
ARGVMENTVM CXCV.

Confinium probatio, cum sit materia, quæ nonnisi per rusticos, & agros circumcolentes fieri possit, eo magis validior dicitur, quo magis per viliores personas efficitur. Fouea manu facta censetur habens ripas quæ nuperrimæ excauatæ noscuntur cum solis, & quidem paruis arundinibus, at verò fluuius censetur ille cuius ripæ peruetustis muniuntur arboribus, & latus, & altus inspicitur.

R. P. D. ROIAS.
Postea Episcopo Tarraconen.
Romana iuris nominandi.
Veneris 10. Februarij 1640.
ARGVMENTVM CXCVI.

Facultas nominandi Capellanos executori testamentario relicta, eo mortuo ad illius hæredes transmittitur, nec ad testatoris hæredes reuertitur, nec personalis dicitur si perpetua fuerit, prout nec minus dici potest, quod fuerit executori relicta, tanquam executori, vbi testator prius nomen proprium, postea verò executoris expressit officium.

R. P. D. PEVTINGERO.
Sancti Angeli Lombardorum, seu nullius Iurisdictionis.
Veneris 10. Februarij 1640.
ARGVMENTVM CXCVII.

Monasterium habens territorium separatum, & omnino distinctum non potest dici quod sit intra fines Diœcesis imo dicitur esse nullius; & ex eo quod habeat exercitium iurisdictionis resultat esse nullius, & habere territorium separatum, & recensentur actus iurisdictionem importantes.

REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO
Perusina Emphyteusis.
Lunæ 13. Februarij 1640.
ARGVMENTVM CXCVIII.

Ecclesia prætendens deuolutionem rei emphyteoticæ ob alienationem ipsa irrequisita factam, ac alias ob causas tenetur plenè, & concludenter probare nedum directum dominium, sed identitatem rei, quam prætendit in commissum cessisse, cum in hac materia desiderentur probationes non genericæ, nec confusæ, sed certæ, & reales, quæ alteri rei adaptari non possint.

R. P. D. PANZIROLO.
Postea S. R. E. Cardinali.
Romana Dotis.
Lunę 13. Februarij 1640.
ARGVMENTVM CXCIX.

Fœmina à fideicommittente descendens tam vigore legati sibi in testamento relicti, quam etiam ex auth. res quæ, C. com. de legat. dicitur pro sua dote anterior omnibus creditoribus grauati, quamuis agatur de Successoribus in Baronia, quia Bulla Baronum fœminarum dotibus non præiudicat.

REVERENDISS. PIROVANO DECANO
Eugubina erroris Calculi.
Lunæ 27. Februarij 1640.
ARGVMENTVM CC.

Errore calculi detecto illius acceptatio partibus non nocet quin eædem ex officio iudicis petant eius rescissionem, præsertim ad fauorem minoris, cui in hac materia semper datur restitutio.

R.P.D.

R. P. D. BICHIO
Sabinen. seu Farfen. Fideicommissi.
Veneris 2. Martij 1640. Decis. 201.

REVERENDISS. COCCINO DECANO
Barchinonen. Vicariæ.
Veneris 2. Martij 1640.
ARGVMENTVM CCII.

Vnio probatur si de ea appareat, scriptura, & de effectuatione constet. Possessor si aliquis hodie reperitur, an etiam per antea possedisse præsumendum sit, & quando.

REVERENDISS. PIROVANO DECANO.
Romana fideicommissi de Incoronatis.
Lunæ 5. Martij 1640.
ARGVMENTVM CCIII.

Triplex traditur differentia donationum, quæ fiunt contemplatione matrimonij: Alia non expressa persona cum qua illud contrahi debet, & hæc dicitur libera, & absoluta remanere ad fauorem donatarij: Altera non solum expressa persona, & matrimonio ineundo, sed etiam in qua filij tacitè, vel expressè sunt condonatarij patris, & ista omnibus acquiritur, ità vt pater non possit sine filiorum consensu quidquam distrahere. Tertia nempè, & vltima ea est, qua matrimonio iam contracto aliquid certæ personæ donatur contemplatione quidem filiorum, & vxoris, sed illorum nulla facta mentione, & hæc per stipulationem simpliciter à Patre facta, acquiritur filijs, sed vti hæredibus, non autem vti filijs.

R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarraconen.
Vicen. Camerariæ.
Mercurij 14. Martij 1640.
ARGVMENTVM CCIV.

Papa si in suppressione beneficij regularis illud expressè sibi reseruauit, tàm respectu collationis actu contingentis, quàm impòsterum succedentium, per verba generalia, & omnium temporum compræhensiua, non potest tale beneficium per Ordinarium conferri, cui Pontificem nullatenus præiudicasse dicitur, quia nunquam illud ad Ordinarium spectauit, pluraque de obseruantia, & subreptione habentur, quæ ex ipsa decisione colliges.

REVERENDISSIMO CERRO
Sacræ Rotæ Decano.
Ariminen. Fideicommissi.
Mercurij 14. Martij 1640.
ARGVMENTVM CCV.

Agens remedio l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tol. ad immissionem bonorum fideicommissariorum in primis probare debet, bona super quibus immissionem petit tempore mortis fuisse à fideicommittente possessa; hinc de probanda bonorum possessione disceptatur, & ex instrumento diuisionis, libro estimi, ac denique enunciatiuis, & testibus illa concluditur.

REVERENDISS. DVNOZETTO DEC.
Meleuitana Attentatorum.
Mercurij 1. Martij 1640.
ARGVMENTVM CCVI.

Contradictor legitimus vbi non adest, vel non opponit, aliud potest dici quod possessio capta vigore executorialium illis non intimatis, vel non reproductis sit attentata, etiam quod quatuor termini de stylo seruari soliti non fuerint seruati. Attentatis pluribus modis renunciari potest de quibus videas in decisione.

REVERENDISS. PIROVANO DECANO.
Vrbeuetana Saluiani.
Mercurij 14. Martij 1640.
ARGVMENTVM CCVII.

Filia per statutum exclusa propter dotem ei effectualiter traditam, sed euictam, non potest euictionis prætextu conuolare ad coequalem cum fratribus successionem, sed tenetur iura sua, vel contra illos, vel eorum bona experiri ad reiteratam dotationem habendam.

R. P. D. VEROSPIO
Postea S. R. E. Cardinali.
Tiburtina Hæreditatis.
Veneris 16. Martij 1640.
ARGVMENTVM CCVIII.

An dos succedat loco legitimæ itaut fideicommissi onere grauari possit, vel ne ad interpretationem statuti fœminarum exclusiui latè in hac decisione tractatur ponderando verba illius, & dispositionem an scilicet ordinauerit mulierem exclusam dotari, & tunc an ipsa dos data dicatur propter exclusionem, vel matrimonium.

R. P. D. PANZIROLO,
Postea S. R. E. Cardinali.
Tiburtina Fideicommissi.
Mercurij 16. Martij 1640.
ARGVMENTVM CCIX.

Testator qui maiorem natu ad fideicommissum vocauit, intelligitur etiam de illo quem poterat proprio nomine appellare. Presbyterorum ab exclusione, non potest ad octuagenarij, & impotentis exclusionem inferri, etiam quod fuerit habita ratio conseruandæ agnationis, quia æquè in sene, & impotente, ac in quolibet alio conseruatur.

REVERENDISS. PIROVANO DECANO.
Florentina Parochialis à Sala.
Veneris 16. Martij 1640.
ARGVMENTVM CCX.

Ius præsentandi si fuerit alicui, cuiusque filijs hæredibus donatum nulla facta expressione copulæ &, talis donatio solos hæredes sanguinis compræhendit, non autem ad vlteriores extraneos porrigitur, Hinc portio vnius non transit cum hæreditate ad extraneum, sed iure decrescendi superstitibus vocatis debetur.

R. P. D. ROIAS.
Postea Episcopo Tarraconen.
Forosempronien. Bonorum.
Veneris 16. Martij 1640.
ARGVMENTVM CCXI.

Præsens decisio remissoriæ denegationem concludit ex capite irreleuantiæ articulorum, & quod imaginaria contineant, ac inuerisimilia. Ecclesia vt ex capite immemorabilis possit cogi renouare emphyteusim quid requiratur. Probatio per famam

mam in antiquis fieri non potest per testes, qui illam audiuerint.

R.P.D. PANZIROLO
Postea S. R. E. Cardinali.
Parmen. Expensarum.
Veneris 23. Martij 1640.

ARGVMENTVM CCXII.

Expensæ, quæ à litis consortibus, & legatarijs refici debent pro recuperatione, vel defensione rei fideicommisso subiectæ etiam quod litigans succubuerit, taxari solent à Rota arbitrio boni viri, de quarum taxatione plura dicuntur, prout quoque de illarum probatione, & qualitate.

R. P. D. PANZIROLO
Postea S. R. E. Cardinali.
Romana Pecuniaria.
Veneris 23. Martij 1640.

ARGVMENTVM CCXIII.

Cautio iudicialis per aliquem præstita habet relationem ad decretum, vel sententiam, & ab illis interpretationem recipit, ita vt plus importare non valeat, quam fuerit, & iudicis, & ipsius partis intentio: Creditor suscipiens mandatum pro certa quantitate non videtur verisimile quod pro tota summa voluerit præstare cautionem.

R. P. D. ROIAS.
Postea Episcopo Tarraconen.
Liceu. Cantoriæ.
Veneris 23. Martij 1640.

ARGVMENTVM CCXIV.

Manutentionis in iudicio summarijssimo illa anteriori conceditur possessori, quamuis alter haberet titulum, de quo possessor antiquus careret; quia in hac materia titulus nec requiritur, nec attenditur, commissio simpliciter obtenta facit sententiam appellabilem ad vtrumq; effectum.

REVERENDISS. COCCINO DECANO.
Theatina, seu nullius Abbatiæ.
Lunæ 26. Martij 1640.

ARGVMENTVM CCXV.

Materia regressus breuiter in hac decisione declaratur, quod scilicet non faciat cessare pensionem, nisi quando super eo per sententiam pronunciatur quoad dominium, & possessionem, secus verò vbi sola possessio vigore mandati de associando auocatur.

REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO.
Meleuitana Antianitatis.
Lunæ 26. Martij 1640.

ARGVMENTVM CCXVI.

Remissoriam ad obtinendam super obseruantia interpretatiua statutorum sufficit quod verba statuti, vel sint obscura, & dubia, vel non adeo clara, vt ei non possit adaptari interpretatio, quæ probari prætenditur.

R. P. D. PANZIROLO.
Postea S. R. E. Cardinali.
Romana Saluiani.
Veneris 20. Aprilis 1640.

ARGVMENTVM CCXVII.

Mulier remittens iura dotalia super bonis viri ad fauorem emptoris non potest postea nec ipsa, nec eius hæredes agere iudicio Saluiani super renunciatis. Obligatio mulieris quando sub modo, non autem sub conditione facta dicatur, & qualis vnus, qualisue altera iudicetur.

REVERENDISS. DVNOZETTO DEC.
Iannen. Pecuniaria, seù prætensorum attentatorum.
Veneris 20. Aprilis 1640.

ARGVMENTVM CCXVIII.

Commissionem obtinens, etiam si citationem cum inhibitione illius vigore expedierit, litem, quoad Aduersarium introduxisse non dicitur, ità vt illa causet attentata, dummodo citationem non fuerit exequutus inhibitio non retrotrahitur, sed firmat statum eo modo quo erat, tempore præsentationis illius. Clausulæ, *purgatis attentatis, refectis expensis, parito iudicato*, & similes quomodo intelligantur. Attentatorum à reuocatione debent iudices abstinere si illa clara, & indubitata non appareant.

R. P. D. CARILLO
Postea Præside Vallisoletano.
Rossanen. Exemptionis.
Veneris 20. Aprilis 1640.

ARGVMENTVM CCXIX.

Monasterium Papæ reseruatum cum hoc quod illius Monaci non possint ab alio, nisi à Sede Apostolica eiusque legato excommunicari, & interdici, probatur exemptum à cuiuscumque Ordinarij iurisdictione.

REVERENDISSIMO CERRO
Sacræ Rotæ Decano.
Romana Computorum.
Veneris 20. Aprilis 1640.

ARGVMENTVM CCXX.

Iudicium reconuentionis, quod alioquin simultanee cum causa, conuentionis expediri debet, si est illi præiudiciale, & de eo liquido constet, vbi verò causa conuentionis sit turbida, potest per iudicem, ea omissa, per sententiam expediri. Sententia absolutoria à redditione rationum, libris non exhibitis, dicitur iniusta, & quando.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Regien. Iurispatronatus.
Lunæ 27. Aprilis 1640.

ARGVMENTVM CCXXI.

Pertinentia iurispatronatus probatur ex pluribus præsentationibus effectum sortitis spatio annorum 40. & vltra quoties versatur in personis in quibus nulla cadit præsumptio vsurpationis. Testator si aliquid incertum opus reliquit, quod deinde Pontifex in ius patronatus commutauit, perinde est, ac si ius patronatus fuisset à principio per testatorem ordinatum, & acquiritur hæredi eiusq; successoribus. Ius patronatus quale merè gratiosum, quale verò ex causa onerosa dicatur.

R. P. D. PANZIROLO
Postea S. R. E. Cardinali.
Portuen. Stagni.
Veneris 27. Aprilis 1640.

ARGVMENTVM CCXXII.

Emphyteusis pluribus concessa lineis non tamen in solidum, & quoad partem alicuius per generationem finita, potest per Ecclesiam dominam directam remedio, *l. si quis conductionis C. locati* recuperari aduersus alios emphyteotas, qui partem Ecclesię caducatam sibi appropriarunt; Quod autem dictum remedium, *l. si quis conductionis*, in emphyteutico procedat contractu latè in decis. firmatur.

R. P. D. CARILLO
Postea Præside Vallisoletano.
Signina Saluiani.
Veneris 27. Aprilis 1640.

ARGVMENTVM CCXXIII.

Saluiani iudicium, cum exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittat, hinc dicitur censum, ex alijs quam ex actu retrosimili prætensum extinctum, talem non probari, si actus qui pro illius assignantur extinctione non perfectè concludant.

R. P. D. ROIAS.
Postea Episcopo Tarraconen.
Gerunden. Beneficij.
Lunæ 30. Aprilis 1640.

ARGVMENTVM CCXXIV.

Beneficium esse de iure patronatus concludenter probari debet quando agitur aduersus prouisum Apostolicum ad retardationem suarum litterarum; neque ad hunc effectum sat est docere de Ordinarij sententia, vel institutione ad beneficium controuersum tanquam de pertinentia iurispatronatus, si tam sententia, quam institutio emanauerint postquam contigerit vacatio beneficij in mense reseruato, quasi tunc animo fraudandi Papam, eiusdemque Datariam omnia censeantur facta.

R. P. D. BICHIO
Neapolitana Pensionis.
Lunæ 30. Aprilis 1640. Decis. 225.

R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarraconen.
Collen. Decanatus.
Lunæ 7. Maij 1640.

ARGVMENTVM CCXXVI.

Attentata dicuntur omnia gesta tempore appellationis pendente, ac post appellationem interpositam vsque ad commissionem causæ.

R. P. D. BICHIO
Sabinen. seu Farfen. Fideicommissi.
Lunæ 14. Maij 1640. Decis. 227.

REVERENDISSIMO CERRO
Sacræ Rotæ Decano.
Romana supplementi legitimæ.
Veneris 18. Maij 1640.

ARGVMENTVM CCXXVIII.

Legitimæ supplementum an possit petere hæres filię quæ acceptauit testamentum in qua fuit instituta hæres cum alia sorore cum reciproco fideicommisso absque vlla detractione. Hæreditas vnius potest diuerso iure censeri, & consideratur tamquam plures hæreditates quando bona sunt in diuersis territorijs sita ibique adsint diuersa statuta: Statutum non compræhendit forenses, & quid requiratur ad hoc vt incola possit gaudere beneficio statuti.

REVERENDISSIMO CERRO
Sacræ Rotæ Decano.
Cracouien. Decimarum.
Lunæ 21. Maij 1640.

ARGVMENTVM CCXXIX.

Rector Collegij Societatis IESV non potest transigere super decimis absque consensu Reuerendiss. Patris Generalis cum Societas præfata sit à decimis immunis, & exempta.

R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarraconen.
Romana Domorum.
Veneris 1. Iunij 1640.

ARGVMENTVM CCXXX.

Possessor anterior est manutenendus aduersus posteriorem etiam si sit sine titulo, & posterior cum titulo.

R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarraconen.
Tudertina asserti Fideicommissi.
Lunæ 4. Iunij 1640.

ARGVMENTVM CCXXXI.

Filij in conditione positi non censentur vocati, præsertim à testatore transuersali nec non reprobantur nonnullæ coniecturæ.

R. P. D. GHISILERIO.
Postea Episcopo Terracinen.
Vrbeuetana Census.
Mercurij 6. Iunij 1640.

ARGVMENTVM CCXXXII.

Fructus prouenientes ex re empta ex pecunia aliena cuius commodo cedant.

REVERENDISSIMO CERRO
Sacræ Rotæ Decano.
Barchinonen. Administrationis.
Mercurij 6. Iunij 1640.

ARGVMENTVM CCXXXIII.

Administratio bonorum Ecclesiæ secularizatæ quæ prius erat penes priorem, & Canonicos Regulares remanet penes Priorem, & Canonicos sæculares cum per sæcularizationem nihil præter regularitatem immutetur.

R. P. D. PANZIROLO.
Postea S. R. E. Cardinali.
Fanen. Prædij.
Mercurij 13. Iuny 1640.

ARGVMENTVM CCXXXIV.

Periti electi ad mensurandum sunt pernecesse electi ad terminandum, terminorum appositio non est necessaria quando aliunde potest constare de confine.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO
Postea S. R. E. Cardinali.
Mutinen. Bonorum.
Mercurij 13. Iunij 1640.

ARGVMENTVM CCXXXV.

Exhibitio scripturæ docto de interesse, & ex istentia est facienda, & sufficit quod aliquo modo possit ad decisionem causæ deseruire; Existentia scripturæ penes aliquem ex quibus dicatur probata.

REVERENDISS. PIROVANO DECANO.
Meleuitana Commendæ de Mezzara.
Mercurij 13. Iunij 1640.

ARGVMENTVM CCXXXVI.

Clausula siue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona capit omnem modum vacationis vltra expressum.

REVERENDISS. PIROVANO DECANO.
Romana, seu Ianuen. locorum montium.
Veneris 15. Iunij 1640.

ARGVMENTVM CCXXXVII.

Retentionem, quam sibi fieri debere creditor prætendit, præcedere debet manifesta probatio crediti liquidi, & clari, quod neque iudicium neque discussionem requirat. Obligatio in soli-

solidum inspecto iure nouo inter mandatores non contrahitur, ad quorum fauorem semper diuisionis conceditur beneficium.

R. P. D. BICHIO
Romana Diuisionis.
Veneris 15. *Iunij* 1640. *Decis.* 238.

R. P. D. CARILLO.
Postea Præside Vallisoletano.
Rossanen. Exemptionis.
Veneris 22. *Iunij* 1640.

ARGVMENTVM CCXXXIX.

Exemptio per Papam Monasterio concessa, si verba in rem apparent concepta realis dicitur, quamuis de personis quoque mentio habeatur, & tunc abbati etiam illius commendatario suffragatur, nec tollitur exemptio per successiuam eiusdem Ecclesiæ collationem factam cum enunciatiua, quod illa esset Ordinario subiecta, cum talis enunciatiua nihil probet in hac materia, nec vllam vim habeat priuilegij naturam euertere.

REVERENDISS. COCCINO DECANO.
Valentina Præeminentiarum.
Veneris 22. *Iunij* 1640.

ARGVMENTVM CCXL.

Examinantur verba litterarum Apostolicarum ad effectum agnoscendi an Præpositi habeant ius sedendi in eodem scammo cum Canonicis

R. P. D. ROIAS.
Postea Episcopo Tarraconen.
Romana Domorum.
Veneris 22. *Iunij* 1640.

ARGVMENTVM CCXLI.

Restitutio in integrum competit stante læsione proueniente ex nullitate, & iniustitia sententiæ. Nullitas sententiæ oritur ex non iurisdictione in iudice.

REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO
Romana Legitimæ.
Veneris 22. *Iunij* 1640.

ARGVMENTVM CCXLII.

Soluta à Patre pro filio an veniant imputanda in legitimam plenè discutitur.

REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO
Fauentina Bonorum, seu Hæreditatis.
Lunæ 20. *Iunij* 1640.

ARGVMENTVM CCXLIII.

Quilibet administrator tenetur reddere rationem suę administrationis.

REVERENDISS. COCCINO DECANO
Toletana Canonicatus Pœnitentiariæ.
Lunæ 25. *Iunij* 1640.

ARGVMENTVM CCXLIV.

Electionis materia latè in hac decisione declaratur ad tex. in c. quia propter de elect. quando scilicet ad validitatem illius scriptura sit necessaria. Electionem probare tenetur electus esto quod qualitatem canonicæ electionis non iustificet, cum illa de iure præsumatur; Aetatis probatio quomodo dicatur sufficienter facta etiam ad effectum obtinendi beneficia.

R. P. D. ROIAS.
Postea Episcopo Tarraconen.
Romana Casalis Aguzani.
Mercurij 27. *Iunij* 1640.

ARGVMENTVM CCXLV.

Conditio si sine liberis, quæ etiam in fideicommissis expirat per mortem cum filij, extenditur ad omnes, & vlteriores descendentes vbi agitur de fideicommisso absoluto, perpetuo, & successiuo. Dispositio tex. in auth. res quæ, optimè in hac decisione declaratur tam quoad casum subsidij, quando illud non intrare prætenditur, cui scilicet hoc onus probandi pertineat, quam quoad materiam reincisionis bonorum in fideicommissum matrimonio sine liberis dissoluto, saltim ratione pię causæ, quam etiam quoad casum dotis constituendæ de fructibus bonorum fideicommissi, plura quoque de congruitate dotis, & an filia possit sibi omnia bona fideicommissi in dotem constituere dicuntur.

R. P. D. CARILLO
Postea Præside Vallisoletano.
Nonantulana annuæ præstationis.
Mercurij 27. *Iunij* 1640.

ARGVMENTVM CCXLVI.

Cum omnia beneficia de sui natura præsumantur libera, qui super illis annuam præstationem, aut aliud prætendit consequi onus, si in petitorio agit, titulum, & quidem concludenter iustificare tenetur, esto quod ipse reperiatur in quasi possessione exigendi, dummodo beneficij possessor tali oneri non consenserit. Vnio nec ipsa præsumitur, & quomodo testes, & enunciatiuæ cantare debeant ad iustificationem illius.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.
Cesenaten. seu Sarsinaten. Emphyteusis.
Mercurij 27. *Iunij* 1640.

ARGVMENTVM CCXLVII.

Manutentio competit quasi possidenti donec indagines causæ discutiuntur etiamsi fuerit contra quasi possidentem sententiatum dum ipse appellationem interposuerit, & possessionem continuauerit.

R. P. D. CARILLO.
Postea Præside Vallisoletano.
Vrgellen. Vnionis.
Mercurij 27. *Iunij* 1640.

ARGVMENTVM CCXLVIII.

Vnio facta ab Episcopo, & obseruata per spatium 200. annorum est attendenda non obstante vnione facta à Sanctissimo subsequenter quando in vnione Sanctissimi non fuit de prima facta mentio.

R. P. D. VEROSPIO
Postea S. R. E. Cardinali.
Toletana Decimarum de Capilla.
Mercurij 27. *Iunij* 1640.

ARGVMENTVM CCXLIX.

Remissoria denegatur ad exclusionem immemorabilis iam probatæ, quoties articuli ad huiusmodi probationem faciendam porrecti, vel apparent improbabiles, vel continent ea, de quibus, aut nulla legitur mentio in historijs, aut contrariantur scripturis, & interpretationi quę ex scripturis resultat, plura etiam dicuntur de probatione famæ, & decimarum materia quæ antiquitus laicis concedebantur.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO
SACRAE ROTAE DECANO.
Anconitana Dotis.
Mercurij 4. *Iulij* 1640.
ARGVMENTVM CCL.

Agitur, in hac decisione de probanda identitate bonorum mobilium, ad quorum redditionem rationis tenetur vxor petens sibi dotem restitui aduersus hæredes mariti.

REVERENDISS. COCCINO DECANO.
Lucana Maioratus.
Mercurij 4. *Iulij* 1640.
ARGVMENTVM CCLI.

Statutum excludens forenses ab acquisitione bonorum quocumque titulo, seu modo etiam per vltimam voluntatem, comprǽhendit successionem tam ex testamento, quam ab intestato, & æquè porrigitur ad titulum vniuersalem, ac particularem; & traditur distinctio inter statutum acquisitionem prohibentem modo quo supra, ac statutum denegantem bonorum alienationem in forenses.

R. P. D. GHISILERIO.
Postea Episcopo Terracinen.
Legionen. beneficij.
Mercurij 4. *Iulij* 1640.
ARGVMENTVM CCLII.

Possessionem beneficij esto quod aliquis acceperit elapsis nouem mensibus à die datæ litterarum Apostolicarum, non ex hoc impeditur quin super illo manuteneri debeat aduersus alium qui posteà eiusdem beneficij possessionem acquisiuit. Defectus non publicatæ resignationis qualis sit potentiæ, vt resignatarius carere debeat beneficio, & quibus defectus huiusmodi prodesse possit, cuius occasione plura de hac materia dicuntur.

R. P. D. ROIAS
Postea Episcopo Tarraconen.
Romana Domus.
Veneris 4. *Iulij* 1640.
ARGVMENTVM CCLIII.

Manutentionis in iudicio cum leuiores sufficiant probationes eæ etiam admittuntur, quæ ex instrumento captæ possessionis licet informi resultant, dummodò ex subsecutis exactionibus illud fomentum recipiat. Possessio tutoris etiam sine alio mandato suffragatur pupillo. Religiosus habet facultatem capiendi possessionem superioris tamen accedente permissu.

R. P. D. BICHIO
Romana manutentionis.
Mercurij 4. *Iulij* 1640. *Decis.* 254.

R. P. D. CARILLO.
Postea Præside Vallisoletano.
Romana Legati.
Mercurij 4. *Iulij* 1640.
ARGVMENTVM CCLV.

Legatum descendentibus relictum expressa persona, à qua illi procedere debent censeatur ne ad primos descendentes restrictum, vel etiam ad vlteriores porrigatur, & an ad legatum prædictum censeantur solum vocati illi, qui erant in humanis tempore conditi testamenti, aut admittantur etiam concepti post obitum testatoris.

R. P. D. CARILLO.
Postea Præside Vallisoletano.
Elboren. iuris conferendi.
Mercurij 4. *Iulij* 1640.
ARGVMENTVM CCLVI.

Transactio, quæ ex obseruantia subsecuta, validè præsumitur, etiam ex eadem obseruantia confirmata auctoritate Apostolica; Hinc plura de obseruantia dicuntur, & an remota suffragetur, & qualis illa dicatur.

REVERENDISS. COCCINO DECANO.
Tridentina Decanatus, & Canonicatus.
Mercurij 4. *Iulij* 1640.
ARGVMENTVM CCLVII.

De modo aggrauandi partem si post declaratoriam adhuc censuras substinet, in hac decisione discutitur.

R. P. D. BICHIO
Rossanen. Decimarum.
Mercurij 4. *Iulij* 1640. *Decis.* 258.

REVERENDISS. DVNOZETTO DECANO.
Romana Domus, seu Laudi.
Veneris 16. *Nouembris* 1640.
ARGVMENTVM CCLIX.

Natura fundi dotalis, eiusuè qualitas plenè in decisione declaratur, ad cognoscendum an census aliaque bona in dotem data cum pacto, quod in illorum retrouenditione pretium reinuestiri debeat in fundum dotalem, illius qualitates assumant, & si à principio dotis constitutio in quantitate præcesserit modo tamen non liberè sed qua supra conuentione fuerit stipulata; plures que adducuntur coniecturæ pro declaratione voluntatis contrahentium quæ sicut in alijs, & in hac materia primum locum obtinere solet.

REVERENDISS. PIROVANO DECANO.
Eugubina erroris Calculi.
Veneris 16. *Nouembris* 1640.
ARGVMENTVM CCLX.

De comprǽhensione, vel non comprǽhensione partite in solidatione computorum probanda in hac decisione tractatur.

REVERENDISS. COCCINO DECANO.
Valentina Præeminentiarum.
Lunæ 19. *Nouembris* 1640.
ARGVMENTVM CCLXI.

Conciones, & sermones facti in honorem aliquorum sanctorum, etiam cum interuentu Canonicorum non dicuntur capitulariter fieri; Hinc qui dicantur actus capitulares; & qui non.

R. P. D. PANZIROLO
Postea S. R. E. Cardinali.
Regien. Iurispatronatus.
Veneris 19. *Nouembris* 1640.
ARGVMENTVM CCLXII.

Probatio filiationis ex parte patris cum vel impossibilis, vel saltem difficillima reputetur, etiam coniecturas, & præsumptiones admittit. Iuspatronatus, in cuius erectione fundator habuit mentionem de solis descendentibus, absque expressione cuiuscumque alterius qualitatis, licet æquè comprǽhendat legitimos, & naturales, & naturales tantum, non tamen admittuntur ad illud nati ex coitu secundum leges prohibito, quales sunt filij sacerdotum, maximè si Pater illorum non solum fuit eiusdem beneficij Patronus sed etiam possessor.



SEQVVNTVR ARGVMENTA DECISIONVM APPENDICIS.

REVERENDISS. PIROVANO DEC.

Romana, seu Tudertina educationis.

Lunæ 14. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM CCLXX.

Romana Ciuitas nulli dubium est, quod præ cœteris omnibus sit locus aptior, & vtilior pro educatione filiorum attenta quantitate Gymnasiorum, Accademiarum, & Ludi Magistrorum, qui in ea Florent, maximè vbi æquè commodè, & cum eadem impensa quæ alibi est necessaria hoc in Vrbe fieri potest. Præceptum de non relinquendo domicilium dicatur ne continere speciem seruitutis, & quando illi censeatur contrauentum.

REVERENDISS. PIROVANO DEC.

Romana, seu Tudertina educationis.

Lunæ 13. Martij 1637.

ARGVMENTVM CCLXXI.

Materiam præcedentis decisionis, & hic habes repetitam circa filiorum educationem potius penes matrem, quam alios consanguineos, cum illa tota in iudicantis arbitrio resideat nedum circa ipsam educationem, verùm etiam quoad destinandum locum, vbi pupilli debeant educari; De voluntate testatoris per viam declarationis, aut nouæ dispositionis probanda aliqualiter etiam discurritur.

REVERENDISS. PIROVANO DEC.

Gerunden. Plumborum.

Veneris 26 Nouembris 1632.

ARGVMENTVM CCLXXII.

Concilium Tridentinum de reformat. cap. 13. sess. 7. mandans expectari approbationem Ordinarij antequam ad benefic[ia] præsentati, vel electi admittantur, [seu] confirmentur, in solis beneficijs electiui[s] non autem in collatiuis procedit, cum illorum ius conferendi ad Capitulum, [vel] Prælatum liberè de iure pertineat.

R.P.D. BVCCABELLA

Meleuitana Antianitatis.

Veneris 4. Iulij 1636.

ARGVMENTVM CCLXXIII.

Renunciatio antianitati facta per Equite[m] Hierosolymitanum etiam cum pacto d[e] non habendo recursum ad SS. eiusqu[e] Sanctam Sedem Apostolicam si appare[t] realiter dictam Antianitatem renuncia[n]ti competijsse metu facta dicitur propt[er] timorem, ne scilicet ipsius nobilitas, [&] honor in discrimen poneretur, cuius o[c]casione plura de probatione metus d[i]cuntur.

R.P.D. BVCCABELLA

Meleuitana Antianitatis.

Veneris 23. Ianuarij 1637.

ARGVMENTVM CCLXXIV.

Sequitur materia decisionis præcedentis d[e] probatione metus deducta ex pluribu[s] circumstantijs, & coniecturis quæ omn[ia] ex proximo summario videri possunt.

R.P.D. VEROSPIO

Postea S. R. E. Cardinali.

Spoletana Successionis.

Veneris 11. Aprilis 1636.

AR-

ARGVMENTVM CCLXXV.

De interpretatione statuti exclusiui fœminarum propter dotem in hac decisione tractatur, num illud habeat solum locum vbi agitur de excludenda fœmina ab hæreditate eius qui dotauit, aut etiam aliorum.

REVERENDISS. PIROVANO DEC.

Leodien. Castri de Monbech.

Veneris 15. Iunij 1635.

ARGVMENTVM CCLXXVI.

Mentis compos cum quilibet præsumatur ad subdinendum contractum, vel saltim contractum fuisse celebratum tempore sanæ mentis, quod aliquis tunc temporis fuerit demens claris, & apertis probationibus probari debet, nec sufficit iustificatio extremorum, vt & ita medio tempore præsumatur, quando docetur de aliquo actu medio tempore gesto, qui non dementi, sed homini sani iudicii adaptari solet.

R. P. D. GHISILERIO

Postea Episcopo Terracinen.

Ariminen. Molendini.

Veneris 7. Maij 1637.

ARGVMENTVM CCLXXVII.

Restitutio in integrum non denegatur aduersus sententiam concedentem immissionem pro toto, vbi illa pro sola parte concedi debuisset. Possessio probatur ex laudo à partibus acceptato, & executioni demandato, ex instrumento diuisionis, & depositionibus testium super illa deponentium. Instrumentum extractum ab Archiuista quando dicatur in forma probanti.

R.P.D. HIERONYMO VEROSPIO

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 14. Iunij 1637.

ARGVMENTVM CCLXXVIII.

Fideiussor, cui releuatio indemnitatis fuerat à debitore promissa potest vigore Statuti Vrbis petere se ab eadem obligatione eximi etiam quod per modicum tempus in obligatione steterit, & hoc casu bene agit ad extinctionem census non obstantibus constitutionibus Summorum Pontificum illius perpetuitatem requirentium, quia illæ veniunt intelligendæ respectu solius emptoris, non autem respectu tertij, qualis in hoc casu fideiussor dicitur, esto quod alias ob solidi obligationem ille à persona principalis debitoris non distinguatur.

REVERENDISS. PIROVANO DEC.

Romana Census.

Lunæ 4. Maij 1637.

ARGVMENTVM CCLXXIX.

Obligatio minoris absque solemnitatibus est nulla nondum ex Statuto Vrbis lib. 1, cap. 151. sed etiam de iure communi; nec ex longa obseruantia istius contractus potest induci ratificatio per minorem effectum maiorem.

R. P. D. MOTMANNO

Romana fideicommissi de Cæsareis.

Lunæ 5. Iunij 1637.

ARGVMENTVM CCLXXX.

Dotis constitutio facta per matrem communi filiæ de bonis patris facta censetur, si illa bonorum paternorum administrationem habebat. Statutum de contractibus mulierum non habet locum quoties de dote constituenda tractatur.

R. P. D. MOTMANNO

Bononien. fideicommissi de Nascentorijs.

Veneris 10. Decembris 1637.

ARGVMENTVM CCLXXXI.

Patet ex Summario.

R.P.D.

R. P. D. VEROSPIO

Postea S. R. E. Cardinali.

Pampilonen. Decimarum.

Lunæ 13. Ianuarij 1637.

ARGVMENTVM CCLXXXII.

Actorum, & processus integritatem ad probandam que requirantur vbi prætenditur omissio aliquarum scripturarum. Acta vnius iudicij possint ne per iudicem cum actis alterius causæ accumulari, vt in illa faciant fidem.

R.P.D. HIERONYMO VEROSPIO

Postea S. R. E. Cardinali.

Pampilonen. Decimarum.

Lunæ 8. Iunij 1637.

ARGVMENTVM CCLXXXIII.

Immemorabilis super possessione decimarum quomodo probetur per testes. Ex quibus sustineantur dicta testium probantium famam per visum, & per verbum fuit: & an dicentes quod multoties viderint solui decimas, dicantur probare, & concludere requisitum 40. annorum, cum dictio *multoties* in duobus, aut tribus vicibus possit verificari.

R.P.D. HIERONYMO VEROSPIO

Postea S. R. E. Cardinali.

Pampilonen. Decimarum.

Lunæ 13. Iunij 1640.

ARGVMENTVM CCLXXXIV.

Decimarum possessionem si laicus habere prætendit virtute immemorabilis, de illa cum fama priuilegij docere debet. Lis quæ regulariter ex sola citatione non introducitur, vt per illam existere dicatur, necessaria est, & rei conuenit; de citatione notitia, & quod illa à Iudice competenti fuerit decreta.

REVERENDISS. DVNOZETTO DEC

Nullius, seu Aprutina iurisdictionis.

Veneris 14. Maij 1632.

ARGVMENTVM CCLXXXV.

Testes ad probanda confinia sufficit deponere, vel de publica voce, & fama, vel de communi reputatione. Testium numerus in concursu semper præualet, maximè si illi qui sunt numero plures deponunt super affirmatiua, & sunt omni exceptione maiores.

REVERENDISS. DVNOZETTO DEC

Nullius, seu Aprutina iurisdictionis.

Lunæ 5. Maij 1636.

ARGVMENTVM CCLXXXVI.

Tota est materia de qua in præcedenti decisione.

REVERENDISS. DVNOZETTO DE

Nullius, seu Aprutina iurisdictionis.

Mercurij 18. Martij 1635.

ARGVMENTVM CCLXXXVII.

Episcopo habenti de iure fundatam intentionem intra fines suæ Diœcesis manutentio conceditur in actibus iurisdictionalibus, maximè in illis quæ versantur circa causas matrimoniales, & criminales, vbi agitur de concedendis dimissorijs, licentia concionandi, & confessarios approbandi.

REVERENDISS. PIROVANO DEC

Carpentoraten. restitutionis ouium.

Lunæ 23. Iunij 1625.

ARGVMENTVM CCLXXXVIII.

Praxis probandi animalia ex stigmate in illorum corpore impresso hac in decisione deducitur. Et quod eorumdem malæ fidei possessor teneatur, & fructus perceptos, & quos dominus sua industria percipere

cipere potuisset restituere.

REVERENDISS. PIROVANO DEC.

Carpentoraten. restitutionis ouium.

Veneris 7. Iunij 1636.

ARGVMENTVM CCLXXXIX.

Materia præcedentis decisionis, & in hac repetitur circa restitutionem fructuum quam facere tenetur malè fidei possessor.

R. P. D. BVCCABELLA

Viterbien. Hæreditatis de Chisijs.

Veneris 29. Ianuarij 1638.

ARGVMENTVM CCXC.

Immissio in possessionem bonorum Patrui est danda Nepti in capita quando concurrit cum alijs nepotibus ex altero fratre nullo existente fratre defuncti. Statutum non comprehendit censum creatum ad fauorem subditi, quando fundus super quo est creatus est extra territorium statuentium.

R. P. D. BVCCABELLA

Viterbien. Hereditatis de Chisijs.

Mercurij 24. Nouembris 1638.

ARGVMENTVM CCXCI.

Statutum excludens fœminas ab hæreditate aliquorum censetur tantummodo illas excludere ab hæreditate illorum quos expressit, secus autem eorum, qui nou fuerunt statuto nominati.

R. P. D. GHISILERIO

Postea Episcopo Terracinen.

Meleuitana Hæreditatis.

Veneris 1. Iulij 1633.

ARGVMENTVM CCXCII.

Vis, & metus si in confessione testamenti interuenerunt, etiam quod ab hærede instituto prouenisse non constet illius inualiditatem operantur; quod eo magis procedit, si de reuocatione testamenti præcedentis agatur. Transactio quæ falsitatem causæ in se continet dicitur ipso iure corruere, maximè si est læsiua. Mentis compotem vltra quod de iure testatorem fuisse præsumitur, probant assertio Notarij, & iuramentum in ea præstitum cœterique actus ad mentis integritatem conferentes.

R. P. D. PANZIROLO

Postea S. R. E. Cardinali.

Meleuitana hæreditatis.

Lunæ 26. Ianuarij 1637.

ARGVMENTVM CCXCIII.

De eadem materia precedentis decisionis hic agitur scilicet de testamento vltimo per metum extorto, quod non valet reuocare præcedens, & hinc plura de metu dicuntur; quod processus per audientiam contradictarum rectè agitetur contra contumacem personaliter citatum ad cōparendum, & quod talis citatio non dicatur circumducta, licet illius reproductio non fuit in tempore facta, cum reproduci possit semper, & quandocumque de subrogatione auditoris in locum absentis, vel defuncti, ac denique de sanitate testatoris tempore conditi testamenti plura enucleantur.

R. P. D. PANZIROLO,

Postea S. R. E. Cardinali.

Meleuitana Hæreditatis.

Veneris 29. Maij 1637.

ARGVMENTVM CCXCIV.

Tota ista materia, quæ in duabus præcedentibus fuit exarata continetur in præsenti decisione, quæ est in eadem causa.

R. P. D. BVCCABELLA

Ariminen fideicommissi.

Veneris 25. Iunii 1638.

ARGVMENTVM CCXCV.

Bona fuisse à testatore possessa probare debet

bet agens ad immissionem illorum vti fideicommissarius; & quomodo eorum probetur identitas, ex ipsa decisione colligitur.

REVERENDISS. PIROVANO DEC.

Eugubina erroris calculi.

Veneris 22. Aprilis 1640.

ARGVMENTVM CCXCVI.

Error calculi ad probandum, per non compræhensionem partitæ, ad effectum vt ex illa compensari non possit debitum quod non erat, an & quando dicatur sufficienter probatus.

R. P. D. PANZIROLO

Postea S. R. E. Cardinali.

Portuen. Stagni.

Lunæ 19. Iunij 1637.

ARGVMENTVM CCXCVII.

Directum Ecclesiæ dominium vbi ad solum effectum recognitionis probari prætenditur admittit nè dum confessiones, solutiones canonum, & locationes, tanquam de re emphyteotica factas, verum etiam præsumptiones, & coniecturas.

R.P.D. BVCCABELLA

Romana, seu Ianuen. locorum Montium.

Lunæ 31. Maij 1638.

ARGVMENTVM CCXCVIII.

Procurator constitutus ad Dominum obligandum pro futuris debitis possit ne eundem obligare pro præteritis. Retentio non conceditur vbi de credito aliqualiter dubitari contingit, cum ad illam inducendam, creditum debeat esse ita clarum vt nulla possit exceptione remoueri.

R.P.D. VEROSPIO

Postea S. R. E. Cardinali.

Toletana Decimarum de Capilla:
Veneris 1. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM CCXCIX.

Remissoria in causa prophana concedi[...] stante releuantia materiæ, & sufficit qu[...] quoquo modo articuli faciant ad caus[...] etiam præsumptiuè: Imò conceditur et[...] secunda remissoria, quando primi artic[...] li fuerunt male concepti, & secundi [...] distincti, etiamsi secundi sint ijdem cu[...] primis.

R. P. D. GHISILERIO

Postea Episcopo Terracinen.

Legionen. Beneficij.

Veneris 9. Decembris 1639.

ARGVMENTVM CCC.

Agitur de manutenendo primo possesso[...] Beneficij aduersus secundum qui docet[...] titulo. Possessio beneficij capta vigor[...] vnionis restrictę ad casum vacationis n[...] suffragatur contra possidentem anteri[...] rem vigore resignationis: fortius stant[...] clausula suspensiua vnionum.

R. P. D. CARILLO

Postea Præside Vallisoletano.

Elboren. Iuris conferendi.

Veneris 1. Iunij 1640.

ARGVMENTVM CCCI.

Præsentationis obseruantia continuata p[...] spatium annorum 40. requiritur contra Ordinarium habentem fundatam intentionem in libera collatione omnium be[...] neficiorum suæ Diœcesis; & quomodo il[...] la per testes aliosuè actus probari possit.

R. P. D. BICHIO

Ariminen. Molendini.

Veneris 1. Iunij 1640. *Decis. 302.*

R.P.D. HIERONYMO VEROSPIO

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana Census.
Lunæ 17. Decembris 1640.

AR-

ARGVMENTVM CCCIII.

Censuarius soluens creditoribus emptoris census succedit in locum illorum, & pro rata pecuniæ solutæ facit cessare cursum vsurarum. Debitor vt mediante delegatione dicatur liberatus requiritur quod persona delegata, delegationem acceptet.

REVERENDISS. PIROVANO DEC.

Barchinonen. Administrationis.

Lunæ 17. Decembris 1640.

ARGVMENTVM CCCIV.

Ecclesiæ bona, & prouentus cùm æquè debeant administrari per Priorem, & Canonicos eiusdem Ecclesiæ, actus contrarij ab vno in præiudicium aliorum facti propter resistentiam iuris, non dicuntur considerabiles ad acquisitiones possessionis illius.

R. P. D. ROIAS

Postea Episcopo Tarraconen.

Legionen. Canonicatus.

Veneris 14. Decembris 1640.

ARGVMENTVM CCCV.

Resignationem Beneficij non fuisse publicatam iustificare tenetur ille, qui sub hac narratiua tale beneficium impetrauit; nec de ea satis apparere dicitur ex diligentijs factis in Cancellaria, & in Camera, quinimo nec per expeditionem litterarum factam post tempus à Summorum Pontificum Constitutionibus præfixum, quoties agitur de possessore triennali.

R. P. D. PEVTINGERO.

Cracouien. Pecuniaria.

Veneris 18. Maij 1640.

ARGVMENTVM CCCVI.

Remissoria denegatur stante irreleuantia, & inuerisimilitudine articulorum maximè si concurrat suspicio calumniæ, quæ oritur ex longæua causæ agitatione in partibus.

R. P. D. PEVTINGERO

Cracouien. Pecuniaria.

Lunæ 26. Nouembris 1640.

ARGVMENTVM CCCVII.

Patet ex Summario.

Indicis Argumentorum Finis.



NOTA

NOTA

SACRAE ROTAE ROMANAE AVDITORVM

CORAM QVIBVS EMANARVNT DECISIONES

Quæ in præſenti Parte Octaua Recentiorum continentur.

Reuerendiſs. P. IO. BAPTISTA COCCINVS VENETVS DECANVS.

Reuerendiſs. P. PHILIPPVS PIROVANVS MEDIOLANEN. DEC.

Reuerendiſs. P. AMATVS DVNOZETTVS GALLVS DECANVS.

Reuerendiſs. P. D. CAROLVS CERRVS ROMANVS DEC.

R. P. D. FRANCISCVS GHISILERIVS BONON. poſtea Epiſc. Terracinen.

R. P. D. HIRONYMVS VEROSPIVS ROMANVS poſtea S.R.E. Cardinalis.

R. P. D. IACOBVS PAZIROLVS ROMANVS deinde S. R. E. Cardinalis.

R. P. D. PETRVS CARRILVS poſtea Præſes Valliſoletanus.

R. P. D. FRANCISCVS DE ROIAS HISPANVS, poſtea Epiſcopus Taraccon.

R. P. D. CORNELIVS HENRICVS MOTMANNVS GERMANVS.

R. P. D. ALEXANDER BVCCABELLA ROMANVS.

R. P. D. CHRISTOPHORVS PEVTINGER GERMANVS.

R. P. D. COELIVS BICHIVS SENENSIS.



DECISIONES SACRAE ROTAE ROMANAE A PAVLO RVBEO I. C. ROMANO SELECTÆ.



R. P. D. PANZIROLO Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Multiplici.

Veneris 29. Ianuarij 1638.

ARGVMENTVM.

Error, quantumuis sit tàm malignantis ac peruersæ naturæ, vt remoueat consensum in operante, itaque quæcumque operationes per errorem gestæ nullius penitus sint roboris, attamen, quando quis aliquid disposuit, & asserit se errasse, tenetur ipse plenè, & concludenter errorem probare, & in tantum error annullat contractum, in quantum probatur, quod si contrahens illum sciuisset, non contraxisset. Primogenitura quando est facta ad conseruationem familiæ, censentur exclusæ fœminæ. Fideicommissum, quod non adsit in aliqua familia, ex quibus non dicatur doctum.

SVMMARIVM.

1 *Contractus, seu assignatio facta ex falsa causa, vel per errorem, corruit, & quando & numer. 4. cum seqq.*
2 *Amplia & fortius si sit causa finalis.*
Dictio, Perciò, *denotat causam finalem, nu. 4.*
3 *Errans non videtur consentire.*
5 *Fœminæ dicuntur exclusæ si in fideicommisso, vel primogenitura fuerit facta mentio conseruationis familiæ, & cippi domus.*
6 *Fœminæ non conseruant agnationem.*
7 *Filij sequuntur familiam patris non matris.*
8 *Fœminæ censentur à fideicommisso exclusæ si illis fuerit de dote prouisum.*
9 *Fœminæ censentur exclusæ attenta expressione facta proprij nominis familiæ.*
10 *Fœminæ censentur perpetuo exclusæ si primogenitura fuerit instituta, vt bona perpetuo remaneant in agnatione.*
11 *Fœminæ licet aliquando & ipsæ tanquam de familia censeantur ad fideicommissum vocatæ, non per hoc censentur vocati eorum filij qui nullatenus de familia dici possunt.*
12 *Error est ab allegante probandus.*
13 *Error in facto proprio non præsumitur.*
14 *Error non probatur attenta possibilitate in contrarium.*
15 *Negatiua tunc probatur ex instrumento, si ad illud est coarctata.*
16 *Negatiuæ probatio excluditur ex sola possibilitate in contrarium.*
Familiæ nobiles quod habeant fideicommissa, magna verisimilitudo est.
17 *Fructuum commoditas est quid diuersum à fideicommisso, cum in sola fructuum perceptione non consistat.*
Fructuum commoditas potest à fideicommissario alteri ad fideicommissum non vocato cedi, & assignari.
18 *Verba*, non obstante, *dicuntur stare ampliatiuè.*
19 *Error contractum non annullat nisi probetur quod si contrahens illum sciuisset non contraxisset.*
20 *Dictio*, prætensi, *nihil firmat, seu ponit in esse*
21 *Confessio emanata in commissione causæ probat cōtra confitentem.*
22 *Non entis nullæ sunt partes.*
23 *Assertio facta in contractibus, vt contrahentes facilius inducerentur ad contrahendum, & sine qua non essent contracturi, non potest postea tanquam erronea reuocari.*
24 *Verba* ex dato & facto suo tantum *non excludunt factum auctorum suorum.*
25 *Obseruantia in instrumento promissa impedit quominus contrahentes contra illum venire possint.*
26 *Interesse præstare tenetur, qui ad obseruationem contractus se obligauit.*
27 Verba *quod contrahentes noluerunt posse excusari* quod promiserint factum alienum *ad præcisam obseruantiam obligant.*

28 *Absolutiò à iuramento non tollit vinculum obligationis contractus.*

29 *Obligans se ad obseruationem puntualem, & præcisam, omnia ad vnguem, & sine aliquo defectu adimplere tenetur.*

30 *Fidei præstatio habet vim reiterati iuramenti.*

31 *Maximè inter Magnates.*

32 *Feudum si est merè hæreditarium comprehendit etiam fœminas in defectum masculorum.*

33 *De iure tertij non potest opponi quando non est omninò exclusiuum iuris agentis.*

34 *Impersonalitas non refertur ad loquentem, quando non tractatur de illius acquisitione.*

35 *Impersonalitas adiecta verbis executiuis non tollit obligationem eius, cum quo contrahitur.*

36 *Verba impersonalia adiecta participio præteriti temporis dicuntur exequtiua, & latæ sententiæ.*

37 *Clausula,* ad habendum, *importat translationem dominij, & possessionis.*

38 *Amplia, quia etiam clausula* constituti *importat translationem dominij, & possessionis.*

DECISIO I.



VM D. Antimus de Vrsinis Martiam filiam D. Duci Francisco Sānesio nuptui tradidisset, vltra censum scutorum 25. mill. in sorte, quoddam etiam multiplicum scutorū sex millium pro dote, & dotis nomine illi assignauit. Verum cum post aliquot annos D. Martia obijsset relicta D. Cleria filia, cœpit D. Antimus prætendere, se in tantum dictum multiplicum in dotem D. Duci assignasse, in quantum credidit Martiam filiam ad primogenituram, & ad fideicommissa suæ Domus esse vocatam, vt videntur indicare verba capitulorum matrimonialium, ibi: *E perciò conuengono esse parti, che li sudetti scudi sei mila s'intendino consegnati alli sudetti Signori Frācesco, e Martia à detti fideicommisso, e primogenitura chiamata, &c.* vnde quatenus probetur Martiam non esse vocatam, assignationem multiplici nullo pacto subsistere; Quocirca introducto Iudicio in hoc sacro Tribunali contra D. Ducem vti Patrem, & legitimum Administratorem D. Cleriæ; dubitatum fuit coram me, An D. Antimo Agenti pro annullatione dictæ promissionis multiplici obstent Capitula matrimonialia, & Instrumentum Dotis. Et quidem, quod ei nō obstarent, inter alia adducebatur quod multiplicum, de quo agitur prouenit ex pretio Castri Morlupi, & in ipsius locum subrogatum fuit, vt patet ex Capitulis, ibi. *Essendo posti à multiplico scudi 6000. moneta inuestiti in tanti Monti dell'abbondanza prouenuti parimente dal prezzo della detta Terra di Morlupo, con conditione, che li frutti debbiano sempre inuestirsi finche siano arriuati alla somma delli scudi 50. mila, & all'hora s'intendino surrogati in luogo di d. Terra di Morlupo à benefitio delli chiamati nelli pretensi fideicōmissi, e primogenitura &c.* Quapropter cū in Primogenitura inita inter D. Antimū & fratres de anno 1590. fœminæ videantur exclusæ, assignatio prædicta vti per errorem facta nullum habere possit iuris fo-
1 mentum per ea † quæ tradit *Dec. in consil. 63. numer. 6. Alexand. consil. 46. num. 8. vers. sed ita Gratian. discept. 470. num. 1. Seraphin. decis. 1 num. 2. Rota decis. 765. num. 2. part. 4. diuers. &* resolutum *in Romana fideicommissi* 24. *Febr. 1620. & 16. Nouembris 1622. coram R.P.D. rouano.* Præsertim cum assignatio multiplic
2 gatur facta per modum causæ finalis, † qua
dentur denotare illa verba (*e perciò*) & ideò
sa debet esse omninò certa. *Aym. cons. 192.*
vers. tertio arguitur. Soccin. cons. 159. numer.
lib. 2. Becc. cons. 20. num. 13. lib. 1. Maresc. var.
cap. 105. num. 19. Rota decis. 453. numer. 2. pa
recent. Vndè cum hodiè incertitudo detega
dicendum videbatur quod D. Antimus ad id
prestiterit consensum iuxta regulam, quod
3 rans non videtur † consentire, *l. non fatetur*
confess. l. nihil consensui 116. §. fin. ff. de reg.
Socc. iun. consil. 128. num. 121. & seqq. lib. 1. E
4 consequens † bene poterunt Capitula matri
nialia, & Instrumentum dotis condici iuxta
in l. is, qui plus, ff. de condit. indeb. Dec. cons.
num. 2: vers. sed tamen, Peregr. cons. 87. nu. 12.
& fauet etiam regula, quod falsa causa
contractum. *Dec. cons. 600. per tot. Gabr. cons.*
num. 3. & seqq. Tiber, Decian. cons. 20. nu. 28.
Honded cons. 41. num. 1. in fin. libr. 2. latè G
decis. 108. num. 22.

Quod autem in Primogenitura fœminæ
5 ninò excludantur, † videbatur elici ex mult
primò, quia expressè facta fuit pro conser
ne familiæ, & manutentione Cippi Domus
casu secundum consuetudinem Italiæ fœ
excluduntur. *Bart. in l. pronunciatio, §. fam*
num. 1. ff. de verb. signific. Gozzad. cons. 45.
Molin. de primog. lib. 3. cap. 4. num. 10. & 20.
de substit. quæst. 385. num. 17. Censetur enim
6 bita † ratio conseruationis agnationis,
fœminæ conseruare non possunt. *Paris. cons.*
num. 29. lib. 3. Soccin. iun. cons. 1. num. 62. lib. 1.
noch. cons. 549. num. 13. Fusar. quæst. 248. num
Rota decis. 44. num. 4. part. 1. recent. Cum n
7 sit † finis propriæ agnationis, & liberi patr
matris familiam sequantur, *l. pronunciatio*
§. familiæ, in fin. cum l. seq. §. fœminarum, ff. de
signif. Paris. cons. 72. num. 81. vers. quod min
lib. 4. Menoch. cons. 204. num. 13. post med. ver
tur etiam, & num. 16. in fine cum seqq. Mol
primogen. lib. 3. cap. 5. num. 1. & seq. in prima
Peregrin. de fideicomm. art. 25. sub numer. 46
sar. de substitut. quæst. 385. numer. 17. qui hoc
mittit in primogenitura constituta ad fau
Domus.

Secundo, quia fœminis fuit prouisum, &
8 uentum, quod dotarentur de † paragio quod
notat exclusionem fœminarum. *Corn. cons.*
7. & cons. 41. n. 12. lib. 4. Paris. cons. 22. num
lib. 3. Menoch. cons. 197. num. 55. Fusar. de
quæst. 352. num. 22.

Tertio, quia fuit sæpius expressum prop
nomen familiæ Vrsinæ de Pitigliano adeò
lis, & apud omnes conspicuæ, quod etiam
9 tur euidens † coniectura exclusionis fœmin
Grat. cons. 68. numer. 14. lib. 2. Soccin. Iun.
181. nu. 39. lib. 2. Ruin. cons. 110. numer. 14.
Fusar. d. quæst. 352. num. 29. & fuit dictum
mana fideicommissi de Caetanis 7. Iunij 163
ram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano. Qu

Quarto, quia huiusmodi exclusio fœminarum videtur perpetua, quia cum Primogenitura fuerit
10 instituta ad effectum, † vt bona in perpetuum remaneant in agnatione fœminæ censentur etiã in perpetuum exclusæ, *Panzirol.cons.91.num.20. Mandell.cons.237.n.10.*

Quinto, quia respectu D. Cleriæ magis videdetur vrgere hæc ratio, quia dato etiam, quod esset vocata D. Martia eius mater tanquam de
11 familia de Vrsinis, † nihilominus ista vocatio non comprehenderet D. Cleriam, quæ nullo pacto potest dici de eadem familia, *Paris. cons.35. in fin.& cons.47.num.68.lib.3. Peregr. cons.47. nu. 3.lib.4. Decian.cons.7.num.32.lib.1.*

His tamen non obstantibus, resolutum fuit D. Antimo obstare Capitula matrimonialia, ac Instrumentum Dotis, nam cum ipse pro annullanda assignatione multiplici prætendat errasse, te-
12 netur errorem plenè, † ac concludenter probare, *l.errore, C.de testam.Surd.cons.149.num.9. & seq.Alex.cons.102.num.8.lib.1.Aym.cons.155.n.5. Seraphin.decis.31.in fin.Rota decis.541.nu.2.par.4. recentior.*

Quod autem error à D. Antimo non probetur deducebatur tum ex eo, quod in facto proprio
13 error, † nec præsumitur, nec suffragatur, *l.quamquam, ff.ad Velleian. l.3. ff. de iur. & fact. ignor. Surd.decis.293. num. 12. Rota decis. 121. num. 1. par.3. recent.* Tum etiam ex eo, quia in Capitulis Matrimonialibus non narratur D. Martiam vocatam fuisse ad hoc, vel ad illud fideicommissum, vel ad hanc, aut illam Primogenituram determinatè, sed indeterminatè solum dicitur, *Conforme all'Instromento di detta vendita in occasione della quale à beneficio delli chiamati nelli pretensi fideicommissi, e primogenitura, essendo posti à multiplico scudi 6000. &c.* Ideoque nisi D. Antimus probet nullum penitus extare fideicommissum, nullamque primogenituram ad quæ D. Martia vocata non fuerit, non potest dici probatus er-
14 ror † concludenter *iuxt.tradit.per Cassador.dec.9 numer.4. in fine cum seqq.de caus.possess. & propr. Rota dec.489.numer.4.part.2.recent.Gregor.decis. 353. num.12.* Negatiua enim tunc demum probatur ex inspectione Instrumenti, quando est ad
15 illud † coarctata. *Ias. in l. Titiæ textores, in princ.numer.17. vers. dicit optimè de leg. 1. Ruin. consil.35.num.18. in fine lib.1. Surd.cons.55. n. 14. Rota decis.455.num.4.par. 2. recent.* Imò cum agatur de familia nobilissima videtur potius insurgere vehemens verisimilitudo quod in ea extent
16 fideicommissa, † ex qua sola possibilitate tollitur probatio negatiuæ, *Cassad.d. decis.4.num.5.de caus.possess. & propriet. Rota decis.489.num. 4. p.2. recent. Greg.dec.353. num. 12.* Vltra quod verius dicendum est adesse fideicommissa præter expressa, dum D.Antimus in dictis Capitulis, vult Martiam filiam, ac D. Ducem eius Virum post completum multiplicum posse, ac debere de fructibus disponere in perpetuum, non obstante quocumque vinculo etiam fideicommissi prætensi; vnde videtur excludi omnis error, seu defectus vocationis D. Martiæ dum etiam si non fuisset vocata in fideicommissis suorum Maiorum, adhuc voluit D. Antimus quod isti Coniuges possent disponere de fructibus tamquam
17 re diuersa † à fideicommisso ad instar commoditatis quę consistit in sola fructuum perceptione. *Bald.in l.1.num.7. C.quæ bona cedi poss. Ias. in §. vlt.num.57.Instit.de act. Rolan. cons.80. num.35. lib.1.Menoch.cons.1022.num.11.Pacific.de Salu.inspect.3.cap. 2.nu.804.& seqq.* quasi verba (*non obstante quocumque vinculo etiam prætensi fideicom-*
18 *missi*) stent ampliatiuè ad alia † fideicommissa, perinde ac si fuisset dictum quod dicti coniuges possent disponere de fructibus non obstãte quod D. Martia tamquam fœmina sit exclusa à quocumque suorum Maiorum fideicommisso. *Surd. decis.8. numer.12. Rota decis.367. num.1. part.1. recentior.*

Præterea ponderabatur, quod cum D. Antimus sub prætextu erroris vult agere ad rescissionem Instrumenti iurati non solum debet errorem concludenter probare, vt supra dictum est; Verum etiam quod si errorem agnouisset contracturum
19 se non fuisse, † eo modo, quo contraxit, iuxtà *decis. Seraphin.275. num. 10.* Et tamen ex verbis Capitulorum visum est apparere totum contrarium ex quo D. Antimus nunquam habuit pro subsistentibus fideicommissa, & Primogeniturã, nam de illis loquens vsus est verbo *prætensis*, ibi; *A beneficio delli chiamati nelli pretensi fideicommissi, & Primogenitura &c.* quæ dictio *pretensi* nihil
20 firmat, seu † ponit in esse, *c. ad hæc vbi Dec. num.1.de rescript. Rot.dec. 60. num. 1. eod. tit. in antiq.Cassador.decis.4.nu.8.& 9.de probat.*

Accedit quod de tempore, quo fuerunt inita dicta Capitula matrimonialia, non poterat dici amplius extare dictam Primogenituram, cum de consensu fratrum fuisset iam resoluta, & D. Antimus portiones aliorum propria pecunia sibi
21 acquisiuisset, † vt ipse fatetur in Commissione huius causæ, quæ contra illum benè probat *l.cum precum. C.de liber.caus. Greg. dec.555. numer.9.* Vnde quando in Capitulis loquutus fuit de vocatione D. Martiæ ad primogenituram, † debet
22 intelligi de alia † quam de illa in qua non erat vocata ad *reg. quod non entis &c. l. eius, qui in Prouincia, in fin. ff.si cert.pet. Rota decis.237. n.3. part. 3. recent.*

Vlterius etiam dicebatur, quod vel illa assertio vocationis Martiæ ad prætensa fideicommissa, & Primogenituram erat vera, & cessat omnis lis: aut emanauit, vt D.Dux induceretur ad cõtrahendum, & non potest D. Antimo suffragari propter bonam fidem, quæ in huiusmodi contra-
23 ctibus exuberare debet, † cum alias D.Dux non esset contracturus. *Abb.cons.73.n.3. vers. non obstat si dicatur, lib.2. Nat.cons.609.num. 41. vers. non videtur, Vinc. de Franch.deci.44.numer.3.latè Aim Robert.in tract.rerum iudicatarum lib.1.cap.2* vbi materiam exornat.

Et demum videbatur cessare omnis difficultas, quia D. Antimus sciens adesse dicta prætensa fideicommissa, & Primogenituram, nihilominus ad obseruationem præmissorũ expressè voluit se obligare, per hæc verba: *le quali assegnationi, e consegnationi esso Sig. Antimo promette esser bone, e ben fatte, e di non hauer fatto, e che non farà cosa alcuna in pregiuditio di quelle, altrimente ex dato, & facto suo tantum, & non aliàs &c. vuole essere tenuto all'essequtione di quelle, & ad omnia damna &c.* Et sic vltra quod illa verba, *ex dato, & facto suo*
24 *tantum*, non excludunt † factum suorum Authorum,

rum, vt latè probat *Surd.conſ.36. num.*18. & fuit ponderatum in *Romana ſcutorum* 24. *mill.*18. *Ianuarij, & 24.Iunij 1630.coram R.P.D.Veroſpio*, adhuc ſatis patenter obſtant D. Antimo, dum
25 nemo alius præter ipſum † multiplici aſſignationem impugnat *ad text.cum ibi not.in l.*1. *ff. de pact.l.qui iuraſſe, vbi Dec.& Cagnol.ff.de iur. iur. l.facere oportere, ff. de verb. ſignificat. l.aduerſus, in princ.ff.de recept.arbitr. l. ſi quis maior, C. de tranſact.Caual.deciſ.*190.*num.*5. Et propterea in omnem caſum teneretur ad damna, & intereſſe, *l.ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verbor. oblig. Surd. conſil.*52.*numer.*14. *Gregor. deciſ.* 241. *ſub*
26 *num.*3. † *verſ.nec dicatur, par.*3. *recentior. & dec.* 67.*num.*10.*par.*4. quod abſque vlla difficultate procedit dum damna, & intereſſe à D. Antimo fuerunt expreſsè conuenta.

Idque tantò magis, quia vtraque pars cum iu-
27 ramento, † & ſub obligatione Camerali voluit, *Non poter eſſere ſcuſati di hauer promeſſo il fatto d'altri. Rot.dec.*440.*num.*3. *par.*1. *diu. E non domandare aſſolutione dal giuramento.* Vnde licet D. Antimus abſolutionem petierit, illa tamen non
28 eum exemit à vinculo obligationis † contractus. *Bald.in l.hæc ſcriptura, n.*2.*vbi Imol.eod.numer.in fin.ff.de condit.& demonſtr.Couar.var.reſol. cap.*4. *numer.*6.*verſic. ex his, Rota dec.*580.*num.*7.*par.*1. *recent. E tutte le ſudette coſe oſſeruare puntualmẽ-*
29 *te &c.* & ſic ad vnguem † abſque alio defectu, iuxta tradit. *per Bald. in rubr. extra de conſtit.numer.*11.*& ſeq.Felin.in cap.*2.*numer.*19.*in princ.& ad fin.verſic.& adde, Tiraq. in l.ſi vnquam,verb. reuertatur, num.*79.*C.de reuoc.donat.* & demum in capitulis ſubiunguntur hæc verba. *E così ſe ne danno parola l'vno all'altro &c.* qui modus loquendi tanquam continens fidei præſtationem
30 habet † vim iterati iuramenti. *Abb.in cap.ad aures, num* 30.*in fine, verſ.& ideo, cum ſeqq. de his quæ vi, met. cauſ.fiunt,iuxta not.in cap.pen.de iur.*
31 *iur.Afflict.dec.*389.*numer.*2. Et in terminis † fidei datæ à Magnatibus, *Guidop.conſ.*31. *numer.*2. *verſ.quinta ratio.*

Nec viſa ſunt obſtare quæ in principio dicebantur pro parte D.Antimi, quia ex prædictis patet non poſſe fieri vim in fideicommiſſis maiorum, cum illa non fuerint adhuc exhibita: Vltra quod per D. Antimum non docetur fœminas ad Caſtrum Morlupi, & per conſequens ad multiplicum proueniens ex pretio illius non
32 fuiſſe vocatas, ſaltem † poſt extinctionem lineæ maſculinæ, prout vocari fortaſſe poſſunt, quando non repugnat natura ipſius feudi, illudque ſit merè hæreditarium, *Curt. iun. de feud. part.* 3. *limit.* 65 *Clar.in* §.*feudum, quæſt.*73. *num.*6. *Surd. conſ.*317.*num.*25.*& conſ.*384.*num.*16. *Roſſental. de feud.cap.*7.*quæſt.*34.*num.*3.

Et ex his videbantur tolli ea, quæ dicebantur de Primogenitura tanquam facta pro cõſeruatione Cippi, & domus de Vrſinis, cum ordinatione quod fœminæ dotari debeant, nam quidquid ſit an ab iſta primogenitura ipſi Contrahentes receſſerint, itaut hodie amplius non extet, vt ſupra dictum eſt, fuit reſponſum primogenituram fuiſſe conſtitutam ad fauorem D.Antimi, & ipſius filiorum, & illorum defectum ad fauorem Primogeniti alterius Fratris, & ſic deinceps ordine ſucceſſiuo, vnde cum D. Antimus adhuc viuat, & eſſe poſſit, quod per mortem omnium dicta Primogenitura vocatorum bona apud libera remaneant;Ius vocatorum in hoc caſu
33 quam † non omninò excluſiuum iuris agen non poteſt Martiæ præiudicare, *Ruin. conſil. num.*14. *verſic. Et ideò dictus, lib.*2. *Roland. conſil.*57.*n.*10.*lib.*3.

Nec viſum eſt attendendum,quod Martia obierit, & D.Cleria eius filia non ſit in Primogenitura vocata, quia fuit reſponſum D. Cleriam non agere ex vocatione facta in Primogenitura ſed ex promiſſione dotis, & ad damna, & in eſſe adeò enixè ſtipulata.

Nec releuat, quod hodiè adſint alij vocati Primogenituram, quia ſi aderunt, quando niet caſus ſucceſſionis, & tunc agendum erit D. Antimus illis preiudicare potuerit, & nus non, an ipſe teneatur de euictione ex promiſit de dato, & facto ſuo. Aut alij non aderunt, & eo caſu non poterit dubitari validitate aſſignationis.

Demum non obſtat, quod in Capitulis monialibus nulla ſit facta aſſignatio huius plici, ſed tantum legantur verba imperſonalia ibi, *Eſſendo poſti à multiplico ſcudi* 6000. & ditur, poſtquam vna cum fructibus aſcende ad ſcuta 50.mill. *perciò conuengono eſſe parti li detti ſcudi* 6000.*s'intendano conſegnati al ti Signori Franceſco, e Maria à detti fideicom ſo, e Primogenitura chiamata &c.* Itaut imp
34 nalitas † non referatur ad loquentem quan tractatur de acquirendo ipſi loquenti,iuxta *in conſ.*112.*nu.*4.*circa fin.verſ.ſed imperſonal lib.*7. nam fuit reſponſum quod imperſonal adiecta verbis exequtiuis, ibi, *s'intendino aſſ*
35 *ti &c.* non tollit obligationem eius, † cum contrahitur, vt tradit *Bart. in auth. ſi quand* 1. *lect. num.*3.*& in* 2. *num.* 1. *ad fin.* & ibi *num.*3.*&* 4.*C. de conſtit.pecun.idem Bald.in l.* §.*vlt.in* 1.*lect.num.*1.*ad fin. verſ.adhuc vbi in princ. Roman.ante numer.*1. *& numer.* 1. *aliquando eſt in verbis exequtio.ff.ſi cert.pet.* Q autem illa verba, *s'intendino aſſegnati &c.* exequtiua, viſum eſt indubitabile, per ea, tradit *Tiraq.in l.ſi vnquam, verb.reuertatur* 66.*&* 148. *C.de reuoc.donat. vbi ſub numer.*
36 dicit, † quod huiuſmodi verba adiecta par cipio præteriti temporis ſunt latæ ſententiæ conſequenter exequutiua. Quod magis proc in caſu iſto, in quo D. Antimus poſt aſſign nes factas in Inſtrumento Dotis addit clauſul *ad habendum &c.ponens &c. conſtituens &c.* important tranſlationem dominij, & poſſeſſi
37 rerum aſſignatarum, vt de clauſula *ad haben &c.Soccin.conſil.*9.*nu.*33.*verſic.*9.*libr.*1. *Me conſ.*361.*num.*39.*Surd.conſ.*450.*num.*27.*Gra diſcept.*96.*num.*2. *&* 586.*num.*3. *Pedem.dec. in princ.lib.*2.*Rota dec.*662.*num.*2. *part.*1. & de clauſula *ponens &c. Crot.conſ.*83. *num verſ.demum ſubdit.Surd.conſil.*22.*numer.*34.
38 *& ſeqq.* † & de clauſula *conſtituti*, *eſt text. quod in eo, in princ.ff.de acquir.poſſeſſ.l.quædam ff.de rei vindic.Pariſ.conſ.*128. *num.*11. *libr. conſ.*33.*num.*30.*lib.*3.*Menoch.conſ.*104.*num. conſ.*139.*num.*24.*Tiraq.de iur.conſtit.part.*1. *& part.*2. *ampl.*1. *numer.* 2. *Rota poſt Zacch. oblig.Cam.dec.*31.*num.*3.*& dec.*64. *num.* 2.

dec.133. numer 6. Gregor. decis.437. numer. 1. & in fin.

Et ità decisum parte vtraque &c.

R. P. D. CARILLO
Postea Præside Vallisoletano.

Vlixbonen. nullitatis professionis.

Veneris 29. Ianuarij 1638.

ARGVMENTVM.

Remissoria in causa prophana, qualis iudicatur causa professionis, conceditur sine fumo, vbi materia est releuans, cuius occasione aliquantulum discurritur de professione meticulosa, quando, & ex quibus dicatur ratificata.

SVMMARIVM.

1 *Causa professionis dicitur prophana.*
Causa dicitur prophana vbi non agitur de titulo beneficij.
2 *In causa prophana vbi materia est releuans sine fumo conceditur remissoria.*
3 *Remissoria facilius conceditur vbi causa est commissa appellatione remota.*
4 *Remissoria vbi alicui fuit concessa ad aliquid probandum, facilius alteri parti conceditur ad suas exceptiones deducendas.*
In Iudicijs æqualitas est seruanda n. 4.
5 *Metus in materia professionis, excluditur per explorationem voluntatis à superiore factam.*
Præsentia Superioris excludit metum n. 5.
6 *Professio dicitur ratificata per susceptionem habitus à professis gestari soliti.*
7 *Metus excluditur per actus liberæ voluntatis factos post mortem eorũ, qui fuerunt causa metus*
8 *Remissoria conceditur quamuis vnus tantum articulus sit releuans.*
9 *Fratres admittuntur in disceptatione matrimonij, siue illud sit carnale, siue spirituale.*
10 *In materia matrimonij etiam spiritualis admittitur quilibet de populo tàm ad dirimendum, quam ad reintegrandum.*
11 *De matrimonio carnali ad spirituale rectè argumentatur.*
12 *Absolutio conceditur excommunicato adimpletis conditionibus contentis in breue ab ipso obtẽto*
Audientia non denegatur excommunicato absoluto, num. 12.
13 *Fides non facit fidem.*
Amplia quamuis esset iuramento firmata coram Notario, & testibus.

DECISIO II.

PRoposita pluries causa super puncto principali nullitatis professionis Franciscæ, Domini (cum agatur de re grauissima) vt maturiùs resolueretur, ordinarunt dari dubium: An Antonio, & Io: Gomez de Matta dictæ Franciscæ fratribus esset danda remissoria, quod hodiè affirmatiuè fuit resolutum. Quia ad hunc effectum causa emissionis professionis dicitur prophana; † prout quælibet alia, cum non agatur de titulo beneficij. *Aegid. dec. 617. Caputaq. dec. 99. par. 1. Gregor. dec. 174. vbi adden. num. 7.* In prophanis autem indistinctè, & sine aliquo
2 fumo remissoria conceditur, † quando materiæ sunt releuantes. *Caput. decis. 68. part. 3. Cæsar de Graff. dec. 1. num. 10. de dilat.* Et eo magis in præsenti, cum causa fuerit in Rota commissa
3 appellatione † remota, ne lis finiatur, & Reis probationes tollantur. *Caual. dec. 59. nu. 1. Greg. dec. 403. num. 4. & 562. n. 5. & 7.* Maximè, quia alteri parti fuit concessa remissoria ad proban-
4 dum prætensum metum; † ideò & huic quoque concedenda venit ad probandam suam exceptionem, vt in iudicijs æqualitas seruetur, *l. fin. C. de fruct. & lit. expens. vbi glos. litt. B.*

Quod autem materiæ sint releuantes patet ex earum lectura, siquidem primi quinque articuli continent professionem Franciscæ fuisse liberè emissam, præcedente explo-
5 ratione ipsius voluntatis † facta per Vicarium Generalem, & propterea tanquam emanata in executionem *Concilij Trident. cap. 17. sess. 25. de regular.* probat libertatem. Præsentia enim Superioris de iure metum excludit, *l. non est verisimile, ff. de eo quod met. caus. Paris. cons. 10. numer. 53. lib. 1. Greg. dec. 188.* Sextus & septimus continet susceptionem veli nigri per professas gestari soliti, & mortem patris, & fratris Franciscæ à quibus prætenditur metus incussus; pro-
6 bata itaque susceptione veli, † resultabit ratificatio professionis emissæ iuxta *tex. in c. Vidua 4. c. Ad nostram 8. c. Statuimus 23. c. cum virum 12. circa med. de regular.* Et per probationem mortis patris, & fratris cessabit pretensio exaduerso facta, quod semper durauerit eadem causa metus
7 qui per tot † actus multiplicatos ratificationis subsequutos censetur exclusus ad tradit per *Alex. cons. 98. num. 7. lib. 3. Paris. cons. 10. numer. 57. cum seqq. lib. 1. Menoch. cons. 100. num. 88. Rot. dec. 463. num. 3. par. 2. recent.*

Octauus verò, & reliqui articuli vsq; ad 14. pariter sunt releuantes, quoniam continent plures actus gestos per Franciscam, ex quibus resultat libera professio ac ratificatio. Stante igitur dd. articulorum releuantia, remissoria nullo
8 † modo denegari potest, cum ad illius concessionem vnius articuli releuantia sufficiat. *Seraph. dec. 1364. nu. 3. Rot. dec. 661. nu. 4. par. 2. recent. &* sæpissimè in alijs.

Nec obstat quod Monasterium, quod videtur pars formalis remissoriam non expostulet, sed potius mandatum procuræ reuocauerit, vt in *summ. Franciscæ numer. 3.* Quoniam non per hoc remissoria denegari debet Antonio, & Ioanni, qui tanquàm fratres partes legitimæ reputantur
9 † contra Franciscam sororem, vt de *matrimon. carn. tradit Achill. decis. vnic. qui matrimon. accusar. poss.* Imò in his casibus admittitur etiam quilibet de populo tàm ad dirimendum, quàm
10 ad reintegrandum † matrimonium, ad *notat per Abbat. in cap. Tenor 10. num. 7 de sent. & re iud. Io. Brunell. de sponsal. concl. 35. limit. 5.* Et argumentum benè sumi potest a Matrimonio carnali ad
11 spirituale, cum vigeat eadem ratio, *arg. text. in cap. Inter corporalia, §. sicut enim infra, vers. cum de similibus, & ibi gloss. vers. sicut ergo, verb. propter similitudinem,*

Nec obstat, quod dd. Antonius & Ioannes ob recursus habitos ad Iudices laicos inciderint in excommunicationem, vt fuit firmatum, in decisionibus causæ, & ideò audiri non debeant iuxta stylum huius sacri Tribunalis. Quia postea obtinuerunt breue à Sanctissimo mihi directum cum facultate obtinendi absolutionem, renũciato prius attentatis, parito iudicato, & refectis ex pensis, & sub die 16. Nouembris anni præteriti, resolutũ fuit quoad expensas fuisse sufficienter paritum, ac demum omnia impedimenta præstita remouerunt compulsando proprijs sumptibus processum ad fauorem Franciscę fabricatum in Curia Iudicis laici prius detentum. Vndè dixerunt Domini conditiones in Breui contentas fuisse adimpletas,
12 † & propterea absolutionem concedendam, & consequenter eis audientiam non esse denegandam, *ad tradit. in cap. Qua fronte 25. vbi gloss. & DD. omnes de appell. cap. solet 2. c. Venerabilis 8. §. Porrò, vers. secus de sentent. excommunic. in 6. Ant. Ricciul. de iure person. lib. 4. cap. 70.*

Denique nõ releuat quod dicebatur de calumnia, & potentia Antonij & Ioannis quoniam de calumnia, & potentia nullibi constat, prout nec
13 etiam de timore subornationis testium, † nisi ex quadam fide data in *summ. Franciscæ num. 7.* quæ fidem non meretur. *Cæsar de Graff. decis. 2. nu. 13. de sponsal. Seraph. decis. 106. nu. 3.* licet esset firmata medio iuramento coram Notario, & testibus. *Menoch. cons. 322. nu. 45. vers. Nec dici hic potest. Aldouin. cons. 75. num. 28.* Imò in omnem euentum in negotio tam graui deberet ex officio remissoria concedi, ne vnquam dici possit, quod Monialis post 25. annum clausuræ absolueretur à voto absque alia probatione.

Et sic decisum vtraque parte informante &c.

In hac causa sunt plures decis. impressæ, nempè sub die 27. Martij 1637. coram R. P. D. Carillo, quæ est dec. 744. par. 4. tom. 3. rec. alia sub die 17. Martij 1641 coram eodem & est penès Dianam par. 6. resol. moral. fol. 192. secundum impressionem Venetam, alia sua die 19. Ianuarij 1646. coram R. P. D. Arguelles, & alia sub die 10. Deceb. eiusdem anni coram R. P. D. Meltio, quæ sunt decisiones prima, & secunda post 9. part. resolut. eiusdem Dianæ, Cæteræ autem ponuntur infrà in sequenti volumine.

R. P. D. VEROSPIO

Posteà S. R. E. Cardin.

Macerateñ Census.

Lunæ 1. Februarij 1638.

ARGVMENTVM.

Diluuntur nonnullæ exceptiones oppositæ contra mandatum procuræ, tàm contrà illius validitatem, quàm iustitiam, & præsertim circa legitimationem personæ ipsius procuratoris. Statutum si deneget executionem instrumento post aliquod tempus, qualiter veniat intelligendum. Præscriptio in debito conditionali, quando intrare dicitur. Et aliqua adducuntur circa statutum Vrbis lib. 1. cap. 158. de præscript. ac annulla etiam habes circa instrumenta desumpta ex Archiuio, alia circa validitatem contractus mulierum.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum procuræ probatur ex productione instrumentorum à Procuratore facta.*
2 *Amplia etiam si fuisset oppositum, & protest. de defectu mandati procuræ.*
3 *Mandatum procuræ productum post sententiam suffragatur, vbi anteà aderat mandatum præsumptum.*
Mandatum procuræ præsumptum, & expressum sunt concurrere in eadem persona Procur. num. 3.
4 *Præscriptio 40. annorum, ne dùm actionem, sed viam executiuam præscribit.*
5 *Statuto denegante executionem instrumento post quod tempus, eo elapso potest instrumentum duci ad effectum probationis non exequutionis.*
6 *In debito conditionali non dicitur nata actio, post aduentum diei.*
Præscriptio in debito conditionali non incipit currere nisi post aduentum diei num. 6.
Mora seù negligentia in debito conditionali non deratur nisi post aduentum diei num. 6.
7 *In fructibus census tot debent esse præscriptiones quot sunt anni.*
8 *In annuis præstationibus, præter fructus census vnica sufficit præscriptio.*
9 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 158. de præscriptione annorum habet locum etiam in forensibus agentibus.*
10 *Statutum loci in quo est promissa solutio, attendi ad effectum præscriptionis.*
11 *Præscriptio sexdecim annorum non habet locum in contractu census, nec in actione reali.*
Ex contractu census oritur actio realis, num.
12 *Instrumentum sumptum ex apocha priuata, sine cognitione originalis non probat, & quando in num. seqq.*
Instrumentum extractum parte non citata non probat, num. 12.
Limita si fuisset extractum ab Archiuista, n.
13 *Instrumentum extractum ex apocha in Archiuio exhibita, & recognita plenè probat.*
Archiuium debet esse erectum auctoritate publica vt probet nu. 13.
14 *Archiuium probat inter suæ iurisdictioni subditos, secus inter extraneos.*
15 *Archiuium non dat robur scripturæ informi.*
16 *Scriptura priuata in Archiuio existens semel recognita amplius recognosci non debet.*
Paria sunt scripturam esse publicam, vel sumptam ex publico loco, nu. 16.
17 *Ratificatio inducit confessionem, & approbationem eius, quod ratificatur.*
18 *Stipulatio facta pro absente non valet.*
Nemo potest stipulare per alium, nu. 18.
19 *Contractus mulieris vig. Constitut. Marchiæ requirit Iudicis decretum, & proximiorum consensum.*
20 *Nullitas contractus non potest à tertio opponi in præiudicium contrahentium, contractum approbantium.*
21 *Absentia contrahentis non probatur ex subscriptione facta à tertio eius nomine,*

Verba contractus importantia præsentiam contrahentium probant illos fuisse præsentes, numer.21. & seqq.
Dictio, nunc, *denotat tempus præsens.*
Pronomen, ipse, *demonstrat præsentiam personæ.*
Dotans mulierem, quam dotare non tenebatur, si erat illius debitor, dicitur dotasse animo compensandi.
Exceptio realis competens principali, competit etiam fideiussori.
Compensatio, quam potest opponere principalis, potest etiam opponere fideiussor.
Administrator dotans mulierem de illius bonis dotasse præsumitur.
Compensationis fundamentum est existentia crediti, cum quo illa fieri debet.
Contractus per apocham factus dicitur perfectus, quamuis de eo instrumentum fieri deberet.
Fortius si partes conuenerunt quod apocha habeat vim instrumenti, donec instrumentum fiat.

DECISIO III.

OBtinuerat Hieronyma ex iure sibi cesso ab
Hæredibus Horatij sui mariti mandatũ
b A.C. contra bona hereditaria Laurentij pro so-
utione fructuum census venditi eidem Horatio,
Francisco de Ridolphinis quos fructus soluere
promiserat Laurentius simul cum Francisco & Cę-
are illius fratre, cum vero appellatum fuisset ab
o decreto relaxationis mandati pro parte Anni-
alis hæredis Laurentij commissa mihi causa
Dubitaui an esset idem mandatum exequendum
x proposito hodie eodem dubio DD. responde-
unt concedendam esse executionem ad fauorem
Hieronymæ pro fructibus tantum, qui decurre-
unt per spatium annorum triginta antequam illa
moueret hoc iudicium.

Quamuis enim plura opponerentur tàm contra
aliditatem, quam contra iustitiam eius mandati
amen omnibus obiectionibus satisfactum fuit. Et
rimo responsum fuit ijs, quæ dicebantur super
efectu legitimationis personæ Procuratoris, qui
udicium primus instituerat cum probaretur illius
mandatũ ex † productione plurium Instrumento-
ũ, & aliorum iurium ab eo facta pendente hoc iu
icio, *ex notat per Cassad.in decis.1.n.2.& in dec.3.
um.4.de procur.tradit.Felin.in cap. coram nu.9. de
ff.& potest.Iudic.deleg.Bart.in l.vulgo in fin. ff.de
dministr.tutor.& fuit dictum in Firmana Iurispatr.
8.Iun.1602.coram Card. Pamphilio, & in Ceten.
arochialis 19. Iun.1606.coram Card.Marquemon-
io in 2.par.rec.dec.185.num.3.*& ex ea productio-
e oriebatur præsumptio efficax mandati dati ei-
em procuratori itaut sustineri deberent acta, quæ
lle fecerat, quamuis idem mandatum pluries re-
uisitum fuisset, ac † protestatum nomine Anniba-
is, vt ante illius exhibitionem non deberet idem
rocurator audiri, siue ad vlteriora procedi in
ausa, *vt fuit resolutum in Eugubina pensionis 7.
Aprilis 1617. coram bo: me: Manzanedo, & in Bur-
en.de Couarruuias cor. Card. Seraph.inter impress.
ec.933.n.2.* & cõfirmabatur hodie eadem præsũ-
tio ex productione publici Instrumenti in quo
pparebat datum fuisse idem mandatum Procura-
ori, qui nomine Hieronymæ mouit hoc iudiciũ,
quia licet idem instrumentum productum fuis-
set post decretum A.C. tamen prodesse poterat ad
effectum substinendi acta antea gesta in vim man-
dati præsumpti cum non essent hæc duo manda-
ta inter se contraria. Vnde poterat vtrumq; con-
currere in persona eiusdem procuratoris, *vt fuit
dictum in eadem decis. Firmana Iurisp. coram Card.
Pamphilio, & in Anconitana pecuniaria 9. Decembr.
1605.coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Opponebatur secundo contra validitatem mã-
dati concessi à Iudice, quod non potuisset agi exe-
cutiuè pro fructibus huius census, quia cum fuis-
sent lapsi anni quadraginta, & amplius à die obli-
gationis factæ à Laurentio in illius impositione,
neque toto hoc tempore ijdem fructus vnquam
soluti fuissent, præscriptum erat non solum iuri
4 illos petendi, sed etiam actioni † executiuæ, quæ
competebat vigore instrumenti, in quo illi pro-
missi fuerunt, *ex notat. per Doct. in l.sicut. C.de
præscript.30.vel 40.annor.& in c.de quarta de præ-
script.* & in terminis executionis debitæ ex instru-
mento habente executionem paratam, *tradit Bald.
in l.plenè, ff.de eo, quod fals. tutor. author. gest.fuit,*
vbi quod si ex statuto denegetur exequutio In-
strumento post decem annos, in quo censetur sta-
tutum coarctare voluisse tempus præscriptionis
5 competentis ex iure communi, non poterit † post
dictum tempus produci instrumentum nisi ad ef-
fectum probationis, non autem ad effectum exe-
cutionis, & idem voluit, *Franc.in c.possessor de reg.
iur. lib.6. sub nu.10.* Sed non visa fuit obstare hæc
nullitas cum ea exceptio non posset habere locum
in fructibus qui decurrunt post annos triginta
ante diem moti iudicij pro quibus solum dictum
6 fuit esse exequendum mandatum, † etenim in debito
conditionali, quale erat debitum horum fru-
ctuum non poterat dici nata actio ad fauorem
Creditoris ante diem in qua conuenta fuit illorũ
solutio, vnde non poterat considerari aliqua mora,
siue negligẽtia eiusdem creditoris super qua fun-
dari debebat exceptio, vt præscriptum esset iuri
agendi pro ijs executiuè, *ex notat in l.cum notissi-
mi, C.de præscript.30. annor.in §.illud autem, & in
§. in ijs, & ibi gloss. in verb. cuiusque, & in leg.1.
in fin.C.de annal.except.* ex qua ratione receptum
7 est, † vt in his solutionibus, quæ fiunt occasione
fructuum annui census requirantur tot præscrip-
tiones, quot sunt eædem solutiones, *vt tradit. Ro-
der.in tract.de ann.reddit.lib. 1. qu.17.nu.101.Fol-
ler.de censib.in gloss, huiusmodi num.105. & tenuit
Rota in Romana Saluiani 22.Iuñ.1616. coram bo:
me: Vbaldo, & in Romana fructuum 13.Iunij 1603
coram* Card. *Millino, & in Romana census de Caffa-
rell.19.Decembr.1587.coram Gipsio,* in quibus de-
cisionibus Rota sequuta fuit opinionem Trans-
montanorum ex hac ratione, qualitatis debiti cõ-
ditionalis, quam videtur in se continere obligatio
cuius occasione ijdem fructus solui debent, *quam
etiam rationem considerauit Rot.apud Mohed. decis.
4.de præscrip.* quamuis in ea decisione, *& in alia
coram Puteo,* approbauerit in alijs pręstationibus
8 † annuis contrariam opinionem Cismontanorũ,
vt pro omnibus ijs præstationibus possit satis esse
vna præscriptio *vt in decis.eiusdem Putei 253. lib.*
1. Neque poterat hoc casu esse locus Statuto Vr-
9 bis cuius vigore † præscriptio perfici potuisset
spatio 16.annorum, *quod Statutum tenuit Rota* ha-
bere locum etiam in forensibus Romæ ageñ., *vt
in*

in decis.602. num.2. par.1. diuers.& in Ianuen.siue Romana pecuniaria 2.Iunij 1580.coram Card.Lancellotto, & fuit sententia Bartol. in l.cunctos populos num.19.C.de summ.Trinit.& fid.Cathol. quem secutus fuit *Salicet.ibi num.6. Ias. num.20.in 1.lectura, & in 2. nu.66.* Quia cum solutio eorum fructuum promissa fuisset in Ciuitate Maceratæ
10 non poterat † haberi ratio nisi statuti eius Ciuitatis *ex senten:ia eiusdem Bart.in d.l.cunctos populos num.18. & in l.contraxisse ff.de act.& oblig.* quem sequitur Barbat.*in cons.15. num.33 lib.2.Corn.cons. 205.nu,8. lib.3.& tenuit Rota in Ciuit. Castelli bonorum 27.Iunij 1572.coram Card.Lancellotto in 1. par.diuers. decis.580. num.2.* Præterea in dispositione eiusdem Statuti excipiebantur expressè cen-
11 sus † super rebus immobilibus cuius exceptionis ratio erat actio realis, quæ oriebatur ex contractu census, quæ nunquam censetur sublata ex statuto, *vt tenuit Rota in d.Romana census coram Gipsio,& in Rom.extinctionis census 8. Octob.1582.cor.Cantuccio in 1.par.diuers.decis.727.num.5.& tradit Felin.in cap.vlt.num.6.de præscript. & in cap. auditis num.33.in fin.eod.tit. Butr.in c.peruenit nu.27. de cens. Gabr.de præscript.concl.4.num.17.*

Tertia nullitas mandati dicebatur ex eo consistere, quia non probaretur cessio cuius vigore egerat Hieronyma, cui idem mandatum concessum fuerat à Iudice. Etenim ostendebat cessum sibi fuisse hunc censum ab Odoardo hærede Horatij ex sumpto vnius apochę quod cum non fuis-
12 set extractum parte citata † neque præcessisset recognitio illius originalis non poterat aliquam fidem mereri, *ex notat per Doct.in l.instrumenta, C. de probat.& in c.2.de fid.instrum.& in §.si quis igitur auth.de instrum.cautel.& fid.tenuit Rota coram Verall.decis.117.num.3,par.3.& decis.143. n.5.par. 2.rec.* Verum hæc nullitas ex facto tollebatur,quia apocha originalis facta super ea cessione ostendebatur exhibita fuisse in Archiuio Ciuitatis Maceratæ anno 1594. & eodem anno recognita corã Iudice non solum à Cæsare, [qui se in ea subscripserat, sed etiam ab alijs testibus], qui partium subscriptionibus intererant, Vndè cum illius sũptum extractum postea fuisset ex Archiuio, & ab eiusdem Archiuij officiali non poterat controuerti fides eius scripturæ tum propter qualitatem
13 eiusdem Archiuij, quod ostendebatur † publica auctoritate erectum fuisse, *vt voluit gloss.in auth. ad hæc C.de fid.instr.in verbo testimonium, & notat ibi Bart.& in auth.ac si contractus, num.1. C.eod. tit.*Felin.*in c.cum causa num.7. de prob.& in cap.ad audientiam nu.11 de præscript.* Tum propter conditionem personarum inter quas eadem scriptura fidem facere debebat cũ iurisdictioni eius Archiuij subiecti essent tam Odoardus hęres,& Hie-
14 ronyma cui ea cessio facta fuerat, † quam Annibal hæres Laurentij, qui erat in censu obligatus, quod etiam requiri ad validitatem probationis existimauit, *Bald.in l.exemplo, num.4. C.de prob. Alex.in addit. ad Bart. in authen. ad hæc C.de fid. instrum.& in cons.138. nu.6.libr. 1. & alij* quos refert *Aym.de antiq.temp.p.1. sect. 4. limitat num.6. Gabr.de probat.concl.5. nu.19. & tenuit Rota cor. Verall. dec.42.lib.1. & in* Firmana *hæreditatis 31. Maij 1604. coram R.P.D. meo Pirouano*. Et quãuis diceretur quod auctoritas eiusdem Archiuij,
15 † siue illius officialis non potuisset dare robur scripturæ informi, vt propterea necessaria fu[...] recognitio ipsius apochę originalis,vt voluit B[...] *in d.auth.ad hæc C.de fid. instr.* quem refert G[...] *d.concl.5.nu.3.* & tenuit *Rota coram Put. decis. lib. 3.& coram Verall.dec.41.lib.1.* Tamen hęc [ex]ceptio tollebatur etiam ex facto,quia eius ap[ochę] recognitio facta fuerat, quando illa condita
16 in Archiuio,† Vnde illa non indigebat ali[a re]cognitione in ipsius exemplatione, aut extra[ctio]ne, *ex notat per eund. Bart.in auth.ac si contra[ctus] C.de fid.instrum.nu.1.in 1.lectura* cum idem s[cri]pturam esse publicam, siue quod illa sit sump[ta] ex publico Archiuio *Cin.in auth.ad hæc,& ibi [An]gel. num.2.* & tenuit *Rota in Siracusana quart[a] Maij 1600. coram Litta in 2. par.recent.decis[...] Afflict. dec. 181. nu.5.* & remouebatur omn[is du]bitatio ex ratificatione eiusdem cessionis, qu[am] fecit Ludouica filia, & hæres Odoardi cum [...]
17 ex ea inducta confessio, quæ † etiam opera[ta fu]tuit, vt eadem apocha non indigeret alia rec[ogni]tione, vt notat *Bart.in d.Authen.ac si contra[ctus] 2.lectura sub nu.13.per text.in l.publia. §.vlt. [de]posit.Specul.in tit.de instrument. edit. §.nunc [...] dum num.7.*

Cætera, quę opponebantur respiciebant [e]tiam mandati ex quibus etiam potuisset im[pedi]ri illius executio, & primo negabatur, ac[quisi]tam fuisse aliquam actionem Hieronymæ [...] sione eius cessionis, quæ exceptio deduce[batur] ex duobus capitibus, quorum primum erat [quod] illa non fuisset præsens transactioni,in qua fu[it as]-
18 signatus hic census ab Odoardo † hærede H[ora]tij,sed Cæsare eius patruo,qui cum non esse[t per]sona publica, nec haberet Hieronymam in [pote]state non potuit illius fauore stipulari,vt ha[betur] *in l.stipulatio ista, §. alteri institution.eod.tit.* [Secund]um quod in contractu eius transactionis n[on in]teruenisset decretum Iudicis, & consensus p[roxi]miorum sine quibus nõ poterat hic contract[us sub]-
19 stineri † propter Constit. Marchiæ,vt tradit [...] *cac.super ead.constit.gloss.3.num.9.& gloss.4.n.[...]* ea,quæ dicebantur super solennitatibus, vt [...] latum defectum cõtractus existimari debere[t ...] lus, meritò non visa fuerunt obstare, dum
20 nullitas opponebatur à tertio † in præiudi[cium] mulieris,quæ eundem contractum non impu[gna]bat,sed volebat eo vti argum. *tex.in l. quoti[es] C. de fideic.& in l.eleganter, ff. de dolo,& nota[t] Doct.& in l. 2.C.de iure emphyt. Rota apud [...] Seraph. decis. 334. n. 7. & in dec.385.n.4.P[...] Ossesch.dec.94.nu. 25.* Quod verò attinet ad [...] exceptionem, vt Hieronyma non fuerit p[ræsens] contractui nõ visa fuit illa probari, quia lice[t Cæ]sar se in ea subscripsisset pro Hieronyma, & [o]bligasset illius nomine pro obseruantia cõtr[actus]
21 Tamen ex hoc non probatur concludenter [...] absentia,cum potuisset Cæsar pro ea subscri[bere] quia illa vel scribere non posset,vel ignora[ret] probatur è contra illius pręsentia ex lectur[a] tius apochę, quia apparebat illam fuisse co[n] in personam eiusdem Hieronymæ tanquam [præ]sentis, & id visa fuerunt ostendere verba ei[us]
22 apochæ,† quibus post cessionem factam ab O[do]ardo dicebatur, quod nunc ipsa Hierony[ma] gebat censum sibi assignatum,& renunciabat [...] fructui, & alijs iuribus,quæ sibi competebant per hæreditate Horatij sui mariti,quia eius[...] pr[...]

præsentiam significare videbatur tam dictio illa, *nunc*, tanquam nota præsentis temporis *vt notatur in l.1.ff.de condit. indebit. & in l.4.§.vlt.ff. de condit. & demonstr. tradit. Bald. in authent. contra rogatus n.1.C.ad S. C. Trebell.Felin.in c.licet causam n.6.de prob.* quam pronomen, *ipsa*, quod etiã
23 † aptum erat demonstrare personamHieronymæ tanquam ibidem præsentis notat *glos. in §. fuerat instit.de actio.Rip.in l.filius familias n.111. de leg.1. Tiraq.de retract. conuent. §.1.glos. 6.n.25. Cened. singul.22.* & vtramq; hanc dictionem considerauit *Surd.* in his terminis ad validitatem stipulationis *in cons.355.n.52. tradit Bart.post.glos.in l. Titia §. idem respondit,ff.de verb.oblig.& ibi etiam Ias.n.5.*

Secundo dicebatur probari iniustitiam eiusdem mandati eò quia extincta fuisset actio, quæ acquisita fuerat Hieronymæ ex ea cessione, Etenim Cæsar, à quo Laurentius habebat promissionem indemnitatis,nuptui dederat Hieronymam Iacobo post obitum Horatij primi illius mariti cum
24 dote scu.4800.Vnde promissio † eius dotis dicebatur facta animo compensandi propter antecedentem eius obligationem, quam habebat cum Hieronyma ex causa huius census, vt declarat *Bart.in l.vxorem §.pater naturalis,ff.de leg.3iBarbos.in l.1. ff.sol. matr. in 4.p.n. 58. & sequendo doctr. Bart. voluerunt Socc. iun.cons.79.n.103.lib.3. Ruin.cons.223.n.1.lib.1.Card.Mant.de tac. lib.13. tit. 13. num.* 12. Et ex his deducebatur extinctio
25 crediti Hieronymæ † etiam fauore Laurentij,qui erat fideiussor Cæsaris cum ea exceptio tanquam realis prodesse posset etiam fideiussori, vt notatur *in l.ex persona,ff.de fideius.& in l. exceptione 7. ff. de except.* & in terminis compensationis compe-
26 tentis † principali,quod illa opponi possit à fideiussore probat *tex. in l. verum cum l.seq.ff.de compensat.Tindar. in tract.de compens.art 6.n. 52. Hering.de fideiuss.c.20.§.6.n.4.*

Sed hæc etiam exceptio visa fuit tolli ex facto si quidem Cæsar post obitum Francisci sui fratris, ac patris Hieronymæ suscepit administrationem illius hæreditatis, & curam eiusdem Hieronymæ quam in matrimonium collocauit primo cũ Horatio ãno 1591.cum promissione dotis scut4000. & deinde eo defuncto cum Iacobo,cum dote scut. 800. vltra 4000. promissa Horatio, ex quibus excludebatur fundamentum exceptionis Laurentij, vt ea dos fuisset constituta à Cæsare de proprijs bonis cum præsumi deberet data de bonis hære-
27 ditarijs Francisci,†quorum administrationẽ idem Cæsar gerebat, vt fuit sententia *glos.in l. vlt. C. de dot.promiss. in verbo paternum, & probat tex.in l. Heremnius,ff.de neg.gest.& notat ibi Bart.n.5.Rip. in l.1.n.90.ff. sol.matr.Bald.Nouell.super ead.leg.n. 78.& in tract.de dote p.6. priuil.3.& priuil.45.n.2. & tenuit Rota coram Put. dec. 176.p. 1. & coram Card.Caual.dec.318.n.* 5. Immo non poterat hoc casu habere locũ compensatio, quia tempore, quo Hieronyma nupta fuit Horatio non erat creditrix huius census, sed illum acquisiuit per mortẽ eiusdem Horatij ex cessione sibi facta ab Odoardo il-
28 lius hærede † vnde deficiebat fundamentũ compensationis nempè existentia crediti anterioris, cum quo illa fieri debuisset *argum. tex. in l.1. ff.de compens. & in l.si constat, C. eod.tit.& considerat Surd. in cons.246.n.4. Corn. cons.288.n.4.in fin.lib. 1.* Neque poterat ea compensatio sustineri saltem in scut. 800. in quibus aucta fuit secunda dos tradita Iacobo,quia hoc augmentũ proueniebat ex hæreditate Horatij primi mariti Hieronymæ, qui præter dotem illi reliquit legatum scut. 600. atque etiam vsumfructum suæ hæreditatis.

Non etiam obstare visum fuit, quod dicebatur contra apocham,in qua continebatur cessio facta Hieronymæ, vt illa non fuisset redacta in formam publici instrumenti prout in ea conuentum fuit, quia ea conditio requisita fuit à partibus solum pro maiori cautela,quæ efficere non potuit,vt cõ-
29 tractus valere non debeat, † siue suspendi illius exequutio antequam super cõtentis in apocha instrumentum conficeretur, vt probat *text. in l. pactum,C.de pactis,& in l.in re, ff.de fid. instrum. notat glos.in c.1. de censib. lib.6.in §. postquam in verscriptis Bart.in authen. sed nouo iure, C. si certum pet.* Et hæc partium voluntas ostendebatur ex verbis eius apochæ cum in ea dictum fuisset,vt ipsa habere deberet vim publici instrumenti donec instrumẽtũ fieret,ex quo eædẽ partes significare voluerunt solemnitatẽ instrumenti adhibendam esse
30 ad maiorem probationem eorum, † quæ in ipsa apocha continebantur nõ autem quod sine eodẽ instrumento illa valere nõ posset,vt declarat *Bart. in d.Authent.sed nouo iure, nu.4.in fin. & ibi etiam Bald.n. 20.& voluit Grat. in cons. 107.n.4.lib.1. Decian. cons. 64. nu.19. lib.3. Thesaur. dec. Pedemont. 197. nu. 4.*

Et ita vtraque, &c.

☞ *Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 23.Iunij 1638.coram bo.me.Card. Verospio.*

REVERENDISS. DUNOZETTO

Bononieñ Iuris macinandi.

Lunæ 11. Februarij 1638.

ARGUMENTUM.

Statutum Bononiæ, quod Pistores non possint molere in molendinis extra Ciuitatem, confirmatum auctoritate Apostolica, possit ne præiudicare habentibus molendina extra Ciuitatem. Vbi de literis Apostolicis emanatis in præiudicium tertij. De extensione facienda in materia exorbitanti, & de alijs.

SUMMARIUM.

1 *Sacrilegium est disputare de Pontificis auctoritate.*
2 *Papa præsumitur circumuentus in gratia,quamuis motu proprio emanata, si tendit in præiudicium tertij, & n. 1.*
Pontifex non intendit præiudicare tertio, n. 2.
3 *Pontifex si ius tertij sciuisset, vel non derogasset, vel non ita faciliter.*
4 *Verba Papæ licèt futura respiciant, trahuntur ad præterita, si non est ratio diuersitatis.*
5 *Supplicatio attenditur tanquam matrix, si literæ discrepant.*
6 *Pontifex facilius tollit contractus initos inter ipsum, & alios, quam inter suos extraneos.*
7 *Interpretatio stricta sit in materia præiudiciali.*
8 *Casus omissus habetur pro omisso in materia præiudiciali.*
9 Ex-

9 *Extensio de vno casu ad alium non fit in materia præiudiciali.*
10 *Substantia, non autem verborum cortex, attendi debet.*
11 *Priuilegium quod conceditur per aliquod factum, vel faciendum dicitur transire in contractum.*
12 *Per indirectum non debet admitti quod est directè prohibitum.*
13 *Causæ publicæ vtilitatis, & obuiandi fraudibus in literis Apostolicis, aliquando sunt coloratæ.*
14 *Fraudibus in exactione gabellæ occurritur per deputationem, vt dicitur del Gabelliero.*
15 *Papa non est verisimile, quod voluerit consulere publicæ vtilitati cum damno tertij.*
16 *Vtilitas publica pro reuocandis priuilegijs in vim contractus concessis, debet esse magna, & quæ.*
17 *Statutum conditum in præiudicium particularium admittit appellationem.*
18 *Literæ Apostolicæ non facientes mentionem litis dicuntur subreptitiæ.*

DECISIO IV.

ALiàs de anno 1466. Card. Reatinus tunc Bonon. Legatus cum præsentia, consensu, & voluntate Antianorum, aliorumque Regimini eiusdem Ciuitatis Præsidentium concessit Bartholomæo seniori de Ghisilardis, eiusque hæredibus, & successoribus liberam, ac plenam facultatem construendi molendinum extrà mœnia d. Ciuitatis ad quod liber pateret accessus omnibus habitatoribus Triticum, seu aliud frumentum in ea molendum deferentibus, inhibens cæteris ne in posterũ infrà ambitum vnius milliarij aliud molendinum construere possent; Hanc autem concessionem fecit ex eo quod d. Bartholomæus obtulit emere, seu alio iusto titulo sibi acquirere quendam fundum, ac alia bona illi adiacentia, & inibi d. molendinum, aliaque ædificia ad ipsum spectantia proprijs expensis construere, hanc proindè concessionem (empto iam d. fundo) ac sequuta molendini constructione, Sixtus IV. de anno 1473. preuio diligenti examine confirmauit, & etiam motu proprio de nouo concessit, exindeque tam d. Bartholomæus, quam sui successores in quieta pacifica possessione d. molendini, eiusque Iurium ac molendi quibuscumq; habitatoribus etiam Pistoribus, & scafferijs d. Ciuitatis vsque ad annum 1520. extiterunt, de quo tempore idem Regimen Bononiæ statuit, ne Pistores, & scafferij in posterum molendi causa accederent ad molendina extrà Ciuitatem existentia. Quod statutum Leo X. motu proprio ex certa scientia, ac de plenitudine potestatis confirmauit cum derogatione omnium, quorumcumq; priuilegiorum quibuscumque concessorum, Et quamuis super inualiditate eiusdem statuti fuisset lis introducta in Rota coram Nicolao de Aragonia, in cuius locum postea fuit suffectus Puteus, qui deindè mandatum de manutenẽdo in possessionem admittendi omnes personas ad molendum in molendino de quo agitur, ad fauorem Antonij ex d. Bartholomæo nepotis relaxauit, Nihilominus idem Regimen nulla facta mentione d. litis similem confirmationem eiusdem statuti à Clem. VII. obtinuit. Hac lite, quæ huc vsque siluit, nunc demum ex integro excitata, mihique commissa. Dubitaui, An literæ Leonis X. & Clementis VII. suffragentur contra DD. de G
silardis, & eas non suffragari fuit responsum
Quamuis enim illæ emanauerint motu
prio, ex certa scientia, ac de plenitudine pote
cum derogatione omnium, & quorumcum
priuilegiorum quibuscumque concessorum,
alijs amplissimis clausulis, adeout dubitari d
1 testate Pontificis, † quoad reuocationem d.
cessionis factæ dd. Ghisilardis, sacrilegium
dixerit *Giouagn.* qui aliàs in ista causa con
cons. 29. in fin. lib. 2.
Nihilominus cum tendat in præiudicium
tij, nempè, dd. de Ghisilardis, quibus fuera
quæsitum, ac Papa ignorauerit contractum
eosdem Ghisilardos, & Regimen Bononiæ
præsumitur dd. literas emanasse ad suggestio
partis, ac Papam sub inuolucro verborum c
2 uentum fuisse, † cum eius intentio non fit
præiudicare *Dec. in c. cum omnes in 2. lect.*
de constit. Ruin. cons. 30. n. 1. & seqq. lib.
diuers. decis. 50. n. 9. par. 2. Pontifex enim lice
fit, nunquã censetur velle tollere Ius tertio
situm *cap. cæterum, & ibi DD. de reser.* Et v
mile est, quod si Leo sciuisset talem contra
3 & consensum Regiminis, † vel non derog
vel difficilius *Felin. sub num. 1. Dec. sub n*
10. Abb. n. 3. & in d. cap. cæterum de rescrip
cons. 164. n. 8. vers. confirmantur etiam præmis
barell. cons. 136. sub n. 5. & in hac eadem caus
sultus respondit Ruin. cons. 229. n. 6. lib. 1.
Eoque magis, quia in supplicatione sig
manu Leonis nedum nulla fuit facta mentio
cessionis factæ dd. Ghisilardis cum expresso
sensu Regiminis, sed in ea præseruantur pe
habentes Molendina extra Ciuitatem cum e
conseusu, vt elicitur, ex illis verbis, *Ac in*
rum sine dictorum quadraginta virorum pro te
existentium expresso consensu aliàs quomodoli
ceden. &c. sicque apparet Papam noluisse ta
eos, qui Molendina habent cum consensu e
Regiminis, prout dicti Ghisilardi habuerun
quamuis dd. verba videantur respicere futur
ædificationem, & non præteritam, nihilom
4 declarant voluntatem † Pontificis nolentis t
re contractus cum Regimine initos, cun ad
effectum non detur rationabilis differentia
voluntatem Papæ inter actum præteritum
futurum *ex traditis per Abb. cons. 185. num. 2*
seqq. Abb. in cap. fin. n. 9. & seqq. de constit.
Nec releuat quod in literis expeditis dicta
5 ba non legantur, † quoniam supplicatio ta
matrix attendi debet *Rota decis. 465. n. 4. p. 2*
459. n. 2. par. 3. dec. 387. n. 1. par. 5. rec. Caual
255. num. 18.
Non obstat, quod d. Pontifex reuocauerit
priuilegia in vim contractus concessa. Quon
quidquid sit de illius potestate, visum fuit i
intellexisse reuocare solum contractus initos
ter Papam, & alios, qui Molendina ædifica
vt cõstat ex illis verbis *In vim contractus ini*
ter Rom. Pont. & eos, quibus concessa sunt, &
iste contractus non fuit initus inter Papam
Ghisilardos, sed inter istos, & Regimen Bo
niæ, Papa autem facilius tollit contractus i
6 † ipsum, & alios initos, quam inter duos e
neos *iuxta notata per Dec. in cap. 1. n. 58. de*
cript. & sensit Rot. diuers. dec. 46. lib. 2. par.
cora

coram Burat.dec.435.num.4. Gonzal.ad reg.8.glos.
7 *28. num.23.* Et in omnem † euentum cum versemur in materia præiudiciali, & sic strictè interpretanda, *cap. super eo,& ibi glos. in verbo Int. de offic. deleg. Rot. dec.60. n.3. p.1. rec.* Casus omis-
8 sus haberi debet pro † omisso *l. si cũ dotẽ in princ. ff.sol. matr. l. commodiss. ff.de lib.& posth. Socc.sen. cons.62.sub num 4. vers. sed inspecto lib. 3.* nec est
9 facienda extensio † de vno ad alium *c. quæ à iure com. de reg. iur. in 6. Crat. discept. 397. n.20. Seraph. dec. 286. num. 15.*

Nec dicatur, quod concessio molendini facta dd. Ghisilardis non sit ex causa contractus, sed ex mera gratia, attentis illis verbis, *gratiosè concedimus, &c.* Quia non cortex verborum, sed eorum substantia ad hunc effectum attendi debet,
10 qua attenta negari non potest,† quin d. concessio facta fuerit Bartholomæo eiusque hæredibus, & successoribus, ex eo quod ipse Bartholomæus empturus erat fundum, ac proprijs sumptibus molẽdinum ibidem constructurus, prout cum effectu fundum emit, & molendinum construxit, quam emptionem, & respectiuè constructionem alias
11 ipse non fecisset,† prout expresè protestatus fuit, & sic apparet d. Concessionem transiuisse in contractũ, vt eorũ respectiuã ad onus emptionis, & ad expensas pro molendini constructione faciendas, vt scilicet Bartholomæus emeret fundum, & molendinum construeret, Regimen verò idem molendinum eiusque Iura concederet, prout in terminis concessionis pro molendini constructione *firmat Ruin.cons. 230.nu. 4.lib.1.& in d. cons.229. n. 7. & seqq. & Bero, qui in eodem casu consuluit cons.146. sub nu. 28.& seqq. lib.3.*

Non obstat, quod Leo X. non reuocauerit in totum concessionem d. molendini factã dd. Ghisilardis ex quo non prohibuit simpliciter molituram, sed prohibuit dumtaxat Pistoribus, & Scafferijs accessum ad molendina extra Ciuitatem existentia, ad quæ proindè cœteri habitatores liberè accedere, ac triticum molendum deferre possunt, siquidem attenta d. prohibitione negari non potest, quin Ghisilardi sint in manifesta iactura tot expensarum, quas erogarunt, cum Pistores, & Scafferij maiorem faciant molituram, quam aliæ personæ priuatæ, & hoc molendinum non nisi hyemali tempore molere soleat, vt admittit idem *Giouag.d.cons.229.n.10.lib. 2.* Adeout si d. prohibitio Pistoribus, & Scafferijs facta
12 subsisteret, † d. molendinum ferè otiosum remaneret, sicq; per indirectum tolleretur Ghisilardis, id quod est directè prohibitum.

Prædictaque eò magis vrgere visa fuerũt, quia dd. literæ emanarunt sub quæsito colore publicæ
13 vtilitatis, & euitandi fraudes, quæ rationes † sunt potius figuratæ, quam reales, cum publica vtilitas cesset ex eo, quod emolumenta, seu datia quæ percipiuntur cedunt ad commodum non Cõmunitatis, sed creditorum moliturarum, fraudibus verò satis erat consultum per specialem deputationem exactoris, vulgò *Gabellino*, qui assistens molendino datia à quocumque molente exigeret,
14 vt † in his terminis dixit *Rot. d. dec.50. n. 23. & 24. p. 2. diuers.*

Nec est præsumendum, Papam voluisse consulere publicæ vtilitati cum damno eorum, quibus
15 fuit vigore contractus ius quæsitum, vt † in proposito inquit *Crauett.de antiq. temp. p. 4. §. vlt. n. 26. Læss. de Iur. vniuers. p. 3. c.15. n.22. vers. quando itaque* cum alijs congestis à *Bellon. iun. cons.66. n.5.* Et ad effectum reuocandi priuilegia alijs concessa præsertim in vim contractus publi-
16 ca vtilitas debet esse tanta, & talis † quod ei non possit esse consultum, nisi priuilegiati grauentur *Dec. cons. 51. n.31. lib.3. Nau. cons. 63. n. 21. Roland. cons. 5. n. 52. lib.1. Burs. cons. 16. nu. 77. Giouag. cons.27. n.26. lib.1.*

In quam sententiam eò faciliùs iuerunt DD. quia Rota post has literas dedit manutentionem Ghisilardis, vt constat *ex dec. Put. 486. lib. 2. in correct.* ac dubitauit de earum viribus, censuitq; posse appellari ab huiusmodi statuto etiam Prin-
17 cipis prohibente, ne deferatur † triticum molendum ad molendina extra Ciuitatem existentia tãquam edita in præiudicium particularium personarum, *vt in d. dec.50. n.7.& 8.p.2. diuers.*

Quæ omnia visa fuerũt æquè procedere quoad literas Clem. VII. vltra quod cùm fuerint obten-
18 tæ † nulla facta mentione litis tunc in Rota pendentis deteguntur subreptitiæ, sicque eò minus suffragantur *Bero d. cons. 146. n. 2. lib. 3. Cassad. dec. 18. n. 6. de præbend. Rota dec. 270. n. 4. p. 5. rec. Seraph. dec. 351. n.6.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. ROIAS.

Postea Episcopo Tarraconeñ.

Viceñ Cameriariæ.

Lunæ 1. Februarij 1638.

AGVMENTVM.

Sententia, non redditur ex eo nulla, quia Breuia aliqua Apostolica lite pendente fuerunt obtenta, quoniam illa non possunt exequi, cum tunc executio esset attentata, & quatenus id intelligatur. Reseruationes, quando dicantur claræ, ita vt comprehensiuæ dicantur omnium temporum, & aliqua habes circa dictiones generales in Breuibus appositas.

SVMMARIVM.

1 *Sententia dicitur valida, quoties in ea fuerunt seruatæ debitæ solemnitates.*
2 *Commissio causæ obtenta pendente lite non reddit sententiam nullam, sed impedit illius executionẽ.*
3 *Inhibitionis moderatio sufficit, quod fuerit parti intimata, licet Iudici non fuerit præsentata.*
4 *Inhibitione facta parti, & Iudex inhibitus censetur. Contrariorum eadem est disciplina, n. 4.*
5 *Clausula* statum, *in cõmissione apposita operatur, ac si indiuiduè omnis statutus causæ fuisset expressus.*
6 *Reseruatio dicitur clara, quæ literaliter legitur in literis reseruationis.*
7 *Reseruatio concepta per verba comprehensiua omnium temporum operatur beneficiũ reseruationem, in quolibet mense vacatio contingat.*
Dictiones, deinceps, quandocunq; & in perpetuum, *omnia tempora comprehendunt n.7.*

8 *Dictio taxatiua*, dumtaxat, *habet vim prohibi-
tionis, quoad alia.*
9 *Ius conferendi, quod Papa sibi specialiter reserua-
uit, non dicitur substulisse per breuia ad alium fi-
nem concessa.*
10 *Casus specialis inductus fauore vnius Ecclesiæ in
consequentiam trahi non potest fauore aliarum
Ecclesiarum.*

DECISIO V.

Santissimus contulit D. Francisco Capsir Came-
rariam in Collegiata Ecclesiæ Minorissæ per
obitum Antonij Pla de anno *1631.* vti perpetuò
reseruatam Sedi Apost. per supressionem fel. rec.
Clem. VIII. omnium Ecclesiarum Canonicorum
Regul. Ord. S. Augustini principatus Cataloniæ.
Expeditoque Breui de capienda possessione nomi-
ne Cameræ A. C. directo, obtentaq; coram eodē
sententia fauorabili contra Ioannem Vilades vti in
d. Cameraria intrusum, & postea possessione cap-
ta dictus Vilades appellans obtinuit cōmitti cau-
sam in Rota cum clausula parito breui, & propo-
sito dubio an dicta sententia A. C. esset valida, &
iusta DD. affirmatiuè responderunt.

Pro validitate concurrunt omnia requisita
1 † per *Gaputaq. dec. 260. p. 2. Verall. dec. 262.
Rot. dec. 589. p. 1. rec.*

Nec visum fuit obstare quod de tempore impe-
trationis breuis à D. Capsir fuisset à Vilades cō-
missa causa in Rota, quia fuit responsum senten-
2 tiam † non inualidari per obtentionem breuium
lite pendente, quamuis non possint exequi, nam
tunc executio esset attentata vti declarat *Lancell.
de attent. in præfat. n. 457. & 498.* idque tanto
magis videtur dicendum ex quo in commissione
adest clausula sine præiudicio literarum Apost. &
quamuis replicetur hoc debere intelligi de literis
expeditis ante commissionem causæ: Responde-
tur quod quamuis literæ non erant expeditę, re-
scribens Signatura sine præiudicio, &c. signum
est, quod voluerit reseruare virtutem literarum
non dum expeditarum.

Et hoc euidentiùs patet, quia Signatura man-
dauit Reuerendiss. D. Vrgelleñ, vt suam mode-
raretur inhibitionem.

Nec obstat, quod ista moderatio non fuerit in
actis A. C. producta, vt scire sublatum fuisse im-
pedimentum, & suam iurisdictionem non igno-
3 rasset. Quia fuit parti intimata, † licet non Iudi-
ci præsentata, quod sufficit, vt firmauit *Rota in
Romana Saluiani. coram* Lancellot. *impress. apud
Pacif. post. tract. de Saluiano dec. 72. num.* 8. sicu-
4 ti inhibita parte † censetur Iudex inhibitus, nam
contrariorum eadem est disciplina *l. & si contra
ff. de vulg. l. fin. §. fin. de leg. 3.*

Nec obstat clausula in Breui apposita, *sine præ-
iudicio Inhibitionis Rotalis,* quia cum postea à Si-
gnatura fuerit de medio sublatum impedimentū
Inhibitionis ante Sententiam, non est curandū de
clausula Breuis, & nullus scrupulus restat circa
impetrationem Breuis, etiam pendente causa,
cuius litis statum, &c. quæ clausula operatur, ac
5 si † indiuiduè omnis status causæ esset expressus,
*Mantic. decis.215. nu.8. & coram Reuerendiss. D.
meo Decano, decis.305. num.7. in Recen. par.2. de-
cis.605. nu.11.* in puncto tenuit *Rota coram Greg.
decis. 2. num. 5. in fin. & ibi add. num. 16.*

De Iustitia verò non dubitarunt Domini
illa sit euidens, & clara ex reseruatione huius
merariæ per secularizationem Clementis V
omnium Monasteriorum, & Beneficiorum C
nicorum Regularium Ordinis Sanct. August
Principatu Cataloniæ per hæc verba: Illaque
nia, & singula tàm ad præsens., &c. quam
ceps quandocumque, & quomodocumque e
extra Curiam vacatura, ac illorum proprieta
& dominium nostræ, & dictæ Sedis, dumtax
spositioni specialiter, & expresè in perpetu
reseruamus, saluo tantum quocumque iure p
natus Regio. Quæ reseruatio vti clara, & i
6 bitata † fuit à Rota canonizata de anno 162
causa istius *met Camer, coram R. P. D. Buratto
ter impress. decis. 590.* & in aliis Beneficiis i
cta suppressione comprehensis sæpissime, vt
re est in *Vicent. Parochialis 14. Ianuar. 1611
ram bon. mem. Patriarcha Manzanedo,* & in
*Vicent. Parochialis 20. Febru. 1617. coram
me Vbaldo,* & in alia *Vicent. Canonicatus 24
uemb. 1624. coram R. P. D.* Merlino, & in
*Vicent. Prioratus 2. Iunii 1636. coram R.
meo Panzirolo.*

Nec dicēdum est dictam reseruationem i
7 ligi debere de reseruatione † *Regu. 8. hodie 9*
sit generaliter concepta per tres dictiones c
prehēsiuas omnium temporum scilicet dein
Quandocumque, & in perpetuum vniform
8 cum † taxatiua dumtaxat, quæ habet vim p
bitionis quoad omnes alios, *Roman. consil.
num. 5.*

Non obstant Breuia, quæ afferuntur ad pro
dum non fuisse intentionis Clement. VIII. p
dicare Iuri conferendi, quod spectabat ante
larizationem ad Ordinarios, nam vltra quod
probatur aliquod ius conferendi in dictis B
ciis sæcularizatis ad Ordinarios spectare, t
9 Breuia † nullius sunt momenti, vt latè fuit r
sum In dictis Decisionibus *DD. meorum Bu
& Merlini,* in quibus dicitur quod illa fueru
alium effectum obtenta. Nam primum Br
de anno 1600. emanauit ad sedandas contro
sias ortas inter Præpositum, & Episcopum
iurisdictione contentiosa, non autem super i
conferendi, de quo non agebatur. Aliud s
dum Breue de anno 1603. emanatum ad i
tiam Abbatis S. Vincentii de Cardona conti
10 casum speciale fauore eius Ecclesiæ, quod
consequentiam trahi non potest ad fauorem
rum ad *l. quod vero cum concordantibus de leg*
Ex quo patet, quod dum Sanctissimus iura
Ecclesiæ præseruauit aliis auferre videtur
quali iure non gaudentibus.

Quare dixerunt Domini sententiam A. C. e
validam, & iustam, vtraque parte informant

*Infra in eadem Causa habetur altera Decis
die 14. Martij 1640. coram eodem.*

R. P. D.

R. P. D. PIROVANO.

Romana, seu Cesenaten. Hæreditatis.

Lunæ 1. Februarij 1638.

ARGVMENTVM.

Reintegratio ad possessionem conceditur debitori aduersus creditorem de suo credito satisfactum, quæ satisfactio quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Reintegratio ad possessionem conceditur debitori, post quam creditor est satisfactus.*

2 *Sententia recipit interpretationem ab actis.*
Sententia mandans restitutionem monetæ, intelligitur de moneta conuenta, ibid.
Dos debet restitui de eadem moneta de qua cantat Instrumentum dotale, ibid.

3 *Verba Sententiæ loquentia, puta de dote vna cum fructibus, intelliguntur de dimidia pro quolibet.*
Dictio, vna cùm, *importat æqualitatem in dispositione cui adijcitur, ibid.*

4 *Stabilia empta ex pretio fundi dotalis, in eius locum dicuntur subrogata.*

5 *Fructus dotales taxantur ad rationem quinque, non probato Statuto, aut consuetudine contraria.*

6 *Possessor domus stantibus locationibus præsumitur percepisse fructus ad summam locatam, & num. sequen.*

7 *Scriptura plenè probat contra scribentem.*
Amplia etiam si fuerit facta à Procuratore, quia probat contra principalem, ibid.

DECISIO VI.

Censuerunt Domini esse locum reintegrationi ad fauorem DD. de Naldis ad possessionem Domus de qua agitur, quam Lucia Cenna detinet, tamquam immissa vigore Saluiani vsque de anno 1631. mense Octobris pro suo credito scut. 800. in sorte vna cum interusurijs monetæ Romandiolæ; quoniam ex quietantijs productis, & datis in Summar. & recognitis, constat exegisse ex pensionibus dict. Domus pro annis sex cum dimidio ad rationem scut. 110. quolibet anno, scuta 715. quæ vsque ad eam summam extinguunt creditum dictæ Luciæ, quod est dictorum scutor. 800. & ad monetam Vrbis redactam non excedit summam scutorum 660. & additis alijs scutis 94. pro interusurijs scutorum 400. ad rationem quinque pro centenario sortis principalis dotis restantis ab anno 1631. mense Octobris vsque in præsentem diem decursis ascendunt ad scuta 744. quæ summa excedit tantummodo exacta in scut. 29. quibus solutis Lucia remanet plenè satisfacta de suo credito, & DD. de Naldis sunt reintegrandi ad possessionem † Domus controuersæ cessante causa denegandi eiusdem possessionis restitutionem, *Crauett. cons. 107. num. 3. Scapucc. de Salu. lib. 3. quæst. 12. Egid. decis. 111. & 254. cum ibi add. num. 6. coram Papa Gregor. XV.*

Neque dubitari potest de iustificatione supradictorum, & primo quod Sententia immissionis donec Lucia fuerit satisfacta de scut. 800. sit intelligenda de scut. monetæ Romandiolæ, non autem Romanæ, & eiusdem monetæ Romandiolæ valor sit solidorum 84. pro quolibet scuto patet, quia & si Sententia non distinguat qualitatem monetæ, attamen, quia actum fuit vigore Instrumenti dotalis de moneta Romandiolæ distinguẽtis, ne Sententia contineat plusquam fuit petitum vigore prædicti Instrumenti, semper recipit inter-
2 pretationem ab actis, vt † de moneta conuenta, non autem de alia, sit Dos restituenda, *l. vt fundus, ff. Comm. diuidundo, Crauett. cons. 188. nu. 1. Crescent. decis. 6. de Sentent. & re iudic. Rot. decis. 243. nu. 2. par. 2. Recent.* & valor solid. 84. pro quolibet scuto non controuertitur, & ex Bannimentis Gubernatorum eiusdem Prouinciæ benè probatur.

Et eò minus hæsitandum videbatur, quia summa scut. 800. sit conflata ex sorte restantis dotis, & ex fructibus decursis ab ann. 1622. quo decessit Com. Georgius maritus Luciæ, vsque ad mensem Octob. 1631. quo fuit immissa, quia verba sententię canonizando creditum Lucię distinguũt pro residuo suarum dotium vna cum interusurijs dotalibus, quæ semper recipiunt interpretationẽ
3 pro dimidia per illam † dictionem, *vna cum interusurijs*, soletque significare æqualitatem in dispositione per *l. vlt. C. de Impub. & l. cum Antiquitas, C. de vsufruct. Menoch. cons. 585. num. 2. lib. 6. & præsumpt. 139. num. 22. lib. 4.* & ipsa æqualitas magis colligitur ex Instrumento, & pactis dotalibus dictarum Iugalium, in quibus apparet Com. Georgium recepisse in pecunia tãtummodo scut. 400. & alia etiam bona stabilia nomine dotis data fuerint inæstimata, & quamuis posset replicari eadem postmodum per Coniuges vendita de anno 1616. attamen, quia pretium ser. ser. de nouo fuit inuestitum in tot stabilibus, & Censibus ad contentamentum Luciæ, ex Instrumento quod datur *Summ. numer.* 4. inde semper
4 tamquam dotalia effecta cum † eadem qualitate fundi dotalis per subrogationem remãserunt Luciæ obligata per *l. æstimatis, ff. solut. matrim. l. res quæ ex dotali, ff. de iur. dot. Couar. practic. quæst. cap. 28. num. 2. Rot. decis. 287. numer. 3. & 297. num. 3. par. 1.*

Demum, & interusuria dd. scut. 400. ab anno 1631. vsque ad ann. 1637. & pro semestre anni
5 præsentis, benè taxantur † ad rationem quinque pro centenario, non probata contraria consuetudine Ciuitatis Cesenæ, aut Statuto eiusdem contrarium disponente, sequendo opinionem *glos. in Authent. perpetua, C. de Sacrosan. Eccles.* per Rotam passim recepta, vt in *Romana Dotis 7. Nouembris 1629. coram Card. Virili, & in Perusina Dotis 12. Martij, & 11. Maij coram D meo Dunozetto de anno 1630.* in quibus aliæ resolutiones Rotales referuntur, & ex prædictis omnibus resultat creditum Luciæ excedere debitum per exactionem pensionũ contractum, vt supra fuit præsuppositum, & benè iustificatur ex locationibus, & quietantijs datis manu Procuratoris eiusdem Luciæ.

Nam hæc Domus probatur locata Septimiæ de Blondis per D. Equitem Tobiam de Aldinis procuratorio nomine Luciæ de anno 1631. die 3. Octobris cum receptione scut. 55. pro primo semestre,

mestre, & pacto de continuando ad annum sequentem non facta disdicta per 15. dies ante, quæ durauit pro toto anno 1633. vt fassus fuit idem D. Thobias in quietantia diei 13. Decemb. 1633. in qua recepit scuta 42. pro residuo totius temporis retro à die locationis.

Idem D. Thobias secundo locauit eamdem Domum sub die 23. Decemb. eiusdem ann. 1633. ad annum, & pro eadem pensione scut. 110. Martio Cosciaro, & cum eodem pacto continuandi de anno in annum non facta disdicta per 15. dies ante, & cum quietantia primi semestris anticipate, quæ durauit, & durat vsque in præsentem diem ex eiusdem assertione, & confessione recepta per Notarium causæ, qui ad instantiam Partis accessit ad Domum locatam, atque ita quamuis agatur de Domo de sui natura non fructifera, prout si ageretur de Prædio Rustico, cum tamen posse-
6 derit Luciam eamdem † Domum, & locauerit, intrat præsumptio perceptionis ad summam locatam, *Achil. decis. 22. de Restit. Spol. Seraph. decis. 1143. num. 1. 1245. num. 6. 1397. nu. 3.* quæ præsumptio indubitata redditur ex quietantijs datis pro toto tempore vltimæ locationis manu pro-
7 priæ D. Thobiæ subscriptis, & † recognitis, quæ plenè probant aduersus Luciam, *l. Publia, §. Titius, ff. deposit. §. si quis igitur in Auth. de Instr. caut. & fid. Crauett. cons. 73. num. 14. Surd. decis. 265. num. 27.*

Ex quibus omnibus, cum appareat Luciam restare creditricem pro residuo sortis, & fructuum de scutis tantummodo vigintinouem, & pro impensis in eadem Domo factis durante tempore, quo illam possedit, de alijs scut. 5. & ba: 23. visum fuit illis solutis, non esse denegandam immissionē.

Et ità, &c.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO postea S. R. E. Cardinali.

Gallieñ Hæreditatis.

Lunæ 1. Februarij 1638.

ARGVMENTVM.

Procurator constitutus ad adeundum Hæreditatem, cum facultate transigendi, non potest illi renunciare, vbi varia de materia huiusmodi facultatis, an scilicet referatur ad omnia contenta in mandato, vel tantum ad capitulum immediatè præcedens, de impugnante transactionem, an teneatur ad restitutionem eius, quod accepit, de Ecclesia transigente, seu renunciante sine solemnitatibus, & an cessio, seu renunciatio Hæreditatis importet necessario illius antecedentem acquisitionē

SVMMARIVM.

1 *Transactio continet exceptionem litis finitæ.*
2 *Transactionem impugnans debet prius restituere quidquid illius occasione recepit.*
3 *Intellige vbi transactio impugnatur tamquam læsiua, secus si ex capite nullitatis, & num. 4.*
5 *Procurator tenetur custodire fines mandati.*
Procurator constitutus, cum facultate transigendi, non potest renunciare, num. 5. & 6.
6 *Facultas transigendi recipit declarationem à ca[usa] propter quam fuit factum mandatum.*
Facultas transigendi dicitur consecutiua ad a[ctum] cuius vigore fuit factum mandatum, non a[utem] quod primo loco possit exerceri, ibid.
7 *Facultas transigendi apposita in mandato, re[spicit] dispositionem particularem, cui cohæret, non refertur ad omnia, & num. 8.*
9 *Ecclesia transigens, seu renuncians hæredita[ti so]lemnitates seruare tenetur, & num. 15.*
10 *Amplia etiam si bona essent penes Laicos, [non] Ecclesia possiderentur.*
11 *Cessio, seu renunciatio hæreditatis inducit pri[mo lo]co illius aditionem.*
12 *Ista tamen acquisitio nullius est consideration[is, si] dicatur facta ad effectum renunciandi, non [reti]nendi.*
13 *Maxime si fuit facta vno eodemque tempore [non] autem per actus distinctos, & separatos.*
14 *Cedens, seu renuncians hæreditati, quando te[netur] ad illius onera.*
15 *Hæreditas dicitur adita ex constitutione pr[ocura]toris ad adeundum, etiam in Ecclesia.*

DECISIO VII.

AGebant Patres Congregat. Oratorij C[iuita]tis Camerini pro immissione ad hære[ditatem] Cæsaris, in cuius Testamento dicebant se [in]scriptos hæredes; Cum verò plura contra Testamentum opponerentur pro parte P[...] quæ eiusdem hæreditatem petebat tamqu[am] illius hæres ab intestato, dubitatum fuit; An [exce]ptiones quæ opponebantur contra dictum [Te]stamentum obstarent Immissioni petitæ à [Patri]bus dictæ Congregationis; Et quia eorum [nomi]ne inita fuerat transactio super dicta hære[ditate] Dubitatum fuit super exceptione huius t[ransa]ctionis, an propter illam posset impediri ea[dem] immissio; Et proposito hodie vtroque d[ubio] DD. responderunt, non obstare transactio[nem] & reseruarunt ad aliam inspectionem; An concedenda immissio, quam Patres petebant [vi]gore Testamenti, de cuius validitate qu[æri]tur in primo dubio.

Et ratio huius Decisionis, vt transactio o[bstare] non posset, consistebat in illius nullitate, qu[ia non]
1 fuit posse id operari, vt † non deberet hab[eri] qua eius ratio, cùm ea transactio non solum [cense]retur continere exceptionem litis finitæ, vt [habe]tur in *cap. 1. de lit. contest. lib. 6. & notat ib[i] in verb. transacta, & in l. Causas, C. de tr[ansact.]* sed neque illi obstaret, quòd Patres eius o[ccasio]ne aliquid recepissent ad effectum, vt cont[ra]venire non possent; Quamuis enim soleat exceptio communiter proponi pro sustine[nda] transactione, ita vt non antea possit reuoca[ri con]sensus, qui fuit datus à parte, quæ illam [impu]gnat quam eadem pars restituat quidqu[id]
2 occasione † recepit, vt notatur in *l. diuersa[, C. de] transact.* & tradit ibi *Salicet. num. 4. Bald.* & in *l. cum te, C. de pact. inter empt. & [vend.] Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. [lib.] tit. 9. num. 39.* Tamen hæc procedunt in [casu] quo ipsa transactio impugnetur tamquam [læsiua,]
3 qui † propriè sunt termini *dict. l. si diuersa,* [ad]uertit ibi *glos. in princip.* non autem quan[do im]pug[...]

pugnatur ex capite inualiditatis, quia cum fuerit ... nulla, vsque à principio non potuit ex ea sequi
4 aliquis effectus, siue † nasci id impedimentum, quod solum posset considerari in casu quo eadē transactio subsisteret, vt declarat *Bald. in dict. leg. cum te, Castr. in l. 1. num. 11. C. eod. tit. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. eodem tit. 9. num. 39.* & voluit *Natta in cons. 631. num. 7. Roland. cons. 7. num. 4. lib. 3.* & hanc opinionem pluries etiam tenuit *Rota vt in Valentina Baroniæ 2. Iunij 1602. coram Ortembergo, & in Tirasonen. iuris præsentandi 11. Febru. 1585. coram Cantuccio, & in Romana rescisionis Instrument. 27. Iunij 1612. coram bo: mem: Vbaldo,* in qua Rota considerauit hanc eamdem rationem nullitatis ipsius transactionis, & in *Romana Casalis Turris Vergatæ 19. Iunij 1606. coram R. P. D. meo Decano, & coram Gregor. decis. 271. numer. 16. & decis. 473. num. 21.* Neque contrarium decisum fuit in *Rauennat. transact. 29. Maij 1591. coram Gipsio,* in qua Decisione dubitatum fuit de Decisione Cantuccij, quia illa fuit dubitatio Auditoris, non Rotæ, quæ semper tenuit hanc sententiam.

Et verò deducebatur nullitas huius transactionis ex duobus potissimum fundamentis quorum primum erat, quia procuratores, qui eam fecerunt nomine Congregationis, excesserunt fines mandati sibi traditi, siquidem Patres eiusdem sodalitatis, sequuta morte Cæsaris duos procuratores constituerunt ad adeundam illius hæreditatē, eiusdem hæreditatis bonorum possessionem tum capiendam, tum retinendam, cum amplissima facultate, & auctoritate exercendi omnes eos actus, qui fuissent necessarij pro illius conseruatione, ac defensione; Et ita cum hi procuratores tenerentur seruare eam legem, quæ fuit illis præscripta in mandato, non potuerunt eidem hæreditati renunciare, prout fecerunt in dicta transactione, ex notatis in *l. si diligenter, ff. mandati, & in l. potest, ff. eodem tit.* & in terminis † transactio-
5 nis est *text. in l. transacto, C. de transact.* & notat ibi *Bartol. num. 1. & in l. si procurator, C. de procurator.*

Neque dici poterat contrarium concessum fuisse propter facultatem, quæ dabatur in eo mandato eisdem procuratoribus transigendi, & concordandi cum quauis persona super quacumque controuersia, aut in iure occasione dictæ hæreditatis; Quia ea facultas declarari debebat à Causa propter quam idem mandatum concessum fuit, quæ † erat, vt possent hi procuratores dictam hæreditatem adire. Vndè non potuerunt illi vti ea facultate etiam pro renunciatione eiusdem hæreditatis, sed solum ad illius commodum, ità vt quod postea concessum fuit respectu potestatis transigendi, aut concordandi intelligendum sit, aditione iam facta, & pro illius retentione, ac defensione, cuius occasione datum fuit mandatum, *arg. text. in l. si de certa, C. de transact. & not. ibi gloss. in verb. peti, & in l. legatorum, § vlt. ff. de legat. 2. Bartol. in l. vt dicitur, ff. de tutel. & in l. hoc iure, num. 5. ff. de solut.* & fuit resolutum in *Ariminen. nullitatis obligationis 10. Decemb. 1631 coram R. P. D. Quecipo.* Et hoc quidem cùm esset conforme, & consentaneum menti Patrum, qui dictum mandatum dederunt, clarius etiam probatur ex verbis eiusdem mandati, quia licet in illo contiueretur hæc facultas transigendi; Tamen apparebat dictam facultatem in eo datam fuisse post caput distinctum, in quo concedebatur eisdem procuratoribus potestas exigendi, & recipiendi redditus, & fructus hæreditatis à quacum-
7 que persona, cui possent † etiam facere cautionē de exactis. Vndè quæ postea dicta fuerunt super facultate transigendi, non poterant intelligi dicta vt respicerent substantiam totius mandati, sed referenda erant ad factum, siuè potestatem exigendi contentam in superiori Capitulo, cui proximè cohærebant, *iuxt. regul. text. in l. filium, ff. quand. dies lagat. cedat, & in l. vltima, §. Titia, ff. de liber. legat. notat Bartol. in l. vltima, num. 1. in fine, ff. de reb. dub. Rota coram Card. Seraph. decis. 610. num. 4. & decis. 417. num. 2. par. 2. Recent.*

Neque aliud colligi poterat ex verbis eiusdem mandati, in quibus dicta facultas continebatur; Imò illa hanc interpretationem suadebant cum hæc facultas data in illo legeretur nominatim ad transigendum cum quacumque persona super qua cumque controuersia occasione dict. hæreditatis cum ijs pactis, conuentionibus, obligationibus, declarationibus, & cautelis, quas ipsis procuratoribus facere liberet, quæ verba cùm non possent intelligi nisi de facto ipsius exactionis poterant
8 hoc etiam operari, vt † ad illud referri deberet dispositio respectu eius facultatis transigendi, vt voluit idem *Bartol. in l. talis scriptura, §. hanc autem, num. 3. ff. de legat. 1. Castren. in l. 2. num. 2. C. de liber. præterit.* & ibi etiam *Iason num. 40. in 4. limit. Gabriel. de clausul. conclus. 9. nu. 19. Surd. cons. 515. num. 9.*

Ex his deduci poterat alterum fundamentum pro nullitate huius transactionis, quia cùm fuerit in ea renunciatum bonis, quæ erant delata Ecclesiæ, non potuit illa fieri sine beneplacito Apostolico propter prohibitionem induct am ex Consti-
9 tutione Pauli Secundi † de reb. Ecclesiæ non alienandis, *vt fuit resolutum in Carpen. bonorum 13. Maij 1602. coram Gregor. & in Placentina decimarum 18. Febr. 1630. coram Reuerendiss. Vrgell.* quæ locum habent quamuis bona, super quibus transactum fuit, non sint possessa ab Ecclesia, sed existant penes laicos, quia cum actum est in ea tran-
10 sactione, † vt eadem bona apud illos perpetuò remanerent, perindè est, ac si secuta fuisset illorum alienatio, *vt notant Doct. in l. nulli, ff. de transact, & ibi Bart. nu. 2. post gloss. in verb. nulli, & in l. cùm hi, §. si vni, ff. eod. tit. Redoan. in tract. de reb. Eccles. non alienan. cap. 1. num. 12. & fuit dictum in d. Romana Casalis Turris Vergatæ 19. Iunij 1606. & in Taurinen. decimarum 27. Iunij 1606. coram Reuerendiss. D. meo Decano;* Nec dicatur, quòd ea hæreditas nunquam fuerit acquisita Ecclesiæ, quia hæc acquisitio intelligi debebat, facta in ipso actu cessionis d. hæreditatis, quæ illius nomine facta fuit ab eisdem procuratoribus, cùm ea cessio non solùm præsupponere videretur titulum antecedentis ac-
11 quisitionis, † sed non potuisset illa aliter valere, quam præcedente eadem acquisitione, *argum. text. in l. illud, ff. de acquir. hæred. & probatur l. si Auia, C. de iur. deliber. & tradit. Castrens. in l. pactum, nu. 8. in fin. C. de collation. Rip. in l si vnquam, nu. 21. C. de reuocan. donat. Castren. in cons. 135. n. 12. lib. 1. Aym. cons. 200. nu. 1. Surd. cons. 501. nu. 12.* Et licet ea acquisitio tanquam momentanea negaretur posse

posse haberi in consideratione, quasi non posset dici principaliter ordinata ad acquirendam eandē
12 hæreditatem, sed solùm ad † effectum illi renunciandi, *vt tenuit Rot. in dec.30. Rolan. cons.15. nu. 34. lib.1.* præsertim, cùm actus eius acquisitionis non esset distinctus ab ipsa cessione, ita vt solùm intelligi posset præcessisse tacitè, & secundùm ordinem intellectus, *quod etiam Rot. considerauit in adducta dec.30. Franch. dec.14. num.26.* Tamen
13 aderat † etiam in hoc casu ea acquisitio distincta ab actu eiusdem cessionis; Etenim omisso, quod illa dici debebat considerabilis, quamuis momētanea propter effectus, qui ex ea considerari pos-
14 sunt tam ad fauorem, † quam aduersus ipsam Ecclesiam, cum propter illam obligata fuerit ad omnia onera hæreditatis, *vt voluit Surd. in addit. cons.501. nu.12. vbi hoc considerat,* in his omnino terminis ad effectum scilicet. vt Ecclesia ita cedēs aut renuncians teneatur seruare omnes † solemni-
15 tates, quæ requiruntur in alienatione rerum Ecclesiasticarum, *& voluit Corn. in cons. 11. nu.20. lib.3.* vbi agit de renunciatione facta à minore sine solemnitatibus, & distinguit inter renunciationem factam iuri iam delato, siue factam iuri, quod erat competiturum, præterea præcesserat etiam aditio eiusdem hæreditatis, & illa intelligi debebat facta in actu Constitutionis procuratorum ad
16 ipsam hæreditatem † adeundam, quia cùm ex eo actu diceretur constare de animo Ecclesiæ, ille solus satis esse poterat ad effectum aditionis, & vt ea hæreditas censeretur eidem Ecclesiæ acquisita, *vt probatur ex text. in l. per procuratorem, ff. de acq. hared. & notat ibi gloss. in princ. Bart. nu.1. Castren. nu.3. Marant. in l. his potest, nu.70. ff. de acquir. hæred. & tenuit Rota coram Card. Caual. dec.244. nu.2. Franc. dec.60. nu.5. Menoch. de præsumpt. lib.4. præsumpt. 101. nu.26.*

Et ita vtraque, &c.

☞ *Infra in eadem causa habentur aliæ Decisiones coram eodem nempe sub die 21. Maij 1638. & sub die 13. Decembris eiusdem anni, & sub die 13. Aprilis 1639. & sub 1. Iulij 1639. cor. R.P.D. Ghislerio Episcopo Terracinen.*

REVERENDISS. COCCINO.

Virduneñ. Monasterij.

Lunæ 8. Februarij 1638.

ARGVMENTVM.

Gratia emanata, motu proprio, quantumuis nulla indigeat iustificatione, cum tunc cesset in ea vitium subreptionis, tamen talis gratia non supplet defectum intentionis in Papa nolenti alicui præiudicare. In priuilegiorum extensione non admittitur similitudo. Priuilegiorum communicatio, quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Gratia non eget iustificatione, quando emanauit motu proprio.*
Gratia si sit concessa motu proprio tunc cessat in eo omne vitium subreptionis, nu.1.
2 *Clausula.* motu proprio, *non supplet defectum intentionis Papæ nolentis concedere gratiam, in iudicium alicuius.*
3 *Priuilegij extensio non operatur, quoad non ex[...] sa.*
4 *In Priuilegiorum extensione non valet argu[...] de simili, ad simile.*
5 *Priuilegia conferendi reseruata, sunt reuoca[...] regul.15. reuocatoriam facultatum conferen[...] seruata.*
6 *Priuilegia bene possunt reuocari si sint conce[...] ditis, maximè gratis.*
7 *Priuilegia tantùm suffragantur, quantum [...]*
8 *Priuilegiorum communicatio non comprehe[...] quæ de facili concedi non solent.*
9 *Dictio,* quatenus, *importat conditionem.*
10 *Consuetum debet probari ex pluribus actibu[...]*
11 *Beneficium, quod fit consuetum concedi in co[...] dam, ex quo benè probetur.*

DECISIO VIII.

FVit resolutum gratiam suffragari Eminen[...] Card. Bichio prouiso motu propro de [...] nasterio tanquam de affecto per appositio[...] manus Papæ, & tanquam de reseruato ex[...] la secunda, & ex cessatione Commendæ in[...] reseruato, vt abundè fuit deductum in de[...] facta super arbitrio 27. Nouembris superio[...]
1 ☞ ni,* & propterea dicta † gratia non eg[...] iustificatione, quia tunc cessat omne [...] subreptionis, *c. si motu proprio de præb. in 6. si Romanus, & ibi gloss. fin. eod. tit. vbi Vital[...] 44. Rot. dec.6. & 7. de præb. in nou. & dec.[...] rescr. in antiq. Mohed. dec.4. num.2. & dec.9[...] priuil. Put. dec.377. lib.1. in correct. Staphil[...] ris gratiæ tit. de vi, & effectu clausul. in §. Sub[...] ter, Simonett. de reseruat. q.45. num.5. Gab[...] clauf. concl.2. nu.1.*

Non obstat quod dicta clausula non [...]
2 defectum intentionis Papæ † nolentis co[...] dictam gratiam in præiudicium illius ad q[...] spectat prouisio si hoc ignorauit, *Rot. dec.[...] cum seqq. de præb. in antiq. Cassad. dec.4. nu.4[...] cess. præb. Simonett. de reseruat. qu.14. nu.16.[...] ditio in verb. intentionis latè Put. d. dec.377 vbi supra nu.18. &* 19. Nam fuit responsum illa omnia ex quibus prætendebatur consta[...] defectu intentionis Papæ. fuerunt deducta probata in alia decisione facta dicta die 2[...] uembr. superioris anni dum disputabatur [...] bitrio, & nihilominus illa hic repetendo [...] ponsum.

Non obstare primo concordata Germ[...] licet illa fuerint extensa ad Ciuitatem Vi[...] extensio tamen fuit facta ad fauorem Ca[...] quoad alternatiuam tantùm, & propterea quid disponant concordata, de quo hodie agitur, sat est quod non agatur de alter[...] mensium ad fauorem Capituli, & quod
4 data Germaniæ in reliquis non extend[...] Ciuitatem Virdunen., vt latè fuit dedu[...] alia decisione, quia dicta extensio quoad [...]
3 tiuam non operatur in hoc casu ex latè de[...] per *Burgos. de Paz. cons.29. n.57. & est text[...] ritur, ff. de statu homin. Dec. in cap. translato*
4 *col. penult. de constit,* nec in ista materia val[...] gum[...]

gumentum de simili ad simile, *Burgos.d.loco n.64. cum seq.*

Non obstant allegata priuilegia, quia vltra quod negatur quod sint in forma probanti, sunt
4 reuocata per ragul. 15.† reuocatoriam facultatum conferendi reseruata, & non potest inficiari quod
5 hæc priuilegia † potuerint reuocari, cum fuerint concessa subditis, maximè gratis, *gloss. in c.decet de regul.iur.in 6.D.D.omnes in cap.venit de iudic. Bald.in l,qui se patris, num.13. vers.& aduerte, C.vnde liberi Decian. resp.25. num.3. vel.1.* Et ad priuilegium sa. me. Eugenij Quarti concessum Congregationi Cassineñ, quod prætenditur communicatum sufficit responsio, quod non loquitur de monasterijs solitis commendari, & ideo non
7 debet extendi, quia priuilegia † tantùm suffragãtur, quantum sonant. *Innoc.in c.dilecto de offic.Archidiac.cap.auditis,vbi Felin.num.* 10. *de præscr. & cons.1.num.162.cum seqq.* & in omnem euentum communicatio priuilegiorum, quæ prætenditur, non comprehendit hoc priuilegium, quia conti-
8 net illa, quæ † de facili concedi non solent iuxta vulgatum, *consil.Butr.19.n.9.*

Minus etiam est verum, quod Papa voluerit prouidere tanquam de non reseruato ex latè deductis in prima decisione, in qua ostenditur prouisionem esse tanquam de reseruato, & respondetur ad clausulas, ex quibus prætenditur Papam contrarium voluisse.

Denique non obstat, quod gratia facta Eminentiss.D.Cardinali habeat clausulam, Quatenus d.Monasterium sic obtineri consueuerit, scilicet in
9 Commendam, † quæ dictio, *quatenus*, facit conditionem, *Bart.in l.1.nu.20.vbi Castr. & Imol.ff. de cond. & demonstr.* & cum non agatur de solito,
10 † sed de consueto, debet hoc probari ex pluribus commendis factis saltem duobus, *Tiber. Dec. cons.124.num.8. lib.3.Gozadin.cons.23.numer.5.& seqq.*

Quia in hoc casu nedum his, sed pluries hoc Monasterium fuit commendatum de anno enim 1586.per obitum Renati, de mense Octobris fuit commendatum Antonio à Lotharingia, & per illius obitum fuit pariter commendatum Carolo à Lotharingia, & de ann.1604. per illius resignationem Henrico a Lotharingia, & per illius obitum de anno 1626. Nicolao Francisco à Lotharingia, & per illius contractum matrimonij nuper Emi-
11 nentiss.D.Card.Bichio, † quæ Commendæ non potest inficiari, quin habuerint effectum, cum vnus per obitum, vel resignationem alterius per Commendam fuerit prouisus, *Oldr.cons.229.* quẽ passim Rota sequitur, *Lambert.de iurepatr.lib.2.p.1.q.10.art.7.Rot.dec.185.nu.2.& 198. nu.9.par.1. diuers.& par.5.rec.dec.53.n.33.*

Et sic conclusum vna tantùm parte informante, cum altera pars diù expectata non curauerit informare fortè, quia in alia positione omnia iura sua deduxit, quibus Rota respondit &c.

Decisio ista sub die 27. Nouembr. 1637. est supra in præcedenti parte decisio 250.

R. P. D.

Cæsaraugustana.

Lunæ 8. Februarij.

ARGVMENTVM.

Possessor, quando fuit in mala fide vsque à quo tẽpore veniat condemnandus ad restitutionem fructuum. Ecclesia cum non possit perdere ciuilem possessionem, ideoque si fuerit spoliata de bonis suis, ei. siue eius Rectori competit interdictum Vnde vi. Fructus, dum petuntur, vti sors, qualiter tunc fiat condemnatio in eis.

SVMMARIVM.

1 *In Interdicto summarijssimo veniunt soli fructus à die contestationis litis.*

2 *Possessor, quando fuit malæ fidei, est condemnandus ad restitutionem fructuum vsque ab initio, & sic non tantum à die malę fidei.*

3 *Possessor mala fidei condemnatur vsque ab initio ad restitutionem fructuum, quando sumus in interdicto retinendæ plenario.*

4 *In Interdicto summarijssimo sufficiunt leuiores probationes, & denegatur appellatio, sed secus in interdicto retinendę plenario.*

5 *Rector Ecclesię bona illius possidet ciuiliter etiamsi alius occupauerit naturalem possessionem.*

6 *Ecclesia, & pupillus sunt illius naturę, vt non possint perdere ciuilem possessionem.*

7 *Ecclesię spoliatę de bonis suis si competit interdictum, vnde vi, à fortiori eius Rectori competit manutentio, & num.8.*

10 *Eclesię possessio, quando acquiritur censetur adepta iam possessio bonorum, & iurium ipsius Ecclesię.*

11 *Sed ista conclusio non habet locum, quando quis medio tempore accepit possessionem naturalem, & declara vt hic.*

12 *Possessio non potest esse penès duos.*

13 *Ecclesia, & minor non possunt perdere possessionem ciuilem.*

14 *Fructus, quando principaliter deducuntur in iudicio tamquam sors principalis, hoc casu veniunt vsque ab initio.*

15 *Fructus si petantur tanquam sors principalis debẽtur absque alia interpellatione, & hæc conclusio procedit etiam in iudicio possessorio.*

16 *Manutentio in omnibus interdictis à quo tempore debeatur.*

17 *Ecclesia cũ eius bona semper possideat ciuilitereius ratione Rector illius potest petere manutentionẽ.*

18 *Ecclesiæ omnia iura competentia tam in petitorio, quàm possessorio competunt Rectori illius nomine Ecclesię.*

19 *Et ista adeo vera sunt, vt procedant etiamsi Rector inutiliter contraxerit, & se spoliatum habuerit.*

DECISIO IX.

FVit conditum Statutum de anno 1607. in quo disponitur, vt vnicuique Portionario seruienti, omnibus horis diurnis, soluantur singulo die tria regalia, Canonicis verò duplum quod quidẽ

statutum à S.Sede Apost. fuit confirmatum, & executioni demandatum spatio plurium annorum per actualem solutionem huiusmodi summæ, quæ indistinctè omnibus fuit soluta, vt optimè deponunt testes, de quibus in *Summ. num.2.* Orta lite inter Canonicos, & Portionarios super dicta solutione, D. Ioannes Mercado Beneficiatus venit ad causam 23. Iunij *1633.* cum ratificatione gestorum, & D. Michael Crespo alius Portionarius pariter venit ad causam 4. Augusti *1636.* cum ratificatione gestorum. Vndè dubitaui, An eis esset debita manutentio, & principalis dubitatio vertebatur in eo; An eis esset debita dicta manutentio vsque ab initio, scilicet à die ingressus, vel solum à die ratificationis, & Domini in hac principali dubitatione non fuerunt concordes. Quia pro negatiua, dicebatur, quod in interdicto reti-
1 nendæ † summarijssimo veniunt soli fructus à die contestationis litis super huiusmodi Iudicio intẽtatæ, *Seraph. decis. 835. num. 2. & 3. Rota decis. 606. num.1. par.2. in* Recent. *Mantic. decis. 182. in fine*, & fuit dictum in Causa *Calaguritana de Autal. 317. par.1. Recent. & in Bononien. de Pepulis 17. Februar. 1578. coram Rubeo, & in Causa Toletana Prioratus de Nauarett. 10. Octobris 1580. coram bo: mem:* Card. *Blanchetto*.

Nec obstat, quod Capitulum fuerit in mala fi-
2 de, & † ideò distributiones veniant vsque ab initio, *Bartol. in l. 3. vers. tu dic. ff. de interd. Menoch. de retinen. remed.3. num.289. Rota Aueniouen. decis.110. vers. vel intelligendum est.* Quia fuit responsum, quod hæc conclusio est intellige-
3 da in Interdicto † retinendæ plenario, quando interuenit dolus, prout hanc conclusionem, non allegando, *Bartol.* intelligit, & declarat *Rota apud Seraph. dicta decis.1168. num.4.* & ratio est inter vnum, & aliud interdictum, quia in summarijssi-
4 mo sufficiunt leuiores probationes, & † denegatur appellatio, secus est in Interdicto retinendæ plenario, *Put. decis. 61. lib. 3. in correct.*

Domini verò, qui tenebant manutentionem deberi à die ingressus, mouebantur, quia Portiona-
5 tus † ciuiliter possidebat, etiam quod Capitulum occupasset naturalem possessionem, *Innoc. in cap. cum super nu.4. circa princ. & vers. propter hæc dicimus, de caus. possess. & propriet. & in cap. cum in officijs num.6. vers. si autem solummodo de testam. Bart. in l.1. § fin. nu.4. vers. sed in Collegio* Ecclesiæ, *ff. de acquir. poss.* cum alijs allegatis in causa *Colimbrien. Præstimonij 20. Iunij 1632. coram R. P. D. meo Dunozetto.* & in eadem 28. *Aprilis 1634. coram me*; Ecclesia
6 enim † & pupillus sunt illius naturæ, vt non possint perdere possessionem ciuilem, *Bart. in l.1. §. cum vir. vxori nu.3. ff. de acquir. possess. Paris. cons.24. nu.7.*
7 *volum. 1.* & propterea sicuti Portionatui † competeret interdictum vnde vi, *cap. quærelam, vbi Abb. in fin. de elect. idem Abb. in cap. litteræ tuæ, num. 3. post med.* ibi: *Etsi etiam spolietur Ecclesia, de dilat. Rota decis.1. in princip.* & ibi *Addent. num.4.*
8 *de restitut. spoliat. in nou.* à fortiori dicto † Portionatui competit manutentio, vt dicit *Menoch. de retinend. remed.3.* & fuit latè deductum in dicta Causa *Colimbrien. Præstimony 10. Decembris 1631. coram R. P. D. meo Dunozetto, coram me*
9 in † eadem 28. *Aprilis 1634.*

Hinc dicebatur sequi, quod ex adeptione possessionis Portionatus, censebatur quoque adepta
10 † possessio bonorum, & iurium ipsius Por[...]tus, *Couar. var. lib.3. cap.16. n.13. Rota dec. 7. & 8. par. 2. diuers.* & fuit dictum in dd. [...] *Colimbrien. Præstimoniorum 28. Iunij 1632.* [...] *R.P.D. meo Dunozetto, & coram me 27. Iunij* [...] Nec obstare doctrinam *Aretini in l. possider[...] vers. hæc tamen nota sunt, ff. de acquir. posse[...]* quod dicta conclusio non habet locum, [...]
11 medio tempore quis cœpit possessionem [...]ralem, quia dicta doctrina est vera respe[ctu pos]sessionis naturalis, secùs autem respectu [...]
12 quæ remansit penès Portionatum, cum [...] possit esse penès duos *l. sicut certo, §. si duo[...] hiculum, vbi glos. in verb. dominium, & Cast[...] 7. ff. commodat,* & in puncto declarat *Anchar[...] reg. sine possessione num.12. post med. vers. ex[...]*
13 *fert*, & meritò quidem † cum nec Ecclesia [...] minor possint perdere possessionem ciuilem [...]

Nec in hoc casu facit, quod fructus non [...]
14 in Iudicio manutentionis, nisi à die intenta[...]terdicti, quia conclusio est vera, sed distri[butio]nes non petuntur tanquam fructus rei prin[...]ter in iudicio deductæ, sed tanqua sors pri[...]lis, quo casu veniunt vsque ab initio. *Sera[...]cta decis.1168. num.3.* & fuit resolutum in [...] *Cæsaraugustana pensionis 15. Maij 1589. co[ram] me. Gypsio*, & in causa *Mediolanen. fructu[...] May 1589. coram Platto,* & in causa *Calag[...] liquidationis 4. Maij 1611. coram bo. me. Ca[...]crato, & in* Rom. *pens.* Domus 15. *Decem. 16[...] bo: mem: Buratto, & in Toletana Pensio[...] Februar. 1618. coram Eminentiss. D. Card[...]philio*, & ratio videtur esse, quia quando [...]
15 petuntur tamquam † sors principalis, de[...] sine alia interpellatione per iura in dicta D[...]ne Eminentissimi Pamphilij allegata, qu[...]dunt etiam in possessorio, *cap. quærelam* [...] *Innoc. num.3. vers. & notat Hostien.* & di[...] terminis Decisiones supra allegatæ.

Omnes tamen Domini fuerunt cõcordes [...] à die supradictæ ratificationis dd. duobus [...]narijs debeatur manutentio, quia vt sup[ra]
16 est, indubitatum videtur quod † à die edi[...]dicti, etiam in possessorio summarijssimo [...]tur manutentio, & regula est communis in [...]bus interdictis, *l.3. ff. de interdict. & ibi* [...] *Bartol. Alex. cons.184. num.9. lib.5. Abb.* [...] *grauis, num.19. de restitut. spol. Additio ad* [...] *in l. item veniunt, §. non solum, ff. de petit.* [...] *Misinger. centur.4. obseruat.55.* latè *Iason* [...] *ctionum, num.52. Faber. num.5. Instit. de* [...] *Ioann. Zanger. de except. par. 3. cap.17. ff.* [...] *cept. rei indic. num. 31. & seqq.* Hartman[...] *obseruat.102. num.9.*

Neque obstat, quod isti duo Portionarij [...] probent, se esse in possessione percipiendi [...] tria regalia, quia sufficit, quod Portionarij [...] essent in ista quasi possessione, vt deponunt [...] *Summ. num.2.* & vt supradictum est Porti[...]
17 possidebat ciuiliter, & † manutentionem [...]*char. & alijs supra allegatis.* Omnia enim [...] competentia Ecclesiæ, tam in petitorio, [...]
18 in † possessorio etiam retinendæ, compet[...] Rectori nomine Ecclesiæ, *cap. litteræ de dil[...] olim 1. & 3. de restitut. spol. Abb. in cap.* [...]*per, num.19. 20. & 21. de caus. possess. & pr[...] & in dicto cap. litteræ, num.2. vers. circa p[...]*

9 *de dilat.* Et ista adeò vera sunt, vt † procedant etiam quod Prælatus inutiliter contraxerit, & se spoliatum habuerit, *Bartol. in l. 1. §. si vir vxori, num.3. Ias. num.28. Bolognett. num.64. ff. de acquir. possess. Verall. decis.182. numer.3. part.3.* & fuit dictũ in præcitatis Decisionibus Colimbrien. Præstimoniorum.

Ex quibus quoad prædicta Domini perstiterũt in resolutis sub die 6. Nouembris superioris anni, vtraque parte audita, & acerrimè informante, quia quoad alios quatuor Portionarios non fuit facta difficultas per informantes; Et reseruarunt rursus Domini particulariter videre. An distributiones debeantur à die ingressus.

☞ *Decisio ista est confirmatoria Decisionis in eadem Causa factæ sub die 6. Nouembris 1637. coram eodem bo: mem: Coccino, quæ est decis.246. in præcedenti parte, vbi in fine, & ad decis.20. in eadem parte posui alias decis. in eadem Causa emanatas.*

R. P. D. DVNOZETTO.

Mediolaneñ Canonicatus.

Lunæ 8. Februarij 1638.

ARGVMENTVM.

Regula Cancellariæ mensium reseruatoria derogat expresè consuetudini optandi, quamuis Beneficium fuerit collatum ab Episcopo Cardinali, vigore indulti conferendi reseruata.

SVMMARIVM.

1 *Mensis Augusti semper est reseruatus.*
2 *Confessio partis releuat Aduersarium ab onere probandi, & n. 1.*
3 *Literæ Apostolicæ, vbi sunt iustificatæ habent executionem paratam.*
4 *Regula Cancellariæ reseruatoria mensium derogat expresè optandi Consuetudini, quamuis immemorabili, & n.5. & 7.*
Optandi consuetudo non habet locum quoties vacatio in mense reseruato contingit, n.4. & 5.
6 *Regula mensium reseruatoria excipit beneficia ad Cardinales Ordinarios Collatores spectantia.*
7 *Regula Cancellariæ reseruatoria, mensium obstat consuetudini optandi, quamuis Episcopus Cardinalis habeat indultum conferendi reseruata.*
8 *Indultum conferendi reseruata concessum Ordinario Collatori, non ampliat facultatem illius, sed remouet obstacula reseruationum.*
Fallit in indultis, quæ hodiè Cardinalibus Ordinarijs Collatoribus conceduntur. quia hæc augent eorum facultatem ordinariam, n. 10. & 11.
9 *Ius optandi competens Capitulo sublatis reseruationibus remanet in suo robore.*
1 *Cardinalis indultatarius dicitur conferre non solũ auctoritate Ordinaria, sed etiam delegata, & vice ipsius Papæ.*
2 *Indulta conferendi reseruata, licèt obstaculum reseruationis remoueant, ipsam tamen reseruationem non tollunt, & n.seqq.*
Indultum conferendi reseruata tribuit facultatem conferendi, ac si beneficia reseruata nõ essent, n12.
14 *Indulta conferendi reseruata Cardinalibus concessa tollit reseruationis impedimentum quoad solos Cardinales, non quoad Capitulum, aut alios, quibus non suffragantur, & n.16.*
15 *Reseruatio inducta in fauorem Papæ conseruatur in personam Cardinalis indultatarij ipsum Papam repræsentantis.*
17 *Papæ declarationi standum est.*
18 *Præbenda temporalis à titulo beneficij separabilis non cadit sub reseruatione mensium.*
19 *Præbendæ ex iuris præsumptione spirituales, & Canoniæ annexæ iudicantur.*
Ecclesiæ Collegiatæ S. Nazarij Mediolanen. sunt spiritales, & Canoniæ annexæ, n. 19.

DECISIO X.

PEr obitum in mense Augusti vacarunt duo Canonicatus in Ecclesia Collegiata S. Nazarij Mediolaneñ, quorum vnum Scannagatus impetrauit à Santissimo vti reseruatum, alterum verò Eminentiss. Archiepiscop. tàm auctoritate Ordinaria, quàm vigore indulti cõtulit Landriano cũ decreto, vt nouã prouisionẽ Apostolicam expediret, Canonici verò antiquiores eiusdem Ecclesiæ dd. Canonicatus, seù eorũ præbendas optarunt, Introducta hinc lite in Rota inter prouisos, & optantes, mihiquè commissa, ac productis literis Apostolicis per d. Landrianum expeditis. Dubitaui, An eius gratia sit iustificata, itaut illi danda esset immissio, & fuit affirmatiuè responsum.

Iustificatio siquidem d. gratiæ quoad omnia
1 narrata, nempè, † vacationem d. Canonicatus in mense Augusti, qui semper est reseruatus, valorẽ eiusdem Canonicatus, & Clericatum ipsius Landriani, liquet ne dum ex cõfessione partis aduersæ, quæ in iudicio declarauit se velle habere literas Apostolicas quoad prædicta pro iustificatis,
2 † quæ declaratio sufficeret ad hoc, vt Landrianus releuetur ab onere melioris iustificationis. *Rota decis.595.n.2.par.3.recent. Reuerendiss. D. meus Decanus dec. 145. num. 1.* Verum etiam ex testibus formiter examinatis, & ideo dicto Lãdriano pro-
3 uiso denegari non potest † immissio, cum literæ Apostolicæ, quando sunt iustificatæ, paratam habeant executionem. *cap. si Capitulo, vbi glos. in verb. exequatur de concess. præben. in 6. Mohed. dec. 13. circa fin. vt lit. pend. Caual. dec.148. n.1. & 230. n.1. & 638. n.1. Rot. dec.558. num.2. p.1. rec.*

Non obstat asserta optandi consuetudo; Quoniam illa non habet locum, quando (prout hic) vacatio contingit in mense reseruato ob reg. 8.
4 hodie 9. mensium reseruatoriam, † in qua optandi consuetudini etiam immomerabili expresè derogatur, latè *Gonzal. super d. regul. glos.34. n. 1. & seqq. Garz. de benef. p.5. cap.1. n. 450. Monet. de option. p.3. q.3. n. 12. & seqq. Lotter. de re benefic. lib.2. qu.38. nu. 10. & seqq* Ac per d. reseruatio-
5 nem impediri † optionem firmauit aliàs *Rota apud Mohed. dec. 27. de præb. Put. decis. 4. lib. 2. in correct. Greg. XV. dec. 478. n.2. & ibi Add. nu.5.* Et in terminis alterius Canonicatus huius Ecclesiæ, cuius vacatio contigit in mense reseruato *in Mediolanen. Canonicatus 4. Iunij 1636. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Non obstat, quod d. regula mensium reseruato-
6 ria excipiat beneficia † spectantia ad Cardinales Or-

Ordinarios Collatores, ibi, non tamen S. R. E. Cardinalium, & sic respectu eorum nulli menses sint reseruati, perindè ac si d. regula reseruatoria non emanasset. *Gonz. glos. 24. n. 1. et seqq. Garz. de benef. d. p. 5. cap. 1. n. 34. & nu. 624.* Ac proindè sublata dicta reseruatione Capitulum, seù Canonici liberè optare valeant; Quia cum Eminentiss. Archiepiscopus Mediolanen habeat indultum conferendi reseruata etiam ratione mensium, ipseque contulerit hunc Canonicatum vacantem in mense Augusti reseruato non solum auctoritate Ordinaria, sed etiam vigore Indulti, vtiq; prætensæ optioni obstat derogatio eiusdem
7 regulæ, † quæ operatur etiamsi Cardinalis Indultatarius sit Ordinarius Collator, vt in specie huiusmodi indulti firmat *Anastas. Germon. in tract. de Indult. Card. §. etiam ex eo, num. 22. & seqq.* vbi etiam refert sic fuisse in Rota decisum in vna Capuana, & contrarijs respondet.

Non obstat quod Indultum cōferendi reserua-
8 ta concessum Cardinali ordinario† Collatori nō ampliet eius ordinariam facultatem conferendi, sed remoueat dumtaxat obstacula reseruationū,
9 & sic sublatis reseruationibus, † Capitulum adhuc remaneat in suo iure optandi, iuxta *dec. Rot. 642. nu. 6. vers. tertia, & vltima difficultas, p. 4. diuers. in Bonon. Præbendæ 5. Decemb. 1608. coram Sacrato, & in Ferrarien. Canonic. 26. April. 1624. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Nam quidquid aliàs dixerit Rota secundum antiquam formulam indultorum fuit responsum, quod indulta hodierna, quæ conceduntur Cardi-
10 nalibus Ordinarijs Collatoribus non solum † remouent obstacula reseruationum, hoc est, vt reseruationibus non obstañ, Cardinales Ordinarij Collatores libere conferre valeant, sed etiam augent eorum ordinariam facultatem; continent enim facultatem conferendi reseruata etiam ratione mensium Apostolicorum, cum clausula tam Ordinaria auctoritate, quàm ex eodem indulto sibi concesso, quæ verba satis demonstrant dd. Indulta non remouere simpliciter obstacula reseruationum, sed quid plus continere, & maiorem
11 facultatem illis tribuere, † quam ius commune indulget, adeòut Cardinalis indultatarius dicatur conferre non solum auctoritate Ordinaria, sed etiam delegata, & vice ipsius Papæ, qui beneficia sibi reseruauit. *Garz. de benef. d. p. 5. cap. 1. n. 628. Lotter. de re benef. lib. 2. q. 21. num. 117.*

Præterea dicebant DD. quod huiusmodi Indulto quamuis remoueāt obstaculū reseruationis, ipsam tamen reseruationem, siuè eius vinculum nō extinguunt, Pontifex enim præsupponit adesse reseruationem, eaque supposita, dat facultatē,
12 seù aperit viam Cardinali † Indultatario, vt possit conferre reseruata, perindè acsi reseruata non essent, sed in effectu reseruationes non tollit iuxta *dec. Cassad. 8. n. 8. de præb. Greg. XV. vbi*
13 *Add. dec. 291. n. 10.* Prout in specie Indulti † cōcessi Cardinali Ordinario Collatori declarat *Garz. d. p. 5. c. 1. n. 628. Lotter. de re benef. d. lib. 2. qu. 21. nu. 124. & 125.* Ac propterea dd. Indulta remouēt quidem obstacula reseruationum, sed
15 fauore dumtaxat † Cardinalium non autem fauore Capituli, aut aliorum; quia respectu eorum ad-
15 huc remanet reseruationis vinculum, † adeò ut reseruatio inducta in fauorem Papæ adhuc conser-

uetur in persona Cardinalis Indultatarij i[…] pam representāti ex *tradit. per Garz. & L[…] co supracit.*

Sed videbatur cessare difficultas ex Co[…] Sanctiss. D. N. edita sub die 10. Septem[…] *1626.* impress. in ordine 59. in Bullar. t[…] relata per *Lotter. d. lib. 2. qu. 21. n. 126.* Sanctiss. declarauit suæ voluntatis, & in[…] nis esse, quòd neque exceptio Cardinali[…] regula mensium reseruatoria, neque Indu[…]
16 fereñ † reseruata etiam ratione mensiu[…] Cardinalibus Ordinarijs Collatoribus int[…] dinalatus, concessa Capitulis, aut alijs […] tionem, præsentationem, electionem, […] neam collationem, vel quamuis aliam si[…] vel dissimilem dispositionem coniunctim […] uisim habentibus aliquo modo suffrage[…] ipsi Cardinales soli per se ipsos, vel ali[…]
17 deputandos liberè † prouideant, cui Pap[…] rationi standum est. *Caual. decis. 612. n. in rec. dec. 281. n. 5. p. 1.* & in terminis […] Constitutionis *in Hispalen. dimidiæ portion[…] & 14. Ianuarij 1656. coram Reuerendiss. Decano, & in Ferrarien. Præbendæ 11. […] teriti coram R. P. D. meo Pirouano.*

Nec subsistit quod præbenda huius Ca[…]
18 tus sit temporalis, & à titulo † illius sep[…] ac proindè non cadat sub reseruatione. Q[…]
19 trarium, nempè, præbendas huius Eccle[…] Nazarij esse spirituales, & Canoniæ anne[…] ex iuris præsumptione, quàm ex eiusdem […] siæ statuto fuit expressè decisum, & comp[…] in *dicta Mediolanen. Canonicatus coram […] meo Ghisilerio,* cum qua DD. transierunt.

Et ità Landriano tantùm informante, […]

R. P. D. PIROVA[…]

Gerundeñ Plumborum.

Veneris 26. Februarij 1638.

ARGVMENTVM.

Capitulo, & Prælato regulariter compet[…] ferendi beneficia in Ecclesijs Collegiatis […] tiam regulare est, quod prouisi de simili[…] ficijs, possunt capere eorum possessione[…] pria auctoritate absque noua superioris li[…] Et declaratur Constitutio Synodalis Ecc[…] Felicis Ciuitatis Gerundeñ disponens sub[…] excommunicationis, omnibus, qui excep[…] Apostolicæ, superiorumque Iudicum a[…] te, possessionem quorumcumque benefi[…] absque Curiæ Ordinariæ literis acceperi[…]

SVMMARIV[M]

1 *Ius conferendi in Collegiatis spectat ad […] lum, & Prælatum, simul contraria con[…] non extante.*

2 *Prouisus potest capere possessionem propria […] tate absque noua superioris licentia, & […] tellige, vt n. 7.*

3 *Constitutio Synodalis in ipsorum statuent[…] iudicium valet; & est seruanda, & vide […]*

4 *Prooœmium denotat causam finalem Constit[…] aut edicti, & n. 5. […]*

6 *Causa dispositionis cessante, cessat dispositio.*
7 Concil. Trident. ses. 7. de reform. cap. 13. *in beneficijs collatiuis nihil immutauit.*
In beneficijs collatiuis non est ab Ordinario expectanda confirmatio, num. 7.
8 *Præscriptio quadragenaria completa requiritur cōtra ius commune.*
Consuetudo iuri communi contraria non præscribitur nisi per quadragenariam completam, n. 8.
9 *Actus facultatiui ab aliquibus exerciti non probant consuetudinem quoad alios.*
10 *In facultatiuis præscriptio non incipit currere, nisi à die prohibitionis cùm acquiescentia.*
11 *Possessionem beneficij ad eū spectat tradere ad quē spectat collatio.*
12 *Episcopus non potest statuere contra ius Capitulo, & inferiori Collatori competens.*
13 *Constitutio non dicitur contra ius vbi non adest expressa legis dispositio in contrarium, sed contra DD. opinionem, contra n. 15.*
14 *Constitutio vt dicatur contrà ius requiritur expressa legis dispositio in contrarium.*
15 *Opinio Doctorum, vbi declarando, aut interpretando se fundat in lege, aut canone, dicitur ius, non autem opinio.*

DECISIO XI.

REuidetur decisio. 26. Nouemb. 1632.* quam Domini censuerunt esse confirmandam, nedum quò ad pertinentiam iuris Abbati, & Capitulo Collegiatæ S. Fælicis competentis beneficia vacantia pro tempore conferendi, sed etiam quo ad facultatem capiendi possessionem absq; licentia Ordinarij, aut impetratione, vt dicunt, *ratum, & gratum*, antequàm prouisi possessionem ingrediantur.

Quò ad primam partem absque difficultate dicebant Domini iùs conferendi spectare in Collegiatis † ad Capitulum, & Prælatum cessante consuetudine. *Abb. in cap. cum Ecclesia, n. 8. vers. vbi præbenda, de elect. Cassad. dec. 22. n. 3. cum alijs alleg. in simili Causa Gerunden. Iurisconferendi* 24. *Nouemb. coram D. Queipo*, quibus informantes pro Episcopo Gerundeñ acquiescunt.

Quò ad secundam partem, regulare etiam est prouisos † posse capere possessionem propria auctoritate absque noua superioris licentia. *Ripa in cap. cum M. Ferrarien. nu. 186. de constit. & in cap. sæpè, nu. 69. de restit. spoliat. Rebuff. in praxi de miss. in poss. n. 5. & de pacif. poss. n. 290. &* 364. cum alijs allegatis per *Garz. de benef. p. 4. cap. 2. n. 6.* & fuit firmatum *in consimili causa 24. Nouemb. 1627. coram D. meo Decano.*

Non obstat Constitutio Synodalis, quę datur, statuens, & præcipiens sub excōmunicationis maioris latæ sententiæ pœna, omnibus, & singulis, qui excepta Sedis Apostolicæ, superiorumque Iudicum auctoritate, prętermisso ordine Iuris acceperint possessionem quorumcumq; beneficiorum absque Curiæ Ordinarij literis, & mandato, quæ cum videatur restricta ad inferiores collatores, † dùm prouisiones Apostolicæ fuerunt exceptæ, dicebatur licuisse in ipsorum met præiudicium statuere. *Abb. in cap. quod super, in 2. notab. nu. 1. de mator. & obed. Gonzal. ad regul. 8. glos. 9. §. 1. n. 20. Mantic. dec. 229. nu. 4. cum alleg.*

Quia, vltra quòd excipiebatur contra eandem de forma non probante, adhuc ex defectu voluntatis, & potestatis statuentium Constitutio prædicta deseruire non potest Episcopo contra inferiores collatores.

Ex prooęmio namq; colligitur causa finalis
4 Constitutionis, † aut edicti Prohibitorij, *l. 1. ff. ad Macedon. l. fin. ff. de hæred. instit. l. Titia. §. idem res-*
5 *ponsum, ff. de verb. oblig.* & ex ea † informatur sequens dispositio. *Crau. cons. 191. nu. 21. Surd. cons. 164. n. 32. 224. n. 12. 240. n. 15.* ita vt si causa ex-
6 pressa cesset, † & ipsa dispositio tanquàm abstracta à voluntate statuentis cessabit. *Tiraq. tract. cess. caus. in princ. n. 125. Paris. cons. 101. n. 129. lib. 1. Surd. cons. 272. nu. 9. Grat. discept. 558. n. 25.* in principio autem Constitutionis duo præmittuntur: Primo quòd beneficiorum intra diœcesim institutio, & literarum possessorialium concessio spectet ad Episcopum: Secundò certum esse vsque ad Constitutionis editionem prouisos petijsse *ratum, & gratum*, & seu licentiam ingrediendi, & adipiscendi possessionem beneficiorum ab ipso Episcopo.

Primùm in iure non probatur tam respectu iuris conferendi, quàm possessionis adipiscendæ, de vacantibus in Collegiatis, vt in initio fuit firmatum, & quò ad pertinentiam non controuersum per informantes pro Episcopo, & cum versemur in collatiuis non est hæsitandum quò ad possessio-
7 nem propria auctoritate adipiscendam, † ex quo Tridentinum de collatiuis nihil immutauit, dum ab Ordinario non est expectanda cōfirmatio. *Rot. dec. 1. de elect. in antiq.* & idem fuit firmatum *in Nouarien. Præpositura 28. Iunij 1632. coram D. meo Verospio.* & Sacra Congreg. Concilij iuxta supradictam distinctionem interrogata respondit.

Secundùm autem in facto pertinens ad cōsuetudinem vsque tunc obseruatam petendi licentiā non probatur plenè, & concludenter, prout necessarium est per quadragenariam completam,
8 cùm † agatur de præscribendo contrà ius Collegiatæ assistens *cap. fin. de consuet. glos. in c. cum Ecclesia Sutrina in vers. Breuitatem temporis, de caus. poss. & propr.* Nam omnes confirmationes ab Ordinario, seù eius Vicario factę de Beneficijs vacantibus in hac Collegiata S. Felicis, quæ dantur ab anno 1541. vsque ad annum 1622. (vltra exceptiones de non forma probante, & quòd prouisi egebāt dispensatione, vel ob pluralitatem beneficiorum, aut aliud impedimentum, vt propterea ad vlteriorem effectuationem eorū collationis procedere nō possent absque auctoritate Ordinarij;) Adhuc visæ sint non obstare cum certū sit prouisos nō egere licentia Ordinarij in capiēda possessione Beneficij, vt supra firmatum fuit, &
9 semper remanent actus illi per singulares † personas facultatiui, qui non conferunt ad firmandam consuetudinem in præiudicium libertatis aliorum successorum. *Dec. cons. 8. Surd. cons. 127. n. 8. Rot. dec. 360. n. 7. p. 1. rec. & 336. num. 4. p. 2. rec.* neque in præiudicium Collegiatæ inferioris collatoris, quin possit suas collationes executioni demandare per possessionis traditionem, cùm nō doceatur de prohibitione, aut contradictione facta Capitulo, & Prælato Collegiatæ per Episcopū
10 cum acquiescentia; à quo die, † tempore, & actu, & non antea incipit præscriptio negatiua. *Seraph.*

raph. decis. 1086. num. 1. & 530. n. 3. par. 2. recent. & idem fuit firmatum *in Cracouien. Iuris legendi 265. n. 36. p. 5. diuers. & Comen. Iuris conferendi 9. Maij 1636. coram me,* & vlterius aduerterunt Domini, quòd prædictæ omnes confirmationes, non loquuntur de licentia principaliter petita adipiscendi possessionem beneficiorum, iam per Capitulum, & Prælatum, collatorum, sed de confirmatione collationum, & consequutiua possessione per literas, vt dicunt, *possessoriales,* tradenda, quæ ad consuetudinem firmandam in actu principaliter considerato conferre non potest sublata necessitate in collatiuis confirmandi per auctoritatem
11 Ordinarij, † ex quo ad eum spectat tradere possessionem, ad quem spectat collatio, vt firmatum fuit *die* 24. Nouembris 1627, *coram D. meo Decano in simili causa Gerunden,*

Præterea ex defectu potestatis namq; condendi cessat supradicta Constitutio, tanquàm emanata
12 contrà ius, Capitulo, & Prelato Collegiatæ † cõpetens conferendi beneficia vacantia. *cap. cum inferior, vbi Felin. & alij comprobant. de maior. & obed.*

Neque dicatur constitutionem posse non dici contra ius, quòd prouisi teneantur petere licentiam, sed magis contra Doctorum opinionem,
13 & quidem † controuersam ex relatis per *Garz. de benef. p. 4. cap. 2. n. 5. & seqq.* quæ dicebatur non
14 sufficere, sed requiri expressam † legis dispositionem in contrarium *Put decis.* 241. *nu.* 1. *lib. 3. & in Segunitana Præsidentiæ* 22. *Iunij* 1604. *coram D. Card. Pamphilio.*

Quia, vbi verior Doctorum opinio declarando, aut interpretando se fundat in lege, aut Canone,
15 † illud dicitur ius nõ autem opinio, & prout supra communis sententia fundatur *in cap. transmissum, cap. nihil est, de elect. & c. Auaritiæ, eod. tit. in 6.* in quibus iuribus disponitur, quod Prælatus, si alius non est in possessione, ante adeptam possessionem possit conferre, & administrare: quòd propriè pertinet ad libertatem non recurrendi ad Ordinarium sequuta collatione ab inferiore, & huic responsioni non contradicit decisio Putei.

Et ità &c.

☞ * *Ista decisio sub die 26. Nouembris 1632. habetur infrà in fine in Appendice.*

R. P. D. CARILLO.

Romana seù Tudertina Educationis.

Lunæ 1. Martij 1638.

ARGVMETVM.

Iudex appellationis super quo debeat pronunciare, & quid si fuerit commissa causa, cum clausula, *quam, & quas*. Et plura deducuntur vbi nam pupilli, & penès quem debeat educari penes substitutos, & quid in hoc prudens Iudex vigili oculo animaduertere debeat, & veritas est, quod Lex magis in hoc confidit de matre, quàm de quolibet alio cõsanguineo Testes septem requiruntur, quando agitur de probanda noua voluntate Testatoris, & alia circa hanc materiam.

SVMMARIVM.

1 *Iudex appellationis debet pronunciare be-*
malè fuisse appellatum, non autem pe-
prouisionis, & n. seqq. vbi vide.
Fàllit si non diffinitiuè processit, n. 2.

3 *Iudex appellationis vbi causa fuit comm-*
clausula, quam, & quas, *non astringitur*
pellatione procedere.

4 *Iudex appellationis cum clausulà,* quam,
potest procedere praut in prima, tanqu-
prioris instantiæ.

5 *Iudex potest iustis de causis pupillum alib-*
facere, quàm vbi testator iusserit, & n. 1-

6 *Educatio pupillorum fieri non debet pen-*
tutos, qui pupillis succedere debent,
num. 7. & 8.

7 *Testator non potest ordinare vt pupillus*
stitutos educetur, & n. 27.

8 *Suspicio, quæ militat aduersus substitutu-*
nes illum pupillus educetur habet etiam
tra patruum, omnesq; alios tàm agnat-
cognatos, & n. 10.
Fallit in matre, n. 11.

9 *In Educatione filiorum lex confidit mag-*
tre, quam de cæteris alijs consanguineis.

10 *Super educatione filiorum, si disceptatur*
sanguineos, & matrem, ille semper rem-
bet, qui propior est ad successionem.

11 In Matre *propter charitatem, & amorem*
beros, nulla potest considerari suspicio su-
in educatione filiorum.
Matris affectio erga filios semper ad illor-
tatem præponderatur, n. 11.

12 *Vtilitas pupillorum considerari debet in a-*
loco educationis.

13 *Educatio pupillorum semper fieri debet in*
occasio est, vt magis virtutibus repleant-
In *Vrbe plura sunt gymnasia, & accadem-*
naria, & ludi Magistri, qui pueris inuig-
virtutibus repleantur, n. 13.

14 *Ludi Magistri Mercenarij sunt minus so-*
puerorum cura.

15 In *Vrbe facilius, quàm in alia Ciuitate*
tur ea, quæ ad corporis salutem sunt nec-

16 *Præceptum Testatoris de non mutanda ha-*
ne ab aliquo loco, tanquam species seruit-
tur ab institutione, & legato.

17 *Dispositio se ad aliam referens, non plus,*
lata operare potest.

18 *Domicilium, quod deseritur causa studij,*
ræ, dignitatis, litis, aut melioris educatio-
dicitur mutari.
Præcepto Testatoris de non mutanda hab-
ab aliquo loco, non dicitur contrauenire
causa non perpetuo alibi se confert ad h-
dum, num. 18.

19 Domicilium *non dicitur renunciatum, nisi*
pressam animi declarationem aut longum
excedens, annos decem.

20 *Testes septem requiruntur ad probandam*
tatem Testatoris diuersam à testamento,

21 *Testes duo sufficiunt ad declarandam vol-*
Testatoris.
Dispositio noua Testatoris eandem solem-
requirit, quam requirit testamentum, ibid.
22

2 Error testamenti, si est in substantia, eadem solemnitate probari debet, quam, & ipsum testamentum.
Omissio Notarij in testamento, si sit de substantia septem testibus probari debet, nec quinque sufficiũt, ibid. & seqq.
4 Testes ad probandam nouam voluntatem testatoris debent deponere testatorẽ perfectè, & deliberatè sic voluisse.
Testium rogitus in testamento operatur tantum quoad scripta, non quoad alia, de quibus in eo nulla fit mentio, ibid. & seq.
6 Verba testium æquiuoca non concludunt.
8 Testator licet aliquid proposuerit, non tamen perfecisse dicitur, cum illud distulerit ad aliud testamentum faciendum, & seq.
9 Testator tantum disposuisse dicitur, quantum scripsit si nouam voluntatem suspendit in aliud tẽpus
Voluntas nunquam declarata, sed in mente retenta, nihil operatur, ibid.

DECISIO XII.

Resolutum fuit esse confirmandum Decretum Rotale sub die 27. Maij superioris anni emanatum, in quo per modum prouisionis concessa fuit licentia D. Catharinæ Lotteriæ transducendi à Ciuitate, & Territorio Tuderti filios suos pupillos, ad effectum eos educandi in Vrbe, attenta eius validitate, & iustitia.

Validitas apparet ex reuolutione actorum contra quam licèt opponatur, quod à Decreto R.P.D Oliuerij, fuit simpliciter commissa appellatio, ideoque Rota † pronunciare debebat benè, vel malè fuisse appellatum, non autem per modum prouisionis, *l. eos*, §. *qua propter*, *C. de appellat. Anchar. cons.*417. *num.*2. *vers. præterea*; Attamen vltra quòd ad euitandam nullitatem sufficeret dicere, quod † Iudex non processit diffinitiuè, quod scilicet Decretum haberet vim diffinitiuæ, & sic si Matthæus non appellasset ab hoc Decreto, ad diffinitiuam seruatis seruandis peruentum fuisset; in omnem euentum alia potest adaptari responsio, ex quo in præsenti fuit totum negotium cõmissum cum clausula † *quam, & quas*, tunc enim Iudex non adstringitur pronunciare super appellatione, per ea quæ tradit *Gratian. disceptat.*968. *num.*4. sed † potest procedere prout in prima tãquam Iudex prioris instantiæ, *Achill. decis.*14. *de rescr. Sera. dec.*1241.*n.*2.*Rot.dec.*731.*n.*5.*p.*2.*Rec.*

Iustitia verò satis apparere visa fuit ex tribus Decisionibus in hac Causa factis coram R. P. D. meo Pirouano sub diebus 13. Ianuarij, 1634. * 14. Aprilis 1636. & 23. Martij 1637. in quibus assignantur euidentissimæ rationes, per quas in præsenti casu educationem pupillorum spectare debere ad matrem firmatur, illique licere eos ad hunc effectum transducere de Ciuitate Tudertina ad Vrbem, non obstantibus his quæ hodie de nouo repetuntur. Quoniam certum est, quod quatenus ex illis verbis testamenti Alexandri de quibus in summ. Matthæi num. 1. ibi: *Item, lascia la detta Signora Catherina vsufruttuaria, con patto però viua in commune insieme con le sudette madre, e sorelle di esso testatore, e non altrimẽte, &c.* colligi possit voluntas Testatoris circa educationẽ pupillorum, penes quem ibi facienda esset; Ab ea tamen Prætori † permissum est recedere, omnibus pro qualitate rei rectè examinatis, quibus melius, & securius cautum sit pro vtilitate pupillorum, *l.* 1. *vbi pupill. educ. deb.* ibi, *& nonnunquam à voluntate patris recedit Prætor ipseque eligere debet vbi morari, vel educari pupillum oporteat*, vt statuitur in *l. si disceptetur*, *ff. eod.* Idem iussit Imperator Alexander in *l.*1. *C. eodem titul. Gutt. de tut. par.*2. *c.*8. *n.*6. *Valenz. cons.*36.*n.*35.

Causa autem propter quam DD. in præsenti arbitrati fuerunt pupillos esse educandos penes matrem extra domum paternam, fuit substitutio, quæ legitur ad ipsius Matthæi fauorem in Testamento Martij eius patris, & Alexandri, hinc enim oritur spes succedendi, & ab ea suspicio resultat,
6 ob quam substitutis † prohibetur custodia educationis pupillorum, textus est expressus in *l. fin. C.*
7 *vbi pupill. educ. deb.* etiam si Testator † cauerit educandos apud substitutum, vt remoueatur maligna spes succedendi, dicta *l.*1. §. *denique*, *ff. vbi pupill. educ. deb. Paris. cons.*56. *numer.* 28. *lib.*1. *Menoch. cons.*62. *num.*12. *vers.* 3. Quæ suspicio
8 militat contra Patruum † substitutum, & contra quoscumque agnatos, & cognatos pupillorum, *Valenz. dicto cons.*36. *num.*35. tanto magis, quia
9 lex semper confidit plus de matre † in arbitranda educatione filiorum quàm de patruis, ac de alijs agnatis, vt ex *l.*1. *C. vbi pupill. educ. deb.* statuit Alexander, ibi: *Educatio pupillorum nulli magis quam matri committenda est.* Vndè si oriatur cõtrouersia inter agnatos, & matrem, vel ascenden-
10 tes, Præses æstimare debet † eum qui magis ad suspicionem ex spe successionis propior sit, & illum excludere, dicta *l. fin. C. eod. tit.* & licet agnatus sit vir bonus, & eximiæ probitatis, non per hoc eliditur illa viua spes succedendi, ex qua oritur suspicio non considerabilis in matre propter
11 affectionem, & † charitatem naturalem erga liberos, & præsertim in muliere probæ honestatis, prout est D. Catherina, quæ semper ad filiorum vtilitatem præponderatur, *Menoch. cas.*168.*num.*2. *de arbitr. Surd. de aliment. tit.*4.*quæst.*13. *nu.*10

Firmata igitur educatione penes matrem ex superius adductis, vtique ei quoque dictum est licere pupillos filios ad Vrbem transducere ad effectum ibi eos educandi, cessat namque maligna suspicio, quæ vigebat in Ciuitate Tudertina cum periculo pupillorum, imò augetur ex quocumque
12 capite illorum † vtilitas, quæ animum Iudicis mouere debet in arbitrando loco educationis, *leg vtilitatem*, *ff. de confirm. tutel. l.*1. *& vlt. ff. vbi pupill. educ. deb. Valenz.* plures referens dict. *cons.* 36. *num.*22. Adsunt enim in Vrbe Gymnasia, Academiæ, Seminaria, vbi Ludimagistri florent, qui summa cum diligentia, & amore pueris inuigilant, vt virtutibus repleantur, iuxta dispositionem *text. in l. qui filium*, *ff. vbi pupill. educ. deb. l. cum plures*, §. *cum tutor*, *ff. de administrat. tut.*
14 In Ciuitate autem Tudertina † Ludimagistri mercenarj sunt, & consequenter minus solliciti de puerorum cura esse solent; Quo verò ad requisita circa corporis salutem, & pro ea tuenda, certum est omnia necessaria inueniri in Vrbe, sed
15 non † ita facilè in dicta Ciuitate Tudertina, vt latius apparet ex alijs optimè congestis in Decisione Causæ facta sub die 14. Aprilis 1636.

Non obstat præceptum Alexandri patris pupillorum, de quo in eius Testamento, dict. *Sum. num.* 1.

num.1. ibi : *Che l'infrascritto suo herede non possa per alcun tempo mai leuarsi dall'habitatione, e domicilio di Todi,& andar'ad habitare in altri luoghi;*
16 quia vltra quod tale præceptum tamquam † species seruitutis à legato, vel institutione reijci debet, *l. Titio centum, ff. Titio centum il secondo, ff. de condit.& demonstr.* tamen quoniam se refert ad similē dispositionē paternā, ibi : *E conforme all'ordine in questo particolare, fatto dalla bon: me: del Signor Martio suo padre, confermando in questo in tutto, e per tutto il detto Testamento con la medema*
17 *pena,* non potest amplius † operari quam relata dispositio continet, ex *l'Asse toto, ff. de hæred. institut. Dec. cons.47. num.1. Ruin. cons. 127. nu.4. lib.2.* & sic cum patris dispositio duo contineat; primum quod nemo ex suis filijs possit innouare, *O lasciare in alcun modo il domicilio di detta Citta di Todi, e suo Territorio;* secundum : *Che non s'intenda prohibirsi l'andare à qualche loro honesto spasso per qualche mese, & anno, in altri luoghi, come in Roma, ò altroue,* subdens : *Et anco per molte altre occasioni, purche non mutino il domicilio come sopra,* clarè sequitur quod per educationem filiorum in Vrbe, non contrariatur dispositioni Patris, cum domicilium non mutetur, quæ sola mutatio fuit prohibita per vtramque dispositio-
18 nem, vndè si domicilium † per accidens deseratur, veluti, causa studiorum, mercaturæ, dignitatis, litis, aut melioris educationis, non dicitur mutari, *l. assumptio, ff. ad municip. l. origine, C. de munic. & orig. lib.10. l. pœna, ff. de Senat. Surd. cons.346. num.12. & cons.313. num.31.* cum alijs cumulatis in dicta Decisione 14. *Aprilis 1636.*
19 *§. vltimo,* nec domicilium † censetur renunciatū, nisi per expressam animi declarationem, aut longi temporis cursum, qui excedat annos decem, *Surd. cons.346. num.12. & cons.313. num. 71.*

Nec releuant testes qui dantur *Summ.* Matthæi *num.2 & 6.* ad probandam contrariam voluntatem Alexandri patris pupillorum circa eorum educationem, quia nec concludunt, nec probant
20 nouam voluntatem diuersam † penitus Testamēto, quo casu requiritur numerus septem testium, ex *l. hæredes palam, §. si quis, ff. de testament.* vbi *glossa* benè distinguit inter declarationem volun-
21 tatis inductæ, & † nouam dispositionem, vt in primo duo testes sufficiant, in secundo verò eadē solemnitas requiratur, quæ in Testamento, qui est casus noster, *Gratian. discept. 650. num.14. & 15. Honded. cons.51. nu.76. lib.2. Surd.* qui plures congerit *cons.129. num.29.*

Qua ratione tollitur etiam quod dicitur Testatorem sic intellexisse circa prædictam educationem, & quod contrarium fuerit error ex omissione Notarij; Etenim cum prædictus error sit in
22 substantia, requirebatur † etiam eadem solemnitas, prout in Testamento, *glossa* communiter recepta in *l. cum proponebatur,* & ibi *Bald. de leg.2. in l. fin. num.16. C. de fideicomm. in l. quoties nu.3. vers. & si error est in substantia. Imol. num.13. ff. de hæred. institut. Alex. in l. error, numer. 12. Ias. num. 7. Castr. num. 5. C. de testament. Dec.*
23 *cons.105. num.3.* vbi quod talis † omissio nec per quinque testes probatur, tenet *Surd. consil. 129. num.30. & 31. & cons.147. nu.11. & 12. Mantic. de coniectur. lib.12. tit.16. num.9. cum seqq.*

Maximè quia prædicti testes non fuerunt rogati, & adhibiti per Testatorem ad hanc p
24 sam nouam voluntatem, erat † enim necc
eos deponere, Testatorem perfectè, & deli
voluisse sic disponere, *Bald. cons.12. num.3 Mantic. de coniectur. dict. lib. 12. tit.16. nu Rota apud Seraphin. decis.1357. num.8.* nec
cit, quod fuerint etiam descripti, & rogati
25 stamento, quia eorum rogitus † operatur t
quoad scripta in dicto Testamēto, non ver
ad alia, de quibus in eo nulla fit mentio,
Surd. dict. cons.147. num.15.

Minus nocet depositio Notarij, imò ex struitur quæcumque probatio super declar nouæ voluntatis, quia dum ipse refert verb xandri testatoris, non loquitur de educatio de tutela dumtaxat, ac administratione bo quæ nihil commune habent cum educatio
26 in terminis reprobando similia † æquiuoc plenissimè firmatur apud *Seraph. dict. decis num.9.* & præcipuè *num.11. & decis.1375 & 2.* quam diuersitatem ponderant etiam *Iun. cons 94. num.9. Aym. cons.190. num. regrin. decis. 28. num. 5. Surd. de aliment quæst.13. num.16. & 17.*

Nec facit quod Testator eidem Notario rit post rogitum Testamenti : *Auuertite be questa è la mia mente,* quia hæc verba fuerun lata ad effectum cogendi matrem pupillor viueret in communione cum sororibus, fr matre Testatoris, semper continuando ant ciata circa tutelam, quæ communio nequ
27 re locum, cum in hoc à mente † Testatori serit ob suspicionem, quæ oritur ex malig succedendi, ex superius adductis, & pu mulatis in prima Decisione Causæ sub die nuar. 1634. iuncta præsertim ignorantia T ris, & ipsorum testium circa terminum ed nis, vt in *Summ.* Matthæi *num.2.* ad 10. gatorium, dum confundebant illam cum ex quo resultare etiam videtur defectus tis, vt in *Decisione causæ sub die 23. Mar rioris anni, §. quoniam si testator.*

Cessatque omnis difficultas ex verbis ip statoris postea prolatis, quando Notarius replicauit, subdens Testator : *Faremo alt*
28 *tura,* ex quibus patet Testatorem † semel suisse in mente sua ita decernere, sed non cisse actum, cum distulerit ad aliud Testam *Castren. cons.450. num.2. lib.2. Ias. cons. mer. 13. lib.2. & cons.247. num.29. lib. 3. decis.623. num.2. & 3. Rota decis. 576. par.2. Recent. Surd. decis.292. numer. 11.*
29 tantum disposuisse quātum scripserit ce est, cum diuersam voluntatem suspenderit tempus, quæ veluti nunquam declarata, & te retenta, nihil operatur, *Seraph. dict. decis num.12. & 13.*

Et sic decisum vtraque parte informante

Decisio ista sub die 13. Ianuarij 1634. cor mem: Pirouano habetur supra in part. 6. decis.255. reliquæ vero sub diebus 14. April & 23. Martij 1637. coram eodem, erunt in dice.

R. P. D. GHISILERIO.
Postea Episcopo Terracineñ.

Viterbieñ Mercium.

Lunæ 1. Martij 1638.

ARGVMENTVM.

Arbitrium emanatum à Signatura Gratiæ, circa sanationem nonnullarum nullitatum, in processu remissoriali emanato, ad hoc, vt Rota illud interponat, quidnam requiratur, & referuntur aliquæ nullitates, quæ contra processum opponebantur, & multò magis in casu præsentis Decisionis dicitur illud intrare, cum agatur inter Mercatores, ex quo inter eos proceditur de bono, & æquo, & sola facti veritate inspecta.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à iure.*
2 *Arbitrium dat facultatem aliquid relaxandi de iuris rigore.*
3 *Arbitrium operatur, vt relicto extremo rigoroso seruetur æquitas.*
4 *Inter Mercatores agendum est summariè de bono, & æquo, sola facti veritate inspecta.*
5 *Præsumptio boni iuris resultat ex pluribus sententijs conformibus.*
6 *Arbitrium facilius interponitur stante præsumptione boni iuris.*
Arbitrium facilius interponitur pro sanandis nullitatibus turbidis, ibid.
Nullitates turbidæ facilius sanantur, num.7.
7 *Litteræ missiuæ registrari debent in processu, vt cognosci possit an illarum forma fuerit seruata.*
8 *Registratio litterarum solum tendit ad reddendum Iudicem certum de iurisdictione illi delegata.*
Quæ scientiæ sufficit, quod aliundè constet, licet de registratione non appareat, ibid. & num.9.
9 *Iudex delegatus vt procedere possit, sufficit quoquo modo appareat, & ipse notitiam habeat de sua iurisdictione.*
10 *Partitæ semel extractę non est necessarium, quod iterum extrahantur, sed sat est illa confrontari, & num.11.*
11 *Clausula,* quatenus opus sit, *non facit actum conditionalem, sed dicitur adiecta ad cauthelam.*
12 *Transmissio scripturarum per delegatum ad delegantem facta, probatur ex assertione delegati transmittere dicentis.*
13 *Citatio noua nõ requiritur ad singulos actus si quis primo loco citatus ad totam Causam fuerit contumax.*

DECISIO XIII.

Adita Signatura Sanctissimi ad instantiam illorum de Ratis, pro sanatione nullitatum oppositarum, per illos de Stanchis reos conuentos, cõtra Processum remissorialem Sanctissimus denegata sanatione defectus iuramenti testium quo ad alias nullitates, mandauit procedi arbitrio Rotæ; & propterea proposito dubio: An intraret arbitrium, pro illarum sanatione, excepto iuramento, affirmatiuè resolutum.

1 Quia licet arbitrium † reguletur à iure, *l. fin. §. sed & si,* vbi *Bartol. num. 16. C. comm. de leg.* & firmauit *Rota coram sanct. memo. Gregor. XV. decis. 198. num. 3.* & in *decis. 450. num. 2.* & *decis. 587. numer. 2. par. 2. Recent.* Est tamen verum,
2 quod arbitrium † dat facultatem aliquid relaxandi de iuris rigore, vt dixit *Rota decis. 587. num. 1. par. 2. Recent.* & operatur vt relicto extremo ri-
3 goroso seruetur † æquitas, *Rota decis. 462. num. 3. par. 1. & 506. num. 1. par. 2. Recent.* & propterea in isto casu cum agatur inter Mercatores, inter
4 quos agendum est † summariè de bono, & æquo, & sola facti veritate, *Bald. cons. 198. sub num. 15 lib. 1. Rota Ianuen. decis. 153. num. 8.* & vrgeat
5 præsumptio boni iuris † ex duabus sententijs cõformibus latis ad fauorem illorum de Ratis, tantò facilius censuerunt Domini interponendum
6 arbitrium pro † sanandis oppositis nullitatibus, maximè cum opponeretur de nullitatibus turbidis, *Lancello tt. de Attent. par. 3. cap. 24. quæst. 19 num. 5. Rota diuers. decis. 120. in princ. part. 1. & decis. 440. num. 1. & decis. 680. num. 9. ad fin. par. 2. Recent.*

7 Nam prima deducta ex eo quod in Processu remissoriali non fuerint registratæ Litteræ Missiuæ, & sic cognosci non possit an illarum forma fuerit seruata, nihil facit, ea ratione, cum illarum
8 registratio solum † tendat ad reddendum Iudicem certum de iurisdictione sibi delegata, & facultate procedendi, & dum ex processu fabricato in Ciuitate Viterbij constat de deputatione Iudicum delegatorum, ac de modo, & forma, & pro qua causa fuerunt deputati, cum receptione, & exequutione omnium in dicta deputatione contẽtorum, vt ex litteris responsionis eorum Iudicum satisfactum fuit registrationi, seu remissioni ea-
9 rumdem litterarum, cum † sufficiat quocumque modo apparere de Iudicis iurisdictione, & quod ipse de ea notitiam habuerit. Ita *Bald. in l. falsus, num. 20. vers. & si tu, & vers. solutio, C. de furt. & seru. corrupt. Felin. in cap.* Ecclesia *Sanctæ Mariæ, col. fin. in fin. vers. & ibi in verbis præcedentibus de constitut. Franch. in cap. cum parati, num. 45. vers. secundo posset limitari de appellat.*

Minus facit secunda nullitas quod non fuerint extractæ partitę librorum transmissæ, nec remissæ ad Iudicem delegantem, eo quia non reperiuntur in processu registratæ: Quia cum ex litteris responsiuis, & ex processu appareat, Notarium non extraxisse partitas, sed iam transmissas confrontasse cum libris, ex quibus partitæ iam
10 fuerant extractæ, & Viterbij productæ, & † dicat istas confrontasse de verbo ad verbum cum descriptis in libro, & propterea breuitatis causa non fecisse nouam extractionem, & non dubitetur de veritate partitarum transmissarum, intrat arbitrium pro adhibenda fide illis, etiam quod nouiter non fuerint extractæ; Et tantò magis, quia illi de Stanchis non allegant differentiam in eis; sed tantùm dant de nullitate actus, quia non fuerunt remissæ in processu; Et in omnem casum, cum coram Locumtenente Viterbij fuerit petita confrontatio cum suis proprijs originalibus, & quatenus opus esset extractio de nouo, dũ ex confrontatione facta probantur computa trãsmissa in omnibus concordare cum originalibus,

non requirebatur alia noua extractio computo-
11 rum. Clausula † enim illa, *quatenus opus sit*, fuit adiecta ad cautelam, non autem, vt faceret actum conditionalem ad notat. per *Aret. cons.*110. *nu.*4 *Gabr. cons.*92. *num.*7. *lib.*1. vndè in hoc casu non est habenda ratio nouæ extractionis, cum esset superflua.

Quod autem tam scripturæ confrontatæ, quã computa fuerint transmissa ad Iudicem delegãtem, remanet probatum ex assertione Iudicis re-
12 missorialis, dicentis † se remittere scripturas cõfrontatas, cum descriptione principij, & finis earundem scripturarum, ex quo resultat indubitata transmissio. Idque clarius iustificatur ex attestatione Notarij Viterbień in eodem processu, ibi: *Computa, Litteræ, Iura, Articuli, Interrogatoria, aliæque scripturæ à Prætore transmissæ, sine remissæ, hic non registrantur, eo quia alias hic fuerunt registratæ in principio præsentis Processus*; & sic ex ipso facto cessat defectus præfatæ registrationis, & transmissionis.

Pariter non obstat tertia nullitas, quod tam in examine, quam in informatione deficiat Citatio: & Iudicis decretum: quia vltra decretum Locumtenentis Viterbij, parte citata, constat etiã de Citatione corã Iudice remissoriali, & eius decreto, in quo mandauit in contumaciam illorum de Stanchis fieri examen, & confrontationem iuxta formam Litterarum remissorialium.

13 Ideoque † stante illorum contumacia sub illa generali Citatione, & decreto potuerunt expediri ea omnia, quæ in litteris remissorialibus demãdata fuerunt, sine alia noua Citatione, ad singulos actus particulares, vt post alios explicat *Vant de nullit. ex defectu Citat. num.*111.

Et ità vtraque parte informante fuit resolutũ.

R. P. D. VEROSPIO
Posteà S.R.E. Cardin.

Narnień Fideicommissi.

Lunæ 1. *Martij* 1638.

ARGVMENTVM.

Cippo Domus, & Agnatione ad Fideicommissum vocatis in casum obitus descendentium Testatoris sine filijs veniant ne omnes, qui sunt de familia, vel ad solos descendentes, dicatur Fideicommissum restrictum, plenè in Decisione discurritur, & declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Agnatus continetur sub nomine, & vocatione Cippi.*
2 *Cippi nomine primo loco veniunt descendentes, & num. seqq.*
*Cipppi appellatione in defectum descendentium, veniunt ascendentes, num.*2.
*Collaterales comprehenduntur appellatione Cippi si deficiant descendentes, & ascendentes, num.*2.
*Generus, & Nurus veniunt sub nomine Cippi, si neque descendentes, neque ascendentes, neque collaterales existant, num.*2.
3 *Cippi appellatione in dubio soli descendentes continentur.*
4 *Legatum familiæ relictum in dubio, solos d*
dentes comprehendit.
5 *Vocatiò Cippi Domus suæ, restringitur ad*
*descendentes testatoris, & num.*10.
*Limita, vt num.*6.
6 *Collaterales licet à testatore non descendant,*
nentur tamen sub illius familia.
7 *Vocatio proximiorum de agnatione propri*
lateralibus intelligitur.
8 *Agnatio vocata post obitum descendentium*
sariò collaterales comprehendit, & sup. n
9 *Dictio, &, coniungit inter se diuersa.*
11 *Agnationis nomine veniunt omnes de famil*
hi qui à linea testatoris descendunt, qu
qui ex diuersa.
Fideicommissum illis de agnatione relictum
de familia comprehendit salua tamen gra
rogatiua, ibid.

DECISIO XIV.

QVæsitum fuit in hoc dubio: An consta
Fideicommisso ad fauorem Volumni
dubio proposito hodie coram me, DD. n
derunt, posse Volumnium succedere in
Fideicommisso: Etenim ille erat Pronepo
cambij, qui fuit frater Iacobi Aui Pauli, q
rat Testamentum, in quo id Fideicommi
ctum fuerat, cum verò in illo vocarentur
statore in defectum descendentium suoru
filijs, Cippus suæ Domus, & proximiore
gnatione æqualiter, meritò dici poterat
nius comprehensus sub hac vocatione; q
esset agnatus, & de eadem familia Testa
1 tinebatur sub nomine, & † vocatione C
benè declarat *Angel. in leg. vlt. G. de ve*
sic. in princip. quem referunt, & sequ
*Castr. num.*7. *& Ias. num.* 4. vbi quod id
2 primò complectitur descendentes † pro
secundo ascendentes; tertio collaterales p
res Testatori; ac deinde Generum, & Nu
tradit *Soccin. in cons.* 51. *num.*21. *lib.*4.
*Garrombus in l.*1. *C. de secund. nupt.* num
probat pluribus *Card. Mantic. de coniect.*
*lib.*8. *tit.*12. *num.* 10. *Peregrin. de Fidei*
*art.*22. *numer.*29. & licèt in dubio appell
3 Cippi venire soleant † illi solum, qui à T
descendunt, vt notat idem *Peregrin. de F*
*art.*32. *num.*83. *Fusar. de Substit. quæst.*
4 & in legato relicto † familiæ, idem tradi
in l. filius familias, §. *cum pater, nu.*2. *ff.*
*Soccin. in l. si cognatis, num.*31. *ff. de rebus*
& in l. peto, §. *fratre, num.*1. *ff. de legat.*
præcipuè videbatur dicendum propter
ba, quibus Testator vsus fuit, cum non
cauerit Cippum Domus, sed Cippum D
cum ex ijs visus fuerit restringere volu
5 tionem ad solos suos † descendentes, excl
nibus lateralibus, vt voluit *Ruin. in cons.*
10. *lib.*2. *Menocch. cons.*233. *numer.* 21.
*cons.*10. *numer.*75. *lib.* 3. & tenuit *Rota*
Fideicomm. de Lambertinis 22. *Iunij* 160
bo; mem: Manzanedo, & in *Romana Fidei*
Miccinellis 17. *Iunij* 1615. *coram Card.*
*inter Recent. decis.*193. *par.*1. & *decis.*7
Tamen non poterat hoc casu habere lo
dubitatio, siue ex ijs verbis dici probat

ria voluntas Testatoris; dum ex eiusdem Testamento apparebat, quod vocatio Cippi debebat succedere, postquam defecisset descendentia omnium suorum filiorum. Vnde substitutio eiusdem Cippi necessariò comprehendere debebat etiam laterales; quia quamuis illi non descenderent à Testatore, tamen erant, & continebantur † sub eadem familia, in qua ille erat, vt considerauit idem *Ruin. in cons. 149. num. 8. lib. 2. Peregr. cons. 47. nu. 10. lib. 2. Hippol. Rim. cons. 482. num. 79. Odd. de Fideicommiss. quæst. 8. artic. 5. num. 72.* & tenuit *Rota adduct. decis. 193. par. 2. Recent. sub num.* 10. vbi amplius considerauit procedere conclusionem in quocumque casu, quo ea vocatio familiæ, non posset habere locum in descendentibus, eo quia illi non extarent de tempore Testamenti, neque spes esset, vt Testator illos ampliius haberet.

Confirmari hæc poterant ex declaratione, quæ legebatur addita post substitutionem Cippi, vt succedere deberent æqualiter proximiores in agnatione: quia † nomen illud non poterat intelligi, nisi de solis lateralibus, vt probat *text. in l. 2 §. agnati, ff. de suis, & legit. & in l. inter agnatos, ff. vnde cognati,* & voluit *Menoch. in cons. 424. n. 21. & cons. 1167. numer. 8. Peregr. de Fideicommiss. art. 22. num. 25. & cons. 149. numer. 2. lib. 5.* præsertim cum ea agnatio, & eius successio considerata fuisset post vocationem † omnium descendẽtium, quia alias dici posset inutilis vocatio agnationis, si illa continere debebat solos descendentes comprehensos in prima vocatione, vt considerauit *Peregr. in adducto cons. 149. numer. 21. Paris. cons. 22. num. 66. lib. 3. Odd. de Fideicomm. quæst. 8 num. 68.* & comprobat etiam hanc interpretationem dictio illa (&) quæ erat posita ante hanc declarationem, in qua dicebatur succedere debere proximiores de agnatione; quia natura eius dictionis erat coniungere † inter se diuersa, vt notatur in *Rubr. C. de sentent. & interloc. omnium Iudic.* & per *gloss. in Rubr. ff. de iur. & fact. ignor.* & considerauit in his terminis *Peregr. in adducto cons. 149. num. 3. lib. 5. Corn. cons. 203. numer. 3. lib. 4.*

Neque poterat ea vocatio intelligi, siuè restringi ad eos laterales, aut agnatos, qui essent in eodem Columnello, aut linea, in quo erat Testator vt descendere deberent ab illius Patre, qui dicebatur principium eiusdem lineæ, è quibus non erat Volumnius, qui suæ lineæ auctores agnoscebat Boncambium fratrem Iacobi, qui fuit pater Vincentij, & Auus Pauli Testatoris, & hoc propter idem verbum, siuè pronomen meum, quo ille vocauit Cippum suæ Domus, ex qua denominatione visus fuit voluisse distinguere † suam familiam, & agnationem ab agnatione eiusdem Boncambij, siuè cuiuscumque alterius personæ, & dicebatur tenuisse *Menoch. in cons. 130. num. 13 Barthol. Socc. inter Cons. Curt. Sen. cons. 40. nu. 15. & 16.* & idem dicebatur tenuisse *Rota in eadem causa Bonon. Fideicommiss. de Lambertin. 11. Martij 1611. coram bon: mem: Manzanedo inter Recent. par. 1. decis. 300. sub num. 21.* Huic enim exceptioni visum fuit posse eodem modo responderi, quod cum Testator præter substitutionem istam de Cippo suæ Domus, vocauerit etiam proximiores in agnatione, quos voluit æqualiter succedere debere in sua hæreditate sub hac vocatione continebantur † omnes, qui essent ex eadẽ familia Testatoris, & tam ij, qui descendebant ex linea, à qua ille procedebat, quàm illi, qui originem habebant ex diuersa, seruata tamen inter eos prærogatiua gradus, vt notant *DD. super eadem l. vlt. C. de verb. signif. & in l. cum ita, §. in Fideicommisso, ff. de leg. 2. Crass. in §. Fideicommisso, quæst. 16. num. 2. Peregr. de Fideicomm. art. 22. num 64.* & probat *text. in l. inter agnatos, ff. vnde legitim. & in leg. sunt agnati, ff. de legitim. tutor.*

Et hæc DD. considerarunt super vocatione Volumnij, cui tamen dixerunt locum esse debere in casu, quo non adessent alij proximiores, qui illi præferendi essent, de quo poterit dubitari, si opus erit, cum hucusque probata non fuerit hæc existentia aliorum Agnatorum.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. CARILLO.

Eboren. Iuris conferendi.

Lunæ 1. Martij 1638.

ARGVMENTVM.

Ius conferendi Beneficia existentia in Ecclesia donata spectat ad Ordinarium, non ad donatariũ, quando non probatur Beneficia ad donatorem spectasse: Concordia facta per Episcopum de Beneficijs conferendis non præiudicat successoribus.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius habet intentionem fundatam super collatione Beneficiorum suæ Diœcesis.*
Fallit quando constat ius conferendi, vel præsentandi ad alium spectare, num. 2.
3 *Ecclesia donata, non sequitur censeri donata Beneficia in Ecclesia existentia, nisi probetur Beneficia ad donatorem spectasse.*
4 *Obseruantia pro interpretatione deseruit.*
6 *Concordia super beneficijs non egrediuntur vitam contrahentium, nec successoribus præiudicant.*
7 *Beneficia simplicia libera non possunt per Ordinarios subijci Iuripatronatus.*
8 *Beneficia fundata in decimis spectantibus ad Rectoriam, quæ sit de iure patronatus an dicatur ipsa beneficia de iuripatronatus.*
9 *Beneficia Hispaniarum, & si fundata sint super decimis tamen sunt liberæ collationis.*
10 *Probationes concludentissimæ requiruntur contra Ordinarium in materia beneficiorum.*

DECISIO XV.

PLacuerunt Dominis fundamenta decisionis coram me emanatæ sub die 13. Nouembris anni præteriti, in qua resolutum fuit sententias de partibus ad fauorem Religionis de Auis contrà Ordinarium esse iniustas, & ideò presistendum esse in decisis responderunt non obstantibus nouiter deductis.

Quia dd. sententiarum iniustitia est patens, dũ per

per eas reintegratur Religio ad ius præſentandi
ad beneficia ſimplicia exiſtentia in Eccleſia S.Mariæ de Beja, & S. Ioannis de Coruche Elboren.
Diœceſis in præiudicium Ordinarij, qui de iure
1 cõmuni habet intentionem fundatam ſuper † collatione beneficiorum intra fines ſuæ Diœce. exiſtentium *c. regenda 10. qu. 1. c. ex frequentibus de inſtit. Rot. deciſ. 416. num. 1. par. 2. recent.*

Non obſtat, quod aſſiſtentia iuris communis
2 pro Ordinario ceſſet, † quando conſtat ius conferendi, vel præſentandi ad alium ſpectare, *Rot. in Cerunden. Canonicatus, & ſacriſtiæ 15. Decembris 1634. coram R.P.D. meo Ghiſilerio.* cum alijs per informantes pro Religione adductis; quoniam in præſenti nullibi conſtat quod ius conferendi, ſeu præſentandi ſpectet ad Religionem, licet enim illi ab Alphonſo Portugalliæ Rege fuerint donatæ dd. Eccleſiæ in quibus beneficia prædicta exiſtunt, non indè ſequitur, quod beneficia quoque
3 ſub donatione comprehendantur, cum non † probetur ea etiam Regi ſpectare prout requiritur, & quidem vt in caſu præſumpto vſurpationis. *Put. dec. 309. nu. 1. lib. 2.* cum alijs adductis in deciſione, quæ reuidetur ſub *nu. 3. §. quæ concludens probatio*. Imò potius contrarium videtur colligi ex verbis donationis S. Ioannis de Coruche, ibi *ſe donare iuſpatronatus Eccleſiæ S. Ioannis ſine præiudicio iuris alieni &c.* quod ius alienum non conſiderari poteſt niſi reſpectu Epiſcopi, qui habet ius conferendi beneficia intra limites ſue Diœc. Et ex verbis donationis S. Mariæ de Beja, qua Rex Alphonſus ex tunc abdicat à ſe omne ius, & nihilominus differt poſſeſſionem illius poſt mortem Rectoris, & non Rectorum, prout veri ſimiliter dixiſſet, ſi habuiſſet iuſpatronatus etiam beneficiorum ſimplicium in Eccleſia exiſtentium, & propterea donationes prædictæ verificantur in Prioratibus, & Præceptorijs dd. Eccleſiarum vt ob-
4 ſeruantia docuit, † quæ benè pro interpretatione deſeruit *ad tradit. per. Rot. dec. 256. in fin. par. 2. diuerſ. Rot. dec. 251. nu. 11. par. 5. recent.*

Nec obſtat, quod concordiæ factæ inter Archiepiſcopos, & Religionem ſuſtineantur proter maximam vtilitatem ab Archiepiſcopis in eis receptam conſequendo maiorem portionem decimarum, quam prius non habebant, & quod ex lapſu temporis præſumantur etiam auctoritate Apoſt. confirmatæ ſiquidem prædicta vtilitas re vera nõ probatur, imò contrarium apparet ex earundem concordiarum inſpectione. In prima enim concordia data in Sum. Religionis *nu. 1.* Archiepiſcopus tertiam partem decimarum tanquam ſibi debitam reſeruat, vt ibi in *lit. F.* & in ſecunda tertiam partem decimarum tanquam ſibi retineri ſolitam reſeruauit, vt in eodem Sum. *nu. 2. lit. D.* Et ſic nihil de nouo Archiepiſcopis fuit acquiſitum pro Eccleſijs, de quibus agitur, quod eis antè concordias non deberetur; Præſumptio autem confirmationis auctoritate Apoſt. penitus excluditur ex eo,
5 † quod pro parte Religionis non docetur de obſeruantia vt requiritur, & è contra Archiepiſcopi oſtendunt ſe eſſe in quaſi poſſeſſione conferendi dd. beneficia vti de liberis. Vndè dixerunt Domini benè ſubſiſtere reſponſiones datas in deci-
6 ſione cauſæ circa concordias, † quod ſcilicet non potuerint egredi vitas contrahentium, & ſucceſſoribus præiudicare *ex c. veniens de tranſact. Rot. dec. 715. par. 2. diuerſ. cum alijs ibi notat.* in[...] *nec prædictum.* Nec applicari *Fulgoſ. in* con[...] *fin. cum alijs exaduerſo allegat.* quia non loqu[...] de concordijs initis ſuper beneficijs ſimpl[...] ſuppoſitis per Ordinarios vinculo iuriſpatro[...] quo caſu non ſuſtinetur tranſactio cum be[...]
7 ſimplicia libera non poſſint † per Ordina[...] ſubijci iuripatronatus. *Garz. de benef par. [...] num. 128. cum ſeqq. Rot. dec. 318. num. 7. par.*[...]

Denique non releuat, quod beneficia p[...] ſint fundata in decimis, quæ ad Rector[...] ſtant, & ideò ſicut Rectoria eſt de iurep[...] tus, ità etiam beneficia debent eſſe eiuſdem
8 ræ, † Quoniam dato quod fundatio fuerit de decimis, non inde ſequitur, quod fuerit de decimis ipſum Rectorem tangentibus [...] tuerit fieri ab vſurpatoribus decimarum [...] ctum illas reſtituendi Eccleſijs, vt docet [...] *Greg. dec. 397. nu. 1.* & quatenus dd. decimæ rent ad Reges Portugalliæ eſſemus in cla[...] iuſpatronatus rectoriæ ſeu Prioratus Cu[...] ex priuilegio, maximè quia in partibus Hi[...] rum infinita beneficia, vel forſan omnia re[...]
9 tur † ſuper decimis fundata, & tamen ſunt collationis, vt apud eundem *Greg. dec. 1429* [...] Reliqua quæ repetebantur de enunciati[...] tenſi iuriſpatronatus de præſentationibus [...] adminiculis dictum fuit benè tolli ex re[...] nibus alias datis in *dec. cauſæ ſub n. 6. 7. &* [...] *que poteſt, & §. quo verò.* Contra Ordina[...]
10 nim non ſufficiunt turbidæ, † ſed conclu[...] mæ probationes requiruntur, attento p[...] vltimo ſtatu horum beneficiorum vti de l[...] collatione ad fauorem Archiepiſcopi. *Ro[...] Seraph. dec. 1120. num. 1.*

Et ſic meritò fuit concluſum eſſe in de[...] ſiſtendum vtraque parte informante &c.

☞ *Eſt ſupra dec. 274. par. 7. recent.*

R. P. D. PANZIROL[...]

Poſtea S. Romanæ Eccleſiæ Cardinali[...]

Bononien. Dotis.

Veneris 5. Martij 1638.

ARGVMENTVM.

Declaratur Statutum *Centi libr. 3. rubric.* [...] nentis, conformando ſe diſpoſitioni Iuris c[...] nis, quod dos cõſtituta primo viro, cenſea[...] que ſecundo viro promiſſa niſi aliter inte[...] ſecundum virum vel vlteriorem, & vxo[...] rit conuentum tempore contractus matri[...] & perpenduntur verba ipſius Statuti. Et [...] ſtatutum potiùs debet recipere interpreta[...] ab alio ſtatuto, quam à iure communi, [...] ra deducuntur circa confeſſionem mulier[...] emanatam, poſt tempus ab ipſo ſtatuto p[...] & præſertim circa confeſſionem factam [...] dem poſt matrimonium.

SVMMARIVM.

1 *Dos data primo viro cenſetur repetita ſe[...] mita vt num. 3.*

Amplia etiam ex dispositione statuti Centi libr. 3. rubr. 15. *vt num.* 2.
4 *Dos potest constitui, & augeri etiam constante matrimonio.*
5 *Statuti vna pars declarat aliam.*
6 *Statutum debet potius recipere interpretationem ab alio statuto, quam à iure communi.*
7 *Mulier facillimè à viri blanditijs subducitur.*
8 *Confessio mulieris facta constante secundo matrimonio si valeret, sæpissimè filij primi matrimonij priuarentur dote ipsis debita.*
9 *Identitas rationis facit casum dici sub statuto comprehensum, quod magis operatur maioritas rationis.*
10 *Permissum ad tempus post illud censetur prohibitum.*
11 *Confessio mulieris facta post tempus à statuto præfixum, censetur facta in fraudem statuti.*
12 *Iuris dispositio non attenditur, vbi viget dispositio statuti.*
13 *Dictio*, vel, *apposita circa idem factum stat pro* idest.
14 *Dictio*, vel, *apposita inter genus, & speciem stat pro* idest.
15 *Verba numeri singularis in fine statuti apposita, denotant, quod de vno tantum casu, non autem de pluribus statutum loquitur.*
16 *Statutum pro obuiandis fraudibus, quamuis sit contra ius, sufficit fuisse confirmatum in forma communi.*
17 *Confessio post matrimoniũ præsumitur facta in fraudem prohibitæ donationis, & sic non valet etiam si sit iurata.*
Iuramentum interpositum confessioni factæ constãte matrimonio corruit ibidem.
18 *Adminicula leuia, non perfecta in suo genere, nec preponderantia præsumptioni contraria non attenduntur.*
19 *Adminicula validioribus coniecturis, & præsumptionibus conquassantur.*
20 *Negligens nemo præsumitur in re propria.*
21 *Fructus confessæ dotis maritus percipiens à sola die confessionis arguit talem dotem per antea nõ fuisse constitutam.*
22 *Indebiti solutio non arguit præsumptionem donationis, sed potius illam excludit, & nu. seq.*

DECISIO XVI.

NVpta fuit Claudia de Ferrarijs Paulo Carandino, cum dote scutorum 2500. quo defuncto cum filijs, Claudia de anno 1597. contraxit secundas nuptias cum Comite Aloysio de Pepolis in Castro Centi, nulla sibi in limine matrimonij constituta dote, quamuis posteà de anno 1599. confessa fuerit se dicto Comit. Aloysio constituisse dotem scutorum 5000. pacto adiecto, quod ipsa prædecedente, Comes lucraretur medietatem dotis; & post istam confessionem dictus Comes ab eadem Claudia fructus exegit pro dote scut. 5000. soluto postmodum matrimonio post mortem Claudiæ sine filijs, orta fuit controuersia super lucro medietatis dotis; An scilicet deberetur iuxtà quantitatem scutorum 2500. quam constat primo Viro fuisse in dotem constitutam, & causa ad *Rot. delata tam coram * bon. mem. Buratto*, quam postea *coram R. P. D. meo Merlino*; articulo per plures decisiones abunde discusso, tandem pronunciatum fuit Instrumentum dotis scutorũ 5000. nullo pacto suffragari hæredibus Com. Aloysij, & lucrum non excedere medietatem dotis scutorum 2500. primo viro assignatæ, ac proinde ad hæredibus Comitis in dicto lucro excomputandum esse quidquid Comes, constante matrimonio exegerat ab eadem Claudia, excedendo veram quantitatem interusuriorum sibi debitam. Cum autem in gradu appellationis causam proposuerim, responderunt Domini sententiam Rotalem esse confirmandam, tam ex dispositione iuris communis, quàm Statuti Centensis.

Et quidem ex dispositione iuris, quia certum
1 est dotem † datam primo viro censeri repetitam secundo, *l. dotem, & l. Diuus, de iur. dot. Paris. cons. 34. nu. 1. lib. 3. Roland. de lucr. dot. qu. 75. n. 7.* Vbi dicit, ab hac sententia in iudicando non esse recedendum, quia esset contra stimulum calcitrare, *Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 15. n. 1. in fin. & seq. Gregor. decis. 180. num. 2. vbi Adden. nu. 10.*
2 Ex dispositione etiam Statuti † *Centi lib. 3. rubr.* 15. in quo, conformando se dispositioni iuris cõmunis cauetur omninò eandem dotẽ censeri datam secundo viro, quam primo assignatam fuisse constiterit, ibi: *Iam dicimus, quod dos mulieris, quæ contraxit plura matrimonia, intelligatur, & sit dos ipsius mulieris in secundo; vel vltrariori matrimonio.*

Nec refragatur præcipuum alterius partis fundamentum, quod hæc præsumptio constitutionis eiusdem dotis procedat tantummodò vbi non cõ-
3 stiterit † aliter inter coniuges fuisse conuentum, nec dotem secundo viro fuisse auctam, quam tamen constitui, & augeri posse etiam constante matrimonio, nec prohibetur à iure, *l. si constante, C. de donat. ante nupt. Mant. de tacit. tit. 11. & 29.*
4 *Surd. dec. 214. num. 4.* nec impeditur à † dispositone dicti Statuti casum hunc expresse reseruantis ibi: *Nisi aliter inter ipsos secundo virum vel vlteriorem & mulierem tempore contracti inter eos matrimonij, & ante super dote ex dicto eorum matrimonio fuisset conuentum, quo casu quod conuentum fuerit debeat obseruari.*

Quia quod pertinet ad Statutum, si bene perpendatur totus contextus illius apertè constabit verba illa, *tempore contracti inter eos matrimonij*, posita in secunda parte Statuti, intelligenda esse, quod contractus dotis debeat celebrari in limine ipsius, seu paulo post itaut, non excedat tempus vnius mensis, non autem ferè integrum triennium, vt euenit in casu, de quo agitur; qui quidem intellectus, visus est omnino ineuitabilis attenta prima parte ipsius Statuti, in qua disponitur, quod omnia bona mulieris immobilia, quæ dicta mulier tenebat, & possidebat tempore per eam contracti matrimonij, inteligantur in dotem data, & non prouenientia, nisi appareant, & sint confecta instrumenta dotalia ante matrimonium contractum, vel tempore contracti matrimonij, vel postea infrà mensem ad plus, &c. Ergo illa verba *tempore contracti matrimonij* posita in secunda parte Statuti, sunt intelligenda prout in prima illius parte scilicet, vel in limine matrimonij, vel
5 postea infra mensem ad plus; Vna enim pars † Statuti aliam declarat, *l. Vtrum, vbi Doctores, ff. de petit. hæred. Roman. cons. 399. nu. 10. Honded. cons. 1. num. 63.*

*num.63. & seq.Caputaq. dec.*201.*par.3. Surd.dec.*
43.nu. 14. *& in recent. decis.* 107. *nu.* 11. *p.* 5. Et
6 quod Statutum † debeat potius recipere interpre-
tationem ab alio Statuto, quam à iure communi
tradunt *Anchar.cons.94.vers.non obstat, Dec.cons.*
*65.num.4.& cons.*110.*nu.2.Paris. cons.97. num.16.*
lib. 3. quod magis dicendum est concurrente in
hac secunda parte Statuti maioritate rationis ex-
cludendi, seu prohibendi tempus cōstituendæ do-
tis post contractum matrimonium propter præiu-
dicium nedum mulieris, quæ à Viri blanditijs fa-
7 cillilimè subduci posset, † sed etiam filiorum pri-
mi matrimoni, qui passim vigore similiū confes-
8 sionum † fraudarentur parte dotis ipsis debita,
9 quare si rationis identitas † facit casum dici com-
prehensum sub Statuto, *Abb. in cap.* 2. *n.* 2. *de ap-
pellat. Tiraquel. in l.si vnquam verb. libertis n.54.*
Oldrad. cons.185.in fin.Surd. cons.443.nu.31. Rot.
Bononien. super Statutis dec. 71. *num.* 52. *& seqq.*
multò magis maioritas declarabit retentos esse
terminos supra expressos. Cum igitur non con-
stet, quod dicta dos fuerit aucta tempore debito,
10 facultas eam augendi post † tempus censetur to-
taliter adempta per *text.in l.si vnus §.1.ff.de pact.*
11 & confessio mulieris facta post tempus † à Sta-
tuto præscriptū censetur color quæsitus in frau-
dem Statutariæ dispositionis, Soccin. *sen.cons.* 66.
num.16. vol.1. Gabr. cons.10. num 2. & 3. lib. 1.
Put.decis.7.nu. 3.lib.3. relat.per Buratt.in hoc eodē
casu dec. 873. *sub num.* 3. & ex his videtur cessa-
re obiectum, quod de iure sit permissum dotis
augumentum, quià cum illud excludatur ex dis-
positione Statutaria, nisi fiat certo, & determina-
12 to tempore nō attenditur † iuris dispositio, *Bald.*
& Castren. in summa l.omnes populi, de Iust.& iur.
Natt.cons. 541. *num.15.lib.3.Seraphin.decis.* 404.
sub num.2.& in recent.decis. 36. *nu.43.par.5.*

Non obstat, quod cum Statutum prædictum in
secunda parte permittat augumentum in vno ex
duobus casibus, scilicet, nisi de alia dote dicti, vel
de prædicto secundo, vel vlteriori matrimonio
constaret, vel nisi aliter inter ipsos virum secun-
dum, vel vlteriorem, & mulierem super dote fuis-
set conuentum, sufficiat vnam partem illius veri-
ficari, quæ verificatio debet esse, vt augumentum
possit fieri etiam post contractum matrimonium,
cum alias esset vnus tantum casus, & non duo;
fuit enim responsum, quod quatenus etiam Sta-
tutum poneret pro casu distincto augere dotem
ante matrimonium, vel illam augere post matri-
monium, attamen vis non stat in hac diuersitate
casuum, sed tantum an ista facultas exerceatur in-
fra tempus debitum: Nam Statutum, quod vo-
luit obuiare fraudibus sicut putauit mulierem an-
te contractum Matrimoniū non ità de facili pos-
se subduci à viro ad donandum, ita pariformiter
credidit difficilius posse id presumi in confessio-
ne facta post matrimonium, si tamen fiat infrà
mensem, & sic re vera Statutum videtur determi-
nare vnum tantum casum in substantia, nimirum
augumentum dotis quamuis permittat illud pos-
se fieri tàm ante, quam post matrimonium, dum-
modò fiat tempore debito, & dum dicit, vel nisi
aliter inter ipsos, &c. videtur vti illa dictione
13 (*vel, pro idest*) † cum posita reperiatur circa idē
factum, nimirum dationis dotis secundo viro,
Bart.in l.siis, qui ducenta, §. Vtrum num, 1.ff. de
reb.dub.vbi Alex.in addit.dicit esse perpetuò
*tenendum,*Menoch. *cons.187.nu.19.* maximè
reperiatur posita post generalem, expressio
14 † ibi: Nisi de alia dote constaret, &c. sub
continentur mox adiecta, nimirum, vel nisi
tempore contracti inter eos matrimonij, &
super dote fuisset conuentum de alia dote, &
text. in l. sæpè, vbi Bart.ff.de verbor. signific.
cons.378.n.9.lib.5.Ruin.cons.99.n.11.lib.2.
cons. 568. *n.* 25. & dum Statutum postea
Quo casu quod conuentum fuit debeat
15 ri, declarat † vnum tantum, & non plures
fuisse casus, *Capit.pluralis locutio de reg. iur.*
*Menoch.cons.232. num.24.*Decian. *respons.*
11. *lib.* 3.

Nec refert, quod cum in hac partes Stat
sit correctorium Iuris communis requirat
mationem in forma specifica, quia ex quo
non potest quin sit rationabile, dum in eo
tur fraudibus, quæ solent committi in
donationibus, & confessionibus constante
16 monio factis quantumuis † esset contra ius
ficeret confirmatio in forma communi,
51. *n.* 10. *&* 11. *par.1. recent, Adden.ad*
decis.267. num.14.in fine, & fuit resolutum
nonien. successionis 9. Nouemb. 1622. *coram*
mem. Vbaldo.

Minus releuat, quod confessio esset iura
adminiculata, quo enim ad iuramentum,
17 confessio post matrimoniū † præsumatur
in fraudem prohibitæ donationis, & rep
à Statuto, corruit etiam iuramentum
impositum, *Ruin.cons.130.num.4. libr.1.*
cons.139.n.8.& 9.in fin.Seraph.de priuileg.
cap.71.n.59.& coram Buratt.dec 612.n.7.

Nec visa sunt obstare adminicula, ex
informantes exaduersò prætendebant prob
quod dos etiam ab initio fuerit constitu
18 sc. 5000. quia vltra † quod illa visa sunt
leuia, non perfecta in suo genere, nec
derantia simulatæ confessioni viri, & mul
Mobed. dec.2.per tot. de confess. Rot.diuers.
n.6 par.2. Et ponderabant etiam DD. quod
19 dicta adminicula † validioribus præsump
bus, & coniecturis conquassabantur, *Coram*
144.*sub num.1. vers.nec videtur opitulari*
Rot.dec.64.n.8. par.1, diuers. Fuit enim co
ratum inter alia, quod Comes Aloysius
tacuit ferè per triennium in procurando
menta confessionis, sed medio tempore
Instrumento restitutionis dotis scutorum
factæ Claudiæ vxori ab hæredibus primi
consensum præstitit dationi in solutum cu
prædij pro illius residuo, itaut vere dici
prædictam, & non aliam dotem ab ipso Co
Aloysio fuisse tunc temporis prætensam,
illius receptione nullum sibi reseruauit pro
sequendo augumento, iuxtà regulam, quo
20 mò † præsumitur negligens in re propria
raph.dec.1397.num.4.& in recent. par.3.
nu.7.in fin.Greg.dec.278. num.14. Accedit
dictus Comes nullos recipit fructus ad ratio
scutorum 5000. nisi à die confessionis,
21 clarè elicitur, quod † per prius non aderat
lis huiusmodi dotis constitutio ad tradit.
decis.731.num.19.par.1. diuers. Prætereà,
idem comprobandum congeruntur alia

lutima in decisionibus emanatis coram R. P. D. neo Merlino, in quibus plenè tolluntur omnia ad hunc effectum cumulata, itaut non sit hæsitãlum, quod confessio dotis facta fuerit in ipsius statuti fraudem, vt supra dictum est.

Quibus sic firmatis visum est etiam DD. quod pariter constet de iustitia sententiæ Rotalis quoad illius secundam partem, in qua pronunciatum fuit fructus indebitè solutos esse excomputandos in lucro, quia cum ex lectura quietantiarum exaduersò productarum appareat fructus solutos fuisse tanquam erroneè † debitos, non potest ex his resultare aliqua præsumptio donationis, ex *Mantic. de tacit. libr. 13. tit. 9. numer. 3.* imò potius præsumendum † est contrà illam, *l. cum de indebito, ff. de probation. Tiraquell. de leg. Connub. l. 9. num. 43. Rot. post 2. volum. consil. Farinac. dec. 68. num. 5.*

* *In hac causa decisiones quæ sunt coram Buratto sunt decis. 752. 798. & dec. 873. aliæ verò coram Merlino habentur inter eius impressas, decis. 287. 328. 345. 398. 493. 527. 537. 622. & decis. 708.*

R. P. D. PIROVANO.

Meleuitana Antianitatis.

Lunæ 1. Martij 1638.

ARGVMENTVM.

Mandatum procuræ ad substinendam sententiam ex quibus probetur. Literæ Apostolicæ habent executionem paratam iustificatis narratis. Renunciatio quando censeatur facta per metum. Metus iustus qualis dicatur, & ex quibus coniecturis probetur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia est valida, etsi citetur Procurator de cuius mandato non constat si ad seruationem terminorum substantialiũ citetur persona legitima.*
2 *Mandatum procuræ præsumptum sufficit ad substinendam sententiam.*
3 *Mandatum procuræ probatur ex impensa, & longa substentatione causæ.*
4 *Literæ Apostolicæ mittuntur executioni præuia iustificatione narratorum in Breui.*
5 *Breue Apostolicum non habet executionem paratam, nisi iustificatis narratis, & concludenter.*
6 *Narrata in Breui respectu mentis Principis dicuntur pars gratiæ.*
7 *Renunciatio censetur facta per metum durante eadem causa metus.*
8 *Quod fortius procedit subsequente protestatione etiam si ex interuallo legatur facta, nu. 8.*
9 *Metus probatur coniecturis, & præsumptionibus, quæ admittuntur, etsi leuiores sint.*
10 *Metus ex iusta causa iudicatur timor amissionis omnium bonorum in quacumque persona ætatis, sexus, & gradus.*
11 *Metus iustus dicitur timor amissionis honoris nobilitati inhærentis.*
12 *Renunciatio præsumitur ex metu si fuit facta de rebus quæ non sine causa, & de facili renunciari solent.*
13 *Contractus factus cum Superiori Iudice suspicione metus non caret.*
14 *Fallit, quando facilè haberi potest recursus ad Superiorem, num. 14.*
15 *Timor metus proueniens ex abusu iustitiæ legitimus dicitur.*
16 *Fundamentum propriæ intentionis est probandum, etiam quod consistat in negatiua.*
17 *Officium Notariatus Supremi Principis, aut illius Magistratus, non detrahit nobilitati; sed addit.*

DECISIO XVII.

Petita admissione per Ioannem Agniorant vsque de anno 1604. in gradu fratris Equitis, tunc lingua Franciæ congregata, seruata forma Statutorum Religionis cap. 20. de recept. Fratrum, deputati fuerunt Commissarij ad probationes faciendas super nobilitate, & legitimatione, & ad referendum, qui sub die 30. Martij 1604. iterum lingua congregata, retulerunt tenorem probationum consistentium in folijs 29. quibus auditis Domini de omni lingua, nemine discrepante, probationes vti non legitimè factas secundum vsum, & consuetudinem Religionis reiecerunt; quorum sententia exindè eodem Ioãne reclamante fuit confirmata. Primò per consilium ordinarium, & secundo per consilium cõpletum, atque ità secundum stabilimenta Religionis causa expedita remanereti Recurrente autem eodem Ioanne ad Sedem Apostolicam sub die 18. Februarij 1605. obtinuit per sanctæ memoriæ Paulum Quintum sibi indulgeri facultatem, non obstante, quod causa expedita fuerit, nouos Commissarios ad recipiendum veriores suæ Nobilitatis, & præsertim super officio Notarij Regij an Nobilitati præiudicium aliquod afferat, probationes, & informationes ab eisdem Commissarijs deputandis recipiendas iuxtà stylum Hospitalis, perindè ac si alij Commissarij deputati, ac aliæ probationes receptæ, ac in lingua, & Consilijs eiusdem Hospitalis examinatæ, & reprobatæ minimè fuissent quibus peractis, & de nouo probatis, & audita relatione Commissariorum in lingua congregata, idem Ioannes nemine discrepante fuit receptus sub die 4. Septembris 1613.

Cæterum quia ante prædictam receptionem nempè sub die 19. Augusti idem Ioannes se obligauerat in verbo Nobilis viri aduersus linguã Franciæ, se vnquam quouis modo, nec per viam recursus ad Sanctissimum, aut ad regionem aliã prætendere antianitatem, quam illam, quæ illi currere incipiet in die 19. Augusti 1613. inde obtinuit aliud Breue sub data 22. Septembris 1627. decernens eidem Ioanni antianitatem à die præsentationis primarum probationum conpetijsse, & competere, pro cuius Breuis executione emanauit sententia Rotalis * de cuius validitate, & Iustitia cum hodiè quæreretur visum fuit quoad vtramque partem esse confirmandam.

De validitate reuoluto processu sufficienter constat, quæ non euitatur ex apposita exceptione citationis exequutę ad sententiam contra Ioãnem Baptistam Naldinum, de cuius mandato procuræ non constat in actis.

Quia nedum fuit citatus Naldinus procurator à ter-

à tergo Commissionis adnotatus, sed & D. Lau-
rentius ad seruationem terminorum substantia-
lium, quod sufficit etiam quod ab initio non
1 fuerit citatus, † dum in actis docuit de suo mā-
dato ante vltimā citationē. *Cassad.dec.8.in fine de
rescript.Caputaq.dec.249.par.3. & decis.70. nu.9.
coram Papa* Gregorio *XV.* maximè quia † ad sub-
2 stinendam † sententiam sufficit mandatum præ-
sumptum, quod in Naldino dissimulari non po-
3 test, & benè probatur † ex impensa ad defensio-
nem causæ subministrata, & ipsa substentatione
causæ longo tempore, & accuratè protecta. *Surd.
cons.335.n.20.Mantic.de tacit.lib.7.tit.7.num.3.&
seqq.dec.44.num.5.coram Papa Greg. XV.*

Iustitia pariter sententiæ visa fuit patens ex
decisionibus causæ, discussa, Iustificatione nar-
4 ratorum in breui, & probata, † cum qua semper
literæ Apostolicæ mittuntur exequutioni, *c. si
Capitulo de concess.præben.Cassad.dec.10. num.8.de
rescript.*

Non obstat, quod contraria ratione denegan-
5 da sit exequutio breuis, non † præcedente om-
nium narratorum iustificatione, & quidem con-
cludenter *l.final.C.de diu.rescr.cap.2.de rescr.Rota
decis.251.num.2. par.2.recent.* quæ respectiuè ad
6 mentem † Principis pars gratiæ dicuntur *Aegid.
dec.77.num.7.Put.dec.245. num.1. lib.1. Caputaq.
dec.128.par.1.* duoque præcipua narrata non es-
se iustificata asserebantur, nempe antequam pro-
fessionem emitteret minis, & diuersis persuasio-
nibus inductus fuerit per Chirographum primæ
antianitati renunciare. Secundò, quod post factas
secundas probationes coram Commissarijs com-
perto, reprobationem probationū per ipsos Fra-
tres linguæ Franciæ factam nullo fundamento ni-
ti, Capitulumque Prouinciale, & Conuentus pro-
bationes secundas pro bonis, & validis nemine
discrepante acceptasse.

Quoad narrata de minis, & persuasionibus;
Vnde originem sumpsit metus, & timor amissio-
nis proprij honoris, & nobilitatis sufficienter iu-
stificatur ex eo, quod de mense Augusti 1613.
dum se præsentauit in lingua cum nouis proba-
tionibus, Equites de eadem profitebantur, nolle
illum recipere, sed attenta promissione facta
non prætendi antianitatem; nisi à die præsenta-
tionis nouarum probationum, illum receperunt,
prout quinque testes pro lingua examinati de
mense Augusti *1636.* plenè, & concludenter de-
ponunt, ex hac inquam vnanimi declaratione
potuit Ioannes timere Conuentum Equitum de
Lingua iudicare debentium, & interesse haben-
tium, credereque rei iudicatæ ignobilitatis con-
trarium iudicium non fuisse assequuturum, nisi
proprio iuri, ex antiqua antianitate per solutio-
nem passagij acquisito renunciasset, qui actus
renunciandi antiquæ antianitati, cum factus fue-
rit immediatè, & incontinenti post declaratio-
nem DD. Equitum de Lingua sub die 19. Augu-
sti 1613. & ante eius receptionem, quæ subsequuta
fuit sub die 4. Decembris eiusdem anni 1613.
7 exinde † metu amissionis propriæ nobilitatis fa-
cta præsumendum est tamquam ex præambula
causa durante. *Bald.in l.2.quæst.2.num.10.C.quod
met.caus.Tiraq.de retract.conuent.§.1.glos.5. n.21.
Osasc.dec.179.num.12.Menoch.præsump.127. n.29.
lib.3.* qui metus impressus de eo tempore, & in

instanti, eo magis iustificatur ex subsequu
testatione eiusdem Ioannis 24. Decembris
de inhærendo semper primæ suæ antianita
illi velle, aut voluisse renunciare tanquam
8 bitè extortę; † nam tunc præsumitur re
tionem metu fuisse contractam, conseruan
sum ab actu separatum, etiamsi ex interu
gatur facta. *Couar.in epit.4.Decret.quæst.
§.5.num.12.Crauet.cons.10.num.18.& 49.
Alciat.cons.5.num.5. vers.2. concurrit pro
Menoch. præsumpt.127.num.23. Farinacc.
ment. latè comprobans in verbo metus, n.19*

Iustitia etiam causæ metus inspecta qua
personarum, & rerum in contractu renun
nis deductarum multis coniecturis, & p
9 ptionibus probatur, † quę in hac materia
tuntur, etiamsi leuiores sint, *Bald.cons.26
lib. 3.Alex.cons.98.num.6.lib.3.Menoch.*
*num.8.& de arbitr.lib.2.cas.136.num.1.
præsumpt.127. num. 8. Farin. fragm. verb
num.181.*

Prima namque personam respiciens fuit
amittendæ nobilitatis, & honoris, si prim
bationes remansissent integræ, & per re
catam, tunc pro exclusione nobilitatis
10 nam † sicut iusta causa metus iudicatur
missionis omnium bonorum, in quacumq
sona ætatis, sexus, & gradus. *Cap.2.de ijs
Caus.Dec cons.690.n.8. Crauet. cons. 49.
Menoch.eod. cas.135. in fin. Medic. de cas
par.1.quæst.7.Sanch. de matr.lib.4. disput.*
11 eodem modo † iustus metus cadit, quan
tur de amissione honoris nobilitati
qui diuitijs quibuscumque præferendus
*puto, l.isti quidem, §.penultimo, ff.quod met
iusta, ff.de manumiss.vindic.Sanchez de ma
4.disp.5.num.6.Menoch.eod.libr.de arbitr.
n.19.& 396.nu.7.*

Secunda pariter respiciens res in renu
ne deductas nempè ius quæsitum ex sol
passagij non minùs vehemens visa fuit,
relata ad commodum, & victum, aut ali
suo tempore sperata per Equitem in fra
12 ceptum, quibus † non ita de facili sine
nunciatur, nisi accedat metus & timor
mittendi. *Crau.cons.49. nu.5.Menoch. pr
4.nu.12.lib.3. Rot.dec.643.n.15.p.1.rec.*

Tertiam deniquè cæteris vehementior
stimabant Domini, quoniam ex ore DD.
de lingua certus erat Ioannes, quod nouæ
tiones non fuissent admittendæ, nisi renu
prima antianitate, vt deponunt supradict
que testes, & tunc contractus factus cu
13 riore † Iudice prout erant DD. Equites de
gua, ad quos spectabat admittere, vel re
nouas probationes, suspicione metus non
*Soccin.Iun.cons.47.num.33.lib.3.Menoch.de
cas.136.n.6.Vital.in tract. clausularum de
fitial.nu.1. & 2.Sebast. Medic.de cas.fortu
quæst.7.nu.7.*

Non obstat, quòd cùm DD. Equites de
haberent Superiores, nempè Consilium
gnum Magistrum ad quos de facili poterat
14 ri recursus, indè cessare † illationē metus
nem præsumptionem minas exequendi,
tur. *Rot.firmasse in Mutinen.emphyteusis 26
lis 1632. coram Episcopo Vrgellen. Bononien*

factionis 29. Nouembris 1633. coram D. meo Verospio. & in decis. 326. num. 34. coram. Papa Gregor. XV.

Quia ex quo tota lingua nemine discrepante reiecerat primas probationes, & Consilium ordinarium, & completum sequutum fuisset determinationem linguæ, prout solet, quando nullus discrepat à sententia aliorum, & testes supra ponderati deponunt, quòd idem fuisset de secundis probationibus, nisi primæ antianitati renunciasset, † meritò de abusu iustitiæ, qui initium sumebat à lingua potuit timere. *Angel. cons. 215 nu. 3. in eadem dec. 326. nu. 34. in fin. admittitur.*

Superest secunda narratiua, quod factas secundas probationes coram Commissarijs compertũ fuit reiectionem primarum probationum nullo fundamento niti, quam dicebatur non esse probatam, nec probari posse, dùm probationes primarum instantiarũ ad Rotam non fuerunt † trãsportatæ, & ad eam iustificandam teneri, etiam quod consistat in negatiua. *Felin. in cap. super his, col. 7. de transact. Cassad. dec. 3. de reg. Cancell. Gabr. de probat. conclus. 6. n. 1.*

Quia narratiua non dicit, simpliciter, reiectionem primarum probationum nullo fundamento niti; sed post factas secundas probationes compertum fuisse nullo fundamento niti, quod plenè, & concludenter probatur, nouis probationibus detectis, & transportatis, parteque citata productis; Ex quibus dum constat de receptione Ioannis nemine discrepante in necessarium antecedẽs cessare debent fundamenta primarum probationum, à DD. Equitibus nemine paritèr discrepãte reiectarum & nihilominus qualitas Notarij secundo probata, Regi, aut Magistratibus illius seruientis sufficientèr iustificat negatiuam; quia obiectio de simplici Notariatu, & illius exercitio in suis maioribus nullo fundamento nititur; Quoad Notarios supremi † Principis, aut illius Magistratus, quorum officium, & exercitium nobilitati non solet detrahere, sed addere *Tiraq. de nobilitate cap. 3. num. 8. Decian. cons. 31. nu. 35. vol. 1. Cassan. cons. 64. num. 34.* Et de ista qualitate Notariorum latissimè distinguit, & eorum nobilitatem admittit *Menoch. cons. 552. per tot.* & eam distinctionem, *Rota recepit in Comen. habitus 14. Iunij 1613. coram me*, ità vt Nobilitate Notarij Regis posita semper essent fundamenta primarum probationum de simplici Notario affirmantium.

Causa ista in prima instantia fuit cor. bon. me. Alexandro Buccabella coram quo emanarunt duæ decisiones, quæ habentur infra in appendice aliarum decisionum additarum. In secunda instantia fuit coram bo. me. Pirouano cor. quo emanauit presens decisio sub die 1. Martij 1638. In tertia vero instantia tandem fuit coram bo. me. Eminentiss. D. Cardin. ...anz. cor. quo emanarunt duæ aliæ decisiones nempe sub diebus 22. Iunij 1649. & 1. Februarij sequentis anni, quæ decisiones habentur infra iuxta seriem temporis.

R. P. D. PIROVANO

Romana Fideicommissi de Maximis.

Veneris 5. Martij 1638.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum factum vltimo morienti per reciprocam vocato, & in tota hæreditate, quando dicatur inductum perpetuum, & absolutum fideicõmissum, & discutitur materia celebris *cons. 21. Oldrad.* & plura habentur, quando ex vocatione actiua inferatur ad passiuam substitutio facta si sine filius quando expiret per mortem cum filijs etiam si plures fuerint factæ substitutiones, & qualiter hoc intelligatur. Extranei, finitis lineis vocati, qualiter censeantur vocati, &c.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum factum vltimo morienti per reciprocam vocato, & in tota hæreditate dicitur absolutum, perpetuum, & successiuum.*

2 *Vocatio extranei in defectum lineæ importat reciprocã inter ipsos de linea, & vide n. 15. cum seqq.*

3 *Filij in conditione positi tacitè ex Statuto Vrbis vocati ab expressa vocatione non differunt.*

4 *Ex Vocatione actiua ad passiuam facilius infertur stante tacita vocatione.*

5 Oldradi consilium 21. *non procedit vbi filij non sunt simpliciter in conditione positi, sed vocati.*

6 *ex Vocatione actiua ad passiuam non infertur ex necessitate, benè tamen faciliùs, & ex leuioribus coniecturis, num. 8. & seqq.*

7 *Vocati actiuè veniunt per vulgarem, non autem per fideicommissum, itaut censeantur grauati.*

8 *Vocatio passiua, stante actiua vocatione probationes leuiores requirit, quinimo, & coniecturas, & præsumptiones, & num. seqq.*

9 *Reciproca requisita, nempe quod fiat vltimo morienti, per reciprocam vocato, & in tota hæreditate valdè vrget, vt ex actiua vocatione ad passiuam inferatur, & vide num. 1. & nu. 11.*

10 *Qualitas masculinitatis sæpius repetita, cum perpetua fæminarum exclusione pariter vrget ad passiuam ex actiua vocatione.*

11 *Prohibitio ne bona transeant in cippo de necessitate importat reciprocam.*

Amplia quia potissima dicitur coniectura pro inferendo ex actiua ad passiuam vocationem. ibid. & num. 8. pro intelligentia.

12 *Substitutio facta si sine filijs expirat per mortem cum filijs etiam si plures fuerint substitutiones, & vltimus cum filys moriatur, & nu. 13.*

14 *Intellige si omnes consecutiuę, & dependentes fuerint substitutiones, secus si separatę, & distinctę, & vltima esset successiua.*

Substitutione prima caducata, non caducantur aliæ ab illa distincta nu. 14.

Consilium Oldradi 21. *licet intret in vna substitutione, non tamen intrat in alia separata, & distincta, in qua ex coniecturis ab eo receditur num. 14. & nu. 12. pro intelligentia.*

15 *Vocatio extranei, linea extincta, non sufficit ad vocationem passiuam inter ipsos de linea, contra numer. 17.*

Maximè stantibus coniecturis passiuæ vocationis, num.18.

16 *Extranei, finitis lineis vocati, censentur per vulgarem vocati, si illi de linea ante aditam hæreditatem decesserint, non autem per fideicommissum quocumque tempore decesserint, & num. 17. & vbi contrarium.*

17 *Vocationi extranei finitis lineis locus esse non potest nisi alter alteri esset restituere grauatus.*

19 *Vna pars testamenti declarat aliam, & deseruit pro argumento in alia parte.*

20 *Vocatio Bastardorum posita in vna parte testamenti, qualificat totam dispositionem, si non erat necesse illam in alijs casibus repetere.*

DECISIO XVIII.

DOMINICVS de Maximis disponendo Domui suæ de anno 1526. condidit testamentũ, in quo suos hæredes nominauit Petrum, Lucam, Angelum, & Iulianum eius filios, quos eorumq; filios ad inuicem substituit, si sine filijs masculis moriantur, seù aliquis eorum moriatur; Iulianus viuente patre obijt sine filijs, alij tres superuixerunt patri, & decesserunt cum filijs, & signanter Lucas reliquit post se Lelium, Fabium, Pompeum, Carolum, Ascanium; & omnes dempto Pompeo, qui obijt sine filijs successores masculos reliquerunt; Nempè Lelius reliquit Pompeum; & iste Antonium Franciscum Marchionem primogenitum, & fratres, nunc pro declaratione absolui, & reciproci fideicommissi agentes; Fabius verò reliquit Franciscum qui decedens sine masculis instituit hæredem Victoriam, quæ libertatem bonorum tuetur vna cum Iacobo, Stephano, & Laurentio filijs Caroli, & Camillo filio Ascanij. Vnde instituto iudicio per Marchionem Antonium Franciscum, & fratres contra Victoriã super vindicatione bonorum Fabij, quæsitum fuit an constet de fideicommissis Dominici, & Lucæ, quæ suffragentur Marchioni, & fratribus de Maximis, itaut sit recedendum, vel standum *decis. Robuster. 118. par. 1. & 230. part. 2. diuers.* & constare de fideicommisso Dominici ad fauorem Marchionis, & fratrum per DD. fuit resolutum.

Ex toto namque contextu testamenti colligitur Dominicum subordinasse suam dispositionem ad tres casus principaliter præuisos. Primus est in ordine, dum nominatis filijs suis hæredibus Petro, Luca, Angelo, Iuliano eos ad inuicem substituit, eorumque filios legitimos, & naturales, vulgariter pupillariter, & per fideicommissum, si sine filijs masculis legitimis moriantur, siue alter eorum moriatur. Secundus est, ibi, incipiens, & casu quo filij masculi per lineam directam ex legitimo matrimonio descendentes vsque in infinitum deficerent, & õnes sine filijs masculis prædictis morerentur, eo casu voluit quod in dictis suis bonis succedant filij masculi bastardi ex dicta linea sua directa masculina nascituri. Tertius ponitur casus, ibi item similiter voluit Testator, quod in euentum in quem vnus, vel plures ex dictis filijs suis, & heredibus moreretur cum filijs masculis, & fœminis, & deindè omnes filij masculi morerentur sine filijs masculis superstitibus fœminis, tunc, & eo casu succedant filij superuiuentes ipsius Testatoris, ac filij filiorum defunctorum, seu descendentes masculi ex eis in stirpes, & capita.

Ex verbis autem secundi casus exist
Domini probari fideicommissum absolu
petuum, & reciprocum. Nam in primo
stator prouiderat quando plures, vel vnu
filijs moreretur sine filijs masculis, in hoc
cundo prouidet in casu, quo tota eius li
culina deficeret, substituendo bastardos e
directa sua masculina nascituros vltimo
ti ex suis descendentibus legitimis in to
1 ditate, † quorum concursus probat ne
uam, aut descensiuam, & linearum de
tium vocationem, sed & reciprocam ab
& perpetuam inter eosdem substitutione
dum veriorem, de qua *per Mantic. de*
lib. 7. tit. 5. num. 3. Seraph. dec. 934. num. 1
300. nu. 10. 361. nu. 15. 493. nu. 9. par. 1. re
vocatione extranei in casum defectus li
2 importet † reciprocam inter ipsos de li
ter necessitatem implendi voluntatem T
cui aliàs locus esse non posset, nisi vnu
terum esset grauatus restituere vsqueq
tur locus extraneo post lineam vocato
responderunt *Soccin. cons. 110. num. 10. vo*
cons. 140. nu. 9. vol. 3. Rim. sen. cons. 189.
Menoch. cons. 481. nu. 3. vol. 5. Laderc. con
Decian. cons. 28. nu. 15. & seqq. vol. 2. P
54. nu. 7. vol. 1. Surd. cons. 344. nu. 16. vol
de Præt. de interpret. vlt. vol. fol. 323. n. 2
opinio eo facilius est recipienda, quia
bitandum in terminis nostris, an posi
tione fuerint vocati, prout in casibus,
responderunt supradicti, dubitabatur,
3 iecturis vocationem concludebant, † c
mus Statutum Vrbis 142. lib. 1. deter
lios in conditione positos censeri taci
commissum vocatos, & eos ab expre
non differre dixerunt, *Gabr. cons. 115.*
Rota dec. 403. nu. 5. 424. nu. 1. part. 2. rec
mè idem fuit dictum *in Romana fidei*
Incoronatis 13. Nouembr. 1637. coram
ter ea facilius inferatur de actiua ad pa
4 cationem, † & prout ad eam inferunt
270. in fine vers. non obstat quod substitu
cons. 158. num. 14 vol. 2. Menoch. *cons. 22*
Dec. con. 84. nu. 26. vol. 3. affirmantes co
5 non procedere quando filij non sunt
in conditione positi, sed vocati.
6 Non obstat quod de actiua vocatione
siuam non infertur pernecesse secundum
de qua *per Mazarium cons. 6. n. 7. Paris.*
28. lib. 2. Decian. *cons. 26. num. 56. vol. 2.*
& tunc actiuè vocati veniunt per vulg
7 euentum, † quod aliquis sine filijs dece
autem per fideicommissum, si post adi
ditatem decesserint, vt benè declarat
noch. cons. 379. num. 35. & in Forolinien
missi coram Papa Clemente VIII. quæ
num. 9. par. 1. diuers. quæ in præsenti
to magis exclusa, dum fit transitus de
ad lineam Pompeij.

Quoniam negari non potest, quin fa
8 posita vocatione actiua † inferatur ad p
idest leuioribus coniecturis, & præsum
probetur, *Rot. dec. 181. nu. 5. & dec. 31*
rec. & in Bonon. de Desid. 26. Iunij 162

Merlino. Et in præsenti tres potissimæ, ac principales, & cœteris concludentiores concurrant, nēpè tria illa, quæ † solent firmare reciprocam, vt supradictum fuit; Secundo qualitas masculinitatis sæpiùs reperita, & † cum perpetua fœminarum exclusione; Et tertiò expressa Testatoris voluntas, quod bona non transeant in alienam familiam, sed perpetuò remaneant in Cippo Domus suæ, quæ legitur in fine tertij casus, quæ perpetua bonorum permanentia † in Cippo Domus de necessitate importat reciprocam, sine qua bona non possunt permanere in familia contemplata, *Gabr. de Fideicomm. concl. 7. num. 7. Peregr. de Fideicomm. art. 29. num. 3. Fusar. quæst. 480. nu. 20. Surd. cons. 96. num. 34.* & sæpè apud Dominos ad effectum reciprocæ fuit recepta, vt plenissimè dictum fuit in *Bononien. de Scadinarijs 10. Decemb. 1623. coram D. meo Merlino*.

Non obstat, quod Dominicus duas tantum expressas, & distinctas fecerit dispositiones. Primam sub conditione si filij sui, vel alter eorum decesserint sine filijs masculis, substituendo eos, & eorum filios ad inuicem, quæ locum non habuit, quoniam filij omnes cum filijs masculis decesserunt. Secundam primæ contrariam, si filij cum filijs masculis decesserint, & deinde filij masculi morerentur sine filijs masculis, succedant filij Testatoris superstites, & filij filiorum defunctorum, quæ & ipsa expirauit; ex quo filij filiorum pariter obierunt cum masculis. Vndè dicebatur, quatione expirauit prima substitutio propter defectum conditionis dum respectiuè obierunt † cum filijs, eodem modo expirarunt sequentes dependentes adiectiuè, & illatiuè secundum rationes, *Oldrad. cons. 21. Alex. cons. 139. in primo dubio, lib. 6.* cuius opinionem infiniti sunt, quos referūt *Odd. de compend. par. 6. art. 2. num. 7. & cons. 67. per totum, & Surd. cons. 344. num. 1. vol. 3.* & in hac eadem Causa propter conditionis defectum fuisse † resolutum expirasse substitutionem, & cū a cæteras subsequentes primo *6. Octobris 1573. coram Robusterio, quæ est 118. par. 1. & 30. Aprilis 1574. coram eodem, quæ est 230. par. 2. diuers.*

Quia non duæ tantum sunt dispositiones, sed tres, vt supra fuit ponderatum, & quidem non consecutiuæ, & dependentes, sed separatæ, & distinctæ vna ab altera; Nam de comprehensa in tertio casu, quin sit totaliter separata, dubitari non potest, ex quo contrariū ponit eius, quod fuerat dispositum; in primo casu; dixerat enim Testator si sine filijs; in tertio casu dixit si cum filijs morerentur; disposita pariter in secundo casu distincta, & separata, ac independentia sunt à primo, & tertio casu, nam postquam disposuit, si plures, vel vnus ex filijs suis decederent sine filijs, præscripsit ordinem succedendi vsque in infinitum inter eos, ibi, ita quod, &, ibi, & sic ordine successiuo, incipiendo nouam dispositionem, casum, quo filij masculi de linea sua vsque in infinitum deficerent, & omnes sine filijs masculis morerentur, tunc diuersam, & nouam vocationē fecit de illegitimis extraneis in ipsa linea nō cōprehensis, quæ cum non dependeat à prima substitutione † caducata per existentiam masculorū, omnes conueniunt nos versari extra terminos, *cons. Oldrad. idem Alexan. cons. 43. lib. 3. & cons. in fine lib. 6. Dec. cons. 480. num. 6. Rimin.*

Iun. cons. 456. num. 31. Peregrin. de Fideicommiss. artic. 15. num. 29. Fusar. alios cumulans *qu. 456. num. 15.* & hanc declarationem sequitur *Rota in Foroliuien. Fideicomm. coram Papa Cleme. VIII. 568. in fine, part. 1. Diuersor.* allegando Decisiones Robusterij pro Fideicommisso, tamquam dependente à prima conditione, vt propterea non mirum, si articulo non discusso in secundo casu Testamenti Dominici separato, & non dependēti, Decisiones prædictæ cum suo præsupposito dependentiæ se compatiantur cum hodierna resolutione.

Quod si dicatur ex hac secunda vocatione ad summum probari posse actiuam, & descensiuam
15 substitutionem, quæ non sufficit, etiam † quod extranei, linea extincta, sint vocati, vt in proximis dicitur respondisse *Paris. cons. 87. nume. 36. & seqq. lib. 2. Marta cons. 27. Cephal. cons. 17. & Menocch. cons. 379. num. 35.* qui ad exclusionem illegitimi consuluit ea potissimum ratione, quia
16 extranei, finitis lineis, censentur † vocati per vulgarem, quatenus ante aditam hæreditatem decesserint, non autem per fideicommissariam quocumque tempore decesserint, *Fusar. qu. 480. num. 84. Menocch. referens, & approbans*.

Respondetur multo plures hanc necessariam consequentiam sequutos fuisse, vt vocationi de
17 illegitimis, aut † extraneis lineis extinctis locus esse non possit, nisi alter alteri sit grauatus restituere, nempè *Soccin. Ruin. Riminal. sen. Laderch. Decian. Peregr. Surd. Sim. de Præt. supra relatos*, & quando, vt in præsenti concurrunt aliquę coniecturæ passiuæ vocationis; tunc nec in contrariū
18 allegati videntur dissentire, dum hoc † ipsum sæpius apud nos fuit firmatum *decis. 181. & 319. num. 2. part. 1. Recent. Bononien. Fideicommiss. de Desiderij, 26. Iunij 1626. coram D. meo Merlino*; in quibus aliæ Decisiones referuntur, & potentiores coniecturas concurrere supra fuit firmatū ad inducendam reciprocam, nempè tria illa requisita, repetitam qualitatem masculinitatis, & contemplationem Cippus Domus suæ, quæ, & si in fine tertij casus legatur posita, deseruire tamē
19 potest ad cognitionem voluntatis † Testatoris desumendo argumentum ab altera parte Testamenti, prout licet per *l. qui filiabus de leg. 1.* cum alijs allegatis, *Surd. cons. 315. num. 6.*

Nec mouit Dominos quod vocatio Illegitimorum, & seu Bastardorum sit posita in secunda parte, qui casus numquam euenit, non autem
20 in † tertia parte ad qualificandam totam Dominici dispositionem, quia ideò eorumdem vocatio non fuit repetita, ex quo non agebatur de prouidendo in casum extinctionis totius lineæ masculinæ, sed in parte si vnus, vel plures cum filijs, & filij eorumdem sine filijs morerentur, vt tunc succederent superstites filij Dominici, aut filij prædefunctorum filiorum, quibus superextantibus non erat necessaria vocatio, aut repetitio illegitimorum.

Et ità vtraque parte informante, &c.

☞ *Causa ista iam diu in Rota fuit vētilata, & præsertim coram bon: mem: Robust. 6. Octobr. 1573. 13. Aprilis 1574. quæ sunt decis. 118. part. 1. & 230. par. 2. Diuers. & post præsentem decis. coram bon: mem: Pirouano in seq. vol. habetur alia coram Reuerendiss. Cerro Decano, sub die 11. Ian. 1649.*

R. P. D. ROIAS.

Bononieñ Nullitatis.

Lunæ 8. Martij 1638.

ARGVMENTVM.

Sententia dicitur nulla ex defectu Citetionis, quæ executa contra vnum ex litigantibus, non suffragatur quoad alios. Ratificatio ex quali scientia, & patientia colligatur. Sententia lata contra vnum, quando noceat alteri, & quando secus. Mandatum præsumptum ad effectum substinendi sententiam, debet necessario concludere.

SVMMARIVM.

1 *Ægidiana non intrat quando sententiæ est nulla.*
Sententia dicitur nulla ex defectu Citationis, ibid.
2 *Citationis defectus respicit defensionem.*
3 *Citationis defectus probatur ex reuolutione actorum.*
4 *Citatio contra vnum ex fratribus, & consortibus, officit alteri.*
Intellige si adest mandatum præsumptum, vel ratificatio non citati, num.5.
5 *Res iudicata non operatur contra non citdtum, nisi adsit eius ratificatio.*
6 *Ratificatio colligitur ex scientia, & patientia.*
Intellige dummodo scientia, & patientia concludēter non præsumptiuè probentur, num.7.
Socius habet mandatum à lege ad faciendum vtilia pro re communi, num.6.
8 *Patiens, & tacens in iudicio sibi præiudicat agendo, secus si est reus.*
9 *Text. in l. qui patitur, ff. mandati declaratur.*
10 *Sciens, & patiens in fauorabilibus sibi præiudicat.*
11 *Causa an sit fauorabilis inspicienda est in limine non in fine iudicij.*
12 *Initium est considerandum ad effectum cognoscendi quid sequi possit.*
13 *Incipiens semper tendit in bonum.*
14 *Animus bonus non offenditur quando finis est læsiuus.*
15 *Sententia lata contra vnum, nocet alteri, vbi est eadem ratio vincendi.*
Quam conclusionem locum habere intelligas inter hæredem institutum, num.16.
17 *Sententia lata cum possessore Maioratus cæteris omnibus successoribus in infinitum nullo modo citatis, aut certioratis, præiudicat.*
Ex ea ratione, quia substitutus non habet æquale interesse cum instituto, sed tantum in consequentiam, num.18.
19 *Consortes quando dicantur habere æquale interesse, & non in consequentiam.*
20 *Sententia lata ad fauorem vnius contra possessorem partis hæreditatis non præiudicat possessori alterius partis.*
Possessores hæreditatis æquale interesse habentes, omnes debent citari, ibid.
21 *Mandatum præsumptum prò substinenda sententia non eleuat si præsumptio non concludat per necesse.*
22 *Mandatum præsumptum ex coniunctione sanguinis inter fratres iu re communi, non suffrag praeiudicialibus.*
23 *Procurator pro altero non consentiente, in dicialibus non potest constitui.*
Iudicium substinetur tantum, pro parte ill comparuit, ibid.
24 *Scientia, & patientia in lite arguitur ex impensa, & productione scripturarum à tore factarum.*
Limita quando ipse procurator habet int causa, num. 25.
26 *Productio scripturarum facta à fratre n tur contra alium fratrem, sed restingit ctum facientis.*
27 *Appellatio à sententia de diametro repug consensui.*
28 *Appellare à sententia quatenus appellant tur aliquod præiudicium est germanus m niendi ad causam.*

DECISIO XIX.

Rota relaxauit Mandatum de Immitt
uersus DD. Petrum, & Demetrium
ritijs super Bonis Fideicommisso subiecti
ipsis possessis titulo emptionis, à quo in
Appellatione, Signatura commisit mihi
cum clausula, *Quatenus sit locus Ægi*
proposito dubio die 5. Iunij 1637. fuit
Ægidianam intrare; sed quia dubitaba
liditate sententiæ, respectu non Citation
trij, Domini ordinauerunt, vt de hoc p
riter videretur. Et hodie fuit responsu
1 dianam non intrare quo ad Demetrium,
sententia fuit nulla ex defectu Citationis
eius Procuratoris legitimi, *l.de vnoquoq*
re iudic. l.si petitur 31. ff. de iudic. l.1.
ex edicto, ff. quæ sent. sin. app. re. Rota
num.2. part.1. diuers. Gregor. decis.4.
latissimè *Vant. in tract.de nullit. ex def*
num.1. qui num.6. dicit potissimam esse
2 ex defectu Citationis, vt † puta defen
spiciens, quæ à iure prouenit naturali, *Ci*
ralis, §.caterum de re iudic.

Defectus namque Citationis in præse
3 ex † reuolutione actorum, qui est modu
di hanc negatiuam, *Rota dec.429. num.*
& dec.429. num.1. par.3. Recent. & co
dec.35. num.2.

Non obstant deducta pro Glauarinis,
quod Petrus, & Demetrius sint fratres, &
4 tes, & † consequenter citatio vnius alter
Seraph. dec. 1433. num.3. quia fuit re
cum verbis, *text. in l.1. C.quib. res iudic.*
5 in terminis de fratre, vbi † quod contra
tum res iudicata non operatur, nisi adsi
tum, vel ratificatio.

Nec suffragatur, quod ratificatio vide
ligi ex scientia, & patientia Demetrij, q
6 lis ageretur † in Curia etiam nomine su
patitur, ff.mandat. & consequēter cum
beat mandatum à lege facieñ vtilia pro
muni, *glos. in l. nemo 68. verb. alienare,*
cio, vbi DD. Ias. in l. stipulationes non di
nu.9. vecs.2. ff.de verb. oblig. Surd. con
& 10. *to.1.* sententia contra vnum lata
teri, *cap. quamuis de sentent. & re iudic.*

Quia fuit responsum ex istis non probari ratificationem, dum ad eam inducen̄ , scientia debet probari per necesse, & † concludenter, non autem præsumptiue, vt in nostro casu notant *Ruin. cons. 66. nu. 18. lib. 3.* Patientia verò non obstat Demetrio, quia tacens cum scit nomine suo agi causam † sibi præiudicat quidem in agendo, non autem si est reus, *Bald. in l. licet, nu. 15. C. de Procu.* Tum etiam quia dicta *l. qui patitur*, loquitur in tertio præsente, non † autem absente, vt erat Demetrius toto litis tempore, vt benè declarat *Alex in l. sæpe, num. 8. vers. 2. respondetur, & num. 93. ff. de re iudic.*

Tum etiam quia omnia deducta † procedunt in fauorabilibus, in quibus terminis loquuntur, vt latè per Barbos. *in l. quæ dotis, sub nu. 153. ff. solut. matrim. l. filius famil. §. inuitus, ff. de procur. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 7. num. 4. vers. sed aduertendum est Bartol. in leg. quo enim, §. 1. num. 1. ff. rem. rat. haberi.*

Non obstat, quod à Procuratore negocium vtile † gerebatur, & quod causa fauoris inspicienda est in limine, non in fine iudicij, *Alex. in dicta leg. sæpe, num. 87. in princip.* quia respondetur, quod in iudicijs, an aliquis vtiliter incœperit, nunc colligitur ex sententia, & in principio † debet considerari, quod sequi potest, *l. qui in alterius, ff. de regul. iuris*, cum dubius sit litis euentus, *leg. quod debet, in fine, ff. de pecul.* vt notat *Alex. vbi supra num. 87. circa med. vers. non obstat*, quod debet inspici, & ratio est verissima, cum semper qui incipit, tendat † in bonum, & curet meliorem facere suam conditionem etiam illius, cuius nomine facit, nec bonus animus † offenditur, quando finis est læsiuus, vt fuit sententia lata contra Demetrium.

Vltimò non obstat, quod vbi est † ratio eadem vincendi sententia lata contra vnum noceat alteri latè *Ceuallos in comm. contra comm. qu. 636. nu. 4. & seqq. l. 1. §. denunciari, ff. de ventr. inspic.* & cum parem causam vincendi habeat Petrus, ac Demetrius in bonis, de quibus agitur citatio Petri ad sententiam officere debebat Demetrio fratri; Nam fuit responsum Regulam Superiorem locū habere inter hæredem institutum, & † substitutum, dicta *l. 1. §. denunciari*, ibi denunciari autem oportet his, quos proxima spes successionis contingit, vt putà primo gradu hæredi instituto non substituto, & ita receptum est † sententiam latam cum possessore maioratus cœteris omnibus successoribus in infinitum non citatis, nec etiam per generale proclama, vel alias certioratis præiudicare, & ratio est, quia † substitutus non habet æquale interesse cum hærede instituto, sed tantum in consequentiam post mortem instituti, quod nō versatur inter Consortes, de quibus in casu, cum omnes habeant † æquale interesse; & ideò si mortuo patre pronunciatur filia legitima ad agendū contra vnum possessorem partis hæreditatis sententia non præiudicat possessori alterius partis, quia † possessores dictæ hæreditatis sunt diuersæ personæ æquale interesse habentes eodem tempore, quare ambo debent citari, *Felin. in cap. penul. de sentent. & re iudic. nu. 9. vers. vnde si mortuo.*

Demum non obstant deducta ex mandato præsumpto; quia pari modo fuit dictum non releuare, cum actus, qui dantur † hanc præsumptionē non concludant pernecesse, prout dictum fuit ex *Ruin. cons. 66. num. 18. lib. 3. supra adducto.*

22 Nam coniunctio sanguinis † inter fratres, de qua per Seraph. *dec. 1433. num. 3. Ruin. cons. 101 num. 13. lib. 1.* non suffragatur in casu præiudicia-
23 li, cum Seraphinus loquatur in † fauorabilibus, non in præiudicialibus, vt in casu nostro, in quo non potest constitui procurator pro altero non consentiente; cum iudicium solum substineatur respectu illius tantum, qui comparuit, *Rota dec. 34. num. 2. de procur. in antiq.*

Aliud fundamentum deductum à magnis impensis, & ex eo, quod Demetrius dederit apochā emptionis Prædij, de quo agitur, productam in ista lite, ex quibus informantes, pro Glauaris
24 arguunt scientiam, & patientiam litis, & † quod ideò ei etiam sententia nocere debeat, dicto *cap. quamuis de sentent. & re iudic. Gabr. cons. 149. num. 65. lib. 2.* fuit pariter dictum non releuare, quia neque expensæ probantur, & quando probarentur, attribuerentur ipsi Petro, qui in causa interesse habebat. Productio autem Apochæ à Pe-
25 tro nomine † fratris non operatur contra eum, sed restringitur ad factum, & partem facientis, *l. ex parte, ff. fam. ercisc. Natta cons. 303. num. 2. Rota coram Gregor. dec. 472. num. 4.*

Nec demum obstare dixerunt Domini, quod Demetrium post captam possessionem à fideicō-
26 missarijs acquieuerit, quia † exitus declarauit acquiescentiam non esse veram, dum appellauit, & causam suo nomine defendit, quod ex diametro
27 repugnat consensui † sententiæ, & Demetrius dixit appellare à sententia, quatenus ei fieret ali-
28 quod prǽiudicium, qui † est germanus modus veniendi ad causam, prout in prima, *Rota decis. 17. num. 5. par. 3. Recent. cum alijs.*

Et ideò Domini responderunt Ægidianam uō intrare quoad Demetrium, & sic sententiam respectu illius esse nullam, vtraque parte informāte, &c.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO postea S. R. E. Cardinali.

Spoletana Successionis.

Lunæ 8. Martij 1638.

ARGVMETVM.

Statutum Spoleti excludens filiam dotatam à successione, & vlterius prohibens nihil illi relinqui posse, excludit mulierem nedum ab hæreditate dotantis, sed etiam aliorum, vbi varia de materia huiusmodi Statuti, & an principaliter dicatur cōditum fauore familiæ, vel in odium magnarum dotium.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas patrui defertur ad nepotes, qui in successione concurrunt cum alio patruo superstite.*

2 *Statutum quod filia dotata non succedat non exprimendo à quo, dicitur loqui in rem, & ideo eam excludit etiam ab hæreditate non dotantis, & num. seqq.*

3 *Statutum vlterius procedens in exclusione filiæ dotatæ,*

tatæ, eam excludit ne dum ab hæreditate dotantium, sed etiam aliorum.

4 *Statutum quod filia dotata non succedat patri, matri, fratri, &c. tunc dotata ab vno excluditur etiam ab hæreditate aliorum.*

5 *Statutum, quod filia dotata non succedat patri, matri, alijsque ascendentibus, perinde est ac si eam nominatim ab omnium ascendentium successione excluderet.*

Ascendentium successione prohibita, omnium successio censetur prohibita, ac si nominatim omnes expressi fuissent, ibid.

6 *Statutum excludens mulierem dotatam si intelligeretur ab hæreditate extranei dotantis superflua fuisset illius dispositio.*

7 *Statutum vietans mulieri dotatæ aliquid relinqui posse, loquitur de personis non dotantium, & sic ab eorum hæreditate eam excludit.*

8 *Causa Constitutionis, aut Statuti cessante, cessat pariter eius dispositio.*

9 *Dotium excessus dicitur causa impulsiua Statuti taxantis certam dotem, & num. seq.*

10 *Familiæ decus, ac stabilitas dicitur principaliter considerata in Statuto certam dotem assignante.*

11 *Statutum excludens feminas propter masculos dicitur principaliter conditum fauore familiæ, & agnationis.*

12 *Causa finalis Statuti non ex solo proœmio elicitur sed ex his, quæ postea per Statutum ordinata leguntur.*

13 *Verba Statuti cui non conueniunt, nec illius dispositio conuenire potest.*

14 *Statuta nouum regulariter non comprehendit casũ ante editam Constitutionem euentum.*

15 *Legis natura est dare formulam futuris, non autem præteritis negocijs.*

16 *Statutum exclusiuum feminarum conditum post delatam successionem quoad eam nihil operatur.*

17 *Statutum excludens mulierem dotatam, cum principaliter dicatur factum fauore agnationis quocũque tempore successio contingat eam excludit, siue ante, siue post matrimonium.*

18 *Ratio statuti decidit casum omissum non per viam extensionis, sed per viam comprehensionis.*

19 *Statutum prohibens ne aliquid relinquatur mulieri dotatæ, tam ante, quam post contractas nuptias, omne tempus includit, quo posset acquisitio contingere.*

Verba, tam antea, quàm postea, *omne tempus includunt, nu. 19.*

20 *Dictio,* post, *significat tempus immediatum post actum, cui subijcitur.*

21 *Dictio,* postea, *significat actum postea factum cum aliquo temporis interuallo.*

22 *Dictio,* post, *& dictio,* posteà, *non differunt.*

23 *Verba mentionem facientia de filijs in statuto, aut constitutione apposita, indicant tempus longè post contractum matrimonium propter existentiam filiorum qui ex illo nasci debent.*

DECISIO XX.

Actum fuit in hoc dubio super hæreditate Nicolai ad cuius successionem petebat Vincentius admitti excluso Sancte filio Fœlicis suæ sororis iam defunctæ, & quia non poterat Sanctes excludi ab eadem hæreditate ex dispositione iuris

1 communis in qua † vocabantur nepotes ad hæreditatem patrui defuncti simul cum alio superstite, *vt in §. si igitur defunctus auth. de ab intestato venientibus, & in auth. cessante, legit. hæredib.* Deducebat Vincentius exclu[...] Sanctis tum ex dispositione statuti antiqu[...] tatis quæ erat confirmata à Sede Apostoli[...] prohibebat vt non posset aliquid relinqui [...] fœminis occasione cuiuscumque iuris, a[...] præter quantitatem dotis statutam in ea [...] tione; Sed cum proponeretur coram [...] bium quibus debita esset hæc successio [...] die 11. Aprilis anni 1636. * responderu[...] in ea concurrere Sanctem simul cum [...] tio fundati potissimum in antiquo statuto [...] non visum fuit denegare successionem, [...] bonis eius, qui dotem dedisset filiæ, qu[...] bat ab ea successione excludi, vnde recte [...] Sanctes admitti ad eandem successionem [...] te impedimento, quod potuisset illi dare [...] Felicis suæ matris in cuius locum ille suc[...] debebat. Verum proposito iterum hodie [...] dubio contrarium existimarunt propter [...] sanctionem cuius depositio non visa fuit d[...] se restricta ad solam hæreditatem dotantis [...] generalis esset, & nominatim, atque e[...] excluderet fœminas ita dotatas ab omni [...] cessione.

Etenim statutum in illa erat, vt fœmin[...] cumque gradus, aut dignitatis non posse[...] re maiorem dotem quam mille floren. p[...] do, vt nihil illis relinqui posset à quibus[...] personis siue ex causa augumenti dotis, [...] uæ, aut secundæ dotationis, & generali[...] sione cuiuscumqe iuris aut tituli, ad tolle[...] omnem fraudum, occasionem quæ cont[...] prohibitionem fieri, aut excogitari po[...] clarabat, vt neque etiam liceret aliquid r[...] re filijs mulieris ità nuptæ siue illius coni[...] eiusdem coniugis consanguineis in quacu[...] dispositione tam si illa fieret inter viuos, [...] in vltima voluntate, & demum prohibeb[...] læ non possent ab intestato succedere pa[...] auo, matri, aut auiæ, aut alijs ascendenti[...] casu quo adessent fratres, siue illorum fi[...] alij descendentes masculi, à quibus volueru[...] semper excludi. Ex his verò quæ appareb[...] posita in tota illa constitutione rectè vis[...] bari mens ac voluntas, quàm habuerunt [...] Conditores, vt filiæ excluderentur à succ[...] quarumcunque personarum non habita [...] vtrum personæ ad quarum hæreditatem [...] petebant essent eædem an verò diuersæ, vt [...] nebat antiquum Statutum. Hæc verò illo[...] luntas colligi poterat, primo ex his quæ le[...] tur ab ijs prouisa in traditione dotis, ac[...] ex his, quæ expresse ab eisdem constituta [...] in exclusione fœminarum, quibus eadem d[...] di debebat, quia in prima parte non lege[...] quibus fœminæ eam dotem habere debu[...] effectum vt deinde succedere non possent [...] aliquid eis relinqui non liceret vltra ipsam [...]

2 Vnde ea constitutio dicebatur esse † in re[...] cepta, quæ omnes afficiebat cum non po[...] ea dici, vt videretur respexisse ad dotem ce[...] siue singularum personarum, quarum n[...] intelligi deberent postea repetita in secun[...]

te in qua agebatur de illarum exclusione, vt fuit sententia *Castren. in consil. 91. lib. 2.* vbi sub *num. 2.* dicit ita vidisse seruari similia statuta, & hoc modo etiam dicit intelligēdam esse doctrinam *Bald. in l. 1. C. de legit. hæredibus*, qui eamdem opinionem tenuit in casu quo appareret statuentes † vlterius progressos fuisse in exclusione, & eum sequutus fuit *Dec. in l. vt liberis, nu. 8. C. de collat. & in cons. 346. nu. 4.* vbi attestatur de communi opinione, *& in cons. 378. nu. 8. Curt. Iun. cons. 65. n. 3 qui pariter dicit cons. Castr.* communiter approbari, *Albert. Brun. super statut. exclus. fœminar. art. 8. num. 64.* in secunda verò parte non solùm exprimebantur personæ † à quarum successione fœminæ excludi debebant, in quo dicebatur esse certa mens statuentium respectu hæreditatis earumdē personarum, vt sequendo idem *cons. Castrens.* tenuit Decius *in add. cons. 346. nu. 4. & cons. 379. n. 8. Roman. cons. 485. num. 1.* & tenuit Rota in *Romana Hæreditatis de Sellis 16. Ianuarij 1608. cor. Ortembergo.* Sed præter nomen patris, & matris, & auiæ quarum successio fuit expresè negata illarum filiabus dictum fuit præterea, vt † neq; illæ succedere possent alijs ascendentibus, qui essent vltra eum gradum sub qua prohibitione censebatur comprehensa nominatim successio omnium aliorum ascendentium, perinde, ac si illorum nomina expresè pronunciata fuissent, *argum. text. in l. si duo, ff. de administr. tutor. & l. si seruus, de acquir. hæred.* & considerauit *Castr. d. cons. 91. n. 3. Rol. cons. 24. n. 12. vol. 3.* & respectu successionis patrui expresè hoc prohibitum fuit, quia cum cōsiderati fuissent in ea constitutione plures casus quibus fraudari posset mens statuentium declaratum fuit in specie, vt non posset aliquid relinqui à fratre sorori, à patruo nepti, non solum ex Testamento, sed neque etiam ab intestato in casu quo aliquis eorum vellet ita decedere, vt posset filiæ, aut nepti acquiri sua hæreditas; imò non solum consideratus in ea fuit hic casus successionis in hæreditate ascendentium, aut lateralium, sed prouisū etiam fuit, vt nihilominus posset eisdem fœminis relinqui ab alijs quibuscumque personis, quæ nullo consanguinitatis iure eis coniunctæ essent, quod solum sufficere poterat, vt exclusio censeri deberet generalis, quia in dote data ab extraneo inutilis † fuisset ea dispositio si illa ita intelligenda esset excludere fœminam dotatam à sola hæreditate dotantis dū ab ea excludebatur ex dispositione iuris communis, vt considerauit *Rom. in add. cons. 485. num. 2.* quem sequutus fuit *Brun. super Statuto exclusio fœminarum, art. 8. nu. 64. Gabr. de Stat. concl. 5. nu. 3.* & hoc etiam significare poterant ea verba, vt nulla ratione, aut causa aliquid eis relinqui † posset cum illa exponi deberent, vt neque fœminæ possent admitti ad successionem patrui, aut aliarum personarum, eo quia non fuissent ab illis dotatæ, vt considerauit *Corn. cons. 323. nu. 7. vol. 3.*

Neque obstare visum fuit quod causa eius constitutionis essent expensæ quæ fiebant in traditione dotium siue occasione nuptiarum, & ita cum propter mortem Fęlicis videretur cessare causa constitutionis † cessare deberet etiam illius effectus in persona Sanctis eius filij, *arg. tex. in l. si iam facta, & in l. conditionum, ff. de conditionibus, & demonstr.* & tradit *Bart. in l. filia 11. C. de legat. & Bald. ibi n. 1. Tiraq. in tractatu cessante causa, limit.*
9 *18. n. 1.* Eæ enim expensæ siue excessus † dotium, quæ dari solebant ante editam constitutionem visæ fuerunt potius dici posse illius causa impulsiua quam finalis quia cum dicerentur esse origo, & causa paupertatis familiarum quæ propter dotes priuabantur suis diuitijs, inde colligebatur quod
10 finis siue causa vltima constitutionis erat decus, † ac stabilitas familiarum quæ apparebant in ea cōstitutione principaliter considerata fuisse, vt declarat idem *Bart. in l. 2. § vlt. ff. de donationibus, & in l. demonstratio, §. quod autem, ff. de condit. & demonstr. n. 18. Card. Mant. de tac. & ambig. conuentionib. lib. 3. tit. 12. n. 2.* Et generaliter agnoscunt DD.
11 hanc causam vltimam, † siue finalem omnium statutorum in quibus disponitur vt fęminæ admitti non possint ad successionem in concursu masculorum, & voluit *Rom. in add. cons. 485. n. 3. Rol. cons. 24. nu. 13. lib. 3. & tradit. Bald. in l. quod verò nu. 3. ff. de legib. & in l. maximum vitium n. 4. C. de liberis præteritis Cinus in l. publico, n. 6. C. ad l. Iuliam de adulterijs,* & voluerunt alij quos refert *Gabriel. de statut. concl. 7. n. 1.* Et hanc rationem decoris familiarum, & conseruationis agnationis apparebat præterea consideratam fuisse in tota constitutione, quo casu non poterat haberi ratio so-
12 lius proemij, sed causa † finalis eiusdem constitutionis desumi debebat ex ijs quæ postea in ea firmata fuerunt, quæ sola legem dare poterant in hac successione, vt fuit sententia *glosæ in Clem. 1. de elect.* quam sequuntur ibi *Card. n. 9. Imol. n. 20. Soc. cons. 24. n. 1. lib. 4. Barb. cons. 16. n. 1. in fin.* & tenuit *Rot. in Sabinen. Castri 8. Febr. 1627. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Non etiam obstare visum fuit quod dicebatur, vt verba eiusdem constitutionis non comprehenderent mulierem iam nuptam, sed solum eam quæ nuptura esset, cum non solum ea videretur esse mens statuentium coercere immodicas largitiones dotium, & expensas quæ fiebant illarum occasione, sed hoc etiam ostenderent verba constitutionis, quatenus loquebantur de mulieribus quæ nubere deberent; vnde non poterat sub ea dici comprænhensus casus Fęlicis iam nuptæ cui eadem ver-
13 ba † non conueniebant *arg. tex. in l. 4. § toties ff. de damno infecto, & l. hac accusare, §. omnibus, ff. de accusat.* & tradit *Felin. c. nonnulli, n. 34. de rescr.* Hæc enim obiectio non differebat à superiori, cùm idem esset suppositum quod in illa fiebat vt ratio eius constitutionis fuerit occurrere fraudi quę fieri possent in traditione dotium, non autem prouidere aut consulere indemnitati familiarum, quare præiudicium consistebat non minus in opulentis dotibus quas fœminæ recipiebant, quam in hæreditatibus in quibus illæ succedere debebant in concursu masculorum, Neque contrarium significare poterant illius verba quatenus loquebātur de fęminis nubendis, quia alius erat sensus, & interpretatio eorum verborum cum posita essent ad effectum declarandi, quod sub noua constitu-
14 tione solum comprehendi † debebant illę quæ imposterum nuberent, non autem quæ nuptæ essent antequam eadem constitutio edita aut promulgata fuisset, prout erat natura legis prouide-
15 re, ac † dare formam futuris non autem præteritis negocijs, vt probat *tex. in l. leges 7. C. de legibus, & in auth. de nuptijs in princ. & notat glos. in d. l.*

d. l. leges, in verbo futuris, Bald. in l. vlt. n. 1. C. de pact. pignorum, & in l. illam n. 2. C. de donat. vbi
16 hoc notat in terminis statuti exclusiui,† quod conditum fuit post delatam successionem, & voluit *Natt. in cons. 514. nu. 7. in fin.* qui idem tenet in terminis statuti Astensis, quod excludebat viduas maritandas à successione filiorum & dicit sub ea comprehendi omnes quę iterum nuberent post conditum statutum quamuis reperiuntur nuptæ tempore delatæ successionis.

Et quod hæc fuerit voluntas statuentium, vt intelligerentur comprehendere omnes quæ nupsissent post conditam constitutionem visum fuit suaderi posse tam ex illius ratione, quàm etiam ex eiusdem verbis. Et primo illius ratio certum est quod fūdabatur in sola conseruatione agnationis, quę id suadebat vt masculi non priuarentur diuitijs, aut hæreditate suorum parentum propter do-
17 tes sororum, quę ratio non magis conueniebat † fęminis quibus acquiri debebat ea successio antequam nuberent, quam illis quæ reperirentur in matrimonium collocatæ tempore successionis, vnde dicenda erat constitutio æqualiter disponere super ea successione quocumq; tempore illa contingeret siue ante, siue post contractas nuptias, *arg. tex. in l. ideo, & in l. de quibus, ff. de legibus, & in l. non possunt, ff. eodem tit. notat Bald. in d. l. de quibus, n. 99. & in l. quod vero, n. 4. ff. eod. tit.* & rationem considerat ibi Bald. quia vbicumque aliquid suadere videtur ratio quæ potest confide-
18 rari in statuto † declarat, ac decidit casum qui in eo expressus non fuit, non solum per viam extensionis, sed etiam per viam comprehensionis, vt tradit *Bart. in l. omnes populi, num. 6. ff. de iustitia, & iure, vbi etiam Bald. n. 95. Dec. in cap. ac si Clerici §. 1. n. 90. de iudicijs, & in cap. secundo requiris, n. 5. de appell.* Alex *cons. 73. n. 3. lib. 5. Castr. cons. 83. n. 2. lib. 2.*

Hoc idem colligi poterat ex verbis eiusdem constitutionis dum generaliter prohibebant, ne aliud posset reliqui fęminis præter eam dotem à quacumque persona tam ante, quam post contractum
19 matrimonium, quia hæc verba † includebant omne tempus quo potuisset ea acquisitio contingere ex *not. per DD. in l. post dotem, ff. solut. matr. & in l. fructus, ff. eodem tit. vbi Bart. num. 10. notat glos. in l. cum fundus, ff. de vi & vi armata, in verbo postea. Tiraquell. in l. si vnquam, in verbo & postea, num. 13. C. de reuocandis donationibus.* Neque contrarium dici poterat ex his quæ notat *Iason super*
20 *ea* † *dictione post, in d. lege post dotem, ff. sol matr. quam refert Tiraq. sub n. 12.* quod scilicet ex illa significaretur actus qui proximè fiat post actum cui eadem dictio subijcitur ad differentiam alte-
21 rius dictionis *postea* † per quam significari solet actus postea factus, sed cum aliquo interuallo tē-
22 poris. Hanc enim † differentiam expresse reprobat *Tiraq. super eadem l. si vnquam, n. 13. & Bart. in l. fructus, nu. 10. ff solut. matrim.* Neque poterat illa recipi in hoc casu tanquam cōtraria alijs verbis eiusdem constitutionis in quibus præcipiebatur vt neque aliquid reliqui posset filijs earum
23 fœminarum, quæ nuptæ iam essent, † quibus verbis significabatur tempus longè post contractum matrimonium propter existentiam filiorum, qui ex eodem matrimonio procreari, & nasci debebant *arg. tex. in l. septimo mense ff. de stat. homin, &* *in authen. de restitut. & ea quæ parit. in* [...] *§. vnum si quidem, & notat ibi glos. in ver*[...]*cto, & in l. intestato, §. vlt. ff. de suis & legi*[...]
Et ità vtraque, &c.

☞ *Decisio ista cum non habeatur impressa* [...] *in fine Decisionum, in Appendice earum* [...] *die 11. Aprilis 1636. coram eodem Em*[...] *Verospio.*

R. P. D. GHISILER[...]

Postea Episcopo Terracinen.

Gerundeñ Administrationis.

Mercur. 10. Martij 1638.

ARGVMENTV[M]

Sententia quando dicatur conformis, & q[...] cus: Bona Ecclesiæ Regularis communi[...] datur distinctio mensarum scilicet vt vn[...] batis, alia verò Conuentualis.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ ad hoc vt dicantur Conformes* [...] *quod in effectu, qualitate, & substan*[...] *dent.*
2 *Sententiæ adhoc, vt non dicantur confor*[...] *quiritur difformitas circa substantiam,* [...] *tatem principalem.*
Clausula sinè præiudicio trium confor[...] *telligitur de sententijs validis, & iustis*[...]
4 *Regula S. Augustini cauetur omnia bona* [...] *munia.*
5 *Distinctio mensæ inter Abbatem, & C*[...] *non datur vbi Monachi non possunt ha*[...] *prium.*
Concessio alicuius portionis ad vsum [...] *potest dari Monachis, qui proprium haber*[...] *sunt, num. 5.*
6 *Concessio alicuius portionis ad vsum leg*[...] *signata Monachis qui proprium habere n*[...] *non impedit quin bona non dicantur com*[...]
7 *Regulares non sunt capaces Dominij.*
8 *Abbas ex actibus à se solo gestis, non ind*[...] *sionem inter propriam, & Mensam Con*[...]
9 *Archipresbyter non potest piæiudicare Ca*[...]
10 *Verba sunt intelligenda respectu person*[...] *quibus agitur non autem aliarum.*
11 *Verba quando sint prolata demonstratiuè*[...] *spositiuè.*
12 *Actus nunquā potest inferre præiudicium* [...]

DECISIO XXI.

COmissa mihi per signaturam cùm cl[...] *constito de tribus conformibus* causa app[...] nis interpositæ à tribus sententijs Rotal[...] quibus fuit pronunciatum, administratio[...] risdictionis, aliorumque bonorum, & Iu[...] clesiæ Collegiatæ Beatæ Mariæ Villæ Be[...] fuisse, & esse communem Canonicis, & C[...] simul cum Archipresbytero, nullumquè [...] Archipresbytero sine Canonicis, & Capi[...]

petere saluis tamen iuribus Archipresbyteri super fructibus Piattariæ, & Camerariæ sibi in Bulla erectionis dictæ Ecclesiæ in Collegiatam particulariter assignatis; DD. consideratis hinc indè deductis iuxtà dubiũ propositum censuerunt cõstare de tribus conformibus ex lectura illarum, cum vna sit † confirmatoria alterius, & ad, hoc vt dicantur conformes sufficit, quod in effectu qualitate, & substantia concordent *Glos. in Clem. 1. in verb. alicui de sententia, & re iudicata Ruin. cons. 114. n. 10. & 13. lib. 5. Soccin. iun. cons. 74. n. 1. & 2. lib. 2. Thesaur. dec. 112. & dec. 128. n. 1.* & ità pluries censuit Rota in pluribus causis, & signanter *in Romana Successionis coram Orano 23. Maij 1597. in rec. dec. 98. p. 1. & 137. n. 1. p. 5. in Rom. de Arigonijs 23. Ianuar. 1627. corã bo. me. Card. Viriè & in Signina Castr. 19. Iunij 1634. coram R. P. D. Iaeo Panzirolo* nam ad effectum, vt sententiæ non dicantur † conformes, opus est, quod adsit difformitas circa substantiam, vel qualitatem principalem *Alex. cons. 77. numer. 3. vers. sicut ergo lib. 2.* ita *Bart. in l. si quis simpliciter, ff. de verb. oblig.* & ità fuit resolutum *in d. Romana Successionis coram Orano*, & quamuis clausula *constito de tribus conformibus* intelligatur de tribus sententijs validis, † & iustis sicut clausula *sine præiudicio triũ conformium*, aliàs non dicitur constare de tribus *l. 4. §. condemnatum cum ibi notatis, ff. de re iudicata Rota coram Orano in Lauden. pecuniaria 10. Iulij 1588. & in Vlixbonen. 4. Maij 1611. coram Penia*, & in Ferrarien. dotis 26. Iunij 1628. coram *Eminentiss. Card. Vbaldo*, tamen in sententijs, de quibus agitur non dubitatur de validitate, & iustitia probatur ex decisionibus in causa factis in tribus Instantijs, eo quia d. sententiæ emanarunt ad formam literarum sa. me. Clementis VIII. in quibus Ecclesiam Villæ Bertrandi olim sub regimine Canonicorum Regularium S. Augustini suppressorum in toto Principatu Cataloniæ, in Collegiatam Sæcularem erexit pro vno Archipresbytero, & tot Canonicis, quot antea existebant Canonicales portiones, qui omnes Capitulum eiusdem Ecclesiæ constituerent; in quibus litteris applicantur expresè Ecclesiæ, & Capituli redditus, & iura quæcumque mensæ Conuentualis, officiorum claustralium, Archipresbyteratui verò fructus Camerariæ, & Piatteriæ, & conceditur vtrique administratio fructuum, reddituum; prouentuum; iurium iurisdictionum, bonorum annexorum, incorporatorum, & applicatorum cum facultate capiendi possessionem, suo, & eorum mensæ Capitularis, & Archipresbyteratus nominibus per se, vel alium, seù alios propria auctoritate.

Non obstat, quod in literis erectionis Ecclesiæ Celsonen. in Cathedralem in qua fuerunt instituti quatuor Dignitates, idem Clemens VIII. pro earum dote assignauerit bona mensæ Abbatialis Ecclesię B. Mariæ de Villa Bertrando, partim in Prouincia Cataloniæ, & partim in Regno Aragoniæ existentia, vt patet ex lectura literarum, & propterea Capitulum nullum habeat interesse in bonis mensæ Abbatialis assignatis Dignitatibus Celsonen. ab illis deinde cessis per particularem concordiam cum reseruatione beneplaciti Apostolici Archipresbytero Collegiatæ Villæ Bertrandi.

Quia respondetur primò, sententias, ne verbum quidem facere de mensa Abbatiali, & cum emanauerint in executionem supradictarum literarum erectionis huius Collegiatæ tribuentium administrationem omnium bonorum etiam iurisdictionalium simul Archipresbytero, & Capitulo per illa verba, *ita quod liceat d. Ecclesiæ Archipresbytero, & Capitulo prædictis, fructuum, reddituum, prouentuum, iurium, iurisdictionum, &c. realem possessionem suæ, & eorum mensæ Capitularis, & Archipresbyteratus nominibus propria auctoritate apprehendere, & perpetuò retinere, fructus quoque redditus, Iura obuentiones, & emolumenta, resque, & bona, vt supra illorum percipere, exigere, & consequi, necnon locare arrendare, ac ita illis, quam Archipresbytero prædictis reliqua omnia supradicta in suos, & dictæ Ecclesiæ mensæ Archipresbyteratus, Canonicatuum, & Præbendarum vsus, & vtilitatem, onerumque eis incumbentium supportationem respectiuè conuertere &c.* vt latius in dictis literis, sufficit pro executione sententiarum quod illarum verba correspondeant verbis literarum erectionis Ecclesiæ in Collegiatam ad prætensum excessum excludendum, & si Archipresbyter prætendit se habere mensam Abbatialem separatam, non ex hoc potest impugnare sententias quæ de bonis mensæ Abbatialis nõ loquuntur, sed de bonis etiam iurisdictionalibus Ecclesiæ eiusque mensæ Capitularis, & propterea debet vti alio remedio sibi magis proficuo, & opportuno pro consequenda prætensa mensa Abbatiali.

Secundò quia non iustificatur ista distinctio mensarum, vel existentia mensæ Abbatialis, seu bonorum propriorum Abbatis, in quibus nullum Ius Conuentus haberet, quinimò contrarium probatur ex eò quod ante suppressionem omnia bona semper fuerunt communia Abbati, & Monasterio cum bona etiam iurisdictionalia à primæua erectione Monasterij, & successiuè fuerint communiter donata Abbati, & Fratribus prout ex ipsa erectione, & pluribus donationibus datis, quod est conforme Regulæ S. Augustinii, qua ca-
4 uetur, omnia bona esse communia, nec admittitur proprium alicuius, & propterea cum ista Ecclesia esset Regularis, & neque Abbas, neque Monachi possent habere proprium, nõ potest dari ista distinctio mensarum, sed omnia bona sunt Eccle-
5 siæ, † & solum potest dari aliqua concessio portionis ad vsum legitimum, iuxtà ea quæ tradit *Nauar. in comm. 3. de Regular. sub num. 10. §. et secundum*, quod non facit, quò minus bona sint communia, vel quod desinant, esse talia, vt be-
6 nè † deducitur in *decis. Reuerendiss. D. mei Decani in hac causa 11. Decemb. 1630. quæ est 414. par. 5.*
7 *recent. vbi n. 35.* concluditur † Regulares non esse capaces dominij, & debere esse paratos dimittere vsum ad libitum Superiorum, & portionem etiam concessam animo à se abdicare: vnde infertur communionem esse claram, & dominium bonorum remanere semper penès Superiorem: Et sic cum ab initio erectionis in Ecclesia Regulari communis esset administratio omnium bonorum Abbati, & conuentui ex actibus gestis à solo Abbate non potest induci diuisio inter, mensam Abbatialem propriam Abbatis, & Conuen-
8 tualem ab ea contra distinctam: † vnde potius di-

dicendum est fuisse conseruatum ius sui consortis, vt latè fuit firmatum in secunda *decis. D. mei Verospij in hac causa 13. Maij 1630. quæ est 373. p. 5. recen. & in supradicta 414. Reuerendiss. D. mei Decani,* maximè quia dantur actus etiam communiter facti, ex quibus meritò Rota firmauit in decisionibus in hac causa factis saluum remansisse ius Capituli iuxta erectionem, & donationes,
9 illique non præiudicasse † quidquid egit Archipresbyter post sæcularizationem, vt fuit benè firmatum *in prædicta decis. 373. num. 7. & seqq.*

Non obstat declaratio Clementis VIII. eius intentionis minimè fuisse *Iurisdictionem in temporalibus, & facultatem deputandi Notarios ad exercitium officiorum Notariorum, & Scribaniorum huiusmodi aliàs pro tempore existenti Abbati suppressi Monasterij Villæ Bertrandi huiusmodi competentem Decanatui, Archidiaconatui, Cantoriæ, & Thesaurariæ prædictis tribuere, sed eas penes pro tempore existentem Archipresbyterum Collegiatæ Villæ Bertrandi remanere debuisse, & eidem Archypresbyteratui vnitas, & annexas fuisse, et esse, necnon liberum exercitium iurisdictionis huiusmodi ad modernum, & pro tempore existentem Archipresbyterum perpetuis futuris temporibus spectare, et pertinere decernen. ex tunc irritum etc.* quia iuxtà responsiones datas *in prima decis. D. mei Verospij 16. Febr. 1629. inter impress. p. 5. rec. dec. 252. et in supradicta decis. Reuerendiss. D. mei Decani* 414. cum iurisdictio esset communis Abbati, & Conuentui verba declarationis non important quod iurisdictio fuerit assignata Archipresbytero, excluso Capitulo, sed quod Iurisdictio non fuerat concessa dignitatibus Celsonen. & cum esset quæstio inter dictas Dignitates, & Archipre-
10 sbyterum, dicta verba † declarationis sunt intelligenda respectu Dignitatum Celsonen. non autem respectu Capituli, cum quo non agebatur ad tradita *per Bald. in l. 1. n. 4. C. de bonor. poss. con. tab.* vbi etiam *Ias. n. 7.* & propterea cum SS. Pontifex declarauerit suæ intentionis non fuisse iurisdictionem applicare dignitatibus Celsonen. illa spectat ad Capitulum, & Archipresbyterum, quibus bona mensæ Conuentualis fuerunt applicata, cum illa verba sint prolata demonstratiuè
11 ad † exclusionem † Dignitatum Celsonen. non autem dispositiuè ad exclusionem Capituli.

Nec censuerunt DD. obstare ea, quæ dicuntur de concordia facta per Archipresbyterum cum Dignitatibus Ecclesiæ Celsonen.; quia stante supradicta declaratione Clem. VIII. quod iurisdictio semper remanserit penès Archipresbyterum pro tempore existentem, & nunquam transiuerit ad dignitates Celsoneñ nullum ius de no-
12 uo fuit acquisitnm Archipresbytero, † per cuius actum nullum potuit inferri præiudicium veritati, dum constat aliunde bona pertinuisse communiter ad Archipresbyterum; & Capitulum ex allegatis in *prima decis. D. mei Verospij.*

Ex quibus, & alijs latiùs deductis in decis. factis in tribus instantijs DD. iterum dixerunt confirmandas sententias Rotales declarantes ad præscriptum literarum erectionis ius administrandi bona, redditus, & prouentus, aliaque iura quæcumque Ecclesiæ Collegiatæ B. Mariæ Villę Bertrandi eiusque mensæ Capitularis etiam iurisdictionalia spectare, & pertinere simul, & coniunctim ad Canonicos, & Capitulum eius Ecclesiæ cum Archipresbytero, saluis iuribus Archipresbyteri super fructibus Piattariæ, & ...rariæ sibi particulariter assignatis.

R. P. D. PANZIROL...
Posteà S. R. E. Cardin.

Valentina Iuris sedendi.

Mercurij 15. Martij 1638.

ARGVMENTVM.

Remissoria in prophanis datur sine fumo ... leuantia articulorum, quod fortius pro... to fumo testium ad perpetuam memo... minatorum, & ex quibus Rota soleat ... rosa vel prona ad illam concedendam.

SVMMARIVM.

1 *Causa dicitur prophana quando non agi... tulo beneficij.*
2 *Remissoria datur etiam sine fumo in proph... do articuli sunt releuantes.*
Remissoria in prophanis semper conceditu... datur fumus, num. 3.
3 *Testes ad perpetuam rei memoriam suf... obtinenda remissoria in prophanis.*
4 *Immemorabilis solet præbere meliorem ... mundo.*
5 *Obseruantia interpretatiua verbi dubij ... lam consuetudinem decem annorum.*
6 *Consuetudo attenditur in materia pr... rum.*
7 *Remissoria non solet concedi à Rota pro... tatione literarum Apostolicarum pos... runt ab ea interpretatæ.*
Quod procedit quando verba sunt adeò ... non admittant aliquam dubietatem, n...
9 *Remissoria non datur quando res articu... rent imaginariæ & adest præsumptio ... absque fumo veritatis.*
10 *Remissoria non denegatur ex suspicione ... dat ad tollenda motiua antecedentia ... num.*
11 *Remissoria conceditur etiam in gradu ... post sententias Rotales præuijs decisio... tione quod.*
Rota in prophanis non solet esse rigoro... na in concedenda remissoria, n. 12.

DECISIO XXII.

PRo concessione Remissoriæ resp... ex vulgata regula quod in proph...
1 hic, cum non agatur† de titulo Benefici... *dec. 99. par. 1. Rota dec. 633. in princ. par...*
2 passim datur † remissoria etiam sine fu... do articuli sunt releuantes. *Caputaq. de... Rota diuers. dec. 102. n. 1. par. 1. & in ... 315. num. 3. par. 5. Greg. dec. 124. & 56...*

Et multò magis in præsenti casu, ...
3 fumus ex testibus † ad perpetuam rei ... examinatis, quem esse fufficientem ad ... Remissoriæ dixit *Rota coram Gregor...*

num.1. & coram Caual.dec.79. num.4. vers. tertio visum fuit.

Quod autem articuli sint releuantes visum est constare ex eo quod continent in præteritum sæpius eueniſſe, quod in Choro Eccleſiæ Valentinæ tempore recitationis horarum diuinarum adfuerunt ſedes vacuæ dignitatum, quodque Præpoſiti ibidem præſentes eas ſic vacuas reliquerunt, nec vnquam ſederunt ſuper illis, vel earum aliqua, cum additione etiam requiſitorum immemorabilis, quæ tamen tribuit quodcumque priuilegium, † & ſolet præbere meliorem titulum de mundo, *Rot.diuerſ.dec.254.n.10.lib.3.p.3 in rec.dec.286. num.3. in fin. par.4.& dec.150.n.4. 5.& 6. p.5. Seraph.dec.302.in fin.* & in ſpecie ad effectum remiſſoriæ concedendæ, *Buratt. deciſ. 392.nu.3.*

Et tanto magis cum in caſu præſenti pro conceſſione Remiſſoriæ viſum ſit non eſſe neceſſariam immemorabilem, ſed ſufficere conſuetudinem decem annorum, cum ſolum agatur de interpretatione † verborum indulti Sixti V. in materia præeminentiarum, non autem de inducendo aliquo ſtatu contra ius, *Caual.dec.80.nu.7. & dec.427.nu.2.& 3.* Regulariter enim in hac materia præeminentiarum Eccleſiaſticarum plurimum attendi † conſuetudinem teſtatur *Seraph. dec.964.num.1. Gregor.dec.124. nu.2. Caual. deciſ. 549.num.1. Rot.in recen.dec.288. num.5. par. 1.* & in terminis conſuetudinis ſedendi. *Menoch. conſ. 51.num.50.* & fuit dictum in *Paduana Sedilium 26.Ianuarij 1618. coram bon.mem. Sacrato.*

Nec viſum eſt obſtare, quod cum agatur de interpretatione literarum Sixti V. & Rota illas interpretata fuerit non ſit concedenda remiſſoria ad † probandum contrariam interpretationem, *ex Rota dec.212.num.1.par.1. recentior. Gegor.dec. 211.num. 6.* Quia fuit reſponſum id procedere quando verba ſunt † adeò clara vt non admittant aliquam dubietatem, non autem quando poteſt ſubeſſe aliqua dubietas, vt in puncto dixit *Rota apud Put.dec.15.num.3. lib.3.* & deciſiones ſupra allegatæ loquuntur quando Rota per plures ſententias, & longum tempus interpretata eſt verba alicuius conſtitutionis, vel Statuti, vt videre eſt in dicta *deciſ.212. ſub num. 1.* Quod tamen non poteſt applicari caſui noſtro. In deciſione verò 211. coram Gregorio non fuit denegata Remiſſoria principaliter ex hoc capite, vt legenti patet; ſed quia res articulatæ apparebant imaginariæ, & aderat † vehemens præſumptio calumniæ cum non daretur aliquis fumus veritatis, & ideò ex eo etiam quod Rota iam interpretata fuerat Conſtitutionem facilius fuit denegata Remiſſoria, cum tamen in caſu noſtro detur fumus ſufficiens obſeruantiæ interpretatiuæ, vt ſupra dictum eſt.

Nec releuat, quod Remiſſoria tendat ad tollenda motiua deciſionum † in hac cauſa factarum, quoniam ex hac ſola ſuſpicione non ſolet denegari remiſſoria, *vt coram Reuerendiſſ.D.meo Coccino Decano firmauit Rota, dec. n.7.ad fin. cum 299.& dec.338.n.2.& 3.* & quod concedatur Remiſſoria etiam in gradu reſtitutionis poſt ſententias Rotales præuijs † deciſionibus emanatis *Caual.dec.170.per tot.* Idque non alia ratione niſi † quia Rota in prophanis nō ſolet eſſe rigoroſa, ſed prona in concedenda Remiſſoria, vt apud *Cæſar. de Graſſ.dec.1.n.8.de dilat.Rota dec. 25. de teſtib.in antiq.* cum alijs ſupra citatis.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. CARILLO

Tiburtina Hæreditatis.

Lunæ 15. Martij 1638.

ARGVMENTVM.

Teſtamenti notula deperdita, vel ſubtracta, ſi poſtea Teſtator ſuum condidit Teſtamentum, illud non vitiat, vbi apparet Teſtatorem perfectè, ac deliberatè ita diſponere voluiſſe: hæredes plures in teſtamento nominati, ſi Teſtator intellexit quod vnus tantum eſſet hæres vniuerſalis, alij verò particulares, vnus ſolum admittitur.

SVMMARIVM.

1 *Mentis compos quilibet præſumitur.*

2 *Voluntas Teſtatoris executioni demandare nihil magis hominibus congruit.*

Hominum ſuprema voluntas libera eſſe debet, n.2.

3 *Notula ſeu minuta Teſtamenti ſi fuit deperdita, vel ſubtracta, & Teſtator de ea pluries fuit conqueſtus arguit imperfectionem voluntatis in poſteriori Teſtamento.*

4 *Teſtes examinati in cauſa criminali, nec repetiti in ciuili nihil probant.*

5 *Teſtes examinati in cauſa criminali, & repetiti in ciuili cum citatione partis, eiuſque interrogatorijs plenè probant.*

6 *Scriptura ad Teſtamentum faciendum parata nullius eſt momenti, ſi Teſtator decedat antequam in publicam formam ſit redacta.*

7 *Voluntas vltima, cum qua Teſtator deceſſit ſeruanda eſt.*

8 *Subtractio minutæ, ſeu notulæ Teſtamenti inſtitutionem poſtea factam non vitiat, vbi apparet teſtatorem ita diſponere voluiſſe, & vide ſup. num.3.*

Subtractio minutæ ſeu notulæ Teſtamenti, quam Teſtator requiſiuit ad effectum reminiſcendi legatorum, non vitiat inſtitutionem num.7.& 8.

9 *Dolus tertij nocere non debet inſtitutioni alterius, cuius non fuit cauſa immediata.*

10 *Hæredes plures à Teſtatore nominati omnes debent admitti.*

Intellige niſi Teſtator de vno intelligeret quod eſſet hæres vniuerſalis, alij verò particulares, quia tunc ille ſolus debet admitti, ibid.ſub n.10.

11 *Intentio Teſtatoris declaratur ex ſequentibus.*

Amplia vbi ſequentia continent actum concluſiuũ, & vltimum diſpoſitionis punctum, n.12.

12 *Teſtamentum perfectionem recipit ab vltimo puncto diſpoſitionis.*

13 *Teſtamentum ſiue hæredis inſtitutio facta ad interrogationem Notarij, cui Teſtator reſpondit per verbum ſic, valet.*

14 *Teſtator imponendo hæredi vt aſſumeret arma, et cognomen ipſius Teſtatoris, dicitur hoc feciſſe pro conſeruatione ſuæ agnationis, et familiæ.*

Agnatio et familia Teſtatoris conſeruatur per aſſumptionem illius armorum, et cognominis, n.14.

15 *Testamenti fauore in dubio est pronunciandum, quoties contra eum opposita non concludunt.*

DECISIO XXIII.

☞ DOmini steterunt in decisis sub die * 22. Iunij anni præteriti pro re iudicata respondentes, attenta iustitia sententiæ, non obstan. nullitatibus toties repertis, quas certum est nō subsistere, & penitus fumescere ex responsionibus datis in *dec. quæ reuidetur in §. non obstat, n. 6. vsque ad 9.* & ideò eas recensere omittitur: Cum tota difficultas fuerit reducta ad iustitiam dumtaxat, de qua hodie clarissimè constat tàm ex fundamentis decisionis *in §. iustitia, num.* 10. vbi apparet testamentum nuncupatiuum factum, fuisse à publico Notario rogatum coram septem Testibus, & Vicario generali Episcopi Tiburtini, & alijs solemnitatibus iuris per Io. Baptistam Zacconium sanæ mentis, prout quilibet præsu-
1 mitur, † *l. nec Codicillos, C. de Codicillis, Caualer. decis. 366. num. 3.* quam quia hodie hoc ipsum pars aduersa fatetur non impugnando validitatem Testamenti ex capite nec dementiæ; & ità dubium non est, quin prædictum Testamentum fuerit validum, & solemniter factum, & consequenter voluntas Testatoris in eo contenta executioni mandanda; Nihil enim est quod magis hominibus debeatur, quàm vt supremæ voluntatis
2 liber sit, & stylus ipsaq; voluntas exequatur † alias autem tolleretur arbitrium, *l. 1. vbi Bald. C. de sacros. Eccles. libr. 1. vbi Bartol. ff. de testam.*

Nec obstat nouum motiuum scilicet quod Testamentum Zacconij sustineri minimè possit ob subtractionem minutæ, seu notulæ eius propria manuscriptæ, quasi quod iuxta illius tenorem testari voluisset, cum sæpius eam petijsset & valde conquestus esset de eius amissione, vt deponunt testes Summ. Francisci Crucij num. 5. & sic ex hoc resultet imperfectio actus ratione volun-
3 tatis. † *Oldrad. cons. 119. Couar. in c. relatum de testam. Rot. dec. 576. num. 2. et 3. par. 2. recent.*

Quia vltrà quod Testes de hac minuta deponentes, & omnes alij sunt examinati in Iudicio
4 criminali, & non repetiti † in ciuili nihil probant ex latè deductis *in decis. quæ reuidetur numer.* 11. *Caualer. dec. 366. num. 5.* & ita non applicatur cō-
5 clusio, in qua se fundat pars aduersa † *ex decis. 352. num. 12. et 15. par. 5 diuers.* cum loquatur in repetitione cum Interrogatorijs, & citatione partis. Tollitur difficultas, tum quia eo ipso quod fuerit facta minuta seu notula ad testandum, non inde sequitur aliquid perfectum sufficiens ad irritandum solemne testamentum postea factum: Siquidem scriptura ad testamentum faciendum
6 parata nullius † est momenti, si prius decedat Testator, quam in publicam formam sit redacta: *l. si is, qui 25. l. ex ea scriptura 29. ff. de testam. l. fideicommissa 11. §. quoties qui exemplum testamenti præparat. vbi gloss. ff. de legat. 3. Anton. Gom. in l. 3. tauri n. 18. Gregor. Lopez in l. 23. glos. 1. tit. 1. par. 6. Burgos. de Paz. in d. l. 3. tauri, nu. 323. Matiensus in l. 11. tit. 4. lib. 5. recopilat. glos. 1. num. 1.*

Tum etiam, quia testes dati in Summ. Petri Pauli nū. 5. ※ & 7. probant dictam minutam fuisse deperditam non tamen subtractam à Petro Paulo hærede, & quod Testator instituisset hæredem eundem Petrum Paulum ore pr[...] quirens minutam ad effectum solius re[...] tiæ circa legata, quæ destinauerat reli[...] non autem quia vellet diuersum Testa[...] condere, & omnes concludunt Summ.[...] etiam non reperta notula prædicta, Te[...] condidit Testamentum cum debitis so[...] bus, & in eo hæredem vniuersalem in[...] trum Paulum, & non alios; quæ volun[...]
7 vltima, † cum qua Testator decessit se[...] constat namque diuersitatem quoad m[...] standi non fuisse circa hæredis institutio[...] solum circa legata, aut alia quædam [...] Etenim ante & post stipulationem T[...] deponunt Testes Testatorem voluisse [...] in hæredem vniuersalem dictum Petru[...] & sic subtractio dictæ minutæ non po[...]
8 eius institutionem ad † tradita per *Bart[...] Dominus, vers. vel aliter. & in l. fin. nu[...] respondeo, ff. si quis aliquem testar. prohib. 1. num. 3. C. eod.*

Tantò magis cum ex sententia abso[...] fauorem Petri Pauli lata in eius Summ[...] quę pariter transiuit in iudicatum co[...] ctam minutam non ab eo fuisse subtrac[...] mo ex duobus testibus in eodem Summ[...] quorum alter de auditu, alter vero de [...] nunt, resultat adminiculata probatio, [...] minuta fuerit subtracta à Cæsario Cru[...] presbytero fratre Francisci, qui Te[...]
9 impugnat. † Vnde dolus tertij nocere [...] institutioni alterius, cum non fuerit ca[...] diata institutionis Petri Pauli. *Simon.[...] interp. vlt. volunt. lib. 5. interp. 1. num.[...] Gabr. cons. 99. num. 8. vers. verum, lib. 1.[...] iure fisci, lib. 2. tit. 6. num. 13. Surd. cons.[...] 35. et 36.* quem semper Testator volu[...] instituere ex supradictis.

Nec releuat secundum motiuum ne[...] tutionem Petri Pauli intelligi debere [...] cum Flaminio, Marco Antonio, & ali[...] minatos fuisse per Testatorem temp[...] Testamenti deponunt testes Summ. Fra[...]
10 quo casu † omnes debent admitti ad [...] tem, *Ant. Gom. tom. 1. var. c. 10. nu. 24.* [...] testes dati in eodem Sum. Francisci n.[...] ponunt, quod Vicarius agnouit Testat[...] fundere hęredes particulares, & hæred[...] salem, & ideò ordinasse Notario, vt in[...] melius Testatorem; qui cum postea ap[...] rit se nominare in hæredem vniuersale[...] Paulum, cessat quæcumque nominatio [...] fuso facta, & propterea reducendo te[...] ctos ad concordiam cum Testamento [...] est, quod nominatio facta à Testatore [...] nio, Marco Antonio, Francisco, & ali[...] gatur de institutionibus particularibus, [...] tutio Petri Pauli fuerit vniuersalis, sic[...]
11 stamento legitur; intentio † enim T[...] declaratur ex sequentibus, *l. vtrum in[...] gloss. verb. sequen. ff. de petit. hæred. max[...]*
12 do sententia † continet actum conclu[...] vltimum dispositionis punctum, à qu[...] mentum perfectionem recipit, vt per [...] *rub. num. 1. vers. sed si quæris, ff. de legat. [...] cons. 750. n. 4: et præsumpt. lib. 4. præsump[...] vers. secundus est.*

Neque institutio prædicta viciari deberet, quatenus fuisset facta per Testatorem per verbum, *Sic*, interrogante Notario, an vellet Petrum Paulum instituere hæredem, vt conantur deponere vnus, vel alter ex testibus pro Crucio adductis (cum reliqui omnes affirment ore proprio dictum Petrum Paulum fuisse à Testatore expressis verbis nominatum hæredem vniuersalē)
3 quia talis institutio etiam valeret, perinde † ac si Testator hæredis nomen expressisset, *l. iubemus 29. C. de testam. vbi Bart. n. 3. Alex. cons. 33. n. 8. et 11. lib. 3. Anton. Gom. tom. 1, var. cap. 2. n. 6. et in l. 3. Tauri n. 34. Spin. de testam. glos. 17.*

Quæ denique vniuersalis institutio maximè sustinenda est ad fauorem d. Petri Pauli tantum, & non aliorum; Quia Testator voluit vt ipse solus hæres institutus assumeret arma, & cognomen ipsius Testatoris, quod grauamen, seu onus, dum non legitur impositum, nec in Testamento, nec extra dd. Marco Antonio, Flaminio, & Francisco, & alijs, pro quibus Testator discretiuè locutus fuit præcipuè quoad Flaminium, dixit se illi relinquere sextam partem bonorum emphyteuticorum S. Petri de Vrbe, reliquum Corneliæ necnon Francisco Crucio, & fratribus ipsius de Crucijs ducatos centum pro quolibet, & Marco Antonio Roulino prædium cum vinea commune Flaminio prædicto germano fratri d. Marci Antonij, vt in Summ. Petri Pauli *num. 6.* Signum euidens est, quod Testator eum solum hæredem vniuersalem instituit pro conseruanda in eo suam
4 † agnationem, & familia de Zacconibus: ad trad. *per Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 14. n. 5. cum seqq. Perez. de Laia de vita homin. c. 13. n. 32. & 33. Thesaur. qu. forens. lib. 1. qu. 34. n. 33. Casan. in Catalog. glor. mund. consideratione 54.*

Ex quibus dixerunt Domini quòd cum deducta contra Testamentum non concludant, minusque probent, & è contra ipsum Testamentum ex se ipso omnibus solemnitatibus absolutum existat
5 pro eius validitate esse† respondendum ex latè & optimè congestis in *Regien. Testamenti sub diebus 27. Februarij 1636. & 24. Aprilis superioris anni coram Reuerendiss. D. meo Decano*; Ideoque persistendum esse in decisis vtraque parte informante.

Habetur supra in præcedenti parte dec. 233.

REVERENDISS. COCCINO.

Cæsaraugustana Distributionum,

Mercur. 17. Martij 1638.

ARGVMENTVM.

Portionarius nomine beneficij potest agere ad manutentionem etiamsi non sit in possessione. Testes probantes possessionem vniuersalem suffragantur omnibus de vniuersitate ad effectum manutentionis.

SVMMARIVM.

1 *Rector, & si non sit in possessione attamen nomine Ecclesiæ potest agere ad manutentionem. Iura Ecclesiæ, tàm super petitorio, quàm super possessorio transeunt in illius rectorem, n. 1.*
2 *Manutentio in distributionibus, quæ petuntur tanquam sors debetur beneficiato à die ingressus.*
3 *Possessio vniuersalis probata ad fauorem omnium suffragatur etiam alijs particularibus.*
5 *Probationes leuiores in interdicto retinendæ sufficiunt.*
5 *Possessio ciuilis, quæ est penès Ecclesiam; & sic penès portionatum amittitur si Portionarius per decennium tacuerit.*
6 *Possessio ciuilis, quæ etiam per decennium amittitur intelligitur si alius medio tempore possedit.*
7 *Capitulum tamquam nudus Administrator non sibi sed Domino possidet.*
8 *Pupillus, & Ecclesia per solàm acquiescentiam non perdunt possessionem.*
9 *Distributiones quotidianę non augent corpus beneficij, vel prębendę, & debentur propter operam personalem.*
10 *Distributiones quotidianę nullam habent communionem cum ipso beneficio, vel prębenda.*
11 *Beneficiatus debet petere distributiones nomine proprio.*
12 *Portionarius quandò ad distributiones quotidianas possit agere nomine Portionatus, & non proprio, & num. 13.*
14 *Distributiones quotidianæ quid sint.*
15 *Distributiones quotidianę largo modo possunt dici fructus beneficij.*
16 *Distributiones quotidianę quandò veniant appellationes fructus Canonicatus.*
17 *Distributiones quotidianę sunt introductæ fauore Cultus Diuini.*
18 *Distributiones quotidianę si minuerentur facilè posset minui cultus Diuinus.*
19 *Clausula* quam, & quas, *in Commissione quid operetur.*
20 *Libellus vti fundamentum iudicij est attendendus.*
21 *Commissio Rotalis recipit interpretationē à libello.*

DECISIO XXIV.

FVit resolutum DD. Ioanni Mercado Beneficiato, & Michaeli Crespo Portionario deberi manutentionem in possessione exigendi tria regalia pro quolibet in qualibet die, & à tempore ingressus, quia licet ipsi non probent aliquam eorum propriam possessionem attamen sat est, quod Portionatus possideāt ad effectum, vt ipsi nomine d. sui Portionatus possint agere ad dictam manutentionem, sicuti quilibet Rector, etiam quod
1 non sit in possessione, † potest nomine Ecclesiæ agere ad manutentionem, cum omnia iura tàm in petitorio, quàm in possessorio Ecclesiæ competentia in ipsum transeant ex *Innoc. & alijs allegatis in discursu decisionis facto coram me sub die 8. pręteriti, & sunt decisiones in causa Colimbrien. pręstimonij coram R.P.D. meo Dunozetto, & coram me allegatę in dicto discursu.* Quod autem debeatur dicta manutentio à die ingressus facit, quia dictæ distributiones fuerunt petitæ, non tanquam
2 fructus rei † principaliter in iudicio deductæ, sed tanquam sors principalis ex deductis in eodem discursu, & est doctissima decis. *in causa Mediolanen. pensionis 19. Ianuarij 1635. cor. R.P.D. meo Merlino,* in qua cumulantur omnes decisiones fa-

ctæ in hac materia, & est optima decisio in puncto facta in *causa Elboren. Decim.* 23. *Maij* 1622. *coram R.P.D. meo Pirouano.*

Neque obstant illa, quæ in contrarium opponuntur: Non primum, scilicet quod testes, qui probant possessionem Portionariorum, non fuerint examinati, neque deponant pro istis duobus Portionariis.

Quia fuit responsum, quòd fuerunt examinati ad instantiam aliorum Comportionariorum, qui obtinuerunt mandatum de manutenendo à Rota, imò vnus fuit inductus à Capitulo met, &
3 cùm Portionariorum possessio† sit titulata ex statuto à Sancta Sede Apostolica confirmato, non potest iustificari, quin omnibus simul iunctis ex dictis Testibus probetur talis possessio vniuersalis, quæ suffragetur istis duobus Portionarijs, præ-
4 sertim cum † versemur in interdicto retinendæ, in quo leuiores probationes sufficiunt. *Menoch. de retinen. remed. vlt. num.* 34. *Rot. dec.* 272. *p.* 2. *rec.*
5 Non obstat etiam secundum, † videlicet quòd cum isti Portionarij tacuerint per decennium, nō possint agere nomine Portionatus ad possessionē. *Socc. Sen. cons.* 266. *n.* 20. *prope fin. sed illa amisit cum seqq. vol.* 3. *Rot. dec.* 327. *n.* 19. *in fine, & num.* 20. *& dec.* 330. *n.* 36. *post Modern. in tract. de manut.*
6 Nam fuit responsum, † quòd obiectum posset considerari, si quis medio tempore possedisset, & ità loquuntur iura in contrarium allegata, sed cū nullus medio tēpore possederit (Capitulum enim
7 est nudus Administrator, † & non sibi, sed Domino possidet. *Aymon. cons.* 27. *n.* 5. *vers. vbi possidens. Rota in rec. dec.* 34. *n.* 6. *p.* 2.) intrat conclusio
8 quod Pupillus, † & Ecclesia per solam acquiescētiam non perdunt possessionem. *Rota dec.* 1. *de restit. spoliat. in nou.*

Minùs obstat tertium, nempè quod pro distributionibus quotidianis non possit libellus offerri
9 nomine Ecclesiæ, † quia non augent corpus beneficij, vel Præbendæ, sed debentur propter ope-
10 ram personalem, nec proindè illam † communionem habent cum ipsa re, sed personam tantū
11 respiciant, adeò vt Beneficiatus † illas petere debeat nomine proprio. *Marian. Socc. cap.* 1. *n.* 112, *post med. vers. aut agit pro distributionibus quotidianis de libell. oblat.* Quia fuit responsum, quòd hoc
12 dictum† forsan esset considerabile si Portionarius repelleretur à perceptione distributionum ex aliqua culpa sua, sed cum non repellatur ex isto capite, sed ex eo, quòd Portionatui non debeatur
13 tanta quantitas distributionum, † hoc tangit Ius ipsius Portionatus, & propterea Portionarij possunt agere nomine ipsius Portionatus. Certum
14 est enim distributiones quotidianas † esse vtilitatem quandam ex Præbendis, Canonicatibus, & Portionatibus prouenientem, vt concludit *Monet. de distribut. quotid. p.* 1. *qu.* 7. *nu.* 16. Imò, licèt im-
15 propriè, † & largo modo distributiones possint dici fructus Beneficij. *glos. vnic. in cap. licet de præben. Couar. var. lib.* 3. *c.* 13. *n.* 1. *Put. dec.* 233. *nu.* 3. *in correct. lib.* 1. qui dicit appellatione fructuum Ca-
16 nonicatus † venire distributiones quando Capitulum præstat impedimentum, *Monet. d. p.* 1. *qu.* 6. *num.* 13. Et prędicta eò magis sunt admittenda.
17 † quòd distributiones sunt introductę fauore cultus Diuini. *Monet vbi supra qu.* 5. *nu.* 35. quod de facili † posset minui ex ipsa diminutione distributionum.

Neque tandem obstat quartum, quod in commissione distributiones non fuerint tanquàm fors, sed tanquam fructus, quia
19 detur quòd commissio habet † clausulam, *& quas*, cum incidentibus &c. & sat est in libello dato in partibus fuerint petitæ tan-
20 sors principalis, † qui libellus vti fundamentum Iudicij debet attendi. *sa. me. Greg. dec.* 470. commissio Rotalis recipit declarationem à
21 lo † maximè stantibus clausulis positis in commissione.

Et ita vtraque, &c.

R.P.D. HIERONYMO VERO
postea S.R.E. Cardinali.

Romana Pensionis.

Merc. 17. *Martij* 1638.

ARGVMENTVM.

Clausula *dummodo remaneant centum &c.* lic[...] ferat onus probandi in pensionarium ta[...] procedit Rectore in se onus probationis [...] te, & quando in forma Cameræ se obl[...] pensionis solutionem. Confessio facta à [...] de valore fructuum beneficij illi non noce[...] bet contrarium. Pensiones quæ Rectori [...] tur ob sacellum in Ecclesia constructum [...] augeant beneficij fructus.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium debet esse conforme dispositioni* [...] *Pensio est soluenda etiam pendente iudicio* [...] *lius validitate, nu.* 1.
2 *Clausula,* dummodo remaneant centum [...] ctore, *transfert onus probandi in Pensi*[...] *Quod procedit etiam concurrente confess*[...] *ris in reseruatione pensionis nu.* 3.
Fallit quando Rector probationis onus [...] *sumpsit, nu.* 4.
5 *Pensionarius non tenetur verificare claus*[...] modo remaneant centum pro Recto[...] *Rector se obligauit in forma Cameræ* [...] *nem pensionis.*
6 *Confessio facta à Rectore de valore fru*[...] *neficij illi non nocet dummodo probet co*[...]
7 *Testes se referentes ad librum plus libro* [...] *bant.*
8 *Clausula* dummodo remaneant centum [...] ctore, *intelligenda est detractis oneribus*[...]
9 *Liber Ecclesiæ probat contra Ecclesiam.*
10 *Testis deponens de facto proprio bene pro*[...]
11 *Testis deponens de statu rei tempore co*[...] *præfertur deponenti de tempore ante c*[...] *siam.*
Tempus reseruationis pensionis attend[...] *pro agnoscendo valore beneficij non ant*[...] *mer.* 11.
12 *Rector debet habere domum liberam, &* [...] *pensionis.*
13 *Beneficij fructus non augent pensiones qu*[...] *soluuntur ob sacellum in Ecclesia constru*[...]
14 *Rector expensas non necessarias tenetur* [...] *portionem sibi debitam,*

5 *Sacellum in Ecclesia constructum præsumitur pars, & membrum ipsius Ecclesiæ.*
6 *Expeditio literarum Apostolicarum hadie est necessaria pro validitate pensionis.*
7 *Clausula in supplicatione apposita inducens certam formam efficit vt gratia non valeat nisi ea forma seruata, & num.18.*

DECISIO XXV.

IN hac causa ad instantiam D. Marci emanauit rescriptum à Signatura Iustitiæ occasione appellationis propositæ à sententia, siue decreto A. C. in fauorem D. Cæsaris, vt in ea procederetur nõ retardata solutione pensionis arbitrio Rotæ; Vnde cum hodie quereretur, An esset locus eidem arbitrio, Domini negatiuè responderunt, cum illud deberet esse conforme dispositioni Iuris, quæ id suadebat, † vt non possit differri solutio eiusdem Pensionis pendente iudicio super illius validitate, vt notat *Gigas. de pens. quæst. 35. nu. 9. Staphileus de literis iustitiæ, §. ad prædicta, n. 13.* & fuit resolutum etiam coram *Card. Seraph. in vna Compostellana Pensionis 7. Nouembr. 1584.* & in *Sarzanen. 11. Februarij 1583. inter impress. decis. 687. & decis. 1017. & in deci. 148. n. 4. par. 1. diuers.* & coram *Card. Caual in vna Neritonen. pensionis 26. Nouembr. 1607.*

Et quamuis literæ Apostolicæ super illius reseruatione continerent clausulam, *Dummodo* centum pro Rectore remanerent, ex qua dicebatur, delatum fuisse in Pensionarium onus huius probationis, † vt non superesset ea portio pro Rectore, seù titulari, de cuius consensu reseruata fuerat vt tenuit *Rota in eadem decis. 1017. coram Card. Seraphin. num. 3.* & in *Aretina pensionis 28. Iunij. 1600. coram Card. Millino,* & in *Forosempronien. pensionis 16. Dec. 1603. coram Card. Sacrato inter recen. decis. 547. par. 1.* in quibus decisionibus Rota declarauit, hoc procedere etiam concurrente † consensu Titularis, cum ille recipiat eandem conditionem, quæ inest dictæ Clausulæ, & tradit *Garz. de benef. par. 1. cap. 5. num. 464. & num. 424.* vbi refert decisionem in causa *Salamantina pensionis 28. Iunij 1600. coram Card. Millino*; Tamen datum fuit Instrumentum concordiæ, quæ facta fuit inter eundem Rectorem, & Pensionarium, in qua ille cum suo iuramento declarauit, fructus Ecclesię ascendere ad ducatos auri de Camera ducentum viginti, cuius probationis onus etiam in se suscepit, cum autem ea concordia expresse approbata, & confirmata fuisset in literis, quæ postea expeditæ fuerunt super reseruatione eiusdem pensionis non poterat ad Pensionarium pertinere probatio conditionis appositæ in eiusdem literis, sed illa ad eundem Rectorem spectare debebat, qui voluit, suum esse id onus, † vt fuit resolutum in *Vlixbonen. pensionis 11. Martij 1616. coram bon. mem. Andrea,* & in *Elboren. pensionis 19. Nouembris 1614. coram R. P. D. meo Pirouano,* & in *Cremonen. pensionis 23. Iunij 1623. coram bon. mem. Vbaldo,* prout etiam liberabatur idem Pensionarius ab onere eius probationis ex obligatione, quam in se suscepit† Titularis de soluenda hac pẽsione sub forma Cameræ, vt fuit resolutum in *Cremonen. pensionis 21. Februarij 1614. coram R. P. D. meo Pirouano inter recent. decis. 519. num. 1. par. 2.* & in *Romana pensionis 15. Ianuarij 1627. coram Card. Virili.*

Neque suffragari poterat Rectori, quod in confessione, quàm ipse fecit super valore fructuum suæ Ecclesię suscepisset in se onus probandi contrarium, vt cum de minore valore eorundem fructuum diceretur apparere tum ex libro Censuali Ecclesiæ, tum ex depositionibus plurium Testium non posset haberi ratio suæ confessionis, cum illa esset facta sub hac conditione, quando aut in casu,
6 quo† contrarium ab eo non ostenderetur ex *doctr. Bart. in l. Aurelius, §. idem quæsyt, ff. de libert. leg.* quam sequutus fuit *Bald. in l. 1. nu. 20. C. de confessis, Cynus super eadem l. 1. quæst. 13. n. 17.*

Non enim visum fuit, probatum esse eum valorem siue ex testibus, siue ex libro Ecclesiæ, qui esset contrarius confessioni factæ à Rectore in reseruatione eiusdem pensionis, Et primò Testes referebant in suis depositionibus fructus, ac redditus, quos Ecclesia percipiebat ex diuersis Domibus, vel sub nomine pensionum, vel sub nomine Canonum, & postquam declararunt quantitatem eorum fructuum se referebant ad aliam expressionem magis veram, aut certam, quæ continebatur in libro Ecclesiæ, à quo voluerunt augeri, aut minui suam depositionem; Vnde illi non poterãt facere maiorem probationem, siue diuersam ab
7 ea, † quæ continebatur in eodem libro ex notatis in *l. asse toto, ff. de hæredib. instit.* & pluribus probat *Dec. in cons. 63. n. 6. Bald. cons. 276. n. 16. lib. 1.* Ipse vero liber non erat contrarius confessioni Rectoris, quia facta dinumeratione omnium redditum apparebat, illos ascendere in eodem libro ad summam scutorum bis centum, ac nonaginta, & octo cum tribus, & nonaginta bononenis, & licet ab hac summa dicerentur detrahenda scuta septuaginta, & vnum quæ dicebantur impendi solere pro oneribus Ecclesię; quorum haberi debebat ratio ad fauorem Rectoris cum clausula illa, *Dummodo*, intelligenda esset, Dummodo ei su-
8 peressent centum liberè, † detractatis omnibus oneribus, vt resolutum fuit in eadem *dec. Aretina coram Card. Millino,* & in *Oppiden. pensionis 2. Iunij 1585. coram Card. Pamphilio,* & in *Cusentina pensionis 29. Maij 1596. coram Litta,* & tradit *Sarnen. ad reg. de valore qu. 12. n. 1.* Tamen deducta etiam hac summa, in qua tanquam in minori cõcordis erat secundus Testis cum primo, atque etiã altera scutorum centum, & quadraginta quinque monetæ, quæ erant valor ducat. centum auri de Camera debitus Rectori pro sua congrua portione, adhuc supererant ex ea summa scutorum ducentorum nonaginta octo contenta in libro Ecclesiæ, scuta octuaginta duo, in quibus substineri poterat hæc pensio, quæ non excedebat summam scutorum quadraginta.

Neque obstare visa fuerunt quæ dicebantur cõtra aliquas summas notatas in eodem libro cum quædam ex illis dicerentur continere excessum manifestum, aliquarum dicerentur non posse haberi rationem in præiudicium ipsius Rectoris. Non enim probata fuit aliqua ex his duabus exceptionibus, vnde non poterat recedi à probatio-
9 ne, quæ † colligebatur ex eodem libro ex *notat. per Felin. in cap. ad audientiam de rescript. n. 16. per Abb. in cons. 67. n. 2. lib. 2.* & tradit *Aym. de antiquit. tempor. par. 1. §. 8. n. 6.* Et quod attinet

ad

ad excessum opponebatur hic excessus summæ, quæ erat quinta in ordine inter alias scriptas in eodem libro, atque etiam septimę, ac decimæ sextæ. In quinta vero numerabantur inter credita Ecclesiæ scuta quadraginta quatuor occasione Pensionis vnius domus, quam Rector dicebat solum locari pro pensione scut. triginta nouem, sed super quantitate eius pensionis deponebat secundusTestis,& primus qui fuit etiam Economus per id tempus, quo vacauit Ecclesia antequam illam obtineret Rector, qui huic pensioni consensit, & tam iste, quàm secundus Testis primo loco nominatus dicebant solitam fuisse hanc domum locari scutis quadraginta quatuor, cum hac tamen distinctione, quod secundus dicebat, illam locatam fuisse sub vnica pensione, Alter vero dicebat, eam domum diuisam fuisse in duas partes, & vnam fuisse locatam pro scutis viginti quatuor, alteram pro scutis viginti.

Septima summa continebat scuta octo, quæ Ecclesia recipiebat pro pensione vnius cubiculi soliti locari ad vsum Criptæ, quod Rector negabat, locatum fuisse pro ea pensione, sed solum pro scutis duobus, & bononenis quinquaginta. Sed super valore pensionis cubiculi deponebat etiam primus Testis, qui præterea asserebat, eam quantitatem à se exactam fuisse tunc temporis, quo ipse Ecclesiam administrabat tanquã Economus;
10 Vnde eius depositio admittenda erat, cum † esset super facto proprio ex *not. in cap. cum dilectus de elect. in §. nos vero, & in l. omnibus, C. de testib. vbi Alberic. n. 1. Salic. n. 6.* & tenuit *Rota coram Put. dec. 8. lib. 1.* & apud *Cæs. de Graff. dec. 5. de testib.* & præferenda erat depositio huius Testis depositio-
11 ni secundi, qui deponebat de scutis quatuor, † cum hæc illius depositio respiceret tempus longè ante reseruationem eiusdem pensionis ex *not. per Oldrad. in cons. 58. n. 1. & cons. 168. n. 2.* & resolutum fuit in *Oppiden. pensionis 2. Iunij* 1585. *coram Card. Pamphilio,* & in *Cusentina pensionis 29. Maij* 1596. *coram Litta,* & apud *Cassad. dec. 19. super reg. n. 2.* Tertio dicebatur excessiua summa scutorum septuaginta, quæ erat decima sexta inter alias notatas in eodem libro, & debita erat Ecclesię ex causa pensionis pro duabus partibus vnius domus, quia tota ea summa dicebatur esse integer valor eiusdem domus, & cum tertia illius pars spectaret ad Ecclesiam B. Mariæ Consolationis, negabatur, portionem Rectoris pro duabus reliquis partibus excedere quantitatem scutorum nouem, & quinquaginta; Verum ex eisdem Testibus haberi poterat veritas eius summæ, cuius fiebat creditor Rector in eodem libro. Nam secundus Testis deponebat, quod hæc domus erat communis etiam Ecclesiæ B. Mariæ, & quod illa locari solebat pro scutis septuaginta, & octo; Alter vero, nempe primus Testis distinguebat portionem vtriusq; Ecclesiæ, & scuta septuaginta dicebat solui huic Ecclesiæ, cuius erat Rector Titularis, qui pensionem impugnat, prout notatum erat in eodem libro.

Inter summas, quæ erant etiam in eodem libro, sed dicebatur, non posse numerari, aut poni inter credita, quæ Rector percipiebat ex fructibus huius Ecclesiæ, erant vigesima quinta, & vigesima sexta, ex quibus prima continebat scuta viginti quatuor pro pensione domus inhabitatæ à Rectore, quæ dicebantur, non posse ded[...] detrahi ex pensione illi debita, cum præ[...]
12 habere deberet, † etiam eandem dom[...] re, & sine onere alicuius pensionis, vt re[...] fuit in vna *Romana pensionis 12. Nouemb.* [...] *ram bo. mem. Buratto;* Altera verò contine[...] ta quadraginta, quæ consistebat in redd[...] nius Capellæ sitæ in eadem Ecclesia, &[...]
13 redditus essent illi debiti non vti Rector[...] tanquam inseruienti Sacello, dicebat, [...] posse numerari inter alios redditus eiusde[...] siæ, vt tenuit *Rota in eadem decis. Roma[...] nis coram bo. mem. Buratto,* & tradit *Rebuff[...] de congrua portione q. 11. n.* 88. Verum [...] summas visum fuit numerari deberi, [...] lis augebantur fructus Ecclesiæ; Neq; [...] exceptiones, quas Rector eis dabat, [...] siue vigesima quinta non soluebatur p[...] domus, quam Rector incolebat, sed p[...] dem contigua, quæ solita erat locari à [...] bus, qui antea fuerunt pro ea pensione [...] quatuor; Vnde ea summa recte numerari [...] inter alias scriptas in eodem libro, neq; [...] illa detrahi, eo quia hanc etiam domu[...] habitaret, eamq; conuertisset in propri[...] cum non potuisset hoc facere in præiudic[...] sionariorum, sed tanquam expensa min[...]
14 cessaria † tenebatur eam imputare in p[...] sibi debitam, vt tenuit *Rota in eadem de[...] na pensionis coram Buratto,* & in *Cremo[...] sionis* 28. Maij. 1618. *coram Card. Caualer[...] Card. Lancellotto in vna Acheruntina F[...]* notat *glos. in cap. si propter de rescript. lib.[...]* bat *Text. in cap. præsenti, §. porro, de off[...] narij eod. lib.* Idem etiam dicendum erat [...] summa, quam Rector percipiebat ex re[...] Sacelli, quod erat in Ecclesia, cum non p[...] quod illud haberet distinctè ab eadem E[...] contrarium præsumi deberet, quia dum[...] tum erat reputari debebat idem Sacellum
15 pars, siue membrum † ipsius Ecclesiæ, [...] tur ex *Text. in cap. si Ciuitas, §. ratione* [...] *tia excommunicationis lib. 6.* & notant ibi [...] *cap. Ecclesiæ, de Immunitate Ecclesiarum,* [...] *nu.* 10. & fuit dictum *in Lauretana Iur[...]* 17. *Ianuarij* 1617. *coram Card. Sacrato,* [...] *sarauguštana Præeminentiarum 16. Nouem[...] coram Reuerendissimo D. meo Decano,* [...] in his terminis *Rebuff. tract. de congrua p[...] d. quæst. 10. num.* 88.

Demum non visa fuerunt obstare, qu[...] tur pro parte Rectoris de onere alterius [...] nis scutorum nonaginta impositæ super [...] huius Ecclesiæ, vt fructus, qui superabant [...] cta sua portione, & alijs eiusdem Ecclesiæ [...] bus non satis esse possent pro solutione [...] sionis, quia non probabatur, eam pensio[...] buisse effectum, immo constabat expresse [...] lius nullitate, cum nunquam fuissent super [...] peditæ literæ, quamuis enim defectum [...] literarum soleret tantum reddere nullas [...] gratias in casu, quo pensio exigeretur, siue [...] solueretur eius nomine Pensionario à Titul[...] te illarum expeditionem; Tamen hodie [...]
16 tio earundem literarum reputatur † nece[...] etiam ad validitatem reseruationis propte[...] sulã, quæ solet apponi in supplicatione, [...]

literæ expediri infrà nouem menses sub conditione, & pœna nullitatis eiusdem gratiæ, quæ clausula tanquam inducens certam formam rectè efficere poterat, vt eadem gratia valere non deberet † nisi seruata ea conditione, vt tradit *Garz. de benefic. part.4. cap.2. nu.* 43. & in terminis alterius clausulæ, quæ poni antea solebat, † vt non posset exigi pensio ante expeditionem litterarum, dictum fuit *in Veronen. pensionis 1. Iulij 1592. coram Card. Millino*, & in *Sabinen. pensionis 13. Iunij 1594. coram Card. Mant. inter impress. decis. 286. num. 5.* & tradit *Paris. de confident. in caus. benef. quæst. 45. num. 9.*

Et ità, &c.

R. P. D. GHISILERIO.
Postea Episcopo Terracineñ.

Bononieñ Fideicommissi de Ramundinis.

Lunæ 22. Martij 1638.

ARGVMENTVM.

na fuisse in dominio Testatoris probatur per cōfessionem factam ab hærede grauato in supplicatione Sanctissimo porrecta super derogatione Fideicommissi: Clausulæ appositæ, tam in contractu, quam in Gratijs Pontificijs naturam negotij principalis sequuntur.

SVMMARIVM.

Confessio emanata in precibus probat bona fuisse in dominio fideicommittentis contra porrigentes, & habentes ab eo causam.

Clausula, Constituti, *operatur translationem naturalis, & ciuilis possessionis in constitutarium.*

Clausula, Constituti, *apposita dationi in solutum ex pacto resolubili, importat temporalem, non autem perpetuam translationem dominij.*

Clausula, Constituti, *adaptatur subiectæ materiæ contractus, cui adhæret, ibid.*

Verba, Contractus, *si sonant in translationem pignoris, & ita intelligi debet clausula in eo apposita.*

Breue super derogatione Fideicommissi à Sanctissimo obtentum impedit immissionem.

Breue, cuius forma non fuit seruata, non suffragatur, & num.7.

Verba, volumus quod in primis, & ante omnia, *importat conditionem, & certam formam præscribunt, qua non seruata, actus remanet nullus.*

Breue nunquam præsentatum personæ cui fuit directum, dicitur non habuisse effectum.

Breue subreptitium, & obreptitium nihil operatur, & num.10.

Decretum irritans claudit os parti, & ligat manus Iudici.

Clausula, sublata, *claudit os parti, & ligat manus Iudici, ibid.*

Gratia principalis continens conditionem ante conditionis euentum, nihil operatur.

Conditio ante illius euentum, nihil operatur, ibid.

Clausula, sublata, *accessoria ad dispositionem principalem, secundum illius naturam operatur, & nihil præter illam efficere potest.*

Decretum irritans regulatur secundum naturam negotij principalis, & nihil vltra illud operatur. ibidem.

14 *Clausulæ accessoriæ sequuntur naturam principalis dispositionis, & num.15.*

15 *Clausulæ accessoriæ non se extendunt vltrà limites negotij principalis.*

DECISIO XXVI.

NOn obstantibus deductis contra Decisionem coram me factam 14. * Decembris superioris anni, in qua fuit resolutum, Sententiam Rotalem concedentem immissionē Antonio Mariæ Beliosso in possessionem Prædij Cadriani esse confirmandam, iterum in hac propositione pro confirmatione dictæ resolutionis fuit resolutum.

Visum enim fuit tolli primum principale obiectum sæpius repetitum, quod non constet Prędiū Cadriani, de quo agitur, fuisse in bonis Ioannis Baptistæ Ramundini Fideicommittentis de tempore sui obitus ex latè deductis tam in secunda *Decisione R. P. D. mei Dunozetti 9. Maij 1636. §. hoc autem Prædium*, quam in mea Decisione, quæ reuidetur, §. *fundamentum*, in quibus manifestè probatur dictum Prędium fuisse in bonis dicti Ioannis Baptistæ, ne dum ex Instrumento diuisionis factæ inter ipsum fideicommittentem, & Melchiorem eius ex fratre nepotem, in quo dictū Prædium fuit ipsi fideicommittenti pro sua portione assignatum, sed etiam ex Inuentario bonorum hæreditatis, factum per Ludouicam Vxorē fideicommittentis heredem grauatam, in quo dictum Prædium legitur descriptum; Concurrunt confessiones Francisci Aloysij vltimi heredis grauati in precibus porrectis Clementi Octauo, & Paulo Quinto, pro derogatione Fideicommissi,
1 quæ † confessiones probant etiam contra Lucatellos ab eo causam habentes, *Aretin. consil. 36. num.3.* quem refert, & sequitur *Mascard. de probation. conclus. 778. num.26. in fine, Ruin. consi. 40. num.4. & seqq. lib.4. Ioann. Andr. in specul. in titul. de Testibus, § nunc tractemus in addit. magna, Peregr. de fideicomm. quæst. 12. artic. 44. nu. 24. Petr. de fideicomm. quæst. 12. num. 1367.* Concurrit venditio in vim dictarum facultatum cum obligatione reinuestiendi iuxtà vinculum positū in vtroque Breui de inuestienda certa summa pro reintegratione Fideicommissi.

Nec facit quod replicetur ex Instrumento assignationis de anno 1564. probari Ioannem Baptistam fideicommittentem assignasse suis Creditoribus in specie hoc Prædium Cadriani cum clau-
2 sula, *constituti*, quæ † operatur translationem possessionis naturalis, & ciuilis, indèque sequi bona ab ipso fideicommittente obligata non posse censeri comprehensa in fideicommisso. Quia iuxtà responsionem datam in vtraque Decisione prædicta assignatio non fuit perpetua, sed temporalis, donec scilicet ipsi Creditores fuissent satisfacti de eorum credito ex fructibus, qua postmodum satisfactione subsequuta idem Prędium iterum deuenit ad ipsum fideicommittentem, cum, vt fuit ponderatum in Decisione, quæ reuidetur, illa non fuerit simplex datio in solutum, sed resolubilis ex pacto inter partes conuento, dū inter

inter se conuenerunt, quod bona stabilia, credita Montium, vel illorum partem non alienatam restituêre, & retrocedere tenerentur; Vndè clausu-
3 la, *constituti*, stante † prædicto pacto non importat translationem dominij, sed subiectæ materiæ debet adaptari, ne sequatur repugnantia, & absonus intellectus, dum omnia alia verba expresse
4 sonant in Constitutionem † pignoris, & pro assecuratione, & cautela Creditorum, *l. Proculus, ff. de vsufruct. Surd. cons.* 179. *nu.* 52. & *cons.*198. *num.*22. *Marescott. variar. resolut. lib.*2. *cap.*55. *num.*5. cum adductis plenè in *Forosempronien. Emphyteusis* 28. *Nouembr.* 1631. *coram R.P.D. meo Merlino.*

Nec subsistit quod ex quo Ioannes Baptista fideicommittens non vixerit, nisi per bienniū post supradictam assignationem fuerit impossibile, quod debitum extinguendum ex fructibus quinque annorum, fuerit extinctum cum solis fructibus duorum annorum, quia cum Ioannes Baptista ad eximendum se ab exequutionibus, quæ contra ipsius personam imminebant, & ad effectum reportandi à Creditoribus opportunam dilationem per viam transactionis de dicto anno 1564. assignauerit Creditoribus non solum Prædium Cadriani, de quo agitur, sed medietatem omnium bonorum, quæ insimul cum Melchiore ex fratre nepote possidebat, & alia quæcumque ad ipsum proprio nomine spectantia, vt ex lectura Instrumenti transactionis, & creditores pro vberiori satisfactione deuenerint ad alienationem, hinc euenit, quòd mediante alienatione aliquorum bonorum, & perceptione fructuum aliorum bonorum remanentium penès ipsos spacio duorum annorum circiter, debitum ad tenuissimam summam fuit redactum; Vndè sequuta restitutione per Creditores bonorum assignatorum nō alienatorum, inter quæ aderat Prædium Cadriani, de quo agitur, illud posteà in diuisione facta bonorum communium cum Melchiore nepote, fuit assignatum pro sua portione Ioanni Baptistæ fideicommittenti, ex quibus omnibus apparet nō subsistere fundamentum factum in supradicta assignatione sub prætextu, quod translato exinde dominio, & possessione per clausulam, *constituti*, Prædium Cadriani non fuerit possessum à Testatore de tempore obitus, quia firmæ remanent rationes in Decisionibus allegatæ, ad probandam existentiam in bonis fideicommittentis de tempore obitus, & identitatem Prædij controuersi.

Pariter censuerunt Domini non obstare alterum principale motiuum contra Decisiones, quod etiam admisso quod Prædium Cadriani comprehenditur sub fideicommisso, adhuc tamen obstāt Breuia Clementis VIII. & Pauli V. obtenta à Francisco Aloysio vltimo hærede grauato pro de-
5 rogatione Fideicommissi, quæ † derogatio Fidiecommissi impedit immissionem; Quia quoad Breue Clementis VIII. illud non suffragatur, quia
6 non fuit † seruata forma in eo præscripta, & ponderatur in vltima Decisione R. P.D. mei Dunozetti, & in Decisione quæ reuidetur, idque euentus docuit, quia post sexennium ex defectu dictæ formæ non seruatæ, venditor stipulatus fuit retrouenditionem eiusdem Prædij ab emptore, cui, & non venditori fuerat iniunctum onus faciendi inuestimentum non per viam modi, sed contionis,

& formæ attentis illis verbis, *volum*...
7 Quod † in primis, & *ante omnia, &c.* ... fuit præscripta certa, & determinata fo... præcisè debebat adimpleri, itaut aliter ... valerent, vt fuit consideratum in *Valent*... *niæ* 10. *Maij* 1603. *coram Reuerendiss.* ... & *coram sanct. mem. Gregor. XV. decis.* ... & 518. *num.*3. *Surd. decis.*268. *num.* 18 ... *dec.*165. *num.*7. & in terminis verboru... *mis, & ante omnia*, faciunt notata per ... *cap. cum dilecta, de rescript. Caputaq.* ... *numer.*5. *par.*3. Deficiente autem cond... spositioni adiectæ corruit, & ipsa dispo...

Quod verò attinet ad Breue Pauli V...
8 habuisse effectum apparet, cum † no... vnquam Vicario Generali Bonoñ fuisse... tatum, & præsumptio præsentationis d... lapsu temporis excluditur, ex ponderat... cisione D. mei Dunozetti. Præterea ...
9 subreptitium, & † obreptitium, quia ... narratum, quod iuxtà Breue Clementis ... inueniebatur emptor, qui faceret inue... in locis Montium in Vrbe, & tamen ... facta venditio, cum hac conditione à q... voluntariè partes recesserunt, qua pro... non subsistat, quod non fuerit repertu... prima gratia fuit consumpta per prim... tionem, & requirebatur noua gratia, ...
10 Breue † Pauli V. concessum solummo... nem commutationis inuestimēti non fu...
11 Non obstant Decretum † Irritans, ... la, *sublata*, quibus clauditur os parti, ... manus Iudici, *Felin. in cap. nonnulli,* ... *vers. secunda conclusio, de rescript. Put*...
12 *in fine, lib.*1. cum alijs allegatis, quia ... tia principalis continens conditionem ... ditionis euentum, nihil operatur, *l. si qu*... *ditione, ff. si quis omiss. caus. Testam. l.* ... *ff. de verb. signif. Rota dec.* 10. *de cond*...
13 *in nou.* Ità etiam † clausula, *sublata*, & ... irritans tamquam accessoria ad dispo... principalem, nihil possunt operari, *Ca*... *num.*4. *super regula, Put. dec.* 1. *num*... *lib.*1. & *decis.*156. *num.*7. *lib.*2. Est en...
14 le, quod clausulæ accessoriæ † sequan... principalis dispositionis, *l.*1. *C. de non* ... *Put. dec.*255. *num.*4. *lib.*1. & *decis.* 9...
15 vltra limites † illius se extendant, ... *uesic. par.*6. *cap.*3. *num.*84. & *seqq.* ...

Reliqua censuerunt Domini remane... sublata ex deductis in Decisionibus in ... factis, cum quibus Domini transierunt ... stantibus allegatis pro parte D. Comi... sci de Pepulis vti necessarij defensoris ... tis Hieronymi Ranuccij.

☞ *Decisio ista sub die* 14. *Decembris* ... *tur in par.*7. *Recent. dec.*261.

R. P. D. C A R I L L...

Leodieñ Castri de Monbeck...

Lunę 22. *Martij* 1638.

A R G V M E N T V M.

Hæres obtinet Manutentionem super b... nunquam possedit, dummodo illa fuer...

ctò petita. Possessio partis probatur ex libello, in quo petitur illum cogi ad dimittendum possessionem. Mater succedit filio in feudis attenta consuetudine.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio a defuncto petita, etiam hæredibus cōpetit.*
Hæres potest peterere executionem mandati ad defuncti fauorem relaxati, ibid.
Instantia defuncti transit in hæredem, ibid.
2 *Cessionarius potest petere executionem ratarum spectantium ad personas cedentium.*
Cessionarius consequitur omne ius, quod cedenti competebat, ibid.
3 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem, non admittuntur in summarijssimo possessorio, sed reijciuntur ad petitorium.*
4 *Confessio partis emanata in libello, in quo petit aduersarium possessionem dimittere, probat possessionem illius.*
5 *Mandatum de Euacuando contra aliquem obtentū, illius probat possessionem.*
6 *Mater succedit in hæreditate filij.*
7 *Causam possessionis potest quis sibi mutare ex superuenientia noui tituli.*
Vsufructuarius superueniente titulo proprietatis, mutat sibi titulum possessionis, ibid.
8 *Pacta sunt strictè interpretanda.*
Pacta non extenduntur de vno casu ad alium, ibid.
9 *Casus omissus in contractu censetur reiictus sub dispositione Iuris communis.*
Consuetudo vnius loci non extenditur ad alium locum, & num. seq.
Extensio non datur de loco ad locum, nec de persona ad personam, num. 10.
Consuetudo in specie est probanda.
Agnati proximiores succedunt in feudis, non mater.
Mater attenta consuetudine succedit filio in feudis.
Consuetudo quod mater etiam in feudis succedat filio, dicitur fauorabilis.
Feminæ succedunt in feudis attenta consuetudine Patriæ Leodiensis.
Dementia non plenè probata non potest infringere contractum.

DECISIO XXVII.

1 Esponderunt Domini mandatum de Manutenendo ad fauorem Franciscæ concessum esse exequendum ad fauorem Othonis filij, & hæredis dictæ Franciscæ ea moti ratione, quia sicut ipsa executionem petere poterat, ità & etiam eius hæres, in quem transiuit instantia, sufficit enim, quod à defuncto fuerit petita † manutentio, vt prædictum remedium hæredibus competat, *l. hæres absens, ff. de iudic. Butr. in cap. quia, num. 11. vers. tertia regula*, & ibi communiter *DD.* eodem *tit. Menoch. de retinend. remed. 3. numer. 63. Rota apud Pacific. de Saluian. interdict. dec. 141. num. 2. & 3.* cum alijs allegatis in Decisionibus in hac eadem Causa factis coram *R. P. D. meo Buccabella sub* * die 9. Maij 1636. *& coram me 29. Aprilis* * *superioris anni.*

Quod autem Otho sit filius, & hæres dictæ Franciscæ probatur tam ex fide obitus Franciscæ in eius *Summ. num. 2.* quam ex aditione hæreditatis eodem *Summar. num. 3.* vbi etiam legitur cessio Ioannis, & Arnoldi fratrum ad fauorem eiusdem Othonis, quæ cessio facit, vt totum ius in ipsum Othonem fuerit translatum; & consequenter ad
2 ipsius fauorem est facienda † executio etiam super portionibus, quæ fratribus competere poterant, *Rota dec. 411. num. 17. par. 5. Recent.* non obstātibus exceptionibus exaduersò repetitis, quæ licet tamquam requirentes altiorem indaginem
3 non † deberent admitti in hoc summarijssimo iudicio Manutentionis, sed reijci ad petitorium; *Rota coram Gregor. dec. 149. num. 6. & dec. 408. nu. 5. par. 4. Recent. cum vulgat.* Attamen adhuc non videntur attendendæ cum ex ijs potius magis clara reddatur iustitia dicti mandati.

Nam possessio Ceciliæ, quæ Manutentionem petijt, satis iustificatur ex deductis in dictis Decisionibus factis coram eodem R. P. D. meo Buccabella, & coram me, dum in illis firmatur Go-
4 defridum in libello, & † positionibus fassum fuisse possessionem Ceciliæ eam cogendo, & compellendo ad illam dimittendam cū priuatio præsupponat habitum, *l. manumissionis, ff. de iust. & iur. Rota dec. 802. num. 1. par. 1. diuers. & coram Caual. dec. 422. num. 1.* ac etiam ex mandato † de e-
5 uacuādo, quod obtinuit, *Rota dec 402. coram Gregor. XV. num. 2.* cum alijs in dictis Decisionibus allegatis.

Nec subsistit quod dicta Cecilia, à qua ius habuit Francisca Auctrix Domini Othonis habuerit solum vsumfructum, qui per eius mortem finitus fuerit, & sic non possit considerari aliqua possessio manutenibilis, quia etsi ab initio possideret vti vsufructuaria, & proprietas remaneret penès eius filios, tamen cum illi in infantili ætate, & sine successoribus obierint, de iure certum est, quod
6 succedere † debebat Cecilia mater, iuxtà *text. in authent. defuncto, C. ad Senat. Consult. Tertull. & in §. si igitur defunctus, authent. de hæred. instit. Anton. Gomez in l. 6. Taur. num. 4. & 5. Tell. Fernand. num. 16. Mattienzus in l. 1. tit. 8. lib. 5. recopilat. num. 12.* & consequenter ex superuenientia noui tituli fuit mutata Causa possessio-
7 nis † de simplici vsufructuaria in veram proprietariam, *Achill. dec. 4. de caus. possess. & propriet. Rota dec. 243. num. 4. part. 2. diuers.* & latius firmatur in *decis. Causæ coram me, §. præsertim.*

Nec releuat quod in Capitulis Matrimonialibus fuerit conuentum, vt moriente Valtero sine filijs, succederet Cecilia in vsufructu, & post illius mortem, bona reuerterentur ad lineam rectam, vnde peruenerant; Quoniam dixerunt Domini, pactum prædictum esse fauorabile pro Ot-
8 hone, cum illud sit strictè † interpretandum, prout iacet in casu mortis Valteri sine filijs, *l. quidquid astringendæ, de verb. obligat. Alex. consil. 46. num. 4. vol. 2.* & dum de alio casu mortis cum fi-
9 lijs nihil disposuerit censetur relictum sub † dispositione iuris communis, *l. commodissime, ff. de liber. & posthum. Surd. cons. 315. num. 15. tom. 3. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 7. num. 34.* Secundum cuius dispositionem mater succedit, vt superius fuit dictum.

Neque obstat, quod dicitur de consuetudine valdè

valdè ponderata, secundum quam mater non succedit filijs in Patria Leodiensi, quia vltrà quod non probatur, nec etiam probata releuaret cum
10 non extendatur ad † locum de Corteschem vbi sita sunt bona, de quibus agitur, ibi enim viget consuetudo quod mater succedit, vt benè probāt Testes dati in *Summ.* Othonis *num.* 5. deponentes quod mater superuiuens omnibus prolibus de lege, & consuetudine succedit in omnibus bonis, & certum est extensionem non dari de loco ad locū prout nec de persona ad personam, *l.* 3. §. *si quis hoc interdicto, & ibi Bartol. ff. de itin. actuque priu. l. ius singulare, l. quod verò contra, ff. de ll. Bald. in princip. num.* 9. *de fæd. cognit.* Aretin. *cons.* 122. *num.* 4. *Dec. cons.* 483. *numer.* 22. & sic
11 consuetudo in † specie probari debet, *Mantic. decis.* 284. *num.* 6. & 7. *Caual. decis.* 85. *num.* 3. & 419. *num.* 4.

Minus obstat quod in feudis succedant proxi-
12 miores † agnati, & non mater, *cap. vnic. de natur. success. feud.* quia non omnia bona sunt feudalia, sed in maiori parte allodialia, respectu quorum sumus in claris; respectu verò aliorum bonorum, quæ in parua quantitate feudalia sunt, pariter succedit mater non obstante *dict. cap. vnic.*
13 attenta prædicta † consuetudine, *Paris. cons.* 21. *lib.* 1. *vbi num.* 31. firmat prædictam consuetudi-
14 nem † esse fauorabilem, *Scrader. de feud. part.* 7.
15 *cap.* 4. *num.* 77. & in terminis Patriæ † Leodiensis, *Caual. decis.* 172. *num.* 2. & 3. *Rota dec.* 362. *num.* 2. *par.* 2. *Recent.* & firmatur in Decisionibus Causæ.

Denique quod repetebatur de dementia Adrianæ pro annullando actu renunciationis per eam factæ ad fauorem prolis Ceciliæ, & Valteri, di-
16 ctum fuit non obstare † ex latè, & exuberanter ponderatis in Decisionibus emanatis in hac eadem Causa *coram R. P. D.* * *meo Pirouano sub diebus* 15. *Decembris* 1634. & * 15. *Decembris* 1635. vbi benè, & optimis rationibus firmatur dictam dementiam non esse taliter probatam, per quam actus renunciationis annullari possit.

Et sic conclusum vtraque parte informante, &c.

☞ *Decisiones huius Causæ coram bon. mem. Pirouano, & Buccabella habentur in* 7. *par. Recent. dec.* 132. 214. & 298. alia vero sub *die* 15. Decemb. 1635. habetur infra in Appendice.

R. P. D. DVNOZETTO
Decano.

Auximana Fideicommissi.

Lunæ 22. *Martij* 1638.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione positi censentur ex coiecturis ad Fideicommissum vocati, non solum ad portionē proprij Parentis, sed etiam Patrui, vt hic, vbi multæ in hac materia enumerantur coniecturæ, & responderunt ad alias, quæ in contrarium adduci solent: Clausula, *sine præiudicio*, venientium ab intestato in legitimatione apposita, præseruat legitimis iura fideicommissariæ successionis.

Præscriptio in Fideicommissis inducta
vnum ex fideicommissarijs non nocet al

SVMMARIV

1 *Filijs in conditione positis veniunt etiam & num. seqq. vbi ampliatur.*
2 *Appellatione filiorum in fideicommisso veniunt etiam nepotes.*
3 *Amplia, & fortius concurrentibus coniect*
4 *Dictio*, & similiter, *inducit dispositione denti similem.*
5 *Dictio*, & similiter, *repetit omnes quali conditiones in præcedenti oratione speci num.* 27.
6 *Dictio*, pariformiter, *repetit omnes qua conditiones præcedentis orationis.*
7 *Dictio*, similiter, *repetit conditionem, in præcedenti vocatione adiectam.*
8 *Filij in conditione positi, regulariter non vocati.*
9 *Filij in conditione positi ex coniecturis, vocati, & num. sequentib. Vbi enunc iecturæ.*
10 *Filij in conditione positi cum qualitate tis, dicuntur ex coniecturis vocati, citur potentissima coniectura.*
11 *Amplia quia etiam sola sufficit tamqu tissima.*
12 *Substitutio facta per verba*, quandocu *citur compendiosa.*
13 *Filij in conditione positi, stante compen tutione censentur vocati.*
14 *Filij plures in conditione positi, ex ho cati censentur.*
15 *Filij in conditione positi, si inter eos ad mus, omnes censentur dispositiuè voca*
16 *Digressio ad plures gradus substitution mum vrget pro vocatione filiorum in positorum.*
17 *Vocatio remotiorum, & ipsa valde vrge vt filij in conditione positi censeantur*
18 *Vocatio transuersalium facit præsumer conditione positos censeri ad Fideico vocatos.*
19 *Clausula*, codicillaris, *arguit filios in positos fuisse vocatos.*
20 *Clausula*, omni meliori modo, *induci nem ad fauorem filiorum in conditio rum.*
21 *Coniecturæ pro vocatione filiorum in positorum simul consideratæ reddunt ind vocationem, quamuis de per se qualibe ficerent.*
22 *Vocatio descendentium in conditione concludentes non requirit coniecturas ribus est contenta.*
23 *Filij in conditione positi cum dictione,* licet, eorum filijs, *restringuntur ad gradus.*
Contra, num. 25.
24 *Filij in conditione positi, si in substitut cta, non fuerint repetita verba sine fi guntur solum vocati filij primi gradus.*
Discretiua locutio facta in secunda par menti, arguit aliter Testatorem sensiss ibidem.

Verba in dubio censentur apposita demonstratiuè, non restrictiuè.
Filij in conditione positi dicuntur vocati ad portionem Patris, non Patrui.
Contra num. 29.
Filij in conditione positi si agitur de hæreditate ascendentis censentur vocati, non solum ad portionem Patris, sed etiam Patrui.
Amplia si etiam vocatio veniret ex coniecturis.
Filij in conditione positi dicuntur vocati etiam ad portionem Patrui, vbi ille sine filijs decessit.
Filij in conditione positi censentur vocati etiam ad portionem Patrui, stante inter eos reciproca.
Filius legitimatus facit deficere conditionem si sine filijs, & in seqq. vbi limita.
Legitimatio cum clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, *præseruat legitimis omnia iura fideicommissi.*
Legitimatio obtenta ab Archiuio Romano habet clausulam, sine præiudicio venientium ab intestato, *& sic iura fideicommissaria successionis legitimis non tollit num. 35. & seq.*
Legitimatio obtenta post mortem fratris grauati non præiudicat alijs substitutis, quibus iam fuerat ius quæsitum.
Præscriptio in fideicommissis successiuis decursa contra vnum ex fideicommissarijs, non obest alijs successiue vocatis.
Præscriptio non currit contra eum, qui agere non poterat, num. 38.
Præscriptio nihil operatur, vbi non est completa.
Præscriptio contra pupillum non incipit currere à die mortis Patris, sed à die, quo ille maior fuit effectus.
Tempus minoris ætatis ad effectum præscriptionis subducitur, num. 40.
Restitutio in integrum ex capite ignorantiæ datur fideicommissario bona fideicommissi vindicare volenti, ignorantia fideicommissi præsumitur etiam in vocatis, nisi scientia probetur, num. 42.

DECISIO XXVIII.

De anno 1532. Nobilis Vir Federicus de Sinibaldis in eius sub quo decessit Testamento institutis Laura, & Posthuma filiabus in re certa dotis nomine hæredes vniuersales esse voluit Alexandrum filium legitimum, & naturalem Posthumum ex Cornelia vxore, si masculus nasceretur. Et decedentibus dd. Alexandro, Laura, & Posthumo, vel Posthuma sine eorum filijs; vel filiabus legitimis, & naturalibus, & similiter decedentibus eorum filijs, vel filiabus quandocumque, substituit vulgariter, & pupillariter, & per fideicommissum Cippum Domus ipsius Testatoris, & proximiores Consanguineos de Sinibaldis.

Ex Laura, quæ nupsit Ioanni Cino, ortus fuit Federicus, & ex Federico D. Franciscus Cinus. Ex Posthuma autem Portia nuncupata, quæ nupsit Iacobo de Simonettis, natus fuit Annibal, & ex Annibale D. Federicus de Simonettis.

De anno 1589. obijt Alexander nullis relictis filijs legitimis, sed Alexandro dumtaxat filio naturali, qui tamquam assertus hæres dicti Alexandri Patris omnia bona dicto fideicommisso subiecta retinuit. Quapropter DD. Franciscus Cinus, & Federicus de Simonettis vti vocati ad prædictum Fideicommissum Iudicium immissionis in partibus intentarunt ex remedio, *leg. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* contra dictum Alexandrum Iuniorem, eoque ad A.C. deuoluto, & mox de consensu Partium mihi delato, dubitaui An dd. Francisco, & Federico danda esset immissio: Et Domini, quia informantes pro Alexandro nedum impugnabant existentiam dicti Fideicommissi ad fauorem dictorum Francisci, & Federici, eorumque descendentium à dictis Laura, & Portia filiabus q. Federici fideicommittentis, ac bonorum identitatem, sed etiam opponebant præscriptionem quadragenariam, & detractiones; ideò pro nunc firmarunt constare de dicto fideicommisso ad fauorem dictorum descendentium ex fœminis, & præscriptionem non obstare; De identitate autem, & alijs mandarunt, vt particulariter videretur.

Et quoad existentiam d. fideicommissi ad fauorem dictorum Francisci, & Federici, illa visa fuit iustificari ex testamento dicti Federici Sinibaldi, qui decedentibus Alexandro filio, & Laura, ac Posthuma filiabus sine eorum filijs, & filiabus legitimis, & naturalibus, & similiter decedentibus eorum filijs, & filiabus quandocumque substituit Cippum domus, & proximiores Consanguineos de Sinibaldis: Vnde cum dictus Alexander obierit sine filijs legitimis; Laura verò, & Portia Posthuma obierint cum filijs, & nepotibus legitimis, nempè, Laura cum Federico filio, & Francisco Nepote; Portia verò cum Annibale filio, & Federico pariter Nepote; Vtique per obitum dd. Lauræ, & Portiæ earumque filiorum factus fuit locus fideicommisso ad fauorem dictorum Francisci, & Federici earumdem Lauræ, & Portiæ respectiuè Nepotum. Ea ratione, quia cum Testator vocauerit filios, & filias dd. Alexandri, Lauræ, & Posthumæ, ex eo quia eos posuit in conditione, ità pariter censetur dispositiuè vocasse nepotes in eadem conditione positos; nam quoties nomen filiorum ponitur in conditione, veniunt etiam Nepotes, per *text in leg. Lucius la 2. ff. de hæred. instit. Socc. sen. cons. 249. numer. 2. vers. tamen quando nomen filiorum, lib. 2. Socc. iun. cons. 111. n. 22. 23. & 29. in fin. lib. 1. Ruin. cons. 144. num. 5, lib. 2. Gabr. de verb. signif. concl. 1. num. 12. Honded. cons. 49. num. 70. lib. 2.* vbi dicit communem esse opinionem *Peregr. de fideic. art. 1. num. 31. & art. 22. num. 46. & art. 28. n. 32. & seqq. Odd. de compend. par. 6. art. 3. num. 4. vbi testatur de communi Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 8. nu. 20. & seqq. latè Fusar. de substit. quæst. 413. num. 3.* vbi quadraginta Doctores cumulat, & etiam opinionem alias amplexa fuit, *Rota decis. 243. num. 4. par. 2. diuers. & in Senogallien. fideicommissi 11. Maij. 1626. coram bo. memo. Remboldo, & in eadem 19. Aprilis 1627. coram bon. mem. Cardinali Virili, & alias sæpe.*

2 Eoque magis, † quia versamur in fideicommisso Ascendentis, quo casu appellatione filiorum etiã nepotes continentur *ad text. in l. cum Auus, ff. de condit. & demonstr. l. cum acutissimi, C. de fideic. Rota coram Greg. XV. decis. 315. num. 5.* maximè cõ-
3 currentibus † alijs coniecturis, de quibus infra, *Gratian. discept. 352. num. 23. & seqq. Peregr. cons.*

91.

91.n.34. lib.1. Corn.conſ. 97. num.3. verſ.eſt enim tàm vrgens,lib.1. Rot. in Viterbien.fideicommiſsi 18. Decemb. 1600. coram D. Litta, & coram Gregor. XV.dec. 329. n. 3.& par. 1.recent.dec. 266. nu 6. & 486. num. 20. & in allegata Senogallien. coram Remboldo, & Vrili.

Idque confirmatur ex eo quia Federicus teſtator poſtquam poſuit in conditione filios Alexandri Lauræ,& Poſthumæ per dicta verba. Et decedentibus Alexandro, Laura, & Poſthuma ſine filijs, vel filiabus ſubdidit; Et ſimiliter decedentibus eorum filijs, vel filiabus quandocumque, &c. Quæ verba idem operantur, ac ſi Teſtator dixiſſet: Et decedentibus eorum filijs; & filiabus ſine eorum filijs, vel filiabus, & ſic explicitè etiam Nepotes in conditione poſuiſſet, virtute ſcilicet
4 dictionis; *Et ſimiliter*, quæ inducit † diſpoſitionem præcedenti ſimilem ad *tex. in l. Clemens, ff. de hæred. inſtit. Rot. dec.36.n. 12.p. 5. diuerſ.* Eaq;
5 repetit omnes qualitates, † & conditiones in præcedenti oratione ſpecificatas, *Alciat.conſ.131. num.6. & ſeqq. lib. 1. Rota in Piſtorien. Prioriæ 9. Decembr. coram Eminentiſſ.* D. *Card. Veroſpio*,
6 prout in ſimili de dictione, † *pariformiter*, dixit *Rota in Viterbie. Caſtrorum 21. Iunij 1628. coram Reuerendiſſimo* D. *meo* Decano. Et in ſpecie quod
7 dictio *ſimiliter*, † repetat conditionem ſine filijs præcedenti vocatione adiectam firmat *Fuſar. conſ. 4. num. 22. verſ. et ſenſit, & conſ. 37. num: 15. vbi alios refert*.

Quod autem prędicti poſiti in conditione ſint vocati ad fideicommiſſum, de quo agitur, res viſa fuit carere difficultate. Quamuis enim regulari-
8 ter † poſiti in conditione non cenſeantur vocati *ex gloſ. in l. Lucius la 2. ff. de hæred. inſtit. cum alijs fusè relatis à Ioſeph Ruſtic. in tract. an, & quom. lib. poſit. in cond. voc. lib. 1. cap. 2. num. 1. & à Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 437. num. 2.*

Nihilominus à dicta regula receditur quando prout hic, ex coniecturis apparet Teſtatorem
9 eos † vocare voluiſſe, *Crauet. conſ.26. num.6. lib.1. Ruin.conſ. 139. n.4: verſ. ſed præmiſsis non obſtantibus lib. 3. Peregr. conſ.91. n.30. lib. 1. Honded. conſ.65. nu.28. & conſ.67. n. 2. lib.1. Petr. de fideic. q.9. nu.160. cum alijs relatis à Fuſar. d. q. 437. n.6. Theſaur. dec. 96. nu. 8.* Greg. XV. *dicta dec. 315. nu. 1. & ibi Add.n.16. Rota deciſ. 133. ſub num. 1. dec.366.n.3. deciſ.320. nu.15. par.1. recent.*

In hac autem facti ſpecie plures, & quidem vrgentes, concurrunt coniecturæ vocationis, quarum.

Prima deſumitur ex qualitate legitimitatis quã Teſtator in dictis filiis requiſiuit; eos namque nõ poſuit in conditione, ſimpliciter, ſed ea ſub qualitate, quod eſſent legitimi, & naturales, ibi, ſine filijs legitimis, & naturalibus hæc enim qualitas cum cenſeatur adiecta ad excluſionem legiti-
10 matorum, † qui vna cum legitimis ab inteſtato ſuccederent, plurimum vrget pro vocatione, *Socc. iunior. conſ.110. n.25. & ſeqq. lib.3.* Vbi quod hæc coniectura eſt valde concludens, nilque contrà eam opponi valet, *& conſ. 145. n. 39. eodem libr.* vbi potentiſſimam eam appellat *Menoch.conſ.420. n.13. Mantic. de coniect. vlt.volunt. lib. 11. tit. 4. num.7. & ſeqq. Surd. deciſ. 162. num. 8. & ſub nu.9.*
11 *verſ. & [illegible]is, ait,* hanc † ſolam coniecturam tanquam vrgentiſſimam ſufficere, & dixit, *Rota coram Greg.XV. deciſ.329. nu.6.* vbi aliæ [...] nes cumulantur.

Altera deprehenditur ex compendioſa [...] tione facta illis verbis, & ſimiliter deced[...]
12 ſine filijs, vel filiabus quandocunq; † & verba faciunt ſubſtitutionem cõpendioſam, *in l. Centurio num. 17. de vulg. & pupill. Iun. conſ.174. nu. 24. lib.2. Odd. de compend. q.2. num.2. Menoch. lib.4. præſumpt. 51. n.[...] de ſubſtit. quæſt. 233. n. 31.* Qua ſtante C[...]
13 dioſa † poſiti in conditione cenſentur [...] *Mantic. de coniect. lib.11. tit.3. nu. 17. Socc. conſ. 174. num.24.* Honded. *conſ. 65. num.[...] Fuſar. d. quæſt. 437. nu.220.*

14 Tertia ducitur ex eo, quod filij † ſem[...] iterum ſunt poſiti in conditione, quo caſ[...] gis vocati præſumuntur, *Pariſ.conſ. 18. n[...] 2. Mantic. de coniect. d. lib.11. tit.3. nu.25.[...] præſumpt. 76. nu.58. lib.4.* Fuſar. *d. quæſt. 4[...]* Greg. XV. *dicta dec. 315. nu.2. & deciſ.329[...] Rot. d. deciſ. 266. nu.3. par.1. recent.*

Quarta oritur ex eo, quod inter poſitos [...] ditione adeſt Poſthuma, quia tunc omnes
15 eadem † conditione poſiti cenſentur di[...] vocati, *Mantic. de coniect. lib.11. tit. 2. nu[...] ſeqq. Menoch. conſil.394. nu.4. lib.4. Fuſar.[...] 437. num.201. vbi alios refert.*

Quinta depromitur ex digreſſu ad p[...] dus ſubſtitutionum, ſiquidem Teſtator [...] tibus Alexandro, Laura, & Poſthuma [...] ſubſtituit eorum filios, & filias, & iſtis [...] domus, ac proximiores Conſanguineos
16 baldis, hæc † enim digreſſio ſatis vrget [...] catione, *Soccin. Sen. conſ.62 nu.4. verſ. po[...] dem concluſio lib.3. Surd. conſ. 167. num.[...] dicta quæſt.437. nu.90. Seraphin. deciſ. 13[...] Greg.XV. d. deciſ.315. nu.4. & deciſ.329. n[...] deciſ.133. nu.7. par. 1. recent. & in dicta Se[...] fideicommiſsi coram Remboldo.*

Sexta elicitur ex vocatione remotiorum [...] pè Cippi domus, ac proximiorum Co[...] neorum, qui ſunt remotiores quam poſiti [...]
17 ditione, qui ſi non eſſent vocati, ſi quere[...] ſurdum, quod remotior excluderet prox[...] & minus dilectus magis dilecto præferre[...] *ſtic. in d. tract. de lib. in cond. poſ. lib. 5. cap[...] Mantic. de coniect. dicto lib.11. tit.3. nu.4.[...] quæſt. 437. nu.176. Rota in d. Senogallien.[...] miſsi coram Remboldo.*

Septima ex vocatione Ttranſuerſalium [...] pè Teſtator vocauit etiam DD. de Sinib[...] Alexandro fratre eiuſdem Teſtatoris de[...]
18 tes, qui profectò eſſent melioris condi[...] quam poſiti in cõditione ab eodem Teſta[...] ſcendentes, ſi iſti vocati non eſſent, *Pa[...] 66. nu.33. lib.3. Soccin. Sen. cònſil. 116. nu[...] tertia eſt lib.3. Fuſar. d. quæſt.437. nu.178.[...] lib.4. præſumpt. 76. num.81.*

Octaua denique (omiſſis alijs) dedu[...] clauſula Codicillari, in fine Teſtament[...]
19 cta, † *Peregr. conſ.91. num. 42. lib.1. Th[...] ciſ.60. nu.2.* Fuſar. *d. quæſt. 437. num. 247.[...] d. Senogallien. fideicommiſsi coram Rembol[...]*
20 non ex clauſula, *Omni † meliori modo, q[...]* ter arguit vocationem, *Honded. conſ.65. n[...] lib. 1. & conſ.54. n. 47. lib. 2. Fuſar. d. q[...] nu. 225. Put. deciſ. 213. num. 5. lib. 3. in[...]*

Rot. dec. 133. *nu.* 7 *part.* 1. *recent.* Quæ coniecturæ, vbi earum quælibet sigillatim † ponderata non sufficeret, simul iunctæ indubitatam inducunt vocationem, *Gratian. consil.* 106. *num.* 48. *vers. & licet lib.* 2. *Mantic. de coniect. d. lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 26. *vers. nec dubium*, *Gregor. d. decis.* 315. *num.* 9. & ibi *Adden. nu.* 19. *& decis.* 329. *num.* 10.

Præsertim fauore descendentium à Testatore pro quorum vocatione non requiruntur coniecturæ † necessariæ, & concludentes, sed etiam leuiores sufficiunt, *Mantic. d. lib.* 11. *tit.* 2. *in fin. Gratian. discept. forens. cap.* 352. *num* 23. *&* 26. *Gregor. XV. d. decis.* 315. *num.* 5. *& decis.* 129. *n.* 3. *Rota in dicta Senogallien. fideicommissi, coram Remboldo, & Virili, & d. decis.* 133. *n.* 7. *part.* 1. *recent.*

Nec pro exclusione dd. Nepotum releuant duæ Coniecturæ exaduerso ponderatæ, quarum prima desumebatur ex eo, quod Testator posuerit in conditione filios Alexandri, Lauræ, & Posthumæ cum dictione *eorum*, ibi: *Sine eorum filijs, vel filiabus*, quæ dicto, *eorum*, † tanquam denotans quandam immedietatem videtur restringere, seu limitare vocationem ad filios primi gradus, *ex Ias. in l. Gallus §. instituens num.* 23. *ff. de lib. & posth.* cum alijs relatis per *Fusar. d. q.* 321. *nu.* 27. *& quæst.* 412. *nu.* 17. Secunda verò ex eo, quod idem Testator in secunda substitutione facta illis verbis, *& similiter decedentibus &c.* discretiuè meminerit de eorum filijs absque conditione sine filijs, † quæ discretiua, ac simplex nominatio videtur innuere Testatorem de solis filijs primi gradus intellexisse, *Corn. cons.* 90. *num.* 6. *lib.* 3. cum alijs relatis *a Fusar. d. quæst.* 321. *num.* 69.

Quoniam hæ duæ Coniecturæ vltrà quod conquassantur ab alijs in contrarium pro vocatione ponderatis, Dominis visæ fuerunt satis leues.

Siquidem illa desumpta ex dictione, *eorum* nō est multum recepta, cum in dubio stet potius† demonstratiuè, quam restrictiuè ad indicandam scilicet personas Parentum, à quibus in conditione positi descendunt, non autem ad restringendam vocationem ad filios primi gradus, *Sim. de Pret. cons.* 56. *nu.* 12. cum alijs allegatis per *Fusar. d. qu.* 321. *num.* 28. Prout etiam in dubio verba censentur apposita † demonstratiuè, & non restrictiuè, *Bald. cons.* 339. *sub num.* 1. *vers. quæ verba lib.* 1. *Roman. consil.* 343. *num.* 7. *& seq. Sim. de Pret. d. cons.* 56. *num.* 12. Altera verò ex eo deducta, quod Testator in secunda vocatione non apposuerit dictionem, *sine filijs*, eliditur ex altera dictione, *& similiter*, in eadem vocatione apposita, † quæ repetit eandem conditionem, sine filijs in præcedenti vocatione adiectam, *Rot. d. decis.* 36. *nu.* 12. *par.* 5. *diuers.* cum alijs suprà allegatis.

Nec dicatur, quod dd. filij, & Nepotes sint vocati ad portionem Lauræ, & Portiæ dumtaxat ascendentium, non autem ad portionem Alexandri senioris Auunculi, Cum etiam positi in conditione, quando sunt vocati censeantur vocati ad portionem † Patris, non autem Patrui, ex relatis *à Rustic. d. tract. an & quand. lib. pos. in condit. lib.* 5. *cap.* 9. *nu.* 1. *& seqq. Peregrin. de fideicom. art.* 28. *nu.* 19. *Fusar. quæst.* 440. *num.* 1.

Nam, omisso quon non desunt Doctores, qui indistinctè contrariam tuentur opinionem, nempe † quod positi in conditione vocantur etiam ad portionem Patrui, quam tenent *Ancbar. cons.* 74 *nu.* 2. *Crauet. cons.* 130. *num.* 6. *& consil.* 326. *num.* 3. *Peregr. cons.* 73. *num.* 11. *vers. secunda ratio*, *libr.* 3. *Rustic. in d. tractat. de libr. in cond. pos. d. cap.* 9. *num.* 7. *& seqq.* cum alijs cumulatis à *Fusar. d. quæst.* 440. *num.* 4. *&* 5. Domini nullam habuerunt difficultatem in præsenti casu.

30 Tùm quia positi in conditione sunt † descendētes à testatore, qui proindè censentur vocati etiam ad portionem Patrui, ne Transuersales ad successionem illis exclusis admittantur, *Crauett. d. cons.* 326. *nu.* 3. *Ruin. cons.* 144. *nu.* 9. *lib.* 2. *Corn. cons.* 306. *in fin. lib.* 4. *Mantic. de coniect. lib.* 7. *titul.* 5. *num.* 7. *Fusar. dicta quæst.* 440. *numet.* 6. *Gregor. XV. decis.* 37. *num.* 8. *Rota decis.* 266. *num.* 3. *&* 4. *par.* 1. *recent.* Vbi quod Rota hanc opinionem

31 sæpius † amplexa fuit, etiamsi vocatio ex coniecturis desumatur, cum inuerisimile sit Testatorem voluisse alienam posteritatem propriæ soboli præferre, vt ait imperator in *leg. cum Auus, ff. de cond. & demonstr. & in l. cum acutissimi, C. de fideicommiss.*

Tùm etiam quia Alexander Auunculus decessit

32 sine filijs legitimis, quo casu positi † in conditione etiam ad portionem Patrui vocati præsumuntur, *Corn. cons.* 306. *col. vltim. lib.* 4. *Gabr. cons.* 115. *nu.* 13. *circa fin. vers. concludo igitur*, *lib.* 1. *Ruin. consil.* 139. *num.* 20. *lib.* 3. *Fusar. dicta quæst.* 440. *num.* 9.

Tùm, & demum quia cum Testator omnibus primo loco vocatis substituerit Cippum domus, ac proximiores Consanguineos de Sinibaldis, &

33 sic fecerit inter eos reciprocam, clare † sequitur positos in conditione etiam ad portionem Patrui vocatos fuisse, nam alias omnibus deficientibus Cippus domus succedere non posset, *Socc. sen. cons.* 62. *n.* 4. *vers. quinto ead. conditio, lib.* 3. *Crau. cons.* 130 *n.* 6. *Ruin. d. cons.* 139. *n.* 19. *Rot. in Romana fideicommissi de Incoronatis* 13. *Nouembr. anni præteriti cor. R.P.D. meo Pirouano.*

Non obstat quod Alexander Iunior fuerit legiti-

34 matus, † ac proindè faciat deficere conditionem, sine filijs legitimis, *Peregr. de fideic. art.* 28. *nu.* 45. *Molin. de primog. Hispan. c.* 3. *nu.* 2. *vbi alios refert.* Quia cum asserta legitimatio fuerit obtēta à Collegio Archiuij Romani non suffragatur ad hunc

35 effectum, cum habeat in ventre clausulam, † *Sine præiudicio venientium ab intestato*, quæ præseruat legitimis omnia iura fideicommissi (quando prout hic) agitur de successione alterius fideicommittentis, *Ruin. cons.* 106. *n.* 8. *vers. & in casu nostro lib.* 3. *Menoch. cons.* 625. *n.* 38. *& præsumpt.* 79. *n.* 43. *lib.* 4. *Peregr. de fideic. art.* 23. *n.* 75. *Fusar. d. tract. q.* 408 *n.* 116. *Rot. dec.* 667. *num.* 3. *p.* 1. *recent.* Et in termi-

36 nis † legitimationis obtentæ à Collegio Archiuij Romani, *Honded. d. cons.* 66. *n.* 41. *& seq. lib.* 1. *Grat. discept.* 496. *n.* 7.

Eoque magis cum illa fuerit obtenta post mortem Alexandri Patris grauati, quæ propterea nō

37 præiudicat † alijs substitutis, quibus iam fuerat ius quæsitum, *Peregr. de fideic. d. art.* 23. *n.* 74. *Fusar. d. qu.* 408. *n.* 155. *Rot. d. dec.* 667 *nu.* 3. *& seq. p.* 1. *rec.* Vbi virtus dictæ Clausulæ declaratur, & aliæ decisiones cumulantur.

Quo verò ad alteram partem resolutionis circà Præscriptionem, illa Domini dixerunt non obstare; siuè illa deducatur ab anno 1589. quo obijt Alexander senior hæres grauatus vsque ad an

num

num 1628. quo iudicium intentatum fuit; quia cum versemur in fideicommisso successiuo ad fauorem plurium vocatorum, qui gradatim obierunt, præscriptio si quæ integrè decursa fuisset contra vnum ex fideicommissarijs successorem,
38 † non obesset alijs successiuè vocatis, qui cum agere non valuerint, nulla potuit contra eos currere prescriptio, *ad leg. 1. in fin. C. de Annal. except. Alex. cons. 101. n. 23. lib. 7. Natt. cons. 437. n. 5. & 7. Peregr. de fideic. art. 41. n. 16. Molin. de primog. lib. 4. cap. 10. n. 3. Rot. in Florentina Affrancationis 20. Nouembr. 1637. coram R.P.D. meo Chisilerio*. Siue dusumatur à die obitus Federici Cini, aut Annibalis de Simonettis. Quandoquidem respectu dicti Federici Patris Francisci nunc Actoris nulla adest legitima præscriptio, cum dictus Federicus obierit de anno *1619.* vt constat ex fide obitus extracta è libro defunctorum, à quo tempore vsque ad an-
39 num 1628., † quo iudicium motum fuit nouem dumtaxat effluxere anni, qui vtique non sufficiunt ad inducendam præscriptionem ex vulg.

Respectu verò Annibalis Patris Federici pariter actoris asserta præscriptio completa non fuit. Nam quamuis d. Annibal obierit de anno 1589. Nihilominus cum d. Federicus eius filius non fuerit effectus maior nisi de anno 1608. vt constat ex fide Baptismatis in actis producta, asserta præscriptio contra eum cæpisset currere non à die obi-
40 tus Patris, † sed à die quo ipse maior fuit effectus, cum de iure tempus minoris ætatis ad hunc effectum nō cōputetur, *l. sicut, vbi glos. in verb. seruanda, vers. item nota hic, C. de præscr. 30. vel 40. ann. Alex. d. cons. 101. n. 27. lib. 7. Statil. de Saluian. inspect. 2. cap. 2. n. 280. iuxtà Modern. impress. Osasch. decis. 179. n. 14. Guidopap. 31. nu. 3.* à quo tempore vsque ad tempus motæ litis de anno 1628. non nisi 20. effluxerunt anni.

Et in omnem casum quatenus asserta præscriptio completa fuisset, quam non esse completam liquet ex prædictis, adhuc daretur restitutio ex ca-
41 pite † probabilis ignorantiæ, quæ præsumitur, nisi scientia d. fideicommissi cum patientia vocatorum ex aduerso probetur, *Peregr. de fideic. art. 41. n. 12. Crauet. de antiq. temp. p. 4. n. 201. Gabr. de præscript. concl. 13. n. 10. Fusar. quæst. 528. nu. 22. vbi alios cumulat.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

☞ *Plures decisiones in hac causa emanarunt, quas posui infrà in fine decisionis 47. sub die 2. Iunij 1638. quæ decisio est in eadem causa.*

R.P.D. HIERONYMO VEROSPIO postea S. R. E. Cardinali.

Fulginaten. Hæreditatis.

Veneris 5. Martij 1638.

ARGVMENTVM.

Agitur de Neptibus ingredientibus locum Matris ad succedendum Auo, & an stante renunciatione Matris succedere possint. Renunciatio facta à matre de hæreditate paterna præiudicat filijs succedere volentibus auo, quando ipse auus præmoriatur matri; secus vero quando mater præmoriatur auo.

SVMMARIVM.

1 *Neptes ex filia præmortua succedunt vna cum matertera ad hæreditatem Aui.*
2 *Filij ingrediuntur locum patris quando est hæreditate ascendentium delata siue à legitimo homine.*
3 *Hæreditas ascendentium diuiditur inter descendentes in stirpes.*
Successio in stirpes dicitur quando plures filij parentis obtinent eam portionem quæ eorum obtigisset, num. 3.
4 *Renuncians non potest habere regressum ad renunciata.*
5 *Renunciatio obest renuncianti, & filijs ex sua persona venientibus.*
6 *Renunciatio facta à matre hæreditati paternæ ... ta dote, præiudicat filijs vide n. 14. & 19.*
7 *Filia renuncians hæreditati paternæ an ... valeat cum sorore si tempore renunciationis ... cessionis non extent fratres, & n. 8.*
9 *Renunciatio facta à filia hæreditati paternæ videtur facta fauore sororum, sed fratrum. Qui licet non extent tempore renunciationis adest spes quod nasci possint n. 10.*
11 *Voluntas Patris præsumitur esse vt in ... seruetur æqualitas inter filios.*
12 *Renunciatio operatur, ac si renuncians ... omni iure caruisset.*
13 *Renunciatio aperit locum alijs successoribus ... tibus in eodem gradu renunciantis.*
14 *Renunciatio matris ad bona paterna non ... cat filijs moriente matre ante obitum patris. Et isto casu renunciatio dicitur personalis.*
15 *Renuncians hæreditati paternæ si præmoriatur patri dicitur priuatus successione potius ... quam à renunciatione.*
16 *Renunciatio matris non nocet filijs venientibus ... persona propria, & n. seq.*
18 *Dos recepta à matre renunciante hæreditati paternæ censetur successio quam mater decedens ... mittit ad filios.*
Declara procedere quando mater superuixit patri, num. 19.
20 *Renunciatio facta à filia de hæreditate ... citur sub conditione, quatenus hæreditas ... ratur.*

DECISIO XXIX.

Responderunt Domini in dubio, quod ... proposui pro Liuia, & Anna, vt illæ ... succedere in hæreditate Caroli aui materni ... cum Cæcilia matertera, quia defuncta ... cuius illæ erant filiæ, succedere debebant ... lius locum, ac proinde dicebantur retinere ...
1 dem † gradum in hæreditate Aui cum ... siue qualem habuisset earum Mater si viueret ... probat *tex. in §. cum filius, Instit. de hæred. quæ ab intest. deferuntur*, & notauit ibi *gloss. in §. ... tur auth. de hæred. ab intest. venien. & in ... suis, & legitim* est enim hoc perpetuum ... ditate ascendentium. vt defuncto vno de ... te non extinguatur, aut perimatur gradus ...

us persona; † sed eius filij ingrediantur locum parentis quocunque iure deferatur eadem hæreditas siue ex dispositione legis, siue ex dispositione hominis, vt notant, *DD.in d.§.cum filius*, & *authen.post fratres, C.de legit. hæredib.gloss.in l. tam ita, §.in fideic.in verb.primo gradu, ff.de leg.2.* hinc est, quod cum de ea hæreditate agitur semper illa diuidi † debeat in stirpes; itaut plures filij vnius parentis obtinere debeant eam portionem, quæ obtigisset eorum patri, vt tradit *gloss.in §. si quis igitur in verb.antiquit.auth. de hæred ab in test.venien.& in princ.tit. Instit. de legit. agnat.success.*& notant *DD.in auth.in success. C.de suis*, & *legit.hæred.*

Vnica extabat exceptio, cui responderi debebat, & oriebatur ex renunciatione, quam Cæsarina illarum mater fecerat hæreditati Caroli patris in qua succedere volebat Anna simul cum sorore, cum ea renunciatio non solum diceretur, nocere ipsi Cæsarinæ, † vt non posset regressum habere ad bona quæ renunciauit, vt notant *DD. in l.postquam liti, C. de pact.& in cap.quamuis pactum eod.tit.lib.6.& in l.quæritur, §.si vendit. ff.de ædil.edict.* sed obstaret etiam illius filiabus tamquam ipsæ † veniebant ad d. hæreditatem ex persona earum matris ex doctrina *Bart.in l.2. §.si sit nepos in princ. ff.de coll. dot.& in l.qui superstitis n. ff.de acquir.hæred.*& tradit *Couar.in d.cap.quamuis pactum p.3.§.3.num.7. post gloss.vlt.in verb.detrimentum*, quam ratione dotis quæ illarum matri data fuerat † cum videretur esse loco successionis quam habuit Cæsarina in hæreditate patris. & cuius occasione illæ excludi debebant ab eadem hæreditate potius quam ex renunciatione matris, vt tradit *Couar.in d. cap.quamuis pactum p. 3.§.3.n.7.Bald.in l.pactum n.8.C.de coll.Alex.sup. ead.l.n.7.in 1.col. in fin.Salicet.d. l.qui superstitis,n. ff.de acquir.hæreditate, Franc.in d.cap. quamuis pactum num.14.*

Verum huic exceptioni pluribus modis responderi poterat quocunque modo ea renunciatio cõsideraretur siue ex persona ipsius Cæsarinæ; siue ex persona eius filiarum; Et primo modo considerata, quamuis quæstio sit satis dubia, & anceps, Vtrum filia, quæ renunciauit hęreditati paternæ possit in eadem hęreditate succedere † simul cum sorore si tẽpore successionis non extabant eius fratres, quinimo etiam aderãt de tempore renunciationis, in qua quæstione negatiuam opinionem tenuerunt *Alex.in cons.29.lib.2.& in cons.26. n.52. lib. 3.* vbi testatur de communi *Couar.in c.quamuis pactum p.3.§.3.nu.7.in 6. casu Molin. qui etiam testatur de communi in tract.de ritu nupt lib.3.q.93 n. 29.* Tamen † contrariam opinionem defendit, *Anon.cons.42.nu.1.* Et eam sequuti fuerunt *Bald.in cons.437.nu.2.lib. 1.Dec.in l.pactum num.6. C.de coll.& in cons.433.n.2.& in cons.558.nu. 9.Gemin. in c.quamuis pactum de pactis lib.6.n.15. Corn.cons. 01.num.4.* qui consuluit ad fauorem filiæ renunciantis contra amitam, & videtur hæc opinio fundari, tàm in præsumpta voluntate filiæ renunciantis quàm patris, qui eam renunciationem recepit, quia non videtur verisimile † vt filia renunciare voluerit hæreditati paternæ, vt excluderetur à sorore, sed solum vt possent in ea succedere filijs eius fratribus qui licet non extarent tempore renunciationis † tamen spes erat, quod nasci possent, vt considerauit *Dec.in d.l. pactum, C.de collat. num. 97.* Patris verò voluntas præsumitur

11 † fuisse, vt in sua successione seruaretur æqualitas inter filias ad quam cum lex hortatur, & hanc rationem considerauit idem *Dec.in cons.433.& in l.1.n.2.C.vnde liberi*, & hanc opinionem sequuta fuit *Rota coram R.P.D.meo Dunoz.sub.die 17.Iun. 1634.in Romana hæredit. de Perottis*, propter vtramque hanc rationem, quæ plenissime ea decisione comprobata fuit quas etiam rationes considerauit pro admissione filiæ, *dec.4.de pactis in antiquis*, quamuis in ea decisione non appareat cui opinioni Rota adhæserit *Collect.in cap. vlt.n.34. de donat.*

Poterat secundo modo considerari ea renunciatio quatenus nocere debebat solis filiabus Cęsarinæ, quo minus succedere possent in hæreditate Aui in locum Matris defunctæ, & hoc modo accepta neque visa fuit illis obstare Licet enim

12 diceretur ea renunciatio † idem omnino operari, ac ipsa Cæsarina omni iure à principio caruisset, *vt notant DD.in l si mihi ff.de seruit.rustic.præd.& ibi Bald.n.2. Castrens. nu.3.* indeque eius exclusio

13 videretur † aperire locum alijs successoribus, qui erant in eodem gradu, & à quibus illius filiæ excludi debebant *argum.text.in l.2. §.sed si sint, ff.ad sen.Cons. Tertull.& in l.Pater filium,ff.de inoff. testam.*& notauit *Franc.in d.cap. quamuis pactum nu. 14.Castrens.in l.qui superstitis, ff.de acquir. heredit. num.3.Imol.num.2.in 2.col.* Tamen diuersum erat

14 hoc casu ius quod habebant Anna, † & Liuia eius soror à iure suæ matris super hæreditate Aui quia cum illa obijsset ante Carolum patrem, cuius hæreditati renunciantum fuit existimari debebat ea renunciatio personalis, quæ propterea ei soli nocere poterat *vt fuit sententia Bart. in l.qui superstitis*, & notant ibi *DD.Castrens.nu.13. Rom.n. 7.Imol.n.2.in 1.col.in fine Alex. in l.pactum n.7.C. de collat. Dec.super ead.l.num.18.* vbi testatur de communi *Salic.in l. pactum nu.6.C.de pact.Franch. in c.quamuis pactum nu.14. eod.tit.lib.6.* Gabr.qui testatur de cõmuni *concl.1. de iure dot.n.43.Crass. in §.legitim.qu.4.nu.2.*& duplicem rationem considerant DD. huius conclusionis, quare non possit filijs nocere matris renunciatio, quando illa iam decesserit & prima respicit personam matris quia renunciatio, quam illa fecit videtur habere tacitam conditionem quatenus ei deferretur successio Patris cum non posset habere super ea aliquod Ius illo viuente. Vnde in casu quo defuncta sit ante patrem videtur illius successione priua-

15 ta potius à † morte quam ex propria renunciatione quã rationem considerauit *Castr.& Imol.in d.l. qui superst. Alex.in l.pactum n.7.de collat.Couar.in c. quamuis pactum p.3.§.2.n.4.Guttier.super eod.c. in §.vlt. n.2.* Alia vero ratio respiciebat personas filiarum, quia cum habeant idem Ius à lege à

16 † qua vocantur ad hæreditatem Aui non potest illud eis tollere factum Matris, quæ sua renunciatione sibi solum præiudicare potuit non etiam filijs, *vt considerauit Bart.in d.l.qui superstitis nu.2. in fin.& in l.liberorum nu.16.ff. de verb. signif.Roman.in l.qui superstitis n.7. authoritate tex. in l.arrogat.ff.de adopt.& in l.vlt. C. de repud.bon.poss.* & propter hanc rationem existimauit, *Bart.super d.l. qui superstitis* quod licet filij in ea successione occupare debeant gradum Matris non tamen repre-

ſentare debeant illius perſonam cum poſſint ve-
17 nire † iure proprio tamquam poſiti à lege in gradu filiorum, *& idem tenuit in l.ſi auus n.1.C.de liber. ſuperſtitis, & in l.1.§.ſi ſit filius ff. de coniugen. cum emancipato liberis Surd.conſ.332.n.10.

Neque poterat hoc caſu contrarium ſuadere dos quam Cæſarina mater Annæ dicebatur recepiſſe à Carolo patre. Quia licet illa aliàs exiſti-
18 metur eſſe ſucceſſio, quam mater decedens trāſmittit ad ſuos filios vt tradit *Bald.ind.l.pactum,C. de collat.*& in his terminis in quibus filia ante patrem deceſſerit *tenuit Rom.in l.qui ſuperſtitis,n.7.ff. de acqu.hæredit.ſequendo Bald.in d.l.pactū Dec.ſup. ead.l.pact.n.18.& in conſ.181.n.6.* Tamen intelligenda hęc erant in ſuo caſu quando filia ſuperſtes
19 fuerit patri, † & Auo nepotes qui vellent in eius hæreditate ſuccedere,*vt declarat Alex. ſuper ead.l. pactum n.7.*vbi dicit Baldū (cuius auctoritate mouetur Roman.) loqui in primo caſu quando pater deceſſerit ante filiam, *& idem voluit Surd. in conſ.332. nu.* 12. vbi teſtatur opinionem Romani communiter eſſe reprobatam,*& in conſ.133.n 19.* & de cōmuni opinione teſtatur *Cephal.in conſ.334. nu.4. Graſſ.in §.legit. qu.4. nu.4. Gramm. dec.57. Guttier.in d.cap.quamuis pactum,§.vlt.nu.3.Gabr. de iure dot.concl.1.num.47. & 48.* Et eadem ratio adduci poterat huius declarationis quæ fuit ſupra conſiderata quia cum renunciatio intelligi deberet facta ſub conditione quatenus matri de-
20 ferretur ſucceſſio non potuit dos quam illa conſequuta fuit efficere, vt eadem renunciatio eſſet pura vt conſiderauit *Surd. in d.conſ.133. nu.10.* & eandem rationem ponderauit etiam *Imol. in d.l. qui ſuperſtitis num.2.in 2. col.Bald.conſ.437.num.1 libr.1.*

Et ità &c.

R. P. D. CARILLO.

Signina Saluiani.

Veneris 16.Aprilis 1638.

ARGVMENTVM.

Saluianum requirit creditum cum hypotheca, & poſſeſſionem debitoris tempore contractus, vel poſtea, vbi de probatione horum extremorum: computum, vt dicitur, *da ſaldarſi*, per alterum, alteri tranſmiſſum, plenè probat contra tranſmittentem.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum conceditur conſtito prius de credito cum hypotheca, & de poſſeſſione debitoris tempore obligationis, vel poſtea.*
2 *Inſtrumentum certam,& indubitatam probationem reddit.*
3 *Poſſeſſio debitoris probatur per executiones factas ſuper illius bonis ad inſtantiam eius creditorum.*
4 *Poſſeſſio rei conuenti probatur ex ſubſtentatione litis. Amplia etiam in iudicio Saluiani, ibid.*
5 *Inuentarium probat contra conficientem.*
6 *Confeſſio de recepto facta per Procuratorem adminiculata, præiudicat Domino.*
7 *Scriptura facta pro memoria ſcribentis contra ipsū nihil probat.*
8 *Scriptura priuata penès partem reperta ... confeſſionis acceptatæ, & ſic plenè pro... ſcribentem.*
9 *Scriptura priuata iunctis adminiculis p... tra ſcribentem.*
10 *Computum ſcribens deliberatè ſcribe... tur, & ſic pro ſua parte debitum calcul... tur, & num.ſeqq.ac vide etiam ſup. n... & 9.*
11 *Diligentia præſumitur in ſubductione ...*
12 *Computa non ſolidata, ſed tantum tranſ... parti probant contra mittentem, & ... num.7.& ſeqq.*
13 *Partitæ in calculo poſitæ, vbi non ſunt ... ſed diuiſionem recipiunt, poſſunt aliqu... & aliæ reici.*
14 *Compenſatio crediti datur cum fructib... tis poſt motam litem.*
15 *Retentio non datur pro credito illiquid... recipit compenſationem cum fructibu... poſt motam litem.*

DECISIO XX...

ME proponente vti Prælato ext... deputato, hodie reſoluerunt D... Saluianum ad fauorem Caſſandræ de ... & Iulij Cæſaris Rorij ſuper bonis de ... gitur, pro fructibus duorum cenſuum ... Papio debitorum, quorum alter fuit ... monetæ in ſorte principali de anno 15... tus ad fauorem q. Neapolionis Ignat... inſolidum cum Communitate Signin... monetæ de anno 1596. impoſitus ad ... q Lauræ Parabiacchæ, quem idem S... ſe denuò accollauit in totum in Inſtru... fictus cum dicta Cōmunitate facto de ...
1 quia conſtat de eorum credito † cum ... ca, & de poſſeſſione debitoris tempore ... nis,vel poſtea,quo caſu immiſſio dene... *Pacif.de Saluian.interdict. inſpect.1. ca... Rot.dec.386.num.1.& ſeq. par.1.diuer...*

Creditum cum hypotheca ſufficien... tur ex publicis Inſtrumentis impoſi... Cenſuum, Summ.Caſſandræ num. 1.... illorum acquiſitione facta per dd.Ca... Iulium Cæſarem conſtat ex Inſtrument... num habitarum à ſucceſſoribus Domi... cenſuum cum perſonarum legitimatio...
2 Summ.à nu.3. vſque † ad 11. quæ In... certam, & indubitatam probationem ... mat *Bald.in l.generali ſub num. 3. ver... C.de ſacroſ.Eccleſ.Caputaqu.deciſ.42... apud Pacif.dec.135. num. 1.* De poſſeſ... toris de tempore, vel poſt contracta de... tur per depoſitiones Teſtium d. Sum. n...
3 per executionem factam † ad inſtantia... de Lauris aduerſariorum in dd. bonis ... contra bona Sulpitij debitoris d.Summ... quæ ſola ſufficeret ad probandum hoc ... extremum, vt dixit *Rot.coram Greg.... num.1.verſ.accedit mandatum, & num....* ſeſſione verò Lælij, & aliorum de Lau... norum detentorum apparet ſimiliter ... d. Summ. num.15. Ac ex litis ſuſtenta...
4 pariter † de per ſe ſola in hoc iudicio ... pro iuſtificatione ſecudi extremi, Cap...

72.part.2. *Rot. decis.* 775.*num.*1.*part.*2. & *decis.* 49.*num.*3.*part.*4.& *decis.*17.*num.*5. *part.*5.*recen.* & *coram Greg. XV. decis.*491.*num.*11.

Non obstat exceptio dotis Hieronymæ Niceæ sororis Portiæ matris dd. de Lauris constitutæ de anno 1566. vt Instrumento dotali eorum Summ. num. 1. cuius vigore prętendebatur retentio in bonis, de quibus agitur, tamquam sibi traditis | insolutum ab hæredibus Sulpitij, quia si dos prædicta, vt asseritur ascendit ad scu. 1620. de cuius restitutione quoad quantitatem scu. 1000. constat ex Inuentario per eosdem de Lauris facto hæreditatis Ambrosij Patris, in quo illum dixerunt debitorem Portiæ eornm matris tanquam sororis, & hæredis supradictæ Hieronymæ in supradictis scut. 1000. Inuentarium autem contra describentem debita † hæreditatis plenè probat, *Bart. in l. fin. §. licentiam, C. de Iur. deliber. cum alijs adductis per Paris. cons.*45.*num.*20. *lib.*2. *Peregrin. de fideicomm. art.*44.*num.*3. *Rot. dec.*71. *num.*2.*par.* 1.*diuers.* & *decis.*426.*num.*2.*in fin. par.*1. *recentior.* & *coram Seraphin. dec.*1394. *n.*10.

Quod comprobatur ex computo scripto manu d. Lælij Procuratoris specialis dictæ Portiæ suæ matris, & hæredis dictæ Hieronymæ ad exigendum, & recepisse confitendum d. Summ. num. 19. & 20. & ita probat contra Portiam, aliosque filios, & hæredes concurrente præsertim ratificatione Io: Baptistæ alterius fratris, quæ probatur per Testes d. Summar. num. 20. Confessio enim de recepto † facta per Procuratorem adminiculata prout in præsenti præiudicat Domino constituenti, *l. quæro, §. fin. ff. de edilit. edict. Castr. in l. quicunque Cod. de seru. fugitiu. Alex. cons.*147.*n.*13. *vers. nam lib.*2.& *bene ad proposit. Escobar. de ratiocin. cap.*23.*à num.* 31. *cum seqq. vsque ad* 47. & 48. *Ruin. cons.*56.*col.*4.*vol.*1.& *cons.*32. *colum. fin. eod. vol. Card. Mantic. de tacit. lib.*8.*tit.*11.*num.*13. *Menoch. cons.*260.*num.*7. & *seqq. Ciriac. contr.*122.

Nec aduersatur, quod dicebatur de dicto computo, scilicet quod esset scriptura priuata sine die, mense, & anno, contineatque imperfectioné, ex quo in eius dorso legitur, *Conto da saldarsi*, & sic videretur scriptum pro memoria scribentis contra † quem propterea nullum faceret probationis gradum *Soc. sen. cons.*262.*ad fin. lib.*3. *Rot. Ianuen. decis.*1.*num.*19. *Rot. in Narnien. societatis* 1. *Martij* 1621.*coram R.P.D. meo Pirouano.*

Quia cum verificetur in maiori partitá scut. 1000. & fuerit scriptum manu propria d. Lelij filij & Procuratoris matris ad confitendum, ratificatumque per alium fratrem, ac repertum penès aliam partem censetur serio factum, & conscriptum, non autem memoriæ causa, & ideò probat contra confitentem cum habeat vim confessionis per partem acceptatæ *Felin. in cap. si cautio num.*27.*de fid. instrum.* & *in cap.*2. *num.*29. *eod. tit. Gratian. discept.*951.*numer.*1. *cum seqq. Seraph. dec.*373.*per tot.* Rot. *coram Buratto decis.*799. *num.*7. & quod scriptura † priuata probet concurrentibus adminiculis prout hîc dixit in punct. *Rot. dec.*803.*num.*2.15.& 18.*cum seqq. part.*1.*diu.* Scribens enim computum pro sua parte deliberatè † scribere censetur, & calculare volens debitum pro sua parte fatetur ad tradit per *Gabriel. consil.*71.*num.*18. *vers. demum ipse lib.*1. in subductione autem rationum diligentia pręsumitur,

11 vt † *per Mantic. decis.* 370. *num.* 1. & 2. & quod
12 computa non solidata, sed † tantum missa alteri parti probent dixit *Rot. Ianuen. decis.*18.*num.*8. & 15. *Paris. cons.*47.*n.*1. *cum seqq. lib.* 1. *qui firmat etiam sub n.*8.& 10. quod quis possit se fundare in calculo in parte, & reijcere partitas con-
13 trapositas, quando † prout in præsenti partitæ contrapositæ non sunt connexæ; sed diuersarum materiarum, quæ commodam diuisionem recipere possunt *l. inter cartulas, C. de conuent. fisc. debitor. lib.*10.*ibique Bald. in l.*1.*col. vlt. C. de eden. Abb. in cap.*2.*col.*7. *de fid. instrum.* Exaduersò igitur allegata non applicantur cum loquantur de libro memoriali existente penès scribentem.

Quo verò ad residuum dictæ dotis vltra dd. scut. 1000. docetur pro parte Cassandræ ex publicis instrumentis d. Summ. *n.* 18. fuisse extinctos plures census dotales per portiam, & Ambrosiũ coniuges pro rata tangente Hieronymã in summa scut. 320. & ita remaneret modica quantitas scut. 300. quæ vel censentur etiam restituta in alijs partitis in d. calculo contentis, vel redduntur illiquida ex perceptione fructuum bonorum, de quibus agitur ab anno 1622. quo lis huiusmodi
14 cępta fuit, quo casu † intrat exceptio compensationis per *l. constat, ff. de compensat. Surd. decis.* 117.*num.*1.*per tot.* adeò vt nulla retentio com-
15 petere † possit, *Rot. dec.*411.*num.*26.& 27.*par.*5. *recent.* & *coram Caual. dec.*539.*num.*5.& 6.& *dec.* 433.*num.*4.*par.*2.*recen.* & *in terminis coram R. P. D. Ghisilerio in Auximiana census* 10. *Martij*, & 23. *Iunij* 1636.

Ex quibus dixerunt Domini, stante d. dotis restitutione esse locum immissioni ex Saluiano absque quod ad alias inspectiones deueniatur cum aliæ exceptiones visæ fuerint leues, satisque sublatæ per informantes.

Et sic decisum vtraque &c.

☞ *Infra in hac causa adest alia decisio sub die* 13. *Iunij* 1638.

R. P. D. VEROSPIO
Postea S.R.E. Cardinali.

Tarentina Vigesimæ:

Veneris 16. *Aprilis* 1638.

ARGVMENTVM.

Manutentio in possessione non soluendi decimas, negatiua non probata per allegantem, non conceditur. Episcopus potest agere ad solutionem decimæ nomine Ecclesiarum suæ Diœcesis.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua est probanda per eum qui in illa se fundat.*
2 *Possessio in actu negatiuo non incipit nisi concurrat scientia, & patientia illius de cuius præiudicio agitur.*
3 *Testes qualiter debeant deponere super negatiua.*
4 *Bona præsumuntur libera, et immunia ab omni onere, et seruitute.*
*Fallit quoad onus solutionis decimarum, n.*5.

Decimarum onus censetur annexum, et intrinsecum eisdem bonis, d. n. 4.

5 *Decimæ quoad substantiam solutionis sunt institutæ à Domino: quoad modum, et quantitatem ab Ecclesia.*

6 *Ecclesia siue illius rector tantummodo possunt agere ad solutionem decimarum.*

7 *Decimæ sunt soluendæ illi ad quem spectat animarum cura.*

Cura animarum spectat ad Episcopum quando oppidum non est subiectum alicui certæ Parochiæ.

8 *Episcopus potest agere ad solutionem decimarum nomine Ecclesiarum Parochialium.*

Episcopus habet administrationem, et curam omnium Ecclesiarum suę Diœc. num. 8.

9 *Episcopus præscribit ius decimandi contra Parochum.*

10 *Manutentio, licet altera ex partibus non possideat, minus sequitur quod sit alteri danda, dum neutra potuit possidere.*

DECISIO XXXI.

Petita fuit in hoc dubio manutentio pro parte Cleri Oppidi Criptaliarum in statu exemptionis siue possessione non soluendi Archiepiscopo Tarenti vigesimam partem omnium fructuum, qui nascebantur in terris quas idem possidet in eodem Oppido, & DD. illam denegandam esse censuerunt, quia Clerus fundabat intentionem suam in actu negatiuo, vnde vt posset obtinere in hoc interdicto, probare debebat quod
1 numquam eam vigesimam † soluerit, vt notant *Doct. in cap. super his de accusat. vbi Innoc. nu. 10. Butr. nu. 3.* Felin. *num. 16. in tertia conclus. Bart. in l. actor. nu. 6. C. de probat. in antiq. lect. Gabriel. concl. 6. eod. tit.* Et ratio est, quia in huiusmodi actionibus negatorijs nunquam incipit possessio fauore
2 alicuius nisi etiam † concurrat scientia, & patientia illius de cuius præiudicio agitur, vt notat *Bart. in l. 1. §. in hoc interdicto, ff. de itin. actuque priuat. Felin. in cap. cum accessisset, num. 26. de constit.* & in terminis decimarum est *decisio Cardin. Serap. 1102. vbi sub nu.* 8. considerat, quod cum ista sit præscriptio negatiua non sufficit, quod testes dicant, se non vidisse eas solutiones, sed
3 debent negatiuam ità restringere, † vt concludant quod eædem solutiones fieri non potuerunt, quin ipsi illas vidissent, & fuit dictum in *Ciuitaten. Decimarum 26. Martij, et 18. Iunij 1618. coram Eminentiss. D. Cardin. Verospio, et in Placentina Decimarum de Truxillo 15. Nouembris 1621. coram bon. mem. Buratto.*

Neque poterat Clerus iuuari præsumptione iuris cuius occasione dicebat eadem bona existi-
4 mari deberi libera, † & immunia ab omni onere, seu seruitute vt probat *text. in l. altius C. de seruit. et aqu. & not. ibi gloss. in l. si prius, ff. de nou. oper. nunciat.* Quia hæc præsumptio non poterat habere locum in hoc casu, cum ageretur de solutione decimarum, quorum onus censebatur esse annexum, & intrinsecum, eisdem bonis, vt probat *tex. in cap. Decimæ 16. quæst. 1. & in cap. omnes Decimæ eadem caus. q. 7.* & quidem ex institutio-
5 ne Diuina † respectu summæ siue substantiæ ipsius solutionis, quamuis respectu modi, siue quātitatis eiusdem solutionis viderentur institutæ ex præcepto Ecclesiæ, & iuris Pontificij de[...] probat *tex. in cap. Parochianos de decim.* [...] *glos. in cap. quicumque ead. quæst. & caus.* [...] *decim. quæst. 1. n. 9. Couar. var. resol. lib.* [...] 2. & 4. Neque obstare visum fuit, quod decima non posset dici debita Episcopo, [...] beretur Ecclesiæ Parochiali, siue illius [...]
6 qui † solus dicebatur habere super ijs [...] intentionem, vt probat *tex. in cap.* [...] *off. ord.* & notauit ibi *Abb. n. 3. Card.* [...] discusso articulo tenuit *Rota in Nouarien.* [...] *rum 17. Decembris 1627. coram R. P. D.* [...] Quia plures casus contingere poterant, [...] eadem decima dici deberet debita Epis[...] non solum poterat id Oppidum non es[...]
7 alicui certæ Parochiæ, † quo casu ad Ep[...] censebatur pertinere illius cura, cuius [...] illi etiam soluendæ erant dd. decimę, [...] *tex. in cap. quoniam à nobis, de decim.* [...] tat *Hostiens. n. 1. Abb. & Butr. n. 2. gloss.* [...] *dum eod. tit. in verb. de iure communi,* sed [...] casu, quo illud esset subiectum certæ [...] potuisset Episcopus eas decimas petere [...] eiusdem Ecclesię Parochialis ratione cu[...]
8 ministrationis, quę † illi commissa cen[...] mine omnium Ecclesiarum suę Diœc. [...] *Doctor. in d. cap. dudum, & in cap. vlt. de* [...] *intest. Rebuff. de decim. q. 7. n. 12.* & te[...] *Caurien. Decimarum 13. Martij 1587.* [...] *no, & in Gerunden. iurispatronatus 10.* [...] *bris 1623. coram Reuerendiss. D. meo De*[...] demum potuisset suffragari consuetud[...] ratione ille prescripsisset hoc ius aduersu[...]
9 rem † eiusdem Ecclesię Parochialis, [...] *Rota in eadem causa Nouarien. decimar*[...] *me sub die 1. Decebris anni 1634.* & pro[...] *cap. cum contingat, & in cap. cum in sua* [...] *& not. ibi glos. in verb. ab antiquo,* Quę o[...] sa fuerunt tanto magis procedere in ho[...] cum in eo non actum fuerit de aliquo iu[...] scopi, sed solum de exemptione huius [...] ratione possessionis, in qua Clerus diceba[...] non soluendo, quia non solet Rota in ho[...] dicto considerare nisi possessionem parti[...] manutentionem petit, cum ex eo, quod
10 pars non sit in possessione non ideò † se[...] vt illa quę mouit dictum interdictum [...] in eo debeat, dum potuit neutra illarum [...] re, vt tenuit *Rota in Cæsaraugustana De*[...] *20. Iunij 1612. coram Greg. inter impress.* [...] *num. 5. & in Viterbien. Bonorum 27. Iunij* [...] *ram me.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. DVNOZETTO

Romana fideicommissi de Zuccaris.

Lunæ 26. Aprilis 1638.

ARGVMENTVM.

Testamentum inter liberos non requirit dir[...] & expressam institutionem, sed sufficit qu[...] que modo illa, ex verbis testamenti dedu[...] qua occasione plures verborum formulę [...] teria institutionis adducuntur clausula co[...]

is, & clausula, *omni meliori modo*, faciunt sub-
tinere testamentum eo modo, quo substineri po-
eſt; fideicommiſsum reale, & succesſiuum affi-
cit omnes vocatos, ità vt omnes censeantur gra-
uati, & quando illud dicatur constitutum.

SVMMARIVM.

Testamentum carens institutione hæredis subsistere non valet.

Hæredis institutio dicitur caput, & fundamentum testamenti. num. 1.

Filij dicuntur instituti hæredes, etiam quod pater eos expressè non instituerit si illos hæredes nominauit.

Institutio hæredis non solum expressè concipitur, sed ex verborum consequentia deducitur.

Substitutio fideicommissaria alicui facta arguit illum esse hæredem institutum.

Hæres fideicommissarius debet accipere restitutionem fideicommissi de manu hæredis instituti, num. 4.

Institutio hæredis tacita non sufficit in filijs, sed expressa requiritur, & num. seqq. vbi latè in vtramque partem disseritur, ac fœdere distinctionis opiniones conciliantur.

Institutio hæredis palam, & expressis verbis fieri debet, num. 5.

Institutio hæredis non censetur inducta ex coniecturis.

Filij debent necessario institui, vel exhæredari.

Testamentum in quo Pater aliquem instituit hæredem, si viuo se, filius moriatur, dicitur nullum ex causa præteritionis.

Flius dicitur præteritus, si Pater alium instituit hæredem sub conditione, si viuo se, filius moriatur, num. 8.

Filijs melius est ab intestato, quam ex testamento Patri succedere.

Filij succedentes Patri ab intestato nullum onus habent legatorum aut fideicommissi, sed libara eis remanet disponendi facultas, num. 9.

Opinio magis filijs fauorabilis tenenda est, cum de illorum succesſione agitur, num. 9.

Institutio facta sub solis verbis, Lucius hæres *substinetur, & dicitur valida, quia subintelligitur verbum,* esto, *& num. 13.*

Institutio facta per verba, lucium esse hæredem, *valet, quia subauditur verbum*, iubeo, *numer. 10.*

Institutio dicitur perfecta, quoties certa est testatoris voluntas, licet verba inperfectam orationem contineant.

Institutio concepta per verba truncata perficitur ex verbo subaudito.

Institutio hæredis imperfecta, vt quia deficit verbum, nihilominus valet, quia illud iudicio mentis suppletur.

Scriptura imperfecta, si ex ea colligi potest Testatoris sententia, institutionem non vitiat.

Regula quod censeatur plus dictum, & minus scriptum, procedit nedum in testamento solemni, sed etiam nuncupatiuo.

Institutio, quæ colligitur ex verborum consequentia valet.

Institutus quis sit, quis autem sit substitutus ex consequentia verborum dignoscitur, n. 16.

17 *Institutio filiorum, quamuis illi expressè non fuerint instituti, recte colligitur si Testator eos plurie shæredes nominauerit, fideicommissum inter ipsos ordinauerit, ac demum si Ecclesiam post eorum mortem vocauerit.*

Testamentum inter liberos valet quibuscumque verbis, aut etiam inditijs fuerit factum, num. 17.

18 *Institutio tacita vt inducatur, sufficit quoquo modo verba ad illam trahi posſint etiam per æquipollens.*

19 *Institutio hæredis hodie non requirit illam verborum solemnitatem, quæ de iure antiquo erat necessaria.*

Institutio hæredis hodie quibuscumque verbis fieri valet, dummodo ex illis Testatoris voluntas colligatur, num. 19.

20 *Interpretatio quælibet est facienda pro substinendo testamento, ne ex causa præteritionis filiorum nullum dicatur.*

Viam ad sua iudicia subuertenda nemo præsumitur elegisse, num. 20.

21 *Institutionis fauore receditur etiam à recta verborum significatione.*

22 *Institutio semper vt valeat interpretanda est, nisi talis interuenerit error, qui stultitiam testatoris ostendat.*

Stultia Testatoris vitiat illius institutionem, num. 22.

Institutio quæ resultat ex verbis testamenti habetur pro expressa, & sufficit in testamento inter liberos nu. 22.

23 *Clausula Codicillaris facit valere testamentum si non iure testamenti, saltem iure codicillorum.*

24 *Clausula codicillaris operatur suum effectum tam in testamento solemni, quam etiam in testamento nnncupatiuo.*

25 *Testamentum Paternum semper censetur habere annexam clausulam codicillarem, quamuis non fuerit expressa.*

26 *Clausula,* omni meliori modo, *in testamento apposita habet vim institutionis.*

Clausula, omni meliori modo, *facit substinere Testamentum paternum, etiamsi careat expressa hæredis institutione, num. 26.*

27 *Clausula,* omni meliori modo, *substinet testamentum Paternum, etiamsi filius fuisset præteritus.*

28 *Fideicommissum succesſiuum ad fauorem illorum de linea dicitur factum, si Testator vocauit omnes descendentes in infinitum primo masculos, & postea fœminas.*

Filij, aut alij ad fideicommissum vocati censentur grauati, si eorum linea deficiente hæreditas ad fœminas peruenire debeat, num. 28.

29 *Vocatio extranei in defectum lineæ alicuius arguit omnes de linea fuisse vocatos, & succesſiue grauatos.*

30 *Prohibitio alienationis strictiſsima inducit fideicommissum nedum perpetuum, & absolutum, sed etiam reciprocum inter illos de familia.*

31 *Verba directa in rem inducunt fideicommissum reale.*

32 *Fideicommiſsum reale afficit omnes à testatore vocatos, vt quilibet gradatim restituere teneatur, donec bona ad vltimum substitutum perueniant.*

33 Filij *in fideicommisso ascendentis subintrant in locum Patris defuncti.*

DE-

DECISIO XXXII.

EQues Federicus de Zuccaris plures habēs filios Testamentum condidit nuncupatiuum, in quo per hæc verba dispoſuit: *Li miei figliuoli legitimi, e naturali, che il Signore Dio ſin'hora mi ha dati, e miei heredi, e deſcendenti, che alla giornata ſuccedeſſero, ò poteſſero ſuccedere di Ottauiano, Oratio, e Girolamo miei figliuoli, e d'Iſabella mia figliuola, che in defetto di eſſi debbano ſuccedere, ſappiano, che la Caſa mia di Roma fabricata da' fondamenti nel Monte Pincio alla Trinità de' Monti da me Federico Zuccari de' miei ſudori, e fatighe, la laſcio ſotto Fidecommiſſo, che non ſi poſſa nè vendere, nè impegnare, nè alienare, &c.* & poſt varias declarationes circa augumentum dictæ Domus, eiuſque vſum; ità ſubiunxit: *E di tutti gli altri miei beni, mobili, e ſtabili, laſcio la nominatione, e diſpoſitione a' miei eredi, e non nominando eſſi alcuno doppo la linea, reſtino alla Compagnia di San Luca, il tutto in tal caſo, e che detti ſucceſſori debbano mantenere, anzi augumentare, &c. conforme la rendita di eſſa Caſa, & altri beni, che li poteſſero remanere di altri miei eredi come di ſopra, &c.* Octauianus Vxorē duxit, ex qua Federicum iuniorem, & alios filios procreauit, qui cum agerent pro immiſſione, ex remedio *leg. fin. C. de edict. Diu. Adrian.* in poſſeſſionem dictæ Domus, vti ſubiectæ Fideicommiſſo dicti q. Federici eorum Aui, contrà Dominum Marcum Antonium Tuſcanellam illius tertium poſſeſſorem fuit oppoſitum, quod Teſtamētum dicti q. Federici erat inualidum, vti non habens expreſſam hæredis inſtitutionem; Quo circa propoſito dubio, An conſtaret de Teſtamento valido, & poſito quod ſic an in illo adeſſet Fidei commiſſum, affirmatiuè quoad vtrumque fuit reſponſum.

Et quoad primam partem reſolutionis attinet informantes pro Zuccaris non controuertebant
1 quin † Teſtamentum omninò carens inſtitutione hæredis ſubſiſtere non valeat, cum illa ſit caput Teſtamenti, & fundamentum, *§. ante hæred. inſtit. de legat. l. 1. in fin. ff. de vulg. & pupill. l. proximè, verſ. non poteſt vllum, ff. de his quę in teſtament. delent. Rota dec. 107. num. 8. in fin. par. 3. Recent.* ſed dicebant hæredis inſtitutionem in Teſtamento dicti q. Federici totaliter non deficere, quinimò illam clarè deſumi ex dictis verbis in præfata ſerie facti relatis, necnon ex toto fere cōtextu eiuſ-
2 dem † Teſtamenti, in quo Teſtator plaries eius filios, & deſcendentes hæredes nuncupauit, ibi: *Con patto però di poterlo ricuperare, e ritrouenderſi dalli preſenti, o futuri eredi,* & ibi: *Mà ſiu che io hauerò commodità, o miei eredi far quanto ſeruino gli detti ſtanzini, &c. E caſo che il Signr' Iddio, &c obligo gli eredi miei, &c. Item voglio, che detti miei eredi, il Primogenito, o maggior di eſſi, di mano in mano habbino particolar carico, &c. Item che detti Accademici ſiano obligati oſſeruare, &c. Riconoſcere gli eredi miei per ſuperiori, &c. Item che li miei eredi non poſſino vietare, &c.* Quæ filiorū, ac deſcendentium cum qualitate hæredis ſæpius repetita nominatio ſatis indicare videtur Teſtatorem eos hæredes eſſe voluiſſe, & ſic tacitè in-
3 ſtituiſſe, cum † etiam ex verborum conſequentia inſtitutio deducatur, *l. vlt.* & ibi *Bald. nu. 5. C. de hæred. inſtit. Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 1.*
Maſcard. de probat. concl. 928. num. 4. pr
quia Teſtator illis deficientibus ſubſtitu
tatem S. Lucæ, quæ ſubſtitutio cum ſit fi
miſſaria, arguit præcedentem inſtitution
rumdem filiorum, ac deſcendentium, qu
4 ſtitutio facta fuit, ad hoc † vt ſit locus re
ni, quam hæres directus fideicommiſſa
debet, ad *text. in l. cum in teſtamento, §. 1.*
red. inſtit. quem ſingularem dicit *Roman*
teſtamento 5. num. 14. C. de teſt. milit. Ma
tit. 1. num. 12.

Vnde contentio in eo fere tota verſab
pè, diſcutere, an talis inſtitutio tacita
pro validitate dicti Teſtamenti inter li
diti, an verò expreſſa requireretur; Qu
dem informantes pro D. Tuſcanella, ill
ſufficere, ſed expreſſam omninò requir
5 debant, cum hæredis † inſtitutio palam
preſſis verbis fieri debeat, *l. hæredes palam*
ff. de teſt. leg. iubemus, C. eodem, nec illa
6 cturis inducta † cenſetur, *l. ſi quis cum*
verſ. ſed ſi ſecundum, vſque ad fin. ff. de
pupill. ſubſt. l. 1. ff. ſi tab. teſt. extab. ibi
coniecturis non propriè ſcriptus hæres
& notant *Roman. l. ſi cum dotem 23. num*
matrim. Bald. in l. iubemus, nu. 2. ante med
ſed iſta eſt hic, C. de teſtam. Paul. de Caſtr
ſub num. 1. verſ. non obſtat lex hæreditas,
illa non debet, lib. 2. Crot. 363. nu. 11. &
Lancellott. Gall. conſ. 72. num. 10. & ſeq
conſ. 65. num. 21. lib. 1. Fuſar. *conſ. 25. num*
Surd. conſ. 465. num. 12. Bardell. conſ. 21
vol. 1. Roderic. Suar. alleg. 2. num. 5. & b
de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 1. nu. 26. & li
num 5. Ferdinand. Vaſq. de ſucceſſ. lib. 2. §.
16. num. 53. tom. 1. Cancer. variar. reſolut
de pact. cap. 1. num. 59. in fin. Fachin. *contr*
lib. 4. cap. 79. ſub lit. A. verſ. nec me mou
7 magis quando prout hic verſamur in fil
cum debeant neceſſariò inſtitui, vel ex
eorum tacita inſtitutio nequaquam ſuf
detur, ſed expreſſa requiritur, prout a
Claud. in l. Gallus, ſub num. 10. verſ. ſed in
muniter, & num. 11. & 13. ff. de liber. &
ibid. ſub num. 44. & num. 47. ante fin. verſ
uerte Angel. ſub num. 3. verſ. Baldus ten
21. verſ. contrarium vero, & num. 27. in fin
l. in ſuis ſub num. 18. poſt med. ff. eod. Guil
ned. in repetit. cap. Rainutius, in §. in eod. t
linquens par. 1. num. 39. fol. 186. a tergo; I
§. Teſtamentum, qu. 35. nu. 2. verſ. quæro n
de ſucceſſ. §. inſtitutio, qu. 17. ſub num. 1. in
contrarium tamen, Gail. pract. obſeru. lib.
112. num. 12. verſ. adeo vt Ioannes Phi
ſintagmat. Commun. opin. tom. 2. lib. 6. tit.
red. inſtit. nu. 14. Bellon. de iur. accreſc. cap
num. 28. par. 2. Mantic. de coniect. vlt. vol
tit. 1. num. 17. & ſeqq. Intringliol. de ſubſt
qu. 39. num. 18. Didac. à Spinoſ. à carcer.
ſtamen. tit. de vulgar. num. 5. Fuſar. de ſ
qu. 20. num. 2. Mart. *de ſucceſſ. par. 1. qu. 1*
ſub num. 34. Anchar. conſ. 137. ſub num.
filius, Rimin. ſen. conſ. 438. num. 16. &
Maluaſ. conſ. 103. num. 46. Hieronym. de
dec. Viuian. poſt dec. 225. num. 48. & ſeqq
facit text. in l. ſi quis eum, §. ſi ſuo à verſ

tundum, *ff. de vulg. & pupill.* vbi Imperator ait filium censeri præteritum si Testator alium † instituat hæredem, si viuo se filius moriatur, idemque probari videtur in *l. Gallus, ff. de liber. & posth. & in §. alud quoque capitulum, Auth. vt cum de appellat. cognosc.*

Quæ sententia eo facilius videtur amplectenda tamquam fauorabilior filijs quorum interest patri ab intestato succedere, quia sic omnes æquis portionibus, & † absque onere lagatorum, & fideicommissi succedunt, eisque libera remanet facultas disponendi, quod secus esset si ex Testamẽto succederent, *Soccin. Iun. cons. 177. nu. 12. vol. 1. Castill. dec. 59. nu. 25. lib. 1.* vbi hanc opinionem latè comprobat.

At informantes pro Zuccaris prædictam institutionem tacitam ex dictis verbis in Testamento expressis desumptam, sufficere prætendebant.
Primò per *text. in l. 1. §. sin autem, in princip. & in fin. ff. de hæred. instit.* vbi I.C. inquit † validam institutionem contineri sub verbis, Lucius hæres quamuis deficiat verbum, *esto*, & sub verbis illum hæredẽ esse, quia subauditur iubeo, cũ Testatoris
1 voluntas certa sit, licet verba † orationẽ imperfectã contineant, & notant *Bald. ibid. ante n. 1. Imol. nu. 91. circa fin. vers. & hoc intendit,* vbi quod in-
2 stitutio concepta per verba truncata † perficitur ex subaudito verbo, *Rom. nu. 5.* vbi ait orationem Testamenti imperfectam in institutione hæredis,
3 vtpotè, si deficiat verbum, *esto*, validam † hæredis institutionem inducere, cum illud suppleatur iudicio mentis, & *Fulgus. numero primo,* vbi quod licet scriptura sit imperfecta si ta-
4 men † ex ea colligi potest Testatoris, sententia non vitiat institutionem, quia creditur plus dictum, & minus scriptum, idque procedere non
5 solum in † Testamento solemni, sed etiam in nuncupatiuo dixit *gloss. in dicto §. sin autem, verb. & minus scriptum, vers. & idem est.* Et confirmatur ex eo, quia valet institutio, quæ colligitur ex
6 verborum consequentia, *dicta l. fin.* ibi, itaut † ex consequentia verborum Plotius quidem institutus Sempronius, autem substitutus inueniatur, & ibi *Bald. num. 5. C. de hæred. instit. Mantic. de coniectur. d. lib. 4. tit. 1. nu. 8. Mascard. de probat. dicta conclus. 928. nu. 8.* Secundò quia Testator in casu de quo agitur, declarauit eius filios, & descendẽtes succedere debere in eius hæreditate, eosque pluries hæredes nuncupauit, ac perpetuum fideicommissum ad sui nominis, & memoriæ conseruationem iniunxit, ac tandem Societatem S. Lu-
7 cæ substituit, quod † satis superque videbatur pro validitate Testamenti inter liberos, quorum fauore sufficiunt quæcumque verba, vel inditia, *l. final. C. famil. ercisc. quem text. ponderat Fachin. controuer. iur. lib. 4. cap. 4. vers. cæterum contrariam sententiam, tom. 2.* Præsertim ad effectum tacitę institutionis, pro qua sufficit, quod verba trahi possint ad hæredis institutionem, quodque illa
8 quomodocumque † deducatur ex verbis etiam æquipollentibus, iuxtà *gloss. in l. quoties, vbi Bald. & alij, C. famil. ercisc. l. licet, C. de nat. lib. l. licet inter priuatos,* & ibi *gloss. Bartol. & alij, C. de pact. Bald. cons. 136. per tot. lib. 3.* Eoque magis cum hodie non requiratur illa verborum solemnitas,
19 quæ † de iure antiquo erat necessaria pro hæredis institutione, quæ proinde quibuscumque verbis fieri valet, dummodò ex illis Testatoris volũtas colligatur, *l. quoniam indignum, C. de Testam.* quem singularem dicunt *Rom. cons. 179. sub nu. 9. vers. quoniam verba ibique, Mandos. in verb. singularem, Soccin. Sen. cons. 33. nu. 10. lib. 1. Crass. de success. §. institutio, qu. 14. nu. 5. Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 3. nu. 1. Caual. dec. 388. nu. 2.*

Maximè ad hoc vt testamentum substineatur, neuè filius ratione preteritionis illud rumpere valeat, ad quem effectum quælibet fauorabilis in-
20 terpretatio † fieri debet, cum nemo præsumatur elegisse viam ad sua iudicia subuertenda, *l. 3. ff. de testam. milit. Rom. d. cons. 179. num. 9. post med. vers. Postquam hoc potuit, Mantic. d. titul. 3. sub num. 1. Caual. d. decis. 788. sub num. 2.* Adeout fauore institutionis etiam à propria verborum significa-
21 tione † recedi soleat ex deductis per *Ias. in l. qui si Patris, sub num. 58. vers. vel secundo, C. vnde liber. Mantic. de coniect. d. tit. 3. num. 2.* Nisi talis
22 interuenerit error, † per quem stultitia Testatoris detegatur, *l. fin. C. de hæred. instit. Mantic. vbi sup. num. 3.*

Nec prædictis obstare dicebant Doctores, & iura exaduersò ponderata quoniam illa videtur procedere, vel in testamento omninò carente institutione hæredis, vel institutione tacita ex sola iuris præsumptione, aut ex coniecturis desumpta, secus autem in institutione tacita, quę prout hic necessario resultare videtur ex verbis in testamento expressis, quia tunc talis institutio habetur pro expressa, & sufficit pro validitate testamenti etiam inter liberos conditi, prout ita distinxere, *Aret. in d. l. Gallus in princ. col. 2. vers. pro veritate istius, ff. de liber. & post. latè Aquil. in eadem l. Gallus 5. & quid si tantum in 1. par. nu. 11. & seq. Barbat. cons. 5. per tot. & præsertim sub num. 2. vers. quinto facit, lib. 1. Ruin. cons. 56. num. 10. lib. 2. Menoch. lib. 4. præsumpt. 19. num. 7. & 8. Mascard. de probat. d. concl. 928. n. 7.*

Cæterum Domini quamuis in conflictu huius disceptationis in eorum inclinarent sententiam, qui prædictam distinctionem proximè relatam amplexi fuerunt; Nihilominus quidquid sit, an dicta distinctio applicetur in casu, de quo agitur censuerunt validitatem d. Testamenti bene substineri, ex eo quod illud habet annexam clausulam
23 codicillarem, quæ operatur, † vt illud valeat omni meliori modo, quo potest, si non iure testamẽti, saltem iure codicillorum, *glos. in l. cohæredi, §. cum filiæ in verb. non valuit, ff. de vulg. & pupill. subst. gloss. in l. filij, verb. Testator, C. famil. erciscund. Ias. in auth. nouissima num. 21. C. de inoffic. test. & in l. fin. num. 5. C. de Codicill. & in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, num. 8. Cod. de testam. Gulielm. de Bened. in dicto cap. Rainutius, verb. Testamentum, And. Gall. pract. obseru. lib. 2. obseru. 102. num. 1. Bellacomba inter sintagm. commun. opin. tom. 2. titul. de Codicill. cap. 2. in princip. vers. in Testamentis tamen,* quam conclusionem procedere non solum in Testamento solem-
24 ni, † sed etiam in nuncupatiuo, dixit *gloss. in dicta l. hac consultissima, §. ex imperfecto, in eod. verb. Cod. de testam. Alex. con. 176. nu. 9. lib. 5.* Hancque esse communem opinionem, testatur *Gall. pract. obser. dicto lib. 2. tit. de vlt. volunt. obseru. 112. num. 4.*

Quinimò testamentum paternum semper censetur

ſetur habere annexam d. clauſulam, ob ardorem
25 amoris inter Patrem, † & filios, qui hanc clauſu-
lam tacitè inducit, vt ait *Bald. in l. ſi iure, Cod. de*
teſtam. manumiſs. Alex. conſ. 105. *num.* 5. *lib.* 7.
And. Gail. *pract. titul. de Teſtam. inter. liber. cond.*
obſer. 112. *nu.* 2. Peregr. *deciſ. Patau.* 54. *nu.* 2.

Præterea dictum Teſtamentum habet clauſulã
omni meliori modo, quæ vim inſtitutionis habet,
& operatur, vt teſtamentum paternum, ſubſti-
26 neatur † etiamſi careat expreſſa hæredis inſtitu-
tione, *Bald. in l. quoties, num.* 3. *C. de hæred. in-*
ſtit. Cuman. *in l. his verbis ff. eodem Alex. in l. nam*
quod, §. non omnis num. 9. *ff. ad Trebell. Iaſ. in lege*
planè, §. in duobus num. 9. *ff. de leg.* 1. *Soccin. conſil.*
66. *num.* 18. *lib.* 3. *Fulgoſ. conſ.* 89. *num.* 1. *in fin.*
Curt. Iun. conſ. 71. *num.* 12. *Dec. conſ.* 14. *num.* 3. *&*
4 *Caſtr. conſ.* 322. *num.* 3. *lib.* 1. Alex. *conſil.* 112.
num. 3. *lib.* 3. *Corn. conſ.* 298. *col.* 2. *lib.* 1. *& conſ.*
62. *numer.* 6. *lib.* 2. *Ruin. conſ.* 11. *lib.* 2. *Viuian.*
inter ſintagm. comm. opin. d. tit. de Codicill. cap. 2.
nu. 3. *verſ. & quemadmodum latè Ludouicus Zunct.*
reſponſ. pro vxore nu. 567. *& ſeqq.* & facit vt e-
tiam teſtamentum, in quo filius eſt præteritus,
27 ſubſtineatur, † prout de communi teſtatur *Clar.*
in §. Teſtamentum q. 44. *num.* 2. *& ſeqq. Criuell. de-*
ciſ. Dolan. 28. *num.* 2. *Peregrin. dicta deciſ. Pata-*
uin. 54. *num.* 2. *Ciriac. contr.* 262. *num.* 39. *Gra-*
tian. diſcept. 702. *nu.* 8. *& ſeqq. Mantic. de coniect.*
lib. 3. *tit.* 14. *n.* 14. *Rot. deciſ.* 568. *nu.* 1. *par.* 1. *recent.*

Quo vero ad alteram partem reſolutionis at-
tinet; qua fuit dictum conſtare de fideicommiſſo
d. q. Federici ad fauorem dictorum de Zuccaris,
res viſa fuit carere difficultate, quandoquidem il-
lius exiſtentia clarè deſumitur ex dicto teſtamen-
to, in quo Federicus Teſtator vocauit hæredes
eius filios, & deſcendentes in infinitum, voluitque
28 primo ſuccedere deſcendentes † ex maſculis, de-
inde ex fœminis, hinc namque patet omnes de
linea fuiſſe vocatos, & reſpectiuè grauatos, *Ri-*
min. Sen. conſ. 189. *nu.* 9. *verſ. quibus ergo & ſeq.*
vol. 1. *Ruin. conſ.* 140. *num.* 9. *verſ. ſi enim vult*
vol. 3. *Menoch. conſ.* 481. *num.* 3. *verſ.* 5. *& vlt*
volum. 5. *Laderch. Imol. conſ.* 169. *num.* 3. *verſ. vi-*
deamus Decian. conſ. 28. *à nu.* 15. *verſ.* 8. *dico vſque*
ad 20. *verſ. nono conſtat vol.* 2. *& conſil.* 44. *num.*
68. *in fin. verſ. item dixit, & num.* 73. *verſ. extat*
vol. 3. Peregr. *conſ.* 54. *num.* 7. *verſ. quod circa vo-*
lum. 1. *Sim. de Pret. de interpr. vlt. vol. lib.* 3. *inter-*
pr. 3. *dubit.* 4. *ſolut.* 1. *num.* 27. *verſ. Io. Maria Fu-*
ſar. de ſubſtit. quæſt. 437. *num.* 113. *& num.* 206.
Rot. deciſ. 266. *num.* 4. *propè fin. verſ. vltra quod &*
20. *verſ. præterea par.* 1. *recent. Burat. deciſ.* 897.
num. 6. eoque magis quia Teſtator omnibus defi-
29 cientibus ſubſtituit extraneum † nempè ſocietatẽ
S. Lucæ, *Rot. in Bononien. Fideicommiſsi* 11. *De-*
cembris 1623. *& in Vrbeuetana* Fideicommiſsi 14.
Ianuarij 1628. *coram R. P. D. Merlino*.

Quibus accedit ſtrictiſſima alienationis prohi-
bitio cum dictione, *mai*, per quam prohibitionẽ
cenſetur inductum fideicommiſſum, nedum per-
30 petuum † & abſolutum, ſed etiam reciprocum
inter illos de familia iuxta veriorem opinionem
de qua teſtatur *Odd. de fideic. per alien. qu.* 11. *art.*
6. *num.* 128. *cum alijs congeſtis in Peruſina Fidei-*
commiſsi de Baptiſtis 27. *Martij* 1626. *coram R.*
P. D. meo Sirouano.

Præſertim quia verſamur in fideicomiſſo reali,
ibi, *ſappiano che la caſa &c. la laſcio ſotto fidei-*
miſſo, che non ſi poſſa vendere, ne alienare in
alcuna &c. & rurſus, ibi, *la quale parti*
31 *ſottopoſta à fideicommiſſo*, quæ verba † c
directa in rem inducunt fideicommiſſum
Bart. in l. peto, §. fratre num. 2. *verſ. di*
Cuman. ibid. num. 5. *ff. de legat.* 2. *Corn. in l.*
in fin. C. de fideicom. Alex. in l. 1. *in princ.*
in fin. ff. de offic. eius &c. Alciat. in l. filiusf.
ui. num. 48. *& ibid. Crot. num.* 43. *& Ri*
de legat. 1. *Rot. deciſ.* 143. *num.* 4. *par.* 1.
ſub nu. 2. *par* 2. *& in* Reatina *Fideicom*
Martij 1622. *coram bon. mem.* V*baldo R*
D. *meus* Decanus *deciſ.* 493. *num.* 10. *A*
32 rea illud afficit omnes perſonas † ab ipſ
tore vocatas, adeout quælibet earum gr
teneatur alteri reſtituere bona fideicom
biecta, donec illa ad vltimum ſubſtitut
niant, *Bald. in l. precibus num.* 65. *verſ.*
ibid. Salic. num. 36. *C. de impub. & alijs ſub*
riſ. conſ. 18. *num.* 50. *& conſ.* 90. *num* 43.
conſ. 72. *nu.* 89. *lib.* 4. *Surd. conſ.* 315. *num.*
Becc. conſ. 24. *num.* 27. *&* 28. *lib.* 1. *Abb.*
num. 2. Gabr. *conſil.* 117. *num.* 34. *vol.* 1.
conſ. 54. *num.* 26. *vol.* 2. *Menoch. præſum.*
ſub nu. 13. *& ſeqq. lib.* 4. *Mantic. de coniec.*
tit. 2. *num.* 6. *Peregr. de fidcicomm. art.* 11.
Rot. deciſ. 568. *ſub. num.* 5. *par.* 1. *diuerſ.*
251. *n.* 1. *par.* 2. *& deciſ.* 216. *n.* 16. *par.* 5.

Nec releuare viſum fuit, quod hodie
uat Hieronymus frater Octauiani, quoni
exiſtentia non impedit, quin filij eiuſde
uiani, ac Nepotes dicti Teſtatoris poſſi
Hieronymo Patruo ad prædictam ſucce
concurrere, cum verſemur in Fideicom
33 ſcendentis, in † quo filij ſubintrant in lo
tris prædefuncti iuxta receptiſſimam D
tiam, quos congerit, *Fuſar. de ſubſtit. qu.*
2. *&* 4. & dixit *Rota coram Seraph. deciſ.*
de ciſ. 1479. *num.* 2.

Non obſtant aſſertæ detractiones, & a
ptiones, quæ opponebantur per D. Tuſca
quoniam illæ viſæ fuerunt extra dubiũ, q
die diſcuſſum fuit.

Et ità vtraque, &c.

REVERENDISS. COCCIN

Sipontina Penſionis.

Lunæ 26. *Aprilis* 1638.

ARGVMETVM.

Penſio per contractum Matrimonij extingu
eo fortius ſi cum Vidua contrahatur. Inſ
tum ſine die quando non probet quid fact
tempore.

SVMMARIVM.

1 *Penſio per contractum Matrimonij extingu*
2 *Clericatus ad effectum retinendi Penſiones*
trimonium expirat, ſecus quoad priuilegium
nis, & fori.
3 *Quæ concluſio procedit à fortiori ſi Matri*
contrahatur cum Vidua.

nstrumentum non habens diem non probat quid factum ante medium mensem, si ante medium mensem fieri debebat.

ensionario quando incumbat onus probandi valorem narratum de beneficio.

DECISIO XXXIII.

it resolutum, Pensionem non sustineri, cum lla fuerit extincta per † contractum matrimonij, uia Pensio datur ratione Clericatus, & non alio tuitu. Clericatus verò per matrimonium ad uiusmodi effectum, licet non quod ad priuilegium Canonis, & fori, expirat, vt in *cap. de Cler. coniug. lib. 6.* & per istam rationē ita in puncto concludit, *Put. decis. 419. lib. 2. in correct. et dec. 13. de Pens. Gig. de Pens. q. 54. n. 4. et seqq.* quæ ratio tantò agis procedit in casu nostro quod Pensionarius contraxit matrimonium cum Vidua, & sic fuit udatus omni priuilegio clericali, & foro seculari astrictus *cap. 1. de bigam. in 6.*

Neque suffragatur, quod d. Pensionarius obtinuerit indultum à S. D. N. vt Pensionem retinere osset, etiamsi contraheret cum Vidua, dummodò intra annum susceperit militiam, & annus uerit prorogatus ad alios sex menses, qui expirabant die 17. Aug. 1625. quia non constat intra ictum tempus militiam suscepisse, & licet ostendatur instrumentum susceptionis eiusdem de nense Augusti dicti anni 1625. attamen cum illud instrumentum † non habeat diem, & potuerit fieri post diem 17 Augusti, ex eo non probatur militiam fuisse susceptam intra terminum præfixum, prout debuisset probari, *Mantic. dec. 71. n. 5. & Surd. cons. 104. num. 6.*

Vlterius non agitur de Pensione reseruata motu proprio, neque de Pensione exacta per 30. annos, vnde Pensionario † incumbit onus probandi valorem Abbatiæ ascendere ad ducatos 2000, prout fuit narratum. *Rot. dec 434. par. 2. recent. & dec. 287. par. 5. recent.* & datur vehemens præsumptio, quod dictus valor non ascendat ad dictam summam, cum Modernus titularis nunquam cęperit possessionem cum perceptione fructuum, sed ipsemet Pensionarius conduxit Abbatiam, & loco Pensionis retinuit omnes fructus.

Ita conclusum, vna tantum parte informante.

Habetur infra altera decisio sub die quinta Iulij, 1638.

R. P. D. VEROSPIO.

Postea S. Rom. Ecclesiæ Cardinali.

Bononien Transactionis.

Veneris 30. Aprilis 1638.

ARGVMENTVM.

ansactio ex falsa causa potest infringi etiam stante decreto Iudicis: Et ex quibus non possit in vim pacti substineri. Masculus ex fœmina facta substitutione de masculis ex masculo non comprehenditur etiam sub nomine generali descendentium, vbi multæ coniecturæ. Donatarius secundus possidens non præfertur primo habenti hypothecam bonorum pro obseruatione contractus.

SVMMARIVM.

1 *Transactionis fundamentum est timor iustæ litis, nec sufficit sola suspcio, aut præsumpta occasio dubitandi.*
2 *Laudum a partibus approbatum habet vim rei iudicatæ.*
Amplia habere vim veræ, & perfectæ transactionis, num. 3.
4 *Laudum à partibus approbatum licet à nullitate nequeat saluari potest tamen in vim transactionis substineri.*
5 *Transactio super bonis, de quibus alias transactum fuit non substinetur.*
6 *Arbitratori declaranti se vidisse testamenta, aliasque causæ scripturas creditur.*
7 *Arbitri possunt attestari de re ab ipsis gesta non autem de iustitia causæ.*
8 *Transactio ex falsa causa potest infringi.*
9 *Masculus ex fœmina non continetur sub vocatione descendentium masculorum ex masculis.*
10 *Substitutio secunda non potest habere locum nisi caducata prima.*
11 *Substitutio de descendentibus masculis ex masculo non comprehendit fœminas etiam sub nomine generali descendentium.*
12 *Fœminæ, & masculi ex eis excluduntur à fideicommisso propter rationem agnationis habitam à testatore.*
13 *Agnationis ratio ex quibus habita dicatur.*
14 *Testator excludens filias arguitur excludere velle, & nepotes.*
15 *Exclusio filiæ facta à Testatore restringit significationem verborum sui natura conuenientium etiam fœmis.*
Quæ coniectura fortius procedit si substituti non sint extranei, sed descendentes, aut agnati, num. 16.
17 *Referens sumit declarationem à relato.*
Testator supponeus fideicommisso maiorum bona propria si babuit relationem dicto fideicommisso non dicitur facere nouam dispositionem, & vide numer. seq.
19 *Timor litis in transactione enunciatæ probatur ex decreto iudicis interuenientis in transactione, & numer, 20. vide num. 21.*
21 *Decretum à iudice interpositum corruit non existente vera causa, super qua interpositum est.*
22 *Laudo renunciari potest.*
23 *Transactio potest substineri in vim conuentionis, & pacti si partes ita voluerunt.*
24 *Transactio inualida substinetur in vim iuramenti, & & vide num. 27. & 28.*
25 *Renunciatio laudi facta in Transactione ad hoc vt præiudicet debet esse certa, & præcisa.*
Nec sufficiunt clausulæ generales solitæ apponi de stylo, & consuetudine, num 26.
28 *Iuramentum in transactione appositum si vltra falsitatem causæ concurrat error iurantis non babetur in consideratione.*
Et hoc ea ratione, quia videtur deficere in iurante consensus, num. 29.

30. *Pac-*

30 *Pactum est nullum deficiente causa finali.*
31 *Exceptiones non possunt deduci postquam illis renunciatum fuit.*
32 *Cessio iurium facta in donatione ad fauorem possidentis habet vim traditionis possessionis.*
33 *Donatio posterior est præferenda anteriori quando posterior donatarius possidet, & numer. 38.*
34 *Text. in l. quoties C. de rei vindicat. procedit etiam in donatione.*
35 *Ratificatio transactionis non excludit illius nullitates si ratificans non habuit scientiam illarum.*
36 *Ratificatio actus nulli non præiudicat cui medio tempore fuit ius quæsitum, num. 37.*
37 *Ratificatio conualidat actum nullum tamquam nouum contractum.*
38 *Donatarius secundus possidens non est præferendus primo si in prima donatione adest promissio non contrauenienti cum hypotheca in bonis pro obseruantia illius.*

DECISIO XXXIV.

Postquam pluribus disputationibus actum fuit de donatione, quam Laurentius Sala fecit Marchioni Fachenetto, cum eiusdem donationis validitas declarata fuisset in tribus decisionibus, quæ factæ fuerunt in hac causa proposui dubium, quod reseruatum fuit in primæ dispositione habita sub die 4. Aprilis 1629. An eidem donationi obstaret, transactio, quam Laurentius donator antea fecerat cum Isabella matre Philippi Ballatini super eisdem bonis, quæ postea donouit Marchioni, & cum id dubium pluries etiam propositum fuisset, hodie Domini illud deciderunt respondendo non obstare transactionem.

Etenim narratum fuit in instrumento, quod super ea confectum fuit, quod latum fuerat laudum occasione antiquæ controuersiæ motæ super successione Iacobi Mariæ Salæ inter Marsilium illius patruum, & patrem Laurentij donatoris, & Isabellam matrem Philippi, & sororem eiusdem Iacobi Mariæ, in quo declararunt Arbitri, qui à partibus electi fuerunt, quod successio Iacobi Mariæ spectabat ad Marsilium, cum ille substitutus fuisset eidem Iacobo Mariæ in testamento Philippi, qui erat illius pater, & frater Marsilij in casu quo ipse Iacobus Maria decederet sine descendentibus masculis. Quod laudum quamuis acceptatum fuisset à partibus, & obseruatum per spatium plurium annorum, tamen filij Isabellæ illud impugnare volebant mouendo nouas lites contra Laurentium filium Marsilij adhuc minorem; cum assererent, Philippum ita in suo testamento disposuisse, quia credidit Marsilium eius fratrem vocatum fuisse ad eam successionem ex testamento Io: Baptistæ communis parentis, & Alberti Aui, quorum dispositioni ipse Philippus sua bona subiecerat; & ita cum tàm in testamento Alberti, quàm Io: Baptistæ vocatæ essent fœminæ descendentes, inde deducebatur nullitas, & iniustitia eius laudi, cum testamentum Philippi declarationem recipere deberet ex testamento Alberti, & Io: Baptistæ, quæ neque arbitri viderunt, aut legerunt, & hæc dicebatur fuisse causa, ob quam partes deuenerunt ad eam transactionem, vt im[...] futuras controuersias; quæ nasci pote[...] ter eiusdem laudi iniustitiam. Ex hi[...] quę in eo instrumento narrata fuerunt [...] gebantur, quę probant nullitatem eius [...] ctionis. Et prima nullitas erat, quia [...] id laudum, quod dicebatur acceptatum [...] seruatum à partibus, cessabat funda[...]
1 transactionis, † quod cum esset timor l[...] non poterat pro ea sufficere sola sus[...] præsumpta occasio dubitandi, vt notat [...] *l. 2. & in l. sub prætextu C. de transact. gl[...] rem iudicatam ff. eod. tit. & probat tex. in l. [...] cum lis ff. de transact. & notat ibi Angel. n[...] strens. super ead. l. in §. transactiones num. [...] rub. C. eod. tit. num. 4. & in cons. 351. num. 3[...]* enim constabat de obseruantia eius la[...] poterat subesse timor, vt moueretur lis [...] bonis, quæ in illo adiudicata fuerunt [...] cum postquam illud homologatum fue[...]
2 probatum à partibus † non solum habe[...] rei iudicatę, vt notatur *in l. ne in arbitr[...] cum antea C. de receptis arbitris, & volu[...] 1. num. 6. & in l. ait prætor n. 3. ff de re iud. S[...]*
3 *tit. de arbitris, §. 7. n. 33.* sed parere pot[...] ctum verę, & perfectæ transactionis, [...] tentia *gloss. in l. 2. C. communia vtriusque [...] notauit ibi Bald. num. 2. Castrens. num. 3.* [...] dunt, quod licet laudum alioquin nul[...]
4 possit substineri † tamen potest valere in [...] factionis, & voluit *Bart in cons. 159. n. [...] in cons. 60. n. 3. Angel. cons. 66. n. 3. & cons.* [...] & propter hanc rationem tenuit Rota [...]
5 transactionem, quę facta esset super b[...] iuribus super quibus aliàs transactum [...] *in Alexandrina funeralium 20. Nouemb. 16[...] R.P.D. meo Merlino.*

Altera nullitas erat quia non consta[...] iustitia eiusdem laudi, quæ adducta [...] causa transactionis, cum non essent v[...] dicebantur siuę quod arbitri non legi[...] vidissent testamenta Alberti, & Io. Ba[...] ue quod in ijs testamentis non excluder[...] minæ; Et prior exceptio cessabat ex att[...] eorumdem arbitrorum, qui declararun[...] se fuisse eadem testamenta, quæ decla[...]
6 erat, vt non posset † dici probata iniu[...] di ex hoc capite, quod latum fuisset a[...] Arbitri comprehendissent merita cau[...] luit *Card. Zabarell. in cons. 139. n. 6. & in[...] n. 5 Soccin. cons. num. 3.* vbi rationem re[...] ea declaratio continet rem gestam ab i[...]
7 tris non autem est super iustitia ipsius c[...] qua illi attestari non possunt, & notat [...] *in arbitris C. de arbitris, & tradit Menoch [...] sumpt. lib. 2. præsumpt. 76. n. 31. Thesaur. dec[...]* Secunda exceptio cessabat ex inspectione [...] que testamenti, in quibus semper mascul[...] rebantur fœminis. Et ex ijs rectè diceb[...]
8 bata falsitas causæ, quæ sola potuisset [...] re eamdem transactionem, vt probat [...] *ex falsis, C. de transact.* & notat ibi glo[...] *præcipimus Bart. num. 2. Castrens. num. 1. Dec[...] n. 6. Menoch. cons. 320. n. 19.*

Hæc verò clariora etiam fiebant ex i[...] ne eorum testamentorum, nam incipie[...]

mento Alberti, qui fuit Auus Philippi constitebatur in eo plures ordines, siue gradus successionũ,&in primo apparebat institutus hæres Vniuersalis Io. Baptista filius, cui quandocumque decedenti substituebantur eius filijs masculi legitimi,& naturales, ac descendentes masculi, qui tamẽ à masculis nati essent,ex quibus duabus qualitatibus prior excludebat Isabellam tamquam fœminam, altera Philippum, & eius fratres, filios eiusdem Isabellæ, qui licet essent masculi non poterant venire, aut contineri sub ea vocatione descendentium ex masculis, vt notant *DD. in l. Gallus §. nunc de l. ff. de liberis, & post. humis, & ibi Bald. nu. 4. Castrens. num. 6. Ias. num. 16. & cons. 15. num. 3. & 4.* & tradit *Peregrin. de fideicomm. art. 26. num. 20. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 11. num. 9.* & licet consideratæ fuissent in eo testamento aliæ substitutiones, tamen nihil illæ obstare poterant, cum non possent ante habere locum quam successisset mors omnium descendentium à masculis qui fuerunt primo loco, & gradu vocati *arg. text. in l. 1. C. de condit. insertis, & l. non est sine liberis ff. de verb. signif. notat Gloss. in l. ex facto §. si quis rogatus ff ad Sen. Cons. Trebell. in verb. voluntate, & ibi etiam Bart. numer. 5.*

In secundo testamento Io: Baptistæ, qui fuit filius Alberti, & pater Ppilippi, & Marsilij, substituti erant etiam illius filij masculi cum substitutione reciproca inter eos, & conditione, quæ continebat tam substitutionem vulgarem, quàm pupillarem, & fideicommissariam; Præterea aderat in hoc testamento prohibito, vt non possent alienari bona, quæ in illo continebantur, quæ prohibitio facta erat tam dictis filijs, & hæredibus Io: Baptistæ testatoris, quàm illorum filijs, & descendentibus in infinitum, addita ratione, quia ipse testator volebat, vt omnia ea bona perpetuò permanerent in sua familia, & agnatione; sub hoc verò testamento neque poterat dici vocata Isabella, aut eius filij, quia licet omnes descenderint à testatore, & in eius testamento non fuerit expressa qualitas, quæ erat in testamento Alberti, vt substituti filijs primo loco vocatis descendere deberent ex masculis, † quæ qualitas efficiebat, vt sub nomine generali descendentium non possent dici conprehensæ fœminæ, vt tradit *Card. Mant. de coniect. vlt. vol. eod. tit. 11. num. 1. Grass. in §. fideicom. qu. 15.* & notant *DD. in l. vlt. C. de suis, & legitimis hæred. auth. eius tex. & in §. vlt. et in auth. de hæred. ab intest. venien. in princ.* Tamen excludebantur ex alia qualitate, † & ratione, quam apparebat habuisse testatorem conseruandi suam agnationem, ex notat. per *DD. in l. Gallus, §. nunc de lege, ff. de lib. & posth.* vbi *Angel. num. 3. Soccin. sen. num 6. Ias. num. 16.* & tradit *Io. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de testam. in rubr. in 3. col. Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. l. 11. tit. 4. num. 7. Peregr. de fideicom. art. 25. nu. 47.* Et apparebat ea testatoris voluntas tum ex ratione, quæ expressa fuit pro causa, vt bona alienari non possent tum ex conditione, quæ fuit in ea ratione requisita, vt bona integrè, & sine vlla diminutione conseruarentur in sua hæreditate, quod † esse non poterat, si bona in alienam familiam transferri deberent, vt in specie considerauit *Socc. sen. in cons. 63. nu. 15. lib. 3. Gozzad. cons. 64. nu. 17. & 18.* quibus accedebat alia coniectura, quæ desumebatur ex dote quam apparebat testatorem reliquisse suis filiabus, quas à sua successione ex-
14 clusit † cum ab illarum exclusione rectè interri posset ad exclusionem neptum, & hanc coniecturam considerauit *Castr. in cons. 409. num. 2. lib. 2.* & plurimum momenti inesse in ea extimauit ad restringenda significationem eorum verborum, quæ alioquin poterant de sui natura conuenire etiam fæminis, itauit neptis descendens à testa-
15 tore non contineatur appellatione † descendentium, qui fuerint vocati, & positi in conditione in casu quo filij hæredes instituti fuerint etiam inuicem substituti si sine filijs, aut descendentibus decesserint, & licet hæc coniectura non sit ita ab omnibus recepta in casu quo hæredes substituti non fuissent descendentes testatoris, sed
16 extranei, † tamen contrarium accidit in descendentibus, aut agnatis, vt declarat idem *Castr. in cons. 409.* cuius opinionem in parte esse magis communiter receptam, testatur *Rum. in cons. 110. num. 12. lib. 2. Soccin. sen. in l. cum Auus, ff. de condit. & demonstr. num 40. in fine eius numeri in respons. ad vltimum argumentum, et num. 86. Rolan. cons. 81. nu. 33. lib. 3.* vbi refert plures, qui sequuntur hanc opinionem *Castrensis*, quos etiam referunt *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 85. num. 23. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 15. num 9. et lib. 11. titul. 14. num. 22. Grass. in §. fideicommiss. quæst. 35. numer. 4.*

Vltimum testamentum Philippi continebat prælegatum, quod idem fecerat de bonis, quæ postea Laurentius eius filius donauit Marchioni, & id prælegatum factum fuit Philippo sub conditione si Iacobus Maria eius filius decederet sine filijs masculis, declarando quod eadem bona subijciebat Superioribus fideicommissis Alberti, & Io: Baptistæ, & ita ex hoc etiam testamento apparebat exclusam fuisse Isabellam, & eius filios, siue haberi deberet ratio eius relationis, quam testator habuit ad fideicommissa suorum maiorum, in quibus excludebantur fœminæ existentibus masculis, siue etiam spectanda sit illius dispositio, quia idem testamentum primo modo
17 consideratum non continabat nouam † dispositionem, sed solum prorogabantur in eo antiqua fideicommissa à quibus illud declarationem recipiebat, vt voluit *Dec. in cons. 362. et 497.* quem refert *Peregr. de fideicomm. art. 16. num. 14. et cons. 113. num. 9. lib. 3. Decian. consil. 32. num 125. lib. 3.* Secundo verò modo acceptum continebat etiam exclusionem Isabellæ, & eius filiorum cum in eo declarasset quod relinquebat tertiam partem suorum bonorum, quæ erant libera neque subiecta antiquis fideicommissis, Marsilio suo fratri, & eius descendentibus masculis, quando Iacobus Maria eius filius sine filijs, & descendentibus masculis decessisset propter amorem, quo propriam familiam, & agnationem prosequebatur, quæ verba excludebant fœminas, & descendentes quæ erant alterius agnationis, ac præterea continebat nouam dispositionem,
18 † quatenus testator supposuit fideicommisso etiam bona propria, vt tradit idem *Dec. in d. cons. 362. Peregr. de fideicom. art. 16 num. 111.* &

tenuit *Rot. in Roman. a fideicomm. de Maximis* 18. *Feb.*
1628. *coram Reuerendiss. D. meo Decano, et in eadem causa* 10. *Decembris* 1629. *coram R. P. D. meo*
Merlino.

Neque hæc omnia ex quibus rectè probata
erat falsitas causæ cuius occasione dicebatur
constare tum de nullitate transactionis, tum de
iniustitia antecedentis laudi poterant cessare
propter timorem futuræ litis, cuius occasione deuentum fuerit ad eandem transactionem, cum is
19 timor probatus diceretur † ex decreto Iudicis,
qui interfuit in transactione facta à Laurentio
tunc minore, vt tenuit *Rota coram Card. Seraph. dec.*
737. *nu.* 6. *et in Romana Læsionis* 14. *Nouem.* 1616.
coram Card. Caualer. inter impress. decis. 407. *num.* 6.
in quibus decis. Rota considerauit quod quamuis idem timor probari non potuisset ex sola
assertione partium, tamen præsumi debebat pro
20 decreto Iudicis, dum ille suo † decreto approbauit causam narratam à partibus pro fundamento
transactionis, & voluit *Surd. in his terminis in cons.*
451. *num.* 28. Etenim constat ex dictis, vanum
fuisse eum timorem, & solum inuentum, vt esset
aliquis color ex quo posset transactio substineri
cum non solum non probarentur, sed ostensa fuerint aliter se habere ea, super quibus fundabatur
21 iniustitia † laudi quæ sola iniustitia fuit causa
transactionis, & ex hac ratione corruebat etiam
decretum Iudicis quod super eadem causa fundatum erat, vt notatur *in l. magis puto, §. non passim,*
ff. de rebus eorum, Dec. cons. 443. *num.* 20. & tenuit
Rota in Romana Census 13. *Febr.* 1632. *&* 8. *April.*
1633. *coram R. P. D. meo Merlino.*

Neque poterat ea transactio substineri, eo quia
laudum cui in illa renunciatum fuit contineret
22 fauorem † Laurentij cui potuit Laurentius in sui
præiudicium renunciare, vt notant *DD. in l. si*
causa cognita, C. de transact. & in l. causas, C. eod. tit.
vbi *Castrens. nu* 4. *in fin. Bald. in l. eleganter num.* 4.
ff. de cond. in deb. & l. iuris gentium §. paciscar n. 1.
ff. de pactis, vel etiam quia saltem substineri posset, & in vim conuentionis, aut pacti, cum partes ita visæ fuerint se declarasse in Instrumento
23 dum in eo dixerunt, quod non solum ad eam †
transactionem deueniebant, sed etiam ad sequentes conuentiones, & pacta, vt tradit *Bart. in l. si*
causa cognita num. 6. *C. de transact. & in l. si de certa*
num. 3. *C. eod. tit. Calder. cons.* 2. *de transact.* præci-
24 puè accedente iuramento, † quod etiam efficere
poterat, vt substineri deberet transactio, quæ alias
non valeret, vt voluit *Alex. in d. l. si causa cognita*
num. 5. *Curt. sen. super repetit. eiusdem legis, n.* 17.
& n. 28. & notant ibi *DD. & in l. si quis maior.*
C. eod. tit. vbi idem *Alex. num.* 3 *Bart. num.* 9. *Cast.*
num. 5. & tenuit *Rota coram Card. Seraph. dec.* 737.
num. 7. Non enim probatur prior ratio, vt renunciatum fuerit laudo, cum solum facta legatur ea
renuntiatio concordiæ, quæ priùs firmata fuerat
inter Laurentium, & filios Isabellæ transigentis,
quæ non poterant conuenire laudo, cum illud latum fuisset ad fauorem Marsilij inter eundem
Marsilium, & Isabellam. Et certum est in hac
25 materia, † quod vt renunciatio præiudicet debet
esse certa, & præcisa, vt declarat *Castrens. in d. l.*
causa cognita nu. 3. *in fin. Alex. num.* 7. *Bald. in l. si*
diuersa nu. 5. *Cod. de transact.* neque possunt pro ea
26 sufficere clausulæ generales, quæ solent [...]
de stylo, aut consuetudine, vt voluit *Bal.* [...]
ead. l. quem sequuti fuerunt, Ias. num. 5. *Al.* [...]
4. *& in l. leganter, §. si post. nu.* 4 *ff. de condi.* [...]
bit. Dec. cons. 39. *num.* 3. *Surd. decis.* 188. *nu.* [...]
teri vero rationi obstabat eadē falsitas cau[...]
nocebat transactioni, quia quamuis iura[...]
27 habeat † vim enixæ voluntatis, cuius cau[...]
sactio substineri, & valere debebat omni [...]
modo quo poterat, vt tradit *Bart. in d. l.* [...]
cognita, & ibi etiam *Alex. nu.* 5. *Ias. in l.* [...]
28 *de transact.* Tamen non poterat aliquis † [...]
effectus in casu quo præter falsitatem ca[...]
currebat etiam error iurantis, vt probat *T.* [...]
si ex falsis, C. de transact. & notat ibi etiam [...]
princ. Bald. nu. 1. *Castr. num.* 1. idem *Ba*[...]
quis pro eo nu. 15. *ff. de fideiuss.* & rationem [...]
derant ibi DD. quia deficere videtur in [...]
29 consensus, † qui requiritur ad necessitate[...]
gationis, & eamdem rationem consideri[...]
drod. in cons. 95. *nu.* 5. *Soccin. sen. cons.* 40. *n.* [...]
1. *Soccin. iun. cons.* 50. *nu.* 32. *lib.* 4 *Ruin.* [...]
num. 14. *vol.* 1. *&* 167. *num.* 23. *vol.* 2. & [...]
hanc etiam rationem, neque valere potuit [...]
30 in quo † deficiebat causa finalis expre[...]
ciscente ignoranter, aut per errorem, [...]
Ruin. in cons. 132. *nu.* 7. *lib.* 1. *Angel. in l.* [...]
nu. 2. *ff. de verb. obligat.*, & ibi etiam *Alex.* [...]
& tradit *Card. Mantic. de tacit. lib.* 26. *tit.* [...]

Non etiam obstare visa fuerunt quæ [...]
tur pro substinenda eadem transactione [...]
Laurentius post donationem factam *M*[...]
nouum Instrumentum celebrauerit cum [...]
bellæ in quo non solum ratum habuit & [...]
mauit transactionem quam antea fecerat [...]
rum illis donauit ea bona quæ apud se re[...]
Ex quibus duo colligebantur pro confir[...]
eiusdem transactionis. Primum quod [...]
31 eam ratihabitationem cessabant except[...]
quæ contra illam opponebantur dum o[...]
ijs exceptionibus fuit in ea ratihabitione [...]
32 renunciatum; secundo quod cum ces[...]
rium facta in noua donatione ad fauorem [...]
dentis haberet vim traditionis possessionis [...]
detur *in l. licet* 44. *§.* 1. *ff. de iure dotium, &* [...]
autem, ff. de publiciana in rem actione, pr[...]
33 erat hæc donatio, quamuis posterior do[...]
Marchionis, qui bona data non possid[...]
probat *Text. in d. l. siue autem, ff. de publ.* [...]
rem actione, & in l. quoties, C. de rei vendic. [...]
legis dispositionem voluit *Ias. super ead. l.* [...]
34 35. procedere etiam in donatione, & idem [...]
Oldrad. in cons. 114. *n.* 1. *Gabr. cons.* 14[...]
Clar. in §. donatio quæst. 13. *nu.* 3. *in fin. An*[...]
de empt. & vendit. concl. 2. *nu.* 8. Non enim [...]
fuit obstare, quod primo loco dicebatur [...]
tihabitio quam fecit Laurentius tollere p[...]
nullitates ex quibus transactio impugna[...]
Quicquid enim dici posset de scientia, qu[...]
35 bit Laurentius omnium earum nullitat[...]
scientia fuisset in primis, & omninò ne[...]
vt diceretur illis renunciatum, vt tradit *B*[...]
obseruare, § post hæc ff. de officio Proconsulis, & [...]
in 2. *lectura sub nu.* 11. & voluit *Ruin. in* [...]
num. 10. *lib.* 1. *Paris. cons.* 49. *num.* 52. *lib.* [...]
non potuit per eam ratihabitationem co[...]

tus in † præiudicium Marchionis, cui medio
mpore ius quæsitum fuerat ex donatione, quam
tea illi etiam fecerat Laurentius, vt tradit *Bart.*
d. l. obseruare in §. post hæc num. 9. & plenè distin-
it, & materiam declarat *Bartol. in l. bonorum n.*
ff. rem ratatam haberi, & in l. alienare num. 2. ff. de
noratitia actione, Speculat. in tit. de obligat. & so-
§. 1. num. 31. Castrens. consil. 228. num. 1. lib. 1.
c. cons. 247. num. 6. Præsertim cum ageretur de
nfirmando actu nullo, quo casu illa solum va-
re potuisset tanquam nouus contractus, & à die
ius ratihabitationis, non autem vsque à prin-
pio transactionis siue alterius contractus, qui
r eam confirmatus, fuit, vt tradit *Bald. in d. l.*
seruare, §. potest hæc nu. 7. in secunda lectura, & in
rtia lectura num. 3. & in leg. vltima non 2. Cod. ad
n. Consul. Macedonian. Aretin. cons. 128. num. 3.
rbat. cons. 6 nu. 23. lib. 4. Surd. decis. 245. num. 13.
eque dici poterat vt filij Isabellæ ratione pos-
ssionis quam habebant bonorum donatorum
aberent maius ius, cuius ratione præferendi es-
nt Marchioni, quia cum Laurentius in prima
onatione, quam fecit Marchioni promisisset
i non contrauennire constituendo hypotecam
per omnibus suis bonis pro illius obseruantia
ansierunt ea bona in secundum donatarium
m onere eiusdem hypothecæ, cuius occasione
nebatur tradere rem ipsam loco interesse pro
io donator se obligauit, & voluit obligata esse
ona donata, vt limitando dispositionem eius
gis voluit, *Ias. super ead. leg. nu. 8. Castr. in l. si*
ais §. ea lege num. 3. ff. de verb. oblig. Crot. in l. fi-
us famil. §. Diui num. 96. ff. de l. 1. & ita etiam
amdem legem declararunt *Oldrad. in adducto cons.*
14. num. 14. Gabr. cons. 141. num. 7. lib. 1. Menoch.
cons. 1153. n. 7. Soccin. iun. cons. 118. nu. 19. lib.
& tenuit *Rot. in Romana de Mazzatostis 23. Iun.*
617. coram Eminentissimo D. meo Card. Verospio.
Et ita, &c.

R. P. D. GHISILERIO,

Postea EPISCOPO TERRACINEN.

Bononien. Supplementi Legitimæ.

Veneris 5. Maij. 1638.

ARGVMENTVM.

ultum Clerico concessum de liberè testando
tiam de bonis ab Ecclesia quæsitis, ac etiam in
auorem filij legitimati, dicatur nè emanasse
contemplatione filij, vel respicere fauorem Pa-
ris, vt possit si velit filium instituere, sin autem
olit, non coarctetur; Hinc plenissimè agitur
quando filius legitimatus, maximè cum clausu-
a, *Sine præiudicio venientium ab intestato*, teneatur
equi paternam dispositionem, vel illam impu-
gnare petendo legitimam, & eius supplementū.

SVMMARIVM.

Legitimatio obtenta à Papa, & verbum legitima-
mus ab eodem Papa prolatum veram, et plenariam
legitimationem importat, & num. seqq. vbi amplia.

3 *Legitimatio à Papa concessa per verbum dispensa-*
mus veram legitimationem importat.

4 *Clausula*, sine præiudicio venientium ab inte-
stato, aut alia valida dispositione, *præseruat iura*
ab intestato venientium, et dispositionem Patris sic
legitimantis. et num. 17. et seqq.

5 *Legitimatus cum clausula*, sine præiudicio venien-
tium ab intestato, &c. *succedit ex testamento, &*
numer. 10.

Legitimatus cum clausula, sine præiudicio venien-
tium ab intestato, &c. *non potest petere legiti-*
mam sibi non relictam, aut eius supplementum. n.
5. et per totam decis.

6 *Legitimatus*, sine præiudicio venientium, ab in-
testato, *verè legitimus, ergo illi debetur legitima,*
consequentia non valet.

7 *Clausula*, sine præiudicio venentium ab intesta-
to, *non limitat legitimationem, limitat tamen suc-*
cessionem.

8 *Legitimatio vera potest dari, quæ effectum successio-*
nis habebat limitatum.

9 *Successio non est de essentia substantiali legitimatio-*
nis de Legitimationem ad successionem, et de suc-
cessione ad legitimatione non benè infertur. num. 9.

10 *Legitimatus cum clausula*, sine præiudicio veni-
entium ab intestato, *non succedit ab intestato. et*
num. 13. et 26.

11 *Filius legitimatus ad succedendum patri ex Testa-*
mento, sed non ab intestato non potest petere legi-
timam.

12 *Legitima est portio portionis debitæ ab intestato, &*
num. 13. et seqq.

14 *Legitima non debetur ei qui ab intestato nō succedit.*

15 *Legitimatio nunquam censetur extensa ad succesio-*
nem ab intestato nisi expresse legatur.

Legitimatio semper censetur restricta ad succesionem
ex Testamento, num. 15.

16 *Filius legitimatus, cui pater aliquid in Testamento*
reliquit, cum hoc quod aliud potere non possit, non
petit legitimam, vel eius supplementum.

17 *Legitimatus cum clausula*, sine præiudicio venien-
tium ab intestato, *non succedit etiam quod extra-*
nei essent instituti.

Clausula, sine præiudicio venientium ab intesta-
to, *considerat etiam fauorem ipsius legitimantis vt*
scilicet liberè disponere possit, num. 17.

19 *Legitimatus cum clausula*, sine præiudicio venien-
tium ab intestato, *non potest impugnare patris*
voluntatem. et num. 26.

20 *Indultum concessum Clerico de testando etiam in fa-*
uore filij legitimati, an dicatur respicere fauorem
ipsius filij, vel patris.

Itaut ille possit pro sui libito filium instituere, vel
non, et num. seqq. et per not.

22 *Dictio*, alia; *significat similitudinem, non alterna-*
tiuam.

Alternatiuam ponitur inter similia. num. 22.

23 *Facultas testandi quocunque modo forma, et solem-*
nitate intelligitur de dispositione valida secundum
formam indulti, non autem secundum ius commune.

24 *Clausula*, sine præiudicio venientium ab inte-
stato, *apponitur in legitimationibus, non autem in*
facultatibus testandi.

25 *Facultas disponendi comprehendit dispositionem ex*
Testamento, non autem successionem ab intestato.

27 *Facultatem habens codicillandi potest absque Testa-*
mento

mento disponere.

28 *Facultas disponendi per codicillos, non benè infert ad facultatem transmittendi ab intestato.*

29 *Clericus habens bona patrimonialia, in illis hæredem habere potest, & in alijs acquisitis ab Ecclesia succedit Camera.*

40 *Legitimatus cum facultate succedendi ab intestato, & absque clausula,* sine preiudicio &c. *petit legitimam contra patris prohibitionem. & num. 31.*

32 *Pater instituendo filium in aliquo dicitur agnoscere illum habere iura suitatis, & quando.*

DECISIO XXXV.

ANTONIUS Maria de Nigro Presbyter Bononien. obtinuit à fel. rec. Gregorio XV. facultatem testandi, vel aliàs disponendi, tam de patrimonialibus, & alijs bonis, de quibus testari, vel alias disponere poterat, quam etiam de omnibus alijs bonis emphyteoticis, feudalibus, Ecclesiasticis, & alijs quibuscunque, quæ tempore mortis, seu dispositionis ab eo possiderentur, & quæ alias sine tali facultate ad Cameram Apostolicam deuolui debuissent, vsque ad summam 40000. ducatorum auri de Camera ad fauorem Consanguineorum, affinium, nepotum, & amicorum, & quarumuis aliarum personarum etiam de iure prohibitarum, & ad succedendum penitus incapacium, & præsertim ad fauorem Antonij Mariæ filij, ex eo iam tunc in sacris constituti, ex soluta suscepti, sine tamen præiudicio venientium ab intestato, aut alia valida dispositione; Et ad effectum præmissum obtinuit d. filium legitimari, & habilitari, ac ab eo omnem illegitimitatis maculam aboleri; Cum autem in testamento relictis filio legitimato nonnullis bonis pro omni, & toto eo quod ex bonis, & hæreditate ipsius prætendere possit instituerit hæredem vniuersalem Congregationem Verecundorum Bononiæ, & ab hærede d. Antonij Mariæ prætenderetur supplementum legitimæ fuit per Sententiam Rotalem * absoluta Congregatio à Petitis, à qua interposita appellatione, & causa mihi commissa confirmando dictam Sententiam tanquam validam, & iustam, iterum fuit dictum, non deberi supplementum legitimæ.

Quia etiamsi negari non possit, quia Antonius Maria filius fuerit verò legitimatus cum Papa ab eo absterserit omnem maculam nata-
1 lium, verbum enim † illud, *Legitimamus*, quo Papa est vsus, veram, atque plenariam legitimationem importat, vt post *Angel. consil. 17. & Aretin. in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum.* tradit *Ruin. cons. 75. num. 5. & 13. & consil. 86. nu 6. vers. quinimò arbitror lib. 3. Peregrin. de fideicom. art. 13. nu. 35.* & firmauit *Rota decis. 626. nu. 3. per. par. 2. recent.* vbi quod per solum sufficit, vt filius censeatur in amplissima
2 † forma legitimatus etiamsi aliæ clausulæ id significantes non adsint ex vbi allegatis *& in Romana legitimæ 16. Decembris 1619. coram bo. me. Sacrato post Merlin. de legit. decis. 62. nu. 2. 3. & 4.*
3 vbi, quod hoc procedit etiamsi Papa † vsus fuerit verbo, *dispensamus*, quia & ipsum potest importare legitimationem, *Abb. in cap. per Venera-*
bilem qui fil. sint legitim. Oldrad. cons. 3[...] Gozadin. cons. 6. nu. 66. & 67. Attamen c[...]
timatio habeat clausulam *sine præiudic[...]*
tium ab intestato, aut alia valida disposition[...]
sit limitata non solum præseruat præiu[...]
venientium ab intestato, sed etiam vol[...]
4 & † dispositionem Antonij Mariæ patris[...]
sic legitimatus teneatur illius iudicium[...]
& nullatenus ipsius dispositionem imp[...]
tanquam habilitatus ad succedendum i[...]
tum parte, quæ patri placebit, & quan[...]
relinqueret, non autem vt succederet [...]
disponenti, & contra, vel præter eius [...]
5 tem † petendo legitimam non relictam[...]
supplementum, vt tenet *Decian. consil. 4[...]*
Peregrin. consil. 18. num. 5. & seqq. lib. 4.
port. rat. quæst. 156. nam. 3. cum seqq. Lup[...]
Comment. 3. §. 1. num. 62. post med. latissi[...]
tos cumulans, firmat *Castill. de Coniect[...]*
lunt. cap. 22. num. 158. vbi testatur de [...]
communiori *Rimin. sen. consil. 41. nu. 9.*
se in hoc non reperisse contradictore[...]
cons. 30. num. 29. lib. 1. vbi alios refert[...]
Romana de Bonellis 24. Ianuarij 1635. co[...]
Cæs. de Grass decis. 3. num. 10. & nu. 15. [...]
stat, qui fil. sint legit. & coram sa. me. Gr[...]
decis. 135. & 201. sub num. 4. vbi *sub num[...]*
dit non esse bonam consequentiam, leg[...]
6 sine † præiudicio venientium ab intesta[...]
rus legitimus, & filius ergo illi debe[...]
ma, quia licet dicta clausula non limit[...]
7 mationem, † limitat tamen successione[...]
8 possit dari vera legitimatio, quæ † e[...]
successionis habeat limitatum, vt ten[...]
cons. 246. num. 3. vers. secundo prima [...]
lib. 2. Decian. cons. 258. in fin. Ruin. Par[...]
cin. iun. in dicta decisione allegatis, & rat[...]
9 † successio non est de essentia substanti[...]
mationis, cum sint quid diuersum, ne[...]
ad alium inferatur.

Et propterea censuerunt DD. grat[...]
qua agitur, principaliter non emana[...]
legitimatione, sed super facultate testa[...]
cessa Antonio Maria Patri, vt posset [...]
fauorem quarumcumque personarum [...]
cium, & posset in istum filium spurium [...]
tatem transferre vndè sequitur verè [...]
pensatum, seù legitimatum, solùm ad [...]
succedendi ex testamento Patri, cum ex[...]
dispositionis pateat in consequentiam [...]
cipaliter factam fuisse hanc legitimatio[...]
Dispensatus autem huiusmodi, seu [...]
10 legitimatus succedit solum in eo, quo[...]
relictum, & in legitima ex quo ei non [...]
ta facultas succedendi ab intestato, vt [...]
matum fuit in decisione R. P. D. mei Verosp[...]
tij superioris anni, Dec. cons. 263. nu. 3. ad [...]
sed quidquid sit, Honded. cons. 89. nu. 9. [...]
11 *lib. 1.* vbi concludit legitimam non [...]
quando filius legitimatus fuit ad succ[...]
Patri, sed non ab intestato, *Gabr. cons. 3[...]*
& nu. 24. lib. 2. Peregr. de fideicomm. art. 3[...]
Latius cons. 18. num. 2. & seqq. lib. 4. vbi [...]
contrarijs *Caldas. in Commentar. ad l. si C[...]*
vers. si Curatore nu. 53. Cod. de in integr. resti[...]
cum alijs allegatis per Rotam coram me in [...]

mana de Bonellis 24 Ianuarij. 1635. ea ratione
ia filius legitimatus qui non potest succedere
b intestato, † neque potest prætendere legiti-
am, quæ est portio portionis debitæ ab inte-
ato, ex latè deductis *in dicta Romana de Bonellis.*
od clarius assequimur ex verbis facultatis te-
ndi, in qua post amplissima verba subiungi-
r: *Ac ad effectum præmissum dictum filium legiti-
mus, & habilitamus, &c.* qui effectus erat, vt
ipsum per patrem posset hæreditas transferri,
cnon ex clausula, *Sine præiudicio venientium ab
estato*, quæ operatur, vt talis legitimatus non
onsequatur legitimam, † quia legitima est
iota successionis ab intestato, & per dictam
ausulam legitimatus excluditur à successione
intestato, ex receptissima Doctorum senten-
*Paul. de Cast. in l. Gallus, §. & quid si tantum nu,
in fin. ff. de liber. & posth. Capt. cons. 157. n. 43.
fin. Socc. cons 95. nu. 43. lib. 4. Ruin. cons. 72. n. 15.
rs. secundo non valuit, lib. 3.* & consequenter
iam a legitima, cum clarum sit † legitimam
non deberi, qui ab intestato non succedit cum
portio portionis debitæ ab intestato; *Aretin.
d. l. gallus §. & quid sit tantum num. 21. ff. de li-
r. et posthum. Dec. cons. 576 sub nu. 6. Aym. cons. 11.
m. 13. Rota coram Bubalo in Asculana legitimæ 2.
ecembris 1588. impressa apud Merlin. de legitim.
cis. 39. in Romana Supplementi legitimæ 8. Februa-
159 . coram Cardinali Arigonio impressa vbi su-
, decis. 36.* & latè *coram bo. mem. Gregor. XV.
ta decis. 135. et in dicta Romana de Bonellis 24.
nuarij 1635. coram me*, & verè facultas conces-
per san. memor. Gregorium XV. est restricta
l dispositionem ex testamento, nec in ea fit ali-
uod verbum de successione ab intestato, † quæ
opterea non censetur concessa, dum non legi-
r in facultate *Rodean. de spol. Cleric. quæst. 7. in
inc. num. 7. Nauarr. eodem tract. §. 7. num. 6. et
. in fine*.

Et hic intellectus est conformis tàm petitioni
ntoniæ Mariæ limitatæ ad facultatem testandi
iàm concessioni, ibi, *suis in hac parte suppli-
tionibus inclinati*, cui corrispondet totus con-
stus indulti, vt ex lectura, ex qua apparet to-
m indultum fuisse concessum ad instantiam,
contemplationem Patris illud petentis, vt
se posset secundum eius voluntatem expressam
testamento, vel codicillis, aut donationibus
berè disponere ad fauorem quorumcumque
iam incapacium, & facta fuit specialis men-
o filij, ex quo illi magis resistebat Ius commu-
e, & constitutio s. me. Pij. V. non autem, vt
x hoc limitaretur facultas Patri, cui post habi-
am mentionem filij apertis verbis datur absolu-
facultas disponendi, & nullis regulis limitata
er illa verba, *pro tui arbitrio, et voluntate abso-
tis, etc.* Concurrentibus igitur simul, quod
atri data fuit libera & absoluta facultas ex-
resè disponendi nullis Iuris regulis limitata,
è conuerso limitata sit habilitas Spurij ad
ccedendum sine valida dispositione, & quidem
ccessoriè ad indultum Patri concessum, sequi-
ur, vt dum Pater † ei reliquit bona, de quibus
testamento cum prohibitione aliud non pe-
ndi, non possit contra voluntatem Patris præ-
edere supplementū legitimæ ex supra deductis.

Non obstat, quod clausula illa præseruet tan-
tùm iura venientium ab intestato, hic autem
non fuit institutus veniens ab intestato, sed Lo-
cus Pius, quia imò censuerunt Domini dicen-
dum, clausulam importare, vt legitimatus non
possit succedere etiamsi fuerit institutus extra-
neus, cū per illā legitimatus censeatur solū habi-
litatus, vt succedit in eo, quod sibi fuerit relictū,
nec possit venire cōtra, vel præter voluntatē legi-
17 timātis, vt fuit firmatū ex allegatis supra † vnde
nō attēditur solūmodò fauor venientiū ab inte-
stato, sed consideratur potius fauor legitimantis,
vt liberas habeat habenas disponendi, & in ter-
minis *Rota coram Cæs. de Grass. decis. 4 num. 10. &
15. cum seqq. qui fil. sint legitim. reprobando Paris.
cons. 7. lib. 2. necnon Cephal. qui eum sequitur consil.
117. lib 1. & Dec. cons. 264.* firmauit talem legi-
timationem cum clausula sine præiudicio ve-
nientium ab intestato etiam quod non agatur de
18 præiudicio venientium † ab intestato non solum
præseruare hoc præiudicium, sed etiam facere,
vt sola voluntas testatoris attendi debeat, cum
non possit sic legitimatus voluntatem paternam
19 impugnare per supradicta, † quæ clariora red-
duntur, attento quod ne dum adest clausula sine
præiudicio venientium ab intestato, sed etiam
alia clausula, *aut alia valida dispositione*, & alia
clausula, *aut alias pro tui arbitrio, & voluntate ab-
solutis*, quæ indubitanter concedunt Patri libe-
ram potestatem disponendi, itaut Papa voluerit
20 præseruare iura sua † venientibus ab intestato, &
voluntatem legitimantis, itaut posset ad arbi-
trium disponere, & sic patet referri debere ad
Antonium Mariam Patrem disponentem, vt fir-
matum fuit in decisione Domini mei Verospij.
21 Valida enim erat † dispositio qualiscumque
facta fuisset per Procuratorem iuxta formam
induti ibidem expressam, & sicut per successio-
nem ab intestato succedebatur Patri, per con-
sanguineos legitimos, & naturales ita etiam
alia valida dispositio intelligi debet de alia si-
mili, per quam eadem succederetur stante di-
22 ctione *alia*, † quæ similitudinem significat, &
non alternatiuam, quæ pariter ponitur inter si-
milia, non autem de alia dispositione, ex qua
succederetur alijs antecessoribus, nec ex his tol-
litur facultas disponendi quocumque modo, &
forma, & solemnitate non seruata, quoniam
23 dispositio † valida intelligi debet secundum
formam indulti, non autem prout de iure
communi.

Pariter nihil facit, quod ista clausula non sit
sit apposita legitimationi, sed facultati testan-
di, cum non possit subsistere talis interpretatio,
quia si Papa absolutè præseruasset successionem
ab intestato abstulisset, non concessisset facul-
tatem testandi, sed reuera clausula immediatè est
24 † apposita respectu successionis ipsius filij iuxta
solitum cum apponatur solùm in legitimationi-
bus, non autem in facultatibus testandi.

Quoad generalitatem verborum indulti DD.
placuerunt responsiones datæ in decisione D.
mei Verospij cum quibus transierunt, quia per
talem generalitatem conceditur libera facultas
disponendi inter viuos, ac in vltima voluntate,
non autem ab intestato, vt firmatur in decisio-
ne

ne iuxta naturam facultatis disponendi, quæ de
25 † stylo non compræhendit successionem ab in-
testato, nisi expressè concedatur; sed quatenus
etiam indultum comprehenderet facultatem
disponendi ab intestato respectu Patris, illa ta-
men fuit restricta respectu filij legitimati ex su-
26 pradicta † clausula, siue tamen præiudicio ve-
nientium ab intestato, aut alia valida disposi-
tione, per quæ verba prohibitus est ei contraue-
nire non solùm successioni ab intestato, sed etiã
aliæ validæ dispositioni paternæ, nec facultas co-
dicillandi potest operari, vt liceat transmittere,
ab intestato, sed tantùm vt habens talem facul-
27 tatem possit absque testamento † disponere vn-
de fit ex facultate disponendi per codicillos non
28 benè interri ad facultatem transmittendi ab
intestato, cum sint inter se diuersæ codicillaris
dispositio, & simplex successio, & propterea
29 datur casus, quod is, qui habet bona patrimo-
nialia possit habere hæredem in eis etiamsi in
alijs acquisitis ex bonis Ecclesiasticis succederet
Camera, & sic ex illis verbis, necnon quod om-
nia bona per te pro tempore relinquenda nullo
modo tanquam spolia ad Sedem, & Cameram
Apostolicam deuoluantur, vel spectent, seu de-
uolui, aut spectare dici, vel censeri possint, pa-
riter concedimus, & indulgemus, &c. non est
dicendum Papam concessisse successionem ab
intestato, cum dd. verba fuerint apposita ex eo
quod supra in principio indulti fuerat data fa-
cultas testandi, & disponendi de bonis, quæ ces-
sante indulto spectarent ad Cameram. Ideo in
hac parte fuit dictum, quod bona relinquenda
nullo modo tanquam spolia spectant ad Sedem
30 † & Cameram Apost.

Nec prædictis obstant decisiones *in Romana le-
gitimæ coram bon mem. Sacrato* 57. *&* 62. *post Merlin.
de legitim.* quia non applicantur, siquidem ex il-
larum lectura patet in illa legitimatione conti-
neri facultatem succedendi ab intestato, & defi-
cere clausulam sine præiudicio venientium ab
intestato, aut alia valida dispositione, & ad ef-
fectum præmissum, quæ cum concurrant in isto
31 casu, inde sequitur illas non applicari, & † nil
mirum si in illis decisionibus fuit firmatum,
quod Robertus potuerit detrahere legitimam
non obstante Patris prohibitione.

Denique nec relevat, quod Pater filium insti-
tuendo agnouerit ipsum habere iura suauitatis,
quia cum testator in institutione vsus fuerit clau-
32 sula, *ac alias omni meliori modo* † quo potuit, &c.
dicendum est illum censuisse, quod filius nullo
modo posset contra tabulare, ponderando illum
prohibuisse ne aliquid amplius peteret signum
euidens, quod credidit non posse aliud consequi
nisi ab eo fuerit relictum non obstante quacum-
que legitimatione.

Ex quibus vtraque parte informante pro con-
firmatione sententiæ Rotalis fuit resolutum, &c.

*Aduerte, quod in hac Causa alia habetur decisio co-
ram Eminentiss. Card. Verospio, prout in decisione
habetur, sed non exprimitur tempus, & est sub die 2.
Martij 1637 dec. 2_0 par. 7. rec.*

R. P. D. CARRILLO

Calaguritana Beneficij.

Veneris 5. Maij 1638.

ARGVMENTVM.

Prouisus Apostolicus non præfertur præsent[ato]
Ordinario instituto, qui dicitur habe[re]
rem, & in re præsertim ex clausula, dum[modò non]
sit alteri ius quæsitum, quæ semper appo[ni-]
tur. Gratia beneficij dicitur subreptitia
non narratur Papæ residentia beneficij.

SVMMARIVM.

1 *Fundamentum propriæ intentionis est plen[è con-]
cludenter probandum.
*Beneficium esse affectum est ab allegante [plenè]
ter probandum, n. 1.
2 *Subreptio oritur ex taciturnitate veritatis*
3 *Præsentatus, & institutus ab Ordinario h[abet ius in]
re, & ad rem, & præfertur prouiso Ap[ostolico]
*Amplia si ex fundatione beneficij, consu[etudine, vel]
*constitutione caueatur beneficium debe[re]
magis idoneo reperto, num. 4.
5 *Prouisus Apostolicus non præfertur institu[to ab Ordi-]
nario stante clausula dummodò non [sit alteri ius]
quæsitum.
Clausula, dummodò non sit alteri iu[s quæsitum]
habetur semper pro apposita in literis
etiam de iure communi, num. 5.
6 *Clausula*, dummodò non sit alteri [ius quæsi-]
tum, *præseruat ius præsentati itaut g[ratia]
eum non possit sortiri effectum.
7 *Gratia Papæ super beneficio est nulla [si omittatur]
narratio eorum qualitatis residentiæ.
*Gratia Papæ est nulla si omittatur narra[tio]
quæ de iure narrari debent, num. 7.
8 *Papa si ipsi omittatur narratio residentia*
*sciendo, vel illud denegasset, vel di[fficilius con-]
cessisset.
9 *Pontifex non intendit per suam collation[em præiudi-]
care canonicè electis, vel præsentatis,
lere ius quæsitum.
10 *Consuetudo, siue Statutum Calaguritan[um]
*obstante appellatione procedatur ad ex[ecutionem]
*appellatio sit suspensiua, vel deuolutiu[a]
missiuè.
11 *Ius quæsitum ad beneficium non omittitu[r]
tur per subsequentes attentatos.
12 *Auditores Rotæ possunt instituere ser. ser[uatis]
cio.

DECISIO XXXVI.

CVm vacasset beneficium de quo ag[itur in Ec-]
clesia de Cerucra Calaguritanæ D[ioecesis, ad]
illud se opposuerunt Clerici Patrimo[niales, qui]
ad simplex beneficium approbati fuer[unt, & iux-]
ta præscriptum Breuis Clem. VIII. fu[erunt qua-]
tuor electi, & præsentati à Capitulo [...]
Verùm quia Ordinarius ad vlterio[ra processit]
non obstante appellatione per Io. G[...]
interposita Rota coram me sub di[e ...]

1636.dixit omnia gesta ab Ordinario post ap-
llationem interpositam esse attentata . Hodie
utem d.Ioannes obtinuit disputari dubium,
ui sit adiudicandum beneficium prætendens
i adiudicari debere tanquam de eo prouiso
ctoritate Apostolica vti de reseruato propter
ius vacationem de mense Iulij secutam, & do-
ini beneficium ei adiudicandum non esse res-
onderunt.

Quia vltra quod non probauit † affectionem
ene; & concludenter tanquam fundamentum
æ intentionis, potius apparet narratiuam per
sum factam fuisse subreptitiam, ex quo non
pressit se non fuisse nominatum a Capitulo
out nominati fuerunt, & præsentati Grego-
s, Franciscus, Hieronymus, & Io: Aluarez,ac
Ordinario instituti, & sic dum ad d.Capitulū
rtinet nominare, & eligere quem maluerit ex
probatis per examinatores iuxta tenorem
cti Breuis Clem. VIII. & Gregorius, & alij
s fuerint electi illis per necesse dicendum est
isse ius quæsitum, non solum in re, † sed ad
n ita, & taliter, vt huiusmodi ius debeat pre-
ri prouiso Apostolico, *cap.super eo 15.c.ex par-*
13.de offic.deleg.c.quamuis de rescript.in 6. Rot.de-
17.de præb.in nou.& coram Seraph.dec. 1263.n.3.
4. Maximè cum ex fundatione, consuetudine,
aut constitutione caueatur beneficium deberi
positori habenti qualitates requisitas, & ma-
s idoneo reperto, *Cassad.dec.18. n. 5. de præben.*
ut.dec.252.in nou.lib.3.& fuit dictum in Calaguri-
na de Tubano coram Penia 14. Februarij 1605.

Quod faciliùs procedit in præsenti, † stante
usula dummodo non sit alteri ius quæsitum
æ semper habetur pro apposita non solum *ex*
*ul.de iur.quæsit.non tollen.*sed etiam de iure com-
uni *Feltn.in c.Capitulum n. 16. vers. adducitur de*
cript.Sarnen.in reg.de iur.quæsit.non toll.par.1.n.1.
*i Mandos.q.2.n.5.*quia præseruat illud ius quæ-
um † itaut gratia contra præsentatum non pos-
sortiri effectum *Maresc.lib.2.var.cap.1.n.17 .&*
3.in punct.Rot.in alia Calaguritana Beneficij de
enmayor 21.Maij 1614.quæ est dec.579. par.3.re-
*nt.*vbi plures aliæ Calaguritanæ cumulantur.

Quibus accedit quod non fuit narratum pre-
ctum beneficium esse de residentia, pro vt esse
e constat ex confessione eiusdem Ioannis facta
suo mandato procuræ dato in Summ.Gregorij
.ex Breue appellationis d. Summ.n.4 & ex te-
ous Summ. n.7. & ob residentiæ qualitatis o-
ssionem † redditur gratia nulla cum non fue-
it narrata ea, quæ erant de iure narranda, *Fe-*
in c.in nostra n.17.de rescript.Staffil. de liter. grat.
*vi, & effect.claus.n.48.*quo casu Papa si hoc sci-
set, † vel gratiam denegasset, vel eam diffi-
ius concessisset, *cap.super liter.de rescript.Put.de-*
252.in fin.lib.3.Rot.d.dec.579.n.4. par. 3. recent.
ntifex enim per suam collationem non inten-
† præiudicare ritè, & canonicè electis, vel
esentatis, nec eis tollere ius quæsitum, *d.cap.*
er eo, cap.ex parte de offic.delegat.cap.quamuis de
cript.lib.6.Egid. dec.9. de rescript. Rot. dec. 17. in
.de præben.

Nec obstat, quod prædictum ius proueniat ex
ibus non ritè, & rectè factis cum iam Rota
clarauerit præsentationem, & collationem

fuisse attentatam, quia quidquid sit de consue-
tudine, quæ viget in Calaguritana Diœcesi le-
gitimè approbata, vel de statuto, aut de Consti-
tutione Synodali, quod non obstante appella-
tione procedatur ad exequutionem nempè ad
collationem, & possessionem beneficij Parochia-
lis, itaut appellatio solum habeat effectum de-
10 uolutiuum, non autem suspensiuum in qua † ma-
teria videndi sunt *Gonzal.in reg. 8.in annotat.contra*
nullit.n.209.vsque ad n.212. cum seqq. Lancell. de
attent.2.par.cap.12.limit.98.n. 1. Garz. de benef. 4.
par.n.18.vers.si minus Rot.coram Greg.XV.dec.232.
*n.1.ibique adden.n.4.*dixerunt Domini in præsenti
versari extra difficultatem ex alia ratione, nem-
pè quia per attentatum Iudicis approbatos, &
11 idoneos repertos non censetur † amisisse ius quę-
situm, nec eorum ius vitiari potuisse ex subse-
quentibus attentatis, vt in puncto dixit *Rota in*
Gerunden.Beneficij 2.Decembris 1605. coram Dama-
*sceno, & in d.dec.579.n.3.par.3.recent.*Imò in om-
nem casum posset hodie Rota illos ser.seru insti-
12 tuere † ex clementina Auditor *de rescript.Seraph.*
dec.1238.n.4.& 5.

Ex quibus resolutum fuit Ioanni non esse ad-
iudicandum beneficium, & sequestrum antea
appositum esse reuocan.vtraque &c.

Hæc Decisio sub die 28. Aprilis 1636. cum non ha-
beatur impressa erit infra in appendice.

R. P. D. PIROVANO.

Auenionen. fideicommissi.

Veneris 7. Maij 1638.

ARGVMENTVM.

Vocatio alicuius expresè à Testatore facta in ca-
sum obitus grauati sine filijs non excluditur si il-
le obierit relicto nepote ex fratre, fœmina ex-
clusa etiam masculi ab ea descendentes dicuntur
exclusi: fideicommissum à muliere factum quan-
doque, & ipsum dicitur continere fauorem
agnationis.

SVMMARIVM.

1 *Nepos ex fratre non admittitur ad fideicommissum factum Patruo si sine filijs decederet, vbi alius fuerit expresè à Testatore vocatus.*
2 *Fœmina per masculum exclusa semper remanet exclusa, licet masculus postea defecerit.*
3 *Fœmina exclusa omnes ab ea descendentes exclusi remanent, & num.12.*
4 *Substitutio facta filijs, si sine filijs decederent, expirat per mortem eorum cum filijs, vel nepotibus.*
5 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum in conditione positorum, etiam quod versemur in fideicommisso ascendentis.*
6 *Masculi ex fœminis veniunt in institutione alicui facta, & eius descendentibus masculis, si agnatio non est contemplata.*
7 *Agnationis contemplatio excluditur in testamento fœminæ, quæ extranet familiam, necnon, & fœminas vocauit.*

8 *Familia, & agnationis contemplatio desumitur ex qualitate masculinitatis in quolibet gradu repetita.*

9 *Agnatio, & familia dicitur contemplata ex vocatione maioris natu.*

10 *Familiæ, & agnationis contemplata præsumptio etiam in fœmina cadere potest vocante proprios filios masculos.*

11 *Substitutio facta de masculis, eorumque filijs masculis non potest comprehendere masculum ex fœmina. Pronomen suos, adaptatur siue ad filios, siue liberos, siue descendentes, aut proximiores.*

12 *Suorum appellatione ex communi vsu loquendi in Regno Galliæ quicumque veniunt descendentes.*

13 *Filia exclusa nunquam censetur vocatus masculus ex illa, quamuis verba eum comprehenderent, numer. 12.*

14 *Substitutus, quod aliquis sit dupliciter non ist incompatibile, scilicet primo loco aliquibus deficientibus, & deinde etiam omnibus substitutis extinctis contra num. 14.*

15 *Vocatio expressa vbi non adest, nec ibi concursus vocationum admitti debet.*

DECISIO XXXVII.

Riccarda de Grillet relicta q. Gabrielis de Gerardis moriens, hæredem instituit Petrum eius, & d. Gabrielis filium, illique substituit Henricum eius filium, eique morienti absque filijs masculis naturalibus, & legitimis substituit maiorem natu ex filijs pariter Petri supradicti, & moriente tali filio masculo absque filijs masculis naturalibus, & legitimis ei substituit alios d. Petri filios masculos cum qualitate, primogenituræ prædictis autem sine filijs masculis morientibus substituit D. Gabrielem de Grillet D. de Brisach, & casu quo idem D. Gabriel, & ipse decederet absque filijs masculis diuidendo suam hæreditatem in quatuor partes signanter ad quartam partem vocauit D. Dianam de Gerard, & suos, quæ D. Diana est filia Petri hæredis, & mater D. Henrici de Castellana D. de Ampus.

Mortuo exinde Petro, & Henrico nullisque masculis existentibus ex vocatis D. Gabriel, prætendit esse purificatum fideicommissum ad eius fauorem, & exaduerso D. Henricus filius D. Dianæ tanquam masculus, & nepos Petri superexistens contendit se prius vocatum, & non esse factum locum fideicommisso ad fauorem D. Gabrielis. Quare dum hodie dubitatur de purificatione huiusmodi fideicommissi, & ad cuius fauorem, pro D. Gabriele fuit responsum.

Quoniam D. Gabriel fundat intentionem suã in deficientia filiorum masculorum Petri, qui absque filijs masculis omnes decesserunt de qua deficientia in facto non dubitatur maximè concurrente partis confessione in positionibus emanata, † & ea probata non admittitur quæstio vo-
1 luntatis dum idem D. Gabriel nomine proprio fuit à Testatore vocatus, *Angel. cons. 306. n. 3. Alex. cons. 123. n. 1. lib. 1. Soccin. in l. Gallus, §. etiamsi parente, num. 10. ff. de liber. & posth. & cons. 37. num. 3. lib. 3. Rolan. cons. 38. n. 25. vol. 4. Menoch. cons. 269. numer. 57. Peregr. de fideicomm. art. 21. num. 45.*

De anteriori autem vocatione D. Henrici visum fuit non constare ad impediendam [...] tionem fideicommissi in sequentibus [...] potest extinctionem lineæ masculorum [...] tricem vocatæ.

Quoniam non est filius masculus Pe[...] que filius masculus Henrici, neque ma[...] masculo eorum descendens, sed filius [...] Dianæ filiæ Petri, quæ primo fuit ex[...] existentiam Henrici fratris masculi. V[...]
2 per remanet † exclusa licet postea mascu[...] per quem fuit exclusa defecerit, *Aretin.* [...] *& 154. Alexand. cons. 29. in fin. l. 1. Soccin.* [...]
3 *vol. 2. Paris. cons. 72. n. 79. lib. 4. Fusar. qu. 48*[...] indè omnes ab ea descendentes excluni[...] *l. si viua matre, Cod. de bon. mater. Bald.* [...] *mum vitium, num. 3. & 4. C. de liber. pr*[...] *quell. de iur. primog. qu. 12. n. 5. & qu. 40. n.* [...] *cons. 107. n. 2. & 3. Surd. cons. 85. num. 11. &* [...] *num. 7.*

Non obstat, quod idem D. Henricu[s] Dianæ, & Petri nepos veniat ex subseq[...] catione, ibi, *& moriente dicto Henrico,* [...] *filijs masculis d. Petri sine filijs masculis* [...] *Gabrielem*, quæ conditio cum non fue[...] cata ex quo Petrus alter filius Testatri[...] relicto Henrico filio, & altero Henric[...]
4 ex Diana filia † dicebatur non esse ap[...] cum D. Gabrieli posteriori substituto [...] *cto, §. si quis autem, ff. ad Trebell. Old*[...] *Rot. decis. 486. num. 1. par. 1. recent. & 4*[...] *par. 4. diuers.*

Quoniam moriente Henrico, & alijs [...] sculis Petri, positi sunt in conditione [...]
5 culi eorundem, † quorum appellation[...] niunt nepotes, etiamsi versemur in fid[...] so ascendentium, *Bald. in l. Gallus, §. in*[...] *ff. de liber. & posth. Menoch. cons. 215. num.* [...] *n. 16. lib. 8. dec. 667. num. 1. par. 2. recent. &* [...] *fideicommissi 31. Martij. 1623. coram bo*[...] *cisco Vbaldo* referente eandem opin[...] Dominos fuisse in alijs causis canoni[...]

Neque D. Henricus iuuari potest ex [...] D. Gabriel sit vocatus nisi casu quo P[...] eius descendentes, & liberi masculi [...] sine liberis, & descendentibus mascu[...]
6 rum appellatione † veniunt etiam ma[...] minis dum non est agnatio contempla[...] *cons. 1. n. 3. lib. 5. Mantic de coniect. lib. 8. tit.* [...] *Fusar. quæst. 404. n. 7. cum alijs allegatis.*

Quia secundum versionem de idiom[...] co in Latinum, quæ est attendenda, de [...] sculis legitur non autem de liberis, [...] dentibus masculis, itaut semper præu[...] nio supra firmata pro exclusione nepo[...] ficiente qualitate collectiua plurium [...] rum, & graduum, & nihilominus no[...] affirmari potest negatiua contemplatio[...] tionis de Gerard, ex eo quod versemur [...]
7 mento fœminæ; quæ primo vocauit [...] nem mariti, & in alia parte Testamen[...] fœminas absque onere deferendi arm[...] de Gerard, *Peregr. de fideicomm. art. 26.* [...]
8 *qu. 404. num. 19.* quia familiæ † conte[...] test desumi ex qualitate masculinitatis [...] bet gradu repetita, *Gabr. cons. 116. n. 6. li*[...] *consil. 127. n. 17. vol. 3. Surd. cons. 316. n. 8.* [...]

onsil. 2. num. 23. *Morot. cons. 50. n. 18. & decis. 143. num. 6. par. 1. recent.* Cui si addatur prærogatiua tatis, vt legitur in eodem Testamento, † & maiores natu præferantur eo faciliùs contemplatio familiæ deiudicanda est, *Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 15. n. 15. Surd. cons. 41. n. 14. Menoch. cons. 1127. 17.* Nec cessare videtur præsumptio ista contemplationis familiæ de Gerard, quia agitur de fœmina † disponente, quia, & in eadem cadere potest quando vocat proprios filios masculos, vt in specie aduertit *Gabriel. dicto cons. 116. num. 14. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 10. n. 7. Fusar. quæst. 499. num. 30.*

Sed præterea plura aduersantur prætensæ vocationi D. Henrici ex D. Diana nepotis etiam data possibilitate verborum qualitatem collectiuam personarum, & graduum habentium, quia Testatrix subordinauit suam dispositionem ad masculos ex masculis filijs Petri, quam qualitatem D. Henricus habere non potest, † & de fœminis mentionem non fecit nisi expiratis, & extinctis lineis masculorum vocatorum ibi, *& in defectu D. Gabrielis, & illius filiorum masculorum substituit diuidendo suam hæreditatem in quatuor partes Dianam, & suos in quarta parte*, quod pronomen *suos siue filios, siue liberos, siue descendentes, aut proximiores* importat; vt admittit *Dec. cons. 235. num. 3. in fin. & 4. Crauett. cons. 22. num. 1. Guido Pap. decis. 548. & cons. 133. num. 1.* & de communi vsu loquendi Galliæ attestatur *Rebuff. in l. liberorum, § fin. vers. hodie tamen, ff. de verb. signific. Thesaur. iun. quæst. 95. num. 4. lib. 2.* semper necessario infert masculum ex† Diana fœmina non esse comprehensum, etiam si verba essent apta illum comprehendere *Gabr. cons. 116 num. 32. col. 2. Surd. cons. 573. num. 32. Landerch. cons. 153. column. fin. vers. addo & tertiam*, & hanc ponderationem Domini sequuti sunt in præcisis terminis in *Ariminen. fideicommissi 15. Martij 1632. coram D. meo Dunozetto.*

Neque mouit Dominos responsio data non esse † incompatibile quod quis sit vocatus, aut in conditione positus primis deficientibus, & deinde in vltimo gradu omnibus substitutis extinctis. *Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 18. num. 19. Belloh. iun. cons. 72. n. 50. et cons. 73. nu. 34.*

Quia eadem Mantic. † distinctio communiter reprobatur, vt refert eadem *decis. Ariminen. in fin.* & opinionem illius reijcit præterea vbi de expressa vocatione, & indubitata non agitur eo minus videtur † admittendus concursus vocationum, quæ in verbis mutuò se expellunt.

Et ita &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Episcopo TERRACINEN.

Arimineñ Molendini.

Veneris 7. Maij 1638.

ARGVMENTVM.

Acquirens emphyteusim nomine alicuius nullum ius, aut suis hæredibus tribuit, sed solum personæ cuius fauore stipulatus fuit.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio emphyteusis facta nomine alieno nullum ius tribuit hæredibus stipulantis et nu. seq.*

Empbyteusim vendere possunt primi acquirentes, num. 1.

2 *Stipulans emphyteusim nomine aliorum, non sibi, sed quibus stipulatur acquirit.*

3 *Persona representata attenditur, non autem eius qui actum gerit, et vid sup. num. 1. et seq.*

4 *Obseruantia subsecuta benè probat qualis à principio fuerit intentio contrahentium.*

Liber Ecclesiæ inuestientis probat aliquem, et non alium esse emphyteotam, num. 4.

5 *Liber referens se ad instrumentum plurimum facit pro illius, et contentorum in eo declaratione.*

6 *Excessus sententiæ facit esse locum restitutioni in integrum.*

DECISIO XXXVIII.

IN decisione in hac causa facta 22. Maij * superioris anni fuit resolutum constare de causis restitutionis in integrum stante iniustitia sententiæ, quia cum molendinum de quo agitur, non esset in bonis Caroli fideicommittentis; nisi pro medietate, pro alia vero medietate, esset in bonis Augustini ex fratre nepotis, non poterat concedi immisso, hæredibus Caroli, nisi pro medietate pro indiuiso, & sic ratione excessus: fuit dictum mandatum de immittendo in totum vitiari; causa super eisdem repropòsita pluries supradicta die 7. Maij pro confirmatione decisionis fuit resolutum.

Cum ex inuestituris factis ab Ecclesia Molendini de quo agitur probetur excessus, fundamentum resolutionis dominorum fuit. Duæ nempè sunt inuestituræ; Prima fuit de tribus partibus ex septem facta de anno 1526. Carolo Francisco, & Petro Dominico. Secunda verò de reliquis quatuor partibus ex septem facta anno 1560. Augustino Francisco filio Caroli, & Horatio nepote eiusdem Caroli ipso Carolo præsente, & vna cũ Notario pro dictis tribus eorumque filijs, & descendentibus stipulante, vt sunt verba expressa ipsius inuestituræ. Cum autem de quatuor ex septem partibus fuerint inuestiti Franciscus, Augustinus, & Horatius non autem Carolus qui solum pro dictis absentibus intercessit, & stipulatus fuit cum Horatio, non poterat concedi immissio hæredibus Caroli; quibus nullum ius, ex persona ipsius competebat, sed præ mortuo Horatio, Augustinus, & Franciscus primi acquirentes ven-
1 dere potuerunt, vt in similibus terminis firmauit *Rota apud Seraphin. dec. 559. n. 19. et coram Card. Caual. in Romana Emphyteusis 12. Nouembr. 1612. et in Bonon. de Bouijs 19. Nouemb. eiusdem anni coram Card. Sacrato.*

Nec de veritate huius facti potest dubitari, quia in verbis inuestituræ, ibi, *et d. Carolum, & me Notarium infrascriptum, tanquam publicam personam præsentes stipulantes, & acceptantes pro & nomine, & vice dictorum Augustini & Francisci filij ipsius Caroli, & Horatij pupilli q. Antonij olim filij ipsius Caroli, & pro eorum, et cuiuslibet eorum filijs, & nepo-*

nepotibus masculis legitimis, & naturalibus, natis, et nascituris de legitimo matrimonio per lineam rectam descenden. & ipsis deficientibus &c. Patet quod Carolus non interuenit nomine proprio, sed nomine filiorum atque ita non sibi sed filijs acquisiuit, neque eius persona, sed personæ filiorum in quos
2 ius confertur considerari debeat, quia † tamquã nudus eorum minister interuenit *l. denique §. final. ff. de minor.* vbi quod attenditur persona repræsentata, non autem eius qui actum gerit *l. final. vbi Bald. C. si aduersus rem iudicatam*, & attenditur so-
3 lum persona contemplatione cuius actus† geritur *l. seruo legata §. si testator, ff. de legatis 1. l. fideicommissum, §. interdum ff. de legatis 3. cum alijs allegatis per Surdum in cons. 140. num. 16. & seqq. idem Surd. dec. 322. num. 20.* idque confirmatur, ex obseruantia subsequuta; desumpta, ex libro diace-
4 ptorum Ecclesiæ † Parochialis S. Gregorij Arimin. inuestientis cui fides adhibetur *Rota decis. 290 num. 5. par. 1. et decis. 325. num. 3. par. 3. rec.* in quo libro pag. 50. legitur adnotatum, quod prædicti Augustinus, Franciscus, Horatius, habent, tenent, & possident, ac in Emphyteusim recognoscunt de directo dominio, & proprietate Ecclesiæ S. Gregorij, quatuor ex septem partibus supradicti Molendini &c. & tantum abest, quod Carolus ibi nominatus reperiatur, quod imò, expressè dicitur, quod Carolus noluit nominari ibi, *nolens idem Carolus in præsenti renoua-*
5 *tione se nominari &c.* & cum partita † libri, se referat ad instrumentum renouationis celebratum de anno 1560. optimè inseruit pro dicti instrumenti, & contentorum in eo declaratione accedente præsertim maxima verisimilitudine, desumpta ex eo quod sicut Carolus expressit se habere partem in alijs tribus partibus Molendini, idem etiam fecisset in alijs quatuor partibus Molendini, quod cum non fecerit signum est, nullam ex dictis quatuor partibus ad se spectare.

Non obstat, quod huiusmodi inuestitura sit renouatio non verò noua concessio, & cum renouatio fuerit facta ex præcedenti titulo permutationis factæ, cum Gineberia de anno 1559. & ex prædicto titulo non solum Augustinus, sed etiam Carolus acquisiuerit dictas quatuor partes consequenter renouatio censeri debeat facta in eum qui acquisiuit, & sic in ipsum Carolum. Quia in instrumento renouationis manifestè patet, quod Carolus id quod acquisiuerat præcedenti titulo noluit in personam propriam renouari, sed in personam Francisci eius filij, & Horatij eius nepotis, qui quamuis in laudo de anno 1559. & in Instrumento permutationis non fuerint nominati, tamen in personam eorum fieri potuit renouatio ex persona patris qui sibi acquisiuerat, & sic non valet illatio, quod si esset facta renouatio illa necessario deberet comprehendere personam, quæ ex titulo præcedenti acquisiuerat, & consequenter ipsum Carolum, quia de facto comprehendit Franciscum, & Horatium, qui nihil acquisiuerant; Vnde licet ex tenore laudi esset inuestitura facienda Carolo, & Augustino; tamen certum est Carolum noluisse pro se recipere inuestituram, nec in ea comprehendendum esse, dum illam recepit expressè non pro se, sed pro filio, & nepote, & pro Augustino, quod probatur, vt fuit dictum supra ex adnotatione facta lib... Ecclesiæ, quod Carolus noluit in renou... nominari.

Quibus positis non obstat, quod in In... to renouationis stent illa verba, *renoua... stinum, Franciscum, et Horatium licet abse... quam præsentes, et d. Carolum etc.* sic & D... tamquam successor qui vt supra acquisi... renouatus; quia ex sequentibus verbis... *rium infrascriptum, tamquam publicam perso... sentes stipulantes, et acceptantes pro et nomi... dictorum Augustini, Francisci, et Horatij e...* ret non solum Notarium acceptasse, &... pro illis tribus absentibus, quia non... ctum præsentes stipulantes, & acceptan... præsens stipulans, & acceptans, sed quia... & ipse Notarius præsentes stipulabantur... ptabant pro absentibus Notarius fuit... ne plurali, & iste intellectus, eo adiuua... bis subsequentibus ibi, *Hanc autem conc... omnia prædicta Reu. D. Procurator, vt supr... d. Carolo, et mihi Notario, etc. præsentibus... stipulantibus, etc.*

Minus facit quod cum superiùs in inu... *Carolus sponte etc. suo et nomine dictorum re... pro quibus de rato promiserit etc.* dum pro... nomine, dicatur apparere, quod etiam i... inuestitus, quia cum ageretur de promi... raro pro Augustino nepote ex fratre pro... co, filio, & pro Horatio nepote ex fili... mirum, quod promiserit de raro pro i... bus etiam quod negotium ad ipsum no... ret, & cessat omnis difficultas ex quo... Ecclesię in quo reperiuntur nomina inue... non legitur Carolum, sed tantum Aug... Franciscus, & Horatius signum eviden... Carolus non fuerit stipulatus nomine p... sed vna cum Notario pro absentibus.

Sed etiam, admisso, quod Carolus e... prehensus adhuc, constaret de excessu,...
6 causis restitutionis† in integrum iuxta re... nem; quæ reuidetur, quia cum in inst... laudi de anno 1559. Carolum, & Augusti... cedantur integræ quatuor partes *del Mo... to*, quæ spectabant ad Ginebriam, & vnu... eorum haberet suam hæreditatem, & sic... tio facta ab Ecclesia referatur ad dictum... vt etiam informantes pro Georginis, ad... inde sequitur renouationem fuisse conce... gustino pro medietate, & Carolus quaten... comprehensus pro alia medietate tan... cum Francisco Filio, & Horatio nepote,... sequenter immissio hæredibus Caroli no... rat concedi, nisi pro medietate, & alia m... reseruari debebat Augustino, quod cum... rit factum, sed in sententia, vna tantum... fuerit reseruata pro Augustino manifestè... excessu.

Et ita vtraque parte informante fuit re... &c.

☞ *Supradicta decisio sub die 22. Maij 1637. in... sa facta habetur infra in appendice, alia ver... sub die 29. Nouembr. 1638. pariter habetur... hac eadem partem, secundum ordinem tempor...*

REVERENDISS. COCCINO.

orosempronień, seu Eugubina Bonorum Emphyteuticorum.

Veneris 7. Maij 1638.

ARGVMENTVM.

ım de renouando appositum in inuestitura Ecsiastica non tenet etiam si seruentur solemnita- iuris communis,
ligentia ad tex. in auth. de alienat. Emphyt, vers. licentiam.
titura facta per Prælatum de bonis Ecclesiæ n ligat Papam, & quando dicatur inualida ex fectu potestatis & solemnitatum.
Ecclesiæ ad hoc vt dicatur solita alienari quid quiratur.

SVMMARIVM.

cclesiæ bona quando datur in emphyteusim si apponatur pactum renouationis, illud vti inualidum non tenet.
cclesiæ emphyteusis non tenet, si sit facta vltra tres personas, scilicet recipientis, filiorum, et nepotum.
actum appositum in concessione emphyteusis bonorũ Ecclesiæ de renouando illam finita tertia generatione est expresse irritatum à legibus.
mphyteusis rerum Ecclesiæ cuicumque non solum ad tempus potest concedi, sed etiam in perpetuum, sed hoc hodie est correctum.
ona Ecclesiæ, dum dicitur, quod non possunt alienari, sua ista prohibitione intelligitur etiam quod non possint dari in emphyteusim perpetuam, & num. 6.
mphyteusis Ecclesiastica, quæ non potest fieri vltra tertiam generationem, non tenet si fiat ad quartam.
Ecclesia alienare non potest etiam vtendo solemnitatibus iuris communis.
Solemnitatibus de iure communi requisitæ in alienationibus bonorum Ecclesiæ quæ, et n. 10. et 11.
Bona Ecclesiæ de iure communi alienari non possunt sine solemnitatibus.
cclesia potest cum solemnitatibus transferre in aliam Ecclesiam emphyteusim perpetuam.
ona Ecclesiæ sterilia in emphyteusim data, cui fertilia fecit possunt in perpetuum dari.
ex. in §. licentiam auth. de alienat. emphyt. habet locum quando emphyteusis Ecclesiastica cum solemnitatibus iuris communis conceditur.
Fallit verò conclusio quando non constat dictas solemnitates interuenisse.
ona Ecclesiastica non possunt alienari stantibus etiã solemnitatibus iuris communis, sed requiritur Beneplacitum Apostolicum, & n. 19.
eneplacitum Apostolicum supplet defectum solemnitatum.
olemnitates iuris communis in alienationibus Ecclesiasticis non supplent defectum Beneplaciti Apostolici.
DD. tenentes de iure canonico valere alienationem Ecclesiæ cum solemnitatibus si intelligatur de solemnitate Paulinæ Constitutionis vera est conclusio.
21 *Tex. in dicto §. licentiam est correctus per Paulinam Constitutionem, et hoc solum procedit quando in alienationibus bonorum Ecclesiæ interuenerit Beneplacitum Apostolicum.*
22 *Beneplacitum Apostolicum in inuestitura Ecclesiastica ex obseruantia centum annorum, quando non præsumatur.*
24 *Obseruantia non sufficit probata in vno de contentis in gratia, sed est probanda in puncto indiuiduali de quo agitur, et num. 24.*
25 *Pactum de renouando est quid diuersum et separatum à concessione ad tertiam generationem.*
26 *Pactum factum in inuestitura Ecclesiastica per directum Dominum manus Papæ ligare non potest.*
27 *Prælatus inferior nec debet, nec potest legem Papæ imponere.*
28 *Papa disponere potest de bonis Ecclesiæ non obstante, quod Prælatus inferior de illis bonis antea cum hypotheca ad fauorem alterius contraxisset, et num. 29.*
30 *Auctoritas, et factum superioris semper intelligitur reseruatum in quolibet contractu etiam iurato.*
31 *Summus Pontifex concurrit in potestate iurisdictione cum omnibus Prælatis inferioribus.*
32 *Summus Pontifex est absolutus Dominus non administrator simplex rerum Ecclesiæ.*
Et ideo potest vendere bona Ecclesiæ vti sua, et vti Dominus non tamquam administrator, n. 33.
34 *Pontifex concurrendo cum alijs inferioribus Prælatis potest omnia bona Ecclesiarum concedere in feudum, et emphyteusim.*
35 *Renouatio nouæ inuestituræ Ecclesiasticæ, quando sit nulla durante adhuc prima.*
36 *Supplantatio in inuestituris est reprobata à iure.*
37 *Exceptio de iure tertij quando dari possit, et num. 38. et 39.*
40 *Alienatio rerum Ecclesiæ adhoc vt valeat requiritur solemnitas, et causa copulatiuè.*
41 *Beneplacitum Apostolicum supplet defectum solemnitatis.*
42 *Solemnitates non requiruntur in concessione rerum locari solitarum.*
43 *Res Ecclesiæ ad hoc vt dicatur solita alienari quid requiratur.*
44 *Obseruantia triginta annorum facit præsumere Beneplacitum Apostolicum.*
45 *Beneplacitum Apostolicum præsumptum per lapsum temporis nil facit ad hoc vt ex vnica locatione res Ecclesiæ dicatur solita locari.*
46 *Res Ecclesiæ, quod sit solita alienari non probatur per assertionem partis.*
47 *Renouatio emphyteusis non est nouus titulus, sed prioris renouatio.*
Quod procedit et si in renouatione dicatur de nouo concedimus, n. 4.
48 *Beneplacitum Apostolicum requiritur in emphyteusi Ecclesiastica, etiam solita concedi, si solitum alteratur.*
50 *Alteratio in emphyteusi Ecclesiæ est noua alienatio.*
Quæ conclusio est intelligendam si solitum alteratur circa substantialis, n. 51.
Vel quando materia est indiuisibilis n. 52.
53 *Vtile per inutile non vitiatur.*
54 *Alteratio emphyteusis Ecclesiasticæ per additionem personæ dicitur circa substantialia.*

55 Con-

55 *Concessio emphyteusis Ecclesiæ est indiuidua quando est facta sub vnica canonis responsione.*

56 *Alienatio rerum Ecclesiæ ob defectum solemnitatum est nulla ipsa Ecclesia volente secus è contra.*

DECISIO XXXIX.

POst resolutionem factam 16. Iunij 1636. quod Inuestituræ Apostolicæ suffragabantur Illustrissimo, & Excellentissimo Domino Principi Prænestino, Vrbis Præfecto, non solum quoad bona emphyteotica sub directo dominio Monasterij Sanctæ Crucis Fontis Auellanæ, sed etiam quoad bona sub directo dominio Ecclesię Forosempronień; cum Inuestituræ de dictis bonis alias ab inferioribus Prælatis factæ expirassent, neque proximiores vltimi emphyteutæ petere possent renouationem, quia Iuri renouationem petendi Sanctiss. D. N. derogauit, quod potuit, & voluit facere, ex latè deductis in decisione tunc facta. Dubitaui, an sit standum in decisis, etiam respectu bonorum emphyteuticorum de directo dominio Ecclesiæ Forosempronień, non obstante renouatione facta ab Octauio Accorambono tunc Episcopo 30. Augusti 1606. & Domini affirmatiuè responderunt.

Etenim quantum ad Inuestituram bonorum Monasterij Sanctæ Crucis prædicti, cum pars citata non curauerit informare, placuerunt DD. contenta in dicta decisione, Vnum tamen censuerunt hic esse repetendum, quod in prædicta decisione
1 solum tactum fuit, videlicet † pactum appositum in dicta Inuestitura ad renouandum, non suffragari vti inualidum ex deductis, per *Bald. in auth. si quas ruinas, num. 1. vers. item non posset, & num. 2. C. de Sacrosanct. Eccles. & Cald. de iur. emphyt. lib. 1. quæst. 8. num. 6. vers. Adducunt, & vers. fortius, allegatos in prædicta decisione*; quibus hodie Domini addi-
2 derunt, quod hoc habetur in iure expressum, † non valere concessionem emphyteusis Ecclesię, factam vltra tres personas, scilicet, recipientis, filiorum, & nepotum, *§. emphyteusim, §. quia verò Leonis quidem, § quod autem dictum, in principio, & in vers. illum verò*, vbi expresè irritatur conuentio de renouan-
3 do, † finita tertia generatione, *& §. si verò in perpetuum, auth. de non alienan. aut permut.* quæ iura adhuc vigent quoad Ius Canonicum, non obstante *text. in auth. de alienat. emphyt. in princip. vers. licentiam damus*. Vbi dicit emphyteusim rei Ecclesiæ
4 cuicumque † non solum ad tempus, posse concedi, sed etiam in perpetuum; quia disposita *in dicto vers. licentiam, sunt correcta per cap. nulli, §. alienationis, de reb. Eccles. non alien.* vbi Papa, postquam di-
5 xit alienari rem Ecclesiæ esse prohibitum, † subiunxit, alienationis verbo includi perpetuum emphyteusis contractum, & sic suscitat disposita *in Auth. de non alien. & permutan.* corrigit disposita *in dicto vers. licentiam*, vt pulchrè aduertit *Roman. in l. etiam, num. 10. in fine, vers. quarto probatur, cum seqq. & præsertim num. 12 ff. solut. matrim.*
6 Et hanc sententiam vltra allegatos † in alia decisione per dictas rationes tenuerunt, *Angel. in dicta Auth. de non alienan. & permut. §. quoties autem, num. 27. Aretin. in l si mihi, & Titio, sub num. 3. col. 5. vers hoc autem præcipuè, ff. de verb. oblig. Iason. in l. 2. num. 167. & num. 171. C. de iur. emphyt. & in Auth. qui rem, sub num. 3. C. de Sacros. Eccles. & ibidem Iaco-*
bin. de Sancto Georgio, num. 119. Butr. in ... cæ, num. 12. de donation. Couar. var. lib. ... & seqq. Gozzadin. cons. 39. nu. 20. vers. ... cons. 152. num. 3. & 4. lib. 1. Alex. cons. 16... Riminal. sen. cons. 74. num. 13. lib. primo ... supra dicto lib. 1. quæst. 12. num. 15. & ha... tiam alias sequuta fuit *Rota in decision... Card. Manticæ 10. num. 4. & 14. & Rota ... decisione Gammæ 326. num. 6.* & pro ea... ne facit *Roman. in l. 1. §. stipulanti, num. 3... oblig. Castrens. in d. auth. qui verò num. 7. C.*
7 *Eccles.* qui dicunt, quod concessio, † qu... test fieri, nisi ad tertiam generationem... si fiat ad quartam.

Et hæc sententia est adeo vera, v...
8 etiam si alienatio fiat cum † solemni... iure de communi requisitis, vt per *Rom... etiam, n. 12. vers. & si dicis.* quæ sunt, vt v...
9 fiat per Episcopum † cuiuscumque rei ... Ecclesiam spectantis, requiratur tracta... dens, & consensus Capituli Ecclesiæ Ca... *cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in sexto*, si ...
10 natio fiat per Rectores Ecclesiæ, † tu... auctoritas, & consensus Rectoris, & Ep...
11 si res † esset Ecclesiæ Collegiatæ, vel re... quiratur consensus Prælati, & Capituli ... uentus, *Clem. 1. de reb. Eccles. non alien. ... lib. 2. cap. 17. num. 1.* & monetur *Roman. ... in d. cap. nulli.* loqueretur, cum alienatur ... siæ sine solemnitate, poneret casum no...
12 maximè quia ante statutum erat † de ... muni, bona Ecclesię alienari non posse ... nitatibus, *cap. sine exceptione 12. quæst. 2.* ...
13 ciale, quod vna Ecclesia † in aliam p... terre cum solemnitatibus emphyteu... tuam; prout etiam est speciale, vt res ...
14 emphyteusim † data, ei, qui illam fertil... possit in perpetuum concedi, vt in *cap. ... reb. Eccles. non alien.* ergò in alijs casibus ... mune est in contrarium.

Neque opinioni Romani resistit, quo...
15 *dicto §. licentiam*, habet locum quando ... lemnitate de iure communi requisita ... sa emphyteusis, vt sunt verba clara text... maduertit *Felin. in cap. in præsentia, num. ...* hoc intelligo, *de probat. Imola in l. quod dic... ff. de verb. oblig. Couarr. variar. lib. 2. cap. 17 ... seqq. Alexand. in l. etiam, in princ. num. 3. vers ... & melius in fine, num. 3. vers. tertio verò, C... fine quartæ opinionis Gozzad. cons. 99. num. ...* quatenus hoc dictum DD. procederet ...
16 re Canonico, † sat est in hoc casu quod ... stat dictas solemnitates interuenisse, quo... nes supradicti admittunt, *§. licentiam*, n...
17 locum; veritas tamen est non sufficere ... propter Paulinam Constitutionem, qui ... clesię alienentur cum solemnitatibus de ... muni requisitis, sed requiritur etiam Be... tum Sedis Apostolicæ, vt in d. Constitut...
18 lina, quod † licet suppleat defectum ... tum, *Abb. in cap. 1. de confirmat. vtil. ... cons. 41. lib. 1. & latè Rota in decis. 65. num ... diuers.* non tamen sequitur quod solemn... iure communi requisita suppleat defectu...
19 placiti Apostolici † quod omninò hodie ... cessarium, vt latè fuit, & doctissimè de...

erunden. Scribaniæ 26. Februarij præteriti coram R. .D. meo Merlino, & sic dictum Romani procedit e iure Canonico, sententia autem prædictorum e iure ciuili, quæ de Iure canonico posset etiam aluari, si intelligatur, dum loquitur de solemnita- e post Paulinam, idest, de Beneplacito Apostoli- co † *quia textus in d. vers. licentiam domus*. per d. Pau- nam censetur correctus ita vt dum loquitur de lienatione perpetua, † cum solemnitatibus fa- ienda, sit intelligendus, vt procedat solùm quan- o interuenit Beneplacitum Apostolicum.

Nec placuit Dominis, quod inuestitura prædi- ta fuerit obseruata vltra centum annos, ex qua bseruantia † præsumatur Beneplacitum Aposto- icum quia hoc esset admittendum, si dictum pa- tum etiam fuisset obseruatum, aliàs secus, *Rolan. ons. 80. num. 10. lib. 1. Becc. cons. 96. num. 7. lib. 1. Surd. ons. 334. num. 26. Rota decis. 188. num. 1. par. 4. recent. an. mem. Gregor. decis. 451. num. 7. & fuit dictum in ausa Cæsaraugustana Camerariæ 26. Nouembris 1632 & 9. Maij 1633. coram R.P.D. meo Pirouano*, in qui- bus firmatur, quod quando agitur de probanda obseruantia, non sufficit † illam probare circa vnum ex contentis in gratia, sed debet probari ndiuidualiter in puncto, de quo tunc agitur, & per dictas decisiones, ita fuit in terminis resolu- tum in *Assisien. Emphyteusis 18. Martij 1630. coram R.P.D. meo Merlino*, & in simili de secunda inuesti- tura continente pactum alterans primam inuesti- turam, quod obseruantia illud † non conualidet, si nulla circa illud ostendatur obseruantia, fuit re- solutum *coram me in causa Rauennaten. Emphyteusis 22. Maij 1628. quæ est decis. 146. par. 5. recent.* & me- ritò quidem quia pactum † de renouando est quid diuersum, & separatum ab ipsa concessione ad tertiam generationem, vt expressè dicit *Ias. in l. 2. num. 171. C. de iur. emphyt. & confert. Castr. in d. Auth. qui rem sub num. 7. C. de Sacros. Eccles. Roman. in l. 1. § si stipulant sub num. 38. ff. de verb. oblig. & benè Rot. in decis. 31. num. 3. par. 4. recent. & decis. 396 num. 15. par. 5.*

Et tantò minus prædictum pactum de renouan- do, finita tertia generatione, suffragatur in præiu- dicium supremi Domini, scilicet Summi Pontifi- cis, qui aperta emphyteusi Ecclesiæ, præueniendo directum Dominum, inuestiuit Illustriss. & Excel- lentiss. D.D. Thadæum; quia si dictum pactum, vti nullum, non ligat inferiorem, directum Domi- num, multominus debet impedire Papam, finita tertia generatione, in inuestiendo alium; & quia pactum † factum per directum Dominum, etiam quod sit validum, manus Papæ ligare non potest; cum inferior Prælatus non solum non debeat, sed † neque possit illi legem imponere, *cap. infe- rior. 21. distinct. Roman. cons. 2. num. 2. Angel. cons. 297. num. 7.* & in terminis fortioribus, quòd non ob- stante contractu facto per Prælatum de bonis suæ Ecclesiæ, Papa possit de illis bonis disponere, al- teri illa concedendo, & alienando, etiam quod pro † obseruatione sui contractus, Prælatus dicta bona hypotecasset, consuluit, *Bald. cons 175. inci- pien. Papa, siue Ecclesia lib. 2.* & fuit deductum in alia decisione. Præsertim cum inferior, nec id vo- luisse censeatur, † vt aperta videlicet, emphyteu- si, Summus Pontifex, præueniendo, vel etiam con- currendo illam concedere non possit; cum in om- ni contractu etiam iurato, semper intelligatur præseruatum factum, & auctoritas Superioris, quæ
30 præualet † facto cuiuscumque inferioris, *vt in l. fin. ff. ad municipal. & in c. quia contingit, de relig. dom. c. venientes, c. ex te, de iure iur. c. significasti, de elect. glos. penult. in c. quæ contra mores vbi Gemin. 8. dist. Ias. in l. vlt. nu. 6. cum seq. ff. qui satisd. cog. & in l. qui maior. num. 19. C. de transact. Garzon. de laud. mer. Iu- ris par. 3. quæst. 9. num. 7.* & latius fuit deductum in
31 alia decisione. Summus enim † Pontifex concur- rit in Potestate, & iurisdictione cum omnibus in- ferioribus Prælatis, *Ioan. Monac. in c. fin. num. 1. & ibidem Probus, num. 4. de elect. in 6.* non est enim sim-
32 plex Administrator † rerum Ecclesiarum, sicut sunt alij Prælati inferiores, vt dicitur *in c. de notat.* sed est Dominus absolutus, *Card. in Clem. 1. num. 4. de Summ. Trinit. & fid. Cathol.* & ideò potest vende-
33 re bona Ecclesiarum, † vt sua, & vti Dominus non autem vt simplex Administrator, vel Dispen- sator, *Bald. d. cons. 175. col. 2. vers. præterea D. Papa, lib. 2. Castr. cons. 287. num. 3. lib. 1. Redoan. de reb. Ec- cles. non alien. quæst. 19. num. 120. & quæst. 44. num. 5. & 6. Peregrin. de iur. fisc. lib. 1. tit. vlt. num. 85. & seqq.* & benè deductum fuit *in Gerunden. Scribaniæ 26. Februarij præteriti coram R. P. D. meo Merlino*, & concurrendo cum inferioribus Prælatis bona
34 omnium † Ecclesiarum in feudum, & emphyteu- sim potest concedere, *Bald. in c. 1. num. 2 de his, qui feud. dar. possess. & ibi Afflict. num. 15. & 16. Alua- rott. num. 7. in fin. Præposit. num. 9. Curt. de feud. par. 2. quæst. 11. num. 3. & 4. Zas. de fœud. 5. par. num. 41. Scrader. de feud. par. 4. cap. 2. num. 4. Peregrin. d. l. 1. tit. vltim. num. 85. & seqq.* cum allegatis in priori de- cisione.

Quantum verò attinet ad inuestituram bono- rum emphyteoticorum de directo dominio Ec- clesiæ Forosempronien. Domini dixerunt non ob- stare d. concessionem factam 30. Augusti 1606. à d. Octauio Episcopo Forosempronien. Sereniss. Du- ci Francisco Mariæ, & Principi Friderico eius fi- lio, eorumque filijs, & nepotibus masculis, & fœ- minis, de legitimo matrimonio descendentibus, per lineam directam, vsque in tertiam generatio- nem, & personam completam, tanquam nullam, & inualidam, tàm ex defectu potestatis, quàm ex de- fectu solemnitatis.

Ex defectu quidem potestatis; quia fuit facta dum adhuc durabat Inuestitura, facta 26. Decem- bris 1528. Ducissæ Eleonoræ, Auiæ præfati Ducis Francisci Mariæ, pro se, filijs, & nepotibus mascu- lis, & fœminis, ex ipsa descendentibus, de legiti- mo matrimonio, per lineam directam, vsque ad tertiam generationem, & personam completam, quæ longè post obitum præfati Episcopi Acco-
35 ramboni fuit extincta, & propterea † renouatio fuit nulla, adhuc durante prima Inuestitura; quia hoc nihil aliud est, quàm supplantare Summum Pontificem, quando velit præuenire, in inuestien-
36 do, † vel successorem in Ecclesia, quæ supplanta- tio à Iure est reprobata, *cap. 1. in princ. vbi glos. in verb. Archiepiscopus, ante med. vers. & est notandum, vbi Afflict. num. 52. qui successor feud. dar. teneant. c. 1. § mortibus, vers. secus est in Ecclesiasticis, si de feud. de- funct. sit int. domin. & agnat. Vassall. c. 1. vers. vbi ve- rò de Cleric. qui inuestituram facit*, & in dd. locis DD. & latè *Rosent. de feud. c. 6. concl. 16. num. 2. sub* littera

littera A. Hartmann. Pistor. qq. Iuris lib. 2. cum pluri-
bus seqq. & in terminis emphyteusis dicunt Dec.
cons. 144. num. 2. Gabr. cons. 82. num. 42. vol. 1. & fuit
resolutum in causa Nucerina Prædij 3. Martij 1614
coram bon. mem. Card. Sacrato.
Neque obstat quod hoc sit dare de iure tertij,
nempe Episcopi successoris; quia cum Excellen-
tiss. D. Princeps habeat inuestituram à S. D. N.
quam ei, suffragari non est hæsitandum, vt latè
fuit firmatum in alia decisione, propterea potest
37 opponere † de isto iure, ex quo habet causam ab
ipsa Ecclesia, mediante concessione sibi facta à
S. D. N. Soccin. Iun. cons. 101. in fin. lib. 2. Dec. cons. 247
in fin. plenè Cephal. in cons. 133. num. 116. lib. 1. Abb.
cons. 88. per tot. maximè num. 7. & seqq. lib. 2. Ruin.
cons. 40. num. 7. & 8. lib. 5. Alex. cons. 38. num. 6. lib. 2.
38 Præsertim cum d. Excellentiss. D. Princeps † agat
ad exclusionem ipsius actoris, Feder. de Sen. con-
sil. 239. in fin. vers. licitum est, vbi quod reus quomo-
documque potest excludere actorem, Bald. cons. 150
39 incip. casus † talis est Vagnolus in fin. vers. præterea
exceptio, lib. 1. Maximè quia hanc etiam nullita-
tem censetur agnouisse, & deduxisse modernus
Episcopus Forosempronien. dum post inuestituras
Sanctiss. ipse quoque illis consensit, & inuestiuit
eundem Illustriss. & Excellentiss. D. Thadæum.
Defectus verò solemnitatis est etiam clarus;
quia in alienatione rerum Ecclesiæ de necessitate,
40 vt † valeat requiritur solemnitas, & causa, nec
vnum sine alio sufficit DD. in c. sine exceptione 12.
quæst. 2. vbi Laurent. de Rodulph. num. 17. Dec. in auth.
qui rem, num. 21. C. de Sacrosan. Eccles. & cons. 142. in
princ. Bertran. cons. 256. in princ. volum. 2. Socc. cons. 15.
num. 1. lib. 1. Couar. var. lib. 2. cap. 17. num. 2. Misinger.
cons. 30. num. 3. & seqq. Rot. decis. 178. num. 1. par. 2. &
fuit sæpissimè resolutum; In hoc autem casu non
41 interuenit solemnitas, † nec Beneplacitum Apo-
stolicum quod supplet defectum solemnitatis,
Abb. in c. 1. de confirm. vtil. vel inutil. & d. consil. 41.
lib. 1. Oldrad. cons. 131. num. 2. Bald. per illum text. in
l. 2. C. quando decreto opus non est, & latè Rota in d. de-
cis. 65. num. 1. & decis. 178. num. 2. diuers. & propterea
inficiari non potest nullitas prædictæ concessio-
nis, vt patet ex prædictis.
42 Neque obstat, quod quando res † est locari so-
lita non requirantur solemnitates, Imol. in l. quod
dicitur, ff. de verb. oblig. Dec. in auth. qui rem, num. 19.
in fin. vbi Cagnol. num. 56. C. de Sacrosanct. Eccles. Co-
uar. var. lib. 2. cap. 17. num. 4. Clar. in §. emphyteusis,
quæst. 6. & quæst. 28. vers. aut vero, & §. feudum, quæst.
13. Cæsar. de Graff. decis. 3. num. 14. de reb. Eccles. non
alien. & decis. 4. num. 20. eod. tit.
Quia primo fuit responsum, quod ad effectum
43 vt res dicatur † solita alienari, requiritur quod
præcedat vna locatio solemnis, vel duę spatio 40.
annorum effectum sortitæ, Prępos. in cap. 1. num. 23.
vbi ita concludit num. 25. in fin. qui feud. dar. possunt,
Alexand. cons. 9. num. 3. lib. 3. vbi addentes, Ias. con-
sil. 115. num. 12. vers. non obstat secundum, vbi de com-
muni lib. 2. Ruin. cons. 35. num. 30. lib. 1. Curt. iun. de
feud. par. 2. quæst. 4. num. 8. & 9. vbi dicit commu-
nem, Bald. de præscript. par. 1. 5. par. principalis, quæst.
20. Clar. in §. feudum, quæst. 13. vers. nunc pro intelli-
gentia. Dec. in d. auth. qui rem, num. 29. Rota dec. 160.
num. 5. par. 2. diuers. In hoc autem casu non adsunt
duæ locationes effectum sortitæ spatio 40. anno-
rum, nec vnica solemnis. Nec potest
quod concessio facta de anno 1528. fue
uata spatio triginta annorum quæ obser
44 facit † præsumere Beneplacitum Apost
Felin. de communi in cap. Albericus, num. 4.
tem in Instrumento de Testib. quia hæc c
45 non procedit ad istum effectum, † vt ex
catione dicatur res solita locari, Seraph.
circa fin. vers. Nec obstat, & decis. 1451. nu.
vers. Et licet, & fuit resolutum in causa P
rum 21. Februarij 1585. coram Cantuccio,
mana Domus 13. Ianuarij 1587. coram bon.
din. Blanchetto, & nouissimè dixit Rota i
den. Scribaniæ 1. Iulij superioris anni cor
meo Merlino.
Non obstat, quod in dicta concess
1528. dicatur quod Episcopus renouau
46 teusim, & sic videantur adesse duæ loca
quia quod res sit solita alienari non st
tioni partis, sed debet aliunde probari
forte, ff. de Castren. pecul. qui communiter
tur, vt tradit. Paris. in cons. 62. num. 5. lib. 1
cons. 175. num. 2. Idem Bart. in auth. si quis
num. 12. & ibi Dec. num. 36. C. de eden. Al
num. 6. lib. 4. Honded. cons. 31. nu. 27. & seq
decis. 160. num. 4. par. 2. diuers.
Et cessat omnis difficultas, quia cum
47 renouatio emphyteusis † non est titul
sed prioris tituli renouatio, Curt. Sen. co
Felin. in cap. de causis, num. 1. de offic. deleg.
pluribus cumulatis in causa Rauennaten
sis 22. Maij 1628. corom me, quæ est decisio
par. 5. recent. in qua num. 36. firmatur id
48 etiam quod in renouatione dicatur, †
concedimus per decis. Cassad. 1. de confirm
inutil. & in proprijs terminis post Bart. &
allegatus Alciatus in l. si mihi, & Titio, nu
quod Bart. ff. de verb. obligat.
Secundo ex abundanti fuit respons
dato sine veri praiudicio, quod res esset
49 cari, † nihilominus cum fuerit altera
tum, quia inuestitura anni 1528. erat pro
nepotibus: In Inuestitura vero anni 160
dictum fuit vocantur Franciscus Mari
cus filius, & filij Friderici, & nepotes, qu
Francisci Mariæ erant pronepotes, req
Beneplacitum Apostolicum, Curt. Iun. de f
quæst. 6. Dec. in auth. qui rem, num 22. & ibi
num. 58. C. de Sacrosanct. Eccles. Alex. cons. 9
lib. 3. vbi de communi & cons. 15. nu. 18. li
in §. emphyteusis, quæst. 6. vers. si est tamen &
vers. aut verò, & in §. feudum, quæst. 13. ver
men, & fuit resolutum in causa Imolen. bon
Maij 1593. coram bon. mem. Hieronymo Ca
philio, & in Rauennaten. emphyteusis 22. M
me, quæ est, vt supra dixi, decis. 176 num.
par. 5. recent. & nouissimè in dicta Gerund
niæ 1. Iulij superioris anni coram R. P. D. me
50 Alteratio enim † videtur noua alienati
uertit Ferdinan. de Castro Palao de relig. tom.
§. 4. num. 4. & fuit dictum in eodem Ger
baniæ.
51 Neque facit, quod hæc † conclusio li
genda, dummodo alteretur solitum circa
ti alia, Calderin. cons. 11. circa med. vers. ad lib
rationem, de feud. Decius in auth. qui rem nu

r hoc intelligitur, C. de Sacrosan. Eccles. Riminald. iun. ns. 3 . nu. 24. & seqq. lib. 1. Zas. lib. 1. respons. cap. 12, att. cons. 467. num. 20. vel quando materia est indiuisibilis, † secus si est diuisibilis, & per Clar. in feudum, quæst. 13. in fin. quia tunc vtile † per inutile non vitiatur. Quia quicquid sit de illa opinione, quando alteratur solitum circa accidentalia, on autem circa substantialia, in hoc casu inficiari non potest, quin alteratio sit circa substantialia, non autem circa accidentalia; † cum fuerit dita persona, vt suprà fuit relatum, & propterea tile per inutile vitiatur, Couar. var. lib. 2. cap. 16. um. 5. vers. eadem, & infra vers. sed præmissa Baldi ententia, Rota decis. 709. num. 2, vsque ad fin. par. 1. iuers. & fuit dictum in allegata causa Rauennaten. ub num. 44. vbi aliæ decisiones allegantur; † cum nateria sit indiuidua, tùm ex quo concessio fuit acta sub vnica canonis responsione, tùm etiam voluntate contrahentium, vt considerat Rota in d. ecis. 709. num. 7. & 8. & latè, ac doctè fuit resolutum in causa Brixien. locationis 10. Decembris 1594. oram rec. mem. Francisco Pena, quæ est decis. 30. nu. 5. vsque ad fin. par. 1. recent.

Et cessat omnis difficultas, quia dato etiam quòd in hoc casu vtile per inutile non vitiatur, & ic quòd pronepotes non comprehendantur, sed emaneat firma concessio quoad nepotes, tamen esultat idem effectus; cùm iàm nepotes non existant, & ideò bona sint deuoluta.

Denique non obstat, † quod alienatio sit nulla Ecclesia volente, secus si Ecclesia velit stare locationi, Innoc. Ioan. Andr. & alij in cap. 1. de his, quæ fiunt à Prælat. Mantic. decis. 201. Quia vltra quod Ecclesia non dicit velle stare dictæ locationi, & contrarium demonstrant Inuestituræ Sanctissimi, & Episcopi Forosempronien. huic fundamento fuit responsum, quod contractus sine solemnitate, qui est nullus Ecclesia volente potest dici nullus etiam per Excellentissimum Dominum Principem, qui non solum habet iura Ecclesiæ, sed etiam est possessor bonorum, de quibus agitur; Alex. cons. 38. in fin. lib. 2. Ruin. cons. 40. in fin. lib. 5 Cephal. cons. 133. num. 21 lib. 1. Afflict. decis. 107. num. 3.

Et ita conclusum Causa maturè discussa, licet vnica tantum pars informauerit, &c.

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 16. Iunij 1636. coram eodem bon. mem. Coccino, cum adhuc non sit impressa, habetur infra in appendice, iuxta seriem temporis.

R. P. D. CARRILLO
Postea Præside VALLISOLETANO,
Romana Domus.

Lunæ 10. Martij 1638.

ARGVMENTVM.

ææ conformes vigore Statuti Vrbis faciunt rem indicatam etiam inter Ecclesiasticos, & loca pia: Appellatio interposita potest decem dies nullius est momenti: Dominus directus potest in re Emphyteotica, apponere lapides aliaque signa ad probationem sui dominij, quod in hac materia etiam coniecturis probatur: sententia nulla in iudicatum transacta non potest amplius prætextu nullitatis impugnari.

Part. VIII. Recent.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ duæ conformes vigore Statuti Vrbis habent vim trium & faciunt rem iudicatam etiam inter Ecclesiasticos, & loca pia.*
2 *Appellatio interposita post decem dies, qui dantur ad appellandum, est nulla.*
3 *Appellatio à die habitæ notitiæ non suffragatur vbi partes fuerunt personaliter ad sententiam citatæ.*
4 *Tempus ad appellandum, si citatio ad sententiam fuit personalis, currit à momento, quo fuit prolata sententia.*
5 *Causa associationis non requirit libellum, nec in ea aliquis ordo iudiciarius seruari debet.*
6 *Dominus directus omnia sibi benè, visa in re Emphyteotica facere potest, dummodo non impediat dominium vtile.*
Dominus directus habet ciuilem possessionem, num. 6.
7 *Sententia nulla potest, non opponente parte confirmari, eaque in iudicatum transacta, amplius impugnari non valet.*
8 *Sententia secunda confirmatoria primæ in iudicatum transacta, claudit viam dicendi de nullitate contra primam, & num. antecedenti.*
9 *Mandatum procuræ potest quandocumque produci maximè si non fuit oppositum.*
Defectus mandati procuræ non reddit sententiam nullam, non impedit rem iudicatam, si in tertia instantia fuit oppositus.
10 *Dominium directum, maximè ad effectum apponendi lapidem satis probatum remanet ex solutionibus canonum inducentibus præscriptionem.*
11 *Solutio laudemij, & consensus obtentus à Domino directo plenè probat illius dominium.*
12 *Confessio facta à possessore rem esse de directo dominio alicuius probat etiam contra habentem ab eo causam.*
13 *Dominium directum ad effectum apponendi lapidem probatur præsumptionibus, & coniecturis.*
14 *Dominus directus potest apponere lapides aliaque insignia in re emphyteotica denotantia suum dominium, & num. seqq.*
15 *Appositio lapidis in re emphyteotica nullum affert præiudicium inuestitis, & est valde vtilis Domino directo.*
16 *Emphyteusis nomen significat, quod res fuerit ad meliorandum concessa.*
17 *Solum in emphyteusim, & sic ad meliorandum concessa, ità quoque facit domum super illud ædificatam, scilicet emphyteuticam, & num. antecedenti, cum seqq.*
Ædificium cedit solo, num. 17.
18 *Ædificium vnius, solum autem alterius naturaliter esse nequit.*
19 *Castrum ædificatum in solo feudali, & ipsum feudale efficitur.*
Ædificans castrum in solo feudali, veniente casu deuolutionis, sola melioramenta petit, non autẽ Castrũ, n. 19.
20 *Emphyteusis transitoria ad extraneos intelligitur respectu dominij vtilis non directi, quod penes Dominum semper remanere debet.*
21 *Deuolutio si euenit culpa Emphyteotæ, Dominus directus acquirit etiam omnia melioramenta.*
22 *Emphyteusis perpetua admittit omnes hæredes ex testamento, & ab intestato vsque ad decimum gradum.*
Dominus directus succedit in Emphyteusim per mortem emphyteotæ sine hæredibus, num 22.
Fiscus succedit in bonis vacantibus, num. 22.

L DECI-

DECISIO XL.

PRolatis duabus conformibus ad fauorem Venerabilis Ecclesiæ Sancti Iacobi Hispanorum contra Venerabilem Archiconfraternitatem Suffragij, quarum prima fuit coram Locumtenente Eminentissimi Domini Cardinalis Vicarij de Vrbe, & altera coram R.P. D. meo Pirouano super appositione lapidis in muro domus de qua agitur in signum, & recognitionem directi dominij fuit causa mihi commissa per appellationem, sed non intra legitima tempora interpositam, & ideo vigore alterius commissionis exequutoralis postea ad instantiam dictæ Ecclesiæ S. Iacobi obtentæ. Dubitaui an constaret de re iudicata quæ veniat exequenda, & fuit affirmatiue resolutum ex duplici capite.

Primo, quia dum sententię prædictæ sunt conformes, prout clarè colligitur ex earum lectura Summ. Ecclesiæ S. Iacobi n. 1. & 2 habent vim
1 trium, & rem faciunt iudicatam vigore † Statuti Vrbis lib. 1. cap. 180. ex cuius dispositione executionem merentur etiam inter Ecclesiasticos, & loca pia *Rot. decis. 562. in princ. par. 1. diuers. & decis. 380. num. 1. par. 1. recent. & inter impress. per Fenzon. post. Stat. Vrbis decis. 5. §. & ita in terminis dec. 6. §. neque huic fundamento, & dec. 69. §. nec vim facit apud eundem Buratt. dec. 253. num. 10.*

Secundo quia sententia Rotalis prolata legitur sub die 3. Iulij eodem Summ. n. 2. & Procurator Archiconfraternitatis absque eo quod Iudicem adiuisset, cedulam appellationis in officio Notarij exibuit sub die tertia Augusti d. Summ.
2 num. 3. & sic post mensem † & non intra decem dies datos ad appellandum prout de iure requiritur *c. quoad constitutionem de re iudic. l. 6. cap. Romana, §. si vero de appellat. auth. hodie, C. de appell. Vestr. in prax. lib. 7. cap. 3. nu. 20. & 49. Rot. dec. 396. n. 1. & coram Caualer. decis. 495. nu. 20. & latius coram Buratto decis. 202. n. 2. cum seqq.* Nec prædicta appellatio sustineri potest tanquam interposita à die habitæ notitiæ quoniam hoc non
3 admittitur, † quando prout hic partes fuerunt citata ad audiendam sententiam, *Vestr. in prax. lib. 7. cap. 3. num. 20.* tunc enim tempus ad ap-
4 pellandum † currit à momento quo fuit prolata sententia *ex text. in l. 1. § biduum ff. quand. appell. sit in cap. bidum 11. qu. 6. in princ. vtrobique verb. ex die latæ sententiæ.*

Non obstat, quod sententia seu decretum Locumtenentis Eminentiss. D. Card. Vicarij emanauerit absque monitorio, & propterea saluari non possit à vitio nullitatis, nam vltra, quod posset dici pro parte Ecclesiæ actum fuisse pro obtinenda licentia apponendi lapidem in signum dominij directi benè probati in illo iudicio, quod tunc nec per Archiconfraternitatem con-
5 trouertebatur, & sic in causa associationis † non erat opus libello, nec aliquis ordo iudicialis seruandus, vt in puncto *Alex. cons. 13. num. 5. lib. 4. Signorol. cons. 4. nu. 15. vers. insurgit Soccin. cons. 167. n. 17.* vbi de magis communi testatur *lib. 2. Bursatt. cons. 23. ad fin. Negusant. de pignor. par. 4. n. 24. ad fin.* Vnde bene potuerunt Administratores Ecclesiæ associationem petere cum Dominus directus habeat ciuilem possessionem cuius
6 vigore omnia sibi beneuisa in re cont[...] potest dummodo non eijciat, vel imp[...] minium vtile siue illius vsum *Bart. in l. [...] vers. si vero non vult expellere, C. de iur. [...] d. cons. 167. n. 15. ad med. lib. 2. Becc. [...] 25. vbi de communi testatur.*

In omnem euentum licet in hoc a[...] fectus considerari posset tamen quia n[...] id fuit oppositum non potest hodie a[...]
7 poni. Etenim sententia nulla parte † n[...] nente confirmari potest, & postquam c[...] per secundam in iudicatum transactam [...] test amplius ex capite nullitatis impug[...] *cons. 49. n. 1. & 2. lib. 1. Mantic. dec. 3[...] Rot. dec. 474. n. 4. & seqq. p. 2. rec.* etiam [...] picata proueniret à duabus conformib[...] positione statuti, quia secunda sentent[...]
8 matoria † statim claudit viam dicendi [...] tare contra primam *Rota decis. 7. de [...] antiq. Achill. decis. 5. de sent. & re iudic. [...] de attent. cap. 19. de purgat. attent. num. [...] ad Gregor. XV. dec. 176. num. 14. & 15. [...] tra vero;* Eademque responsio adapta[...] cto facto alterius nullitatis desump[...] fectu mandati procuræ comparentis pro [...] S. Iacobi coram Locumtenente Emin[...] Vicarij quoniam non subsistit quod fu[...]
9 oppositum, & ideo potuit quandocunq[...] beri, *Rot. dec. 303. nu. 4. p. 1. rec.*

Nec obstat, quod Administratores [...] Iacobi renunciauerint decreto Locu[...] Eminentissimi D. Vicarij illudque p[...] non potuisse per R. P. D. meum Pir[...] confirmari, quia Administratores non [...] runt eidem decreto, sed tantum appo[...] pidis in eius executionem factæ quam [...] soluerat fuisse attentam, vt patet ex lect[...] renunciationis Summ. Archiconfratern[...] 3. ibi: *Inherendo nell' amotione della lapid[...] &c. stante la dec. della Sacra Rota, che fosse [...] nullamente & attentata, &c. è però renunti[...] gl' atti fatti per sostenere la detta opposition[...]*

Prout nec subsistit quod sententia [...] mei Pirouani declarauerit probari d[...] ad alium effectum deuolutionis siqui[...] trarium conuincitur ex eiusdem senten[...] Sum. Archicontraternitatis *nu. 5. ibi diffi[...] dict. Eccl. apponere lapidem siue insignia in [...] riori dictæ domus,* & postea subiungitur [...] *ad eum effectum de proprietate & directo d[...] mus,* ex quibus verbis satis superque co[...] tam sententiam fuisse expresse restricta[...] sum effectum appositionis lapidis non [...] deuolution s iuxta formam decisionis [...]

Iustitia verò dictarum sententiarum [...] ribus rationibus optimè congestis in d[...] ne causæ facta coram R. P. D. meo [...] sub die 22. Iunij anni præteriti vbi fu[...] probatur dominium directum Ecclesiæ [...] ad effectum apponendi lapidem super [...] domo, cum insignibus denotantibus d[...]
10 prædictum tam ex solutionibus † Cau[...] anno 1529. vsq; ad annum 1611. fact[...] sessores domorum, quæ quamuis essent [...] annos tantum sufficerent tamen ad pr[...] dominium directum in vim præscriptio[...]

nsf.4.num.11.vol.1. & conf.8. n. 2. vol.7. Seraph. ecis.869.nu.3. Rot. dec. 290. nu. 4. p. 1. rec. quam x solutione laudemij † facta per Alexandrum eanum mandatarium Gubernatoris Vrbis, qui anc domum emit ab Antonio Pace Sutore de onsensu eiusdem Ecclesiæ S. Iacobi de anno 529. quod bene probat dominium directum, *art. in l. fin. num. 2. C. de præd. Decurr. lib. 11. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 3. n. 6. Rot. ecis. 420. n. 3. par. 3. recent.* iuncta releuatione rancisci de Peanis filij & hæredis Alexandri acta penes Secretarium Fabricæ S. Petri in executionem Motus proprij Pij V. qui fatetur dictam domum per ipsum possessam esse de dominio directo Ecclesiæ Sancti Iacobi Hispanorum, & soluere iulios 16. & baiochos 4. cum dimidio, quæ confessio † tanquam facta à possessore probat etiam contra habentem causam ab eo, *Bald. in addit. ad Speculat. tit. de locat. circa princ. Menoch. conf. 372. nu. 1. Rot. dec. 776. n. 1. diuers. & 249. n. 44. par. 1. recent.*

Quibus accedit alia depositio vnius testis de uditu Virginiæ possedit ricis huius domus quæ à supradicto Francisco de Peanis, & deinde Suffragium ab ipsa causam habet deponentis dictam domum semper fuisse habitam de proprietate Ecclesiæ Sancti Iacobi Hispanorum, ex quibus omnibus satis plenè probatur dominium ad effectum apponendi † lapidem cum in similibus terminis admittantur etiam præsumptiones, & coniecturæ ex latè deductis in dicta decisione causæ *Rota decis. 262. n. 10.* vbi plures concordantes cumulat, & dixit *in Romana Emphyteusis 20. Martij 1616. coram Vbaldo.* Quod autem potuerit Ecclesia † S. Iacobi stantibus prædictis apponere lapidem tradit *Amic. tractat. de iur. emphyteusis quæst. 8. n. 4. cum pluribus seqq.* & exinde nullum detrimentum † infertur inuestiris, & est valde vtile Domino directo *ex text. in l. si ita legatus 17. §. Dominus, ff. de vsu, & habit. ibi interest Domini fines prædij tueri, & proter hoc ei licere costodire ædes inuito vsufructuario, Rosental. de feud. cap. 8. concl. 32. n. 8. & 10. Bald. in d. §. Dominus vbi adden. ex l. si vt certo 5. §. si de me petijsses.*

Nec est verum quod probationes factæ pro parte Ecclesiæ, ac in decisione causæ relatæ concludant domtaxat solum, super quo est constructa domus, esse emphyteoticum, non autem ipsam domum, quia cum solum ipsum fuerit concessum ad meliorandum vt significat, † & denotat nomen emphyteusis *glos. in verbo emponemata in l. 2. C. de iur. empyh.* domus, & ipsa † quoque emphyteotica remansit; ædificium enim solo cedit *ex l. adeo 7. §. cum in suo solo, ff. de acquir. rer. dom. Conar. lib. 3. commun. cap. 6. nu. 7. Garz. de expens. cap. 5. Sarmient. lib. 1. select. cap. 5. & 6.* & naturaliter esse nequit ædificium † vnius & solum alterius *Surd. decis. 78. nu. 13. vers. quinto determinari lib. 1. n. 7. de rer. diuis.* vbi concludit quod si ædificetur Castrum in solo feudali † erit & ipsum quoque feudale, & veniente casu deuolutionis poterit ædificans petere melioramenta non autem poterit Castrum vti quid diuersum, *Surd. decis. 78. n. 14. cum plurib. seqq. lib. 1. n. 16. Garz. de expens. & melior. cap. 12. in fin.* & ita sentit, *Rota in dicta Romana emphyteusis coram Vbaldo.*

Vnde non valet consequentia ex quo domus sit transitoria ad hæredes extraneos ergo spectare debet pleno iure ad Confraternitatem, quia
20 hoc intelligi debet respectu dominij † vtilis, non autem directi quod est penes Ecclesiam S. Iacobi *Surd. d. dec. 78. n. 14.* nec valet illatio melioramentorum, quæ finita emphyteusi redire non debeant ad Dominum directam, sed sint ipsius emphyteutæ, vel eius hæredum, quia vltra quod quando deuolutio euenit culpa emphyteutæ Do-
21 minus † directus acquirit etiam omnia melioramenta, vt probat *Guido Pap. quæst. 169 & 438. Ias. in l. 2. num. 30. & seqq. C. de iur. emphit.* In præsenti casu sumus extra hanc disputationem cum hodie non agatur de melioramentis, sed an domus sit sub proprietate, & directo dominio Ecclesiæ, neque prædicta consideratio melioramentorum est facienda in emphyteusi perpetua de sui natura transitoria ad hæredes extraneos cum in ea finis lineæ considerari minimè possit, & sic solum dumtaxat remanet Domino directo, melioramenta vero sunt æredum hemphyteutæ, natura
22 namque huiusmodi emphyteusis est, quod † in ea succedant omnes hæredes ex testamento, & ab intestato proximiores agnati emphyteutæ vsque ad 10. gradum post quos succedit Dominus directus ad exclusionem Fisci qui alias succederet in bonis vacantibus *l. si vacantia lib. 10. latè Bellamer. conf. 23. per tot. Peregr. de iur. Fisc. lib. 4. tit. 3. n. 28. Rosent. de feud. c. 5. concl. 54. & 55. c. 7. q. vlt. n. 12. & 13.*

Et ita in conclus. vtraq; parte informante &c.

Decisio ista in hac causa facta sub die 22. Iunij 1637. habetur in 7. par. rec. dec. 234.

R. P. D. PANZIROLO
postea S.R.E. CARDINALI.

Romana fideicommissi de Incoronatis.

Veneris 19. Maij. 1638.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum absolutum, perpetuum & successiuum dicitur constitutum si Testator vocauit descendentes ordine successiuo, gradatim, & in perpetuum maximè concurrentibus coniecturis quarum plures enucleantur, vt patet ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum vel substitutio facta de aliquo, & eius descendentibus simpliciter dicitur vulgaris, & expirat primo adeunte.*
Limita, vt n. seqq.
2 *Fideicommissum alicui iniunctum, & eius descendentibus ordine successiuo dicitur absolutum, perpetuum, & successiuum, & n. seqq.*
Amplia quoties in substitutione adsunt verba denotantia perpetuitatem, n. 4.
5 *Fideicommissum perpetuum, & successiuum dicitur inductum ex vocatione plurium graduum cum qualitate masculinitatis.*

6 *Substitutio facta vltimo morienti in tota hæreditate deficiente linea vocatorum inducit reciprocam.*

7 *Vocatio extraneum in defectum lineæ inducit perpetuum fideicommissum descensiuum inter omnes.*

8 *Testatoris enixa voluntas conseruandi bona in agnationem plurimum vrget pro inducendo fideicommisso perpetuo in tota descendentia.*

9 *Agnatio dicitur considerata si Testator expressit se donationem, aut fideicommissum fecisse pro conseruatione suæ domus.*

10 *Agnatio dicitur considerata ex vocatione masculorum, & exclusione fœminarum.*

11 *Agnationem dicitur Testator considerasse, si extraneis post descendentes vocatis, imposuit onus assumendi nomen, & arma, ac etiam habitandi Testatoris domum.*

12 *Prohibitio cuiuscumque detractionis, & alienationis inducit fideicommissum perpetuum, & successiuum, & num. seqq.*

13 *Prohibitio alienationis vestita à certa causa, scilicet fauore vocatorum etiam sola inducit perpetuum, & absolutum fideicommissum.*

14 *Filijs & descendentibus in conditione positis cum qualitate masculinitatis censetur inductum fideicommissum reciprocum inter descendentes.*

15 *Fideicommissum reciprocum inter descendentes censetur institutum si Testator ordinauit, quod positi in conditione censeantur vocati.*

16 *Fideicommissum perpetuum, & successiuum sine dubio dicitur constitutum ex verbis ordine successiuo, gradatim, in perpetuum, & in infinitum.*

17 *Expressio Testatoris, quod filij in conditione positi censeantur vocati stante statuto Vrbis, dicitur superflua.*

18 *Coniecturæ in fideicommissis omnis simul iunguntur non separatè considerantur.*

Fideicommissum existere fortius dicitur, si coniecturis apparet Testatorem ita voluisse.

DECISIO XLI.

CVm fuisset coram me decisum, quæ nam portio Casalis Aquæ Trauersæ obtigisset q. Bernardino Plancæ de Coronatis; hodiè quæsitum fuit, an constet de illius fideicommisso: verùm quia hoc dubium videbatur posse amplecti tàm fideicommissi existentiam, in qua versatur fundamentum intentionis D. Angeli Actoris, quàm sub quo genere subiectionis bona fuerint à Testatore relicta, in quo consistunt exceptiones Excellentiss. D. Principis Burghesij, ac Ven. Conuentus S. Mariæ supra Mineruam Rei conuenti; Domini, vt distinctius procedatur, resoluerunt constare de fideicommisso de linea ad lineam, reseruato vt postea de alijs videatur.

Pro ratione autem dicendi ponderatum fuit primo, quod cum Bernardinus prædictus sub die 5. Aprilis 1533. donasset omnia sua bona presētia Marco Antonio, ex quo descendit Dominus Angelus, & Marcello, ex quo proueniunt Franciscus, & Cæsar authores dicti D. Principis, & Conuētus, cum oneribus, & conditionibus adijciendis in testamento postridiè condendo; reperitur, quod sub die sexta eiusdem mensis illud condidit, ac in eo in defectum propriorum filiorum (sine quibus postea decessit) instituit, & substituit he-
redes vniuersales prædictus Marcum
& Marcellum ipsius ex Hieronymo
tes, ac eorum descendentes masculos
cessiuo cum expressa declaratione post
quod si prædicti, vel alter eorum non
des, & decederent sine filijs, & nepo
culis teneantur restituere bona donata
ti, sine eius filijs, vel nepotibus mascu
tem vterque fuerit hæres, tali casu res
bona donata, sed etiam hæreditaria
superuiuenti, vel eius filijs, & nepot
qua quidem Testatoris dispositione,
1 commissum non sit relictum simplicite
men familiæ, & sic vnicæ præception
mentaneum, quo casu posset fortasse
vulgarem *iux. doct. Cuman. in l. cum ita*
deicommisso num. 4. ff. de leg. 2. Seraph
tot, Caual. decis. 496 num. 2. 3. 4. latè R
numer. 4. part. 2. recent. sed imò voc
2 cus Antonius, & Marcellus, & eorum
tes ordine successiuo (sub quo verbo
comprehenduntur omnes personæ, &
infinitum) dicendum est fuisse induct
uum, ac perpetuum fideicommissum,
quisque censeatur grauatus alter alter
auth. de hæred. ab intest. venien. post princ
suis, & legit. & bene tradit *Ruin. cons. 8*
& cons. 164. nu. 9. lib. 3. Cephal. cons. 88.
lib. 1. Paris. cons. 11. nu. 38. lib. 3. Bero
num. 29. Peregrin. cons. 53. nu. 11. post med
com. art. 18. nu. 19. & art. 19. num. 23.
ait hanc conclusionem esse veriorem,
rationum, ac maiorum nostrorum auth
communitam, nec ab ea esse recedend
3 nionem contrariam esse † communiter
tam, & præsertim à *Torniello in l. Gallus*
nu. 72. de liber. & posthum. Rot. diu. dec. 4
& n. 1. par. 4. & in recent. decis. 125. num
decis. 143. sub nu. 10. vbi dicit hoc, e
tatum contra doctr. Cumani, quoties
4 tutionibus † verba habent tractum suc
& denotant perpetuitatem, & idem a
decis. 266 nu. 12. par. 1. & par. 2. dec. 344.
& 168. nu. 9 par. 3.
Secundò hoc idem deducebatur, qui
5 ginti ferè substitutiones † masculorum
tium, quæ solent inducere fideicommi
petuum *Ias. cons. 108. nu. 1. versic. in prop*
Surd. cons. 241. num. 13. Marzar. cons. 4 n.
confirmantur prædicta, Thesaur. de magis
decis. 96. nu. 17. Greg. decis. 464. num. 18. S
934. nu. 8. & 15. Rot. decis. 580. nu. 4. par.
in eorum omnium defectum vocauit ad
sam hæreditatem nepotes, & proponepo
nelij eius consanguinei existentes in Ci
uenaceñ & his deficientibus substituit
agnatos masculos ordine successiuo: H
6 institutio facta de tota † hæreditate vlti
rienti inducit reciprocam *iux. tex. in l. Ti*
Seia libertis de leg. 2. Ruin. cons. 111. nu. 12.
Zad. cons 64. nu. 12. Menoch. cons. 85. nu. 41.
452. n. 48. Surd. post alios cons. 129. nu. 6.
coniect. lib. 7. tit. 5. num. 3. & 15. Seraph.
934. sub nu. 15. & dec. 1023. n. 6. Rot. decis.
par. 1. recent.
Tertiò quia, cum mens Testatoris e

neos non aliter impleri posse videatur, quam si prius omnes alij superius vocati fuissent inuicem grauati; † concludendum est constare de fideicommisso descensiuo inter omnes per *tex. in l. cum ita, §. in fideicommisso, & ibi Castr. & in l. peto, §. fratre, ff. de leg. 2. Ruin. consil. 92. num. 8. lib. 2. Socc. iun. cons. 90. sub nu. 16. lib. 3. Rimin. sen. cons. 189. sub n. 11. vers. Modò si quando alter lib. 1. Surd. cons. 244. sub n. 16. vers. quinimò, Seraph. dec. 329. n. 4. Rot. d. dec. 344. sub n. 16. vers. ille vero, par. 2. rec.* & fuit resolutum *in Romana fideicomm. de Maximis 5. Maij 1638. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Quartò ponderabatur, quod cum Bernardinus habuerit tem enixam † voluntatem conseruandæ agnationis, absque dubio constituere voluit fideicommissum successiuum in tota descendentia ordinatum de vno in alium *Ruin. cons. 164. num. 1. vers. quamuis autem lib. 2. Menoch. cons. 22. nu. 140. & seq. Giouag. cons. 36. num. 23. lib. 3. vbi etiam n. 44. & 54.* affert decisiones Rotales in causa *Bononien. de Poetis coram bon. mem. Vbaldo, Rot. in rec. decis. 125. nu. 7. & decis. 143. nu. 6. & 7. par. 1. par. 3. dec. 68. num. 4. & seqq.* Quod autem habuerit maximam voluntatem agnationis conseruandæ apertè deduci videbatur non solum ex multiplicatis institutionibus, de quibus supra, ac etiam quia Bernardinus donauerat Marco Antonio, & Marcello cum conditionibus exprimendis in testamento ad effectum, vt domus † Planca de Coronatis in ipsius donatarijs conseruaretur *Rot. d. dec. 580. sub nu. 5. vers. & expressam etiam, par. 3. recent.* sed ex eo pariter, quod in omnibus substitutionibus vocauit semper masculos fœminis exclusis, *Ruin. d. cons. 111. n. 15. lib. 2. Gozzad. d. cons. 64. n. 16. Decian. cons. 127. num. 17. lib. 3. Gabr. cons. 116. n. 6. lib. 2. Bellon. iun. cons. 2. num. 23. Gregor. decis. 514. num. 9. Duran. decis. 126. num. 24. Rota in recent. dec. 143. nu. 6. par. 1.* & fuit dictum in *Romana fideicommissi de Cardellis 19. Decembr. 1636. coram R. P. D. meo Buccabella*, sicut etiam qui extraneis post defectum omnium descendentium, imposuit onus habitandi † suam domum, & assumendi suum nomen, & arma. *Paris. cons. 19. n. 35. & seq. lib. 2. Cephal. cons. 251. num. 50. cum seqq. Surd. cons. 375. num. 18. Fusar. cons. 155. num. 22. Cyriac. controu. 207. nu. 26. Thesaur. decis. vlt. nu. 10. & 19. Seraph. decis. 1329. nu. 6. Rota decis. 266. n. 16. & decis. 319. n. 4. par. 1. recent.*

Quintò dicebatur constare de d. fideicommisso perpetuo dum testator expresse prohibuit bonorum suorum donatorum † & relictorum quamcumque detractionem *Castren. consil. 343. n. 2. vers. hoc etiam patet lib. 1. Menoch. cons. 116. nu. 31. & de præsumpt. lib. 4. præs. 63. num. 15. Petra de fideicomm. quæst. 1. num. 130. Peregr. eod. tract. artic. 3. num. 4. Fusar. de substit. quæst. 277. n. 11.* sicut omnem alienationem etiam in largissima significatione sumptam, subijciens pœnam nullitatis ipso facto alienantibus, & alienationi consentientibus ad fauorem sequentium in gradu in infinitum: quæ sola † prohibitio vestita à certa causa est apta inducere perpetuum, & absolutum fideicommissum, *Corn. cons. 22. nu. 6. lib. 2. Gozzad. d. cons. 64. nu. 13. Curt. iun. cons. 114. n. 16. Dec. cons. 2. nu. 2. & 4. Alex. cons. 101. sub nu. 13. vers. hoc etiam lib. 3. Ias. d. consil. 08. sub n. 14. vers. quartum multum mouet. lib. 4. Paris. cons. 57. n. 7. lib. 2.* latè *Giouag. d. cons. 36. n. 24. lib. 2. Seraph. decis. 1244. sub nu. 4. & 1343. sub nu. 4. Rota in recent. decis. 10. & 11. per tot. par. 1. & decis. 681. nu. 1. par. 2. & par. 3. decis. 168. nu. 1. & decis. 580. nu. 5.*

Sextò illud etiam addebatur (quod testator in fine omnium substitutionum disposuit) quod positi in conditione censeantur, & sint positi in dispositione, ac gradatim proximiores inuitati ad fideicommissum vsque in infinitum; vnde inferabatur, quod, si regulariter filij, & descen-
14 dentes positi in conditione † cum qualitate masculinatis inducunt fideicommissum reciprocum inter descendentes. *Ruin. d. cons. 111. sub nu. 15. versus finem, vers. sicut ergo lib. 2. Rot. in d. dec. 344. sub nu. 14.* vbi aliæ decisiones allegantur; multò fortiùs hoc sit dicendum in testamentum, de quo agitur, in quo Bernardinus expresse ordinauit,
15 vti positi † in conditione sint expresse vocati. *Ruin. cons. 158. sub n. 14. in med. vers. ex quo sequitur, lib. 2. Menoch. cons. 220. sub nu. 15. vers. non mediocriter, et n. 16. Decian. cons. 84. sub n. 26. versic. multo ergo magis, lib. 3.* & fuit resolutum in *d. Romana fideicom. de Maximis 5. Martij 1638. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Septimò visæ sunt etiam attendendæ dictiones illæ sæpius repetitæ inter vocatos scilicet, *ordine successiuo gradatim, in perpetuum, in infinitum,* &
16 aliæ similes, quæ cum soleant respicere † tempus remotissimum, certum est quod illis non potest esse locus, nisi admittatur successiuum, ac reciprocum fideicommissum inter omnes vocatos, *Aym. cons. 22. n. 7. Ruin. cons. 92. n. 8. lib. 2. Berrett. cons. 142. n. 23. Rot. dec. 579. nu. 10. par. 1. diuers. & decis. 580. n. 4. par. 4. rec.*

Octauò demum ad hoc videbatur conducere adeò exacta diligentia testatoris in prouidendo singulis casibus successionum, dum non solum declarauit, quod filij positi in conditione habe-
17 rentur pro vocatis, quod tamen erat † superfluum stante Vrbis statuto lib. 5. cap. 25. secundum antiquam compilationem, & secundum modernam lib. 1. cap. 142. sed etiam in codicillis subrogauit Paulum in locum Marci Antonij partis iam præmortui, ne substitutio caducaretur; & denique ex quo Testator donauit nepotibus sub expressa conditione, vt nobilitas Domus Plancę de Coronatis ipsis Donatarijs conseruaretur, quæ omnia
18 simul iuncta, † prout in his casibus fieri solet. *Seraph d. dec. 1329. n. 3. Rot. dec. 320. n. 16. par. 1. rec.* indubitanter concludunt, quod voluntas testatoris fuerit relinquere perpetuum, & absolutum fideicommissum, *glos. in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. Socc. cons. 118. n. 1. lib. 1. Paris. d. cons. 75. n. 38. lib. 2. Surd. decis. 207 n. 11.*

Et sic pro fideicommisso Bernardini de linea ad lineam parte vtraque informante decisum fuit.

☞ *Vide infra ad decisionem sub die 13. Maij 1639. vbi ponam alias decis. in hac causa emanatas.*

R. P. D. VEROSPIO.
Posteà S. R. E. CARDINALI.
Callieñ Hæreditatis.
Veneris 21. Maij 1638.

A R-

ARGVMENTVM.

Hæres non impeditur adire hæreditatem ex dubio validitatis testamenti si constat de certa voluntate adeuntis; Nam facti dubietas non visa est apta impedire aditionem hæreditatis. Ecclesia declarando aliquid ex quo possit lædi debet adhibere solemnitates; Nec sine istis potest restituere ea quæ ex transactione recepit, quando transactionem impugnat.

SVMMARIVM.

1 *Actio hæreditatis impeditur ignoranti iura testamenti. Declara procedere quando ignorantia reddit dubium adire volentem secus quando constat de eius animo certo, n. 5. & seqq.*

2 *Ecclesia potest sine solemnitatibus renunciare iuri non quæsito, sed quærendo.*

2 *Transigens non auditur super nullitate transactionis nisi restitutis receptis, vide n. 4. & 14.*

5 *Dubium super validitatem testamenti impedit aditionem hæreditatis si hæres est dubius adire, secus si habet certum animum adeundi, & n. 6.*

7 *Dubium oriens ex facto potest impedire validam aditionem hæreditatis secus si oriatur ex iure.*

8 *Ius scriptum est in se certum, & indubitatum.*

9 *Dubium iuris non impedit hæredem quominus validè adeat hæreditatem si ita deliberatus est.*

10 *Text. in l. multum interest. ff. de condit. & demonstr. declaratur, & n. 11.*

12 *Conditio necessaria, quæ intrinsecè inest non videtur habere naturam conditionis.*

13 *Lis ab alio mota super validitate testamenti non potest impedire hæredem quin minus adeat.*

15 *Ecclesia transactionem impugnans non potest absque Beneplacito Apostolico restituere ea quæ illius occasione recepit.*

16 *Ecclesia potest cogi ad declarandum an velit ratum habere contractum.*

17 *Solemnitates requiruntur in declaratione ab Ecclesia facienda si ex ea potest lædi.*

18 *Solemnitates requiruntur in ratificatione facta ab Ecclesia de contractu nullo.*

19 *Beneplacitum Apostolicum in contractu Ecclesiæ semper conceditur cum conditione euidentis Ecclesiæ vtilitatis, & n. 20.*

21 *Iudicium præiudiciale toti causæ est prius agnoscendum, quam particulare.*

DECISIO XLII.

CONfirmarunt DD. in dubio, quod hodie proposui decisionem factam in hac causa sub *die prima Februarij huius anni*, in qua decisum fuit pro nullitate transactionis, quam Patres Cõgregationis Oratorij fecerunt super hereditate Cæsaris; Cum verò ex duobus fundamentis, ex quibus visum fuit, eam transactionem non valere, vnum solum impugnaretur pro parte Portiæ, cum qua illa facta fuit nempè necessitas beneplaciti Apostolici, quod fuit à Patribus omissum, & omninò requirebatur propter preiudicium Ecclesiæ, quæ in transactione suis iuribus renunciauit Domini, omissis quæ respiciebant aliud fundamentum, & consistebant in defectu mandati eorum, qui nomine Sodalitatis transactio-
cerunt; Declararunt iterum in hoc dubio
non posset omitti ea solemnitas beneplaciti Apo-
stolici, respondendo exceptionibus, quas
scribentes pro Portia dicebant illam non
necessariam.

Et prima, ac præcipuà illorum exceptio con-
stebat in dubitatione principalis articuli
validitate testamenti Cæsaris, cuius causa
batur, Patres, & vniuersam sodalitatem
tam fuisse adire illius hæreditatem tanq
1 tuisset † esse certa de iuribus eiusdem te
ac iure successionis, quæ sibi illius occa
petebat ex notatis in *leg. si is ad quem 22.*
quir. hæred. & tradit ibi *Bart. in princ. &*
dius n. 2. ff. eod. tit authorit. Text. in d. l. si
& in l. hæres institutus, cum l. sequenti, ff.
acquir. hæred. Vndè sublato hoc iure a
sublata quoque erat necessitas earum so
tum, quæ aliàs requiruntur ad validita
nationis rerum Ecclesiæ, quasi non ag
amissione iuris iam delati, sed solum
2 rendi, cui potuit sine ijs solemnitatibus
renunciari, vt tradit *Rebuff. in tract. de a*
Ecclesiæ num. 30. & notat *Bald. in Auth. si*
n. 41. C. de Sacros. Eccl. Ias. in l. Legati n. 21.
primo, & ibi etiam *Ripa nu. 9.* & admitt
sio, de cuius confirmatione agebatur.

Prætæterà contendebant scribentes p
vt quando etiam subsisteret nullitas t
nis, eo quia valere non posset sine di
nitatibus, non tamen posset Sodalitas
audiri nisi prius restitueret ea, quæ illi
3 aut † occasione habuerat, iuxtà dispo
Text. in l. si diuersa, C. de transaction. qu
dicta fuerunt in decisione super hac re
vt solum necessaria sit restitutio si tra
catur læsiua, non autem si impugnetur
capite nullitatis non procedant quan
4 pars † admittit eam nullitatem, & tran
ex hoc capite impugnat, & in his term
batur procedere decisio in *Recanaten. T*
29. Maij 1591. *coram Gypsio*, relata in d
præterita, & idem dicebatur tenuisse Ro
lanen. Legati 15. *Decembris* 1592. *coram*
psio, & in Romana de Montorijs 22. Mar
ram Card. Sacrato.

Verùm non visæ fuerunt DD. obstare
ceptiones, & ad primam respectu artic
nis dixerunt, quod illa non fuit imped
bio, quod poterat esse super validitate
ti, quia hæc dubitatio tunc solum apt
5 stare tale impedimentum, † quando h
ne eius dubij non est certus adire, no
quando constat de eius animo, vt con
hoc casu, & probatur ex aditione ta
Ecclesię, & in prioribus terminis loque
& iura ab eo adducta, vt colligitur ex
quam idem considerauit, quia cum a
stat in animo, & voluntate hæredis, in
quod potest impedire voluntatem, po
6 † obstare aditioni, & fuit ratio *glos. in*
quem, & in l. cum quidam, & si certus,
is 17. ff. eod tit. Prætereà responderunt
esse ad hunc effectum quamcumque d
cam possit id impedimentum causare

as super quæstione facti,† non autem si illa oria-ur ex quæstione iuris, vt pariter contingit in ca-i huius decisionis, quia cum solutio huius du-ij habere possit ex iure scripto, † quod in se cer-um est, & indubitatum, vt habetur in *l. 2. ff. de ur.& fact. ignor.* non poterat illius certitudo im-edire † hæredem quominus validè adire posset uando ita deliberatus esset, vt probat *Textus xpressus in l.multum interest,ff.de condit.& demonstr.* n quo ea adhibetur distinctio inter conditionem acti, & conditionem iuris, quod illa non solum debet esse impleta, sed etiam deducta ad † noti-iam hæredis antequam adeat, hæc verò sufficit, t impleta sit licèt hæres de ea nullam notitiam abuerit, & rationem considerat ibi *glos.* quia in osteriori casu censetur inesse aditioni ea condi-io, vt illa ita demum fiat † quatenus ius suc-essioni non repugnet, quod etiam voluit *Bald. n l. potuit num.15.C.de iur.deliber. Salicet.num. 12. Dec. in l. actus legitimi num.6. ff.de reg.iur.* imò po-uisset ea conditio expressè adijci, nimirum vt ditio censeretur facta quatenus illa fieri potuis-et ex dispositione iuris,quia cum esset necessaria tque inesset intrinsecè in ipso actu, non videba-ur habere naturam † conditionis, vt considera-it *in d. l. potuit, & in consil.350.num.3. in fin.lib.3.* uem secutus fuit *Menoch. de præsumpt. præsumpt. 00. num. 33.* Et concurrebat etiam in casu pro-osito, quod nunquam habuerat eam dubitatio-em Sodalitas hæres Cæsaris ex testamento, & uius nomine adita fuit hæreditas, sed solum Portia eius neptis, & hæres ab intestato,quę mo-it controuersiam super validitate eiusdem testa-menti, quo casu non † potuit impediri hæredi ditio, quamuis dubitatio in facto consistat, vt otant *DD. in d. l.cum quidam 36. ff. de acquir. hæ-ed. in §.vlt. Angel.num.1.& in l.cum falsum 46 ff.eod. t.* vbi idem *Bart.nu.1.Bald.n.2.Castr.in l.nec is 17. .1.ff. eod.tit.Iacobin. à S. Greg. in vltim.num.16.C. e Codicill.*

Super altera exceptione, quæ deducebatur ex ecessitate, quam habebat Ecclesia restituendi omnia quæ acceperat dũ transactionẽ impugnat, lura DD. considerarunt,vt illa locũ habere, aut ocere nõ posset,quia præterquã non probatur,† t Ecclesia aliquid pręcepisset occasione eius trã-sactionis,pręterea,neque †hoc facere illa potuisset ine beneplacito Apostolico. Quãuis enim admit-eretur, vt posset Ecclesia cogi ad faciendam de-clarationem, † an velit ratum habere contra-tum, super quo præcipuè insistebant scribentes ro Portia, ne aliàs esset in potestate Ecclesiæ edire ad transactionem quando contingeret de-clarari nullum testamentum suspensis interim iu-ibus ipsius, in quibus terminis adducebatur lispositio *Text.in l.Iulianus, ff. de actionib.empt. in si quis colludente,* & voluit *Bald.in l. dolum num.2. od.tit.in C. & ibi etiam Salicet.n. 1.* & in terminis Ecclesiæ tradit *Ias.in §.actionem num.42. Institut.de ctionib.* & voluit *Surd.decis.76 num. 23. Sarmien. in ract.reddit.Eccles.par.1.cap.2.n.20.& 21.* Tamen ro habenda ea declaratione quam consequi de-ebat restitutio bonorum, quæ Ecclesia recepe-at necessaria fuisset eadem solemnitas benepla-iti Apostolici, quæ requirebatur in contractu rincipali cum non minus illa potuisset lædi ex

17 ea † declaratione quam potuisset eandem læsio-nem pati in transactionem, quæ facta fuit sine dicto Beneplacito, vt declarat *Sarmien. eod. cap 2. num.21.* & notauit *Aufrer.in addit. ad Cappell. To-losan.quæst.53.in fin.Milis in repert.in verb.minor.*in additione prout dicitur de ratificatione, quam
18 facere velit Ecclesia contractus nulli, † vt in ea requirantur omnes solemnitates, quæ necessariæ erant pro validitate prioris contractus, vt notant *DD.in cap. 1. de his, quæ fiunt à Prælatis sine con-sensu Capituli. Ias.in l.cum hi, §. eam transactionem num. 2. ff. de transact.* & tradit *Redoan. in tract. de reb.Eccles.non alien.rubr.33. cas. 7. num.21. & rubr. 28.cas.6.num.6.* Cum verò Beneplacitum Aposto-licum non posset expediri sub alia forma, quàm ea, quæ seruari solet, dum conceditur super alienatione bonorum Ecclesiæ, nimirum sub
19 conditione quatenus † alienatio versura sit in euidentem illius vtilitatem, vt testatur *Mandos. in tract.de Signat.Grat.super rescript. si ineuidentem*, & executio eiusdem Beneplaciti sicut cognitio vtilitatis quam sentire debebat Ecclesia ex ea alienatione cognosci non posset, nisi in hoc
20 Tribunali † in quo pendet causa super validitate testamenti Cæsaris, ex dispositione *Text. in Clem-ment. Auditor de rescript.* hinc sequitur, quod om-nis declaratio, quam teneretur aliàs facere Ec-clesia coniuncta esse debeat super iure, quod ha-bet Sodalitas in hæreditate Cæsaris, à quo de-pendere debet etiam validitas transactionis, & ita semper adhibenda erit prius ea cognitio,quæ respiciat validitatem dicti testamenti, seu iuris
21 † quod illius occasione competit Sodalitati tan-quam præiudicialis toti causæ ex doctrina *Bart.in l.fundum n.5.ff.de except.* & tradit *Salic. in l. vltim. n.3.C.de ordin.cognit.* & ibi *DD.& in cap.Tuam eod. tit.* & tenuit *Rota in Tiburtina Castri S. Angeli 15. Martij 1630.coram R. P. D. meo Merlino, & coram Gregor.dec.470.num.15.*

Addebat vnus ex Dominis, quod cum Portia antea allegauerit validitatem huius transactio-nis non potest hodie illius nullitatem extra iu-dicium confiteri, sed deberet illam declarare apud acta cedendo huic dubio, & reficiendo ex-pensas alteri parti, vt fuit seruatum in *d.dec. Ro-mana de Monotorijs coram Card.Sacrato.*

Et ita &c.

Decisio ista sub die 1.Februarij præsentis anni habe-tur supra in hac eadem parte dec.7. vbi adnotantur etiam cœteræ decisiones huius causæ.

REVERENDISSIMO P. D. COCCINO

Sacræ Rotæ Decano.

Toletana Iurispatronatus.

Veneris 21.Maij 1638.

ARGVMENTVM.

Monasterium debet seruare conditiones donationis vel bona restituere, eliam si conditiones essent in secundo instrumento appositæ dummodò in pri-mo reseruatæ fuerunt.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Monasterium, vel debet seruare conditiones donationis, vel restituere bona donata.*

2 *Monasterium debet seruare conditiones donationis appositas in primo instrumento donationis, secus in secundo ex interuallo confecto, & vide num. 10.*

3 *Donans non dicitur in primo instrumento donasse omnia bona si in secundo exprimit indiuidualiter quædam corpora extra terminos designatos in primo.*

4 *Verba importantia declarationem illius quod quis facturus est in Testamento non important donationem inter viuos, & n. 5.*

6 *Verba generalia per specificationem restricta non possunt extendi vltra terminos specificationis.*

7 *Dispositio generalis restringitur per specialem subsequentem.*

8 *Verba sunt singula singulis referenda.*

9 *Verba in secundo instrumento apposita alia tempus præteritum, alia præsens respicientia præterita primò instrumento præsentia secundò instrumento referuntur.*

10 *Monasterium debet seruare conditiones donationis in secundo instrumento appositas si in primo ita cautum sit.*

11 *Conditio in primo instrumento reseruata, & in secundo declarata idem est, ac si in primo instrumento esset apposita.*

DECISIO XLIII.

DOmini præsistentes in resolutis * sub die 3. Decembris anni 1635, & recedentes à decisis sub die 2. Iulij 1636, censuerunt Moniales teneri, vel obseruare conditiones, vel restituere bona iuxta formam ipsarum conditionum, quas
1 Rodericus † fundator apposuit in secundo instrumeuto donationis, vt in puncto est *Text. in cap. verum quarto, vbi gloss. in verb. conditione, & in verb. debebat reuocari*, vbi communiter *Canonistæ*, & præsertim *Præpositus n. 6. de condit. apposit. Abb. in cap. cum dilecti, ante num. 3. in 3. notab.* vbi etiam *Imol. in 4. de donat. Bald. in l. dictam sub num. 5. vers. ego dixi, de condition. ob causam, Castr. qui loquitur in terminis cons. 69 n. 2. lib. 1. Felin. in c. cum Venerabilis num. 39. vers. nota tertio de except. Anchar cons. 197. num. 5. Lambert. de iurepatr. par. 1. lib. 1 qu. 9. artic. 4. n. 3. in vers. tertio verò casu, Ripa in l. final. qu. 38. n. 132. C. de renoc. don. Tiraquel. de retract. lignag. §. final. n. 14. & 15. Corsett. in singularib. in verb. contractus 15. Rot. dec. 695. num. 1. part. 1. diuersor.* & resoluit in *Lucana Bonorum 5. Decembris 1603. coram Card. Pamphilio seniore*, prout etiam in hac eademmet causa fuit dictum 11. *Februarij & 17. Nouemb. 1628. vt in decisionibus 147. nu. 8. & 210. n. 3. & 4. par. 5. recent.*

Neque obstat, quod dum Rodericus in primo instrumento anni 1525. donasset omnia bona
2 sua Monasterio non † appositis conditionibus, non potuerit postmoeum in secundo instrumento anni 1540. adijcere ex interuallo dictas conditiones, quod est fundamentum dictæ decisionis emanatæ 2. Iunij 1636, quia visum fuit Dominis fundamentum istud cessare ex duobus.

Primò, quia non est verum quod in primo instrumento comprehensa fuerint omnia bona
eum imò ex illius inspectione euiden
dictum instrumentum esse restrictum
bona illic particulariter designata, v
deratum *in d. decis. 210. num. 7. 8. & 9.*
coadiuuantur nedum ex eo, quod in
instrumento Rodericus fundator exp
3 diuiduo, † & sub certis demonstratio
dam corpora extra terminos in priori
to designatos; sed etiam quia concu
mis obseruantia, dum postea non sol
ricus iuxta ordinationem sui Testa
tuit in alijs particularibus bonis M
nunc etiam vigentem, sed etiam du
antiquo bona vtriusque instrumenti f
iudicio semper habita pro distinctis,
pro deuolutione comprehensorum in
dumtaxat instrumento, vt liquet ex
executorialibus desuper emanatis.

Non officiunt verba primi instrum
quamuis in principio dicatur, *Ego me*
nibus bonis meis patrimonialibus, eaque o
no nostro Iesu Christo, & eius loco Ho
Ildephonsi de Mendoza, & eius gloriosa
eius loco cuidam Monasterio (quod est il
agitur) *Pauperum Virginum volentium*
Nostro seruire &c. ambos faciens hæredes
men considerandum est primo, quod
non continent donationem, seu oblat
4 nium bonorum, sed meram † declara
lius, quod fecerat, vel facturus erat
5 stamento, quod dum esset reuocabile
importat donationem inter viuos, se
maduertendum est, quod quamuis e
ba sint de sui natura generalia, nihilo
6 immediatè per † certam bonorum sp
nem restringantur, non possunt extend
minos ipsius specificationis, cum no
7 regula quod generalis dispositio restri
specialem subsequentem prout fuit re
dicta decis. 210. num. 7. 8. & 9. par. 5. recent

Quemadmodum nec officiunt verba
ris instrumenti, nam quantum attinet
illa, *Bona quæ hucusque dedi vobis, &c.*
mihi administrationem prædictorum bonorum
seruaui, &c. si vt constat ex deductis
nia bona in primo instrumento fuer
ta, plura etiam ex posteriori dicta
8 congruam recipiunt interpretationem
singula singulo instrumento referantur
Gloss. in l. quæstionum 32. in verb. Vniuer
Angel. C. de fideicom. cum vulg. Et verba
temporis respiciunt instrumentum p
9 verba verò præsentis † temporis refe
ipsummet instrumentum in quo e
dum verò idem Rodericus in eodemmet
instrumento narrat se obtinuisse lic
Ordinario, de construendo Monasteri
domibus, & successiuè introduxisse in
niales, & demum in executionem d
quam fecerat, dicit se tradere possessio
norum ex hac verborum serie non pot
quod bona hic expressa sint comprehe
mo instrumento donationis, quia hæc
intelligenda secundum tenorem pri
menti, in quo vt superiùs animaduer
Rodericus retulit se ad dispositionem

nenti, & sic in hoc posteriori instrumento voluit effectuare illud, cuius dispositionem sibi testamento reseruauerat, prout clare etiam colligitur ex verbis huius secundi instrumenti, ibi: *Et quia parum prodesset me spoliasse meis bonis, & non reducere ad effectum illud quod ego desiderabam, &c.* quæ verba manifestè ostendunt Rodericum non loqui de bonis, quæ inter viuos in priori instrumento iam donauerat, sed de alijs bonis, quorum dispositionem sibi reseruauerat in testamento, quam dispositionem testamentariam reduxit ad effectum mediante hoc posteriori instrumento.

Secundo principaliter cessat fundamentum vltimæ decisionis, quia quamuis etiam citra veri præiudicium Rodericus donasset omnia sua bona in priori instrumento, attamen cum in eodemmet primo † instrumento reseruasset sibi facultatem disponendi super ordinationibus, & constitutionibus, ibi: *Secundum dispositionem mei testamenti, & per partes quas in eo ordinauerim* & ibi: *Et expresso consensu, vt ego possim efficere ordinationes, & constitutiones, &c.* Clarè sequitur, quod vigore dictæ reseruationis conditiones in posteriori instrumento expressæ perindè habentur, † ac si fuissent priori instrumento appositæ ad informandam substantiam donationis. *l. cum dotem, C. de iur. dotal.* cum alijs late ad propositum deductis coram me *in Viterbien. Castrorum 21. Iunij 1628. quæ est decisio 194. num. 93. 94. & 95. part. 5. recent.*

Ex quibus sequitur Moniales vndequaque teneri, vel ad obseruantiam dictarum constitutionum, vel ad bonorum restitutionem.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

Decisionem istam sub die 2. Iunij 1636. coram eodem Coccino posui suprà par. 5. recent. tom. 2. decis. 593. vbi in fine annotaui alias decisiones in hac eadem causa emanatas.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO.
SACRÆ ROTÆ DECANO.

Burgeñ Beneficiorum.

Veneris 21. Maij 1638.

ARGVMENTVM.

Subrogato in ius, & possessionem duorum datur immissio ad Beneficium probato Clericatu, reseruatione, & possessione defuncti; siue ambo ius, & possessionem habuissent; siue alter tantum siue alter ius, alter possessionem habuisset. Reseruatio beneficij resultat ex vacatione, apud Sedem Apostolicam item ex vacatione in mense Octobris, & Sede Episcopali Vacante.

SVMMARIVM.

1 *Subrogato datur immissio probat eius Clericatu possessione defuncti, & reseruatione beneficij.*

2 *Testes deponentes de visu, certa scientia, & publica voce, & fama, satis probant.*

Possessio beneficij à defuncto habita probatur per testes asserentes vidisse factores defuncti recollegisse beneficij fructus, & defunctum tentum fuisse vti illius possessorem, num. 2.

3 *Possessio semel probata semper continuata præsumitur donec de contrario doceatur.*

4 *Subrogatus ad ius, & possessionem defuncti ad effectum habendi immissionem valet allegare continuationem præsumptam possessionis defuncti.*

5 *Clericatus probatur ex testibus de publica voce, & fama, & ex litteris Ordinarij, & num. 19.*

6 *Reseruatio beneficiorum probatur ex ipsorum vacatione secuta de mense Octobris, & sede Episcopali vacante.*

7 *Reseruatio beneficiorum resultat ex vocatione apud sedem Apostolicam, & num. 8.*

Mortem tali loco secutam fuisse probatur ex partita extracta è libro defunctorum, num. 7.

9 *Vacatio beneficij per obitum dicitur consumpta stante noua prouisione quando fuit registrata supplicatio, & si non fuerit apprehensa possessio.*

10 *Subrogatus ad ius, & possessionem duorum potest desumere ius ex persona vnius, & possessionem ex persona alterius, & num. 20.*

11 *Possessio dicitur extincta per obitum beneficiati.*

12 *Subrogatio de aliquo facta à Papa in possessionem defuncti continuat possessionem defuncti in subrogato.*

13 *Subrogatus ad possessionem defuncti per Papam eamdem possessionem habet quam defunctus habebat.*

14 *Dictio, quilibet, est distributiua, & separat actum in solidum.*

15 *Dictio, quomodolibet, comprehendit etiam impropria.*

16 *Subrogatus assumit naturam illius in cuius locum subrogatur.*

Et potest agere ad ea omnia quæ competebant ei in cuius locum subrogatus fuit, num. 17. & 18.

19 *Clausula, constito, in litteris apposita quando est iustificata non admittitur exceptio aliundè desumpta.*

20 *Subrogatus in ius, & possessionem duorum potest venire independenter ex vocatione vnius, vel alterius.*

21 *Papæ potestas in beneficialibus est suprema.*

22 *Nuncius habet facultatem conferendi beneficia reseruata non excedentio 24. ducatos de Camera sub certa forma adimplenda ante prouisionem.*

23 *Immissio vigore subrogationis Apostolicæ non debet retardari ex exemptionibus extrinsecis requirentibus altiorem indaginem.*

DECISIO XLIV.

CVM beneficia, de quibus agitur, vacassent per obitum Ioannis Baptistæ Azeuedi in mense Octobris 1631. Sede Archiepiscopali Burgeñ tunc vacante, Sanctissimus contulit illa, vti reseruata Ioanni Bracamonti, qui, expedito Breui de capienda possessione nomine Cameræ, obijt in Curia, nondum capta possessione; Quapropter Sanctissimus eadem beneficia, vti adhuc vacantia per obitum dicti Azeuedi, seù dicti Bracamontis, contulit D. Francisco Vacca, eumque gratiosè subrogauit ad omne ius, tam dicti Azeuedi, quam dicti Bracamontis, etiam quoad executionem, necnon ad possessionem, in qua eorum quilibet quomodolibet existeret. Cuius subrogationis vigore, cum dictus Franciscus peteret immitti in possessionem

dictorum Beneficiorum, Dubitatum fuit me proponente, An illi danda esset immissio. Et Domini responderunt affirmatiuè; Quia tria requisita, ad effectum illam obtinendi necessaria probantur,
1 nempè obitus defuncti in possessione, † Clericatus subrogati, & reseruatio, quibus concurrentibus non denegatur Immissio, *Gonzal ad reg.8.§.7. proœmial num.212.Seraphin.decis.4:6.num.1.Rota in recent. decis.154. part.1. & decis.191.num.1.par.2. Caual.decis.450.num 1. & decis.559. num.1.* & fuit dictum *in Pistorien.seù nullius Beneficij 19.Iunij* 1634 *coram me, & aliàs sæpè*.

Obitus si quidem Azeuedi primo defuncti in possessione beneficiorum, de quibus agitur, probatur ex pluribus testibus in Curia examinatis, qui expressè dicunt dictum Azeuedum, dum vixit, hæc beneficia possedisse, eumque vti possessorem communiter tentum fuisse, ac vidisse eius Factores, & Agentes fructus dictorum Beneficiorum collegisse, ac propterea cum deponant de visu,
2 certa scientia, † ac de publica voce, & fama, satis superque probant, *Rota in recent.decis.509.num.4. par.2. & in Calciaten.Scholastriæ 6.Nouembris* 1587 *coram Gypsio, & in Conchen. Parochialis 6. Aprilis* 1625 *coram bon.mem.Vbaldo*, semelque probata
3 possessio † semper continuata præsumitur, nisi de contrario doceatur ad notat. *in l.siue possidetis, C.de probat.Menoch præsumpt.64. num.17.lib.6 Caual.decis 608.num.3.Gregor.XV.decis.166.num.9.* Adeòut subrogatus ad ius, & possessionem defuncti, eius
4 præsumptam † possessionis continuationem, ad effectum obtinendi immissionem allegare valeat, *Rot.decis.525. sub num.1. par.2. & decis.126.num.8. par.5 recent.Gregor.XV.decis.307.num.1.* & ibi *Adden.num.24.in fine*.

Non obstat, quod prædicti Testes non deponant, dictum Azeuedum possedisse omnia beneficia, quæ dictus Franciscus per illius obitum obtinuit, quia sufficit, eos deponere de possessione eorum beneficiorum, super quibus hodie D.Franciscus petit immissionem.

5 Clericatus Francisci subrogati probatur † ex eisdem testibus de publica voce, & fama deponentibus necnon ex litteris patentibus sui Ordinarij *Rot.decis.16.de probat.in antiq.Gregor.XV.decis.78.num.5. & decis.490.num.6.*

Reseruatio denique patet, & quidem ex persona Azeuedi, ex duplici capite. Primò ex eo quia beneficia vacarunt in mense Octobris reseruato, vt deponunt dicti Testes, & ideò intrat regula octaua, hodie nona mensium reseruatoria.

Secundo ex eo quia vacatio contingit Sede Archiepiscopali vacante, vt deponunt ijdem testes, & ideò intrat alia reseruatio regulæ secundæ, quæ
6 reseruat beneficia † ita vacantia; *Gonzal.super reg. 8.glos.51.num.52. Rot.in Placentina Canonicatus 25. Maij 1626.coram Reuerendissimo D.meo Decano, & in Gerunden. beneficij 28.Aprilis 1634. coram R.P.D. meo Merlino.*

Ex persona verò Bracamontis reseruatio est pariter iustificata nam ipse obijt in Curia, prout
7 constat † ex partita extracta è libro defunctorum, quæ sufficienter probat, *Rot in recent.decis.321.numer.3. & decis.700. num.4. par.1. Gregor.XV.d.decis.78.num.2. & ibi Adden.* & ideò intrat clara re-
8 seruatio, † ex vacatione apud Sedem in corpore

iuris clausula *in c.2. de præben. in 6. Sim*
uat. quæst.30. Gonzal. ad d.reg.8. glos.13.
& seqq.

Non obstat, quod vacatio per obitum
esset consumpta de tempore subrogat
prouisionem gratiosam factam Bracamo
quod ipse non fuerit adeptus possessionē
9 ad hunc effectum sufficiat, † quod suppli
rit registrata, *Sarnen.super regul.de inf.*
num.5.Rot.decis.385. num.9. vers.aut ver
cent. & fuit dictum *in Legionen Canonica*
cembris 1627.coram me, & ideò subrogati
possessionem Azeuedi d. Francisco n
gatur.

Nam fuit responsum, huiusmodi ex
non obstare, respectu possessionis Azeu
cùm Franciscus fuerit alternatiuè subr
omne ius, tam dicti Azeuedi, quam d
montis, necnon ad possessionem, in q
eorum existeret, potest iuuari dicta sub
quoad ius ex persona Bracamontis, & q
sessionem ex persona Azeuedi, cum
10 ad † ius possessionem duorum possit
ius ex persona vnius, & possessionem ex
alterius, *Garz.de benef.par.6.cap.4.per to*
cis.458.num.7.in fin. & decis.477. num.1.
nien.Canonicatus Sanctæ Vrsulæ 27.Ianua
Aprilis 1627.coram Eminentiss.Cardin.V
Cæsaraugustana Canonicatus 10.Iunij 163
Vrgellen. & in Piscien. beneficij 20.Iunij
R.P.D.meo Merlino, & in alia Piscien.
Maij 1633.coram D.Vrgellen. & in alia P
ficij 1.Iunij 1632. coram R.P.D.meo Vero
Ianuen.Parochialis 12.Nouembris 1632.co
& in d.Pistorien. seu nullius beneficij 19.
coram me.

11 Nec releuat, quod possessio dicatur †
per obitum Beneficiati, quia talis exti
operatur, quando, prout hic, Papa subro
quem ad possessionem ipsius defuncti
possessio, quæ erat penes ipsum defunc
12 sterio Papæ, † in alium continuatur; A
tiosè subrogatus eandem possessionem h
catur, quam defunctus, cui facta est sub
obtinebat, *Mohed.decis.11.num.2.vt lit.pe*
lott.de attent.par.2.cap.4. de attent.lit.pend.
num.342. & num.395.Paris.de resignat.lib.
num.67. & seq. Mantic. decis.71.num.3.G
decis.251.num.6.

Nec dicatur quod subrogatio, de qua
spectu possessionis, non sit alternatiuè co
sed copulatiuè, scilicet ad possessionem,
Azeuedus, & Bracamontes reperiebantu
infertur, Franciscum subrogatum teneri
vtriusque possessionem.

Quia contrarium elicitur, nedum ex
nullibi apparet, Bracamontem possedisse,
ex tenore d.subrogationis, in qua apertè
Pontificem gratiosè subrogasse dictum
cum ad omne ius, tam Azeuedi, quam Br
tis, necnon ad possessionem, in qua eorum
quomodolibet existeret, ibi, in omne iu
omne ius, quod tam Ioanni Baptistæ de A
quam Ioanni de Bracamonte prædictis, &
ipsorum in præstimonijs, &c. etiam quoad
tionem d.Breuis & possessionem, in qua
ipsi

ſorum quomodolibet exiſtebat, ex quibus apparet, narratiuam poſſeſſionis fuiſſe † alternatiuè inceptam, cum dictio, quilibet, ſit diſtributiua, & paret actum inſolidum, *Bart. in l. non diſtinguemus §. cum in plures, ff. de arbitr. Roland. conſ. 70. num. .lib. 3. Rot. deciſ. 125. num. 5. verſ. & illud verbum, r. 1. recent.* Et ideò ſufficit, quod vnus, vel alter aberet poſſeſſionem, ad hoc vt ſubrogatio ſuffragetur, ponderata præſertim altera dictione, quomodolibet, † quæ comprehendit quamcumque poſſeſsionem etiam impropriè ſumptam, penès cumquemque exiſtentem, *Seraph. deciſ. 182. num. 2*

Præterea dicebant Domini, exceptionem conſummatæ vocationis poſſe habere locum quando procederetur per viam nouæ prouiſionis, ſecus autem quando, prout, hic, † proceditur per viam gratioſæ ſubrogationis, quia tunc cum ſubrogatus aſſumat naturam illius, in cuius locum ſubrogatur, *Gabr. de regul. iur. concluſ. 2. Gregor. XV. deciſ. 7. num. 3. & deciſ. 544. num. 16. Rot. deciſ. 90. nu. 1. par. 2 recent.* poteſt † agere ad ea omnia, quę competebant ei, in cuius locum ſubrogatus fuit, *Put. de. 175. num. 2. lib. 3. in correct. Pariſ. de reſignat. lib. 13. æſt. 5. num. 75. Caualer. deciſ. 639. num. 3.*

Vnde cum Franciſcus fuerit ſubrogatus, nedum omne ius, & poſſeſsionem Azeuedi, ſed etiam ius Bracamontis, etiam quoad executionem Breuis, & omnia & ſingula acta illius vigore facta, & decreta, ac litis, & litium, ſi quæ exiſterent proſequutionem, vtique ex vi dictæ ſubrogationis repræſentat non ſolum perſonam Azeuedi, ſed etiam perſonam eiuſdem Bracamontis ad cuius fauorem dicta vacatio eſſet conſumpta, ac proinde quemadmodum Bracamontes ſi viueret poſſet petere immiſsionem vigore dicti Breuis, quod iam apparet iuſtificatum, ſic pariter eam valet conſequi dictus Franciſcus, qui in eius locum etiam quoad executionem dicti Breuis ſubrogatus fuit, in terminis dixit, *Rota coram Caualer. dicta deciſ. 477. num. 1. & dicta deciſ. 639. num. 2. & 3.*

Quod autem breue Bracamontis eſſet iuſtificatum, ſatis conſtat ex teſtibus coram A. C. ad eius inſtantiam examinatis, Clericatus verò probatur ex litteris patentibus ſui Ordinarij, necnon ex ijs teſtibus, ad inſtantiam Franciſci in Rota pariter examinatis, qui obitum d. Azeuedi in poſſeſſione, & reſeruationem optimè probant, † & ſic cum fuerit iuſtificata clauſula, conſtito, non admittitur exceptio aliunde deſumpta, *Anchar. cons. 297. num. 8. verſ opponens autem, Rota in Papien. repoſituræ 22 Iunij 1611. coram Ortembergo, & in* [illegible] *Canonicatus 2. Maij 1611. coram bon. mem. Romanno.*

Sed dato etiam, quod gratia Bracamontis non eſſet iuſtificata, dicebant Domini, cum Franciſcus fuerit prouiſus per obitum, tàm Azeuedi, quàm Bracamontis, fueritque alternatiuè ſubrogatus ad omne ius, & poſſeſsionem vtriuſque ipſum non teneri præcisè iuſtificare gratiam d. Bracamontis, ſed poſſe venire independenter ex vacatione vnius, vel alterius, adeò vt ſi gratia Bracamontis, non eſſet iuſtificata, poſſet ex integro venire ex vacatione per obitum Azeuedi primo defuncti, vt in terminis dixit *Rota in Cæſaraugustana Canonicatus 2. Iunij 1630. coram Reuerendiſſ. Vrgellen. quæ eſt deciſ. 387. num. 7. par. 5. recent.*

Et hinc viſa fuit ceſſare omnis amaritudo, quia Pontifex hac ſpecie facti intellecta contulit Franciſco hæc beneficia, vti adhuc vacantia per obitū Azeuedi, ſeù Bracamontis, dictumque Franciſcum ſic prouiſum gratioſè ſubrogauit ad omne ius vtriuſque, necnon ad poſſeſsionem, in qua eorum quilibet quomodolibet exiſteret, vt ſupra oſtensū fuit; ideoque ſufficit, quod vnus, vel vterque haberet ius & poſſeſsionem, vel vnus ius, & alter poſſeſſionem, ad hoc vt gratia ſubrogationis ſubſtineatur, ſuumque effectum operetur cum † habeamus

21 claram Pontificis voluntatem, eiuſque poteſtas in beneficialibus ſuprema ſit, *Clem. 1. in fin. vt lit. pend. cap. 2. de præbend. in 6. Gonzal. ſuper regul. 8. cap. 2. proœm. num. 45. & ſeq.*

Demum non obſtat aſſerta prouiſio beneficiorum, de quibus agitur, ad fauorem aliorum ab Hiſpaniarum Nuntio, qui beneficia reſeruata conferre poteſt, tum quia de huiuſmodi aſſerta prouiſione in actis non apparet, tum etiam quia

22 facultates Nuntij, conferendi reſeruata, ſunt reſtrictę ad beneficia, quorum fructus non excedunt 24. ducatos de Camera, continetque certam formam adimplendam ante ius prouiſionem, prout tradit *Garz. de benef. par. 5. cap. 3. §. 1. num. 83.*

Vnde donec appareat de valore dictorum beneficiorum, & an dicta forma ſit adimpleta, non debet retardari immiſsio vigore ſubrogationis gratioſæ, quæ non admittit exceptiones extrinſe-

23 cas, altiorem indaginem requirentes, *Rota dec. 36. num. 1. par. 1. & deciſ. 94. num 11. par. 5 recent. Gregor. XV. deciſ. 194. num. 11. Caualer. deciſ 450. num. 7.*

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Mutinen. Emphyteuſis.

Veneris 28. Maij 1638.

ARGVMENTVM.

Eccleſia, quæ per generationem finitam, poteſt ſi velit emphyteuſim pro ſe retinere, ſi tamen alium inueſtire vult, tenetur proximiores vltimi emphyteutæ præferre, & poteſt poſtquam extraneum inueſtiuit declarare velle pro ſe retinere: Pactum quod finita linea emphyteuſis cum melioramentis reuertatur ad Dominum, non impedit ius petendi renouationem, niſi illi fuerit renunciatum, & de varijs formulis huiuſmodi pacti.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſi finita Eccleſia tenetur renouare proximiores, niſi velit pro ſe retinere, & vid. nu. 12. cum ſeqq.*

2 *Eccleſiam nolle emphyteuſim pro ſe retinere, ſatis apparet ſi alios inueſtiuit, bona tradidit, & canones recepit.*

3 *Eccleſia declarans velle emphyteuſim pro ſe retinere, poſtquam extraneos ſimpliciter inueſtiuit, non præiudicat proximioribus, & num. 5.*

Declarandi facultas cui competit, declaratione facta, variare non permittitur in præiudicium alterius, n. 3.

5 *Ecclesia si extraneum inuestiuit sub conditione aut pacto reuersiuo, vel alias reuocabiliter, potest postea declarare velle pro se retinere.*

6 *Dominus directus recipiens canones dicitur contractum emphyteoticum approbare, & num. seq.*

7 *Approbatio contractus inducta ex receptione fructuum, puta canonis, magis declarat mentem contrahentis quam verba.*

8 *Ecclesia nolens pro se retinere tenetur inuestire proximiores non obstante pacto quod generatione finita bona ad illam cum melioramentis reuertantur, & num. seqq. ac etiam num. 14.*

Limita nisi fuerit renunciatum iuri petendi renouationem, num. 9. & num. 27.

9 *Pactum, quod finita emphyteusi illa ad Dominum reuertatur est de sui natura, & emphyteusi inest.*

10 *Verborum geminatio sæpè fit ad maiorem explicationem, aliquando verò ad solam ornatus causam.*

12 *Ecclesia finita emphyteusi, etiamsi velit pro se retinere non potest, sed proximiores inuestire tenetur.*

Contra, & verius, num. 13. ac etiam supra num. 1.

Pactum quod emphyteusi finita res ad Dominum redeat, tollit dubitationem, quod ille si velit possit pro se retinere, num. 12. cum seqq.

15 *Pactum quod emphyteusi finita liceat Domino rem pro se retinere, vel cuicumque concedere tribuat nè facultatem inuestiendi extraneum, & num. seqq. vbi latè de varijs formulis huiusmodi pacti.*

22 *Doctor intelligi debet iuxtà auctoritatem, quam allegat, & num. 27.*

30 *Decisio in qua articulus non ex professo, sed incidenter fuit discussus, parum attendi debet.*

31 *Ecclesia Mutinen. secundum aliquos habet consuetudinem quem voluerit etiam in concursu proximiorem inuestiendi.*

32 *Doctori attestanti de consuetudine non creditur.*

Amplia si testatur de consuetudine loci, in quo non fuit commoratus, num. 33.

34 *Consuetudo non probata cum omnibus suis qualitatibus, & circumstantijs nihil prævalet.*

DECISIO XLV.

Obijt de anno 1611. Antonius Maria Cananus vltimus emphyteuta bonorum, de quibus agitur, sine liberis superstite Eleonora eius germana sorore, quæ licet infra annum renouationem inuestituræ petijsset, nihilominus Ecclesia Mutinen. domina directa inuestiuit DD. Sigismundum, & Jacobum de Bertacchis extraneos, eorumque descendentes masculos, vsque ad tertiam generationem completam: Rota, ad quam causa per appellationem delata fuit censuit coram me sub die 26 Iunij 1630 renouationem dictæ inuestituræ deberi dictæ Eleonoræ vti proximiori d. Antonij Mariæ vltimi Inuestiti: Sed ea pariter sine liberis defuncta, lite adhuc indecisa pendente iterum censuit sub die 7. Martij 1632. renouationem inuestituræ deberi Alexandro, & Canano Francisco Aretino eiusdem Eleonoræ proximioribus, & hæredibus, hoc tamen addito, nisi Ecclesia velit pro se retinere. Hinc sumpta occasione modernus Dominus Episcopus Mutinen. declarauit sub die 22. Decembris anni 1615. quod quatenus non posset tam ex consuetudine, quam alias quomodolibet disponere de huiusmodi bonis, intendebat illa pro Ecclesia retinere, ac successiuè cap... dere dd. Alexandro, & Francisco non ... plius renouationem inuestituræ. Vnd... dubitari, an esset recedendum ab vltim... cisis, sed placuit DD. in eis persistere.

Vera siquidem visa fuit conclusio in ...
sione firmata, nimirum finita emphy...
1 siam, † nisi velit pro se retinere, teneri p...
vltimi emphyteutæ reinuestire iuxta ...
nem, quam tradit *Abb. in cap. bonæ il se...*
vers. hoc dictum de postul. prælat. quem se...
lati *à Gabr. tit. de iur. emphyt. concl. 1. num...*
eod. tractat. quæst. 2. nu. 7. Maresc. var. resol...
num 11. Gratian. discept. 477. num. 17. & ...
num. 35. Benintend. decis. 19. Caputaq. decis...
cis. 304. par. 1. Mantic. decis. 10. per tot. &...
dixit, *Rota in Rauennaten. emphyteusis 6...*
coram me.

In proposito autem Ecclesiam Muti...
se pro se retinere bona, de quibus agitu...
2 stat ex eo † quod illa extraneos inuesti...
tradidit, ac successiuè canones vigore ...
stituræ recepit prout in specie tenueru...
l. 1. num. 10. ad fin. ff. de priuil. credit. Go...
sub num. 21. in fin. vers. præterea cum a...
ded. cons. 51. num. 46. in fine, & num. 46. lib...
discept. 88. num. 12. in fine cum seq. Maresc...
lib. 1. cap. 3. num. 11. in fine Card. Mantic...
sub num. 9. Rota diuers. decis. 195. sub n...
cis. 242. num. 5. in fin. & seqq. par. 2. & in ...
naten. Emphyteusis coram me.

Non obstat, quod D. Episcopus vlti...
clarauerit se velle retinere dd. bona pr...
quatenus de illis non posset liberè ali...
nim ista declaratio verbalis facta fuit ...
3 lo, nimirum, postquam † Ecclesia iim...
traneos inuestiuit, & sic cum non sit ta...
pore, non suffragatur in præiudicium ...
miorum, quibus erat ius quæsitum, nam ...
petit facultas declarandi, is declarat...
4 facta, illam in alterius præiudicium va...
potest, *Alex. consil. 55. num. 15. lib. 5. Cr...*
num. 31. Put. decis. 36. num. 1. lib. 2. in co...
uers. decis. 358. num. 5. par. 1.

Et in specie, quod vbi Ecclesia purè, ...
citer extraneos inuestiuit, non possit a...
5 se † retinere, sed teneatur concedere re...
proximioribus, quibus ex huiusmodi co...
fuit ius quæsitum (licet secùs esset qua...
stitura concessa fuisset extraneo sub co...
siue cum pacto reuersiuo, aut alias reuo...
vt distinguendo dixit, *Rot. in præallegata ...*
ten. Emphyteusis coram me in vers. Nec o...
fuerunt.

Nec obstat quod prædicta inuestitura ...
extraneis ob primam deuolutionem p...
Antonij Mariæ, non autem ob secundam ...
tionem per obitum Eleonoræ, & ideò in ...
secunda deuolutione Prælatus potuerit ...
velle pro sua Ecclesia retinere.

Quoniam vltrà quod D. Episcopus ...
fuit hac secunda deuolutione per obit...
noræ, sed continuauit in concessione d...
aliàs facta, adhuc inspecto obitu Eleo...
declaratio non visa fuit releuare, cum E...
obierit de mense Iunij 1630. dicta au...

itio facta fuerit de mense Decembris 1635. interim verò D. Episcupus canones d. inuestituræ in eadem quantitate incessanter ab eisdem extraneis receperit, † per quam canonum receptionem cēseri d. inuestituram cum eisdem qualitatibus, & conditionibus approbasse, perindè, ac si eamdem inuestituram iterum fecisset, *Aldobran. cons. 86. num. 6. lib. 1. Paris. cons. 49. num. 17. & seqq. lib. 1. Menoch. de recuper. possess. remed. 15. num. 120. cum plurib. seqq. vbi sub num. 123.* subdit ex huiusmodi facto receptionis plus declarari animum, & mentem, quam † verbis, & in specie de approbatione contractus emphyteutici ex canonis receptione dixit *Alciat. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 17. sub num. 2. cum alijs per Vrsill. ad Afflict. decis. 365. num. 6. & 7.*

Non obstat pactum in eadem inuestitura adiectum, nimirùm, quod tertia generatione completa bona cum melioramentis liberè ad Ecclesiam reuertantur, vnde infertur Ecclesiam potuisse quem voluerit etiam extraneum inuestire. Quia fuit responsum huiusmodi pactum ita simpliciter conceptum operari † quidem liberam reuersionem bonorum finita Emphyteusi, quatenus Ecclesia, velit pro se retinere, sed non tollere proximioribus facultatem petendi renouationem, quando Ecclesia nolens pro se retinere, vult extraneos inuestire, quia tunc non obstante dicto pacto tenetur præferre proximiores vltimi Emphyteutæ, vt specie firmat, *Calder. de renouat. Emphyt. quæst. 7. num. 10. 18. vbi* ponderat d. pactum sui natura inesse, eiusque expresсionem non excludere renouationis æquitatem, quando (prout hic) illi non fuit expresè renunciatum, *& num. 19. & seqq. & num. vbi* subiungit id procedere, etiamsi verba d. pacti essent geminata, vtpotè dictum fuisset, quod finita emphyteusi res libera, & expedita Domino directo remaneret, cum verborum geminatio sæpè fiat † ad maiorem explicationem, & aliquando ob solam ornatus causam, idemque repetit *in quæst. 11. num. 21. & seqq.* eumque refert, & sequitur *Valasch. consul. 123. nu. 13.* vbi ait hanc opinionem esse rationi magis consonam, & † à Senatu Lusitaniæ sæpius obseruatam, idemque tenuerunt *Amol. cons. 8. in princ. & sub num. 2. vers. sed de æquitate, & num. 3. Gratian. discept. 758. nu. 13. Nicol. Antonius Gizarellus decis. Neapol. 6. num. 14.*

Nec proindè dicebant DD. d. pactum fuisse omnino elusorium, cum illud censeatur appositum ad remouendam omnem dubitationem, quæ oriri potuisset ex opinione quorundam Doctorum dicentium æquitatem ponderatam fauore proximiorum à *Bart. in l. 1. §. permittitur, ff. de acq. quot. & æstiu.* esse adeò efficacem, vt Ecclesia adhuc finita Emphyteusi non possit pro se retinere, sed teneatur proximiores inuestire, prout tenuerunt *Bero. cons. 97. n. 16. lib. 1. Dec. cons. 131. nu. 3. vers. ex quibus patet Gabr. de emphyt. concl. 1. num. 15 lar. in d §. emphyt. qu. 43. ad fin. latè Tob. Non. cons. 3. num. 5. Cald. de renou. emphyt. d. qu. 8. num. 18. & 26.* vbi alios cumulat *Bertaz. cons. ciuil. 85. num. 23. & seqq.* Et quamuis contraria opinio sit verior, & receptior † nihilominus tale pactum satis operatur ad tollendam omnem dubitationem pro maiori declaratione *Surd. cons. 127. n. 30. in fin. & seq. Honded. cons. 60. num. 73. lib. 1. Rot. in recent. decis. 10. n. 1. ad fin. par. 4.* & in specie similis pacti, quod illud censeatur adiectum ad tollendam

14 probabilem dubitationem, an liceret Ecclesiæ pro se retinere non autem ad inducendum renunciationem iuripetendi renouationem in casu, quo Ecclesia vult extraneos inuestire dixit, *Rot. diuers. dec. 242. n. 15. & 16. par.*

Quibus non obstant Doct. in contrarium allegati: Nam *Socc. iun. cons. 9. num. 14 ad fin. lib. 3.* lo-

15 quitur in pacto, † quod liceret Domino directo pro se retinere, vel cuicumque voluerit concedere, vt in specie aduertit *Rot. dict. dec. 242. n. 4. & 5.*

16 cuiusmodi non est pactum de quo agitur † omniaque per eum deducta tendunt ad probandum, quod Ecclesia possit pro se retinere, non autem, quod possit quem voluerit inuestire, vt patet ex n. 7. & ferè per totum consilium.

17 *Bero. cons. 100. n. 1, lib. 1.* † non applicatur, quia loquitur in pacto, quod possit Dominus directus liberè inuestire quemcumque sibi placuerit.

Rimin. Iun. cons. 257. n. 100. & seqq. minus, ap-

18 plicatur, quia † loquitur in pacto, quod liceat Domino directo pro se retinere, & alteri renouare, prout sibi placuerit quibuscumque non obstantibus.

Honded. cons. 51. n. 50. & seqq. lib. 1. loquitur in

19 pacto, † quod finita tertia generatione bona liberè reuertantur, & liceat Rectori Domino directo ea retinere, vsufructuare, & omnia alia facere, quæ poterat facere antè inuestituræ concessionem, & concludit ex hoc pacto posse Rectorem Ecclesiæ pro se retinere, vt patet ex lectura

20 ibidem *n. 42.* sed † non dicit, quod vigore talis pacti possit Rector extraneum inuestire, & proximiores excludere, quatenus pro Ecclesia retinere nolit.

Peregrinus cons. 58 n. 4. & 5. lib. 6, abutitur auctoritate Beroi, & Hondedei, qui non loquun-

21 tur in pacto, quod bona liberè reuertantur, sed in pacto, quod possit Dominus liberè inuestire quemcumque sibi placuerit, vt supra dictum fuit.

Maresc. var. resol. lib. 1, cap. 3, num. 25, loquitur in

22 pacto † per quod fuit renunciatum iuri petendi renouationem, sed non explicat quibus verbis d. pactum esset conceptum, & ideò intelligi debet iuxta terminos d. consilij Socin. quod ipse allegat.

Gratian, discept, 88, n. 2. & seqq. expresè loquitur

23 in pacto † quod liceat pro se retinere, vel cuicumque voluerit liberè concedere, vt patet ex princ. d. disceptationis.

24 *Gamm. dec. Lusitan 41. n. 6. & 7.* nullam † adducit auctoritatem, nec probat quod huiusmodi pactum tribuat facultatem Domino directo inuestiendi extraneos, & quamuis ex verbo liberè deducat omnimodam inuestiendi libertatem, nihilominus talis libertas satis verificatur respectu reuersionis bonorum ita liberè, vt Dominus directus impediri non valeat, quin possit illa pro se retinere, si velit, sed hinc non sequitur eum posse extraneos inuestire proximioribus exclusis.

Idem Gam. dec. 326. n. 8. & 9. loquitur in pacto

25 † quod melioramenta liberè ad Dominum directum reuertantur: Vnde infert Dominum non teneri ad emphytdusim renouan.; Sed hæc illatio

tio non videtur concludere, cum dictum pactum satis operetur, vt Dominus directus non obstantibus melioramentis possit pro se retinere, non autem, vt † possit proximiores excludere, si pro se retinere nolit, & in omnem euentum eius opinionem Senatus Lusitaniæ sequutus non fuit, prout attestatur *Valasc.d consult.*123 *n.*13 eumque refellit *Caldas. de renou. Emphyt. lib.* 11. *quæst.* 11, *numer.* 22. subdens ita seruare supremum Senatum.

26

*Seraph.dec.*610.*n.*2. loquitur in inuestitura, in qua mediante pacto censetur renunciatum iuri petendi renouationem, sed non explicat quibus verbis d. pactum fuerit conceptum ad hoc, vt dignosci valeat, an illud applicetur pacto, de quo agitur, ideòque intelligi debet iuxta thema relatum *Soccin.iun.d.cons.*9.*n.*14 *lib.*3.quem solum ibi allegat.

Rota in causa Forosempronien. & Eugubina, seu nullius emphyteusis coram R.P.D. Decano loquitur
28 † in pacto, quod possit Ecclesia ingredi liberè possessionem bonorum, illamque alteri concedere in Emphyteusim, vt patet ex lectura d. decisionis § *Quæ omnia*, quam facultatem pactum de quo agitur, non continet.

Decis. denique *in alia Forosempronien. Emphyteusis coram Eminentiss. Card.Vbaldo impress.inter recent.dec.*60.*par.*5.quamuis videatur sequi opinionem *Gam.dec.*41.Nihilominus quidquid sit an loquatur in simili pacto, de quo agitur, fuit res-
29 ponsum † in d. decisione, non fuisse articulum ex professo, & principaliter discussum, sed incidenter, ac perfunctoriè, ac proindè in ea non esse vim faciendam, prout de simili decisione in qua firmatur aliqua conclusio incidenter, &
30 profunctoriè, † materia, de qua agitur, ex professo non examinata, dixit *Rota coram Seraphin. dec.*299.*sub num.*12.

Demum non obstat asserta consuetudo Ecclesiæ Mutinen. inuestien. quem voluerit etiam in
31 concursu proximiorum † petentium renouationem, *ex Rimin.Iun.cons.*153 *n.*4.*& Peregr.cons.*55. *num.*3.*lib.*6.Quoniam quidquid sit, an dd. Doct. probent ass. consuetudinem, cum Doctori atte-
32 stanti † de consuetudine non credatur iuxta veriorem opinionem, de qua per *Mohed.dec.* 3. *de consuet.Seraph.dec.*1349.*n.*5. & fuit dictum *in Camerinen.Spolij* 2. *Iunij* 1610.*coram Cardin. Sacrato*,
33 maximè quando Doctor attestatur † de consuetudine loci, in quo commoratus non fuit *Franc. Bec.cons.*7.*n.*3.*Bursat.cons.* 201. *n.* 47. *Honded. cons.* 101.*n.*39.*lib.*1.*Rot.in Camerinen. Spolij coram Card. Sacrato*, , fuit responsum d. ass. consuetudinem adhuc probatam non releuare, cum illa non
34 probetur cum omnibus qualitatibus, & † circumstantijs in ea concurrentibus, prout ad hunc effectum requiritur, *Natt. cons.* 600. *num.* 20. *Surd. dec.*131.*n.*9.*Rot.diuers dec.*799.*n.*2.*in fin.& num.* 3, *par.*1.*Card. Mantic.dec.*357, *num.*4. *Greg. XV. decis,* 162.*n.*2.

Et ita vtraque, &c.

Istæ Decisiones in hac causa factæ sub die 26. *Iunij*, 1630.*& sub die* 7.*Martij* 1632.*coram eodem Reuerendiss. Dunozetto habentur infrà in Appendice.*

R.P.D. PIROVANO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Transactionis.

Veneris 28.*Maij* 1638.

ARGVMENTVM.

Cessio facta verbis amplissimis, & pr... omnia iura, nihil penitùs excluso ab... dente, & in cessionarium transfert, ... licet aliàs actiones directæ semper ap... tem remaneant, nihilominus isto c... transeunt in cessionarium, quòd proc... vbi in cessione additur titulus donat... positio in locum cedentis.

SVMMARIVM.

1 *Cessione facta verbis amplissimis omnia i... tur à cedente, & in cessionarium ... tur, & num.*3.
*Cessione facta per amplissima verba, si... agit, dicitur agere sint actione, num.... Reo sufficit se tueri, quod actor sine a... mer.*1.
2 *Exceptio actionis non competentis repell... limine iudicij.*
*Exceptio actionis non competentis imped... stationem, n.*2.
*Exceptio litis finitæ dicitur quoties a... tit, num.*2.
4 *Actiones directæ etiam facta cessione ap... remanent.*
Intellige tamen, quia sunt inutiles, & ... ibidem.
5 *Actiones vtiles, & directæ in cessionari... quoties cum titulò cessionis complicatur ... tionis, vel positio in locum cedentis.*
6 *Dictiones tantùm, & dumtaxat verb... dicuntur.*
7 *Transactio super vna re non extenditur ... illo diuersa.*
8 *Cessionarius molestari non potest à ced... cessa.*
Promittens aliquem non molestare nec ... illum neque directè, neque indirectè ... num. 8.
9 *Obligatio Cameralis habet executionem ...*

DECISIO XLVI.

IN venditione, quam fecit Flaminius ... Vrsinis *della Matrice* nuncupatus d... Turris Lupariæ pro pretio scut. 2000... runt scuta 12000. vinculata pro rei... & cautela fideicommissi per eundem ... in præambula donatione ad fauorem ... Federici filiorum, & substitutorum ... uatis scutis 4000. pro soluendis debit... ris ante donationem contractis, & ... 4000. pro extinguendis debitis per e... Flaminium post donationem factis, ... stremam summam scutorum 4000. ...

es in se accollarunt, sed nunquam promissa pleuerunt, vt propterea Ignatius superstes e-it contra Vrsinos pro illorum recuperatione, : autem pendente defuncto, & Io. Baptista ldino hærede instituto, qui illius hæreditatem n beneficio legis, & inuentarij adiuit, & in-cœtera bona hæreditaria Ignatij descripsit ditum prædictum contra Vrsinos scutorum oo. vna cum fructibus ab anno 1594. citrà, qui ndè ad sc. 13000. creuerunt, egerunt substi-i nempè Io: Baptista Iugulus, vti proximior orum donatoris pro medietate, & Lauinia atij soror pro alia dimidia vocata eorumque sionarij, qui obtinuerunt relaxari mandatum tra bona hæreditaria Ignatij obligati pro in-imento scutorum 12000. prouenientium ex tio Tenutæ supradictæ iuxta formam suæ igationis, de cuius validitate, & iustitia hodie quæreretur, Responsum fuit.

Mandatum esse exequendum, non tamen su-credito cesso scutorum 13000.

undamentum exceptionis crediti cessi fuit, a tam Lauinia soror, quam Io: Baptista Iu-us proximior substituti de ann. 1639. 17. Au-i, & 26. Septembris respectiuè concorda-t cum Io. Baptista Naldino, & transigendo endo, donando, in eumdem transtulerunt nia, & quęcumque Iura, & actiones sibi ip-uomodolibet competentia, & competitura, & super credito Vrsinorum tantum, & dum-at scut. 13000 vigore cuiuscumque fideicom-si, donationis, substitutionis, & alias vn-umque, & ex quocumque alio capite in om-us, & per omnia nihil penitus excepto, ita, Naldinus de iuribus Ignatij, & Lauiniæ res-iuè competentibus, & competituris experiri sit, non secus, ac si esset Iugulus, & Laui-subrogando Naldinum, & ponendo in eo-locum, & statum, ex quibus verbis amplis-is, cũ ab ipsis substitutis abdicata remaneant a iura, & actiones ex quacumque causa ad competentia, nihil penitus excepto, † suf-Naldino sola exceptione se tueri quoad su-lictum creditum contra substitutos sine actio-xperientes, *l. si Pupilli*, §. *videamus*, *ff. de ne-gest. Bart. in l. Nam, & postea in princ. n. 7. ff de iur.* quæ demonstratio actionis non compe-is ipso iure repellit actorem † à limine iudi-& impedit litis contestationem, & dicitur s finitæ, *Specul. de except. §. dicto n. 43. Bart. An-Alex. Fulgos. & Ias. in d. l. Nam, & posteà, Fe-n cap. exceptionem col. antepenult. n. 43. de except. qui prædictos, & alios allegat. cons. 214. num. 9.* ue dubitari potest de prædicta † totali abdi-one, quia ex supradictis verbis colligitur, & concurrentibus pro totali abdicatione, res-derunt *Menoch. cons. 335. num. 11. & seqq. vol. 1. cons. 267. n. 13.* & idem fuit firmatum *in decis. num. 3. part. 2. recent.* Quinimò & si actiones rectę facta cessione adhuc penès cedentem re-neant, quamuis inutiles, & inefficaces, *l. quis casus, l. Stico, ff. de pecul. l. 3. ff. Depositi, l. fin. ndo Fisc.* Attamen quando cum cessione com-atur titulus donationis, † & positio in locum entis, vt in præsenti tunc nedum vtiles, sed irectę transeunt in cessionarium, *Ruin. cons. 177. num. 6. vol. 1. Ronchegal. in l. 3. num. 69. ff. de duobus Reis, Thes. dec. 201. num. 4. & finali.*

Non obstat, quod transactiones, & concordiæ sint restrictæ ad creditum scutorum 13000.
6 per verba limitatiua, ibi: † *Tantum*, & ibi *Dumtaxat*, vt propterea Iura fideicommissi ab ipsis cedentibus non sint abdicata, neque cessionario acquisita taliter, quod cedentes non possint agere ex promissione, & obligatione Ignatij pro conseruando Censu scutorum 12900. & seu pro illius reintegratione Ignatio mortuo agere contra illius bona hæreditaria pignori, & hypothecæ supposita pro conseruatione fideicommissi in Censu creato, ex quo creditum scutorum 13000. & Census scutorum 12000. non
7 tendunt ad idem, † sed penitùs diuersa sunt, ad quæ transactio non se extendit, *leg. si de certa re, Cod de transact. Alex. cons. 11. num. 2. lib. 2. Surd. cons. 150. num. 6. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 6. num. 7. & 12. cum allegatis.*

Quia super responsione ad obiectum non est elaborandum, dum Naldinus non contendit in acquisitione crediti scutorum 13000. & iurium fideicommissi comprahendi Censum scutorum 12000. fideicommisso suppositum, sed
8 tantummodò non molestari in dominio, † et possessione crediti iusto titulo acquisiti, pro quo transigentes promiserunt molestiam, nec litem inferre Naldino, ita vt directè, nec per indirectum turbandus, aut contristandus sit Naldinus, *Bald. cons. 145. num. 1. lib. 2. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. num. 127. Surd. consil. 150. num. 15. Aldob. cons. 110. num. 39. volum. 1. & benè conuenit casui, de quo agitur, distinctio Baldi in supradicta l. si de certa re, in fine, C. de transaction.* quod si transigentes habuerunt respectum ad rem, aut ad causam, aut dubitatur, tunc transactio obstat, vel in parte, vel in totum, sed in præsenti clarum est, quod fuit habitus respectus ad particulare creditum, non autem ad causam Vniuersalem fideicommissi, vt ideò transactio obstabit quidem causæ fideicommissi respectu crediti, non autem in concursum quin transigentes possint ex capite separato agere contra bona hæreditaria, vltrà creditum, quatenus reperiantur in hæreditate Ignatij, pro conseruatione Census scutorum 12000. et seu illius reintegratione.

Censuerunt igitur Domini, excepto credito supradicto, mandatum esse exequendum contrà bona hæreditaria Ignatij, quia de illius obligatione in forma Cameræ Apostolicæ constat in solidum cum Flaminio eius Patre donatore Tenutæ supradictæ de conseruando Censu scutorum
9 12000. Fideicommisso supposito, quæ † cum habeat executionem paratam, meritò ab A. C. fuit relaxatum.

Neque hæsitarunt Domini de fideicommissi existentia, neque de purificatione illius per óbitum Federici, et Ignatij sine filijs, neque de legitimatione personarum Io: Baptistæ Iuguli, et Lauiniæ vocatorum quoniam omnia apparent iustificata ex actis, et Naldinus hodie nihil contrà prædicta excipit.

Et ita, etc.

R. P. D.

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO,

Corduben. Decimarum de Lucena,

Veneris 28. Maij 1638.

ARGVMENTVM.

Traditur materia exemptionis à solutione decimarum quam vigore priuilegiorum Summorum Pontificum habent Patres Societatis Iesu, vt scilicet ad illarum solutionem non teneantur aduersus quascumque personas etiam priuilegiatissimas, & etiam aduersus prætendentes habere quasi possessionem decimandi ex immemorabili cum fama priuilegij. Prouincialis Societatis Iesu non potest renunciare priuilegijs Societatis competentibus sine licentia Generalis.

SVMMARIVM.

1 *Societas IESV habet amplissimas exemptiones à quarumcumque decimarum solutionibus. & nu. 2. & 5.*
Etiam cum derogatione, cap. nuper de decimis, *num. 3.*

4 Cap. nuper de decimis, *continet constitutionem conciliarem.*

6 *Verba*, quibusuis, & quæcumque, *tanquam vniuersalia omnia comprehendunt,*
Imo habent vim specialis expressionis etiam in casibus vbi nominatio specifica requiritur. num. 7.

8 *Dictio*, etiam, *stat augumentatiuè, & ampliatiuè.*
Dictio, etiam, *exprimit casum magis dubitabilem, num. 8.*

9 *Tenor priuilegiorum est ponderandus, & inspiciendus.*

10 *Verba vniuersalia sunt propriè prout sonant intelligenda.*

11 *Verba vniuersalia in priuilegijs non admittunt interpretationem restrictiuam.*

12 *Verba clara in priuilegijs non mutant propriam significationem.*

13 *Verba clara in priuilegijs extenduntur etiam in præiudicium tertij cum Papa voluit, & potuit præiudicare.*

14 *Papa præsumitur habere scientiam illorum ad quos de iure communi spectat ius decimandi.*

15 *Priuilegio primo numquam censetur per secundum derogatum si de primo non est facta specialis mentio.*
Et hoc ob præsumptam Pontificis ignorantiam.
Priuilegium exemptionis à solutione decimarum præiudicat tantum illis ad quos de iure communi spectat ius decimandi. num. 14.
Contrarium verius, num. 16.

17 *Papa eximendo aliquem à solutione decimarum si decimæ sunt antiqua præiudicat etiam exigenti illas ex priuilegio. & num. 19. & 30.*
Et hoc etiam si in exemptione de priuilegio nulla fiat mentio.
Dummodo tamen exemptionem concesserit à quibuscumque decimis, etiam ad fauorem Imperatorum impositis. num. 17. 20. & 21.

18 *Verba*, aut alias, *posita post mention… munis factam non possunt verifi… speciali.*

22 *Papa quod possit eximere aliquem à de… iudicium habentis priuilegium nefas…*

23 *Epispcopi, & alij Prælati inferiores… Lateranense sub Alexandro III. … decimas in feudum concedere. & n…*

24 *Decimæ debitæ Laico titulo infeudati… cilium Lateranense non comprehendi… legio aliquem eximente.*

25 *Laicus est incapax decimarum.*

26 *Laicus ex priuilegio tantum potest ex… vel ex immemorabili cum fama pri…*
Vel ex infeudatione ante Concilium … alio æquipollenti titulo. num. 28.

29 *Allegans immemorabilem non dicit… liorem titulum de mundo.*

31 *Facultas infeudandi decimas concess… probibita sub Alexandro III., & … Vrbano II.*

32 *Corduba, & Lucena tempore Vrbani … dri III. erant sub potestate Mauro…*

33 *Corduba, & Lucena fuerunt ex po… rum recuperatæ de anno 1240.*

34 *Laicus possidens decimas tamquam f… re debet illas habuisse in feudum a… Concilium Lateranense, & quomo…*

35 *Titulum vnum qui allegat, & in eo … cluditur præsumptio alterius. & n…*

36 *Decimæ si possidentur vigore imm… fama priuilegij, liberè, & tanquam … dentur.*

37 *Si vero iure infeudationis, tunc dom… remanet penes Ecclesiam.*

38 *Priuilegio ex causa oneroso prouenien… simile Papam voluisse derogare. & …*
Priuilegio ex causa onerosa censeatur … ex alio Priuilegio posteriori non fa… cundo mentione de illo. vide num…

40 *Allegans immemorabilem cum fama … potest postea se fundare in priuilegio … roso.*

41 *Prouincialis Societatis IESV no… ciare priuilegio in materia decim… spectanti absque consensu Generali … & vide per tot.*

42 *R ligionis auctoritas tota residet in G… tem in Prouinciali.*

43 *Moderationes Priuilegiorum à solut… emanatæ à Leone XI., & Vrbano … factæ ad fauorem Ecclesiasticorum … tenduntur ad Laicos.*

LX…

DECISIO

PRO confirmatione Sententiæ … sponderunt Domini, attenta … te, contrà quam nihil est quod … & iustitia clarè patet ex decisioni… causa factis coram Illustrissimo D… no, in quibus firmatur Priuilegi… nos Pontifices Paulum III. Pium … gorium XIII. Venerabili Societat… cessa pro Exemptione a solutione … vtpotè amplissimis derogationum…

pta ; suffragari aduersus immemorabilem possessionem, quam vna cum fama priuilegij habet in iure decimandi pro se Excellentissimus Dux de Cardona.

Primò enim Paulus III. de anno 1549. concessit huiusmodi exemptionem Societati IESV, verbis amplissimis, † & clausulis prægnantibus; *solutione quarumcumque decimarum prædialium, personalium, ac etiam Papalium, cum clausula generali derogatoria, non obstantibus Constitutionibus, Ordinationibus, ac Iuramento, confirmatione Apostolica roboratis, Statutis, vel consuetudinibus* Guttier. *cons.* 5. *num.* 3.

Secundò, Pius Quartus *confirmans, seù approbans, vel de nouo concedens, quatenus opus sit, prædictam exemptionem † à solutione decimarum, & quarumcumque impositionum; pro potiori cautela, vniuersam Societatē Iesu omniaque & singula illius, Domus Probationis, & Collegia vbilibet existentia, præsentia, & futura, eorumque personas, fructus, redditus, ac prouentus, etiam bonorum Ecclesiasticorum, Secularium, & Regularium quarumcumque illis pro tempore vnitorum, aliasque, & bona quæcumque eximit à quibuscumque decimis etiam Papalibus, prædialibus, personalibus, quartis, medietatibus, & alijs fructuum partibus, subsidijs etiam charitatiuis, & alijs ordinarijs oneribus, etiam pro expeditione contra Infideles, defensione Patriæ, & alijs quomodolibet ad instantiā quoq; Imperatorū, Regum, Ducum, & aliorum Principum pro tempore impositis, quamuis in illorum impositione caueatur, quod nulla prorsus exemptio cuicunque aduersus illas suffragetur; cum clausulis*, quod de obreptione, *subreptione, aut nullitatis vitio, seù defectu intentionis, quouis prætextu quæsito colore impugnati non possit, cū clausula sublata, & de iure quæsito nōtollēdo.*

Tertiò, fel. recor. Gregorius XIII. prædicta priuilegia confirmauit, *& cap. nuper de Decimis*, derogauit, cui † vsque tunc derogatum non erat, prout requirebatur; attento quod in *d. cap. nuper*, extet Constitutio † Conciliaris, *Rebuff. de Decim. quæst.* 14. *num.* 56. *Rot. decis.* 122. & 123. *part.* 1. *diuers.*

Ex quibus priuilegijs sæpius à Rota canonizatis constat, prædictam Societatem habere exemptionem non decimandi, etiam aduersus habentem immemorabilem † cum fama priuilegij: id enim important illa verba, *quibusuis, & quæcumque*, quæ tanquam † vniuersalia omnia comprehendunt, *l. omnes, Cod. fine cens. vel reliq. l. prima, §. quod autem de vi, & vi armat. Decian. consil.* 297. *num. volum.* 2. & habent † vim specialis expressionis etiam in casibus, vbi nominatio specifica requiritur, *Curt. senior. consil. Crauet cons.* 294, *& 297. Siluan. cons.* 66. *nu.* 13. *et* 14. *lib.* 2. *Guttier. d. cons.* 5. *num.* 3. *cum seqq.* ponderatis illis verbis, ibi: *Etiam si Decimæ sint Papales*: quæ dicto, *Etiam*, † stant augmentatiuè, & ampliatiuè, *l.* 3. *C. de testibus, Gemin. cons.* 1. *num.* 10. & exprimit casum magis dubitabilem, *l. etiam, ff. de verb. signifi. Surd cons.* 445. *n.* 6. *Seraph. decis.* 530. *num.* 6. & cum tenor priuilegiorum † in primis ponderandus & inspiciendus sit, *cap. excipimus, capit. porro de priuileg.* verba vniuersalia sunt propriè, prout sonant, intelligenda, vt notat *Angel. in puncto de priuileg. exemptionis in l. final. versic. tertio quæritur, ff. de constitut. princip.* quem sequitur *Decian*, alios allegans *consil.* 413. *num.* 6. Vndè ab illis abborret

11 omnis interpretatio † restrictiua, *Bald. cons.* 271. *colum.* 2. *volum.* 1. Quia verba clara non mu-
12 tant † propriam significationem in priuilegijs, *cap. ad audientiam*, vbi *Abb. num.* 2. *de decim. Rebuff. de benefic. part.* 1. *tit. de decim. priuileg. et prescript. num.* 8. sed extenduntur quoque in præ-
13 iudicium † tertij *cap. quamuis de rescript. lib.* 6. cui Summus Pontifex præiudicare potuit, & voluit, *Decian. dicto cons.* 113. *num.* 7. *Rebuff. de decim. quæst.* 14. *num. finali*, vt patet ex clausulis derogatorijs, præsertim regulæ de iure quæsito non tollendo.

Vndè licet aliàs Rota senserit, quod similia priuilegia præiudicarent tantum illis, ad quos spectat ius decimandi de iure communi, cuius
14 Papam scientiam † habere præsumitur *Cassad. decis.* 1. *de priuileg. num.* 2. non autem illis, quibus tale ius competit ex priuilegio, vel ex alio particulari titulo: & ratio est, quia prædicto iuri numquam censetur derogatum per secun-
15 dum priuilegium, † nisi facta de illo speciali mentione, propter præsumptam ignorantiam Pontificis, *l. Decurionibus, Cod. de silentiar. lib.* 12. *Suarez alleg.* 18. *num.* 9. nouissimè *Castill. de tertijs reg. cap.* 36. *tom.* 7. *num.* 29.

Attamen re posteà maturius perpensa, & inter Dominos discussa, illis visum fuit contra-
16 rium, recedendo à decisionibus † relatis in decisionibus huius causæ * sub diebus 27. Februarij 1636. & 20. Ianuarij 1637. §. *Tamen, & Castil. supra num.* 40. & meritò, quia cum simus in decimis antiquis, non est facienda mentio in priuilegio exemptionis, ex eo, quod Papa scie-
17 bat, vel cogitabat has † decimas ab aliquo percipi, & sic quod præiudicabat ijs, quibus de iure communi, vel alias debebantur *Verall, decisio.* 263. *lib.* 1. in manuscriptis, vbi allegat *Cassador. in dicta decis.* 1. *num.* 2. *de priuileg.* Et ideò cum illa verba, *aut alias*, posita sint post mentionem
18 iuris communis, verificari non possunt † in alio, quam in iure speciali, *l. ius singulare*, vbi *Anton. Faber. ff. de legibus, gloss. in Clem.* 1. *verb. debitis, de decimis*, & propterea concludunt cum Cassadoro Interpretes, quod censeatur derogatum habenti ius speciale super exactione decimarum, cum
19 † id potuerit Papa cogitare, *Abb. in cap. dudum de priuileg. num.* 1. *Innocent. num.* 4. *Ioan. Andr. num.* 5. *Ancharan. num.* 3. *Butr. num.* 6. *Rot. decis.* 48. *nu.* 1. *& 2. par.* 1. *& decis.* 614. *num.* 3. *par.* 3. *recent.* vbi firmatur, quod quamuis non fuerit facta mentio quod, decimæ de iure speciali poterant spectare ad aliquē siue ex priuilegio, donatione, vel præsumptione; censeatur nihilomi-
20 nus † derogatum: & ratio est, quia cum simus in materia de sui natura præiudiciali, iuxtà *d. decis.* 1. *Cassador. de priuileg.* & Papa concesserit exemplum à quibuscumque decimis, etiam
21 impositis † ad fauorem Imperatorum, Regem, Ducum, ad quos spectare possunt de speciali, certum est, quod cogitauit de Laicis, præsertim derogando priuilegijs Vniuersitatum, & quibuscumque consuetudinibus indèque apparet voluisse eximere Societatem à prædictis Decimis.

22 † Quod verò potuerit, nefas est dubitare, Crauet.
consil. 206. num. 4. & 241. num. 5. vers. secund.
cum alleg. in d. secunda decis. Illustriss. D. mei
Decani.

Nec obstat, quod Excellentiss. D. Dux ha-
beat immemorabilem pro se cum fama priuile-
gij, & ita possit allegare infeudationem ante
Concilium Lateranense sub Alexandro III. de
anno 1179. de quo tempore Laici erant capaces,
23 ex quo Episcopi, † & alij Prelati inferiores pote-
rant eis decimas in feudum concedere, cap. cum
Apostolica de his, quæ fiunt à Prælat. Hostiens. in
Summa titul. de decim. §. tertio quæritur, circa finem
capit. 1. Episcopum, vel Abbatem, in vsibus feu-
dum, Couarr. lib. 1. variar. cap. 17. num. 5. Gut-
tier. lib. 1. practic. quæst. 15. per totam, præcipuè nu.
4. Aragon. 2.2 quæst. 87. art. 1., & propterea al-
24 legando titulum infeudationis non † fuerit li-
gatum priuilegium Venerabil. Societatis, ex
doctrina Ioann. Andr. in cap. Nuper numer. 4. de
Decim., vbi Butr. numer. 5. Antharan. num. 8. Rota
decis. 48. numer. 9. parte 1. recent.

Quia cum D. Dux sit Laicus, & consequenter
25 incapax † decimarum, cap. Causam de præscript.
cap. final. de rer. permut. Rebuff. in tract. de decim.
quæst. 10. num. 17. Monet. eodem tractat. cap. 5. qu.
3. nu. 57. ex Teolog. Diu. Thom. 22. quæst. 87. art.
3. Azor. moral. part. 1. lib. 7. cap. 34. quæst. 7. so-
26 lum potest illas habere, † vel ex priuilegio, cap.
ex parte il terzo de decim. cap. à nobis, cap. secundo,
§. statuimus eodem titul. in 6. Guttier. lib. 1. pract.
quæst. 14 nu. 1. & 2. Monet. de decim. d. cap. 5.
quæst. 3. num. 83. Balboa in d. cap. causam de presc.
27 num. 30. & 51. vel ex immemorabili † cum fama
priuilegij, Rip. in cap. 2. colum. final. de iudic.
idem Mantic. d. cap. 5. quæst. 5. & 6. num. 118. &
quæst. 3. n. 74. versic. puto tamen, Rot. dec. 215. part.
28 2. diuers. vel ex infeudatione ante † Concilium
Lateranense, aut alio æquipollenti titulo, Rebuff.
quæst. 13. de decim. num. 79. & 80. Couar. lib. 1.
variar. dict. cap. 17. num. 5. idem Monet. d. quæst.
3. num. 66. cum seqq. De priuilegio non constat,
& quatenus de eo constaret, censeretur illi dero-
gatum, etsi in priuilegijs Venerab. Societatis il-
lius nulla fuisset facta mentio, ex supra adductis
in §. Attamen num. 7.

Immemorabilis verò cum fama priuilegij li-
cet constet ex testibus pro parte dicti D. Ducis
examinatis, non autem suffragatur: quoniam
29 allegando immemorabilem dicitur † allegare
meliorem titulum de mundo, sed titulum ex pri-
uilegio, de quo extat fama, cuique clarè dero-
30 gatum fuit per Pontificem, † qui sciebat has de-
cimas antiquas de iure communi, vel speciali ad
aliquem spectare, Cassad. dicta decis. 2. de priuil.
cum alijs suprà allegatis.

Nec ex dicta immemorabili cum fama priui-
legij inferri potest ad infeudationem prætensam
per D. Ducem, super qua olim, & hodie eius in-
formantes insistebant. Quia vltrà quod huius-
modi infeudatio in hoc casu videtur impossibi-
lis, ex quo facultas infeudandi concessa Episco-
pis, siue fuerit prohibita per Concilium Latera-
nense sub Alexandro III. de anno 1179. siue se-
31 cundum alios † sub Vrbano II. de anno 1088.,
vt notat Balboa lib. 2. decretal. in dicto c. causam 7.

de præscript. nu. 14. 15. & 16. cum se[...]
Vit. Pontific. pagin. 450. & 566. & [...]
tempore constat Cordubam, & Lu[...]
32 decimis agitur, fuisse in potestate [...]
33 à quorum manibus fuerunt recupe[...]
no 1240., vt testantur Historici, [...]
Mariana de reb. Hispan. lib. 13. cap. [...]
de Garibay lib. 13. cap. 2., & sic ad m[...]
annos post infeudandi prohibitio[...]
omninò difficultas, cum non doceat[...]
recognitione feudali: nec aliquid d[...]
quo appareat decimas fuisse posse[...]
les, sed solum prætenditur hoc allega[...]
re immemorabilis. Nec sufficit ista [...]
nisi etiam probetur quod D. Dux ea[...]
feudum cum fama Inuestituræ ante [...]
Lateranense; ad quem effectum req[...]
34 quod testes deposuissent esse fama[...]
Dux habuerit in feudum ab Episco[...]
mas ante Concilium Lateranense, [...]
1. variar. d. cap. 17. num. 6. Rebuff[...]
13. num. 70. Balboa lib. 2. decretal. [...]
7. nu. 30. & 51. de præscript. & ben[...]
Illustrissimus D. meus Decanus i[...]
Causæ, §. huic fundamento in fin. Rot. [...]
2. diuers. & decis. 702. n. 1. par. 2. [...]
meritò excluditur allegatio infeuda[...]

Nam eo ipso, quod quis se restrin[...]
titulum, prout fecit D. Dux, ad i[...]
35 lem cum fama priuilegij, † exc[...]
sumptio alterius tituli, scilicet in[...]
Bellam, decis. 287. & 293. Rota dec. 7[...]
1. diuers. Gregor. dec. 353. n. 19 vbi [...]
mè quando vnus titulus excludit [...]
36 in præsenti; quia dum obtinentur [...]
gore immemorabilis cum fama pri[...]
liberè, & tanquam allodiale posside[...]
37 quando verò possidentur iure feud[...]
minium directum remanet penès E[...]
etiam similiter possidet, & domini[...]
possessione naturali dumtaxat trans[...]
cum, qui possidere dicitur nomine E[...]
rous. cons. 21. num. 1. vol. 1.

Nec suffragatur D. Duci, quod di[...]
prædictas decimas ex titulo oneroso[...]
recuperationem terrarum factam à [...]
38 priuilegio ex tali titulo † prouen[...]
verisimile Papam voluisse derogare, [...]
8. gloss. 25. & 28. Cassador dec. 1. de [...]
4. de priuileg., nouissimè Castill. de te[...]
36. nu. 28. vers. 3. res. Nam quicqui[...]
uilegium ex causa onerosa conce[...]
39 derogatum; † non facta de eo in [...]
tione; de qua re idem Gonzal. gloss. 9[...]
29. & 49. Carol. de Tap. in l. final de co[...]
num. 119. cum seqq. Gregor. Acas lib. [...]
43. Ferret. cons. 129. num. 2. lib. 3. R[...]
num. 69. vol. 3. Crescent. decis. 285. de p[...]
decis. 47. n. 3. lib. 1. latè Castill. supr[...]
seqq. Non applicantur in præsenti c[...]
ductis in §. Nec ex immemorabili num[...]
ipse Dux se restringit in suis proba[...]
probandam solam immemorabilem [...]
priuilegij, cui censetur derogatum [...]
40 tatis; & † consequenter non potest [...]
in titulo oneroso, qui censetur exclu[...]

onem alterius tituli, ex] tradit. per addent. *ad Gregor. XV. in dicta decis. 353. num. 19.*

His igitur stantibus dixerunt DD. nihil relevare renunciationem factam per Prouincialem priuilegijs Societatis, † à solutione decimarum ad fauorem D. Ducis. Quia vltra quod dicta renunciatio fuit conditionalis ob pactum in ea adiectum, quòd confirmari deberet auctoritate Apostolica; & sic conditione non adimpleta, illa imperfecta remansit; diluitur penitus obiectum ex defectu potestatis in Prouinciali transeunte, qui id facere non valuit absque consensu Reuerendissimi P. Generalis, † penès quem tota residet Religionis auctoritas. Vndè cum versemur in priuilegio concesso ad fauorem totius Ordinis, non autem personæ priuatæ, statim eidem Ordini fuit ius quæsitum, vt in fortioribus terminis respondit *Rot. in dec. 15. 22. & 23. par. 2. diuers.* vbi dicitur renunciationem factam priuilegio à solutione decimarum per Carolum Quintum Imperatorem, tanquam nimis præiudicialem vniuersæ militiæ non posse subsistere sine eiusdem Religionis, seù militiæ consensu, quamuis fieret reditus, ad ius commune: & propterea ex mera simplicitate dicti Prouincialis† non debet præiudicium inferri vniuersi Religioni, vt benè in decisione causæ *coram Illustriss. D. meo* [illegible]*etano sub die 10. Maij 1635. §. Non obstat.*

Nec aduersantur moderationes priuilegiorum [illegible]ctæ per sanctæ memoriæ Leonem XI. & S. D. [illegible] Quoniam emanarunt ad fauorem Ecclesiasticorum, † & ita non extenduntur ad Laicos, qualis est Excellentiss. D. Dux de Cardona.

Et sic conclusum vtraque parte informante.

Quam plures fuerunt factæ decis. in hac causa, Prima sub die 30. Aprilis 1635. altera sub die 10. Maij eiusdem anni, & Tertia sub die 15. Iunij pariter eiusdem anni omnes coram Reueren. Coccino, & hæ habentur penès Tamburinum in tractat. de Iure Abbatissarum decis. 32. & duobus seqq. *Quinimò duæ vltimæ habentur etiam in 7. parte recent. dec. 16. [illegible] decis. 44 sunt, & aliæ nempè sub die 27. Februar. 1636., & 30. Ianu. 1637. coram eodem Reuer. Coccino in dicta parte 7. decis. 103., & 193.*, & penès Dianam in 6. parte suorum Moral. fol. mihi 180. *iuxta impress. Venetam, adest alia decisio sub die 29. Maij 1638. aliæ verò quæ in eadem causa reperiuntur ponentur infrà suis locis iuxtà seriem temporum.*

R. P. D. GHISILERIO,
Postea Episcopo TERRACINEN.

Vrbeuentana Census,

Veneris 28. Maij 1638.

ARGVMENTVM.

Hac decisione latè declararatur quando Census impositus per Communitatem sine Beneplacito Apostolico, & sic nullus respectu Communitatis substineri possit, quoad personas in illo principaliter obligatas, saltem respectu damnorum, & interesse, sequendo decisiones in hac causa factas coram Vbaldo, & Dunozetto.

SVMMARIVM.

1 *Census impositus à Communitate sine Beneplacito Apostolico est ipso iure nullus.*

2 *Obligatus vti principalis in censu per Communitatem sine Beneplacito imposito, tenetur ad fructus loco damnorum, & interesse.*

Census per Communitatem sine Beneplacito impositus, licèt quoad ipsam sit nullus substinetur tamen quoad principaliter in eo obligatos saltim loco damnarum, & interesse. num. 2. & 7. cum seqq.

3 *Obligatus in casum nullitatis census, tenetur ad damna, & interesse ex quocumque capite nullitas contigerit. & n. 9.*

4 *Interesse census ex ipso Instrumento census dicitur liquidum.*

Interesse census taxatur ad eadem quantitatem, quæ pro censu anuuo conuenta fuit in Instrumento. numer. 4.

5 *Recognoscens bonam fidem dicitur se obligare eo modo, & ad ea omnia, ad quæ principalis debitor obligatus inuenitur. & num. seqq.*

Recognoscens bonam fidem acquirit omnia iura tam actiua, quam passiua. num. 5.

Contractus censetur ab initio initus, & stipulatus cum recognitore bonæ fidei. num. 5.

6 *Verba,* omninò semper, ac omni tempore, *omne tempus, & casum includunt.*

7 *Obligatio recognitoris bonæ fidei adhuc substinetur, data etiam nullitate principalis obligationis.*

Obligatio recognitoris bonæ fidei nullam habet dependentiam ab obligatione principalis debitoris, sed consideratur de per se. num. 7.

8 *Obligatio principalis si est nulla fauore aliquo speciali, non ex hoc dicitur nulla obligatio accessoria, cuius respectu fauor nullitatis non militat.*

9 *Obligatus ad damna, & interesse in casum nullitatis census tenetur etiam si nullitas ex defectu facultatis imponendi proueniat.*

10 *Census potest imponi etiam super fundo alieno, & vide num. 14. & seqq.*

Amplia si dominus non reclamauerit, quinimò fortius si consensit. num. 10.

11 *Contractum impugnare non potest, qui illum approbauit per interpositionem decreti, & concessionem licentiæ contrahendi.*

12 *Recognoscens bonam fidem non potest allegare nullitatem, quæ respicit fauorem solius principalis debitoris.*

13 *Emens scienter censum super alieno fundo impositum, non consequitur fructus, nec etiam ratione damnorum, & interesse, & num. seqq. ac etiam num. 22. par. cum seqq.*

14 *Census impositus à Matre super fundo filiorum est nullus tanquam super re aliena, & sine fundo.*

15 *Emens censum super alieno fundo impositum adhoc, vt census sit nullus, non solum scire debet fundum esse alienum, sed requiritur scientia probibitionis hypothecæ, seù alienationis.*

Scientia omnium qualitatum requiritur in emente censum super alieno fundo impositum, vt repellatur à petitione damnorum, & interesse. num. 15.

16 *Scientia ad effectum amissionis iuris sui debet esse certa, & indubitata, nec sufficit præsumpta.*

17 *Scientia præsumpta per famam non sufficit vbi de graui præiudicio agitur, scilicet amissione iuris quæsiti.*

18 *Scientia Constitutionum Pontificum, extrauagantium in corpore iuris non clausarum non præsumitur. & num. seqq.*

19 *Ignorantia extrauagantiam non dicitur ignorantia iuris.*

20 *Solemnitas extrinseca non contemporaneè cum actu requisita potest in alia scriptura interuenire.*

21 *Bona fides deducitur ex qualitatibus, & circumstantijs, quæ in actu interuenerunt præsertim effectum damni vitandi, & super num. antecedenti.*

22 *Emptor census certus, & indubitatus, quod ille imponebatur super re aliena non consequitur fructus, nec etiam ratione damnorum, et interesse, et vide etiam sup. n. 13. cum seqq.*

23 *Mulieris obligatio ex defectu causæ non tenet, maximè vbi releuatorem non habet.*

24 *Decisio Cantuccij in causa Rom. census, seu saluiani 29. Martij 1585. fuit reuocata coram Seraphino vt in eius decis. 7. 85. et 787.*

25 *Promissio de euictione in forma iuris valida, et in Vrbe consueta continet obligationem damnorum, et interesse in casum nullitatis, inualiditatis, & rescissionis contractus, ex quocumq; capite resultans.*

26 *Emptor census in casum nullitatis illius satis sibi prospexisse dicitur de damnis, et interesse ex promissione de euictione iuxtà formam iuris validam, et in Vrbe consuetam.*

27 *Fructus loco damnorum, et interesse soluere tenetur debitor census in casum nullitatis illius, si ad illos etiam per generalissima verba se obligauit.*

28 *Damna, & interesse expressè stipulata debentur, etiam in casu, quo aliàs non deberentur.*

DECISIO XLVIII.

Commissa mihi causa appellationis interpositæ pro parte Excellētiss. D. Ducis Sfortiæ, ac illius Creditorum à decreto R. P. D. mei Dunozetti de exequendo mandatum relaxatum ab Eminentissimo Cardinali Vbaldo vti deputato ab A. C. tunc Rotæ Auditore contra bon. mem. Excellentiss. D. Ducem Sfortiam obligatum in censu imposito à Communitate Proceni, etiamsi non interuenerit in primo instrumento impositionis census, quia per particulare instrumentum agnoscendo bonā fidem confessus fuit omnia facta fuisse intuitu, & contemplatione sua & se habuisse, & recepisse pretium d. Census à Procuratoribus dictæ Communitatis promittendo solutionem fructuum, & omninò d. Communitatem, & eius fideiussores indemnes, ac indemnem conseruare obligando seipsum, suosque hæredes, & successores, & bona præsentia, & futura in forma Cameræ iuxtà formam rescripti Signaturæ, Proposui, An esset procedendum ad vlteriorem exequutionem, & Domini stante validitate, & iustitia mandatorum Rotalium de qua constat ex decisionibus factis sub * diebus 10. Maij 1628. & 11. Maij 1629. coram Eminentiss. Card. Vbaldo, & 21. Maij 1635. coram R. P. D. meo Dunozetto pariter in hac instantia affirmatiuè responderunt.

Quia licet Census de quo agitur fuerit nulli-
1 tèr impositus respectu † Communitatis ex defectu Beneplaciti Apostolici ixuta *Constitut. Sixti V. in ordine 42. §. 5. & §. 7. Constitutionem Clem. VIII. in ordine 10. §. 11.* cum decreto irritanti, & clausulis amplissimis, vt notat *Cinc. de cens. par. 1. cap. 2. quæst. 3. artic. 1. num. 16.* Nihilomi
ipsum D. Ducem principalitèr oblig
confessionem ipsius in instrumento
bonæ fidei dum constituendo princip
torem fassus fuit censum fuisse sui c
2 ne impositum, & illius bonam fidem
quo ad ipsum inquam sustinetur ad
teneatur ad fructus ratione damnoru
se, vt in puncto *Rota coram Seraph. dec*
& apud Cinc. de cens decis. 138. cum al
ram Eminentiss. Vbaldo sub die 11. Ma
non obstat exceptio. Quod facilius p
obligatione particulari D. Ducis, q
se obligauit pro solutione in casu va
sus, sed etiam in casu nullitatis ad o
3 † & interesse propter quam nullitat
que capite contigerit factus fuit loc
ni damnorum, & interesse, vt tenu
dertina Census 26. Maij 1600. coram In
de cens. d. decis. 138. num. 7. & in Ro
Februarij 1618. coram bon. mem. Vba
teria census interesse satis dicitur li
4 so instrumento census nam † est tax
lam quantitatem, quæ pro censu an
fuit in instrumento *Rot. coram Seraph*
mer 1. & 387. num. 6. cum alijs pluri
bus cumulatis per *Cinc. de cens. par. 1.*
art. 4. num. 6. Et quamuis promissio
D. Ducis in casu inualiditatis expr
tur in instrumento recognitionis bo
men cum Communitas in casu null
gauerit ad damna, & interesse, & l
ligauit ad omnia, & singula conte
mento facto per Communitatem,
etiam se ad damna, & interesse in c
5 se† obligauit, quia recognoscendo b
& in se suscipiendo onus census om
nes actiones actiuæ, & passiuæ fue
translatæ, perinde ac si ab initio co
set cum eo initus, & stipulatus, v
decis. 81. num. 1. & 2. penes Zacch.
& propterea cum Communitas med
curatibus se obligasset in casu null
deiussoris pariter se obligassent ad o
gula in instrumento constitutionis
tenta vti principales principalitèr, &
& voluerint teneri eo modo, & p
Communitas Proceni hinc fit Domi
etiam in casu d. nullitatis adstrictu
posse ad damna, & interesse alioqu
frustratoria illius præcisa, & explic
d. Communitatem, & eius fideiu
semper, ac omni tempore indemnem
nes conseruari ab omni damno, ex
teresse quomodolibet passa, & passu
6 patieñ occasione d. census † impos
quæ verba omne tempus, & casum
1. vbi Doct. ff. sol. matr. Rot. dec. 359.
& decis. 24. num. 14. par. 1. rec.

Qua obligatione stante etiam p
Census nullitate damna, & interes
7 bentur † cum illius obligatio nullam
pendentiam ab obligatione Commu
consideretur per se sola, *Bart. in l. fi*
mer. 15. ff. de fideiuss. Natt. conf. 26.
cons. 32. in fin. lib. 6. san. mem. Greg

num. 7. Rota in Bonon. Census 16. Ianuar. 1630. coram me, nec facit quo fauore Communitatis annulletur obligatio ex priuilegio speciali dictarum Constitutionum, quia non ideò corruit obligatio accessoria; † quæ non est æquè fauorabilis cum respectu D. Ducis non militet eadem ratio, quæ militat respectu Communitatis, *Rota coram bon. mem. Orano, in Rom census de Prouanis 8. Apr. 1599. & coram eodem in Rom. euictiones 5. Iunij 1594. extensa per Seraph. quæ est inter impress. decis. 1334. san. mem. Gregor XV. d. decis. 321. num. 6. vbi add. n. 3. Rot. in d. Bonon. census coram me*, & quando obligatus in contractu teneri voluit ad damna, & interesse, etiam in casu † nullitatis contractus principalis, tunc & eo casu non obstante huiusmodi nullitate illum teneri, & conueniri posse, tenuit *Rot. in d. Tudertina census 26. Maij 1660. coram Iusto penes Cinc. de cens. decis. 138. num. 8. & in Rom. Census 19. Febr. 1618. coram bon. mem. Vbaldo*, & antea *coram san. mem. Greg. XV. decis. 5. nu 8. & decis. 564. num. 4.* Quod autem D. Dux se obligauerit etiam in casu nullitatis inualiditatis, & rescissionis contractus ex quocumque capite fuit ponderatum supra iuxtà decisiones supradictas antea in hac causa factas.

Et cum Census validè imponi possit † super re aliena, vt firmatur in dd. decisionibus præsertim non reclamanteDomino fundi imò consentiente, prout in casu nostro iuxtà *decisionem 132. num. 2. & decis. 16. num. 2. & 3. post Cinc. de cens.* vel Dominus Dux tenetur ad fructus ob validam illius impositionem, nec releuat, quod postea Communitatis dederit de nullitate census, quia vltra quod ab initio impositioni census consensit admisso, quod census ab initio fuerit nullus non ex defectu formæ, sed tantum facultatis imponendi illum super tenuta ipsius Communitatis, non propterea sequitur, quod Dominus Dux non teneatur ad damna, & interesse si ad illa se obligauit in euentum nullitatis ipsius Census; indeque sequitur ipsum † non posse impugnare contractum, quem approbauit non solum interponendo decretum, & dando ipsi licentiam contrahendi *Grat. discept. for. cap. 916. num. 11.* sed etiam agnoscendo bonam fidem cum obligatione solvendi fructus census, & conseruandi indemnem Communitatem ac fideiussores, nec ad sui commodum † allegare nullitatem, quæ respicit fauorem solius Communitatis *ad text. in l. & si bis ibi Bald. C. de præd. minor. & in l. quidam ff. de Velleian.* vt benè fuit firmatum in decisionibus, nec allegare præiudicium Communitatis, quam ipse indemnem releuare promisit.

Non obstat, quod cum emptor census sciuerit censum imponi super duabus tenutis Communitatis cum hoc fuerit expressum, tàm in mandato procuræ Communitatis, quàm in instrumento impositionis census ei non debeantur fructus loco damnorum, & interesse ex eò quod scienter ementi censum super feudo alieno impositum non debentur fructus, neque etiam damna, & interesse, quia esset vsura, vt in terminis impositionis census super fundo alieno, & qui non potest censuari tradunt *Nauarr. de vsur. quæst. 29. n. 119. Roccac. de cens. par. 2 sub num. 47. Azor. instit. mor. l. par. 3. lib. 10. cap. 7. sub quæst. 7. Cinc. de cens. par. 1. cap. 2. quæst. 1. art. 1. num. 14.* & firmauit *Rota coram bon. mem. Andrea decis. 33. num. 6. & 7. impress post. Cinc. decis. 309. & in recent. 678. par. 1.* in qua occasione census impositi à Matre, & Tutrice pupil-
14 lorum super fundo † pupillorum fuit decisum impositionem fuisse nullam, quia super re aliena, & sine fundo, nec intrare obligationem ad damna, & interesse dum in ipso instrumento impositionis ex assertione matris sciuerunt creditores domum super qua fuit impositus census ad filios non ad matrem spectare,

Nam fuit responsum obiectum cessare, qui ad excludendum emptorem à consequutione fru-
15 ctuum saltèm loco damnorum, & interesse † non sufficit scientia facti, idest quod fundus sit alienus, sed necessaria est etiam scientia prohibitionis, quæ impedit illius hypothecam, seu alienationem cum requiratur scientia omnium qualitatum *iuxta glos. communiter approbatam in cap. concertationi in verb. sciuerit de appellat. in 6.* & ad effectum
16 amissionis iuris sui scientia † debet esse certa, & indubitata, nec sufficit præsumpta ad not. per *Felin. in cap. cum contingat. col. 2. vers. & dicit Bald. hic de rescript. glos. in Clem. vnica in glos. penult. & ibi Card. col. penult. vers. tertio quæritur de concess. præb. Rota coram Put. decis. 242. lib. 1. in correct.*
17 vbi quod quando agitur de præiudicio † graui, scilicèt de amissione iuris quæsiti non sufficit scientia præsumpta per famam, *& decis. 6. de probat. coram eodem, & coram Mohed. decis. 4. eodem tit. Seraph. decis. 991. num. 2. & 1239 num. 1.* in hoc autem casu licet emptor census sciret censum imponi super tenutis Communitatis, non indè tamen pernecesse infertur ad scientiam nullitatis impo-
18 sitionis† cum scientia prædictarum Constitutionum extrauagantium in corpore iuris non clausarum non præsumatur, vt in *cap. 1. de constit. in 6. Bart. in l. cum prolatis ff. de re iudic. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 31. nu. 5. Gemin. cons. 78. n. 1. & seqq. Card. cons. 40. num. 1.* quia sicut datur pro-
19 babilis† ignorantia extrauagantis, & ignorantia extrauagantis non dicitur ignorantia iuris, vt dicit *text. in probem. decret. vers. Sane*, & dum Communitas eiusque Procuratores ad hoc specialitèr constituti, necnon fideiussores, & Dominus Dux bona fidei recognitor medio iuramento affirmarunt census impositionem fuisse bonam, & benè, ac legitimè factam, dictosque fundos esse liberos ab omni impedimento. Emptor census credere potuit, & debuit licentiam pro validitate census requisitam interuenisse, maximè considerandus ante census impositionem præcessisse Ducis licētiam eiusdemque decretum super approbatione mandati facti à Communitate, & consequentèr credere potuit contractum esse validum, prout in instrumento ipsi fuit assertum, vel licentiam Summi Pontificis præcessisse, quæ cum sit solem-
20 tas intrinseca tanquam † non contemporaneè cum actu requisita poterat in alia scriptura contineri quam in ea, per quam actus celebrabatur, quæ circumstantiæ sufficiunt ad causandam bonā fidem iuxta ea quæ tradit *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina n. 95. & 102. de caus. poss. & propriet.* præ-
21 sertim † ad effectum damni euitandi *Crescent. decis. 10. nu. 13. vers. & tanto magis de dol. & contum.*

Nec obstat supra allegata *decisio Andreæ 33.* dein-

deinde impress. apud recent. & post Cinc. & Romana census, seu Saluiani 29. Martij 1585. coram Cantuccio apud Cincium decis. 45. num. 3. quia in casu dd. de-
22 cisionum † scientia emptoris erat certa, & indubitata, quæ scientia cessat in emptores huius census, qui poterat ex supradictis probabilitèr credere impositionem census bonam, veram, & validè factam, & in decisione Andreæ Dominus fundi non consenserat impositioni census, vt hic & inhabilitas, quæ causabat nullitatem contractus in personis pupillorum obstabat etiam respectu Tutricis cuius etiam obligatio corruebat ex defectu causę cum illa nullam vtilitatem ex d. censu
23 consequeretur, nec teneretur † tanquam debitum proprium agnoscere, nec constat quod ipsa habebet releuatorem, & sic tantò magis apparebat, quod remanserat decepta contra *Stat. Vrb. lib. 1. cap. 151. vt in d. decis. sub num.* 5. quo verò ad de-
24 cisionem Cantucci † contra eum fuit resolutum *in eadem causa coram Seraph. dec. 785. & 787. in alijs decisionibus relatis per Cinc. de cens. par. 1. cap. 2. q. 1. art. 6. num. 41. & sequentibus.*

Et in omnem casum stante particulari conuentione de euictione in forma iuris valida, & in Vrbe consueta, quæ continet obligationem ad
25 † damna, & interesse in casu nullitatis, inualiditatis, & rescissionis contractus ex quocumque capite, & causa, etiam in corpore iuris clausis, prout legitur in extensione clausulæ in Vrbe consueta Sum. *num* 4. sibi consuluit emptor census in
26 † casu nullitatis damna, & interesse deberi, *l. si fundum sciens. C de euict. Abb. cons. 30. nu. 3. lib. 3. cum alys relatis à Roland. cons. 67. per tot. lib. 4. Surd. cons.* 441. *num.* 37 *lib. 3. & decis.* 208. *num. 2. Marescott. var. resolut. lib. 2. c. 19. n.* 28. & in istis terminis *Seraph. d. decis.* 785. *num.* 8. ita quod etiam si sciuisset censum imponi super tenutis Cõmunitatis
27 tamen ex † conuentione per generalissima verba D. Dux promissionem omninò seruare tenetur, & consequentèr fructus census saltem ratione damnorum, & interesse, iuxtà *decis. sanct. mem. Gregor. XV.* 564 *num. 4. cum alijs supra allegatis*, &
28 generalitèr † damna, & interesse deberi eo in casu quo aliàs non deberētur quando illa expressè stipulata fuerunt latè *Surd. cons.* 442. *per tot. & maximè n. 12. vers cum igitur lib. 3.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum esse procedendum ad vlteriorem exequutionem, &c.

¶ *Decisiones supra enunciatæ in hac causa factæ habentur in 7. part. recentior. nempè decisio 46. 271. & 273.*

R. P. D. ROIAS

Postea Episcopo TARRACONEN.

Illerdeñ Priorissæ.

Lunæ 31. Maij 1638.

ARGVMENTVM.

Absolutio à censuris incursis ob non paritionem Mandati Rotalis, & ob recursum ad Officiales Regios conceditur stante paritione, & purgãdo contumaciam, & si absolu rit per Procuratorem specialitèr dep

SVMMARIVM.

1 *Absolutio à censuris conceditur stante obedientia purgando contumaciam.*
2 *Absolutio peti potest per procuratorem mandato deputatum, & hoc sufficit, v cedatur, & num. 3.*
4 *Paritio ad effectum obtinendi absolutio incursis per inobedientiam mandati sufficiens.*
Quando per Procuratorem specialitèr d statur omnis patientia pro executione pedimentorum cessatione.
Quæ præstatio patientiæ sufficit, & mortem collitigantis num. 5. & 6.
7 *Declaratio parendi mandato Rotali pro obtinenda absolutione à censuris.*

DECISIO XLIX.

VAcante officio Priorissæ in Mo xena Ordinis Hierosolymitani D. Philippæ de Azlor, fuit electa Pomar à maiori parte Monialium quas, vt asseritur, ius eligendi Prio tàm ex Constitutionibus Conuent III. confirmatis, quàm ex consu annorum 300. continuata.

A maiori autem parte Moniali electa fuit D. Francisca de Molin iure communi talis electio pertin *Rota coram me in hac causa die 1. Iun cembr.* 1636. quibus in decisionibu bio super manutentione, eidem D concessit, pro qua etiam declarat granatoriam relaxauit contra d. I paritionem mandati Rotalis sub d & 12. Octobr. 1637.

Rebus sic stantibus D. Francis extremum, & D. Isabella ob recur officiales Regios, & non paritio Rotalis petijt absolui à censuris in posito dubio, An esset absoluenda
1 matiuè responderunt; quia † cont ritione, & obedientia debita, pu maciam *cap. qua fronte extra de ap sentent. excomm. in 6. Rota decis.* 24 *decis.* 649. *in fin. par. 4. recent. & i nonicatus 7. Iunij* 1633. *coram Reuer Merlino.*

Quantum attinet ad recursus ha
2 ces laicos, fuit paritum † iuxtà fo per procuratorem ad hoc specialitè vt docet *glos. in verbo, vel pacisci gendum 4. de procur. in 6. cap. quod sentent. excomm Sayrus de censur. lib*
3 quod † sufficit, vt absolutio conce *de sent. excom. in 6. & fuit dictum causa die 13. Octobris 1636.*

Quo verò ad censuras relaxatas tionem mandati Rotalis de manu cam, satis costat de paritione, ex qu

r procuratorem ad hoc specialitèr deputatum, æstat omnimodam patientiam pro illius exe-
tione † cum cessatione à quibuscumque impe-
mentis ex parte sua præstitis *Rota decis. 319.*
n. 2. & decis. 614. à num. 3. par. 3. recent. Caual.
cis. 364. n. 2. & 3. & coram Buratto, & decis. 17. &
i Adden.

Non obstat, quod huiusmodi paritio non fue-
t facta viuente d. Francisca Molner, & sic illa
deatur frustratoria, cum † non supersit persona,
ius fauore præstanda sit ista patientia pro ma-
tentione; Nam cùm D. Isabella vigore dicti
andati Rotalis solùm teneatur pati, vt Francis-
posset recuperare suam anteriorem possessio-
m, respectu possessionis † corporalis, videtur di-
ndum, quod illa hodie pareat eidem mandato,
m declarat, se præstare patientiam pro execu-
ne mandati Rotalis, & renunciare quibuscun-
e impedimentis præstitis; cum enim hodie non
ssit d. mandatum executionem habere in per-
nam Franciscæ propter illius obitum; ideò DD.
um fuit, sufficere d. declarationem, & renun-
tionem, vt firmatum fuit in supradictis deci-
nibus coram Caualerio, & Buratto; cum ex
† satis constet de eiusdem animo parendi
ndato Rotali; & sic dixerunt, dandam esse ab-
tionem D. Isabellæ, facta tamen obligatione
parendo mandatis Ecclesiæ *ad text. in cap. cum*
deres, vbi glos. verb. nisi forma Ecclesiæ de sent.
omm. not. Lap. alleg. 7. n. 6. & ibi Mandos. in ad-
litt. D.

Et ita resolutum, D. Isabella tantùm infor-
nte.

EVERENDISS. P. D. DVNOZETTO,

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Romana fideicommissi de Rodianis.

Lunæ 31. Maij 1638.

ARGVMENTVM.

tio filiorum aut descendentium in conditione
itorum porrigitur æquè ad masculos, ac fæmi-
etiam Statuto Vrbis attento, quod pariter in
nsuersalibus sibi locum vindicat.

SVMMARIVM.

deicommissum factum de filijs masculis cum onere
otandi fæminas illas non comprehendit.
æminæ non veniunt appellatione masculorum n. 1.
deicommissum, vel substitutio alicui facta si sine fi-
ijs decederet, expirat eo cum filijs prædefuncto.
ilij in conditione positi ex statuto Vrbis censentur
vocati, & nu. 7.
ilij expressè vocati, si deindè in conditione ponantur,
ta vt statuto, vel coniecturis censeantur vocati, non
icuntur absolutè vocati, sed tantùm in eo casu, in quo
erint expressè vocati.
iliorum in conditione positorum appellatione æquè
masculi, ac fæminæ veniunt.
escendentibus in conditione positis veniunt nedum
masculi, sed etiam fæminæ.

8 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 142. *de filijs in condi-tione positis habet etiam locum in transuersali-bus.*

9 *Statutum Vrbis* lib 1. cap. 142. *de filijs in condi-tione positis procedit etiam fauore filiarum fæmina-rum.*

10 *Dictio*, quouis modo, *plura tempore, & infinitata-tem significat.*

Dictio, quouis tempore, *omne tempus*, *ac etiam in-finitatem demonstrat num. 10.*

DECISIO L.

CAESAR Rodianus in eius, sub quo decessit te-stamento instituto hærede vniuersali Iacobo Antonio ex Iulia sorore nepote substituit filios masculos legitimos, & naturales ex ipso nasci-turos, & alios eius descendentes masculos in in-finitum cum onere dotandi filias fœminas ex eo-dem Iacobo Antonio, eiusque descendentibus masculis legitimis, & naturalibus in infinitum. Et casu quo d. Iacobus Antonius decederet sine filijs masculis substituit filias fœminas natas ex eodem Iacobo Antonio, eorumque descendentes masculos legitimos, & naturales, & masculis de-ficientibus fœminas in futurum de gradu in gra-dum ordine successiuo.

Et demum casu quo idem Iacobus Antonius decederet sine filijs, aut eius descendentes dece-derent quouis modo paritèr sine filijs substituit pro medietate Societatem Sanctiss. Annunciatæ, altera verò medietate Hospitali S. Iacobi Incura-bilium de Vrbe.

Decessit Iacobus Antonius primus hæres gra-uatus relictis Iulio Cæsare filio masculo, ac DD. Laura, & Virginia filiabus fœminis. Deindè obijt dictus Iulius Cæsar nulla relicta prole, hæ-redibus institutis DD. Iuliano, & fratribus de Mazzinghis.

Sed prætendentibus prædictis Laura, & Virgi-nia se fuisse vocatas ad fideicommissum d. q. Cæ-saris, illudque per obitum d. Iulij Cæsaris sine fi-lijs fuisse ad earum fauorem purificatum, causa de consensu partium mihi commissa, Dubitaui an constaret de fideicommisso d. q. Cæsaris puri-ficato ad fauorem dd. fœminarum.

In cuius dubij positione informantes pro DD. Mazzinghis tres præcipuè casus ex prædicta se-seriè testamenti colligebant, eosque sigillatim examinando dictas fœminas excludere prætende-bant quorum.

Primus erat obitus Iacobi Antonij primi hæ-redis instituti, cum filijs, vel descendentibus ma-sculis, & fœminis quo casu testator ei substituit prædictos filios, & descendentes masculos, fœmi-nas verò dotari mandauit, ex qua masculorum expressa vocatione inferebatur dd. Lauram, & Virginiam in isto casu non esse vocatas, cum ap-

1 pellatione † masculorum veniant fœminæ, *Bart. l. cum Auus num. 4. & ibidem Rustic. lib. 3. cap. 10. num. 2. ff. de condit. & demonstr. Rota in recent. decis. 780. num. 2. ad med. par. 3.*

Secundus verò casus erat obitus d. Iacobi Anto-nij sine filijs masculis, in quo licet testator sub-stituerit filias fœminas eiusdem Iobobi Antonij; Nihilominus iste casus nequaquam euenisse dice-

ceba-

cebatur, quia cum d. Iacobus Antonius decesserit cum Iulio Cæsare filio masculo vtiq; prætendebatur defecisse conditionem sine filijs, sub
2 qua dd. fœminæ vocatæ fuerunt, † & per consequens fideicommissum ad earum fauorem expirasse censetur *iuxt. vulg. cons. Oldrad.* 21, *per tot. Rot. dec.* 280. *num.* 1. *par.* 2. *& dec.* 491. *nu.* 4. *par. diu. & dec* 486. *nu.* 6. *par.* 1 *rec.*

Tertius deniq; casus erat, quo idem Iacobus Antonius decederet sine filijs, aut eius descendentes decederent pariter sine filijs, quo casu testator substituit loca pia. At neque istum casum dd. fœminis suffragari contendebant informantes pro DD. Mazzinghis, quia licet illæ ve-
3 nirent sub nomine collectiuo filiorum & descendentium Iacobi Antonij, & sic tanquam positæ in conditione essent vocatæ ex *Statuto Vrbis lib.* 1. *cap.* 141. Nihilominus dicebatur ista vocatio intelligenda in eo casu, in quo testator superius eas expresse vocauit nimirum in secundo casu quo Iacobus Antonius decederet sine filijs
4 masculis ex eo quod vbi quis in vno casu fuit expresse vocatus, si deinde in alio casu ponatur in conditione, aut ex coniecturis vocatus præsumatur, non censetur absolute vocatus, sed in eo casu, in quo fuerat expresse vocatus, *ex trad. per Fusar quæst.* 437. *nu.* 152.

His tamen non obstantibus DD. quidquid sit de primo, & secundo casu, ex tertio casu responderunt pro vocatione dd. fœminarum. Cum enim testator in prædicto tertio casu simpliciter posuerit in conditione filios Iacobi Antonij non expressa qualitate masculinitatis satis elicitur eum posuisse in conditione filios, tàm masculos, quàm fœminas, & sic etiam dd. Lauram, & Virginiam eiusdem Iacobi Antonij filias, cum appellatione filiorum in conditione positorum
5 non solùm masculi, sed etiam fœminæ comprehendantur *l. si quis ita, ff. de testam. l.* 1. *C. de cond. insert. Cephal. consil.* 306. *&* 435. *nu.* 2. *Hond. cons.* 57. *& cons.* 65. *nu.* 46. *lib.* 1. *Peregr. cons.* 36. *nu.* 17. *lib.* 1. *Surd. cons.* 156. *nu.* 3. *lib.* 2. *Mant. de coniect. lib.* 11. *tit.* 14. *Rot. decis.* 483. *num.* 2. *par.* 4. *Seraph. dec.* 880. *num.* 3.

Stante præsertim altera parte eiusdem substitutionis, in qua testator posuit pariter in conditione descendentes ex eodem Iacobo Atonio, ibi, *o vero li suoi descendenti in qualsiuoglia modo morissero senza figli*. Hinc apparet omnes descendentes d. Iacobi Antonij tàm masculos, quàm fœminas, & sic etiam dictas Lauram, & Virginiam ex d. Iacobo Antonio descendentes fuisse
6 in conditione positas, cum appellatione descenpentium simpliciter in conditione positorum etiam fœminæ veniant *l.* 1. *C. de condit. insert. Reuerendiss. D. meus Dec. decis.* 294. *nu.* 5. *Rot. dec.* 255. *nu.* 1. *par.* 1. *& dec.* 697. *nu.* 2. *par.* 3. *& dec.* 176. *nu.* 36. *& dec.* 368. *nu.* 6. *par.* 5. *rec.* cum alijs per *Fusar. de substit. qu.* 325. *num.* 1. *&* 2. Vnde cum dd. fœminæ semel atque iterum fuerint po-
7 sitæ in † conditione sub nomine filiorum, & descendentium d. Iacobi Antonij clarè sequitur eas fuisse dispositiue vocatas ex *Statut. Vrb. lib.* 1. *cap.* 142. sępius à Rota canonizato, quod Statutum habere locum etiam in transuersalibus dixit *Rota cor. Reuerendiss. D. meo Decano dec.* 264. *num.* 1. *vers. nec. placuit, & in rec. de[c] par.* 4. *Add. ad Greg. XV. dec.* 575. *nu[m] & tale Gratian. discept.* 571. *num.* 4
9 procedere etiam fauore filiarum f[...] fuit resolutum coram *Vbaldo seniore & 3. par.* 1. *rec. & coram Buratt. de[c]*

Nec placuit vnica responsio exa[...] nimirum vocationem prædictarum desumptam ex d. tertio casu esse i[...] iuxtà terminos secundi casus, in[...] easdem fœminas expresse vocaui[t] quenter in casu quo Iacobus Anto[nius] set sine filijs masculis. Quoniam o[...] cturis ab informantibus ponderatis [...] bant vocationem dd. fœminarum [...] Iacobus Antonius decesserit cum Iu[lio] filio masculo visa fuit cessare diffic[...] tera parte eiusdem tertij casus, in[...] postquam posuit in conditione fili[os] tonij, ibi, *E caso che d. Iacomo Anto[nio ...] za figli*, alternatiuè posuit in condi[tione] descendentes d. Iacobi Antonij, ib[i] *descendenti in qualsiuoglia modo moriss[ero] &c.* Quæ verba satis indicant præ[...] dam substitutionem non esse simpl[...] cum tertia; nec intrà terminos ipsi[...] ligendam, cum illa comprehendat [...] taxat quo Iacobus Antonius deced[...] ista verò vltra casum obitus d. Ia[...] simpliciter sine filijs comprehend[...] sum obitus eiusdem Iacobi Anton[ij] tium, ac proinde cum descendente[s] cobo Antonio fuerint positi in co[nditione sim]pliciter & independenter ab altera [sub]stitutione facta solùm in casu ob[...] masculis, vtique dd. filiæ fœminæ, [...] appellatione descendentium ex alle[...] tur vocatę etiamsi d. Iacobus Ant[onius ...] rit cum filio masculo.

Maximè cum hæc tertia substitut[...] cepta indefinite, cum dictione, qu[...] arguit omnes descendentes ex d. Ia[...] nio, & sic etiam dd. fœminas eius [...] tempore tàm non existentiæ, qu[...] masculorum grauatas, simulque vo[...]
10 cum dictiones † *quouis modo, quouis* [...] miles, plura tempora, & infinitatem [...] ad not. per *DD. in l. Centurio ff. de v[...] & in l. precibus C. de impub. & alijs su[...] cons.* 151. *nu.* 33. *vol.* 2. *Honded. cons.* [...]

Et ita vtraque &c.

R. P. D. G H I S I L E R[...]
postea Episcopo TERRACIN[...]
Meleuitana Hæreditatis.
Lunæ 31. *Maij* 1638.

A R G V M E N T V M

Facultas testandi concessa Equiti Hie[rosolymita]no comprehendit siuè bona patrimon[ialia ...] ex commendis quæsita: Camera cu[...] partem bonorum in quibus Papa fa[cultatem te]standi concedit; & ideò illi non pr[...] talis facultas infrà tres menses non [...] strata, quod tamen non procedit in [...] facta Equiti Hierosolymitano. & qu[...]

SVMMARIVM.

Iudicium immiſſionis in vim l. final. *quando agitur inter Eccleſiaſticos recipit appellationem quoad vtrumque effectum.*

Aegidiana non habet non locum inter Eccleſiaſticos num.1.

Eques Hieroſolymitanus tria vota profitetur, Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientiæ.

Eques Hieroſolymitanus quicquid acquirit, acquirit Religioni etiam reſpectu bonor. patrimonialium n.2.

Facultas teſtandi conceſſa Equiti Hieroſolymitano intelligitur tàm de bonis patrimonialibus, quam de bonis quæſitis ex commendis, num.2. & ſeqq. & per tot.

Dictio, aliàs, *denotat diuerſitatem, & diſsimilitudinem.*

Clauſulæ quacumque via, cauſa, & occaſione, *dicuntur vniuerſales, & quemcumque modum comprehendunt, & num. ſeqq.*

Facultas teſtandi Religioſo conceſſa intelligitur de bonis, quæ detinet ex permiſſione ſuperioris.

Facultas teſtandi conceſſa perſonæ religioſæ intelligitur in pios vſus, non autem ad fauorem perſonæ diuitis, et quando.

Camera debet habere ſextam partem bonorum in quibus Papa concedit facultatem teſtandi.

Bulla, ſeu Conſtitutio Pontificis concernens præiudicium Cameræ, ſi infra tres menſes non fuerit regiſtrata redditur nulla, et num.12. et ſeqq.

Facultas teſtandi conceſſa Equiti Hieroſolymitano non continet aliquod præiudicium Cameræ.

Camera non poteſt aliquid prætendere in bonis Equitis Hieroſolymitani defuncti num. 11.

Bona Equiti Hieroſolymitani defuncti ſpectant ad illius Religionem num. 11.

Vtile per inutile vitiari non debet.

Indultum Apoſtolicum plures continens gratias ſi vna eſt nulla, non per hoc annullatur indultum, num.13. et ſeqq.

Gratia vna ſi reddatur nulla ob negligentiam impetrantis, aliæ nihilominus remanent validæ, quamuis in eodem indulto conceſſæ

Tertius non poteſt retardare immiſſionem reſpectu exceptionis alteri competentis.

Nemo poteſt opponere de iure tertij num. 15.

DECISIO LI.

POSTQVAM coram me per deciſionem in hac cauſa factam ſub die 10.ª Martij præteriti, fuit dictum non eſſe exequendum mandatum de immittendo relaxatum ab A. C. igore ſententiæ ab eo latæ ad fauorem hæ:dis ex teſtamento pro quo datur appellatio co uia priuilegium *l.fin. C.de edict. Div. Andr. toll.* on ſuffragatur inter Eccleſiaſticos, in quibus on intrat Aegidiana erat locus appellationi tiam quo ad effectum ſuſpenſiuum ex allegatis ı ea; Hodiæ inxtà mentem DD. propoſito duio, An ſupradicta ſententia eſſet iuſta affiı atiuè fuit reſolutum.

Quia conſideratis verbis facultatis teſtandi onceſſæ à S me. Greg. XV. d. Cæſari de omniıus, & quibuſcumq; bonis, quouis iure tàm ıæreditario, quàm ſucceſſionis, & legati ad ipſum ſpectantibus, aut alias per ipſum quacumque via, cauſa, & occaſione, licitè tamen acquiſitis, ad ipſum peruentis, & peruenturis in fauorem quarumcumque perſonarum per viam teſtamēti, & donationis, tam inter viuos, quàm
1 cauſa mortis vſque ad ſummam ſcutorum 60 0. dumtaxat, cum ageretur de Equite Hierolymi-
2 tano, qui profitetur tria vota † ſubſtantialia Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientiæ, & quidquid acquirit Religioni acquirit etiam reſpectu bonorum patrimonialium; vt tenuit *Rota coram eodem Pontifice concedente deciſ. 87. num. 1. vſque ad quintum poſt Paleot. dec. 32. Caputaq. dec. 68. lib 1. in manuſcript. & coram Cardinali Lancellotto, in Romana Palatij dell' Aquila 26. Maij* 1600. dicendum eſt Papam intellexiſſe indiſtinctè concedere facultatem diſponendi de omnibus bonis ſiue quęſitis ex patrimonio, ſiuè ex commendis, & ſic Cæſarem in vim dictæ facultatis potuiſſe diſponere inſtituendo hæredem Carolum Falcum Nepotem pro ſumma ducat. 6000 & eſſe iuſtam ſententiam per quam illi fuit conceſſa immiſſio in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum pro ſumma, & quantitate ducat. 6000.

Non obſtat, quod cum in facultate teſtandi fiat expreſſa mentio de bonis quæſitis titulo legati, ſucceſſionis, vel ſimili non debeat extendi
3 ad bona quæſita ex commendis, † & bonis Religionis, quæ ſpectant ad Religionem, quia verba illa, *aut alias per te quacumque via, cauſa, & occaſione licitè tamen acquiſitis &c.* appoſita poſt expreſſionem factam de bonis quæſitis titulo legati, & ſucceſſionis ſtante ampliatiuè ad bona diuerſi generis, & qualitatis, ampliando diſpoſitionem principalem, ita vt poſsint comprehendere etiā bona quæſita ex commendis, ſeù aliâ
4 occaſione Religionis, † ſtante dictione illa, *alias*, quæ diuerſitatem, & diſsimilitudinem *gloſ. in Clem. 1. in verb. debitis de decim. Mart. de claus. 17. par. 1. Rota in Valentina Decimarum de Cotalue* 10. *Decemb. 1601. coram Litta* & *in d. Romana Palatij coram Lancellotto*, & ſic vltra bona ſpecificata acquiſita hæreditario nomine, aut ex cauſa ſucceſsionis, & legati debet ſignificare diuerſitatem aliorum bonorum acquiſitorum, ex fructi-
5 bus commendatum, adiectis præſertim † dictionibus vniuerſalibus *quacumque via, cauſa, & occaſione, Pariſ. de reſig. lib. 8. quæſt. 7. num 63. & 64. Rota deciſ. 1. num. 7. vbi add. de reſcript. in nou. & deciſ. 14 & 43. eodem tit. in antiq.* Aliter enim
6 dicta † verba ludibrio, & fruſtratoriè fuiſſent appoſita, & nihil operarent, & cum Papa ſciebat, quod bona, ſiue quæſita ex patrimonio, ſiue ex commendis ſpectant ad Religionem, non conſiderauit hanc differentiam, ſeù diſtinctionem bonorum, ſed indiſtinctè conceſsit facultatem diſponendi de omnibus & quibuſcunq. bonis ad Cęſarem ſpectantibus vſq; ad d. ſummam. ſc.6000. dumtaxat, ſiquidem in facul-
7 tate teſtandi † conceſſa perſonæ Religioſæ Papa aliud non conſiderat niſi de bonis, quæ ex Superioris permiſsione de facto detinet, cum de iure non habet proprium, vt tradit *Bald. in l. 1 num. 12. C. ſi ſeruus extero, Simon. de Pret. in interpr. vltim. volun. lib 2. interpr. 1. dub. 1. ſolut. 4. num. 72.*

Nec subsistit quod facultas testandi quantum-
8 uis amplissima debeat restringi † ita vt non poterit Cæsar testator illa vti in fauorem Nepotis diuitis, sed tantùm in solos pios vsus, quia motiuum tollitur ex verbis ipsius facultatis, ibi, *in fauorem cuiuscumque seu quarumcumque personarum quocumque consanguinitatis, vel affinitatis vinculo coniunctæ, vel coniunctarum, aut etiam extraneorum, familiariumque tuorum non tamen illegitimorum, aut aliàs incapacium, &c. per viam testamenti nuncupatiui, &c. & in quosuis pios, & non pios, licitos tamen vsus, &c. testari ordinare, &c. pro tuo libito, ac libera voluntate disponere liberè possis, & valeas Apostolica auctoritate tenore præsentium facultatem concedimus, & impartimur, &c.* quæ verba cum sint ampla, & absoluta nullam patiuntur limitationem, seù restrictionẽ.

Non obstat, quod cum ex Bulla Alex. VI. Ca-
9 mera † debeat habere sextam partem bonorum in quibus Papa concedit facultatem testandi; Gratia facultatis testandi concessa Eq. Cæsari cõtinens derogationem d. Bullæ in præiudicium
10 Cameræ, si intra tres menses registrata † non fuerit reddatur ipso iure nulla ex dispositione Pij IV. in Bullar. nouo constit. 98. quæ claris verbis loquitur, etiam quod præiudicium sit indirectũ, & secundarium; nam pro responsione fuit consideratum, quod facultas testandi quando conceditur Eq. Hierosolymitano non continet aliquod præiudicium Cameræ, ex quo nec eo viuente,
11 nec † mortuo Camera habere potest aliquam prætensionem in bonis ab ipso detentis, cum tàm ex dispositione iuris communis, quàm ex forma stabilimentorum à Sede Apostolica confirmatorum illa spectent ad Religionem, vnde licet admitteretur, quod gratia derogationis supradictæ Bullæ Alex. VI. præiudicaret Cameræ, & consequentèr subiaceret d. Bullę Pij IV. de registrandis,
12 nihilominus defectus registrationis † redderet nullam d. derogationem tantum in qua sola inest præiudicium Cameræ, non autem facultatem testandi præiudicialem Religioni, in qua nullum versatur interesse Cameræ, cui valdè pręiudicaret si d. facultas testandi non sustineretur, quia non posset prætendere sextam partem bonorum vigore Bullæ Alex. VI. Et propterea cum inter se ista sint diuersa ex quo facultas testandi non præ-
13 iudicialis Cameræ † imò vtilis concedi poterat absque d. derogatione, nam non debet vtile per inutile vitiari, *c. inutile non debet de reg. iur. in 6. l. 1. §. sed mihi vbi omnes, ff. de verb. oblig. Ruin. conf. 42. nu. 9. lib. 2. Simon. de Pret. de interpret. vlt. volunt. lib. 4. interpret. vlt. dub. 1. num. 15. & 16. Surd. consil. 428. nu. 21.* & in terminis indulti Apostolici continentis plures gratias tenuit *Rot. decis. 143. num. 6. & decis. 151. num. 1. in impress. Reuerendiss. D. Vrgellen.* & magis in specie, quod si sunt in eodem indulto concessæ plures gratiæ, & vna reddatur nulla ob negligentiam impetrantis, quod remaneat valida alia gratia, in qua non adfuit negligentia, *Ioan. Andr. in c. si eo tempore num. 3. vers. tu dic, Gemin. num. 3. vet. Ioan. Andr. dicit Butr. num. 9 vers. melius dic. de rescript. in 6.* prout est in hoc casu, in quo negligentia in registrando derogationem præiudicaret solum respectu illius partis, in qua continetur derogatio Bullæ Alex. VI. ob præiudicium Cameræ, cum non possit considerari vllã negligentia quo ad facultatem testandi, [...] gebat registratione.

Minus obstare visum fuit, quod [...] sexta parte debita Camerę in vim [...] læ Alex. sit retardanda immissio, q[...]
15 pro † illa consequenda spectet ad C[...] potest Religio retardare immissio[...] textu iurium Cameræ; de quibus [...] ponere, *Alex. in l. fin. num. 13. circa m[...] alleget C. de edict. diu. Adrian. tollen. Pe[...] tic. 48. num. 64.* & latissimè *R. P. D. A[...] de acquir. possess. quæst. 3 artic. 22. num.* [...]

Tantò magis quod pro parte C[...] prætenditur ius Cameræ; nec prin[...] secundario fuisse in esse formatum [...] concessæ gratiæ, & consequentèr q[...] intret d. Bulla de Registrandis, de q[...] agendum quando à Camera peter[...] pars in vim d. Bullæ Alex. VI. & no[...] pradictis.

Et ità vtraque parte informante [...] sententiam A. C. esse iustam, &c.

☞ *Infra in appendice huius tomi habetur [...] cisio sub die 10. Martij 1637.*

R. P. D. PANZIR[...]
Postea S. R. E. CARDIN[...]

Verulana Fideicommiss[...]

Lunæ 31. Maij 1638.

ARGVMENTV[M]

Planta coram Iudice, & in faciem l[...] Peritis concorditer electis plenum [...] tionis gradum. Quod bona per fili[...] misso grauatum alienata superent [...] æqueunt detractiones probare tene[...] missarius agens contra tertium pro[...] peratione.

SVMMARIVM

1 *Planta ser. seru. à Iudice confecta plen[...] Amplia si fuerit facta super loco, & [...] sentia, num. 2.*
3 *Planta facta à Peritis concorditer electi[...]*
4 *Periti antequam referant iurare debent[...]*
5 *Planta facta præsentibus partibus, eis[...] mantibus probat.*
6 *Testes Periti magis probant, & praferun[...] Testes magis specificè, & indiuidualit[...] plus probant quam testes genericè, & [...] quentes, num. 6.*
7 *Dictio,* in totum, *excludit quamuis mini[...]*
8 *Filius fideicommisso grauatus detrahit le[...] trebellianicam. Alienata per fideicommissarium cedunt i[...] legitimæ, & trebellianicæ, num. 8.*
9 *Fundamentum suæ intentionis quilibet p[...] Alienata per grauatum adæquare, vel ſu[...] ctiones, probare tenetur fideicom[...] contra possessores bonorum alienatoru[...] & seq.*

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij tenetur factum defuncti approbare, si possideat illius bona. Inuentarium non liberat hæredem ab obligatione respectu bonorum defuncti, sed solum præseruat à damno, si bona non suppetunt, num. 11.

DECISIO LII.

Lata fuit sententia per R.P.D. * Merlinum ad fauorem Ioannis de Amatis super immissione in bonis q. Bartholomæi ipsius Aui vigore fideicommissi per eum conditi, sed cum ab pro parte DD. Germanici, & Ennij de Philonardis non fuisset in tempore appellatum, commissa mihi causa restitutionis in integrum, ac proposito dubio, responsum fuit constare de re iudicata, non autem de causis restitutionis in integrum.

Verùm placuit Dominus renouare disputationem super eodem articulo, ex quo DD. de Philonardis non negabant vnum petium terræ positum in Colle Mausoleo comprehendi sub d. fideicommisso Bartholomæi, sed dicebant errorem consistere in confinibus expressis in sententia R.P.D. de Rosis, simpliciter postea confirmata per R.P. Merlinũ, in quibus confinibus asserebant DD. Philonardis comprehendi multa alia petia terræ, quæ non erant fideicommissaria, ad quod probañ non solùm adducebant depositiones Testium pro ipsis examinatorum, ac instrumenta acquisitionum factarum non à Bartholomæo fideicommittente, sed à Prospero eius filio, quinimo, vt d. excessus confinium magis clarus, & manifestius redderetur, enixè instabant pro confectione plantæ. Verùm cum d. error confinium à Ioanne de Amatis controuerteretur, se pariter fundando in Testibus ad sui fauorem deponentibus, DD. in hac facti ambiguitate, mandarunt mihi, vt accederem ad locum differentiæ ad effectum conficiendi plantam, prout accessi, illamque in faciem loci, in mei, ac partium præsentia confici curaui, adhibita ad id quatuor testium, seu Peritorum depositione, quorum duo pro parte DD. de Philonardis, alij verò duo pro parte Ioannis electi fuere, qui quidem testes, seu periti, inter homines terræ Babuci propter ætatem, ac exercitium, de situ, ac pertinentia terrarum in loco controuerso sitarum omnibus alijs magis informati reputabantur; Quare disputato postea dubio, an esset receden à decisione responsum fuit affirmatiuè, & sic constare de causis restitutionis in integrum, quia de errore confinium in sententia expressorum visum est manifestè constare, dum testes periti asserunt à DD. de Philonardis ex bonis possessis per Bartholomæum fideicommittentem in Colle Mausoleo possideri duntummodò rubra quatuor in circa, & quod omnia petia terræ, quæ in dicto Colle, vel circum circa possidebantur à dicto Bartholomæo, possidentur, & hodie ab ipso Ioanne eius hærede fideicommissario, vt apparet ex planta in terris designatis colore flauo, & pariter, quod alia petia, quæ ibi possidentur à Dominis de Philonardis prouenerunt in ipsos ex Prospero dicti Bartholomæi filio, qui ea propria industria acquisiuit, vel titulo emptionis, vel permutationis, vt patet ex instrumentis exhibitis; Quapropter, dum in sententia D. de Rosis ab vna parte datur pro confine la via publica, & in alia parte Valle Radi, seu la fontana del Vallona, manifestè constat de errore; nam licet verum sit, quod inter dicta confinia reperiantur sita quatuor illa rubra terræ in circa, quæ sunt fideicommisso supposita; attamen certum est, quod inter eadem confinia comprehenduntur etiam illa alia petia terræ, quæ vt supradictum est, nunquam fuerunt fideicommittentis, sed tantùm Prosperi eius filij, qui propterea ea potuit validè alienare, & sic pro veris confinibus dictorum quatuor rubrorum terræ, nullatenùs erat exprimenda la via publica, Valle Radi, seu la fontana del Vallone, sed aptius, & verius, bona ipsius Ioannis, S. Angeli à duabus lateribus, S. Francisci, Hospitalis, & denique petium terræ, quod dictus Prosper acquisiuit à Vincentio Martiale, illudque postea vendidit Dominis de Philonardis, vt patet ex dicta planta, quæ cum designet † existentiam, & qualitatem loci plenè probat *l. si irruptione, §. ad officium, ff. fin. regund. Paris. cons. 104. num. 24. lib. 1. & cons. 14. num. 7. lib. 4.* præsertim cum fuerit facta † super loco in Iudicis præsentia iuxtà not. *in l. 2. C. de rescind. vendit. vbi Cagnol. num. 259. Bart. in repet. l. creditores numer. 19. vers. erit igitur, C. de pignor. & in l. comparationes col. fin. sub num. 2. vers. 1. quod quando, C. de fin. instr. Bald. in l. fin. col. 3. num. 24. C. de contrahen. empt. Ruin. consil. 53. num. 11. lib. 5.* De quatuor dictorum peritorum à † partibus electorum vnanimi voto, ad tradita per *Abb. in capit. proposuisti sub num. 51. de probat.* prçuio etiam † ipsorum iuramento, ad textum *in l. comparationes, §. omne autem, & ibi Bart. col. fin. num. 4. vers. 3. nota, C. de fid. instr. Felin. in cap. quia indicante num. 1. de rescript.* ac denique partibus non solùm præsentibus, † sed nunquam reclamantibus, *Bart. in l. Theompompus ad fin. ff. de dot. prælег. & in l. nuda ratio sub num. 6. ff. de donat. Bald. consil. 98. num. 2. lib. 2.*

1

2

3

4

5

Nec prædictis obstant depositiones testium, qui fuerunt examinati à Ioanne ante confectionem plantæ, quia cum ipsi testes † periti magis specificè, & indiuidualitèr deponant distinguendo fines, & quantitatem, sunt præferendi, testibus prius examinatis magis genericè, & in confuso loquentibus, *cap. in nostra de testibus, Aym. cons. 258. num. 16. Alex. cons. 148. num. 4. lib. 2. Ruin. cons. 13. vol. 4. num. 14. vers. dicta igitur probatio, Gabr. de testib. cons. 4. num. 73. Gregor. decis. 449. num. 8.* Quod autem isti testes periti magis specificè, & indiuidualiter deponant, patet ex eorum dicto, ibi: *Anticamente Bartolomeo Amati possedè nel Colle Mausoleo da quattro rubbia in circa in tutto, che poi le possedè Prospero, & hoggi le possiede il Signor Germanico Filonardi,* illa enim dictio (*in totum*) excludit aliam quantumuis minimam partem possessam à fideicommittente, *ad Text. in l. quæ de tota ff de rei vindicat. l. in vsucap. ff. de vsucap.*

6

Firmato autem, quod de bonis fideicommisso subiectis non possideatur à DD. de Philonardis in Colle Mausoleo, nisi d. petium terræ; DD. putarunt, quod pro eo non competat immissio d. Ioanni Amato, cum illud debeat cedere in detractionem Legitimæ, & Trebellianicæ debitæ ipsi
8 Prospero † filio fideicommittentis, *cap. Raynutius, & cap.*

& cap. Rainaldus de testam. Guidopap. quæst. 52. nu. 1. Paris. cons. 25. num. 30. volum. 2. Surd. cons. 472. nu. 32. Cephal. cons. 677. num. 1. lib. 5. Peregrin. de fideicom. artic. 3. num. 51. Rot. diuers. decis. 641. num. 17. par. 1. & in recent. decis. 401. sub num. 1. par. 1. & decis. 203. num. 1. par. 4.

Nec releuat, quod cum Prosper non confecerit Inuentarium trasferatur onus probandi in hæredem grauatum, vel in habentes causam ab illo, quod alienationes antecedentes non sufficiant pro detractionibus, quia quicquid sit An istę alienationes sufficienter probentur à Ioanne prout
9 probari debent tanquam † fundamentum suæ intentionis, *l. ei incumbit, ff. de probat. Rota decis. 697. num. 1. par. 2. recent. Buratt. decis. 52. num. 1.* Responsum fuit, quod DD. de Philonardis non agunt hodie pro consequutione Legitimæ, & Trebellianicæ nomine ipsius Prosperi, quo casu obstaret eis omissio Inuentarij, donec firmaretur status hæreditatis, & probaretur quæ, & quanta bona remanserint in hæreditate, sed Ioannes fideicommissarius est ille, qui agit contra possidentes bona per grauatum alienata, & propterea illi incumbit
10 onus † probandi, quod bona primo loco alienata adæquent, vel superent detractiones Prospero patri competentes, *Gregor. decis. 185. vbi adden. num. 6 Rot. in recent. decis. 432. num. 5 par. 4. & par. 5. decis. 163. num. 6.*

Vltrà quod cum Ioannes possideat multa bona, quæ erant hæreditaria Prosperi patris, vt constat tàm ex Inuentario ab eo facto, quod datur *Summario num. 5.* quam ex planta in petijs terræ signatis colore flauo, non potest hodie impugna-
11 re alienationes † factas à patre etiam, quod fecerit Inuentarium, cum illud non liberet ab obligatione respectu bonorum patris, sed solum præseruet à damno in eo tantum, in quo non suppetunt vires hæreditarias, *Bart. in l. cum vir. sub nu. 14 vers. sed si fecerit Inuentarium, ff. de vsucap. Gabr. cons. 125. num. 12. lib. 1. Afflict. decis. 26. post num. 3. Surd. decis. 322. num. 5.*

Et sic informantibus tantum DD. de Philonardis pro recessu à decis. & quod constet de causis restitutionis in integrum resolutum fuit.

In hac causa plures emanarunt decis. 1. coram Reuerendissimo Dunozetto sub die 28. Ianuarij 1633. impressa in recent. part. 6. decis. 175. aliæ verò coram Reuerendissimo D. Merlino sub diebus nempè 26. Nouembris 1633. 7. & 26. Iunij 1634. & 20. Nouembris 15. eiusdem anni inter eius impressas decis. 600. 635. 644. & decis. 653.

R. P. D. GHISILERIO,
Posteà Episcopo TARRACINEN.

Veliterna Iurispatronatus.

Mercurij 2. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Attentata non dicuntur commissa vbi extraiudicialiter proceditur. Et quando ita procedi dicatur: Nullitas citationis non benè executæ, ex quibus resultet. Processus quando dicatur iudicialis.

SVMMARIVM.

1 *Attentata sine lite non dantur.*
2 *Attentata nec pendente termino ad appellandum, … post appellationem committuntur vbi extraiudi… liter proceditur.*
3 *Iudicium quando non possit dici formatum, & in… ducta contradictio inter litigantes.*
4 *Citatio executa in loco in quo citatus domum neci… bet, nec habebat est nulla.*
5 *Notitiam eorum quæ domi denunciantur non p… habere qui domi non habitat.*
6 *Citatio quatenus sua putauerit interesse non ind… litis pendentiam ad effectum attentatorum.*
7 *Conditio si sua putauerit interesse non dicitur puri… ta citato non comparente, eo quia notitiā non ha…*
8 *Processus super legitimatione personarum potui… coram Vicario non tanquam Iudice, sed bene… rum collatore.*
9 *Processus non dicitur iudicialis quando non adsunt… res oppositores, nec formatur per telam Iudicia…*

DECISIO LIII.

QVæsitum fuit in Rota, An constaret de At… tatis, itaut esset apponendum sequestr… strante appellatione interposita ab Alex… Borgia præsentato infrà legitima tempora a… nullis Patronis Cappellaniæ Sancti Sebast… post Institutionem factam ab Eminentissimo C… dinali Decano Episcopo Veliterno, & posse… nem subsequutam à Iosepho Absalono co… trono pariter præsentato à Patronis, & neg… fuit resolutum, cum nulla probetur lis inter
1 ctos præsentatos, sine † qua regulariter atte… non dantur, iuxtà *decis. Cassador. 6 super Regul… cellar. num. 2.* sæpius canonizatam per Rotam.

Quia, aut lis prætenditur introducta per a… sitionem Edictorum, contrà quoscumque præ… tare volentes, ac interesse prætendentes, præs… tionem Patronorum, comparitionem præsen… rum, Examen, Institutionem, Economi appo… nem, & similia, vel prætenditur introducta per… tationem domi dimissa copia exequutam, … Alexandrum reproducta sub die 27. Septem… superioris, & ex nullo ex supradictis actionu… sultat necessaria litis introductio, cum excep… citatione omnes alij fuerint actus extraiudi…
2 les, & vbi † proceditur extraiudicialiter, nec … dente termino ad appellandum, nec post ap… tionem, committuntur attentata, secus a… iudicialiter fuisset processum, vt distinguen… cunt *Lancellotus de attent. par. 2. cap. 12. limit. 4… mer. 3. & 5. Garz. de benefic. par. 9. cap. 4. num. 10…* distinguunt *Doct. in cap. Auaritiæ de elect. in 6.* … tenuit *Rota in Calaguritana Beneficij S. Ioann… Molinar. 3. Iulij 1634. coram Reuerendiss. D… Decano.*

Nec facit dicta citatio executa contrà Ios… domi dimissa copia, quia de tali citatione … constat in processu, vt ex fide Notarij a… Curiæ Episcopalis Veliternæ asserentis se fa… diligenti perquisitione in libro Citationum, … testationum, & comparitionum nullam comp… tionem, protestationem, nec citationem in… tur fuisse, nec adesse in d. libro scriptam, fa… rog…

rogatam, vel decretatam ad instantiam Alexandri Borgiæ contrà Procuratorem Fiscalem, seù Iosephum Absalonem, nec contrà alias personas, & quatenus de ea constaret, nihil releuaret, quia non habitabat in loco executæ citationis, vt ex comparitione Francisci Viscontis, de qua in processu, *& in Summario num.4.*, nec domicilium habebat in Ciuitate Veliterna, vt deponunt testes, ex quorum dictis probatur Iosephum quindecim ab hinc annis abfuisse à dicta Ciuitate, & in Vrbe commoraſſe, absque eo quod in Ciuitate Veliterna haberet domum, habitationem, seù domiciliũ,
3 vndè sequitur † non posse dici formatum Iudiciũ & introductam contradictionem inter Iosephum, & Alexandrum, iuxtà dispositionem *Text. in cap. forus, §. in omni quoque negotio de verb. significat.*, &
4 consequenter citatio † executa in loco, in quo citatus domum non habet, nec habebat, remansit nulla, nec per eam potest dici litem introductam, *Fulgos. cons. 76. num. 3. Alex. cons. 2. num. 8. lib. 3*, Quia
5 si domum non † inhabitabat non potuerunt deuenire in notitiam ipsius ea, quæ domi denunciata fuerunt, *leg. scire oportet, §. oportet autem ei, ff. de excusat. Tut.* Quæ faciliùs procedunt cum Ioseph non fuerit citatus vti principalis, sed quatenus sua putauerit interesse, quæ citatio cum non ar-
6 ctet † ad comparandum, nec faciat reum necessarium, non potest inducere litis pendentiam ad effectum attentatorum, quia *Clement. 2. vt lit. pendent.* loquitur de citatione, quæ arctat, vt notant ibi omnes, & ad hoc faciunt tradita per *Lancellott. lit. pendent. par. 2. cap. 4. in præfat. nu. 159, & seqq.* Et Ioseph, qui de asserta citatione non habuit
7 notitiam † nunquam comparuit, & sic non fuit purificata conditio si sua putauerit interesse, de qua in dicta citatione.

Nec ex comparitionibus, & alijs actibus gestis tam à Iosepho, quam à compatronis coram Vicario potest dici introducta lis, cum nulla detur citatio Iosephi contrà Alexandrum, nec probatur vllam fecisse protestationem contrà ipsum, vel comparitionem, requisita necessaria ad inducendam litem ex supra deductis, & processus factus coram Vicario super legitimatione personarum
8 contrà Procuratorem Fiscalem, † potuit fieri coram eo, non tanquam coram Iudice, sed tanquam coram collatore beneficij pro obtinenda collatione Beneficij per ea, quæ tradit *Gonzalez gloss. 9. in annotat. contrà nullitates, & attentata in causis beneficialibus num. 15. & seqq. & infrà nu. 37. & seqq.* Nam quando non extant plures oppositores, nec for-
9 matur † processus per telam iudiciariam, talis processus non dicitur Iudicialis, secus autem quando in institutione, confirmatione, collatione, aut prouisione Beneficiorum contentiosè proceditur, quæ qualitates ex supradictis cessant in isto casu, in quo nullus datur actus inter Iosephũ, & Alexandrum præsentatos à Patronis.

Et ex his vtraque parte informante fuit dictum non constare de attentatis, &c.

REVERENDISSIMO P. D. DVNOZETTO, Sacræ Rotæ Decano.

Auximana Fideicommissi.

Mercurij 2. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Plures in hac decisione enumerantur coniecturę pro vocatione filiorum in conditione positorum, nedum ad portionem Patris, sed Patrui, vel alterius cohæredis, & maximè illa quæ deducitur ex reciproca; Cuius occasione plenè discutitur, quod ad inducendam reciprocam non semper requiruntur illa tria requisita à DD. assignata, sed sufficiunt etiam in hoc casu coniecturæ, quarum multæ adducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione positi regulariter censentur solum vocati ad portionem Patris, non autem Patrui, vel alterius cohæredis.*

2 *Filij in conditione positi censentur etiam vocati ad portionem Patrui concurrentibus coniecturis.*

3 *Filij in conditione positi censentur vocati ad portionem Patrui, si omnibus deficientibus fuerit vocatus cippus domus.*

4 *Coniecturæ pro vocatione filiorum in conditione positorum simul iunctæ, & separatim sunt considerandæ.*

5 *Coniecturæ quæ debeant considerari pro vocatione filiorum in conditione positorum arbitrio Iudicis relinquuntur.*

6 *Coniecturæ leuiores requiruntur ad vocationem filiorum in conditione positorum, vbi agitur de Hæreditate Patris, idemque seruatur in portione Patrui, & num. 7.*

7 *Filij in conditione positi, facilius quam extranei censentur vocati ad portionem Patrui, vbi agitur de hæreditate ascendentis.*

8 *Filij in conditione positi non censentur vocati ad portionem Patrui, nisi inter eos facta sit substitutio reciproca.*

9 *Substitutio reciproca vt dicatur facta inter simpliciter vocatos tria copulatiuè requirit primo quod omnes sint vocati, secundo quod in tota hæreditate, tertio quod fiat vltimo morienti.*

10 *Substitutio reciproca fideicommissaria inducitur etiam ex solis coniecturis necessarijs, quamuis illa tria requisita, quæ à DD. assignantur expressè nõ concurrãt.*

11 *Substitutio intelligitur facta in omnibus bonis, si in omnibus bonis facta fuerit institutio.*

12 *Substitutio recipit declarationem ab institutione.*

13 *Substitutio facta vltimo morienti ad effectum inducendi reciprocam, non requiritur quod sit expressa, sed etiam tacita sufficit.*

14 *Testator vbi non expressit à quo hæreditatem restitui velit, præsumitur restitutionem demandasse vltimo morienti.*

15 *Filij in conditione positi, & ex coniecturis vocati, censentur etiam inter ipsos reciprocè substituti.*

Substitutio reciproca ex coniecturis inducitur, nu. 15. vers. predictaque, & num. seqq.

16 *Substitutio reciproca censetur inter vocatos inducta ex digressu ad plures gradus substitutionum.*

17 *Vocatio cippi domus, seu extranei in defectum primo loco vocatorum inducit reciprocam inter illos, ne minus dilectus excludat magis dilectum.*

18 *Substitutio reciproca censetur inducta ex grauamine facto filiabus fœminis super dote, quia alias non teneret, & num seq.*

Pater potest constituere fideicommissum reciprocum in dote filiæ, num. 18. & seq.

19 Dos

19 *Dos succedit loco legitimæ.*
Dos grauari non potest onere restitutionis n. 19.
20 *Substitutio reciproca regulariter non inducitur inter institutos inæqualiter.*
21 *Substitutio reciproca inducitur etiam inter inæqualiter substitutos, quoties vniuersaliter instituti præcedunt hæredi particulari.*
22 *Institutus, & substitutus sui ipsius nemo esse potest.*
23 *Substitutio reciproca si est facta inter institutos eo magis censetur facta inter eorum descendentes remotiores.*
24 *Clausula vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum inducit reciprocam inter vocatos.*

DECISIO LIV.

CVm DD. Franciscus Cinus, & Federicus Simonetta peterent immitti ex remedio, *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* in possessionem bonorum fideicommisso q. Federici de Sinibaldis, subiectorum contra Alexandrum naturalam de Sinibaldis, eorum detentorem, dubitaui sub *die 22. Martij * proximi præteriti*, an illis esset danda immissio, Et DD. pro tunc firmarunt constare de fideicommisso q. Federici ad fauorem dd. Cini, & Simonettæ descendentium ex Laura, & Portia filiabus, eiusdem q. Federici fideicommittentis, & præscriptionem exaduerso obiectam non obstare, identitate verò bonorum, & assertis detractionibus in alia disputatione reseruatis. Cui resolutioni d. Alexandro nnn acquiescente iterum proposui dubium super ijsdem, & DD. perstiterunt in decisis ex ijsdem rationibus, & fundamentis in d. decisione deductis, quæ subsistere visa fuere.

Non obstat vnica difficultas, quæ iterum hodie excitabatur nimirum, quod licet prædicti descendentes positi in conditione censeantur vocati ex pluribus coniecturis in dicta decisione ponderatis, nihilominus eorum vocatio sit intelligenda, quoad portiones Lauræ, & Portiæ eorum respectiuè ascendentium, non autem quoad portionem Alexandri Auunculi Senioris, cum regulariter positi in conditione, quando sunt vocati ad portionem parentum, quorum gratia ponuntur in conditione, non autem ad portionem Patrui, † vel alterius Cohæredis vocati censeantur
1 iuxta communem opinionem, quam tuentur congesti per *Rustic. in tract. an, & quand. lib. in cond. pos. lib. 5. cap. 9. num. 1. & seq. Peregr. de fideicomm. art. 28. num. 19. & consil. 55. num. 5. vers. secus autem vol. 4. et cons. 152. sub nu. 5. & 6. vol. 5. Fusar. de subst. quæst. 440. num. 1. Rot. coram Seraph. decis. 1281. num. 3. & decis. 1479. num. 1. & recent. decis. 100. num. 3. part. 1. & decis. 67. num. 8. vers. nihilominus par. 2.* Etenim quicquid sit de dicta opinione fuit responsum illam non procedere, quando prout hic vltra con-
2 ditionem, plures concurrunt † coniecturæ, ex quibus elicitur Testatorem in conditione positos etiam ad Portionem Patrui, vel alterius Cohæredis vocare voluisse, *idem Rustic. in tract. an, & quand. lib. in cond. pos. lib. 1. cap. 9. Gabr. cons. 115. num. 28. lib. 1. Menoch. lib. 4. præsumpt. 62. sub nu. 57. Gratian. d. scept. 847. num. 35. vers. & contraria procedunt, Rot. decis. 266. num. 4. Vbi quod Rota secundum hanc distinctionem sæpe respondit, et decis. 300. num. 7. decis. 320. nu. 7. & 8. par. 1. recent. Greg. XV. dec. num. 6. & seqq.*

In proposito autem quamplures concurrunt coniecturas necessario suadentes vocationem descendentium, etiam ad portionem Alexandri eorum Auunculi satis liquere visum fuit ex coniecturis in d. decisione cumulatis, inter quas omnium potissima visa fuit illa ex eo desumpta quod Federicus Testator decedentibus dd. Alexandro, Laura, & Posthuma, sine eorum filijs, filiabus legitimis, & naturalibus, & similiter decedentibus eorum filijs, & filiabus quandocumque, &c. & sic deficientibus omnibus primo vocatis substituit cippum domus. Vnde necessario sequitur prædictos descendentes etiam ad portionem Alexandri Auunculi vocatos
3 † nam alias cippus domus omnibus deficientibus succedere non posset, & vltra alleg. tos in d. *in d. §. nam omisso, vers. tum, & demum ponderat. d. dec. 266. n. 4. circa fin. vers. vltra quod in hoc num. 20. vers. præterea.*

Nec obstare visa fuerunt, ea quæ contra illas coniecturas in decisione ponderatas hodie ponebantur, quoniam esto, quod illæ separatim sumptæ aliquam forsan habere possint difficultatem, attamen simul iunctæ, & non separatæ
4 fuissæ, † prout discuti debent. *Bero. consil. 10. numer. 12. in fin. lib. 2. Alb. cons. 464. num. 5. in fin. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 3. num. 26. Rot. d. decis. num. 19. par. 1. recent.* Visæ fuerunt indubitanter inducere vocationem dd. descendentium etiam ad portionem Alexandri senioris Auunculi, arbitrio Iudicis relinquatur, quæ debeant
5 coniecturæ, quæ vocationem † inducere valeant *Socc. iun. cons. 100. num. 20. lib. 3. Bero. consil. 1. num. 12. lib. 2. Menoch. lib. 4. præsumpt. 70. num. Surd. decis. 162. num. 11. Gregor. XV. decis. num. 10. & 13. Rota d. decis. 166. num. 5.*

Eoque magis, quando prout hic versamur in descendentibus à Testatore, qui sicuti ex talibus coniecturis saltem simul iunctis censentur vo-
6 cati † ad portionem Patris deductis *in d. de. præsertim fauore descendentium*, ita facilius
7 extranei ad portionem Patrui † vocati præsumuntur, vt in specie dixit *Rota coram Gregor. XV. decis. 337. num. 8.*

Nec dicatur, quod positi in conditione non censeantur vocati ad portionem Patrui, nisi
8 sit inter eos † substitutio reciproca, quæ non censetur inducta inter plures honoratos, quibus
9 est substitutio simpliciter nisi tria † copulatiuè concurrant, nempè primò, quod omnes sint vocati; secundò, quod substitutio sit facta ..., demum quod illa facta sit ... ta hæreditate, demum quod illa facta sit ... morienti iuxta *l. Titia, §. Seia libertis de leg. ... Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 5. num. 25. Surd. cons. 3... lib. 3.*

Nam vltra quod substitutio reciproca fideicommissaria censetur inducta ex solis coniecturis non ne-
10 cessarijs, † etiam si prædicta tria requisita expresse non concurrant. *Aym. cons. 113. num. ... sed tamen considerandum lib. 1. Socc. iun. cons. ... 33. vers. nec tunc obstarent lib. 3. Gabr. de subst. concl. 1. num. 9. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 5. num. ... vers. ex coniecturis autem Menoch. de præsumpt. ...*

præsumpt. 72. *num.* 34. Et in specie, quod reciproca censeatur inducta inter descendentes in conditione positos ex solis coniecturis vocatos. *Rota d. decis.* 266. *n.* 21. *& in fin. d. decis. vers. quæ tamen dicta sint, & d. dec.* 300. *nu.* 8.

Nihilominus ex abundanti prædicta tria requisita in præsenti casu bene concurrunt; Nam primum, quod omnes sint vocati tanquam in conditione positi satis liquet ex prædictis, & alijs in d. decis. ponderatis.

Secundum verò, quod substitutio sit facta in tota hæreditate patet, quia licet illa facta sit simpliciter, & indefinitè nihilominus cum Alexander, Laura, & Posthuma fuerint instituti in omnibus bonis quamuis inæqualiter; ità pariter
11 substitutio † in his omnibus bonis facta cense-
12 tur, cum substitutio declaratione ab † institutione recipiat. *Menoch. conf.* 397. *numer.* 12. *versic. et cum institutio, Ruin. consil.* 168. *numer.* 4. *& numer.* 18. *lib.* 2. *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 20.

Tertium denique, quod substitutio facta sit vltimo morienti pariter concurrit, quia vltra quod non est opus, vt substitutio facta sit vltimo mo-
13 rienti † verbis expressis, vt post alios *Rot. dicta decis.* 269. *num.* 24. *versic. & non est necesse, & dicta decis.* 300. *num.* 10. *vers. vltra quod non est opus, & d. decis.* 361. *num.* 16. *par.* 1. *recent.* Cum substitutio ad fauorem cippi domus facta sit omnibus deficientibus, nec Testator expresserit eum à quo hæredi-
14 tatem restitui velit, præsumitur onus † restitutionis vltimo morienti imponere voluisse, iuxta *Doctr. Bart. in l. duos in fin. ff. de vulgari, & pupill. Rota d. dec.* 266. *n.* 24 *& d. dec.* 300. *n.* 12 *& de.* 361. *n.* 15. *in fin. par.* 1. *rec.*

Prædictaque faciliùs in proposito procedere debent, cum vltra prædicta tria requisita, plures concurrant coniecturæ suadentes Testatorem, inter prædictos descendentes reciprocam fideicommissariam inducere voluisse.

Prima, si quidem oritur ex eo, quia cum prædicti descendentes in conditione positi sint vocati ex pluribus coniecturis, vt in alia decisione
15 firmatum fuit inter eos † etiam reciproca inducta censetur, *Gabr. de subst. conclus.* 1. *num.* 28 *Soccin. iun. conf.* 151. *num.* 12. *lib.* 2. *Surd. consil.* 344. *nu.* 11. *lib.* 5. *Peregr. conf.* 54. *num* 7. *lib.* 1. *Rota decis.* 266. *num.* 22. *& d. decis.* 300. *num.* 8. *& d. decis.* 361. *nu.* 13. *par.* 1. *recent.*

Altera dicitur ex digressu ad plures gradus substitutionum; nam hinc quoque reciproca in-
16 ter ipsos † vocatos inducta præsumitur. *Menoch. conf.* 661. *num.* 1. *vbi plures allegat. Fusar. de substit. d. q.* 472. *n.* 49.

Tertia desumitur ex vocatione cippi domus, qui profectò est remotior, & censetur minus dilectus, quam sint prædicti descendentes. Vnde ne sequatur absurdum, quod cippus domus remotior excludat superstitem ex descendentibus proximiorem, & magis dilectum fateri oportet in-
17 ter † prædictos descendentes reciprocam fideicõmissariam inductam fuisse, *Castr. conf.* 404. *num.* 1. *& consil.* 431. *num.* ... *lib.* 1. *Corn. consil.* 31. *num.* 3. *lib.* 1. *Socc. consil.* 249. *nu.* 12. *lib.* 2 *Fusar. d. q.* 472. *nu.* 8. *& num.* 98. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 62. *num.* 35. *&* 36.

Quarta elicitur ex eo, quod Testator Alexandrum hæredem vniuersalem instituit Lauram verò, & Posthumam solum in mille florenis dotis nomine instituit, omnibusque prædictis substituit cippum domus, quæ substitutio non posset de
18 iure subsistere, † nisi reciproca inter eos facta fuisset, cum alias super portione dd. Fœminis re-
19 licta † nomine dotis, quæ proinde succedit loco legitimæ; Testator non potuisset onus restitutionis imponere, *l. si pater puellæ, C. de inoff. test. Menoch. conf.* 196. *n.* 16. *& conf.* 656. *in fin. Vasq. de succ. lib.* 1. *§.* 10. *nu.* 174.

Nec proinde releuat, quod reciproca regulari-
20 ter non inducatur † inter inæqualiter institutos, ex relatis à *Fusar. quæst.* 261. *num.* 1. quoniam omissis alijs coniecturis contrarium in isto casu suadentibus dicta conclusio limitatur, quando
21 prout hic hæres vniuersalis † prædecessit hæredi particulari, *vt firmat idem Fusar. d. q.* 261. *nu.* 10. *vbi alios cumulat.*

Quinta verò, quæ satis vrgere videbatur, deprehenditur ex eo, quod Testator, postquam Alexandrum, Lauram, & Posthumam hæredes instituit subdidi, & decedentibus d. Alexandro, Laura, & Posthuma, sine filijs legitimis, & naturalibus, & decedentibus eorum filijs, vel filiabus, quandocunque substituit vulgariter, &c. Cippum domus ipsius Testatoris, & proximiores consanguineos dd. institutis, & substitutis, quæ postrema verba (institutis, & substitutis) cum referantur ad prædictos Alexandrum, Lauram, & Posthumam, eorumque filios, & descendentes supra vocatos, satis arguunt inter eos reciprocam
22 inductam fuisse cum quisque † ex illis fuimet ipsius substitutus esse non possit, vt liquet ad sensum.

Hinc sexta depromitur coniectura, nam quando prout hic reciproca facta est inter institutos,
23 † eo magis inter descendentes remotiores facta præsumitur. *Socc. iun. conf.* ... *num.* 39. *lib.* 3. *Aym. conf.* 130. *nu.* 6. *Dec. conf.* 28. *nu.* 21 *lib.* 2. *Surd. consil.* 344. *nu.* 17 *Fusar. d. q.* 472. *nu* 26. *Rota d. decis.* 300. *n.* 9. *par.* 1. *recent.*

Septima denique (*cæteris omissis*) deducitur ex clausula vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum in Testamento adiecta, quæ pariter inducit reciprocam inter vocatos, *vt post Soc. sen. consil.* 249. *n.* 4. *vers.* ... *moueor, lib.* 3. *Menoch. conf.* 797. *n.* 19. *firmat Fusar. d. q.* 472. *n.* 5.

Et ita vtraque, &c.

In hac celebri causa septem emanarunt decisiones ad fauorem Dominorum de Simonetta, quarum prima sub die 22. Martij 1638. & nominatur hic in principio decis. & impressa iam habetur supra in hac eadem p. 8. recent. decis. 28 Secunda est sub die 2. Iunij 1638. quæ est præsens decis. 54. Tertia erit infra sub die 13. Ianuarij 1640. Quarta sub die 28. Ianuarij 1641. Quinta sub die 22. Aprilis 1641. Sexta sub die 31. Ianuarij 1642. & Septima sub die 26. Maij 1642. quæ omnes decisiones emanarunt coram eodem bon. mem. Reuerendiss. Dunozetto Decano; & erunt infra suo loco iuxta seriem temporis.

REVERENDISSIMO P. D. DVNOZETTO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Auximiana Alimentorum.

Lunæ 7. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Alimenta qui se alicui præstare obligauit, aliaque ad victum necessaria subministrare, tenetur etiam si alimentandus esset diues, & haberet aliundè.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta præstare tenetur qui ad illorum præstationem se obligauit.*

2 *Alimenta non debentur ei qui aliunde habet vnde se alere possit, declara vt num. seq.*

3 *Alimenta, quæ debentur iure actionis debentur etiam ei qui aliundè habet vndè alere possit, & num. 6.*

4 *Pater licet filios habentes aliundè alere non teneatur tamen potest pro filijs alimenta stipulari ab alio, qui alimenta præstare tenetur etiam, quod filij habeant aliundè.*

6 *Subrogatorum regula non militat, vbi est diuersa ratio in ea cui fit subrogatio.*

7 *Hæres tenetur præstare legatum alimentorum filio testatoris relictum, etiam quod habeat aliundè.*

8 *Maritus qui in contractu matrimonij vxorem alere tenetur, cogitur iure actionis eidem alimenta præstare.*

9 *Pater tenetur alere filium etiam diuitem si iure actionis alimenta præstare debet.*

10 *Alimenta dicuntur necessaria etiam aliundè habenti vndè se alat, & num. seqq.*

Obligatus præstare alimenta, aliaque ad victum necessaria, tenetur etiam, quod non adsit præcisa necessitas in alimẽtando, & sic etiam quod habeat aliundè, num. 10. & seqq.

Verbum necessarium dicatur ne stare demonstratiuè, & num. 10. cum seqq.

11 *Viuere nemo potest sine alimentis.*

13 *Verbum necessarium, & similia denotant causam impsiuam non finalem.*

15 *Dictiones, tam, & quam, tribuunt æqualitatem vtrique copulato.*

Dispositum in vno ex copulatis, & in alio quoque dispositum censetur, nu. 15.

16 *Fideicommissarius, vel primogenitus qui post mortem restituere tenetur, si restituit in vita, potest onus aliquod iniungere.*

DECISIO LV.

Alexander Gallus possessor Primogenituræ de qua agitur à bon. mem. Card. Gallus institutæ cessit eam de anno 1627. Equiti Bernardino eius filio primogenito, qui viceuersa promisit soluere dicto Alexandro patri annua scut. 600. eius vita durante, necnon alere, & subministrare ad victũ, & vestitum necessaria tam dicto Alexandro eius patri, quam omnibus, & singulis eius fratribus, & sororibus, & illis operam studijs dantibus in omnibus auxiliari istas vero nubendas, seu monachandas decenter dotare, aliaque facere, quæ in d. Instrumento cessionis latius continentur;

Orta nuper controuersia inter d. Equitem Ber-
dinum ex vna, & d. Alexandrum patrem, Au-
stinum, & Antonium Iacobum eius filios, res-
pectiuè fratres ex altera super dd. alimentor
præstatione causaque ad Rotam delata, Du-
ui, an dd. alimenta debeantur, & pro qua
ma, & DD ea deberi responderunt, ad qu
vero summam mandarunt videri in alia di
tione.

Etenim quod prædicta alimenta debeantur
tet ex Instrumẽto d. cessionis in qua cum d. E
Bernardinus inter alia se in forma Camera
gauit alere tàm dictum Alexandrum, quàm
fratres, eisque ad victum, & vestitum nece
1 subministrare vtique † tenetur omninò d. pr
sionem adimplere. *l. quidam cum filium, & ibi*
ff. de verb. obligat. Surd. de alim. tit. 3. q. 3. num.
seqq. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 83. num. 1.
decis. 605. num. 9. Rot. decis. 402. num. 12. coram
rendiss. Decano.

Non obstat, quod prædicti fratres vltra p
nem dotis maternæ possideant tria præd
à bon. mem. Card. Gallo relicta, ex quibus
2 habeant vnde se alere † possint intret conc
quod alimenta non debeantur ei, qui aliund
bet vnde viuere possit, *l. si quis à liberis, §.*
Dinus, versic. sed si filius, & §. fin. ff. de libera
Surd. de alim. tit. 1. quæst. 78. nu. 32. Rota dec. 1
par. 5. recent.

Nam conclusio procedit in alimentis, qu
bentur ex iuris dispositione, vel officio Iu
secus autem in his quæ, prout hic, debent
3 contractu, † & sic iure actionis, quia tunc al
ta debentur etiam habendi aliundè vnde s
valeat, prout declarant *Alex. cons. 7. num. 10.*
Roland. cons. 55. n. 5. lib. 2. Pedroc. cons. 8. n. 198.
ad consuet. Messanen cap. 7. glos. 13. num. 32. vbi
congerit, *Seraph. decis. 447. nu. 8. Reuerendiss. D*
Decanus d. decis. 402. num. 11. Rota in recent. de
num. 6. & decis. 186. num. 1. & 2. decis. 199. n.
recent. & coram Buratt. decis. 765. nu. 4. & ibi
num. 9.

Non obstat, quod Eques Bernardinus
piens in se onus, omnemque commodum,
commodum domus paternæ videatur subin
in locum Alexandri patris, quoad ius ale
lios, & eius respectiuè fratres, ac proinde
admodum Alexander pater non tenebatur a
eius filios aliundè habentes, sed officio Iu
in subsidium, ita eodem modo teneatur d
Bernardinus tamquam in eius locum subro
ex regula, quod subrogatus sapit naturam
cui subrogatur.

Etenim remouetur difficultas ex quo d. B
Bernardinus non censetur simpliciter subrog
in locum Alexandri patris, sed est præcise
gatus præstare dd. alimenta vigore cessio
primogenituræ sibi factæ ab eodem Alexandro
4 tre, † qui licet alias non teneretur iure ac
alere filios aliundè habentes, nihilominus v
& potuit consulere dd. filijs eisque alimenta
pulari, vt in proposito ponderauit *Crauett.*
199. sub num. 10. vers. non obstat fundamentum,

Vnde dicebant DD. non applicari regul
5 subrogatorum † quando, prout hic militat di
sa ratio in ea cui fit subrogatio. *Castren. cons.*
num.

num.2.vers.posito ergo lib.1.Surd.consil.143. num.48. ad fin. & seqq.

In proposito namque diuersa militat ratio, siquidem pater tenebatur alere eius filios ex sola æquitate, vt eorum subueniret necessitati. At Eques Bernardinus tenetur tam illi quam eius fratribus alimenta præstare, adhoc, vt eius promissionem vigore d. Cessionis adimpleat, & sic non officio Iudicis, sed iure actionis, quæ operatur,
6 † vt alimenta debeantur etiam ijs, qui aliundè habent vndè viuere, possint ex supra allegatis. Et facit *Rot.d.decis.199. num.5. recent.* Vbi quod hæres tenetur iure actionis ad legatum alimětorum
7 filio relictum † habenti aliundè, quamuis pater defunctus non teneretur d.filium alere nisi officio Iudicis,& in subsidium, *& Surd.de alim.tit.1.q.32. num. 35. & seq.* Vbi maritus qui tenetur vxorem
8 alere officio Iudicis, † si in contractu matrimonij se obligauit eam, & familiam alere, obligatio ista alterat prouisionem legis, odeout maritus teneatur iure actionis dd. alimenta præstare,& pluribus comprobat *Giurb.d.cap.7.glos.13.n.29.& seq. & glos. 15.num.9.* Vbi quod si pater tenetur ad ali-
9 menta iure actionis, illa debentur † filio etiam diuiti: Idemque firmat *Vrsill. ad Afflict. decis. 99. num.7. & 8.Angel. Aret.cons. 140. per tot.* vbi contrarijs respondet.

Nec refragatur, quod Eques Bernardinus promiserit alere, & necessaria ad victum, & vestitum subministrare, ac proindè cum dd. fratres habeant dd. prædia, vnde se alant; cesset necessitas, & per consequens dd. alimenta eis non de-
10 beantur. Quia fuit † responsum alimenta dici necessaria etiam aliundè habenti, cum d.verbum necessaria, stet demonstratiuè non autem restrictiuè ad iudicandam scilicet alimentorum præ-
11 stationem, quæ omnibus † dicuntur necessaria, cum sine illis nemo viuere possit, non autem ad restringendam eorum præcisam necessitatem
12 in casu quo quis non † habet aliundè, vt in proposito aduertit *Anchar. inter cons. Cald. tit. de test. cons.2.circa med.vers.ex quo ergo tempus*, subdens
13 similia verba denotare† causam impulsiuam,non autem finalem, & ideo alimenta deberi, etiam si non adsit præcisa necessitas, & concordat *Corn. cons.187.n.10.& seqq.lib. 2.* Vbi ponderat similem dispositionem non censeri factam in casu necessi-
14 tatis, sed pro necessitatibus suis, & † alimenta dici necessaria, etiam si alimentandus aliundè habeat, eosque sequuntur *Sim.de Præt.interpr.vlt. vol.lib.4.interpr.1.dub.8.n.91.& seqq. Surd. de alim. tit.2.q.5.n.8.& seqq.& tit.3.q.1.n.42. Costa de rata q.16 n.14.*

Et confirmantur ex eo quia d.Eques Bernardinus sub vnica oratione, & verborum structura se obligauit alere, & subministrare necessaria quoad victum, & vestitum tàm Alexandro patri, quam omnibus, & singulis eius fratribus. Vndè quemadmodum patri debentur alimenta, quamuis ei promissa fuerint etiam annua sc.300. pari ratione assignata censentur alimenta fratribus, quamuis eisdem dd. prædia essent à Card.
15 Gallo relicta, cum illæ dictiones tam, & quam, tribuant æqualitatem vtrique copulato, adeout dispositum in vno, in alio quoque dispositum censeatur, *Surd.cons.317.n.16.& cons.401.num.12. & seqq.Barbos.de diction.dict.39.n.1.*

Denique non obstat, quod primogenituræ nō potuerit imponi huiusmodi onus alendi, Quia prædictum onus non fuit impositum primogenituræ, sed ipsi Equiti Bernardino, cui cum pater ante sui obitum cesserit d. primogenituram,
16 quam cedere non † tenebatur, potuit correspectiuè prædictum onus imponere, vt in similibus terminis tradunt *Molin.de primog.Hispan lib.2.c.4. num.32.& 33.Cancer.var.resol.par.3.c.15.nu. 173. Fontanel.de pact.nupt.claus.4.glos.9.par 5.n.82.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ROIAS,

Postea Episcopo Tarraconen.

Mediolanen. Domorum.

Lunæ 7. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Beneficiati, cæterique Officiales, cum neque Capitulum repræsentent, neque pars illius esse dicantur, aut vocem aliquam habeant in Capitulo non possunt prætendere ius optandi, quod solis Cathedralibus, seù Collegiatis conceditur, vel ratione vocis quàm Canonici habent in Capitulo, vel ratione Canonicæ, aut præbendæ. Literæ Apostolicæ emanatæ sub narratiua minus vera nullius sunt roboris, quamuis in forma communi fuerint confirmatæ.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non datur, si ius possessioni resistit, nec docetur de titulo.*
Manutentio non datur possessori, cuius titulus in continenti probatur inualidus, n.1.
2 *Manutentio, quæ pendet à negotio principali, non adhuc decisio, concedi non potest, nisi prius illud cognoscatur.*
3 *Beneficiati alijque Officiales de iure non faciunt capitulum.*
Ius faciendi capitulum spectat ad solos Canonicos num. 3.
4 *Capituli appellatione soli Canonici, non autem Beneficiati continentur.*
5 *Capitulum repræsentantur per solos Canonicos, non autem per Beneficiatos.*
6 *Beneficiati inseruire debent capitulo, sicut Episcopo.*
7 *Beneficiati debent inseruire Ecclesiæ, non autem se in illius administratione ingerere.*
Beneficiati non habent vocem in Capitulo nu.7.
8 *Beneficiati alijque officiales non possunt prætendere ius optandi.*
Ius optandi spectat solis Cathedralibus, seu Collegiatis, n.8.
9 *Ius optandi competit, vel ratione vocis, quam Canonici habent in Capitulo; vel ratione Canoniæ, aut Præbendæ.*
10 *Iuris optandi requisita non concurrunt in Beneficiatis alijsque Officialibus, neque vocem in Capitulo, neque Præbendam habentibus.*

11 *Impedimentum non præsumitur in eo, qui commodè aliquid facere poterat, sed potius censendum est illum noluisse.*
Literæ Apostolicæ emanatæ sub narratiua minus vera nullius sunt roboris, & momenti, & num. 12. cũ seq.
12 *Pontificis intentio deficit in gratia subreptitia, & numer. 14. cum seq.*
13 *Pontifex si sciuisset ea, quæ sibi narrantur non esse vera, vtique gratiam non concessisset.*
14 *Sacrilegium est de potestate Pontificis disputare.*
Confirmatio Pontificis gratiæ de per se nullæ, nullitate non narrata nullius est roboris, n. 14. & seq.
16 *Erectionis nullæ confirmatio in forma communi obtenta nihil operatur.*

DECISIO LVI.

DEfuncto de Anno 1636. Melchiore Gritia Offibiali, seu Beneficiato in Ecclesia Mediolanensi prætendentibus Officialibus, seu Beneficiatis habere ius optandi domos ijsdem assignatas Ripa vti antiquior sub die 5. Maij eiusdem anni dimissa domo, quam habebat, optauit domum d. Melchioris defuncti, & eodem instanti domum dimissam à Ripa Trabatonus, & dimissam à Trabatono Ferrarius, & successiuè cæteri Officiales, seù Beneficiati secundum eorum antiquitatem, & vigore harum optionum possessionem fuerunt adepti.

Sed cum Vicarius Mediolan. beneficium vacans per obitum d. Melchioris contulerit Ponzono, illique assignauerit domum dimissam à Ripa, & optatam à Drabatono; Isti Officiales, seu Beneficiati aduersus huiusmodi, & aliàs prouisiones factas à d. Vicario curarunt mihi causam committi, & dato dubio. An dd. Ripæ, & Trabatono, & Capitulo Beneficiatorum respectiuè esset danda manutentio in possessione dd. bonorum optatarum: hodie illo proposito contra dd. Ripam, Trabatonum, & Consortes solum informantes DD. responderunt.

Ea mori ratione, quia cum possessioni istorum Officialium, seu Beneficiatorum resistat ius nec aliquo titulo coleretur, quinimò si de aliquo
1 docetur; † vel apparet incontinenti inualidus quo casu non potest dari manutentio *Abb. in cap. cum Ecclesia Sutrin a n. 26. & ibi etiam Innoc. de caus. poss. & propr. Aym. cons. 248. n. 6. vers. nec obstat, & cons. 392. n. 6. Franc. Marc. dec. 273. in fine par. 1. Menoch. de recuper. remed. 1. ex n. 113. Grat. discept. 399. Rota apud Caputaq. decis. 296. p. 1. & coram sa. mem. Greg. dec. 404. n. 1.* vel saltem, quia pendet à reso-
2 lutione validitatis illius, quod adhuc † in Rota pendet indecisum, non potest ante illius terminationem concedi, vt fuit resolutum *coram eodem sa. mem. Greg. dec. 283. num. 5. vbi Add. latè n. 8.*

Iniustitia, & nullitas tituli, & possessionis deduci videtur ex eo, quia isti Officiales, seu Be-
3 neficiati de iure non faciunt † Capitulum dum hoc spectat ad solos Canonicos, *cap. nouit, cap. quanto de his quæ fin. à Prælat. Compostellanus cap. 1. n. 4. vers. numquid portionarij de elect.* cùm Capituli
4 appellatione soli Canonici, † non autem Beneficiati contineantur *Abb. in c. scriptum n. 4. de elect. & in c. dilecti n. 1. de maior. & obed. lib. 3. § summa, ff. de Collect. illicit. lib. 1. in princ. & ibi Doctor. præ-tim Bald. Castr. n. 1. ff. cuiusq; Uniuers. Franch. M dec. 799. n. 1. par. 1. Boer. dec. 115. n. 1. Cæsar. de Gr dec. 4. n. 14. de his, quæ fin. à maior. par. Capituli, R dec. 411. n. 5. & 6. & 455. par. 1. diuers. & fuit d in Hispalen. Contributionis 22. Maij 1615. coram E nentiss. D. Card Pamphilio,* et ipsum Capitul
5 non per Beneficiatos, sed per Canonicos rep sentatur, vt inquit *Abb. in cap. 1. nu. 11. & d. scriptum, n. 4. de elect. Caputaq. d. 88. n. 3. p. 1. Ser*
6 *dec. 426. n. 4.* cui Capitulo ijdem Beneficiati in uire debent, sicuti ipsi Episcopo, vt notat *Abb. in cap. cum non liceat n. 2. notab. 3. vers. ego v de præscript. Cæsar de Graff. d. dec. 4. n. 8.* cum m
7 Beneficiatorum sit inseruire Ecclesię non au se ingerere in illius administratione, aut in pitulo vocem habere, *vt per glos. in cap. p verb. Assisijs de cler. non resid. vbi Butr. n. 8. Abb. Rot. d. dec. 411. n. 5. par. 1. diuers. Caputaq. d. dec. 8 par. 1. Cæs. de Graff. d. dec. 4. n. 6. de his, quæ fi maior. par. Cap. per Cauall. dec. 57. n. 1. & seqq.*

His positis, non possunt dicti Officiales
8 Beneficiati prætendere habere ius optandi Cathedralibus, et Collegiatis competentes
9 *fin. vbi Doctor. de consuet. in 6.* cum tale ius op di illis competat vel ratione vocis, qua bent in Capitulo, *vt per Monet. de opt. cap. 4. num. 78.* vel ratione canoniæ, aut præbendæ, inquit *glos. in clem. vt hi qui, in verbo Capitulo tat. & qualit. Monet. vbi sup. n. 80. & seqq. Gr scept. forens. cap. 482. n. 22. Rota dec. 6. de consu nou. Milis in suo repertorio in verbo consuetudo non potest introduci*, quæ requisita non conc
10 in istis Officialibus, et Beneficiatis nullam cem in Capitulo, et nullam præbendam h tibus Dominis visum fuit.

Nec obstare Domini dixerunt vnicum f mentum Officialium, seu Beneficiatorum scilicet Archiepiscopus Vicecomes vigore l rum fel. rec. Sixti V. erexerit illorum Colle illoque erecto statuta vti Delegatus Apo condiderit, quibus inter cætera fuit statutu quod ædes assignatæ Officialibus seu Benefic optentur inter antiquiores, quia cum huius literæ fuerint impetratæ sub narratiua minus ra, quod scilicet S. Carolus inchoatam li rum felic. pariter rec. Gregorij XIII. prædec ris executionem morte præuentus absoluere quiuisset, et S. Carolus spatio annorum 10 expeditas literas Gregorij merè facultatiuas peruixerit, et ideo censendum sit potius luisse, quam impedimento aliquo detent nequiuisse ad dictam executionem deuenire *qui commeatus in princip. ff. de re milit. Alex. con n. 4. lib. 2. Cephal. cons. 708. num. 44. lib. 5.*

Propterea responsum fuit quod deficiente P
12 tificis intentione ex quo narratiua erat m vera, vt dictum est, hoc secundum Breue o titium Sixti, nullius fuisse valoris, et mom *c. super literis de rescr. l. & si legibus C. si contra fin. in princ. C. de resc. Menoch. de arbitr. casu 20 & seqq.* Quia si Pontifex sciuisset S. Caro
13 potuisse vti d. facultate, eaque vti noluisse que non concessisset, *Gabr. concl. 2. num. claus. Seraph. dec. 398. & dec. 1310. n. 1. Cassad. de pens.*

Nec confirmatio superuenta sanct.mem. Clementis VIII. potest suffragari Officialibus seu Beneficiatis, quia hæc non immutauit statum
14 præcedentem, nullum, licet enim adesset potestas in Pontifice de quo nefas, et sacrilegium esset dubitare *l.2.C. de crim. sacrileg. can. si quis suadente, §.qui autem 17.qu.4.* non tamen adfuit vo-
15 luntas† dum non fuit narrata nullitas *Calder.cons. 15.de iurepatr. Rota dec.365.in fine par. 2. recent. & dec.175.num.7.par.5. diuers.* Et ideò cum erectio fuerit nulla, vt facta vigore literarum obreptitiarum subsequens confirmatio in forma communi obtenta nihil operatur, *cap. penult. vbi glos. Abb.& alij de confirm.vtil.& inutil.Felin. in cap. inter dilectos num.6.de fid.instr.; & dixit Rota dec. 204. num.9.par.5.diuers.*

Et ita contra Ripam, Trabatonum, et Consortes informantes responderunt &c.

R. P. D. VEROSPIO

Postea S. R.E. Cardinali.

Viterbien. Census.

Lunæ 7. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac decisione an obligatio de vnius persona in aliam posit probari per Epistolam: Secundo, quod Epistola, vt obliget requiritur illam à scribente fuisse transmissam, & ab eo cui scribitur acceptatam, ac demum, quod exceptio nullitatis examinis ex defectu citationis sanatur per comparitionem, & dationem interrogatoriorum, Aliæ verò, quæ horum occasione dicuntur, videas ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validæ, & iustæ exequutioni sunt demandandæ.*
2 *Sententię dicuntur conformes, si omnes confirmant primam, & apparent latæ ad fauorem eiusdem personæ.*
3 *Epistola regulariter non solet parere effectum alicuius obligationis.*
4 *Epistola potest probare obligationem, quæ iam fuerat inducta.*
5 *Epistola potest extendere siue prorogare obligationem de persona vnius in alium, & n.seqq.*
6 *Pactum nudum potest contineri in Epistola.*
Pactum nudum potest declarari ex verbis nuncij, numer. 6.
7 *Epistola, vt dicatur prorogare obligationem de vnius persona in aliam, non requiritur, quod aliquis se constituat debitorem alterius, sed sufficit, vt fateatur se teneri soluere id quod ab alio debetur, & num. 8.*
9 *Epistola, vt probet obligationem requiritur præsentatio de ordine scribentis, & acceptatio eius cui dirigitur, & num.10.*
Consensus in epistola nasci dicitur si appareat præsentata de ordine scribentis, & acceptata ab eo, cui dirigitur, num.9.

12 *Consensus requiritur ad validitatem obligationis.*
11 *Epistola, vt obliget non sufficit, quod fuerit præsentata de ordine scribentis, sed requiritur, quod constet de tempore.*
12 *Scribens epistolam potest posteà pænitere eius, quod scripsit.*
13 *Consensus scribentis deficit in epistola præsentata post illius obitum, ex quo non scribens, sed eius hæredes obligarentur.*
14 *Epistola reperta penes eum, cui dirigitur præsumitur à scribente transmissa, & n.seqq.*
15 *Ordo scribentis non probatur ex quo epistola fuerit reperta penes eum, cui dirigitur, cum potuisset sine illius mandato ad eum peruenire.*
16 *Epistola directa domestico, & penes eum repertam non arguit, quod fuerit à scribente trasmissa.*
18 *Epistola extraneo directa, & penes illum reperta necessario infert, quod de scribentis ordine fuerit transmissa.*
Præsumptio subtractionis epistolæ potest cadere in personis domesticis, secus in extraneis, n.18.
19 *Obseruantia, & modus soluendi declarant præcedentem obligationem.*
20 *Debitor principalis si aliquis ex fideiussore fuisset effectus non habet contra quem reportare cessionem.*
21 *Recognoscens scripturam, amplius illam impugnare non potest.*
22 *Declaratio obligationis iam contractæ potest fieri etiam debitore inuito, aut ignorante.*
23 *Confessio facta parte absente de æquitate canonica suffragatur, & obligat.*
24 *Obligatio sine causa non valet.*
25 *Causa obligationis sufficit, quod posit præsumi ex rebus antea gestis.*
26 *Confessio facta inter consanguineos, nisi ex alia causa facta appareat præsumitur facta titulo donationis.*
27 *Exceptio solum opposita ante primam sententiam, & non repetita in sequentibus instantijs, non potest opponi vbi agitur de executione trium conformium.*
28 *Præsentia citati sanat defectum citationis.*
Citatio ad videndum iurare testes si non interuenit, vel inepte, sanatur per comparitionem, num. 28. & seqq.
30 *Nullitas examinis ex defectu citationis sanatur per dationem interrogatoriorum.*
31 *Testes super recognitione manus deponentes non requiritur, quod fuerit præsentes dum scriptura fuit confecta, sed sufficit illos habere notam manum scribentis, & vide n.seq.*
32 *Epistolæ cum scribuntur non solent super illis testes adhiberi.*
33 *Adminicula admittuntur etiam pro validitate recognitionis.*
34 *Census tam de sui natura, quam ex Constit. Pij V. requirit, quod sors nunquam peti possit à debitore inuito, sed vide n. seq.*
35 *Fideiussor, & alius interesse habens potest cogere debitorem census ad illum extinguendum neque hoc dicitur contra substantiam census.*

DECISIO LVII.

CVm quæreretur in hoc dubio. An esset locus executioni trium sententiarum quæ late dicebanber-

bantur fauore Pantasileæ, & Andreæ eius filij
hæredum Iosephi, & Pauli de Architectis: Do-
mini responderunt exequendas esse sententias,
cum probarentur validæ, & iustæ; Vnde lo-
1 cus † erat dispositioni *Clement. 1. de reiud.* quæ
talem executionem illis concedebat *vt notant*
DD. super ead. Clem. Cresc. dec. 1. & dec. 22. eod.
Couar. pract. quæst. cap. 23. nu. 5.

Et non negabatur illarum validitas, sicut ne-
que an essent inter se conformes, & vtrumque ap-
parebat ex actorum inspectione, in quibus pro-
babatur seruata fuisse omnia, quæ pertinebant
ad earum validitatem, & quod omnes eæ senten-
2 tiæ latæ fauore dd. hæredum semper † confirma-
bant primam sententiam; eæ quibus benè proba-
batur illarum conformitas, *vt notan DD. super*
ead. Clem. post gloss. in verb. alicuius, Couarr. eod. c.
25. n. 6. Gabr. de execut. rei iud. n. 33.

De iustitia earundem sententiarum, quæ sola
in hoc dubio oppugnabatur, visum fuit etiam
apparere, quia omnes declarabant, vt Angelus
teneretur extinguere censum, & liberare hæredes
Iosephi, & Pauli, à molestijs, quas patiebantur
occasione eius census, pro quo Iulius pater An-
geli se obligauerat simul cum Paulo, & Iosepho
fauore Monasterij Sanctissimæ Trinitatis Ciui-
tatis Viterbij; Quamuis enim ex Instrumento
impositionis eiusdem census apparet, quod Pau-
lus, & Ioseph erant principales debitores, & Iu-
lius fideiussor, tamen probabatur; quod Iulius
postea in se susceperat non solum omne eius
onus, sed etiam expresse promiserat illius extin-
ctionem, quam facere condemnatus fuerat An-
gelus in dictis sententijs. Etenim imposuerant
Ioseph, & Paulus eum censum super proprijs bo-
nis eumque vendiderunt anno 1592. in mense
Augusti pretio scu. 500. Monasterio Trinitatis,
& nondum exacto anno, hoc est mense Martij se-
quentis anni 1593. vendiderunt viginti, & octo
Boues aratores pro pretio scut. 500. & quinqua-
gintaquinque Fabio Iacobutio, qui loco pretij
suscepit in se debitum d. census cum promissio-
ne illum extinguendi intra terminum vnius an-
ni, ac soluendi fructus, qui erant decursi à die
10. mensis Februarij præteriti anni, & eos, qui
imposterum decurrere debebant. In locum hu-
ius obligationis, & promissionis factæ à Fabio
successit Iulius, vt idem declarauit in sua Episto-
la, quam scripsit Iosepho dum viueret. Nam
respondens in illa alteri Epistolæ, in quia Ioseph
eum admonebat de molestijs, quas patiebatur à
Monasterio scripsit, quod molestè ferebat eum
ita vexari, & quod permissurus non erat, vt dam-
num pateretur, cum ipse eum censum in se su-
scepisset in peculiari conuentione, quam fecit
cum Fabio suo Socero; addita noua promissione
illum extinguendi, redimendo eius sortem, at-
que etiam liberandi semper Iosephum ab omni-
bus molestijs, quæ eidem inferrentur à creditori-
bus. Ex hac vero Epistola rectè visum fuit pro-
bari, quod debitum huius census pertinebat ad
Iulium, siue Angelum illius hæredem, quem sen-
tentiæ condemnarunt; quia licet Epistola com-
3 muniter † non soleat parere effectum alicuius
obligationis, *vt notant DD. in l. publia §. vltimo,*
ff. depositi, & in l. emptor, §. Lucius ff. de pact. Ta-
4 men probare potest † obligationem, quæ
fuerit inducta, *vt traditur in eod. text. in d. l.*
blia, & notant ibi etiam DD. Bart. in l. Titius
24. n. 1. ff. de constitut. pecun. Bald. num. 2.
rubr. C. eod. tit. n. 15. Iason. in l. sciendum num
in fin. ff. de verb. obligat. Et potuisset in hoc
nasci etiam noua obligatio in persona Iulij,
cum esset eadem obligatio antea contracta
persona Fabij, qui in Instrumento emptionis
stipulationem in se suscepit obligationem
Paulus, & Ieseph tenebantur fauore credi-
census, agebatur solum ex ea Epistola de ex-
5 dendo, † siue prorogando effectu obligat-
Fabij in persona Iulij, quod rectè fieri potuit
probat text. in d. l. Titius Seio, & voluit gloss.
eum, qui §. Iulianus quoque, ff. eod. tit. de
pecun. Bart. in l. vlt. num. 1. ff. eod. tit. Castr.
398. nu. 1. lib. 1. qui rationem considerat,
vbicumque præcedit obligatio in persona
rius, non est necessaria noua stipulatio, sed
6 est pactum † nundum, quod potest contine-
Epistola, aut etiam declarari ex verbis Nu-
vt probat *text. in l. labeo, ff. eod. de pact. in §.*
constituta instit. de action. Et procedunt hæc
nia, quamuis ex Epistola, aut verbis Nunc.
7 constet, quod aliquis expresse se constit-
debitorem alterius, *vt est casus propositus in*
Titius seio, sed solum ille confessus fuerit se
soluere id quod ab alio debetur, quod ac-
etiam in casu huius decisionis, cum in Epi-
scripta à Iulio præter verba, in quibus ille
ligauit ad redemptionem dicti census con-
8 tur etiam illius declaratio, † quod ad se
bat id debitum, *& voluit Bald. in auth. si*
C. de constit. pecun. nu. 7. Aym. de antiq. tem.
1. §. vidimus num. 39. qui mouentur author.
l. quidam ff. eod. tit. de constit. pecun. quam
singularem commendant, & tradit Genua in
scriptura priuata lib. 3. tit. 1. n. 26. Io. Fab.
de constituta n. 11. instit. de action.

Neque poterat controuerti obligatio, quæ
cebatur nasci ex ea Epistola, eo quia non p
retur, vt illa præsentata fuerit Iosepho,
quam ipse Iulius obiret; quæ duæ condi-
requirebantur, vt posset ex illa dici induct-
gatio, cum ex illius præsentatione facta à Iu-
9 nasci † inter eos debuisset mutuus consen-
10 qui requirebatur ad validitatem † eiusdem
gationis, vt tradit *Genua eod. lib. 3. tit. 1. nu.*
voluit Bald. in rubr. C. de dot. promiss. num. 3.
l. admonendi num. 135. ff. de iureiurando, sicut
11 ne eius consensus necessaria etiam erat
12 temporis, cum potuisset Iulium † pœniter-
quod in illa scripserat, Vnde in præsentatio-
13 cta post eius obitum † deficere videbatur co-
sus ex quo potuisset obligari illius hæres,
siderauit *Ripa super eadem l. admonendi num*
ibi etiam Iason. nu. 141. Felin. in cap. 2. de
strum. num. 19. & tenuit Rota coram Puteo de
lib. 1. Etenim non poterat negari prima co-
14 dum reperta fuit penes Iosephum Epistola,
qua continebatur ea obligatio Iulij. Et lice-
15 garetur ex hoc probari mandatum, & ordi-
bentis, cum potuisset ad eum peruenire lite-
dato Iulij, vt voluit *Laderch. in cons. 101. num*
quod refert Genua de scriptura priuata eod. lib.

95 *& tenuit Bald. in rubr. C. de dotis promissione supra relatus eod. num. 3. argum. text. in l. absenti ff. de acquir. poss.* Tamen contrarium præsumi debebat,
16 quia cum scripta fuisset, † vt mitteretur Iosepho hoc solum probare videbatur, quod ad illum delata fuisset de mandato Iulij, vt pluribus probat, *Cæphal. in cons. 272. nu. 88.* vbi declarat Consilium Laderchi procedere in personis domesticis, in
17 quibus † cadere potest præsumptio subtractionis non autem inter personas extraneas, aut absen-
18 tes, † qualis erat Ioseph. cui ea Epistola missa fuit, quod etiam voluit *Hippoll. Rimin. in cons. 9. nu. 30. Felin. in cap. coram nu. 9. de offic. de leg. vbi idem Bald. n. 2. Bart. in l. labeo §. 1. ff. de pact. & in l. falso § qui tabulas ff. de furt. Rom. cons. 446. n. 11.* Super altera conditione, vt ea Epistola tradita fuisset Iosepho viuente Iulio plures coniecturæ considerari poterant, quæ illam probare videbantur. Et primò probare eam poterat obseruantia quia non solum semper Iulius postea soluit fructus census à tempore, quo epistola scripta fuit sed eadem solutiones apparebant factæ ab illo, tanquam fideiussore Fabij. Vnde non poterant
19 illæ † referri ad primam obligationem quam fecerat Iulius in impositione census, tanquam fideiussor Iosephi *arg. tex. in l. si de certa C. de transact. & in l. emptor §. Lucius ff. de pact.* Et hæc causa expressè continebatur in prima solutione ab eo facta anno 1603. Et idem etiam ostendebant aliæ solutiones, quia licet in ijs non contineretur hæc causa, tamen apparebant omnes factæ non impetrata cessione iurium contra Iosephum, aut alios qui erant in eo censu obligati, ex quibus colligebatur, quod factæ erãt occasione posterioris obligationis, in qua cum Iulius è fideiussore effectus
20 fuisset debitor principalis non habebat † contra quem eam cessionem obtineret, *argument. text. in l. cum de indebito, ff. de probat. & in cap. peruenit de fideiussor* & notant ibi DD. *& dixit Rot. in dec. 153. nu. 7. p. 2. diuers. & in Romana Reuelationis 12. Maij 1603. coram Card. Pamphilio.*

Secundo hæc adminicula desumi poterant ex alia Epistola scripta ab Angelo hærede Iulij, in qua occasione debitorum eiusdem Iulij quorum in ea fiebat mentio, legebatur descriptum hoc scutorum quingentorum, quod ille habebat cum Monasterio Sanctissimæ Trinitatis, ex quibus probabatur non solum onus huius debiti, quod Iulius viuens in se susceperat, sed etiam scientia, quam habuit Angelus huius æris alieni, & hanc epistolam recognouit Angelus tanquam à se scriptam,
21 quam propterea ille hodie † impugnare non poterat, vt notant *DD. in l. admonendi & ibi Bart. nu. 25. Ias. in 1. lect. nu. 135. & in 2. nu. 85. Felin. in cap. 2. num. 10. de instrum.* Et poterat etiam sustineri, quod non fuisset necessaria probatio, vt dicta Epistola consignata fuisset Iosepho, quatenus in eo continebantur non solum verba, quæ poterant eam obligationem inducere sed etiam ea, probabant obligationem iamdiu contractam, quo casu non opus erat probare, vt tradita fuerit
22 Epistola creditori, cum potuisset ea † declaratio fieri etiam illo inuito, aut ignorante, vt notant *DD. in cap. si cautio de fid. instrum. & ibi Felin. 128. Imol. nu. 5. Butr. nu. 7. Bart. in l. nuda ratio nu. 10. ff. de donat. & tenuit Rota apud Cæs. de Graff. decis. 2. de prabend. nu. 7. & 8. & coram Card. Seraph. dec. 73. nu. 4.* quæ maximè procedunt inspecta æquitate
23 canonica, cum secundum eam recipiatur, † & obliget confessio facta parte absente, vt notant *DD. super eod. cap. si cautio de fid. instrum. Gabr. de confessis concl. 1. num. 146.*

Non etiam impugnari poterat eadem Epistola quasi nullam contineret causam huius obligationis, quam Iulius in se suscepit, quæ causa neces-
24 saria † etiam fuisset ad illius validitatem vt tradit *Felin. in d. cap. si cautio n. 1. & probat text. in l. nuda ratio ff. de donat. vbi Butr. sub nu. 3. Genua de priuata script. eod. tit. 1. nu. 62.* Non enim visa fuit eadem causa deficere, quia cum probaretur delegatio debiti facta Fabio in instrumento venditionis, quam fecit illi Ioseph. Translatio eiusdem debiti è persona Fabij in personam Iulij probabatur ex Epistola ab eo scripta, in qua inserta erat hæc causa, quia scilicet ita conuenerat cum Fabio; & poterat eadem causa sufficere, cum, vt diceretur de ea constare satis esset, quod illa præsu-
25 mi posset ex † rebus gestis, vt declarat *Felin. in d. cap si cautio num. 13. in 8. limit. sequendo auctoritatem Abbatis, qui idem tenuit super eod. c. sub num. 1. in fin. Butr. nu. 11. Io. Andr. in addit. ad specul. in rubr. de deposito in princ.* Præsertim cum redderetur verisimilis ex coniunctione sanguinis, quæ intercedebat inter Fabium, & Iulium, cuius occasione, quando omnis alia causa deficeret præsumi debe-
26 bat inter eos donatio, † quæ etiam satis esse poterat ad sustinendam eam confessionem, vt tradit idem *Felin in d. c. si cautio in 1. limit. & in decimatertia sub nu. 3. & nu. 18. Butr. nu. 11. Bald. in l. generaliter nu. 14. C. de non nu. pec. & in l. 1. nu. 113. C. ad Velleian.*

Nec obstare visa fuerunt, quæ dicebantur contra probationem, quæ colligebantur ex d. Epistola respectu susceptionis huius debiti factæ à Iulio, eo quia testes, qui adhibiti fuerunt pro illius recognitione, non probarent id quod in ea continebatur. Etenim opponebatur primò contra examen testium, quod non fuisset antea citatus Angelus ad videndum illos iurare. Secundò, quod eorum depositio non concluderet, vt Epistola scripta esset manu Iulij, cum non fuissent præsentes, quando illa scripta fuit; Quæ duæ exceptiones non visæ fuerunt obstare ex pluribus. Nam
27 præterquam prima non poterat opponi † in hoc iudicio, in quo agebatur de executione trium conformium, dum eadem exceptio solum opposita fuit ante primam sententiam, & nunquam repetita in sequentibus instantijs, vt notant DD. *in c. de confirmatione vtili, vel inut. vbi Innoc. nu. 2. & in c. super literis vbi idem Innoc. nu. 7. Felin. nu. 31. in 4. limit. Butr. n. 41.* Præterea tollebatur ea nul-
28 litas non solum ex præsentia † Angeli, dum Iudex suo decreto madauit, vt testes iurare deberent *ex notat per DD. in l. de vnoquoque ff. de re iud vbi Angel nu. 5. Alex. num. 2.* & in terminis huius ci-
29 tationis † ad videndum iurare testes, *tenuit Rota apud Cæs. Graff. decis. 15. de testib. nu. 6. & in Assisten. Emphyteusis 2. Iunij 1627. coram Card. Virili,*
30 sed etiam ex interrogatorijs, quæ ab illo † data fuerunt, quando testes fuerunt examinati, vt tenuit *Rota apud eundem Cæsar. de Graff dec. 9. nu. 6. de sent. & re ind. & coram Put. dec. 300. n. 2. lib. 3.*

& dec.

& dec.680.n.3. par.1. recent. Altera vero exceptio obstare non poterat, cum non esset necessarium, vt testes fuissent præsentes, quod Iulius eam
31 Epistolam † scripsit, sed satis erat, vt deponerent, quod notum habebant illius caracterem, vt voluit *Bart.in d.l. nuda ratio n.9. ff.de don.* quem sequutus fuit *Castr. in l. admonendi n.22.ff. de iur.iuran.Socc.in l.si ita scripsero n.3.ff.de cond.& demonstr.* adducendo rationem, quia hæc recognitio debet satis esse in ijs scripturis, in quibus non solent testes adhiberi vel ex communi vsu, vel propter qua-
32 litatem materiæ, quæ in illis continetur, † & in terminis Epistolæ hoc pluries firmauit *Rot. & apud eumdem Cas.de Grass.dec.2. nu.7.de præben.& in dec. 570. nu. 2. p.1. diuers. & in Perusina Dotis 18.Maij 1630.coram R.P.D.meo Dunozetto* quod præcipuè admittendum erat propter adminicula, quæ concurrebant, tum ex solutione fructuum, quæ facta deinde fuit primo à Iulio, postea ab Angelo; tum ex confessione eiusdem Angeli in Epistola, in qua ille agnouit hoc debitum tanquam proprium
33 Iulij, † cum ea etiam adminicula admittantur pro validitate recognitionis, vt tradit *Bart. in auth. at si contractu nu. 6. C. de fid. instrum. & tenuit Rota in decis.124. num.3. par.2.diuers. & decis.303. num.3. p. 1. rec.*

Demum non visa fuerunt obstare quæ dicebantur super nullitate obligationis Iulij propter qualitatem census, cuius extinctio promissa fuit cum non potuisset cogi ad eius extinctionem tam ex propria eius natura, quæ erat, vt illius pretium siue sors nunquam peti posset à debitore inuito,
34 quam ex Constit. Pij V. quæ idem disponebat, vt legitur in ea Constitutione, & tradiderunt *Couar lib. 3. c.8. nu.7. Sotus de iust. & iur. lib. 6. qu.5. art. 3. concl. 1. & alios quos refert Rot. coram Cardin. Seraph. dec.106. & dec. 269. nu. 1.* Hæc enim vera erant respectu creditoris siuè emptoris ipsius census, qui illius pretium nunquam repetere potest à venditore, non autem respectu alterius personæ, quæ se obligauerit simul cum venditore, quia be-
35 ne potest hic tertius cogere venditorem † census ad illum redimendum, cum eius respectu non possit considerari ea perpetuitas, quæ est necessaria ex parte emptoris, ex quo illius actio non est ordinata ad recuperationem sortis, quæ perpetuo debet esse apud venditorem, sed vt seruetur indemnis, & liberetur à fideiussione, quam fecit fauore eiusdem venditoris, vt tenuit *Rota in Romana, seu Bonon. Census 7. Maij 1601. coram Corduba, & in Romana Annuæ responsionis 30. Octob. 1602. coram Iusto, & tradunt Moder. in tract. de Cens. p. 2. c.2. q.3. art. 4. nu. 7. p. 3. c.1. qu.3. art.1.* Neque poterat dubitari an in obligatione Iulij contineretur etiam promissio extinctionis d. census, quia hæc illius obligatio non solum colligebatur ex quo ipse successerat in locum Fabij, qui præcisè teneri voluit ad ea extinctionem, sed apparebat eadem extinctio promissa in Epistola, quam Iulius scripsit Iosepho, cum in ea declarauerit se velle ad vtrumque teneri, & ad fructus, qui decurrebant existente censu, & ad redemptionem sortis principalis.

Et ità vtraque &c.

Infra in eadem causa sub die 18. Februarij habetur altera decisio coram eodem bon. mem. nentiss. Card. Verospio.

R. P. D. GHISILERIO,

postea Episcopo TERRACINEN.

Meleuitana Habitus.

Mercurij 9. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Filiatio legitima, & nobilitas quomodo prob. ad effectum consequendi habitum Relig. Hierosolymitanæ.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio legitima probatur per testes deponentes pro tali haberi, & ab omnibus reputari.*
2 *Mores, dignitas, fides, & grauitas in testib. statur.*
3 *Testes seniores cæteris præferuntur.*
4 *Nobilitas rectè probatur per testes cum antiq. scripturis.*
5 *Habitus Religionis Hierosolymitanæ non potest gari probata nobilitate & filiatione legitima.*
6 *Sententia absolutoria tollit exceptionem malæ*
7 *Exceptio malæ vitæ tollitur si quis est effe liaris sancti Officij.*

DECISIO LVIII.

COmmissa mihi causa appellationis inter à duabus sententijs in quibus fuit pro tum D. Narcisum Sardum nob. Meliuen. esse admittendum ad habitum Sac. Relig. Hierosolymit. dubitaui in Rota an constaret nobilitate d. Sardi, & de alijs requisitis ita set admittendus ad habitum, quod dubium tantum informante, affirmatiuè fuit resol. eo quia probauit suam nobilitatem pro tione habitus iuxta Statuta Religionis 57. dè recipiendis Fratribus. Si quidem ex probauit se filium legitimum ex Io: Cola S. & Oliuia Parisia absque vlla macula, seu cum Iudæis, aut similibus, & ita ab illis
1 tantum, † tractatum, & reputatum, nec non ab omnibus, qui eum agnoscebant, ex sufficienter talis filiatio legitima ex præ legitimo matrimonio habetur pro iustificata *norm.in c. lator nu. 6. qui filij sint legitim. Fel. illud n. 12. de præsumpt. Menoch. cons.490. nu. seqq. lib. 5. Mantic. dec.317. nu. 1. qui plures* Præterea probauit nobilitatem d. Io. Cola nati ex Colandrio Sardo, & Francisca Gh. Insuper probauit nobilitatem Oliuiæ matris quo nata fuit ex Matthæo Parisio, & Ioan. Canizaro, ex testibus examinatis in Ciuitat. zini deponentibus à primo articulo vsque decimum de nobilitate, & alijs requisitis d. cisi deponentibus super 7. artic. ipsum Nar. vixisse ac viuere vti nob. Virum, & cum hominibus practicasse, & practicam habet

pro tali inter eos fuisse admissum, quæ depositio multum facit ad eius nobilitatis probationem, & à 13. vsque ad 22. deponentibs de nobilitate Ioannellæ Cannizaro auiæ maternę quorum depositionibus cum sint personæ nobiles, & ex Senioribus, & ditioribus illius Ciuitatis ad probandam nobilitatem, est adhibenda fides, † cum non sit dubium, quin in testibus fides, dignitas, mores, & grauitas spectanda sit *c. si testes, §. in testibus 4. qu. 3. & l. 3. in princ. ff. de testib.* Seniores enim cæteris † præferuntur *c. licet ex quadam, & c. quoties de testib.* Pariter ex testibus examinatis in Ciuitate Minij probatur nobilitas Oliuiæ Matris & Matthæi Parisij aui materni, deponentibus ipsos, ac omnes eorum antecessores fuisse tentos, & reputatos, ac esse nobiles, & familiam Parisiam semper fuisse nobilissimam; Et ex alijs testibus examinatis in tera Mottæ de Camastra, iustificatur nobilitas Io. Colæ patris, & Colandriæ Sardi aui paterni deponentibus d. patrem, & auum respectiuè fuisse, & esse Barones, & Dominos in temporalibus d. Terræ Mottæ cum iurisdictione, & vassallis ab annis 300. Vlterius dantur 5. testes examinati in Ciuitate Messanæ super nobilitate Franciscæ Chinico auiæ paternæ cum omnibus requisitis.

Supradictorum testium depositiones coadiuuantur ex antiquissimis scripturis demonstrantibus nobilitatem dd. familiarum, vnde ex omnibus simul iunctis plena nobilitatis probatio resultat, & ex illis ascendentes d. Narcisi probantur tales quales testes † eos probare conantur, qui modus probandi videtur optimus *Caputaq. decis. 277. nu. 5. p. 1. Mantic. dec. 317. nu. 2.* Supradictis autem concurrentibus in Narciso, censuerunt DD. non posse † illi habitum denegari, *prout in simili fuit resolutum coram R. P. D. meo Panzirolo in Meliten. approbationis ad habitum 27. Iunij 1626.*

Non obstant opposita de mala vita d. Narcisi, cum ex testibus supra ponderatis probetur contrarium, & cessat omnis difficultas ex † sententia absolutoria lata ad eius fauorem per Vicarium generalem de qua constat ex publico instrumento, prout ex literis patentibus S. Officij constat ipsum 29. Maij 1623. fuisse creatum † familiarem d. S. Officii, & ex alio instrumento attestationis Commissarij generalis probatur, illum adhuc inseruire, & gaudere priuilegijs, & exemptionibus familiarium eidem S. Officio adscriptorum, Ex quibus omnibus simul iunctis apparet, exaduerso opposita non posse verificari.

Et ita &c.

R. P. D. PANZIROLO

postea S.R.E. CARDINALI.

Anconitana Laudi.

Lunæ 14. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Laudum promulgatum à duobus ex tribus Arbitris, tertio neque interueniente, neque citato, dicitur nullum, quamuis ille ab aliorum sententia semper dissenserit. Sententia lata extra diem in qua cadebat citatio possit ne substineri stante partis contumacia. Compromissum factum super vna re an extendatur ad aliam saltim connexam, & quæ talis dicatur in hac materia, & an procurator constitutus ad compromittendum, possit compromissum prorogare.

SVMMARIVM.

1 *Arbitri tres si fuerunt electi, vno absente & non citato reliqui arbitrare non possunt.*

2 *Iudex si partes monuerit, vel remiserit ad aliquam diem, a monitio pro citatione habetur.*

3 *Iudex, seu Arbiter si partes remiserit, vel monuerit pro aliqua die, pro illa die dicitur interpellatus.*

4 *Arbitri plures si fuerint electi, vt aliqui rectè possint pronunciare, requiritur quod alij fuerint citati cum expressionem temporis, & loci.*

Citatio in iudicio facta coram Arbitris requirit expressionem temporis, & loci, n. 4.

5 *Iudex stante contumacia citati in die in qua cadit citatio, potest per aliquos dies sequentes sententiam ferre, sine noua citatione.*

Hoc tamen dupliciter intellige primo quod contumacia accusetur eadẽ die & hora, in qua cadebat citatio, n. 6

Secundo quod die immmediatè sequenti feratur sententia, non autem vltra, n. 7.

Contumacia partis non comparentis accusari debet eadem die, & hora, in qua cadit citatio, n. 6.

8 *Arbitri plures, si ex illis vnus discordat, non per hoc possunt alij eo non vocato sententiare, & nu. seqq.*

9 *Arbiter vnus licet nunquam alios ad suam sententiam trahere potuerit, tamen potest esse quod illos remoueat in actu iudicandi.*

10 *Arbitri tenentur omnes controuersias terminare, non autem illas indecisas relinquere.*

11 *Argumentum de sententia ad laudum, non valet.*

Sententia de per se est diuidua, n. 11.

12 *Laudum est nullum in totum si Arbitri excedunt potestatem, eis in compromissio tributam.*

13 *Verba compromissi, quamuis generalia restringuntur ad rem, & causam, cuius occasione fuit ad compromissum deuentum.*

14 *Verba antecedentia recipiunt declarationem à sequentibus.*

15 *Arbiter iudicare potest super omnino connexis, & dependentibus.*

16 *Compromissi dependentia dicuntur tantummodo ea sine quibus illud explicari non potest.*

17 *Socij possunt inter se etiam alia negocia gerere, ad societatem non pertinentia, & duplicem personam representare.*

18 *Socij quæcumque faciunt inter se, non ex hoc dicuntur fuisse facta occasione societatis.*

Socij possunt aliqua inter se inire ratione beneuolentiæ, vel alterius seruitij, non societatis, n. 18.

19 *Procurator, qui habet mandatum ad compromittendum, non potest compromissum prorogare.*

Procurator qui habet mandatum ad locandum, non potest primam locationem prorogare, vel nouam facere, n. 19.

20 *Prorogandi facultas alicui concessa, expirat prima prorogatione facta.*

21 *Procurator constitutus ad compromittendum vsq; quo causa fuerit terminata. potest vsque ad finem illius compremissum prorogare.*

Pro-

22 *Procurator generaliter ad compromitttendum constitutus possit ne ita, & ea compromittere, quæ speciale mandatum requirunt.*

23 *Promittens aliquem ratificaturum cum iuramento, promissionem præcisè seruare tenetur.*

24 *Ratificatio nihil operatur, si antea fuerit in contrarium protestatum.*

DECISIO LIX.

IN Ciuitate Neapoli inita fuit societas de anno
1632. inter Philippum, & Io. Vincentium de
Bilis, & Hieronymum Marcellinum cum partici-
patione Rogerii Romualdi, & aliorum duratura
ad triennium, cuius occasione cum ortæ fuissent
nonnullæ differentiæ inter Romualdum, & socios
pro illarum terminatione fuerunt electi in arbi-
tros Siluester Augustinus, & Hieronymus Petro-
nus. Verum quia prædicti Arbitri erant inter se
discordes de communi partium consensu fuit in
tertium electus Io. Staraneus, qui præuia d.com-
promissi trina prorogatione, vna cum Arbitro
Marcellini, & Biliorum tantum tulit laudum, in
quo Romualdus condemnatus fuit ad soluend.
aliis sociis scuta 1277.63.

A quo laudo, cum Romualdus pro illius redu-
ctione appellasset ad A. C. placuit partibus ex-
quirere votum Dominorum, & ideò dedi dubium.
An laudum esset exequendum, sed quia in illius
disputatione pro parte Romualdi quamplurimæ
deducebantur nullitates, & sedulò instabatur, vt
prius de illis videretur, DD. eius petitioni an-
nuerunt, & cæpta super eis disputatione hodie
resolutum fuit, laudum esse nullum.

Prima autem nullitas deducebatur ex eo quod
tertius electus laudauit vna cum Artro Marcelli-
1 ni, & Biliorum, absente, † & non citato Arbitro
Romualdi, quod enim fieri non poterat, vt pro-
bat *text. in l. si in tres 20. ff. de recep. arbitr. Oldrad.
cons.42 post princ. & per tot. Alex. cons.13. nu.9. lib.1
Rot in Florentina nullitatis laudi coram Corduba im-
press. per Marches. de commiss. p.1. fol.117. nu.4.*

Nec potest dici, quod fuerit sufficienter requi-
situs Arbiter Romualdi ex eo quod sub die 8.
mensis Aprilis ipse vna cum aliis monuit partes
ad sententiam pro die 10. sub qua omnes insimul
congregati prorogarunt iterum monitionem ad
diem 12. & quia illa die ipse non interfuit, tertius
electus, & Arbiter Marcellini, & Biliorum proro-
garunt monitionem ad diem quartam in qua ip-
si duo tantum tulerunt laudum. Quia si arbitri
sub die 12. sub qua cadebat prorogatio, laudum
tulissent, rectè fecissent, ex quo Arbiter Romual-
di posset haberi pro præsente cum verum sit dice-
re, quod supradictæ monitiones, ac prorogatio-
2 nes † respectu partium haberent vim citationis,
3 & respectu Arbitrorum deseruirent † loco inter-
pellationis, sed ex quo dicta die 12. loco promul-
gationis laudi fuit facta à præfatis duobus Arbi-
tris alia prorogatio ad diem 14. quia ibi non
reperiebatur Arbiter Romualdi, necesse erat,
quod iste de nouo requireretur, & moneretur spe-
cificè pro die ab ipsis destinata, cum expressione
certi loci, in quo deberet insimul conuenire, cum
alias prorogationem huiusmodi non posset diui-
nare, & multominus locum, in quo debebat con-
uenire, & ideò vt in his casibus possint d[...]
tè pronunciare, requiritur, quod alius, q[...]
luit interuenire, fuerit legitimè requisitus,
4 non dicitur factum, † si in citatione deficia[t]
poris, & loci certitudo, *Alex. cons.124. n.11.*
Natta cons.39. nu. 9. vbi etiam refert, & [...]
eumdem *Alex. cons. 48. lib.7. qui n.13. in fi[...]*
& posito firmat non sufficere, si in alio loco alias [con]-
gregauerint nisi expressè sit deputatus per [...]
idem negocium discutiendum, Rot. dec. 409. [...]
med. 1. par. & dec.312. n.4. par.4. in rec.

Nec releuat si dicatur, quod laudum no[n]
latum sub die 12. sub qua cadebat monitio f[...]
omnibus Arbitris, stante contumacia Arbi[...]
5 sius Romualdi, † qui noluit interesse, & [...]
tuit expectari vsque ad diem 14. in qua la[...]
fuit laudum *iuxt. text. in cap. consuluit de off[...]*
6 quia hoc haberet locum, † si in die cadentis [mo]-
nitionis fuisset accusata contumacia absen[...]
presse, & specificè, vt declarat *Rot. in rec. de[...]*
nu.2. p.1. quod tamen non fuit factum in c[...]
7 stro, & latum fuisset laudum die † immed[iate se]-
quenti, non autem post duos dies iuxta ve[...]
opinionem, quam sequitur *Rot. in recent. de[...]*
sub nu.4. par.1.

Nec subsistit replicatio, quod non fueri[t ...]
sè citare Arbitrum Romualdi eò quia [...]
alijs congressibus interfuit vna cum Arbit[ro Mar]-
cellini, & Biliorum, & tertius electus ab i[...]
per dissensit, nec petuit eos in suam sente[ntiam]
trahere, & propterea sperni potuerit illi[...]
8 cium, & laudũ eo absente præferri † secundu[m ...]
in cap. Raynaldus de Testam. n.1. quia in co[n]-
stat communis opinio, quã reprobato Inn[...]
tenent *Anchar. in cap.2. ante nu.1. vers. & B[...]*
ista de Arbitr. in 6. Bart. in l. si in tres. nu. [...]
nu.4. ff. de recept. Arb. Blanc. in tract. de com[...]
qu.9. nu. 56. vers. sed contrarium, & post me[...]
fol. 196. à tergo Io. Baptista Perusinus de Arb[...]
cap.15. nu. 24. circa medium vers finge Arbi[...]
nes inter dictos tractatus eod. tom.3. fol. 274 [...]
enim Arbiter Romualdi tempore prol[a]tio[nis lau]-
di opinionem suam talibus rationibus [...]
9 exponere, † vt valeret alios vel trahere in [...]
sententiam vel dubios reddere alios in op[...]
quam tenebant, cum sit mutabile hom[...]
positum, & sic facere id, quod in alijs [...]
bus non potuerat, prout considerauit B[...]
terminis in l. duo ex tribus in fin. ff. de re iud. [...]
sequuntur plures relati per *Blanch. de com[...]*
num. 56. vers. sed contrarium paulo post pri[...]
d. versiculi.

Secunda nullitas dicebatur consistere [...]
quod Arbitri in laudo reseruarunt plura [...]
uorem dd. de Bilis, & Marcellinis, cu[m ...]
xione termini longe maioris, quàm in co[m]-
misso contineretur. Et primò reseruarunt [...]
& Marcellino ius probandi valorem p[...]
300. pannorum pro nundinis Salerni a[d ...]
transmissarum fuisse minoris pretij sc. 18[...]
prout ipsi Arbitri esse declararunt, cum [...]
xione termini trium mensium ad proban[dum]
cum tamen compromissum expiraret die [...]
ti. Secundò eis reseruarunt iura contra [...]
eumque pro ducatis 4. tar.3. gr.12. quod [...]
non poterant facere contra eos, qui non [...]

promiserunt : Tertiò eisdem reseruarunt ius probandi partem pretij Rasciarum quas vendiderunt Vincentio Nigro fuisse exactam à Saluatore Taccone tanquam Procuratore Romualdi ad effectum, vt posit illam à Romualdo repetere. Quartò, quod casu, quo Romualdus iustificaret sufficienter, quod 12. petię rasciarum à Marcellino, & Bilis consignatæ Saluatori, de qua tamen consignatione docere tenerentur fuissent eisdem reconsignatæ, deberet ad eius creditum poni: Quibus stantibus non potest laudum à nullitate excusari, cum de iure Arbitri omnes
10 controuersias in totum terminare teneantur, non autem illas indecisa relinquere, *l. dicere 23. vbi gloss. verb. à tota ff. de recept. arbitr. Pan. cons. 44. num. 1. vers. & facit in fauorem vtriusque lib. 1. Surd. cons. 452. num. 75. Vinc. de Franc. dec. 173. n. 5. Mantic. dec. 299. n. 4. Burat. dec. 14. n. 29. & seqq. ad med. Reuerendiss. Vrgellen. dec. 200. n.* 7. Non enim licet
11 argumentari à sententia, quę per sępè est † diuidua, ad laudum, quod est indiuiduum, vt in specie declarat *gloss. in l. quid tamen verb. mutare ad med. ff. de recept. Arbitr. Vinc. de Franch. dec. 173. numer. 50.*

Nec dicatur quod aliquæ ex dd. reseruationibus fuerint potiùs Romualdo fauorabiles, & in specie quarta de petijs 12. & quod ei sit imputandum, dum in termino compromissi non probauit illarum reconsignationem per eius Procuratorem fuisse factam Bilis, & Marcellino. Quia hoc fortasè procederet si verè constaret per Marcellinum, & Bilos fuisse factam consignationem dd. Rasciarum Procuratori Romualdi, quod tamen nec tunc, nec hodie ostensum, & sic etiam apparet verba laudi non fuisse bene concepta, nam Marcellinus, & Bili erant potiùs condemnandi ad reddendam rationem de dd. petijs, vel constituendus Romualdus Creditor de illarum pretio, non autem erant illi reseruanda iura probando reconsignationem, cum hoc prę-supponeret pręcedentem consignationem, quæ vt dictum est nunquam fuit iustificata.

Tertia nullitas deducebatur ex eo quod Arbitri condemnarunt Romualdum ad liberandum Philippum Bilium alterum ex socijs à quadam fideiussione pręstita pro eo Neapoli ad fauorem Regij fisci, quod tamen non concernebat negocia societatis super quibus tantum fuit factum compromissum. Laudum autem annullatur in
12 totum, si Arbitri excedunt potestatem eis in compromisso tributam, *l. non distinguimus 35. §. de officio, ff. de recept. Arbitr. Alex. cons. 119. num. 7. vers. non obstant etiam lib. 2. Dec. cons. 434. n. 7. & 8. Menoch. cons. 523. n. 3. Surd. cons. 452. n. 72. Reuerendiss. Vrgellen. d. dec. 200. n. 8. & seqq.*

Nec visa est subsistere responsio, quod compromissum esset aptum comprehendere, etiam liberationem à dicta fideiussione dum fuit data facultas Arbitris componendi quascunque differentias, quę ortę essent, vel possent oriri inter partes occasione dictæ societatis, & ex alijs de causis, & occasionibus coram ipsis Arbitris deducendis, quæ verba important magnam generalitatem, quia tollitur difficultas ex lectura compromissi, quod tamen in procemio, quam ex tota ipsius dispositione apparet restrictum ad negocia societatis, vndè verba in eo apposita quantumuis ampla, & generalia ad eadem ne-
13 gocia †restricta censeri debent, *Ruin. cons. 10. nu. 9. lib. 4. Ias. cons. 62. n. 1. in fin. vers. imo fortius lib. 3. Becc. cons. 99. n. 28. ad med. Menoch. cons. 523. n. 3. Rot. in recent. dec. 768. n. 3. par. 3.*

Nec sub illis vltimis verbis, & alijs de causis &c. potuit hęc fideiussio comprehendi, quamuis esset apta se extendere vltra differentias sociales quia cum immediatè legantur apposita illa verba ortis, & oriundis inter DD. de Marcellinis, & Bilis ex vna, & Romualdum ex altera clarè patet, quod vt fideiussio posset dici sub illis comprehensa deberet spectare ad Marcellinum, & Bilos ex vna, & Romualdum ex altera, & sic cum spectet ad vnum socium tantum, non potest dici, quod ad eam se extendat compromissum,
12 verba enim antecedentia † à subsequentibus declarantur, *Ruin. cons. 78. num. 4. vers. prætereà lib. 1. Rot. in recent. dec. 403. n. 5. par. 1. & dec. 194. num. 94. par. 5.* & hoc etiam corroboratur, quia facta diligenti reuolutione totius processus, & præsertim in petitione porrecta coram Arbitris, non apparet, vnquam petitam fuisse dictam liberationem.

15 Nec prędictis contrariatur † doctrina *Rebuff. in Constit. Gall. tom. 3. tit. de Arbitr. artic. 1 gloss. 14 nu. 7. & 8.* vbi dicit, quod Arbiter posset iudicare super omninò connexis, & dependentibus à compromisso, quia connexa ad istum effectum di-
16 cuntur†tantummodo ea sine quibus compromissum explicari non potuisset, vt bene declarat *Gratian. dec. Marchi 6. num. 16. & seqq.* quod etiam non controuertitur à Romualdo, sed solum dicitur, quod nulla adest connexio inter societatem, & fideiussionem, etiamquod fideiussio facta fuisset tempore societatis, quia vltra quod tempus fideiussionis præstitæ non iustificant Bili, & Marcellinus, & Romualdus expressè negat post initam societatem fuisse pręstitam, pos-
17 sunt socij etiam alia negocia gerere,† quæ non pertineant ad societatem, & duplicem personã representare, vt est casus *in recent. dec. 293. nu. 19. par. 5. & in dec. Gregor. 366. n. 1.*

Et quatenus dicatur, quod dicta fideiussio facta fuerit occasione dictæ societatis, & sic, quod debuerit in compromisso contineri responsum fuit, quod omnia, quæ fiunt à socio, non pos-
18 sunt † dici facta ex sola causa, & occasione societatis, cum multa fieri etiam possint ob beneuolentiam, vel ob aliud simile seruitium.

Quarta nullitas desumebatur ex defectu mandati aliorum sociorum in personam Marcellini ad compromissum prorogandum, seu de nouo faciendum nam laudum, de quo agitur, non fuit latum in termino primi compromissi, sed in termino tertiæ prorogationis. Nec ad istum effectum poterat suffragari illud de quo *in Summa-*
19 *rio Romualdi n. 12.* quia expirauerat † eo ipso, quod in termino primi compromissi non fuit latum laudum, sed fuit facta prorogatio, & sic nouum compromissum, vt in simili de mandato ad locandum tenuerunt, *Lapus allegat. 12. num. 1. vers. tertiò quia, Carocc. de locat. tit. de procurat. q. 1. n. 34. Mantic. de tacit. lib. 5. titul. 5. in fine*, & de fa-
20 cultate prorogandi compromissum † alicui concessa,

cessa, quod expiret facta prima prorogatione, *Alex. consil. 70. n. 3. lib. 2. Ias. cons. 30. num. 2. post medium vers. Tertiò ad id, allegat. Specul. vol. 1. Dec. cons. 512. num.* 8. Nec Rota *dec. 867. lib. 2. par. 3. diuers.* videtur loqui in contrarium, quia in ea post principium videtur admitti conclusio supra firmata limitando tamen eam in casu, quo da-
21 tum fuerat mandatum † ad compromittendum vsquequo causa terminaretur, stante præsertim dispositione statuaria, iubente, quod partes tenerentur compromittere, quousque causa esset finita, quæ rationes cum non concurrant in casu nostro, non potest habere locum ista limitatio.

Accedente præsertim, quod quatenus etiam potuisset Marcellinus vigore supradicti mandati compromissum prorogare, nihilominus laudum remansisset nullum, cum ipse illius fines excesserit, dum in compromisso apposuit clausulas tam amplas, quæ in dicto mandato non continebantur, scilicet, vt laudum haberet vim trium conformium, renunciando recursui, restitutioni in integrum, ex capite etiam enormissimæ læsionis, dando facultatem procedendi absque citatione partium, &c. pro quibus requirebatur mandatum indiuiduum, prout
22 † firmauit *Rota dec. 13. per tot. par. 4. rec. & num.* 3. dicit hoc procedere etiamsi in mandato adesset facultas compromittendi in Arbitrum. Arbitratorem, etiam sub quibusuis pœnis, & conditionibus, & quod Arbiter posset vni dare, & alteri adimere, & facere alte, & bassè, &c. vbi etiam respondet omnibus contrarijs.

Non obstat, quod etiam si mandatum non fuisset sufficiens, attamen compromissum posset substineri propter promissionem de rato factam per Marcellinum, vna cum ratificatione subsequuta post latum laudum, quia cum Marcellinus se obligauerit in forma Cameræ, & cum iuramento de faciendo ratificare Bilos ad omnem requisitionem Romualdi, & pro dicta ratificatione fuerit instatum pro parte illius ante prolationem laudi, & non fuerit de ea doctum clarè sequitur, quod Marcellinus non adimple-
23 uit id, quod promiserat, & ad † quod præcisè tenebatur, *Rolan. cons. 6. num. 32. lib. 1. Gratian. discept. 725. num. 17. Rota decis. 133. num. 5. & seqq. part. 5. recent.* & sic laudum fuisse nullum, quod procedit etiam, quod laudum ratificatum po-
24 stea fuerit, quia ante ratificationem fuit † oppositum de defectu mandati, et sic ratificatio nullum effectum potuit operari, *Rot. Ianuen. decis. 120. num. 4. Thesaur. dec. 7. in fin.*

Ex quibus, & alijs latè per informantes deductis DD. parte vtraque informante pro nullitate laudi respondendum censuerunt.

R. P. D. GHISILERIO.

Posteà Episcopo Terracineñ,

Calaritana Primatus.

Lunæ 14. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Pulcherrima est decisio plura discurrens de materia Martyrologij, cum quærebatur an S. Gabinus, & Crispulus Martyres in Sardinia essent simul Episcopi, vel Martyres tam... tractatur etiam materia probationis per fa... quod scilicet non admittatur vbi obstat in... militudo, & præsumptio calumniæ: ... contrà traditiones Sanctorum Patrum, & ... ctorum, qui de ea scipserunt.

SVMMARIVM.

1 *Martyrologium Romanum est liber authentic... probat, & num. 43.*
2 *Pontificale est liber authenticus.*
3 *Turris libisonis, olim Ciuitas Sardinia, ... extat, sed adsunt tantum rudera, portus ... clesia, & nomen, & eius loco successit ... ris pariter Sardiniæ, cuius Episcopus ... ritanus inscribitur, ibidem.*
4 *Martyrologium Romanum de ordine Gregor... reuisum fuit.*
5 *Martyrologium Romanum in Choro legendum ... dauit Gregor. XIII.*
6 *Martyrologium Romanum non est nouum, se... ex vetustioribus exemplaribus restitutum.*
7 *Martyrologij Romani emendatio, & additio ... te Papæ voluntate, & summa eius au... facta fuit.*
8 *Martyrologij editio, & emendatio facta ... xandro de Pellegrinis Episcopo Brixiensi ... emendationem Gregorij XIII.*
Martyrologium aliud fuit quoque à Magistro ... Ordin. Eremitarum S. Augustini impr... mer. 8.
Sancti Gabinus, & Crispulus celebrantur ... sub nomine Martyrum in Sardiniam, num. ... supra num. 24. vide etiam sub num. 23. ... 28. 32. 37. et seqq. 44. 48. 54. 62. et sub ... vsque ad finem.
10 *Martyrologij auctorem aliqui putant fuisse Eu... Pamphili Episcopus Cæsarien. contra num... et seqq.*
11 *Martyrologium ab Eusebio Episcopo Cæsari... scriptum, de græco in latinum sermonem ... translatum à Diuo Hieronymo creditur.*
12 *Martyrologium Romanum non sumpsit initi... Eusebio Episcopo Cæsarien. sed à Proto... Apostolicis, et num. seqq.*
Eusebius Pamphili Episcopus Cæsarien. fui... nus, num. 12.
13 *S. Clemens Primus floruit anno Domini 7...*
14 *Martyrologium Romanum sumpsit increment... uersis temporibus, et num. 25. cum seqq.*
15 *S. Gregorius Papa floruit anno Domini 59...*
16 *Martyrologium ex attestatione Diui Greg... detur eius tempore fuisse in vniuersa... sia.*
17 *Aloysius Lippomanus fuit primus, qui ex ... ptis codicibus in lucem edidit Martyrolog... num.*
18 *Ado Viennensis floruit de anno Domini 87... Ado Treuerinus emicuit de anno 1070. temp... gorij VII. ibidem.*

19 *Martyrologio Adonis fuit ab ipso Auctore adiunctum Martyrologium Romanum.*
Martyrologium Romanum fuit in principio Martyrologij Adonis appositis. num. 19. & seqq.
21 *Martyrologium Romanum expressum fuit ex veteri manuscripto S. Pantaleonis, & num. seqq.*
23 *Ado suum edidit Martyrologium vt supplerentur dies qui absque nominibus Martyrum in Martyrologio erant.*
24 *Martyrologium Romanum est fons omnium Martyrologiorum.*
25 *Martyrologium Romanum modo à Beda, modo ab Vsuardo, modo ab Adone, modo ab alijs paulatim excreuit, & num. seqq.*
27 *Presbyter Venerabilis Beda floruit anno Domini 831.*
28 *Martyrologium Bedæ habetur impressum Basileæ inter eius Opera tom. 3. fol. 380.*
29 *Vsuardus Monachus Gallus Alcuini discipulus floruit anno Domini 812.*
30 *Vsuardus iussu Caroli Magni suum inscripsit Martyrologium.*
32 *Vsuardus dies à Beda sine festiuitate relictas suppleuit, & Sanctorum festiuitates per singulas Kalendarij dies ad notauit.*
3 *Actores plures antiqui diuersa composuere Martyrologia.*
Martyrologium Bedæ flori studio excreuit. nu. 33.
Florus fuit auctor antiquissimus. num. 33.
4 *Vualderbertus scripsit Martyrologium, & vitam Sancti Gregorij Episcopi.*
Vualderbertus fuit Monachus Ordini Sancti Benedicti, & vixit anno Domini 850. nu. 34.
5 *Martyrologium Vualderberti habetur impressum Basileæ inter Opera Bedæ tom. 1. fol. 242. sed non est opus Bedæ.*
Sanctorum Gabini, & Crispuli mentionem nullam faciunt Vualderbertus, Mombritius, Iacobus de Voragine, & alij num. 35. & 36.
8 *Sanctus Gabinus Presbyter, & Martyr fuit frater Beati Caij, non autem illi Gabinus, qui cum Crispulo in Sardinia fuit martyrio coronatus, & num. seqq.*
Antonius Canalis qui dicit Sanctum Gabinum fuisse Archiepiscopum Ciuitatis Turritanæ nulla auctoritate munitur.
Traditionibus veterum Patrum fides adhibetur. numer. 41.
5 *Probatio per publicam vocem, & famam admitti non debet in concursu contrariæ probationis factæ per scripturas, & num. seqq.*
Probatio per publicam vocem, & famam si est inuerisimilis, & suspecta admitti non debet. nu. 45
7 *Probatio per publicam vocem, & famam plurimum pendet ex arbitrio Iudicis.*
8 *Probare per famam id quod non dixerunt Auctores antiqui, de eadem materia tractantes inuerisimile est.*
9 *Articuli ratione inuerisimilitudinis non sunt admittendi, suprà num. 45. & seqq.*
0 *Articuli dicuntur inuerisimiles, quoties materiæ articulatæ videntur potiùs imaginariæ, & inuentæ ad hoc, vt articuli fiant releuantes.*
1 *Articuli dati ad euitandas rationes Decisionum Rotalium dicuntur imaginarij.*
2 *Intellige nisi dentur fumus in contrarium, qui tamen non debet esse leuis, & num. 53.*
53 *Testes non sunt de facili audiendi contra inuerisimilitudinem.*
54 *Fumus, veritatis materiæ articulatæ, si emanauit post motam litem, & à personis suspectis non attenditur.*
55 *Testes si ducantur ad Curiam possunt examinari etiam super articulis inuerisimilibus.*
56 *Materia articulata si per se est probabilis non denegatur remissoria prætextu inuerisimilitudinis.*
Intellige, vt num. seqq.
57 *Pars non admittitur ad probandum sine causæ cognitione si maxima adsit inuerisimilitudo, & num. 59.*
60 *Articuli non admittuntur si adit præsumptio calumniæ.*
61 *Præsumptio calumniæ in materiæ probationis, quæ vehemens, & sufficiens dicatur ex arbitrio iudicantis pendet.*
62 *Remissoria denegatur ex sola præsumptione calumniæ, & quidem leui, & etiam quod articuli sint releuantes.*
Et maximè vbi agitur de materia antiqua contra assertiones Doctorum, qui de ea scripserunt, nullo dato fumo veritatis in contrarium.
63 *Probatio per famam admittitur in materia antiqua.*
64 *Testes qui in antiquis supra viuentium memoriam deponunt de publica voce, & fama, & traditionibus antiquis plenè probant.*
65 *Probatio per publicam vocem, & famam ad hoc, vt suffragetur nihil habere debet in contrarium ex quo debilitetur.*
66 *Fama articulata si est contra traditiones veterum Patrum dicitur inuerisimilis, & calumniosa.*
68 *Probatio ex certa scientia non admittitur si articuli inuerisimiles, & calumniosi sint.*
Ita quoque nec debet admitti vbi agitur de probatione facienda per famam. ibidem.

DECISIO LX.

Postquam Rota coram bon. mem. Motmanno firmauit sub die 17. Nouembris præteriti * in causa vertente super primatu Insulæ, & Regni Sardiniæ inter Archiepisc. Calaritanum Turritanum, & Arboreñ Sedem Calaritanam probari antiquiorem ex eo præcipuò fundamento, quod in Conc. Arelatensi celebrato de anno 314. interuenerit Quintius, seù Quintianus Præsul. Eccles. Calaritanæ, Archiepisc. Turritanus ad elidendam hanc ineuitabilem dicti Concilij veritatem dedit Articulos ad probandum per testes de publica voce, & fama, primo, quod Ciuitas Turritana tanquam proxima Italiæ, & Vrbi Romæ inter cęteras Sardiniæ in ipso ferè primordio nascentis Ecclesiæ fuerit aspersa sanguinem Martyrum sub Imperatore Traiano, & Adriano, ac postea sub Diocletiano, & alijs, eodemque tempore, & anteà habuerit Episcopos. Secundò, quod Sanctus Gabinus, qui passus est Martyrium sub Adriano fuerit Episcopus Turritanus de anno 120. à Natiuitate Domini, & sic quod de eo tempore Ecclesia Turritana esset iam erecta in Cathedralem. Tertiò, quod inter alios Episcopos Turritanos de anno 300. fuerit vnus, nuncupatus Gaudentius.

Quibus Articulis per DD. consideratis, cum agere-

ageretur de probando facto supra annum millesimum quingentesimum vltrà hominum memoriam, & extrà omnes terminos immemorabiles, illos dixerunt non esse admittendos; Quia cum in omnibus Martyrologijs SS. Gabinus, & Crispulus inscribantur simpliciter Martyres, & Martyrologia sint satis exacta, in ponendo qui fuerint Episcopi, & Martyres, & qui Martyres simpliciter; & Scriptores grauissimi qui collegerunt vitas Sanctorum non ausi sint scribere vitas SS. Gabini, & Crispuli, est signum euidens, quod nihil Canonicum inuenerunt, vltrà id quod dicunt Martyrologia antiqua.

1 In Martyrologio Romano, † quod est liber authenticus cum in eo concurrant eædem ratio-
2 nes, ex quibus Rota resoluit, Pontificale † esse librum authenticum, apud *Mobed. decis. 5. de fid. instrum.* sub tertio Kalend. Iunij sic habetur de S. Gabino, Turribus in Sardinia SS. Martyrum Gabini, & Crispuli, *Franc. Ferrarius in sua Typograph. in Martyrolog. Rom. in litt. T. fol.* 130. ita declarat, Turres quæ singulari nomine Turris Libisonis, *Torre*, Ciuitas olim Archiepiscopalis Sardiniæ clara, littoralis in ora Boreali, cuius
3 hodie nihil aliud extat preter rudera Portus, † Ecclesiam, & nomen succedit Saxeris Vrbs Metropolis altera Sardiniæ, & Primaria ex reliquijs Turrium ab eis 12. mill. pass. in mediterraneis constructa à Calari in Circium ad 130. mill. pass. dissita, cuius Archiepiscopus adhuc Turritanus inscribitur.

Et quamuis d. Martyrologium fuerit reuisum
4 de ordine Gregorij XIII. † nihilominus idem san. mem. Gregorius in confirmatione dicti Martyrologij sic ait: Martyrologium Romanum nonnullis in locis Librariorum, & Typographorum negligētia mendosum per viros eruditos ad fidem Historiæ, quæ rerum gestarum personarum, & locorum veritate continetur, adhibitis etiam
5 Codicibus vetustioribus, † atq; emendatioribus, corrigi, correctumque, & multis in locis auctum, edi vetustissimo Ecclesiæ more, in Choro legendum proponi ad Dei gloriam volumus, &c. & *Cardinalis Baron. in suis Prologominibus ad Martyrolog. cap. 8. in fin.* dicit, quod non fuit in præsens Romanæ Ecclesiæ Institutum nouum conscribere
6 Martyrologium, sed † vetus ex veteribus exemplaribus restituere, & subdit, quod hæc editio fuit facta anno Domini 1584. cui legitimæ, & germanæ attestationi fauent litteræ Apostolicæ Greg. XIII. datæ die 14. Ianuarij, eodem anno; in quibus inquit, cui & si ex nostris notationibus leuis certè aliqua accessit emendatio, vel si quid additum reperitur (quod quidem per rarò factū inuenietur) id nos eius cuius summa in Ecclesia
7 est authoritas † constanti voluntate fecisse lectum intelligitur. Idque comprobatur ex eo quod ante huiusmodi emendationem aderat Martyrologiū
8 Romanum scriptum, emendatum, † ac editum ab Alexandro de Pellegrinis Presbytero Brixiensi, vt refert *Baron. in dictis Prologominibus cap. 9. in princ.* Et habetur impressum Venetijs apud Ioannem Varisium de anno 1560. & adest aliud Martyrologium antiquissimum, emendatum à Magistro Belino Patauino Ord. Eremitarum S. Augustini impressum de anno 1564. & priùs de anno 1509. in quibus Martyrologijs; prout in dato tempore san. mem. Gregor. XIII. sub Iunij eisdem verbis inscribitur memoria SS. Gabini, & Crispuli, videlicet: Turribus in Sardinia SS. Martyrum Gabini, & Crispuli; cum concordat etiam Martyrologium, recognitum
9 mandato S. D. N. Vrbani VIII. † cui fuerunt dita Sanctorum festa, qui nuper Canonizati runt; vt dicit *Gauantes in Thesau. Sac. Rituum* 5 *cap. 21. num. 5. cum seqq. tom. 2.* Vndè ap quod in omnibus Martyrologijs sub 3. Kal. Sancta Romana Ecclesia memoriam hab ctorum SS. Gabini, & Crispuli solum sub Martyrum.

10 Authorem verò Martyrologij † aliqui fuisse Eusebium Pamphili Episcop. Cæsarien. floruit tempore Constantini Magni hoc d. Domini 326. vt refert *Bellarm. de Scriptoribus* *siast.* Id enim in primis testatum habetur, Epistola Cromatij, & Eliodori, quam ex sione, vt fertur, S. Hieronymi ad d. Eliod de quibus *Io. Molanus Louaniensis in Libell scripsit de Martyrologijs cap. 2.* qui habetur cipio Martyrol. Vsuardi, & Card. Baron. Prologominibus ad Martyrologium Ro *cap. 5.* de quibus tamen Epistolis *cap. 7.* & habetur in principio Martyrologij R Magistri Bellini de Padua, Alexandri de P nis, & aliorum, de quibus infrà, & *Beda in retract. Actor. Apost. cap. 1.* & etiam *fridus lib. 1. de reb. Eccl. c. 28. in fin. & Beda*, *fridus locis citatis*, (vt refert *Baronius d.* *Molanus d. cap. 2.*) putarunt quod S. Hiero
11 † qui floruit anno Domini 380. vt testatur *loco citato* dictum Martyrologium græcè latinum tradiderit, sed *Baronius vbi supra*
12 tenet Martyrologium † Romanum, non principium à d. Eusebio, qui fuit Arianus fert *Bellarminus loco supra allegato*, sed orig
13 ducere ab ipsis sacris † Prothonotarijs S. Clementis Primi, qui floruit anno Do vt testatur idem *Card. Baronius vbi supra*
14 quod diuersis temporibus † incrementum pit, vt colligitur ex *Cassiodoro de institutione* *narum lectionum cap. 32.* & Vsuardus in p sui Martyrologij testatur, & quare fuerit rolog. Romanum sic auctum dicit S. Gr
15 Papa, † qui floruit anno Domini 590. *l* ad Eulogium Alexandrinum *epistola 29. lib.* *editione prima*, vbi dans rationem, inquit penè omnium Martyrum distinctis per gulos passionibus, collecta in vno codice na habemus, atque quotidianis diebus in veneratione Missarum solemnia agimus, men in eodem volumine, quæcumque passus indicantur, sed tantum locus, passionis ponitur. Vnde fit, vt multos ex Terris, atque Prouincijs per dies singulos scatur Martyrio coronari; sed hæc ha Beatissimos credimus: Et propterea dum Gregorius ait se existimare eamdem col Martyrum, quam nos Martyrologium
16 † æque ac Romę reperiri apud Eulogium pum Alexandrinum, & alios Collegas nuasse videtur fuisse in vniuersali Ecclesia siderat idem *Cardinalis Baronius d. cap. 8.*

ſcopus Vienniensis, vt voluit Heribertus Rosuerdus, & Baronius in præfationibus ad Martyrologium Romanum *cap.9.& Annal.to.10.ad annũ Domini* 870. ſed Adonem Treuerensem appellat *Aloyſius Lippomanus de vitijs Sanctorum to.4.fol.*151. *impreſſ. Venetijs de anno* 1554. quod etiam placet Cardinali Bellarmino de Scriptoribus Ecclesiaſticis, vbi agit de Adone Treuerensi,& dicit,quod ipſum maximè mouet auctoritas Aloyſij Lippo-
17 mani, † qui primus ex manuſcriptis Codicibus in lucem edidit hoc Martyrologium. Attamen cum parum refert ad rem noſtram indagare quis ex iſtis Adonibus fuerit auctor huius Martyrolo-
18 gij, † ſatis eſt, quod Viennensis floruit de anno 179. & Treuerinus de anno 1070. tempore Gregorij Septimi, & ſic vterque author eſt antiquiſſimus ante 500 annos;prædictus Ado in præfatione, quam fecit ad ſuum Martyrologium, quam refert Lippomanus loco citato, & Heribertus in principio Martirologij dicti Adonij, quod habetur poſt Martyrologium Romanum impreſſum de anno 1613. & Moſander loco allegando, & Baronius in præfatione ad Martyrologium *cap.*8. inquit: Dictus Ado loquens de ſuo Martyrologio: Huic operi, vt dies Martyrum veriſſima notaretur, qui confuſi in Calendario ſatis inueniri ſolent, adiuui venerabile, & perantiquum
19 Martyrologium, ab Vrbe Roma Aquileiam cuidam S. Epiſcopo à Pontifice Romano directum, & poſtmodum à quodam Religioſo fratre, aliquot diebus præſtitum quod ego diligenti cura tranſcriptum poſitus apud Rauennam in capite huius operis ponendum curaui. Conqueritur Baronius in præfatione ad Martyrologium *d.cap.* 8. quod Iacobus Moſander Carthuſiæ Colonienſis Alumnus, qui anno 1581. *tom.7.de vit Sanctorum fol.*1083. apud Surium, qui dedit integrum Mar-
20 tyrologium Adonis, non appoſuerit † dictum Martyrologium Romanum, quod Ado in principio ſui Martyrologij appoſuit. Sed huic malo occurrit d. Heribertus Roſterdus, vt patet in præfatione ad lectorem dicti Martyrologij Romani, in cuius initio poſuit d. Martyrologium enunciatum in præfatione Adonis ad ſuum Martyrologium: Inquit enim. Vetus hoc Romanum Martyrologium, expreſſi ex Codice manu ſcripto S. Pantaleonis, quæ Coloniæ ex Diui Benedicti familia celebris Abbatia eſt; quod mihi per be-
21 nignè Carthuſia Colonienſis ſubmiſit. † Præfixũ hoc erat Adonis Martyrologium, cui Ado ipſe præfixerat, vt teſtatur eius præfatio. Ex eo Codice Iacobus Moſander Chartuſiæ Colonienſis Religioſus ante annos aliquot Adonis Martyrologium expreſſit omiſſo hoc veteri Rom. Martyrologio, magno tamen eius in Doctorum virorum animis relicto deſiderio. Et ſubdit idem Heribertus. Et ſi duos alios Codices manuſcriptos Martyrologij Adonis habuerim (de quibus di-
22 cam ad ipſum Adonem) in ſolo tamen hoc† tertio S.Pantaleonis vetus hoc Romanum Martyrologium comparuit, quod Martyrologium Romanum antiquiſſimum habetur impreſſum ante dictum Martyrologium Adonis apud eumdem Heribertum loco ſupracitato.

Prædictus Ado in præfatione ſui Martyrologij
23 dans cauſam quare ediderit † ſuum Martyrologium, ſic ait, Primum fuit imperium, ac iuſſio Sanctorum virorum, vt ſupplerentur dies, qui abſque nominibus Martyrum in Martyrologio, (quod Vener. Flori ſtudio in labore Domini Bedæ accreuerat) tantum notati erant in hoc Martyrologio antiquiſſimo 3.Kalen. Iunij hoc eſt die 30. Maij ſic habetur Turribus Sardiniæ,Criſpuli, & Gabini, & nulla fit mentio, an fuerint ſimpliciter Martyres, an Epiſcopi, ſed tamen hæc deſcriptio multum facit ad punctum, de quo hodie agitur; Quia Heribertus in præfatione ad lectorem in d. Martyrologio antiquiſſimo Romano,
24 ſic ait: † Enim verò vetus hoc Martyrologium Romanum fontem eſſe omniũ Martyrologiorum, qui vel leuiter inſpexerit, non dubitabit aſſerere. Ado certè ex hoc fonte ſuas aquas deriuauit,
25 & vt fontes, † latere ab origine ſua recedens ſenſim augeſcit, & in riuum aquis vndique confluẽtibus abit, idem factum huic Martyrol. quod nunc à Beda, nunc ab Vſuardo, nunc ab Adone, nunc ab alijs paulatim accreuit licebit nunc ad fontem
26 † digitum ſemper intendere, eo enim fine caput fontis, quod hactenus latebat in apertum produxi. Et benè dicit prædictus Heribertus, quia verè quãtum attinet ad rem noſtram poſteriores Scriptores Martyrologiorum interpretati ſunt, quod prædicti Gabinus, & Criſpulus ſint Martyres, nulla facta mentione, quod fuerint Pontifices; incipiendo enim à Ven. Beda presbytero,qui flo-
27 ruit de anno† Dñi 731.vt per Bellarminũ de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & ſic ſcripſit ante annos
28 900.quod Martyrologium habetur† impreſſ. Baſileæ inter opera Bedæ *tom.3.fol.* 380. ſic habetur, Turribus Sardiniæ SS. Gabini, & Criſpuli Martyrum, Vſuardus, quoque Monachus Gallus, Al-
29 cuini diſcipulus, qui † floruit anno Domini 812. vt dicit Bellarm. loco ſupra allegato, iuſſu Caroli
30 Magni ſcripſit Martyrol. † & ipſe quoque inquã, eadem deſcribit;Turribus Sardiniæ SS.Martyrum Gabini, & Criſpuli. De quo Vſuardus ſic ſcribit Io. Molanus in ſuo tract. de Martyrologio ait Sigiſmundus Lomblacenſis in libro de vitis Illuſtr. cap. 8. (qui eſt manuſcriptus) Vſuardus Monachus prouocatus ſtudio Hieronymi, & Bedæ, qui feſtiuitatis Sanctorum annuatim decurrentes, maximè autem animatus ſtudio, & iuſſu Magni
31 † Caroli Imperat.cui diſplicebat,quod Hieronymus, & Beda, ſtudentes nimis breuitati plurima neceſſaria, & quamplures Kalendarum dies intactas reliquerint in gratiam eius ſtuduit opus imperfectum ſupplere, & feſtiuitates Sanctorum per ſingulas Kalendarum dies annotans integrum
32 Martyrologium compilauit. Et † eadem ferè habet Vſuardus in operis ſui præfatione. Et Ado in ſuo Martyrologio locis citatis impreſſo refert per eademmet verba Turribus Sardiniæ natale Sanctorum Martyrum Gabini, & Criſpuli.

Præter ſupradictos Auctores etiam alij antiqui
33 compoſuerunt Martyrologia, † nempè Florus,de quo nihil habetur, niſi id quod dicit Ado in præfatione ſui Martyrologij, videlicet nomina quædam Martyrum Flori ſtudio in labore Domini Bedæ accreuit, & ſic conſtat Florum fuiſſe Auctorem antiquiſſimum Vualderbertus exametro Carmine, de quo Sigisbertus in d. libro de Viris
34 Illuſtribus ait, Vualderbertus ſcripſit † Marty-
rolo-

rologium metrico stylo, & Io. Stritenius, sic ait,
Vualderbertus Monachus Ord. Sancti Benedicti
scripsit ad Marcuerdum Abbatem vitam Sancti
Gregorij presbyteri libr. vnum, & Martyrologiũ
metricè, vixit anno 850. vt refert etiam Io. Mo-
lanus in suo tract. de Martyrologio *cap.* 5. & quod
vixerit de illo tempore satis patet, cum Sigisber-
tus qui scripsit de d. Martyrologio floruerit tem-
pore Greg. VII. anno 1101. vt refert. Bellarmin.
loco supracitato; & Martyrologium huiusmodi
35 est impressum Basileæ *tom.* 1. † inter opera Bedæ
fol. 242. sed non est opus Bedæ, vt probat Mola-
nus loco proximè allegato, & consensit Baronius
in suis Prologominibus ad Martyrol. *cap.* 9. & d.
Vualderbertus nullam facit mentionem de SS.
Gabino, & Crispulo; prout nullam etiam faciunt
mentionem de Gabino, & Crispulo in suis Le-
gendarijs Mombritius, & Iacobus de Voragine
Scriptores antiquiss. Ribadeneira, & Villegas, &
quod plus est Lippomanus loco supra allegato,
qui facit magnum festum ex quo habuit Marty-
rologium Adonis, & ferè per extensum refert vi-
tas Sanctorum in d. Martyrol. contentas nihil di-
cit de dictis SS. Gabino, & Crispulo, prout nec
etiam Surius in suo Legendario.

Ad hanc veritatem confirmandam plurimum
facit, quod in Martyrologijs modernioribus sub
eadem die 3. Kal. Iunij, hoc est 30. Maij inscri-
37 bitur S. Gabinus, per eademmet † verba de qui-
bus supra videlicet, Turribus in Sardinia Sancto-
rum Martyrum Gabini, & Crispuli, sic in Mar-
tyrologio Ord. Prædicatorum sic in Martyrolo-
gio Francisci Maurolici, sic in Martyrologio
Galesini, & Petrus de Natalibus vir magnæ au-
ctoritatis in vitis Sanctorum *lib.* 11. §. 159. sic in-
quit, Gabinus, & Crispulus Martyres Turribus
Sardiniæ palmam obtinuerunt, 3. Kal. Iunij, &
quod plus est Authores Sardi appellant istos San-
ctos solum Martyres, sic *Fara de rebus Sardorum
impress. Callari anno* 1580. *lib.* 1. *fol.* 71. vbi habet
hæc verba, Gabinus, Crispulus sanctitate insi-
gnes Turribus Sardiniæ Martyrium passi 3. Kal.
Iunij decenter honorautur, eodem Vsuardo refe-
38 rente. Vndè allucinatus est Franciscus † Ferra-
rius, qui in sua Typographia in Martyrolog. Ro-
manum *in litt. T. fol.* 130. ex Fara dicit, quod
Gabinus fuit Presbyter, & Martyr, quia Fara hoc
non dicit, sed alius Gabinus frater Beati Caij
39 Presbyter, qui fuit martyrium passus sub Dio-
cletiano, de quo in Martyrologio Romano sub
die 19. Februarij; *Iacobus etiam Pinto Societat. Iesu
in Academia Turritana, Sac. Scripturæ professor de
Christo crucifixo lib.* 3. *tit.* 4. *loco* 12. *num.* 21. *fol.* 493.
cui verba sunt. Plures in Sardinia sanctitate con-
40 spicuos, † & miraculis claros floruisse in com-
perto est, & Sardinia Martyres suos celebrat, in-
signesque Confessores, in quibus celebriores, Ga-
binus, Crispulus 30. Maij, & 31. Crescentinus
(quorum S. Hieronymus Beda, Vsuardus, Ado,
& Romanum Martyrologium meminerunt) Tur-
ribus passi, honorificè sepulti, & Martyres, item
Emilius, Priamus, Lucianus, & Felix 28. Maij, &
Saluianus Confessor illustris 8. Iunij, & Quadra-
tus sanctissimus Episcopus 21. Augusti; & sic dum
41 dixit supra Martyres † suos celebrat, insignesque
Confessores, non dicit Gabinum, & Crispulum
Martyres fuisse, sed loquitur generaliter,
steà distinguit Martyres à Confessoribus
est curandum de Antonio Canali de Vega
42 ritano, qui dicit † Gabinum natum fuisse
Ciuitate Turritana, & fuisse Archiepisc.
Ciuitatis cum sit author modernus, & no
neatur authoritate, alij verò, qui dicunt
43 citer, Martyrem fuisse, † mouentur autho
Martyrologiorum ante tot sæcula editor
propterea, cum ex traditione veterum Pa
vt patet ex d. Martyrologijs antiquis, qu
nenda, vt inquit *D. Paulus* 2. *ad Thessalon*
cens, tenete traditiones quas didicisti,
44 sermonem, † siue per epistolam, idest, siue
tantùm, siue scripto, &c. & Martyrol. Ro
etiam antiquissimo, constet S. Gabinum
ter fuisse Martyrum, dicti articuli non
mittendi, cum probatio facienda per publ
45 vocem, & famam sit improbabilis, † inte
lis, & suspectissima, & quatenus etiam p
tur, quod continetur in Articulis, illud n
attendendum, in concursu traditionis ve
Patrum, quia non attenditur famæ pro
46 quando ex circũstantijs rerum † iudex deb
cari contra id, quod deponunt testes circ
& propterea hoc relinquitur arbitrio Iudi
47 † dijudicatis circumstantijs debet interp
arbitrium suum, an testibus sit adhiben
vel non; *Bart. in l. proprietatis, Cod. de prob*
sequitur *Felin. in cap. veniens num.* 11. *ver*
propter de testibus, & cap. veritatis in 3. *col*
quærit. Bart. de dol. & contum. Plot. in l. si
nu. 891. *C. vndè vi, Menoch. de arbitr. iudic*
in fin. lib. 2. *& quæst.* 89. *num.* 33. *de præsump*
Inuerisimile enim est probari posse per
48 id quod non dixerunt † antiqui Patres
sæcula, videlicet Beda ante 900. annos V
ante 800. & Ado ante 500. annos, qui sun
relinquerunt in Martyrologijs scriptum,
num Martyrem solummodò, & quod
sunt dicere alij Scriptores grauissimis in
49 gendarijs, & propterea ratione, † inueri
dinis articuli non sunt admittendi, pro h
quod notatur in *cap. quia verisimile de p*
Specul. de probat. §. nunc dicendum num. 1.
l. si vnquam in præfat. numer. 38. *in fin. C. de*
donat. Imol. in d. cap. verisimile n. 1. *de præsum*
seruat *Rota dec.* 23. *de testib. in antiq. in Tole*
sionis 10. *Martij* 1593. *corã bo. me. Pacen. in*
Parochialis del Carlet. 8. *Martij* 1602. *coram*
Card. Lancellotto, quæ est decis. 99. *par.* 4. *diuers*
san. mem. Greg. XV. decis. 414. *num.* 3. *& cor*
mem. Card. Caualerio decis. 87. *num.* 3. Nec
dubitari quin Articuli dati contineat inue
lia, quia materiæ videntur potiùs imag
50 † ad hoc vt Articuli fiant releuantes, quan
verè ita res habeat, vt dictum fuit in *Hispal*
Eueza 16. *Nouembris* 1579. *coram san. mem*
VIII. san. mem. Greg. XV. decis. 211. *num.*
fuit resolutum *in Cracouien. Iuris legendi*
bris 1629. *coram me*; præsertim quando nu
51 tur fumus, † & quando articuli dantur
tandas rationes decisionum Rotalium,
casu isto, quia tunc materiæ præsumuntur
nariæ, vt in *Mediolanen. Bonorum* 9. *Maij*
ram bon. mem. Card. Pamphilio, & in Vlixbo

ris Conferendi 7. Februarij 1607. coram bon. memor. Card. Lancellotto, Adden. ad dictam decis. 211. litt. C.
52 Nec facit, quod dicta † conclusio limitetur quãdo datur fumus in contrarium, vt tenuit Rota coram san. mem. Greg. XV. d. decis. 114. num. 3. Quia in hoc casu nullus datur fumus, & quatenus daretur
53 non debet esse fumus leuis, † quia testes non sunt de facili audiendi contra inuerisimilitudinem, Anchar. cons. 330. num. 8. ante fin. vers. quinimò contra id, Tiraquell. in d. l. si vnquam in præfat. nu. 39. in fin. C. de reuoc. donat. Nec dicatur, quod pro fumo possint deseruire scriptores, qui asserunt Sanctum Gabinum fuisse Episcopo Turritanum, quia
54 illi scripserunt de recenti, & † post motam litem, vel sunt Turritani, vel sunt descendentes ab eis, & habent contra se traditiones tot antiquorũ Patrum, Kalendarium Turritanum, picturam ipsius Sancti, & Martyrologium Romanum in quo appellatur Gauinus Martyr, & non Episcopus sub die 30 Maij.

Non obstat, quod si testes ad Curiam deduce-
55 rentur possent examinari etiã † quod articuli sint inuerisimiles, Rota decis. 542. num. 4. par. 1. in posthumis, & quando materia per se est probabi-
56 †lis sub specie inuerisimilitudinis nõ denegatur remissoria Rota decis. 277. nu. 3. par. 1. in posthumis; quia cum in casu, de quo agitur, maxima sit in-
57 uerisimilitudo, non admittitur pars ad † probandum sine causæ cognitione, cap. super eo de renunc. Imol. in d. cap. quia verisimile sub num. 1. vers. quandoq. verisimilitudo est maxima, sa. me. Gregor. XV. d. decis. 414. nu. 5. Nec simpliciter est
58 vera conclusio † quod sub specie inuerisimilitudinis non denegatur probatio, quando materia est per se probabilis, quia hoc est verum, nisi adsit maxima inuerisimilitudo ex supradictis, & decisio allegata non loquitur in casu
59 maximæ inuerisimilitudinis, † quia in dicta decisione dicebatur. Quod non erat verisimile quod N. non accepisset sine mandato Cardinalis tantam quantitatem tritici, quæ inuerisimilitudo in casu illo non erat maxima, vt de se patet.

Supradictis accedit vehæmens calumniæ su-
60 spicio, vt patet ex prædictis, † quo casu articuli non sunt admittendi, vt fuit resolutum in causa Caurien. Iurisdictionis 16 Februarij 1587. coram Robusterio, & Reuerendiss. D. meo Decano decis. 121. num. 1. & 339. num. 1. coram san. mem. Gregor. XV.
61 d. decis. 414. num. 8. & pendet † ab arbitrio Iudicis iudicare in calumnia vehemens sit, & sic varijs causis, & personis calumniam concipere, vel non concipere l. Iudices, & Authen. apud eloquentissimum de fid. Instrum., & ità fuit dictum coram Oriolen. in Regien. S. Thomæ 10. Decembris. 1576. in vers. dicebant. Ita Rota coram Mantic. decis. 312. num. 10. In proposito autem casu velle probare S. Gabinum fuisse Episcopum, & non simpliciter Martyrem contra assertiones Martyrologiorum, & in materia tam antiqua, cum floruerit de anno 100. inficiari non potest quin
62 vrgeat, vehemens calumniæ præsumptio habilis ad impedien remissoriam, † eoque magis cum nullus detur fumus, quo casu denegatur remissoria etiam quod calumnia non sit vehemens, & quod articuli sint releuantes, vt tenuit Rota in Hispalen. Præeminentiarum 15. Decembris 1617. coram bo. me. Andrea, Add. ad sa. mem. Greg. XV. decis. 81. Cassad. decis. 3. nu. 12. de dilat. Caputaquen. decis. 56. num 3. par. 3. Rota in Burgen. Sepulturæ 26. Aprilis 1606. coram bo. mem. Episcopo Attrebaten. & in Cremonen. Pensionis 4. Maij 1635. coram Reuerendissimo D. meo Decano.

Neque obstat, quod in istis terminis cum
63 materia sit antiqua admittatur † probatio per famam, vt in Cæsaraugustana Cathedralitatis prima Martij 1630. coram Reuerendiss. D. meo Decano inter recent. 353. par. 5. vbi num. 28. firmatur, quod
64 testes qui in antiquoribus † supra viuentium memoriam deponunt de publica voce, & fama, & traditionibus antiquis plenissimè probant, ad tradita per Innoc. in cap. veniens num. 6. vers. & non mireris de verbo signific. Abb. in cap. inter dilectos num. 6. de fid. Instrum. & Felin. in cap. veniens il primo nu. 26. de testibus, & in cap. cum. causam nu. 9. vers. sed. dicas de probat. Quia ad hoc, vt pro-
65 batio per publicam vocem, † & firmam suffragetur, & admittatur, nihil debet habere in contrarium, ex quo debilitetur, vt benè per Scraph. decis. 355. nu. 5. sa. me Greg. XV. dec. 455, num. 6 & 498. num. 13. quæ qualitas non concurrit in isto casu cum fama articulata sit contra traditiones
66 veterum † Patrum, de quibus supra. sit inuerisimilis, & calumniosa. Vndè non applicatur resolutio Rotę in Cæsaraugustana Cathedralitatis
67 vbi † fama erat secundum traditiones, & fuit ponderata pro adminiculo. Quarè sicut in probationibus faciendis de vera scientia non admittuntur articuli, quando sunt inuerisimi-
68 les, † & calumniosi, ita etiam nec debent admitti, quando agitur de fama probanda.

Contrà tertium articulum continentem famam quod Gaudentius fuerit Episcopus Turritanus de anno 300. faciunt supra deducta circa famam, nec obstat epitaphium inuentum de anno 1614. de quo per Iacobum Pinto de Christo crucifixo attestantem se interfuisse inuentioni Corporum Sanctorum sub fornice Ecclesiæ Turritanæ, inter quæ illud Gaudentij in habitu Pontificali cum elogio in hæc verba, Gaudentius Episcop. requieuit in pace 17. Kal. Octob. quia cum in eo non legatur tempus Episcopa-
69 tus, † inuentio Epitaphij non probat tempus præcisum Episcopatus, nec quod Gaudentius fuerit Episcopus Turritanus, licet ibi fuerit sepultus cum esse potuerit Episcopus, & ibi mortu-
70 us † absque eo, quod fuisset Præsul Turritanus; vndè in ista probatione famæ respectu temporis, & loci nullum potest fieri fundamentum, cum verba Epitaphij non contineant tempus nec locum, vbi, & quando Gaudentius fuit Episcopus. Minus ad hoc suffagatur, quod interuenerit Concilio Cartaginensi primo sub Iulio
71 Primo, † quia cum in corpore appelletur Gaudentius Turritanus, potest legitimè dubitari de additione marginali, an scilicet Gaudentius fuerit Episcopus Turritanus, vel potius Turris Albæ, vel Turrensis in Aphrica.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum pro non admissione Articulorum

☞ Decisio ista sub die 27. Nouembris 1637. coram bonæ mem. Motmanno habetur supra in præcedenti part. 7. decis. 251.

In-

Infra in eadem causa habentur duæ aliæ decisiones coram eodem Reuerendissimo D. Terracinen. sub. diebus 10. Decembris 1638. & 27. Aprilis 1640.

R. P. D. GHISILERIO

Postea Episcopo Terracinen.

Romana Hæreditatis de Chribullis.

Veneris 18. *Iunij* 1638.

ARGVMENTVM.

Arbitrium non intrat pro sanatione Testamenti rogati à Notario non descripto in matricula, seu Archiuio: Et quando Testamentum à tali Notario rogatum sit nullum. Notarij Capitulini non indigent descriptione in matricula.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium relaxat aliquid de rigore iuris, & operatur, vt relicto extremo rigoroso seruetur æquitas. num. 2.*

Fallit non subsistente aliqua rationabili causa. num. 3.

4 *Arbitrium ad euitandas expensas operari solet in actis iudiciabilibus nulliter gestis, qui validè denuo fieri possunt.*

5 *Arbitrium Rotæ simpliciter concessum non potest trahi ad læsionem iuris alteri quæsiti, & num. 6.*

7 *Arbitrium an intret quando agitur non solum de donatione alicuius Testamenti, sed de infirmatione alterius præcedentis?*

8 *Testamentum rogatum à Notario non descripto in matricula Notariorum Vrbis, vel Archiuij Romani est nullum, & num. 11.*

9 *Statutum Vrbis* cap. 31. lib. 1. *declaratur, & nu.* 10. *& 11.*

12 *Statutum Vrbis* cap. 31. lib. 1. *procedit etiam si actus factus esset inter Forenses, & de rebus extra districtum.*

13 *Notarij, & Prothonotarij non possunt exercere officium nisi sint descripti in Archiuio. num. 17. et 23.*

14 *Statutum Vrbis* cap. 31. lib. 1. *abijt in desuetudinem quoad Notarios Capitolinos ex Bulla Sixti Quinti, & num. 16. & 18.*

15 *Decisio in Romana nullitatis Testamenti tertia Iunij 161 . coram Manzanedo declaratur, & nu. 21. & 22.*

19 *Decisio in Romana fideicommissi de Caetanis 25. Februarij 1631. coram Coccino declaratur, & nu. 20.*

24 *Statutum prohibens subsistere actum à Notario non matriculatum confectum valet.*

25 *Arbitrium non intrat pro sanatione actus rogati à Notario non descripto in matricula.*

DECISIO LXI.

Adita Signatura Sanctissimi per Helenam Cribelliam pro sanatione Testamenti Io. Aloysij Cribelli patris rogati per Notarium non descriptum in matricula Notariorum Vrbis, aut in Archiuio Romanæ Curiæ, Placuit Sanctiss. quod procederetur ad executionem Testamenti arbitrio Rotæ, & propterea dato dubio iuxta formã
rescripti, An inter arbitrium negatiuè fu-
1 lutum, quia etiamsi trita sit conclusio, quod clau-
sula, *Arbitrio*, relaxet aliquid de rigore iu-
decis. 450. num. 1. decis. 284. num. 5. & 587. n
par. 2. recent. Cæsar. de Grass. decis. 7. num. 6.
Cresc. decis. 4. num. 3. de test. & operetur, vt
2 † extremo rigoroso seruetur æquitas, *Rot.*
num. 3. par. 1. & decis. 506. par. 2. recent. ne
sula reddatur inanis, *Menoch. de arbitr. lib.*
num. 35. Ita *Rota decis. 363. num. 1. par. 2.*
3 tamen † cum id intelligatur solum subsist-
qua rationabili causa, & aliàs, vt fuit d
Itacen. Parochialis 27. Iunij 1602. coram b
Card. Pamphilio, in Taraconen. Parochialis
1604. coram Litta, & in Taraconen. Canon
Nouembris 1607. coram Scotto. & in præs
agatur de sananda nullitate sententiæ, seu
nis Testium, aut alterius actus iudicialis
mel nulliter gesti possunt de nouo validè
4 quibus ad euitandos † dispendiosos, ac in
cuitus solet Rota arbitrari, sed agatur de
do Testamento, in quo Felix Cribellia
ror Helenæ fuit solum vltrà dotem insti
scutis 50. ne tollatur ius ei quæsitum e
denti Testamento solemniter confecto in
rat à patre equaliter cum sorore instituta
5 Rotæ concessum non potest trahi † ad l
iuris alteri quæsiti, quia vbi illud est
concessum non debet lædere ius partis,
217. circa finem, versic. Vndè sciendum est
coram Reuerendissimo D. meo Decano decis.
6 clausula enim, *Arbitrio*, † non dat facul
ferendi, vel lædendi ius partis, *l. 2. §. si q*
cipe, ff. ne quid in locis publicis, Bart. in l
num. 12. ff. de decret. ab ordinat. facien. & in
ad reprimendum verb. videbitur num. 13.
ro item, Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 48.
eoque magis in præsenti, vbi agitur ne d
sanatione Testamenti nulli in quo filiæ
ter fuerunt institutæ, sed etiam de infirm
7 alterius † præcedentis rogati cum omnib
nitatibus cum æquali institutione, pro
liditate in dubio standum esse tenent c
ter DD.

Inualiditas Testamenti, de quo agitur
8 ex eo quod fuit rogatum à Notario † no
pto in matricula Notariorum Vrbis, q
Secretarium Conseruatorum retinetur i
positionem Statuti Vrbis *lib. 1. cap. 31.*
scripto in matricula Archiuij Romani
iuxtà constitutionem Iulij II. Innouat.
nem X. & sic non valente exercere offi
Vrbe.

Et quod attinet ad Statutum Vrbis di
9 vbi expressè disponitur, quod † nullus N
creatus à quocunque quauis facultate
possit officium Tabellionatus, seu Nota
Vrbe exercere, aut de quibusuis contra
stractibus, testamentis, aut quibusuis vlti
luntatibus se rogare, aut quouis modo In
ta conficere, nisi fuerit in matricula No
Vrbis, quæ penès Secretarium Conseruat
tinetur descriptus, & adnotatus, & qui
10 fecerit † ipso iure falsi pœnam incurrat,
quam falsarius puniatur, & nihilominus
per eum nulla omninò, nec in iudicio,

fides adhibeatur exceptis his, qui in matricula Archiuii Rom. Curiæ fuerunt descripti, & Notarijs aliorum Trib. Vrbis, vndè cum Notarius de hoc testamento rogatus non reperiatur
1 descriptus in † d. matricula obstat Statutum prædictum, & Testamento ab eo rogato nulla fides est adhibenda, huic Statuto inhæren. *Rota firmauit coram Manzanedo in Romana nullitatis Testamenti 3. Iunij* 1619. Non esse adhibendam fidem Testamento rogato per Notarium in matricula Archiuii non descriptum, prout disponitur *in dicto Statuto Vrbis, ex consil. Plot. 1. num. 2. & seqq. qui num.* 4. concludit de communi Statutum, proce-
2 dere etiam si actus esset factus inter † Forenses, & de rebus extrà Districtum existentibus, ergo multò magis cum agatur inter Ciues, & Incolas, & de bonis in Vrbe existentibus, & hoc etiam fuit resolutum *coram Reuerendissimo D. meo Decano in Romana Iuris creandi Notarios 13. Iunij 1622.*
3 vbi dicitur, quod licet † Prothonotarii de numero participantium possint creare Notarios. Attamen Notarij sic creati non possunt officium exercere, nisi prius fuerint descripti in Archiuio.

Neque subsistit, quod d. Statutum abierit in
4 desuetudinem, *ex Modern. in adnot.* † *ad Statut. Vrbis d. cap.* 31. *nu.* 10. *vers. nam post de constitut.* quia contrarium ostenditur ex supradicta decisione
5 coram Manzanedo, † quæ fundatur in dispositione d. Statuti emanata eodemmet anno, quo rogatum prætenditur Testamentum de quo agitur est tamen aduerteñ, quod cum posteà emanauerit Bulla Sixti V. erectionis Collegij Notariorum Curię Capitolij, cum isti sint à Papa creati non
6 egent alia † descriptione, & approbatione, & quoad istos dici potest Statutum abijsse in desuetudinem, non verò quoad Notarios creatos à Protonotarijs, qui in Vrbe † velint exercere, & hic est casus noster, & ita distinguendo firmat *d. Modern. vt supra num.* 9. vbi dicit matricula Notariorum in desuetudinem abijsse quoad Notarios Curia Capit. † vigore d. constitutionis Sixti V. secùs autem quod Notarios creatos à Prothonotarijs, qui quidem non habent facultatem eos admittendi ad exercitiũ nisi seruata forma Statuti.

Quo verò attinet ad Constitutiones Iulij II. & Leonis X. quamuis *Rota in Romana fideicommissi de Caetanis* 25. *Februarij* 1633. *coram Reuerendiss. D. meo Decano*, firmauerit huiusmodi Constitutiones de consensu saltem tacito Superiorum non fuisse obseruatas † est tamen aduertendum, quod illa decisio non procedit in terminis Notarij exercentis in Vrbe suum officium, ibi enim agebatur de testamento rogato extrà Vrbem; ideò non procedit in terminis testamenti rogati in Curia in quo concurrunt duæ prohibitiones, vna proueniens ex dd. Constitutionibus, & altera ex dicto Statuto Vrbis, quæ prohibitio non poterat afficere testamentum, † de quo loquitur decisio Reuerendiss. D. mei Decani conditum per multos annos ante promulgatum d. Statutum, & propterea, quidquid sit de vsu, dd. Constitut. satis est in isto casu, † quod intret dispositio Statuti Vrbis, cuius vigore *Rot. in d. decis. Manzanedi*, declarauit nullum testamentum rogatum in Curia per Notarium creatum à R. P. D. Matthæio tunc Prothonotario participante in vim facultatis à fel. rec.
22 Sixti V. concessæ Prothonotariis † de qua decisione tanquam in casu diuerso nullum fit verbum *in d. Romana Fideicommissi de Caetanis coram Reuerendiss. D. meo Decano*, his enim non negatur, quod creatus à Prothonotario non sit verè Notarius, sed tamen dicitur non posse exercere in Vrbe absque eo, quod fuerit in matricula Notariorum,
23 vel in Archiuio descriptus, † quod statuentes potuerunt facere, & hac descriptione non secuta testamentis ab eis rogatis fidem tollere, *Simon. de Pret. cons.* 173. *n.* 10. *vers. quoniam Dominus, & n.* 11. *vers. tertia ratio, & interpret. vlt. vol. lib.* 4. *interpret.* 3. *dub.* 2. *nu.* 121. vbi quod non probat testamentum quando est factum à Notario non matricula-
24 to sic disponente Statuto prohibente, † & annullante, quod Instrumentum non valeat, & non probet scriptum à Notario non matriculato, & dictum Statutum valere probant, *Dec. in cap. sicut de probat. num.* 33. *Fulgos. consil.* 151. *sub nu.* 1. *vers. secundo quia, Alex. cons.* 119. *n.* 14. *lib.* 6. *Angel. consil.* 194. *nu.* 1. *vers. constat d. Notarium. Dec. cons.* 564. *nu.* 13. *vers. prædictis etiam, Roland. à Valle cons.* 93 *num.* 27. *lib.* 3.

Cum igitur Testamentis rogatis à Notariis non
25 descriptis nulla fides debeatur, † nullo modo potest intrare arbitrium ad sanandum hanc nullitatem. Hoc enim esset tollere eius quæsitum patri ex Testamento penitùs nullo, & annullare primum validum per quod fuerat ius quæsitum Felici ęqualiter à patre cum Helena altera filia instituto.

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. CARILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Signina Saluiani.

Veneris 18. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Mulier quæ in dotem assignauit bona inęstimata, cum agitur pro illorum recuperatione non potest contrà omnia bona Mariti agere, sed tantùm ad bona quæ dedit in dotem, nisi illa viri culpa fuissent alienata.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum conceditur probatis extremis.*
2 *Mulier, & habentes causam ab ea bona in solutum data pro restitutione partis dotis possint ne pro alia parte dotis retinere.*
3 *Mulier dando in dotem bona inæstimata, contra illa, non autem contra alia habet actionem pro recuperatione.*
4 *Calculus factus cum hærede non præiudicat creditori non citato.*
5 *Creditum illiquidum non impedit immissionem in Saluiano.*
6 *Retentio cessat quoties ex fructibus perceptis creditum illius, qui retinere prætendit effectum fuit illiquidum.*

DECISIO LXII.

CEnsuerunt Domini persistendum esse in decisis sub die 16. Aprilis * præteriti vbi firmatum fuit intrare Saluianum ad fauorẽ Cassandræ de Vindictis, & Iulii Cæsaris Rorii super bonis, de quibus agitur, pro fructibus duorum Censuum à Sulpitio Papio debitorum, *Summario primæ positionis num.* 1. 2. & 7. quia pro eorum parte doctum
1 fuit de † duobus requisitis, *relat. per Pacific. de Saluiano interd. inspect.* 1. *cap.* 5. *& 6. vtrobique n.* 1. ad effectum obtinendi immissionem in hoc iudicio.

Nec obstare visum fuit sæpiùs repetitum obiectum exceptionis dotis Hieronymæ Niceæ vxoris Sulpitii, & sororis Portiæ Matris illorum de Lauris constitutæ de anno 1566. vt in instrumento dotali eorum, *Summ. antiq. & nou. nu.* 1. cuius vigore prætenditur retentio in bonis prædictis tanquam sibi ipsis traditis in solutum ab hæredibus Sulpitii; Quoniam licet ex calculo dato in hodierno *Summar. Laurorum nu.* 1. *&* 2 prætendatur dotem d. Hieronymæ excedere maiorem quantitatem scu. 1620. deductam in decisione quæ reuidetur, & sic dici nequeat, quod dos fuerit integraliter restituta mediante solutione scut. 1000., & extinctione Censuum alienatorum per Portiam, vt in eadem decisione legitur *sub nu.* 3. *&* 7.

Tamen cum dos Hieronymæ consistat in terris rubrorum trium cum dimidio in Territorio Plumbinariæ in vocabulo, Pantanello, ad tantumdem ascenden pro portione d. Hieronymæ, *vt in primo Summ. Laurorum num.* 1. *litt. D.* pro quibus tantum competit retentio ac in censibus alijsque mobilibus traditis inextimatis, & dictæ terræ iam fuerint restitutæ vltra solutionem scut. 1000. in pecuniis prout vtraque pars fatetur, & de extinctione censuum dotalium scut. 320. & vltra pro rata d. Hieronymæ facta per Portiam, & Ambrosium constet ex publicis instrumentis datis in *primo Summ. Cassandræ num.* 18. & in præsenti *nu.* 6. *&* 7. & in decisione, quæ reuidetur §. *Quo verò*, non possunt hodie Lauri causam habentes à Hieronyma terras in instrumento dationis in solutum
2 contentas † retinere pro censibus, & mobilibus nisi constet de eorum integra, & reali extinctione, & alienatione culpa eiusdem Sulpitii viri sequuta, ita *Alex. cons.* 38. *post princ. vers. & si reperiretur lib.* 2. *& l. in rebus cum ibi notat. C. de iur. dot. Gabr. cons.* 60. *in fin. lib.* 2. *Rot. coram Caual. dec.* 574. *num.* 2. *& in Auximana Census* 10. *Martij* 1636. *coram R.P.D. meo Ghislerio in* §. *Demum non obstat*.

Minùs releuat quod terræ, de quibus agitur, fuerint datæ in solutum in computum dotis ab hæredibus dicti Sulpitij eisdem de Lauris, vt ex instrumento in eorum *Summ. num.* 7. nouiter in actis producto de cuius dotis anterioritate cum clarè constet videatur ipsi competere retentionem quoniam vltra quod ex superius adductis appareat supradictam dotem consistere in bonis ine-
3 xistimatis contra quæ propterea, † & non in alijs competebat actio pro fundo dotali, iuxtà *Text. in l. ita constante, & l. res quæ ff. de iur. dot. & l. etiam, vbi Bald. ff. de fund. dot.* nec calculatio facta cum
4 hæredibus potuit præiudicare † cæteris creditoribus non citatis, vt in specie tenuit *Surd.* 256. *in princ. & n.* 4. *cum seqq.* Cessat om[illegible] pulus ex lectura eiusdem instrumenti [illegible] huiusmodi dationem in solutum non e[illegible] ctam ad solam quantitatem dotis, sed co[illegible] alia credita, & debita ex alijs causis exc[illegible] ta extra dotem cum hæredibus d. Sulpi[illegible] omnia ascendunt ad sc. 1288. factisque c[illegible] pro residuo tàm dotis, quàm aliorum d[illegible] dantur in solutum bona, de quibus ag[illegible] scutis 1163.

Vndè cum non magis huiusmodi dati[illegible] lutum fuerit facta pro dote, quam pro al[illegible] tis sequitur dicendum, quod creditum [illegible]
5 hac parte reddatur illiquidum, † & con[illegible] impedire non valeat immissionem ex Sa[illegible] terris in dicto instrumento dationis in [illegible] expressis, *Rip. in rubr. ff. de pignor. nu.* 19. [illegible] *Natt. cons.* 533. *nu.* 4. *Menoch. adipiscen. rem.* [illegible] 180. *Surd. cons.* 4. *nu.* 36. *Rot. dec.* 559. *nu.* 3. [illegible] 679. *nu.* 5. *par.* 1. *dec.* 411. *nu.* 24. *par.* 5. *rec.* [illegible] *Card. Caualer. dec.* 539. *num.* 5. *ac in dicta* [illegible] *Census* 10. *Martij, &* 27. *Iunij* 1636. *coram* [illegible] *meo Ghislerio.*

Quæ omnia faciliùs veniunt admitt[illegible] constet alia credita præter dotem in dic[illegible] mento dationis in solutum expressa esse [illegible] ra creditis dd. Cassandræ, & Iulij Cæsaris [illegible] bus certum est, quod Lauris non comp[illegible] tentio, & sic fructus pro eorum rata per[illegible] to temporis spatio post motam litem p[illegible] tur absorbuisse summam residui dotis, [illegible] illius quantitatem incertam, & illiquida[illegible]
6 disse, itaut cesset prætensa, † retentio ex [illegible] tatis, & præcipuè, *ex Caualer. dicta d[illegible] num.* 5. *post med. & ex dicta Auximana C[illegible] Martij, &* 27. *Iunij* 1636. *coram R. P.* [illegible] *slerio.*

Et sic decisum vtraque parte informa[illegible]

Supra in hac eadem parte habetur alia dec[illegible] causa facta nempè sub die 16. *April.* 1638. [illegible]

R. P. D. PANZIROLO

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Romana Domus ad Transtyberim.

Veneris 18. *Iunij* 1638.

ARGVMENTVM.

Materia simulationis latè in hac decision[illegible] tur, & declaratur, quod scilicet prob[illegible] cturis, & præsumptionibus, quarum m[illegible] cuntur, & explicantur, maximè prob[illegible] denti causa simulandi, & hoc etiam q[illegible] ctus fuerit duplici promissorio, nempè [illegible] rio iuramento vallato, quod scilicet o[illegible] singula sint vera.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*. Constituti, *facit constitutari[illegible] possessorem*.

2 *Possessio plenè dicitur probata ex Instrumento adeptionis illius.*
3 *Manutentio conceditur possidenti.*
4 *Donator reseruando sibi vsumfructum super bonis donatis, dicitur transferre ciuilem possessionem in donatarium, & sibi naturalem retinere.*
5 *Manutentio facilius conceditur possessori cum titulo.*
6 *Possessio iure familiaritatis dicitur, si quis alicui seruiendo eius domum inhabitauit.*
Possessio iure familiaritatis non est manutenibilis. num. 6.
7 *Cedens non potest ius quod non habet in cessionarium transferre. & num. seqq.*
Nemo plus iuris in alium transferre, potest, quam ipse habeat. num. 7. & 8.
9 *Ius adeundi hæreditatem personale dicitur. & nu. 10.*
Ius adeundi hæreditatem alteri cedi, aut donari non potest. nu. 9.
10 *Ius adeundi hæreditatem est personæ cohærens inseparabiliter.*
11 *Hæres ante aditionem non habet ius inesse formatum in bonis hæreditarijs.*
Hæres non dicitur locupletior antequam adeat. n. 11.
12 *Simulatio probatur coniecturis, & præsumptionibus data causa simulandi. & num. 16. cum seqq.*
13 *Simulationem ad probandam duæ sufficiũt coniecturæ.*
14 *Coniecturæ leues requiruntur in probatione simulationis.*
15 *Simulatio reddit contractum ipso iure nullum, nec aliquod ius ex eo competere potest.*
16 *Testes deponentes de confessione partis plenè probant.*
Confessio partis superat omne genus probationis. n. 16.
17 *Tractatu præcedenti probato, sequens actus in executionem illius factus præsumitur.*
18 *Actus sequens restringitur, & declaratur à præcedenti.*
19 *Simulationis argumentum est, cum quis declarat se promptum ad retrouendendum, quod acquisiuit.*
Simulatio præsumitur ex oblatione de faciendo quicquid alteri parti contrahenti placebit. n. 19.
20 *Contractus præsumitur simulatus, si omnes expensæ fuerint solutæ à parte, quæ eas soluere non debebat.*
21 *Simulatio præsumitur si in contractu fuerunt appositæ clausulæ insolitæ, & ab illius natura alienæ.*
Donatio dicitur simulata si donator promisit illam non reuocare ex causa ingratitudinis, paupertatis, ac superuenientiam filiorum. n. 21.
22 *Cessio seù donatio facta personæ suspectæ, puta procuratori præsumitur simulata.*
23 *Qualitas personarum, ac series facti multum attenditur in materia simulationis.*
24 *Arbitrium Iudicis habet magnum locum in materia simulationis.*
25 *Possessio donatoris post donationem dicitur vehemens coniectura ad probationem simulationis. & nu. seqq*
26 *Simulationis coniectura resultans ex possessione donatoris post donationem non excluditur per clausulam constituti.*
27 *Constitutum venit accessoriè ad principalem dispositionem, & num. seqq.*
28 *Dispositio principalis si est simulata, & nulla, simulatum, & nullum quoque est constitutum in ea appositum.*
29 *Donationis simulatio non excluditur imò augetur ex quo fuerit facta ob benemerita, si illa non probantur.*
Benemerita probari debent aliundè quam ex assertione donantis. num. 29.
30 *Testis qui longè ante examen fuit procurator alicuius potest pro illo postea deponere.*
31 *Inimicitia affectata, & studiosè procurata contrà testes non releuat.*
Lites contra testes introductæ postquam eorum nomina fuerunt in actis specificata, illo testificanda non repellunt. nu. 31.
32 *Testes minus idonei admittuntur ad probandam simulationem.*
33 *Simulatione contractus probata omnes clausulæ in eo appositæ fictæ, & simulatæ censentur.*
Contractus simulatio probata non excluditur ex promissione facta obseruandi omnia. nu. 33.
34 *Clausulæ executiuæ accessoriæ non alterant, sed imitantur naturam principalis dispositionis.*
35 *Iuramentum non excludit simulationem, nec confirmat contractum simulatum, & nu. seqq.*
36 *Iuramentum assertorium quod, omnia, & singula sint vera, non tollit simulationem contractus.*
Iuramentum non impedit quin possit impugnari simulatio contractus quoties illud hæredibus iurantis opponitur. nu. 36.
Periurij reatus non transit in hæredes. nu. 36.
Simulatio contractus si opponatur per viam exceptionis, seù replicationis, iuramentum nihil operatur. num. 36.
37 *Obligatio Cameralis non impedit simulationem contractus.*
38 *Reo possessori sufficit excipere de non iure actoris, & sic eum excludere.*
39 *Possessio à præcedenti titulo regulatur.*
40 *Donatio simulata facit, quod ita quoque præsumatur confessio post donationem facta.*
41 *Simulatio non tollitur ex ijs, quæ fiunt post contractum etiam in executionem illius.*

DECISIO LXIII.

Octauius de Caualerijs donauit irreuocabiliter inter viuos Venerabili Hospitali S. Ioannis Colabitæ de Vrbe, detto *Benfratelli*, omnia sua bona, reseruatis, tamen vsufructu sua vita durante & vigesima ad effectum testandi, qua donatione sequuta vigore clausulæ, *Constituti*, appositæ in Instrumento donationis, Prior dicti Hospitalis cœpit realem, & actualem possessionem bonorum donatorum, & præsertim domus positæ in Regione ad transtyberim vocabulo (Pisciuola) in qua dictus Octauius cum familia inhabitabat, & vsque ad obitum permansit. Hoc ergo sequuto cum Hospitale illam Vincentio Pupio locasset, Franciscus Verardus sub prætextu, quod dicta domus esset communis inter Octauium donantem, & Antonium de Caualerijs eius fratrem, & ob id medietas ipsius ad se vti hæredem dicti Antonij spectaret vigore cuiusdam donationis, & cessionis sibi factæ ab eodem Octauio de iure adeundi dictam Antonij hæreditatem, iudicium iactationum introduxit in Curia Eminentissimi Card. Vicarii, à quo decretum manutentionis reportauit, quod posteà per R.P.D. Bilium Iudicem reuocatum fuit, & demum causa in gradu appella-

tionis coram me introducta, & capta disputatione
super manutentione fuit ordinatum, vt videretur
de bono iure, quo dubio hodie proposito resolutum
fuit constare de bono iure Hospitalis,
quod per DD. præcipuè deducebatur tàm ex donatione
eidem Hospitali facta ab Octauio, quàm
etiam ex possessione in ipsum translata bonorum
donatorum vigore clausulæ, *Constituti*, in instru-
1 mento donationis appositæ, quæ facit † Constitutarium
verum possessorem, *Surd. cons. 481. nu. 6.
Roland. cons. 79. nu. 43. lib. 1. Rot. dec. 549. n. 1. par. 1.
diuers. & in recent. dec. 83. nu. 1. par. 1.* Præsertim
cùm fuerit subsequuta realis, & actualis dictorum
bonorum apprehensio per Hospitale, & in specie
2 domus, de qua agitur, vt patet † ex instrumento
illius adeptionis, *Rota dec. 614. n. 4. par. 1. recent.
& in Ciuitatis Castelli Bonorum 5. Iunij 1620. coram
Eminentiss. Card. Verospio post Modern. de Manutentione
dec. 133. num. 5. Reuerendiss. D. meus Decanus
dec. 113. nu. 1,* & sic Hospitali esse concedendum
3 mandatum † de manutenendo, *Osasch. decis. 133.
nu. 6. & 7. Andreas dec. 61. nu. 2.* & fuit resolutum,
in Romana concordia 15. Decembris 1636. coram me,
4 & in puncto quando donator † sibi reseruauerat
vsumfructum in bonis donatis, *Rot. dec. 258. nu. 2.
par. 4. recent.* Quod eo faciliùs venit admittendum
5 cùm in casu præsenti possessio † sit titulata, *Rota
decis. 460. num. 5. par. 3. decis. 29. num. 5. part. 5.
recent.*

Non obstat quod tam ante, quàm post donationem
factam per Octauium Hospitali, idem
Verardus in quodam huius domus appartamento
inhabitauerit, quia cum Testes deponant ibi
permansisse vti accersitum ab Octauio pro officio
Procuratoris, vt in *Summario Hospitalis num. 5.*
6 eius possessio fuit iure † familiaritatis, quæ propterea
non est manutenibilis, *l. qui iure, ff. de acquir.
possess. Menoch. de arbitr. cas. 160. numer. 13.
in fi. cum seqq. Rot. decis. 764. num. 3. par. 3.
recent.*

Nec refragatur, quod Verardus prætendat habitasse
in vim tituli sibi competentis ex cessione,
seu donatione iuris adeundi hæreditatem Antonij
sibi facta ab Octauio; Tum quia non docetur,
prout necessariò docendum esset Antonium in
hac parte domus ius aliquod tempore mortis ha-
7 buisse † atque ita ab illius hæreditate desumi
non potest titulus, qui suffragatur, *vulg. l. nemo
plus, ff. de reg. iur. l. traditio in princip. ff. de acquir.
rer. domin.* Præsertim cum de opposito potiùs appareat
ex depositionibus Testium Hospitalis,
Summario numer. 7. dicentium ab ipso Antonio
audiuisse tot eius debita fuisse ab Octauio soluta,
vt nihil amplius prætendere posset in bonis paternis;
Tum etiam quia citatus Octauius in ipsomet
cessionis Instrumento declarauit se velle ab
Antonij hæreditate abstinere, vt patet ex verbis
dictæ cessionis, ibi, *Attento quod realiter, & cùm
effectu ipse Octauius semper, vt ipse asseruit, fuit, est,
& erit animi, & intentionis se velle abstinere ab hæreditate
Antonij, & nolle esse ipsius heredem*, nullum
per consequens ius adeundi dictam hæreditatem
8 ab Octauio in Verardum † transferri potuit, *cap.
nemo potest de reg. iur. in sexto l. si filius, C. de donat.
Rot. decis. 360. num. 29. par. 5. recent.* Præter
9 quam quod DD. ponderabant ius adeundi † vti

personale, alteri cedi, seù donari non posse
*cap. ex rescripto num. 1. versic. nam si Abb. de
& cons. 3 8. num. 2. versic. præterea si ista v
3. Corn. cons. 200. nu. 17. lib. 3. Tiraquel. de
lignag. §. 26. gloss. 1. nu. 46. Franch. d*
10 *num. 1. & 2.* Ac est personæ cohærens
rabiliter, *Surd. cons. 463. num. 3. & 6. Pap
40. num. 15. & 16. Peregrin. decis. Patau.*
2. & 3. Et hoc adeò verum est, vt hæ
11 quam adeat nullum † ius habeat in boni
bona quod sit in esse formatum, licet
petat ius rei quæsitæ, itaut hæres non di
locupletior, antequam adeat, *Bart. in l.
in 6. colum. ff. de. acquir hæredit. Castrens.
fam. num. 13. & seq. & num. 112. ff. de
Imol. in l. Ventri præterito in fin. ff. de acquir
Alex. cons. 113. nu. 4. lib. 3. Dec. cons. 10
& seq. lib 5. Bardell. cons. 1. num. 26. Pere
Patau. 151. nu. 2. & 3.* & fuit deductum
me *in Firmana de Formonis 9. Iunij 1634.*

Sed visa est penitùs tolli omnis diffi
eo quod dicta cessio, seù donatio facta p
uium fuerit simulata, prout videtur c
bari ex pluribus præsumptionibus, &
ris, quæ data causa simulandis, pro
12 nostro † plenè probant *Cæphal. consil.
6. Becc. cons. 52. numer. 46. & 47. Craue
156. nu. 7. Gratian. discept. forens. cap. 5*
13 *& 35.* vbi quod sufficiunt duæ † conie
ualer. decis. 406. num. 1. & 5 Rot. decis. 6
14 vbi quod sufficiunt leues † coniecturæ
recent. & sic cessio prædicta iuris adeun
15 ei titulum tribuere potuit, † cùm fuerit
nulla *Alex. cons. 542. num. 9. lib. 5. Becc
num. 35. Honded. cons. 46. num. 50 lib.
cis 308. num. 8. par. 5. recent.*

Quod autem adfuerit causa simulan
festè probatur ex dicto Testium Hospit
mario numer. 9 deponentium se audiuisse
dicentem, quod in tantum Octauius
ius adeundi, in quantum voluit liber
lestijs Creditorum ipsius Antonij, &
pterea ipse non intendebat aliquod i
dum ex dicta cessione reportare, nec
modo vti contra ipsum Octauium c
16 † in quacunque autem materia nulla
lior probatio, quam quæ ex propria co
resultat, *Decian. cons. 63. num. 50. & se
Rot. decis. 188. num. 9. par. 5. recent. & d
num. 4. part. 1. diuers.*

Prima igitur coniectura ad probandu
nem simulatam videbatur deduci ex dic
tu inito inter Octauium cedentem, & V
cessionarium euitandi causa Creditores
mediante renunciatione, seù cessione iur
di, hoc enim probato per Testes, vt si
17 est, † sequens actus cessionis præsumit
in exequutionem tractatus præcedentis
*cons. 9. numer. 9. Alciat. reg. 2. præsumpt. 2
Cæphal. cons. 626. nu. 17.* & ad limites
18 stringitur, † ab eoque declaratur, *Ang
248. numer. 2. ad fin. vers. hoc enim, C
cons. 626. num. 16. Mantic. de tacit. lib. 1
num. 18.*

Secunda deducebatur ex eo quod V
professus fuit se paratum ad retroc
O

Octauio ius sibi cessum, & faciendum circa hoc
19 quicquid ei placuisset † circulus enim huiusmodi magnum est fictionis argumentum, *Bald. consf. 70. ante nu. 1. vers. consideremus ergo lib. 1. Purpur. consf. 152. nu. 17.*

Tertia insurgit quia expensæ omnes rogitus,
20 insinuationis dictæ cessionis, † nec non etiam aditionis hæreditatis factæ fuerunt de pecunijs Octauij, non autem Verardi, *Paris. consf. 54. nu. 78. & consf. 55. num. 56. lib. 1. Seraphin. decis. 1154. num. 5.*

Quarta elicitur ex eo quod in ipsa cessione seu donatione appositæ fuerunt clausulæ insolitæ, &
21 à natura † ipsius alienæ, non reuocandi eam propter ingratitudinem, paupertatem, ac superuenientiam filiorum *Paris. dicto consf. 54. nu. 39. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 35. num. 13. Rot. decis. 24. nu. 6. par. 3. & dec. 283. num. 8. par. 5. recen.*

Quinta coniectura resultat ex eo quod d. cessio facta fuit procuratori, cuius personæ qualitas
22 plurimum videtur † conferre ad præsumendum illam non alia intentione factam, quàm euitandi molestias Creditorum, *Bald. consf. 70. in princ. vers. consideremus ergo, lib. 1. Bec. d. consf. 51. nu. 6.* Et facit, quod in hac materia multum attendi so-
23 let qualitas † personarum, ac facti series *Reuerendiss. D. meus Coccinus Decanus decis. 408. num. 2. vers. attenta enim.* Et propterea in ea magnum
24 habet locum † Iudicis arbitrium, *Cæphal. consf. 198. nu. 14. Crauett. consf. 156. num. 14. Menoch. de arbit. cas. 247. num. 2. Afflict. dec. 40. nu. 19.*

Pro sexta, & vltima deseruit, quod post donationem præfatam Octauius semper permansit in possessionem bonorum donatorum, & præser-
25 tim † Domus, de qua agitur absque vlla Verardi contradictione, quæ quidem coniectura visa est potissima ad probandum simulationẽ contractus, *l. sicut, §. superuacuam, ff. quib. mod. pign. vel. hypot. sol. Bart. in l. post contractum nu. 4. ff. de donat. Bald. consf. 70. num. 3. 4. & 7. lib. 1. Socc. sen. consf. 264. num. 2. circa med. vers. septimo, & vltimo, lib. 2. Hond. consf. 46. num. 14. lib. 1. Paris. d. consf. 54. num. 71. lib. 1. Rot. in recent. dec. 24. num. 6. vers. ponderabatur quoque par. 3. & dec. 208. nu. 13. par. 5. recent.* Et quod hæc coniectura habet locum etiam si in contractu donationis fuerit
26 apposita † clausula, *Constituti*, tradit *Crauett. consf. 156. num. 10. Corn. consf. 121. num. 23. & seq. lib. 2. Honded. consf. 46. num. 29. & 30.* & firmauit *Rot. in d. Rom. donationis 14. Febr. 1620. cor. Card. Sacrato*, & ratio est, quia constitutum regulariter
27 venit accessoriè † ad principalem dispositionem *Hond. consf. 18. num. 54. lib. 2. Surd. decis. 157. num. 4. in fin. & num. 5. Rota decis. 694. num. 9. par. 1. recent.* Et ideò si principalis dispositio est simulata, & nulla, simulatum quoque, & nullum est
28 † constitutum in ea appositum nec est aptum aliquid operari, *Bald. in l. ex testamento, num. 3. C. de fideic. Paris. consf. 59. num. 25. lib. 1. Rot. decis. 694. nu. 9. par. 1. recentior. Reuerendiss. D. meus Coccinus Decanus decis. 222. num. 5.* & fuit latè dedu[c]tum coram me *in dicta Romana Concordiæ de Caetanis 1637.*

Nec facit quod donatio facta fuerit ob benemerita, quia cum de dictis meritis non constet aliundè, quàm per assertionem donantis non so-
29 lùm non tollit, † sed imò auget suspicionem simulationis *Paris. consf. 86. nu. 3. vers. tertio simulatio deducitur lib. 3. Bec. d. consf. 53. nu. 69. Afflict. decis. 370. nu. 17. in fin. vers. sed toto Sacro Consilio.*

Non obstat, quod prædicta probentur per testes, contra quorum personas multa obijciuntur per Verardum, & in specie contra Matthiam Tomasinum, quod fuerit Procurator Hospitalis, & sic non posset pro eo deponere, quia cum fuerit
30 reuocatus longè ante eius examen, † ipsius depositioni est fides adhibenda *Bald. in l. dictantibus num. 4. in fin. vers. & ideò si procurator C. de testam. Rota in Carpen. bonorum 16. Martij 1612. coram Sacrato impress. post 2. vol. consf. Farinac. decis. 253. numer. 3.* Quod verò alij Testes sint eius inimici, & cum eo litigent, non visum est releuare, eo quod inimicitia, & lites contra ipsos fuerint
31 affectatæ, † & studiosè procuratæ ab ipso Verardo, post quàm eorum nomina fuerunt in actis specificata *Bart. in l. 1. §. cum quis numer. 1. ff. de quæst. Alex. consf. 99. nu. 2. prope fin. vers. nisi quando Iudici lib. 1.* Vltra quod ad probandum simula-
32 tionem contractus † admittuntur etiam Testes minus idonei, *Corn. consf. 63. nu. 3. in fin. & 4. lib. 1. Honded. consf. 46. num. 12. lib. 1. Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 59. num. 29. in fin. vers. quod simulatio.*

Minus releuat quod Octauius promiserit omnia, in instrumento cessionis contenta obseruare, contraquè non facere, nec venire, quia probata simulatione contractus omnes clausulæ
33 † in eo appositæ fictæ, & simulatæ censentur, nec sunt alicuius virtutis, vt in terminis d. Promissionibus obseruandi omnia, tradit *Paris. d. consf. 54. nu. 35. & seqq. & signanter nu. 38. & 40. lib. 1.* Idque optima ratione confirmat, quia
34 clausulæ exequutiuæ accessoriæ, † non alterant, sed imitantur naturam principalis dispositionis *Clem. 1. in fin. de præb. Dec. consil. 304. num. 8. Rota dec. 739. num. 5. vers. & meritò par. 2. rec.* quod procedit etiam quod contractus sit iuratus, quia tale iuramentum non excludit simu-
35 lationem † nec confirmat contractum simulatũ *Paris. d. consf. 54. nu. 41. & seqq. lib. 1. Gozzadin. consf. 3. num. 29. Menoch. lib. 3. præs. 129. num. 8. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 35. num. 16. vers. sed rursus, Mobed. decis. 4. in fin. de empt. & vendit.* Ac etiam si vltra iuramentum promissorium reperiatur additum assertorium, quod omnia, & singula sint vera, quia hoc iuramentum non no-
36 cet, † quoties vt hic illud obijcitur hæredibus iurantis cum in eos non transeat reatus periurij, & quoties simulatio contractus in quo illud appositum fuit, allegatur per viam exceptionis, seu replicationis, vt facit hospitale, latissimè *Paris. d. consf. 54. num. 84. & plur. seqq. lib. 1. Purpur. consf. 478. num. 14. in fin. vers. & illa verba.*

Ac demum non obstat quod instrumentũ vt hic
37 sit obligatione Camerali † vallatum *Farinac. de simulat. qu. 162. num. 64. Galles. de oblig. Camer. quæst. 18. num. 5. & Rot. post eum decis. 116. num. 3. & decis. 25. num. 2.*

Nec est insistendum, quod cum Hospitale habeat causam ab Octauio qui declarauit in donatione

tione se velle ab hæreditate Antonij abstinere, propterea nullum ius in ea habere possit, iux. reg. quod hæreditas non adita non transmittatur, & sic non possit molestare Verardum in sua possessione, quecumque illa sit; quia cum Hospitale ostenderit se verum possessorem, & Verardo nullum ius competat super d. hæreditate Antonij, nec aliquam possessionem acquisiuerit, quæ illi suffragetur ad effectum manutentionis, vt patet ex supra deductis, sufficit Hospitali illum exclu-
38 dere † per eius non ius, *l. vlt. C. de rei vendic. Caual. dec. 606. num. 11. Rota decis. 284. num. 4. in fin. 1. par. rec.*

Denique non obstant testes pro parte Verardi examinati deponentes ipsum inhabitasse domum de qua agitur iure proprio, & Octauium fuisse confessum fecisse d. donationem, quia cum postea subdant vigore donationis, & ex supra deductis constet donationem fuisse simulatam, & ex ea nullum ius Verardo quæsitum, sequitur quod
39 nulla etiam fuerit acquisita possessio, † quæ à præcedenti titulo regulatur.

Nec d. confessio Octauij aliquid operatur, quia cum ab initio fuerit simulata donatio, ità
40 † etiam fuit simulata asserta confessio, & omnes alij actus in illius consequentiam facti; simulatio enim non tollitur ex eis, quæ fiunt post contractũ,
41 etiam si † sequantur in exequutionem illius, vt per *Mant. de tacit. lib. 8. tit. 25. nu. 37. Farin. de simulat. & falsit. qu. 162. num. 15.*

Et ita vtraque parte, &c.

☞ *Habetur infra in hac parte alia decisio huius causæ coram eodem Eminentiss. Panzirolo sub die 29. Nouembris 1638.*

R. P. D. PANZIROLO

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana Pecuniaria de Ghezzijs.

Veneris 8. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Mater Tutrix an possit obligare pupillos ad solutionem debiti hæreditarij in forma Cameræ, & insolidum, & antequam habuerit confirmationem à Iudice, & an talis obligatio dicatur minoribus præiudicialis. Contrahens cum Tutore, illum esse talem probare debet. Minor restituitur aduersus omissum inuentarium, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Mater Tutrix etiam data in testamento à Iudice confirmari debet, & vide nu. 2.*
Amplia, & fortius si fuisset data in testamento minus solemni, imperfecto, ibid.
2 *Mater Tutrix data in testamento solemni, Iudicis confirmatione non eget, & nu. seqq.*
3 *Mater Tutrix, quamuis iudices confirmatione non egeat, petit tamen ab eo licentiam administrandi.*
Mater Tutrix administrare non potest nisi solemnia confecerit nu. 2. & seqq.
4 *Gesta per Matrem Tutricem, antequam [...] confecerit, valent si tendunt in vtilitatem [...] rum, secus si in damnum.*
Obligatio Cameralis, & insolidum pro de[...] terno dicitur pupillis præiudicialis nu. 4. &[...]
5 *Contrahens cum Tutore probare debet illu[...] Tutorem legitimum de tempore obligation[...]*
6 *Probare debens aliquem fuisse Tutorem non [...] si probauit quod ille pro tali communi[...] batur.*
Probare debens aliquem fuisse, puta Off[...] sufficit probare, quod pro tali communiter [...] batur, nu. 6. & seqq.
7 *Officium Tutoris, & Curatoris est auctorita[...] cum, vtilitate verò priuatum.*
Actus aditionis hæreditatis non potest exerce[...] tore, qui solemnia non adimpleuit.
9 *Pupilli qui sunt supra infantiam debent ips[...] ctoritate Tutoris hæreditatem adire, [...] Tutor.*
10 *Obligatio minorum, aut pupillorum redunda[...] in eorum vtilitatem alias non valet.*
11 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 113. habet etiam [...] hypotheca bonorum.*
12 *Hæres non tenetur nisi pro portionibus hære[...]*
13 *Pecunia citra vitium vsuræ nullos parit fru[...]*
14 *Interesse non debetur ex pecunia nisi concu[...] quisita Castrensis.*
15 *Inuentarium præseruat hæredem ac si non a[...] Hæres cum beneficio legis, & inuentarij [...] bonis proprijs, nec in persona tenetur ad [...] hæreditarium nu. 15.*
16 *Minor restituitur aduersus omissum inuentariu[...] vltra quadriennium post completam [...] ætatem.*
17 *Sententiam, & decretum approbat, qui illi[...] scit, & non appellat.*
18 *Mandatum procuræ resultat ex productione in[...] torum.*
19 *Restitutio conceditur minori aduersus omisso [...] uentarijs, quando hæreditas est legatis, & [...] obligatæ.*

DECISIO LXIV.

DOmini dixerunt Ioannem Antonium, [...] ciscum, & Angelũ de Ghezzijs non ten[...] executiua ad soluendũ debitum paternum [...] rum 4626. hæredibus Ardiccionij non ob[...] quod à Faustina Matre vti eorum Tutrice, [...] ratrice fuerint obligati insolidum, & in [...] Cameræ, & tanquã patris hæredes ad facie[...] prædictam solutionẽ, fundamentum resolu[...] fuit, quia ex triplici capite visa est oriri nul[...] & inualiditas dictæ obligationis, & primo [...] non probatur Faustinam de eo tempore [...] cepisse legitimè tutelam filiorum cum
1 adhuc confirmata fuisset in Tutricem † à I[...] prout erat opus stante quod data fuerat [...] in testamento minus solemni, et imperfe[...] *qui à patre 3. & ibi Bart. ff. de confir tut. & l. [...] dem Spin. in specul. testam. glos. 29. num. 6. Gu[...] tutelis part. 1. cap. 5. num. 8. in fin. vers. solum [...]*
Et quatenus dicatur matrem non indigere [...]
2 firmatione, † et hoc debet intelligi quando [...]

relicta Tutrix in testamento solemni, vt per *d. Guttier.cap.8.num.19.vers. & ita teneo*. Vltra quod nec petierat ab eodem Iudice licentiam ad-
3 ministrandi, † nec alia solemnia iuris impleuerat, prout erat, necesse, vt per *Bart. in l. legitimos §.de legit.Tutor.Gut.d.par.1. cap.5.num. 9. Put. dec. 427.num.7.lib.2.in correct.* Et ideò gesta ab ea substinentur dumtaxat si tendunt ad commodum, et
4 vtilitatem Pupillorum, secus autem si sint † eisdem præiudicialia, prout est ipsorum obligatio insolidum, et in forma Cameræ pro debito paterno *Castr.cons.355.num. 4. vers. item dico par. 1. Borgnin.de Tut.et Curat.num.25.Gratian.discept. forens. 28.num.10. Rota decis.360.num.4.et duob.seqq. par.1.rec.*

Onus verò probandi Faustinam legitimè suscepisse tutelam ante dictam obligationem in-
5 cumbit † hæredibus Ardiccioni, qui contraxerunt cum ea vti Tutrice, & Curatrice ad *Text. in l.qui cum alio ff.de reg.iur.Grat.cons.91.n.27.& seqq. lib.1.Franc.dec.206.n.3. in fin. vers. exaduerso dicebatur, & seqq.* Non enim sufficit probatio, quod
6 communiter † haberetur pro tali, *ex l. Barbarius ff.de offic. Prætor.* Quia lex illa habet locum solum in eo cuius officium est publicum vtilitate, & auctoritate secus autem in Tutore, & Curatore
7 † cuius officium licet auctoritate sit publicum, est tamen vtilitate priuatum, vt per *Abb. in cap. post cessionem n.17.vers. pro hoc allegat.de probat. Felin.in cap.ad probandum n. 2. circa med. intellige de sent. & re iud.& alios latè cumulatos pro Gabr. tit. de probat. concl.8.n.2.*

Secundò dicebatur nulla, & inualida dicta obligatio, quia per eam Faustina immiscuit dictos pupillos, & minores in hæreditate paterna faciendo eos hæredes patris, quod tamen facere non potuit, ex quo actus iste aditionis vti solem-
8 nis, & nimis obligatorius non potest † exerceri à Tutrice quæ, solemnia legis non adimpleuit *Bald.cons.226.n.1.circa med.vers.illud est certum lib. 2.Ruin.cons.95.n.11.vers.si tamen non fecit lib.2.Castr.d.cons.355.n.4.post med.vers.tamen quia par.1.* Accedente præsertim, quod Io. Antonius, & Ange-
9 lus erant supra infantiam, † & propterea sola mater Tutrix non potuit eosdem declarare hæredes, sed ipsimet cum Tutricis auctoritate debebant hæreditatem adire *l.Pupillus si fari, & ibi gloss.ff.de acquir.hæred.Ias.in l.pro hærede 20. n. 8. ff. eodem Borgnin.de Tutor.& Curat.n.68.vers.si autem minor Guttier.de tutelis par.2.cap.1.n.111.*

Tertiò denique visa est nulla d. obligatio, quia non fuit facta in euidentem Pupillorum, ac mi-
10 norum vtilitatem, † prout requirebatur ex disposit. *Stat. Vrb.lib.1.cap.113.* quod habet locum
11 etiam in † hypotheca bonorum, vt per *Tiraq. in tract.de leg. connub.glos.5.qu.9.n.109.Carpan. ad Statut.Mediol.c.328.n.47.Seraph.dec. 1242. n. 2.* Quod autem potius fuerit in præiudicium, ac damnum facile patet ex eo, quod pendente termino adeundi & inuentarium conficiendi fuerunt Pupilli obligati à matre insolidum, & in forma Cameræ ad integrum debitum hæreditarium scut. 4626. cum tamen de iure non tenerentur etiam vti hæ-
12 redes patris † nisi pro portionibus hæreditarijs *l. 2.C.de hæredit.act.Surd.dec.90.n. 2. Grat. dec. March. 146.n.2.* Tum etiam quia pro dicto debito consistente in pecunia fuerunt obligati ad præstandum vniforme interesse ad rationem scutorum sex pro quolibet centenario, & tamen regulariter pecu-
13 nia citra vitium vsuræ † nullos parit fructus *Decian.cons.2.num.12.lib.1.Cenc.de censib.par 1. cap.3. qu.1.art.6.n.21.* neque pro ea debetur aliquod in-
14 teresse † non concurrentibus requisitis *Paul. de Castr.in l.2.& l.final.ff.de eo quod cert. loc. quem sequuntur Roland.cons.35.n.13.lib.1.Dec.cons.322.numer.5.Honded.cons.50.nu.30.lib.1. Grat.discept.244. num.12.Put.dec.237.lib.1.*

Nec refragatur dicere quod etiam quatenus dd. de Ghezzijs non tenerentur executiuè ad soluen.dd. pecunias vigore d. obligationis nihilominus teneantur vti hæredes patris, quia circumscripta d. obligatione non adest alius actus ab ipsismet gestus hæreditario nomine præter aditionem hæreditatis formaliter factam post obitum Faustinæ cum beneficio tamen legis, & inuentarij legitimè confecti præuia restitutione in integrum quatenus opus esset obtenta à secundo Collaterali citatis omnibus Creditoribus certis &
15 incertis, quod inuentarium præseruauit eos † ac si non adiuissent, & propterea, nec executiuè, neque de bonis proprijs, & persona tenentur ad d. debitum soluendum iuxtà *dec.Reuerendiss. D.m. Decani 151.n.2.& seq.* & fuit dictum *in Viterbien. Census 5.Decembris 1636.coram me.*

Non obstat, quod inuentarium fuerit confectum extra terminum datum à lege, tum quia dd. de Ghezzijs tempore aditionis erant minores, & sic eis competebat beneficium restitutionis in in-
16 tegrum † etiam vltra quadriennium post completam minorem ætatem, per *text.in l.Pupillus in auth.de hæred.& falcid.Paris.cons.65.n.55.lib.3.Surd. cons.95.n.7.& 8.Grat.discept.656.nu. 3.* tum etiam quia hæredes Ardiccioni, siue eorum Procurator fuit expresè citatus ad dicendum causam quare dd. minores non essent admittendi ad conficieñ inuentarium nihilomè pro parte ipsorum opposuit tàm ante, quàm post interloquutoriam factam à Iudice, nec ab ea appellauit ita vt cen-
17 sendus sit actis † prædictis consensisse, & acquieuisse, *Bald.in aut.si omnes n.11.& 12.Cod.si min. ab hæred.se abst. Alex.cons.136.n.2.lib.2.Vant. de nullit. ex defect.process.num.41.cũ alijs cumulatis per Giurb. dec.70.num.12.*

Nec potest dubitari de mandato d. Procuratoris ex quo nomine dd. hæredum Ardiccioni die præcedenti produxerat contra eosdem de Ghezzijs instrumentum publicum crediti suorum
18 principalium, ex cuius † productione resultat sufficiens mandati præsumptio *Greg.dec.176.n. 8. Rot.dec 185.n.3.par.2.rec.*

Nec valet dicere, quod d. hæreditas Caroli patris dd. Pupillorum, & minorum erat locules, & sic cessare beneficium restitutionis, quia cum illa esset legatis, & oneribus grauata pluribusq; debitis inuoluta minores poterant litibus vexari, quod sufficit ad effectum, vt isti valeant obtinere restitutionem, vt latè per *Surd.d.cons. 95. num. 9. 10.& pluribus seqq.Marescott.var.resol. lib.2.cap.98. num.11.& 12. & seqq.Gregor.dec.181.n.2.& 3.*

Et ita vtraque &c.

R.P.D.

R.P.D. PIROVANO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Bononien. Fideicommissi.

Veneris 18. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

In primogenituris vbi non adest alia ratio conseruandæ agnationis comprehenduntur etiam fœminæ. Qualitas masculinitatis expressa in primo gradu primogenituræ, non censetur repetita in sequentibus, licet illa per modum regulæ fuisset à Testatore ordinata, modo tamen neque in principio, neque in fine testamenti illam expresserit, sed eam ad casum particulare restrinxerit.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum factum ad fauorem primogeniti comprehendit fœminas, & num. 5. & 13.*
Progeniei appellatione veniunt fœminæ quoties non adest ratio conseruandæ agnationis, num. 1.
2 *Fideicommissum vbi est in vnam lineam ingressum in ea manere debet, donec ibi capaces reperiuntur, & num. 6.*
3 *Qualitas masculinitatis apposita grauato si decesserit sine filijs masculis æquè intelligitur de filijs primi gradus, ac vlterioribus descendentibus, & n. seqq. vbi vide.*
5 *Fœminæ ex proprietate verborum veniunt, nec remanent exclusæ in primogenituris, & num. 13.*
7 *Qualitas masculinitatis expressa in primo gradu substitutionis, vel primogenituræ, non qualificat sequentes, & quare.*
8 *Verba testatoris*, intendendo sempre de' maschi *quando per modum regulæ, censeantur prolata, vel ad casum particularem restricta, & num. seqq.*
11 *Dictio*, semper, *in fideicommissis quando operetur effectum in omni tempore, & gradu, & quando non, & num. seqq.*
12 *Verba Testatoris, quæ rationem respicere videntur si in principio, vel in fine fuerunt apposita, totam qualificant dispositionem.*
13 *Secus si ad casum particularem fuerunt restricta, quia tunc sufficit, vt illum qualificent, & numer. seqq.*
14 *Qualitas masculinitatis apposita personæ in qua primogenitura fundari debet non operatur exclusionem fœminarum in casibus de iure permissis, & numer. seqq.*

DECISIO LXV.

Censuerunt DD. persistendum esse in decisis 27 Nouemb. * præteriti, quia de fideicommisso constat ad fauorem fœminarum lineæ Io. Pauli filij primogeniti Cæsaris, filij Isabellæ, quandoquidem vocantur post masculos eiusdem lineæ, & gradus sub termino collectiuo plurium graduum, & personarum de progenie
1 in progeniem sub † quo fœminæ comprehenduntur cessante ratione conseruandæ agnationis, vt in præsenti, *Crass. in §. fideicomm. qu. 15. num.* [...] *noch. cons. 926. n. 24. Fusar. qu. 385. nu. 12.* po[...] ab eisdem allegatos, & postquam fidei[...] sum primogeniti lineam ingressum est
2 ingressum est in Io. Pauli lineam, † done[c] [capa]ces in eadem linea reperiuntur prout est [Comi]tissa Iulia, cæteri remotiores, & lineæ [...] semper excluduntur, nisi de expressa te[statoris] voluntate contrarium colligatur, *Molin.* [*de pri*]*mog. lib 3. cap. 6. num. 29. Peregr. de fideicomm.* [...] *num. 14. Fusar. qu. 327. num. 25.* cum alijs i[n de]cisione, quæ reuidetur adductis.

Non obstat, quod de manifesta volu[ntate te]statoris excludendi fœminas ne dum i[n] primogenituræ introductione, & origine [sed in] progressu, quo ad omnes sui partes su[...] probetur, ex eo quod qualitas masculini[tatis in]
3 conditione † obitus Isabellæ si sine filijs [mascu]lis decesserit intelligatur ne dum de filij[s primi] gradus, sed & nepotibus, & pronepoti[bus, &] cæteris descendentibus, *Peregr. art. 25. nu.* [...] *sar. qu. 403. num. 23. Surd. cons. 564. num. 7.* [...] *cons. 1203. num. 34. & dec. 237. num. 5. p*[...] *uers.*

Quoniam prædicti omnes non absol[ute ad]mittunt hanc repetitionẽ qualitatis ma[sculinita]
4 tis, † et sed cum distinctione quando scili[cet agi]tur personis in eadem oratione, seu disp[ositione] positis, aut de personis in diuersa orati[one collo]catis, primo casu faciliùs admittitur, [...] semper nisi concurret eadem, vel maior [ratio]. Secundo vero casu difficiliùs admittitur r[...] in sequentibus gradibus, nisi ex alijs co[...]tur repetitio eiusdem qualitatis, aut ex [...] testatoris voluntate: puta quia fuerit c[ontem]plata agnatio, vel aliæ ad exclusionem f[œmina]rum concurrant coniecturæ, vnde cum n[on agi]tur de personis in eodem gradu, et voca[tis] aut conditione positis dum Isabella dece[sserit Cæ]sare masculo relicto, sed de successiuo g[radu fi]liorum Cæsaris, in quo concurrebant Io[. Paulus] pater Comitissæ Iuliæ primogenitus, et Lu[...] alterius Lucretij genitor secundogenitus, [...] to cessare debet effectus repetitionis rem[anente] naturali, et ciuili intellectu, quod fœmi[næ eius]
5 dem gradus, † et lineæ ex proprietate ve[rborum] non remaneant exclusæ in primogenituris, [...] *primog. lib. 3. cap. 4. Menoch. cons. 926. num. 2.* [...] *sumpt. 24. num. 7. lib. 4. Fusar. qu. 385. num. 1*[...] *eod. art. 25. num. 33. Valenz. cons. 97. n. 77. vol.* [...]
6 terius non fiat transitus † ad lineam Lucr[etij] nec in linea Io. Pauli capaces reperiuntur [...] *pract. qq. cap. 38. num. 6. Molin. lib. 3. cap. 6.* [...] *Peregr. art. 27. num. 14.*

Quod si de paritate rationis contenda[tur] non versemur in primo casu, quoad pers[onas in] eadem conditione, aut dispositione posit[as, sed] de alijs in diuersa oratione positis de pa[ritate] rationis non est agendum, sed de coniect[uris vo]luntatem testatoris exprimentibus, vt s[upra] dictum, et nihilominus neque maior, ne[que par] ratio potest considerari ad inducendam [repeti]tionem masculinitatis in successiuis gra[dibus], quia alia est ratio, qua testator motus fu[it in vo]catione filij, aut nepotis masculi filiatio[nis] siue primogenituræ introductione, et c[...]

& alia pariter diuersa, quæ consideratur in progressu primogenituræ, nam prima tendit ad ponendam personam in qua est radicanda primogenitura, in secunda non alterantur regulæ primogenituræ, et propterea † quod est appositum qualificatiuè, non extenditur ad aliam personam aut gradum ad fœminarum exclusionem, et in his terminis supradictam distinctionem benè comprobant *Valenz. sup. cit. consil. 97. num. 77. & 78. vol. 1. Bellu. cons. 1. n. 19. Burgos. de Paz cons. 29. n. 57.*

Nec pariter releuant, quæ † replicantur ad substinendam expressam testatoris voluntatem quo ad fœminarum exclusionem concurrente masculo quamuis alterius, & diuersæ lineæ ex verbis eiusdem testamenti, ibi, *mancando la Signora Isabella senza figlioli intendendo sempre de' maschi*, allegando rationem ex proprietate verbi semper, † apti comprehendere omne successionum tempus omnesq; gradus, & auctoritates, idem tenentes, & comprobantes.

Quia decisio, quæ reuidetur tàm ex mente eorum, qui pro masculis adducti fuerunt, quàm eorum, qui pro fœminis allegantur distinguendo satisfacit, vt videatur an illa verba sint adiecta in testamento per modum regulę vel ad † casum particularem, & ad particularem prouisionem fuisse adiecta respondet decisio, & in hac parte nullus ex allegatis pro masculis dissentit, quando adijciuntur particulari præordinationi.

Non obstat, quod aliqua ratio diuersitatis allegari non possit, quare illa dictio *semper*, operari non possit suos effectus in quocumq; tempore, & quocumque gradu successiuo.

Quoniam plura ponderantur pro diuersitate rationis in decisione quæ reuidetur, & hodie eadem accuratius discussa magis placuerunt, non enim prædicta verba leguntur in prohemio testamenti, neque in fine, sed immediatè ad casum *si Isabella decesserit sine filijs*, quo casu sufficit, vt qualificentur, aut apta sint semper qualificare casum cui adijciuntur absque eo quod in abstractu operentur fœminarum exclusionem contra regulas primogenituræ non excludentes fœminas, quod in specie aduertunt, *Ramon. consil. 100. num. 49. Sessa. dec. Aragon. 412. nu. 43. Casanat. consil. 47. nu. 50. & 53. Castill. lib. 2. contr. c. 71. & 72.* Casus autem prqordinatus à testatore respiciebat introductionem primogenituræ in masculo, qui poterat diuersis temporibus contingere, tàm in filijs Isabellæ primogenitæ, quàm in secundo, & tertiogenitæ, vt propterea semper de masculo esset intelligendum, sequendo proprietatem verborum, & mentem testatoris, & retinendo præuidentiam casus obitus Isabellę sine masculis, qui non contigit, ex quo decessit relicto Cæsare filio, & hanc distinctionem de introductione † primogenituræ per masculos, de progressu secundum regulas benè comprobat *Valenzol. alleg. cons. 97. num. 77. & 78.* dicens, ideò quia illa qualitas masculinitatis apposita fuit in personam, in qua radicanda erit primogenitura non debet operari exclusionem fœminarum suis casibus de iure admissis.

Et ita &c.

Supradicta decisio in hac causa sub die 27. Nouembris 1637. habetur supra in 7. par. rec. dec. 249. vbi in fine citantur aliæ decisiones concordantes.

REVERENDISS. P. D. COCCINO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Redditionis rationis.

Veneris 18. Iunij. 1638.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac decisione summatim materia fratris soluentis debita hæreditaria Patris, quando ab alio fratre ratam sibi tangentem possit repetere.

SVMMARIVM.

1 *Frater soluens debitum hæreditarium Patris potest cogere fratrem vt soluat partem suam, vel eam computet in diuisione, & nu. 4.*
2 *Frater tutor, vt ex pecunijs hæreditarijs debita hæreditaria soluere teneatur, probari debet pecunias in hæreditate fuisse.*
3 *Hæres tenetur soluere iure actionis alimenta defuncto legata, etiam si alimentandus haberet aliundè.*
4 *Hæres soluens debitum hæreditarium, suam ratam à cohærede repetit,*
5 *Expensæ necessariæ factæ in nuptijs iuxta morem Patriæ veniunt reficiendæ.*
6 *Frater tenetur contribuere ad expensas honorificas factas pro sorore.*
7 *Filius potest soluere debitum à Patre in testamento rocognitum, ratamque ab alijs fratribus rectè repetit.*
Bonæ fidei recognitio semper fieri potest, etiam in testamento.
8 *Recognitio bonæ fidei non potest sub prætextu erroris reuocari, etiamsi ad aliud negotium spectare appareat, & de ratione.*

DECISIO LXVI.

In hac causa, cum agatur inter fratres Rota voluit, quod rogarem aliquem mercatorem primarium, vt videret computa, & referret; Et ego de ordine Rotæ deputaui D. Iacobum Bespinum primarium Mercatorem, & virum æquè probum, ac idoneum, qui in gratiam Rotæ hoc munus accepit, & fecit suam relationem, & sic proposui causam 15. Martij huius anni, sed nihil fuit resolutum, & remissa causa ad 17. eiusdem mensis, cum hinc inde multa dicerentur, Rota ordinauit vt videretur, an esset standum relationi, & repræposita causa 26. Apr. sequentis, Rota voluit, quod R. P. D. m. Buccabella studeret componere partes iuxta vota DD. sed cum nihil potuerit ab eo concludi, prosequendo disputationem dubitaui An à relatione essent detrahendæ quinq; partitæ, de quibus infra, quia Agentes pro Io. Baptista persistebant, vt debitum Simonis fratris simpliciter sibi solueretur, non habita ratione ad illius

illius creditum, sed hæc prætensio visa fuit Dominis, nec iuridica, nec conueniens, ideò super dd. quinq; partitis hodie Domini disceptarunt.

Et quantum attinet ad primam partitam fructuum dotalium sortis, Censuum, & Societatis officiorum, ascendentium ad summam scu. 1903. dixerunt DD. eam non esse detrahendam sed admittendam, cum frater soluens debitum
1 paternæ† hæreditatis possit agere aduersus alium fratrem, vt soluat partem suam, vel in diuisione eam computare in illius partem, *l. his consequentèr in* §. *Celsus, vbi Alberic.n. 3.ff. famil. erciscund. Surd. de alim. tit. 6. qu. 12. nu. 34. & seqq.*

Neq; obstat, quod Census, & Societates prædictæ debuissent extingui ex pecunijs hæreditarijs, quia circa hoc non potest dici negligens
2 Simon, nisi probetur adfuisse in † hæreditate pecunias in tanta quantitate, vt ex eis commodè dd. debita soluere potuisset, *l. quoties* 10. §. *sicut autem, ff. de administr. tutel.* qui text. loquitur conditionalitèr, vt notat *Laurent. de Pinu cons. 60. nu. 14. Ruin. cons. 93. nu. 7. in fin & num. 8. lib. 5. Guttienr. de tutel. par. 2. cap. 9. nu. 48.*

Et veritas facti comprobatur, quia licet peruenerint ad manus Simonis sc. 21155. tamen ex dicta summa fuerunt soluta alia debita vsque ad 13636. reliqua vero summa vsque ad quantitatem dictorum sc. 21155. peruenit ad eius manus in pluribus vicibus, & in diuersis annis, & propterea ex illis à dicto Simone solui vnico contextu, & tempore tot debita non potuerunt.

Quantum attinet ad secundam partitam affictuum solutorum Excellentiss. D. Duci Cæsarino, de ea reseruarunt Domini vt particularitèr videretur.

Quantum ad partitam Matris scut. 1370. cum dd. pecuniæ fuerit expensæ in victu, & vestitu
3 Matris, & in hoc adsit Patris † præceptum vtique hæres ad hoc debitum tenentur iure actionis, etiam si Mater habuisset aliunde vnde se alere, *Alex cons. 7. n. 10. lib. 2. Rol. cons. 55. nu. 5. lib. 2. Seraph. dec. 447. nu. 8. & in rec. dec. 186. nu. 1. & dec. 199. num. 5. par. 4.* & propterea cum
4 solus Simon † soluerit hoc debitum, à fratre cohærede ratam repetere potest *dicta l. his consequentèr 18.* §. *Celsus, ff. famil ercisc.* & ita ista quoque partita non est detrahenda, sed admittenda, maxime quod dictus Io. Baptista de anno 1629. consecutus fuit suam partem bonorum stabilium censuum, & mobilium hæreditariorum.

Quarta partita, quæ continet arredium, seù vt dicitur acconcium datum sorori, & aliàs expensas factas in nuptijs, quæ ascendunt ad scut. 700. minus est detrahenda, cum contineat im-
5 pensas † necessarias iuxtà morem Patriæ, quæ, refici debent, *Alex. cons. 36. num. 1. & seqq. lib. 6. Laurentius de Pinu in cons. 109. nu. 3. & 4. Gabriel. cons. 153. num. 2. lib. 2. Thesaur. decis. 192. num. 9.*

Neque obstat, quod patet reliquerit dotem filiæ, & iuxtà illius quantitatem se obligauerit Io. Baptista, & propterea non teneatur ad dictum acconcium. Quia licet non teneatur ex præcepto paterno, tenetur tamen ex officio fraterno
6 † quia frater tenetur contribuere ad expensas honorificas factas pro sorore, vt fuit dictum in causa *Romana de Patritijs 16. Iunij 1642.* [illegible] *me.*

Quinta partita est scutorum 652. solut[illegible] D. Equiti Cassiano Puteo occasione Soci[illegible] officij, pro cuius intelligentia sciendum quod licet D. Dux Cæsarinus receperit d[illegible] pecunias à d. D. Equite cum fideiussione I[illegible] nes Pauli Patris istorum fratrum, & postm[illegible] idem Dux creditor Simonis occasione affi[illegible] dederit ei facultatem extinguendi dictam S[illegible] tatem ex paghis affictus, in quibus erat de[illegible] & sic præsumatur, quod dictus Simon ex p[illegible] prædictis extinxerit dictam Societatem, & consequens ista partita videatur detrahend[illegible] Nihilominus fuit consideratum, quod Io[illegible] Paulus agnouit istud debitum tanquam pr[illegible] um, cum in articulo mortis dixerit, quod [illegible] ta debita remanebant soluenda, & subiun[illegible] *E più si deue pagar quello, che si resta al Caua[illegible] del Pozzo da noi*; vnde agnouit debitum pr[illegible]
7 um, & † filius benè potuit soluere iuxtà v[illegible] tatem Patris, & illius bonæ fidei recog[illegible] nem, quę semper fieri potest *Sa. mem. Greg.* [illegible] *167. num. 5. & 6.* etiam in testamento. [illegible] *dec. 1488. per totam.*

Nec est verum, quod ista assertio Patris erronea stante Instrumento, in quo D. Dux principalis, & Io. Paulus fideiussor, qui[illegible] inter istas partes adessent plura negocia e[illegible] causa Io. Paulus potuit moueri ad facien[illegible]
8 istam declarationem, † quia potuit ini[illegible] contractus inter ipsos, *Seraphin. decis. 148*[illegible] & benè facit *Alexan. in l. quis Romæ,* §. *duo* [illegible] *nu. 54. ad finem, vers. ista quæstio sic firmata,* [illegible] *verb. oblig. Mant. de tacit. lib. 26. tit. 2. nu. 16.* [illegible] *um.*

Et ita conclusum vtraque parter in[illegible] ue, &c.

R. P. D. CARILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Rheginen. Communiæ.

Lunæ 21. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Sententia nulla etiam quod esset iusta reuocari bet: Iniusta dicitur sententia, quæ non [illegible] catur ex actis. Citatio respicit defensio[illegible] ideò non potest omitti. Possessionem [illegible] non sufficit, vbi non sola possessio, sed qu[illegible] possessionis controuertitur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia dicitur nulla si non interuenit citatio a[illegible] tentiam, & num. 9.*
2 *Sententia etiam iusta emanata sine citatione [illegible] tentiam, reuocari debet.*
3 *Citatio non requiritur vbi Iudex extraiudicial[illegible] per modum prouisionis processit.*
4 *Notificatio sententiæ postea parti facta supple[illegible] tionis defectum intellige, vt num. 11. & seqq.*
5

5 *Acta sunt publicæ scripturæ negociorum, quæ in iudicio aguntur.*
6 *Extraiudicialitèr quæ fiunt non acta, sed facta appellantur.*
7 *Substantia iudicij dicuntur personæ Iudicis Actuarij, et Actoris, & Rei.*
8 *Iudex procedens per viam sententiæ Christi nomine inuocato, non potest dici extraiudicialitèr processisse.*
9 *Citatio respicit defensionem de iure naturali, & diuino, ideoque non potest omitti.*
10 *Citatio requiritur etiam in decreto summarijssimæ manutentionis.*
11 *Intimatio sententiæ non supplet defectum citationis, vbi agitur de maximo præiudicio.*
12 *Sententia diffinitiua lata per cedulam sine patris citatione, non conualidatur per illius intimationem postea subsecutam.*
13 *Sententia, quæ non probatur ex actis remanet notoriè iniusta, & num. 20.*
14 *Sententia iniusta reuocari debet, & num. 20.*
15 *Iudici aliquid asserenti in sententia non creditur, nisi id quod asseritur ex actis iustificetur.*
Episcopo attestanti in sua collatione, quem esse filium patrimonialem non creditur num. 15. & seq.
16 *Episcopo non creditur super his, quæ ad eius officium non pertinent.*
17 *Actus aliquem fecisse in aliqua Ecclesia non sufficit probare, sed requiritur illos fuisse factos tanquam ab vno de clero, & numero Presbyterorum eiusdem Ecclesiæ.*
Possessionem probare non sufficit, vbi vis non in possessione, sed in qualitate illius consistit. num. 17.
18 *Qualitas à lege ponderata, non solùm est de substantia probationis, sed etiam ipsius facti.*
19 *Testes numero plures probant in omni materia, & num. 21.*
20 *Sententia quæ non iustificatur ex actis remanet iniusta, & per consequens reuocanda, & supra numer. 13. & 14.*
21 *Testes deponentes de certa scientia plenè probant.*
Testium defectus per pluralitatem suppletur, numer. 21.
22 *Substinens onera alicuius loci alteri Terræ, vel Oppidi vniti, censetur etiam substinere onera dd. Terræ, & Oppidi.*
Consuetudo restricta ad aliquam Terram non potest extendi ad Terram illi vnitam.
Amplia etiam, quod esset restricta ad homines vnius Parochiæ tantùm, ibid.

DECISIO LXVII.

RESolutum fuit sub die 22. Iunij * superioris anni sententiam Ordinarij Rhegineñ, in qua pronunciatum extitit Franciscum Firmianum esse admitteñ in Cappellanum, & ad percipiendos fructus, seù distributiones quotidianas Ecclesiæ Immaculatæ Conceptionis nuncupatæ Communiæ Terræ Fluminis Morum, esse confirmandam tanquam validam, & iustam; sed postea causa reproposita super eisdem, reque maturiùs discussa, post sextam repropositionem dixerunt Dominum recedendum fore à decisis, & consequentèr sententiam reuocandam, tàm ex capite nullitatis, quàm iniustitiæ.

Nullitas quidem redditur manifesta ex reuolutione totius processus, vbi non reperitur citatio
1 † ad sententiam, prout de necessitate requiritur, nè actus dicatur nullus *l. de vnoquoque ff. de re iud. Clem. pastoralis eod. tit. Gabr. de citat. concl. 1. Marant. in prax. par. 6. verb. citatio num. 2. et 3. Verall. dec. 128. num. 2. par. 3.* imò ex tali tantum defectu veniret
2 sententia tanquam nulla reuocanda, † licet alias esset iusta parte, prout hic opponente *Ferret. cons. 265. n. 4. Cæs. de Grass. dec. 9. n. 8. & 12. de caus. poss. et proprietat. cum alijs relat. per Illustris. D. meum Decanum in decis. 206. num. 3.*

Nec subsistit responsio data in decisione, quæ reuidetur, quod Ordinarius processerit extraiudicialitèr, & per modum prouisionis, quo casu
3 citatio † poterat omitti, *Greg. XV. dec. 357. num. 2.* stante præsertim notificatione eiusdem sententiæ
4 postea subsecuta, † quæ supplet citationis defectũ *Surd. cons. 36. nu. 31. in fin. Seraph. dec. 1407. num. 4.* & fuit dictum *in Corduben. pensionis coram Scotto impress. penes Marches. de commiss. tom. 1. fol. 651.*

Quia ex processu compulsoriali constat antequam ad sententiam fuerit deuentum, præcessisse 28. folia actorum, de quibus in ea fit quoque mentio, ibi, *visis litteris, recognitisque actis*, acta
5 enim sunt publicæ † scripturæ negociorum, quæ in iudicio aguntur, secundum *glos. in l. acta. ff. de re iudic. verb. acta* ad differentiam gestorum ex-
6 traiudicialitèr, quæ facta, † non acta appellantur, vt distinguit *Guidop. in dec. 616. num. 4.* & proinde, cum ex prædictis appareat concurrisse personas
7 Iudicis, Actuarij, Actoris, & Rei, † quæ omnia substantialia iudicij dicuntur, *vt in cap. forus §. in omni negocio de verb. signif.* non potest dici fuisse extraiudicialiter processum, neque decretum prouisionale reputari, dum Iudex processit per viam
8 sententiæ † diffinitiuæ, pronunciando per cedulam *Dei nomine inuocato* non solùm in possessorio, sed etiam in petitorio declarando Franciscum merito fuisse habitum, & reputatum tanquam vnum de Clero, vt ex lectura eiusdem sententiæ *sum. 1. positionis Archipresbyteri num. 2.* Ex quo fit,
9 quod citatio vti omninò necessaria omitti † non potuerit, tanquam respiciens defensionem de iure naturali, & Diuino competentem, *Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb. & figura n. 6. glos. in Clem. sæpe verb. defensiones de verb. signific. Vant. de nullit ex defect. citat. num. 9. Marant. in prax. d. par. 6. in verb. citatio dicto num. 3. & 4. Caual. decis. 53. num. 1. et*
10 *2.* licet ageretur de decreto Ordinario † manutentionis *Gregor. d. decis. 457. num. 3. cum alijs ibi allegat.*

Nec obstat quod citatio suppleatur ex notificatione sententiæ subsecuta, quoniam vltra quod non fuit intimata omnibus Presbyteris contra quos omnes erat prolata, sed soli Archipresbytero, & agatur, de maximo præiudicio Ecclesiæ ob mutationem ipsius status resultante ex admissione ad participationem fructuum illorum, qui carent qualitatis requisitis ex imme-
11 morabili consuetudine loci, quo casu, † nec etiam intimatio suffragatur, *Alex. in l. si opus n. 3. de oper. nou. nunciat. Ruin. cons. 69. n. 6. lib. 5. Socc. Iun. cons. 122. n. 33. & seq. lib. 1. Gabr. de citat. concl. 1. Rot. dec. 274. n. 3 p. 1. dec. 340. in fin. p. 2. rec.* sufficit dicere, quod versamur in sententia diffi-

diffinitiua lata per cedulam in plenario possessorio, imo, & in petitorio, & sic non præcedente
12 † citatione, intimatio subsecuta nihil iuuat *Rot. in puncto cor. Greg. XV. in d. decis.* 455. *num.* 8.

Iniustitia verò est talis, quæ nullo modo potest excusari siquidem in d. sententia dicitur Franciscum esse manutenendum, & conseruandum tanquam vnum de numero Presbytorum Communiæ, ordinatum fuisse ob d. Ecclesiæ necessitatem, eiusque seruitio adscriptum, ac vti talem habitum, & reputatũ fuisse, & tamen nihil
13 de prædictis † ex actis probatur, ideoque remanet notoriè iniusta *Seraph. dec.* 684 *num.* 8. quæ in
14 consequentiam † reuocanda venit *c. fin. de sent. & de re iud.* certum enim est, quod Iudici aliquid
15 asserenti in sententia non † creditur nisi id quod asseritur ex actis iustificetur, vt in puncto loquens de Episcopo attestante in sua collatione, quem esse filium patrimonialem est *dec. Caputaq.* 308. *part.* 1 vbi firmatur attestationi prædictæ nullam esse fidem adhibendam, tanquam facta super his,
16 quæ ad † officium Ordinarij non pertinent *Rot. dec.* 424. *aliàs* 11. *de iurepatr. in nou.*

Nec ex eo quod Franciscus inseruierit Ecclesiæ Communiæ, & fuerit promotus ad ordines vti oriundus ex Terra Fluminis Morum, ac vti degens sub Parochia Ecclesiæ prædictæ vbi ordines sacros exercuit, & sacrum pluries celebrauit, resultat iustitia sententiæ, ita vt propterea manutenendus esset, nam vis controuersiæ non extat in exercitio ordinum, & in ipsa celebratione, cum alijs actibus seruitorijs, sed in qualitate hoc est, an Franciscus dd. actus fecerit tanquam vnus de Clero, & numero Presbyterorum participantium Communiæ, compatibile enim est, quod aliqui inseruiant alicui Ecclesiæ, ibique sacrum celebrent, & nihilominus non sint Presbyteri eiusdem Ecclesiæ, vt quotidie practicatur in omnibus ferè Ecclesijs, vbi etiam exteri admittuntur ad celebrandum, & alia exercendum pro eorum seruitio, ac in specie in Ecclesia de qua agitur probant testes dati *in nouo Summ. Archipresbyteri num.* 3. Vndè sequitur, quod cum non pro-
17 betur quasi possessio istius † qualitatis scilicet actus prædictos fecisse Franciscum tanquam vnum de Clero, & numero Presbyterorum participantium, vt requirebatur *Bald. cons.* 447. *n.* 2. *lib.* 5. non est locus manutentioni ex adductis per *Posth. de mandat. de manut. obser.* 73. *nu.* 25. *cum seqq. Rot. coram Greg. XV. dec.* 569. *num.* 1. *&* 2. & ratio est, quia quoties lex ponderat qualitatem,
18 illa qualitas tàm est de † substantia probationis, quàm ipsius facti substantia, *vt not. in l. in delictis ff. de noxa §. si extraneus Bald. sup. in d. cons.* 447. *d. num.* 2.

Quod autem in Francisco non concurrat quasi possessio istius qualitatis, non solum non probatur ex actis sententiæ, de cuius validitate agitur, sed potius contrarium conuincitur ex pluribus testibus remissorialibus *Sum. Archipresb. nu.* 3. de ponentibus Franciscum nunquam fuisse habitum, nec reputatum tanquam vnum de d. Communia, nec vnquam fuisse admissum ad participationem fructuum, qui testes cum sint numero
19 † plures, plenè probant in omni negocio *l. vbi numerus C. de testib. c. in omni negocio extra eod. tit.*

& quod non fuerit Franciscus ordinatus [...] cessitatem Ecclesiæ Communiæ, vt asseri[...] sententia Ordinarij, sed imò, & quod [...] dinatus ad titulum patrimonij patet ex do[...] ne sibi facta à Rocco patre, & ex litteris [...] tibus Ordinarij *d. Summ. nou. num.* 4. Eoque
20 magis detegitur iniusta sententia, † & [...] sequens reuocanda, *Seraph. dec.* 987 *num.* [...]

Præterea dixerint DD. nullo pacto Fra[...] potuisse admitte ad Communiam, de qua a[...] cum ipse non habeat duo copulatiuè requ[...] scilicèt originem de Terra Fluminis Moru[...] quod Parentes sustinuerint onera realia, & [...] sonalia eiusdem Vniuersitatis iuxta lauda[...] dispositionem immemorabilis consuetu[...] lius loci canonizatæ per Rotam in dec. [...] quam in hac parte firmam, & inconcu[...] manere debere arbitrati sunt ex rationib[...] doctr. ibid. alleg. & quamuis Firmianus [...] ginarius Terræ Fluminis Morum, non tamen [...] batur eius Parentes substinuisse onera realia [...] personalia eiusdem Vniuersitat.

Quinimò totum contrarium apparet ex d[...] sitionibus plurium testium remissorialium [...] *sum. antiq. Archipresbyt. nu.* 3. *& sum. non.* [...] qui explicitè deponunt Rocchum patrem [...] cisci originem trahere de Villa S. Roberti, [...] eet dicant eum vxorem duxisse in Terra F[...] nis, ibique spatio multi temporis commo[...] subdunt nihilominus nunquam ibi cont[...] domicilium, neque fuisse reputatum in [...] illius loci, nec vnquam onera realia, seu [...] nalia illius vniuersitatis sustinuisse, sed be[...] tinuisse domicilium in Casale S. Roberti, [...] semper onera realia, & personalia perso[...] etiam de tempore, quo vxor in Terra Flu[...] habitabat, quinimò de eodem tempore [...] electum pluries syndicum in d. Casale. *Ide[...] probant. 2. & 4. Testes super art.* 4. dati no[...] grè *in Summ. Firmiani nu.* 3. secundus enim [...] ibi, *Rocco Firmiano Padre di D. Francesco [...] in questa Terra di Fiumura, doue habitò molt[...] mà non passò mai, nè fù tennto per Cittadino [...] Terra*, quartus autem, & si asserat Rocchum [...] casione suæ vxoris habitasse in Terra Flu[...] cum domo, & familia, postea tamen [...] ctum declarat, ibi, *Mà non portò mai li pes[...] impositioni di quest'Vniuersità di Fiumara di [...] nè reale, nè personale*, qui testes vti depon[...]
21 de certa scientia, † & tanquam benè inform[...] plenè probant, attenta præcipuè eorum plu[...] tate, per quam Testium defectus (quatenus [...] set) suppletur *gloss in l.* 3. *§.* 1. *in verb. numer[...] de testib. cum alijs latè cumulat per Gabr. de testib. [...] clus.* 6. *num.* 1. suntque ad in inuicem conc[...] *Farinac. de testib. qu.* 65. *nu.* 37. *& seq. Rota [...] Greg. XV. dec.* 309. *num.* 2.

Ex quibus cessat distinctio facta in onera [...] lia, & personalia, ac diluitur responsio [...] nis, dum firmat sufficere, quod parentes a[...] diu substinuerint onera personalia licet de [...] senti ea non substineant, cum ex prædictis [...] bus euidenter constet parentes Francisci [...] vnquam tempore, nec de præsenti, nec de [...] terito substinuisse onera Vniuersitatis Terræ [...] minis Morum, sed benè in Villa S. Roberti [...] riter[...]

riterque cessat obiectum desumptum ex testibus remissorialibus datis *in Summ. Francisci nu. 4.* deponentibus Casale S. Roberti habere iurisdictionem, & Territorium indiuisum cum Terra Fluminis vnde inferri prætenditur, quod censeatur ei vnitum ita, & taliter, quod reputari debeat Vicus, & de Comitatu dictæ Terræ Fluminis, & propterea, qui substiuet onera patrimonialia Villæ
22 S. Roberti, censeatur substinere † onera Vniuersitatis Terræ Fluminis, *ex l. qui ex vico ff. municip. cum alijs exaduerso alleg.*

Quia dd. testes, etiam si deponant super iurisdictione, & Territorio indiuiso, non ideò sequitur quod Casale S. Roberti sit vicus, & de Comitatu Terræ Fluminis, distantis per tria millia passuum. imò consideratis integrè dictis eorundem testium, clarè probatur contrarium, dicunt enim quod loca ista sunt penitus distincta, nihilque commune habent inter se, quoad solutionem onerum realium, & personalium, & quod Casale S. Roberti subiacet dumtaxat iurisdictioni Capitanei, & Curiæ Terræ Fluminis, *vt in Summ. antiq. nu. 4. & nou. nu. 7. & 2. & 4.* Testes ponderati pro parte Francisci, idem deponunt quia secundus dicit: *Che il Territario di questa Terra di Fiumura di Muro è indiuiso con il detto Casale di S. Roberto, il quale viue sotto la giurisdittione del Capitano, e Corte di Fiumara di Muro, in quanto alla sudetta giurisdittione, mà in quanto alli pagamenti Fiscali, e pesi viuono separamente, e sono diuisi trà di loro portando la sudetta Terra di Fiumura li suoi pesi, & il detto Casale di S. Roberto li suoi* idemque dicit quartus testis, ibi, *mà in quanto alli pagamenti Fiscali delle collette, & altri sono diuersi, e separati, e pagano separamente alla Regia Camera per ragione di fuoco ogn' vno quelle, che li tocca secòdo la numeratione.*

Ex eo igitur quod Casale S Roberti viuat sub iurisdictione Capitanei, & Curiæ Terræ Fluminis non potest dici, quod sit vicus, & de eius Comitatu, etenim benè possunt stare simul, quod Capitaneus habet sub gubernio plura castra, quæ nihilominus sint inter se distincta, ad instar Præsidis Prouinciæ, & aliorum Gubernatorum; & in omnem euentum remouetur omnis dubietas, ex consuetudine immemorabili supra relata requirente, quod prætendentes admissionem ad hanc Communiam debeant esse oriundi de Terra Fluminis illiusque Vniuersitatis onera realia, & personalia eorum parentes substinuerint, quæ consuetudo tanquam restricta ad Terram Flumi-
23 nis, non potest extendi † vlterius, quinimo est attendenda quamuis fuisset restricta ad homines vnius Parochiæ tantum per ea, quæ tradit *Gonz. in reg. 8. glos. 9. §. 1. n. 14. & 15.*

Et ex his conclusum fuit vtraque parte informante receden̄ esse à decisis, & consequentèr sententiam esse infirmandam, firma tamen remanente immemorabili consuetudine &c.

Habetur impressa par. 7. rec. dec. 232.

R. P. D. PANZIROLO
Postea S.R.E. Cardinali.

Tudertina Societatis.

Lunæ 21. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Communio alicuius negotij inter fratres excluditur ex propria confessione alterius fratris, maximè si est verisimilis, & adminiculata. Negotium cantans sub nomine vnius fratris tantum, cuius etiam nomine cantat librorum intitulatio, ac solutio debitorum negotij, indicant illud non esse commune. Fratres simul inhabitantes, & sine diuisione bonorum paternorum viuentes non ex hoc dicuntur communicasse bona propria, & alia in hac materia videas ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Confessio partis non eget alia probatione.*
2 *Confessio donatoris facta post donationem, ante tamen insinuationem præiudicat donatario.*
Donatio ante insinuationem dicitur nulla, & imperfecta ex defectu consensus num. 2.
3 *Insinuatio non retrotrahitur vt actus valeat ex tunc sed efficit illum valere ex nunc.*
4 *Confessio adminiculata, & verisimilis præiudicat etiam cui alia non præiudicaret.*
5 *Testes deponentes fratrem esse dominum absolutum negotij, & in eo alium fratrem nullum habere interesse excludunt communionem.*
6 *Communio fratrum excluditur si negotium sub solo vnius nomine semper continuauerit.*
Negotium, seu apotheca illius esse præsumitur, cuius sub nomine cantat n. 6.
7 *Librorum intitulatio sub nomine vnius ex fratribus & non alterius facit præsumere negotium non esse commune, sed ad illum spectare.*
8 *Debita occasione negotij contracta nomine proprio fratris negotiantis indicant illud non esse commune, sed proprium.*
Communicatio negotij cum fratre excluditur si pro debitis occasione negotij contractis extranei fuerunt dati fideiussores non frater num. 8.
9 *Frater existens in Apotheca cum alio fratre si rationem reddat de bonis quæ vendit perinde ac faciunt alij iuuenes, non ex hoc inducitur communio, sed excluditur.*
10 *Frater si esset socius alterius fratris, vtique de aliqua rata capitalis ad sui commodum disposuisset.*
11 *Communio est concludentèr probanda ab allegante.*
Amplia etiam inter fratres. ibid.
12 *Fratres simul inhabitantes, & absque diuisione bonorum paternorum viuentes, dicuntur in communione viuere respectu bonorum paternorum*
Fratres simul habitantes sine diuisione bonorum paternorum non dicuntur communicasse bona propria nu. 12.
13 *Negotium ab altero ex fratribus acquisitum non potest dici originem traxisse ex redditibus bonorum communium non sufficientium ad alimenta.*
Negotium ab vno ex fratribus acquisitum, non dicitur originem habuisse à bonis paternis, si ob illorum tenuitatem alter frater fuit coactus alijs inseruire nu. 12.
14 *Actus facti à fratre in negotio existente, probat quod negotium ad alterum fratrem spectat, præsumuntur facti iure familiaritatis.*
15 *Testes in concursu illi præferuntur, qui melius conclu-*

cludunt, & meliorem reddunt rationem.

16 *Testes illi præferuntur in concursu qui sunt adminiculati,*

17 *Testes habentes pro se iuris præsumptionem semper præferuntur in concursu.*

18 *Venditores duo præsumitur, quod quilibet pro sua rata pretium receperit.*

19 *Versio pecuniarum est quid facti, ideò de iure non præsumitur, sed probari debet.*

20 *Dotare sorores tenentur fratres pro virili.*

21 *Confessio vt noceat debet esse certa, & indubitata, non æquiuoca.*

22 *Confessio debet interpretari, vt minus noceat confitenti, quam fieri potest.*

23 *Confessio quantum potest debet interpretari id fauorem confitentis non contra illum.*

24 *Rei sufficit pro victoria, quod probationes hinc indè conquassentur.*

Probationes actoris si remaneat offuscatæ reus debet absolui nu. 24. & seqq.

DECISIO LXVIII.

PACINVS de Pacinis donauit inter viuos omnia sua bona Lucretiæ Pacinæ, quæ cum prætenderet dictum Donantem exercuisse pro indiuiso artem fundacariam, aliasq; merces contractasse cum Cosmo fratre, instetit coram Iudice, vt bona fundaci mercesq: prędictæ diuiderentur, sed cum sententiam contrariam reportasset, commissa mihi causa in gradu appellationis, dubitaui, an costaret de communione mercium apothecæ, & DD. negatiue responderunt, quia ipsemet Pacinus donator mediante publico Instrumento confessus fuit, & declarauit Cosmum eius germanum fratrem per multos annos mercaturam diuersarum mercium proprijs laboribus, & industria exercuisse, & capitale quod retinebat fuisse per se ipsum acquisitum, absque eo quod ab initio mercaturæ, nec postea ipse Pacinus aliquid impendere & erogare potuerit ex pecunijs, & bonis inter ipsos fratre communibus cum ista fuerint semper admodum exigua ad ipsos fratres alendos, non quod ex illis resultare potuerit acquisitio capitalis, prout sunt verba ipsius declarationis in Sum. Cosmi *num.* 1. Cum igitur veritas rei ex
1 d. Pacini † confessione clara remaneat non est
opus alia probatione iuxta *vulg. l. cum te C. de transact. & l. generaliter C. de non num. pecun. Bald. cons. 298. in fin. lib. 3. Magon. dec. Floren. 9. num. 12. Gregor. dec. 143. num. 3. Rota decis. 436. n. 2. par. 1. recent.*

Nec visum est obstare, quod ista confessio Pacini Donatoris, vti facta post donationem non fuerit apta nocere Lucretiæ fuit enim dupliciter responsum, & primo quod ista confessio, seù declaratio rerum donatarum, vti facta ante secutam insinuationem, & sic antequam donatariæ fuisset perfectè ius quæsitum: potuis-
2 set illi nocere, ex † quo donatio ante insinuatio-
nem dicitur imperfecta, & nulla ex defectu consensus quem lex fingit abesse, donec insinuatio superueniat, ita *Gabr. cons. 175. n. 6. lib. 5. latè Rebuff. ad constit. Reg. 10. 2. tract. de donat. insinuan. glos. 6. & 7.* & quod insinuatio nō retrotrahatur
3 vt actus † valeat ex tunc, sed efficiat vt valeat
nunc *Bal. cons. 475. num. 3. vers. & habemus* [...]
Menoch. cons. 292. num. 2. & seqq. Gratian. disc.
887. nu. 17. Duran. dec. 155. in fin. Monter. [...]
44. nu. 9. Sess. dec. 25. n. 5. cum seqq. tom. 5. [...]
resolutum in Perusina hæreditatis 11. Decem. [...]
cor. bo. me. Card. Virili.

Secundò fuit responsum, quod confessio [...]
iudicat, cui alias non præiudicaret, qua[...]
4 † verisimilis, vel adminiculata prout est in [...]
senti casu *Dec. cons. 96. n. 5. vers. nec obstat.* [...]
cons. 142. sub. num. 4. lib. 3. Paris. cons. 58. nu.
12 & 13 lib. 5. Crauett. cons. 202. nu. 4. & de [...]
temp. par. 5. sect. 4. limita num 38. & part. [...]
ex præmissis nu. 22. Tiraq. in l. si vnquam [...]
n. 14. de reuoc. donat. Seraph. dec. 487. nu. 14. [...]
decis. 198. num. 3. & decis. 362. num. 8. [...]
par. 5. recent.

Prima igitur coniectura, ex qua conf[...]
Pacini fulcita remanet desumitur ex dispo[...]
ne plurium testium, qui asserunt Cosm[...]
5 semper fuisse Dominum absolutum † neg[...]
Apothecę, & Pacinum eius fratrem nu[...]
in dicto negotio habuisse interesse, & d[...]
reddunt optimas rationes quo circa illis [...]
dendum est. *Bald. in cap. cum causa nu. 18. vbi* [...]
nu. 6. de testib. l. solam. eod. tit. & ibi Bald. [...]
Farinac. de testib. qu. 70. cap. 5. nu. 39. Gabr. [...]
4. nu. 50. de testib. Rot. decis. 294. nu. 10. & [...]
383. nu. 7. par. 5. recent.

Secunda quia negotium prædictum à p[...]
pio vsq; ad finem continuauit sub solo nom[...]
6 Cosmi, † ipsiusq; Cosmi Apotheca, & nego[...]
appellabatur, & ideò illius solius est præ[...]
dum *ad text. in l. si fratres 53. ff. pro socio* [...]
cons. 84. num. 16. lib. 4. Roman. cons. 3. Rimin.
cons. 280.

Tertia coniectura desumitur ex conti[...]
intitulatione librorum sub nomine Cosm[...]
7 la in eis † facta mentione fratris *Bart. in l.* [...]
patruus num. 6. & 8. C. com. vtr. iud. vbi [...]
esse aduertendum ad hanc inscriptionem [...]
rum, *Becc. cons. 21. num. 6. & cons. 68. nu. 5.*
& ad probandum Rimin. iun. con. 280. num. 6.
med. vers. ap hoc bene facit Menoch. cons. 12. [...]
Ioseph. Ludou. conclus. 53. col. 41. & 42. vers. [...]
coniectura, & vers. 16. Felic. de societ. cap. 11.
25. Gratian. discept. foren. cap. 903. nu. 7.

Quarta ex eo quod Cosmus tractu temp[...]
ad augendum negotium plura contra[...]
8 bita nomine proprio, † nulla facta mentio[...]
fratris, & pro dd. debitis dedit in fideiu[...]
personas extraneas, nō autem Pacinum, [...]
euidens, quod cum eo non communicabat [...]
tium, *Alex. cons. 76. n. 18. lib. 4. Aym. cons. 26.* [...]
Menoch. cons. 12. num. 15. Mantic. de tacit. [...]
tit. 10. nu. 20. ad fin. Ioseph. Ludou. d. conclus. 53.
4. & seqq. vers. quinta.

Quinta quia, Cosmus solus regebat Ap[...]
cam, vti Dominus absolutus, & negot[...]
retinendo fratrem cum limitata facultate [...]
9 dendi merces minutas, † illarumq; reddeba[...]
tionem Cosmo, non secus ac alij iuuen[...]
dicunt testes *Summ. num. 6. & 9. Paris. d.* [...]
84. nu. 15. & 16. lib. 5. Ancharan. cons. 31. [...]
2. Petr. Sanct. de diu. bonor. lib. 2. cap. 1. [...]

Ioseph. Ludou. vbi supra vers. septimo.

Sexta ex quo nullibi probatur Pacinum de aliqua rata capitalis; aut lucrorum vllo vn-
10 quam tempore † ad sui commodum, aut beneplacitum disposuisse, prout verisimiliter fecisset, si in negotio partem aliquam habuisset *ad trad. per Bart. in l. gerit nu. 21. vers. si contrarium ff. de acquir. hæred. Ancaran. cons. 31. num. 1. & consil. 199. n. 2. Greg. dec. 521. n. 1.*

Neque prædictis visa sunt obstare, ea quæ pro parte filiorum deducebantur cum ex illis non inferatur per necesse ad mercium commu-
11 nionem, quam tamen tenetur † concludenter probare, tanquam fundamentum intentionis, vt post alios *Cephal. cons. 247. num. 20. lib. 2. Decian. respon. 78. nu. 10. & seq. lib. 4. Valen cons. 57. nu. 6. Giurb. in consuetud. Messanen. cap. 16. glos. 4. num. 2.* dum enim pro parte illorum fit maxima vis in communi habitatione Cosmi, & Pacini absque
12 diuisione bonorum paternorum videbatur † ex hoc posse tantummodò concludi communio dictorum bonorum, non autem quæsitorum propria industria ab altero ex fratribus, vt firmat *text. in l. ex parte 40. § filius ff. fam. l. ercisc. & in l. si fratres 58. ff. pro socio Paris d. cons 84. num. 16. lib. 5. Dec. d. cons. 2 . n. 6. vers. sic videtur Aym cons. 26. num. 1. Decian respons. 36. num. 9. lib. 1. Menoch. cons. 12. num. 18. vers. non obstat, & nu. 19. Surd. cons. 538. num 12. & seqq. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 10. num. 9. & seqq. Felician. de societ. d. cap. 11. num. 9. Gratia. discept. 993. num. 5. & 6.*

Quod verò negotium traxerit originem ex redditibus bonorum communium clarè tollitur, tùm ex dicta confessione Pacini, quæ penitùs hoc destruit fundamentum, tùm quia testes deponunt, & præcipuè septimus, quod redditus prædicti non ascendebant ad annuas salmas sex frumenti, & septem musti, itaut pro alimentis numerosæ familiæ non sufficerent, & hæc veritas etiam coadiuuatur ex dicto aliorum testium, qui deponunt quod statim secuto Patris obitu Cosmus ob paupertatem coactus fuerit in alieno fundaco pro famulo, inseruire, & sic non
14 potest dici † quod negotium Apothecæ à redditibus paternis originem habuerit, vt in proprijs terminis scripserunt *Paris. cons 100. n. 16. lib. 2. Mantic. de tacit. d. lib. 6. tit. 18. nu. 23. Gratian. discept. 714. num. 9.*

Et quamuis exaduerso ab altera parte fuerint examinati testes, qui deponunt quod Pacinus negocio fundaci incumbebat emendo, & vendendo, ac pecunias à debitoribus exigendo, illumque cum Cosmo fuisse reputatum pro domino Apothecæ, attamen ista probatio remanet æquiuoca, cum actus prædicti potuerint à Pacino fieri citra ius, & nomen societatis, & sic vel iure familiaritatis, vel tanquàm à famulo ibi retento ex fraterna caritate *Surd. cons. 441. num. 8. in fin. versic. 2. Grat. discept for. 346. num. 23. & seqq.* vltra quod in concursu testium visi sunt potius præferendi illi qui deponunt pro Cosmo, tanquam melius
15 † concludentes, ac meliorem rationem reddentes iux. dictum *Bal. in l optimam numer. 7. C. de contrah. & committ. empt. Rota decis. 262. num. 6. par 1. recent.* Præsertim cum isti adminiculentur ex con-
16 fessione iurata ipsius Pacini, † ac facta pro exoneratione suæ conscientiæ *Socc. sen. cons. 12. sub nu. 20. vers. secundum quia, Rota in recent. decis. 69. n. 6. par. 5.* & insuper ex supra deductis habeant iuris
17 † præsumptione, pro se *Paris. cons. 88. n. 33. vol. 3. Rota dec. 487. nu. 5. in fin. par. 2. recent.*

Et sic etiam facile tollitur obiectum deductum, ex eo quod cum isti fratres vendiderint bona cōmunia pretium præsumatur erogatum in commodum negotij, quia contrarium, visum est apparere ex ipsis Instrumētis alienationum, dum enim ambo fratres vendiderunt præsumēdum est, quod
18 quilibet illorum pro sua † rata pretium receperit, ita vt qui allegat versionem pecuniarum ad commodum, & vtilitatem negotij teneatur as-
19 sumptum probare cum versio † sit quid facti, quod de iure non præsumitur *Rot. dec. 398. num. 4. par. 2. recent.* vltra quod omnis præsumptio versionis visa est tolli, tum ex eo quod pretium dd. bonorum fuit erogatum in emptione domus, vt apparet ex instrumento in actis producto, tum etiam ex eo quod cum dd. fratres vnam ex sororibus in matrimonium collocauerint aliasque monacauerint, præsumendum est, quod residuum pretij bonorum in hoc fuerit erogatum stante quod onus
20 dotandi sorores ad vtrumque fratrem † pro virili spectaret, *gloss. & Bart in leg. cum plures §. cum tutor, ff. de admin. tut. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 25. n. 9. Reuerendiss. D. meus Coccinus Decanus decis. 77. num. 3.*

Et demum non visum est releuare obiectum factū in Epistola Cosmi conscripta Pacino Romę degenti, in qua leguntur hæc verba; *Andarete à trouare Misser Pompeo Bonatuto, acciò voglia aggiutar voi, e me per vendere tutto il capitale, &c.* Quia hæc verba sunt admodum æquiuoca, *& possunt benè referri ad capitale bonorum paternorum, quæ in communi per dictos fratres possidebantur, immò dicendum est, quod de istis tantum bonis Cosmus intellexerit, cum hæc verè fuerint reddita, & è conuerso merces non fuerint distractæ, nisi post multum tempus, immò iam secuta morte ipsius Pacini*, confessio autem vt noceat
21 † debet esse certa, & indubitata *Honded. cons 69. num. 73. lib. 2. Rota dicta decis. 121. num. 18. par. 1. & decis. 443. num. 8. par. 1. recent.* & regulariter debet
22 interpretari, vt minus † noceat confitenti *Rota decis. 80. num. 21. par. 2. diuers. & decis. 366. nu. 5 par. 1.*
23 *recent.* immò † ad fauorem ipsius, *l. si quis 66. ff. de iudic. Mohed. decis. 2. de restit. spoliat. Rota decis. 561. num. 6. par. 1. recent.* & ad omne peius cum agentes nomine Lucretię Donatariæ non ita concludenter eorum intentionem probent, prout probarę tenentur sufficit Cosmo pro victoria cum sit
24 rens, & possessor, probationes hinc † inde conquassentur, *Rota decis. 23 . num. 24. par. 1. diuers. Bu-*
25 *att. decis. 631. num. 18.* & pro parte actoris † offuscatæ remaneant *Seraph. decis. 889. num. 4.*

Et ita decisum parte vtraque &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Soaneñ Castrorum.

Veneris 26. Iunij 1638.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Firmatur in hac decisione, quod Castra eorumque iurisdictiones, de quorum inuestitura non constat, nec de recognitione, aut aliqua descriptione docetur, esse allodialia, non feudalia maximè concurrente obseruantia possessionis eorumdem tanquam allodialium.

SVMMARIVM.

1 *Fœudum ex pacto, & prouidentia pro primo acquirente, & eius filijs, æqualiter ad illos transit, & num. 3.*

2 *Iurisdictio inferioris præsumitur fœudalis. & num. 4.*

3 *Iurisdictio inferioris præsumitur ex pacto, & prouidentia.*

5 *Iurisdictio annexa Castro non præsumitur fœudalis, et vide num. seq.*

9 *Papa habet fundatam intentionem super iurisdictione in toto eius Territorio.*

10 *Iurisdictio annexa Castro existente in Terris Ecclesiæ non ex hoc sequitur, quod non possit esse vel hæreditaria, vel allodialis.*

11 *Iurisdictio Castro annexa allodialis præsumitur non docto de aliqua illius inuestitura.*

12 *Castrum, eiusque iurisdictio allodialis præsumitur, si neque feudalis recognitio appareat, nec alicubi facta descriptio existat.*

13 *Castrum esse allodiale, non fœudale comprobat obseruantia illius possessionis tanquam allodialis subsecuta.*

14 *Approbans Castrum tanquam allodiale, non potest amplius illud impugnare, dicendo Castrum esse feudale.*

15 *Castrum esse fœudale probare tenetur, qui hoc asserit, Aduersario negante, Actor stante sola possibilitate contraria, concludenter suam intentionem probare tenetur, & num. 15.*

16 *Contradictor legitimus dicitur etiam, qui non possidet si teneat alia bona eiusdem naturæ.*

Contradictor legitimus dicitur, qui ab Aduersario principaliter in causa citatur num. 16.

17 *Contradictor legitimus dicitur habens interesse, etiam quod non possideat.*

18 *Castrum si ex vltimo statu appareat esse hæreditarium, rectè arguitur tale etiam per antea fuisse.*

19 *Status vltimus in qualibet materia est attendendus Principium rectè arguitur ex vltimo statu in qualibet materia, num. 19.*

20 *Status vltimus attenditur si de antecedenti statu contrario non constat, vel per instrumentum, rem iudicatam, aut partis confessionem.*

DECISIO LXIX.

MOTA pro parte Domini Petri Otterij contra D. Bartholomæum fratrem super successione ad pretium Castrorum Otterij, & S. Ioannis, atque alijs contrauersia DD. sub die 14. * Maij 1634. coram bon. mem. Motmanno, censuerunt Petro medietatem d. pretij deberi, reseruato vt de alijs particulariter videretur: Reproposita verò causa sub die 26. * Iunij 1637. ab hac resolutione recesserunt, quia videlicèt in disputatione huius causæ sub die 27. * Martij eiusdem 1637. vt coram eodem ex decisione desuper extensa luculentèr apparet, postea compertum in facto non subsistere dictæ resolutionis fundamentum positum in asserto quodam priuilegio seù inuestitura dictorum Castrorum ab Othone Primo Imperatore ex pacto, & prouidentia,

1 primo acquirentes, & eius filijs masculis, & æqualitèr ad eos transeat. *cap. 1. §. & quia de his fœud. dar. poss. cap. vnic. de success. fœud.* quandoquidem in eadem decisione firmatur de existentia huius priuilegij non constare.

Qua resolutione præsupposita etiam in necessariam consequentiam à decisis sub 14. Maij 1634. quæ inter impressas est *dec. 285. par. 7.* erat receden.

Siquidem nobilius q. Sinulphus Otterius senior, possidens 4. Castra Otterij, S. Ioannis, Montorij, & Sopani, eadem sex filijs suis masculis reliquit mandans inter eorum descendentes per Primogenitum succedere, & finita vna linea venire alteram, semper tamen Primogenitum: Itaque cæteris filijs defunctis cum solo Attilius, ad quem Castra Montorij, & Sopani peruenerunt, & Flaminius, cui alia duo Castra Otterij, & Sancti Ioannis obtigerunt liberos suscepissent, Attilio successit eius Primogenitus Bartholomæus excludendo iuxta Aui testamentum Petrum Secundogenitum, qui certum pretium in causam alimentorum sibi assignatum acceptauit.

Ita pariter in Castris Otterii, & S. Ioannis Flaminius eius Primogenitus, excluso minori nito fratre subindè defuncto, successit Sinulphus iunior, eademque duo Castra Serenissimo Magno Hetruriæ Duci cum onere pretium tanquam Castris Primogenituræ subiectis redactum reinuestiendi vendidit; decedente verò sine filijs, & facta taque successione ad alterius lineæ Attilij, Petrum primogenitum Bartholomæum, Petrus Secundogenitus medietatem pretij Castrorum à Sinulpho iuniore alienatorum consequi prætendebat, & resolutio ad eius fauorem, vt dictum est, capta fuerat ex fundamento, quod Sinulphus senior Testator supradicta Castra Iurisdictionalia nuncupauerat sub is verbi. *Cum omnimoda Iurisdictione, & mero, & mixto imperio,* Iurisdictio

2 inferioris † præsumitur fæudalis *Bald. in cap. de nat. fœud.* & ex pacto & prouidentia concessa tis pro primo acquirente, & eius filijs masculis

3 vt perpetuo, † & æqualiter ad eos transeat *1. §. & quia de his fœud. dar. poss. & d. cap. vnic. de success. fœud.* cum concordañ in decisione videretur allegatis; & præsertim *Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 4. num. 4. & tit. 5. num. 23.* firmantis regulam, quod † iurisdictio inferioris præsumitur

4 gulam, quod † iurisdictio inferioris præsumitur feudalis.

Verum Domini censuerunt huiusmodi regulam non procedere in isto casu, siue ipsa opinio asserentium illam non habere locum in

5 Iurisdictione † annexa Castris, vt etiam vult ab ipso *Mantic. allegatus cons. 652. nu. 11. vers. Atque locum,* quicquid dicant reliqui ab eodem allegati, qui loquuntur in longè diuersis terminis à casu præsenti, nam *Ruyn. cons. 22. nu. 7.* & *seq.*

6 *vol. 1.* loquitur de † Principatu, qui iure

uniuersum cognoscebatur ab Imperatore, *Aym. cons. 507. num. 18.* loquitur de Castris, quæ Dux
7 Caneti † expressè habuerat in fæudum à Duce Mediolani, *Alciat. cons. 13. nu. 13. lib. 5.* loquitur de Terra Fiorenzolæ cum inuestitura, & annua
8 solutione libr. 6. † ceræ concessa per Sedem Apost. *Abb. in cap. si diligenti num. 2. vers. & arguit de præscript. & cons. 82. p. 1.* in eo residet quod sit fun-
9 data intētio Papæ† in toto eius Territorio quoad iurisdictionem, sed non ideò tollitur; quin possit
10 esse vel merè † hæreditaria, vel allodialis, vt fuit ponderatum *in Sabinen. Castri Montis Rotundi coram bo. mem. Coccino quæ est dec. 93. num. 54. par. 5. recent.*

Siue (quod magis placuit) consideretur quod nedum in istis Castris non apparet aliquod signum fæudalitatis, nec enim exhibita fuit in
11 actis Inuestitura † quod pro allodialitate iurisdictionis annexæ Castris in specie ponderauit *Grat. cons. 9. nu. 113. lib. 1. Gozad. cons. 8. num. 21. vers. 5. Menoch. cons. 1. num. 23. vol. 1. & cons. 191. num. 16. vol. 2. & præsumpt. 91. nu. 37. lib. 3. Surd. cons. 311. nu. 10. vol. 3.* Nec ostenditur aliqua recognitio fæudalis, seù alicubi existens descriptio
12 quibus deficientibus vrget † præsumptio pro allodialitate, vt in specie firmant *Io. Andr. de S. Georgio ad l. fæudum nu. 6. Io. Franciscus à Ponte decis. 2 nu. 5. & Gen. practicab. Eccles. cap. 1. nu. 2.* & fuit dictum. *in dicta Sabinen. §. & hoc de plano.*

Quin potius ex perpetua nobilis familiæ Otteriæ obseruantia semper fuerunt in statu qualitatis merè hæreditariæ, quod Domini maximè ponderarunt hoc casu, nam Sinulphus senior ea vti talia possedisse probatur per testes pro Bartholomæo examinatos, qui dantur in eius Summ. nu. 2. eademque perpetuæ primogenituræ inter suos descendentes masculos cum strictissima alienationis prohibitione subiecisse Summ. num. 3. Quæ deindè Castra inter filios Sinulphi senioris vt supra tanquam merè hæreditaria cum dictæ Pri-
13 mogenituræ obseruantia † diuisa omnem fæudi cum pacto, & prouidentia vel mixti præsumptionem excludunt, *vt per Isern. in cap. 1. nu. 3. vers. semper inspicitur de controuers. inter masc. & fæmin. Bald. in cap. 1. §. præterea vers. item nota, quid sit inuestitura cum alijs in d. Sabinen. n. 57. & seq.* & comprobat *Franc. Vegg. cons. 28. per tot.* Quam etiam Primogenituram ipse Petrus secundogenitus in vim testamenti paterni super alimentis transigendo approbauit, & in precibus Oratori Serenissimi Magni Hetruria Ducis porrectis enunciuit; Et insuper dictam venditionem à Sinulpho iuniore factam eidem Serenissimo Magno Duci specificè vt Procurator d. Bartholomæi dissentientis venditioni iudicialiter improbauit, adeò vt eam ho-
14 die amplius† impugnare non possit *iux. cons. Surd. 151. nu. 7. & duob. seqq. & nu. 41. 42. & 43.*

Quibus accedit Petrum actorem non posse in iudicio obtinere ex sola præsumptione à iurisdictione inferioris ducta ad probandum ista Castra ex pacto & prouidentia reo id negante, ac deducente statum contrariæ possessionis sub qualitate hæreditaria. Quandoquidem stante sola contrarij possibilitate actor tenetur aliundè suam inten-
15 tionem † clarè, & concludenter, qualitatem nimirum fęudi recti quam allegat probare, *iux. doctr. Bald. cons. 151. nu. 2 in fin. lib. 1. Card. Mantic de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 5. nu. 21. & tit. 28. nu. 1. & seqq. cum pluribus concordantibus in d. Sabinen. vers. sed omnis etiam.*

Non obstat Bartholomæum pretium hoc non possidere, indeque non esse legitimum contradictorem, quia sufficit ipsum esse Primogenitum, & habere intentionem fundatam in obseruantia, atque possidere alia duo Castra eiusdem naturæ,
16 fuisseque † ab actore Petro principaliter in hac causa citatum, vt tradit *Modern. de legit. contradict. qu. 10. art. 2. nu. 39. & seqq.* & etiam ratione pro-
17 prii interesse † tanquam Primogenitus etiam sine actuali possessione est legitimus contradictor, *Bald. in l. fin. num. 10. vers potest autem C. de edict. diu. Adr. tollen.*

Denique cum vltimum statum esse hæreditarium appareat ex venditione Serenissimo Magno Hetruriæ Duci à Sinulpho iuniore facta lege adiecta quod pretium pro vocatis ad dictum fideicommissum inuestiretur, ex hoc præsenti sta-
18 tu † ad præteritum vtique consimilem rectè arguitur ab initio impressum *Rum. cons. 142. nu. 20. in fin. lib. 5. cum pluribus relatis in d. Sabinen. vers. denique tenebant Domini*; Quod generale esse in
19 omnibus † materijs *tradit Marescott. variar. resol. lib 11. cap. 55. num. 22. Modern. de re benef. lib. 1. qu. 34. nu. 21. & 24.* Et regulare est dum de antecedenti statu contrario per instrumentum euidenter clarum, aut rem iudicatam, vel partis confes-
20 sionem non liquet, vltimum † esse attendendum, *Rot. dec. 269. num. 3. in fine & seqq. par. 2. diuers.* & fuit dictum *in Fesulana Parochialis 20. Iunij 1633. coram bo. me. Motmanno.*

☞ Vndè cum alias fuerit coram bon. mem. Vbaldo * 14. Iunij 1628. & 27. Martj 1637. coram bo. me. Motmanno in hac causa resolutum inuestituram Othonis Primi Imperatoris, in qua D. Petrus se fundabat tanquam simplicem copiam, nihil probare, vtique satis clarè resultat medietatem pretij Castrorum Otterij, & S. Ioannis sub hoc fundamento sub die 14. Martij 1634. ipsi decretam non deberi. Quare Domini ab illa resolutione coram bo. me. Motmanno vtraque parte informante recesserunt, decisione ab illo non publicata de ordine Rotæ à me denuò extensa.

☞ *Decisiones supra enunciatæ in hac causa videlicet sub die 14. Martij 1634. & sub die 27. Martij 1637. coram bon. mem. Motmanno habentur in par. 7. recent. deo. 207. & dec. 285. & in par. 5. recent. dec. 207. & dec. 285. & in par. 5. recent. habetur alia decisio pariter in hac causa sub die 14. Iunij 1628. coram Eminentiss. Card. Vbaldo, quæ est dec. 187. Alia vero sub die 26. Iunij 1637. coram eodem Motmanno non adhuc impressa, de qua etiam supra fit mentio babetur infra in Appendice.*

R. P. D. CARRILLO

Postea Præside VALLISOLETANO.

Lucana Iurispatronatus.

Veneris 25. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Præsentatus ad Beneficium de Iure Patronatus à maiori parte Patronorum præfertur præsentato à minori: Et in omnem casum si vterque haberet voces æquales, ille instituitur & debet institutus præferri qui habet prouisionem Apostolicam cum derogatione dimidiæ vocum. Præsentatus cum pacto consentiendi pensioni ad fauorem Patroni saluo Beneplacito, eo sequuto efficitur validissimè præsentatus.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio ad Ius patronatus fieri debet à maiori parte patronorum, & n.7. cum seqq.*

2 *Præsentationes plures effectum sortitæ sufficiunt ad probandam pertinentiam iuris patronatus.*

3 *Pertinentia iuris patronatus leuioribus probatur probationibus, quoties de illius existentia non dubitatur.*

4 *Aliquem esse talem probatur ex assertione Notarij iunctis alijs adminiculis, & enunciatiuis.*

5 *Quasi possessio præsentandi aliquorum de familia in iure patronatu familiari suffragatur omnibus de eadem familia.*

6 *Ad Ius patronatus familiare omnes de eadem familia vocati censentur.*

7 *Præsentatus ad ius Patronatus à maiori parte alicuius familiæ dicitur habere vocem totius familiæ, & seqq.*

8 *Factum à maiori parte perindè habetur ac si ab omnibus factum fuisset. & n.seqq.*

9 *Maior pars descendentium suffocat, & absorbet minorem, & nu. seqq.*

10 *Suffragium minoris partis non attenditur in concursu maioris partis.*

11 *Præsentatus à dimidia parte patronorum, si alter habet prouisionem Apostolicam cum derogatione iuris patronatus pro medietate non præfertur prouiso Apostolico.*

12 *Præsentatio ad ius patronatus cum pacto consentiendi pensioni ad fauorem præsentantis est simoniaca, & nulla.*

13 *Fallit si fuit reseruatum Beneplacitum Apostolicum.*
Beneplacitum Apostolicum purgat labem simoniæ, & facit omnia fuisse rectè gesta, nu.13.

14 *Præsentatus cum conditione consentiendi pensioni ad ad fauorem patroni, saluo Beneplacito dicitur legitimè præsentatus.*
Si infra tempus datum ad præsentandum sequatur Beneplacitum Papæ.
Conditio apposita præsentationi sit fuit intra legitima tempora purificata, præsentatio dicitur valida. n.14.

15 *Gratia Papæ ex sola signatura d. die datæ dicitur perfecta.*

16 *Præsentatio cum pacto consentiendi pensioni ad fauorem patroni saluo beneplacito, eo sequuto dicitur valida, & num. 19.*
Etiam si in eo non exprimatur huiusmodi conuentio ibidem.

17 *Resignatio Beneficij cum pensione semper habet præcedentem conuentionem, & tamen de ea in supplicatione nulla fit mentio.*

18 *Resignans beneficium cum pensione & resignatarius tuti sun à qualibet simonia statim ac Papa supplicationem signauit.*

19 *Subreptionem ad euitandam sufficit aliquid suf-[...] tualiter narratum.*
Amplia quia sufficit concedentem de eo saltem [...] nere cogitare potuisse ibidem.

20 *Attestatio expedientium supplicationes Datari[...] extraiudicialis probat stylum sufficienter.*

21 *Stylus Datariæ inspicitur ad hoc vt scientia Pa[...] catur sufficiens.*

22 *Gratia Papæ eiusque intentio interpretationem [...] piunt à stylo Datariæ.*

23 *Expressio facta in literis sufficit, licet non [...] supplicatione.*
Scientia Papæ inducitur ex scientia officialium [...]

24 *Præsentatione facta ab vno ex compatronis [...] la non vitiantur præsentationes aliorum comp[...] rum, qui vti singuli præsentarunt.*
Compatroni plures præsentantes, vti singuli p[...] tare præsumuntur, n.24.

25 *Præsentationes plurium compatronorum tot [...] tur quot sunt compatroni.*
Præsentatio plurium Compatronorum ex vitio [...] etiam prætextu Simoniæ non vitiatur.

26 *Intellige supradicta procedere in ijs præsenta[...] quæ fiunt iure proprio & particulari, secus in [...] fiunt ab vniuersis puta iure Collegij.*

27 *Gratiam iustificare non debet, qui illam iustifi[...] ram Executore literarum Apostolicarum.*
Exequutor literarum Apostolicarum præsumitur [...] & rectè processisse, n. 27.

28 *Reo & possessori sufficit vincere per non ius [...] etiam in Beneficialibus.*

DECISIO LXX.

Benedicto Bernardio possidenti Parochi[...]
S. Mariæ Filicorbi Lucanæ Diœcesis ex [...]
Apostolico sibi concesso per obitum q. [...]
vltimi possessoris vigore præsentation[...]
fauorem factarum à Rectore Hospital[...]
cordiæ, à quindecim de familia Podia[...]
tuor de familia Burlamacchia, ad quoru[...]
cem præsentationem spectat huiusmodi [...]
tus, se opposuit Hieronymus Sanctinus [...]
se ad eandem Ecclesiam fuisse præsentat[...]
alijs compatronis, & præsentationem fac[...]
fauorem Bernardij fuisse inualidam ta[...]
conditionalem ob pactum in ea apposit[...]
sentiendi reseruationis annuæ pensionis [...]
ad fauorem eiusdem Francisci Podij Co[...]
ni præsentantis. Ideò causa ad Rotam [...]
& mihi commissa dubitaui an Sanctinus [...]
stituendus, & Domini negatiuè respond[...]

Quia pro parte Sanctini non docetur [...]
sentatione facta ad sui fauorem à maiori [...]
1 Patronorum † prout de iure requiritur, [...]
tum de præsentatione facta per minorem p[...]
quæ non est habenda in consideratione iux[...]
positionem *text. in cap. 3. vbi glos. verb. qu[...]*
bus de Iurepatr. Lamb. eod. tract. lib. 2. par. [...]
artic. 1. Guttier. lib. 2. canon. cap. 11. num. 20. [...]
benef. par. 9. cap. 2. num. 257. Lotter. de re bene[...]
quæst. 11. num. 133. Rot. decis. 117. num. 1. par. [...]
& coram Illustriss. D. meo Decano decis. 404. [...]
coram Buratto decis. 942. ibique Addent.

Quod autem Sanctinus fuerit præsen[...]
minori parte patet quoniam Iuspatron[...]

iusmodi diuiditur in tres partes, quarum prima
ſpectat ad Rectorem Hoſpitalis Miſericordiæ, ſe-
cunda ad familiam de Podijs, & tertia ad fami-
liam de Burlamacchijs, vt deſumitur ex vltimo
ſtatu, & ex pluribus alijs præſentationibus effe-
ctum ſortitis factis à prædictis Patronis, & eo-
rum Auctoribus reſpectiuè, & in ſpecie de an-
nis 1592. 1594. & 1617. de quibus *in Summario*
2 Bernardi *num.*2 quæ ſufficiunt † ad probandam
pertinentiam Iuriſpatronatus, *Angel in auth. vt li-
ceat matri, & auiæ, §. ad hæc num.*10. *Rota in dec.* 224.
*ad fin. par.*1. *& in deciſ.*606. *in fin. par.*3. *recent.* cum
alijs relatis *in Florentina Cappellæ impreſſ. apud Vi-
uian. poſt tract. de iurepatr. quæ eſt deciſ.*65. *ſub nu.*1.
maximè quando prout hic de exiſtentia iuriſpa-
3 tronatus non dubitatur † quo caſu leuiores pro-
bationes ſufficere tenuit *Rota in deciſ.*146 *num.*1.
*par.*2. *& deciſ.*179. *num.*4. *par.*3. *& deciſ.*176. *num.*4.
*par.*4. *recent.*

Ex prædictis verò Compatronis Rector Hoſpi-
talis præſentauit Bernardum, & quod Rector ſit
4 talis probatus † ex aſſertione notarij iuncta ad-
miſſione Ordinarij in inſtitutione facta ad fauo-
rem eiuſdem Bernardij, ac in mandato procuræ
dato ad hanc litem *Summario* additionali *num.*2.
vt in ſimilibus terminis tenuit *Rot. apud Gregor. de-
ciſ.* . *num* 4. *& facit deciſ.* 301. *num.* 2. *par.* 2. *recent.*
eumdemque Bernardium præſentarunt pariter
quindecim ex familia Podia, & quatuor ex fami-
lia Burlamacchia d. *Summario num.*3. inter quos
ſunt aliqui, qui præſentarunt in præcedenti vaca-
tione anni 1617. & aliqui ſunt filij eorum, qui
alias præſentarunt, itaut vel ſunt in quaſi poſſeſ-
ſione præſentandi, vt habent cauſam ab alijs, qui
5 olim præſentarunt, quæ quaſi poſſeſſio cum † ver-
ſemur in Iurepatronatu familiari ſuffragatur om-
nibus de eadem familia ex adductis per *Garz. de
benefic. par.*5 *num.*141. *&* 142 vbi Rotæ deciſiones
plures refert, quia ad Iuſpatronatus familiare
6 omnes † de illa familia vocati cenſentur *Becc. con-
ſil.*43 *num.*7. *Menoc. de præſumpt. lib.*6. *præſumpt.*16.
*num.*47. & quod omnes admittantur probatur *in
l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff de legat.* 2. *Peregrin. de
fideicommiſſ artic.*12. *num.*17. *Lambert de Iurepatron.
lib.*1. *par.* 2. *quæſt.* 2. *artic.* 9. *num.* 82. cum alijs latè
congeſtis *per Viuian. de Iurepatr. in lib.*4. *par.* 1.
cap. 2. *num.* 28. *&* 29.

Vnde cum Sanctinus fuerit tantum præſenta-
tus ab vndecim de familia Burlamacchia, & à
quinque de familia Podia, inter quos omnes ad-
ſunt quinque qui ſunt ex d. numero de mendi.
Nam Scipio Burlamacchius Philippus q. Ioan-
nis, & Philippus & Lelius q. Equitis Podij iam
præſentauerant Bernardium, & ſubſequentem
præſentationem ad fauorem Sanctini fecerunt
cum expreſſa proteſtatione de non recedendo à
primæua, & Carolus de Podijs conſtituerat Pro-
curatorem ſpecificè ad præſentandum Lauren-
tium, vt in d. *Summario* additionali *num.*1. Procu-
rator autem excedendo fines mandati præſenta-
uit d. Sanctinum, quæ præſentatio propterea in-
ualida redditur, nulli dubium eſt quin ipſe ha-
beat minorem partem, imò vnicam tantùm vo-
cem de Burlamacchijs, & Bernardius habet alias
duas voces Rectoris ſcilicet Hoſpitalis, & illo-
rum de Podijs, quorum licèt aliqui pauci præſen-
tauerint Sanctinum, tamen cum maior pars eo-
rum præſentauerint Bernardium ſequitur dicen-
dum, quod iſte totam familiæ Podiæ vocem
7 habere † dicatur nulla habita ratione minoris
partis *ad not. per Abb. in cap. Paſtoralis in princ. vlt.*
8 *col. de reſcript.* Factum enim à maiori † parte per-
inde habetur ac ſi omnes egiſſent *l. quod maior, ff.
ad municip. Caſſad. deciſ.* 2. *num.* 1. *de Iurepatr.* & ma-
9 ior pars † deſcendentium ſuffocat, & abſorbet
minorem *Lambert. eodem tract. lib.* 2. *par.* 3. *quæſt.* 4.
10 *artic.* 7. *num.* 2. Itaut de ſuffragio minoris † partis
non ſit curandum *idem Lambert. lib.* 1. *par.* 2. *quæſt.* 1.
artic. 27. *num.* 2. *verſ. addit. etiam Rocchus Rota de-
ciſ.* 443. *num.* 4. *par.* 2. *recent. & coram Caualer. de-
ciſ.* 436. *per tot. & melius in deciſ.* 519. *ſimiliter per
tot. & coram Gregor. deciſ.* 452. *num.* 4. *ibique adden.
num.* 23.

Præſertim attenta prouiſione Apoſtolicæ ad
fauorem Bernardij cum derogatione Iuriſpatro-
natus pro medietate, vt in *Summario num.*4. & ſic
quamuis Sanctinus haberet medietatem vocum
11 nihil releuaret † ob d. derogationem, quæ ope-
ratur reductionem conſenſus plurium Patrono-
rum ad ſolam medietatem, adeò vt alia medietas
non habeatur in conſideratione, *Pariſ. de reſignat.
lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 55. *Garz. de benefic. par.* 5. *cap.* 1.
num. 585. *& tenuit Rota coram Cardin. Mantic. de-
ciſ.* 243. *in fin.*

Non obſtat vnicum obiectum ſuper quo maxi-
mè inſiſtebant informantes pro Sanctino ſcilicet
quod præſentatio Bernardij eſſet nulla, & labe ſi-
12 moniæ aſperſa tanquam ſacra cum pacto, † vel
conditione vt conſentiretur annuæ penſioni ad
fauorem alterius ex Compatronis *cap. præterea de
tranſa. & Roman. conſ.* 317. quem ſequitur, & refert,
Dec. in conſ. 1 8. *num.* 1. *volum.* 1. Quia in ipſa præ-
13 ſentatione fuit reſeruatum † Beneplacitum Apo-
ſtolicum quo accedente omnis ſuſpicio purga-
tur, omniaque rectè geſta dicuntur *ex not. per gloſ.
in cap. cum pridem in verb. licitè de pact. Gig. de penſ.
quæſt.* 6. *num.* 8. *Hoſtien. in cap.* 1. *circa princ. ne Prælat.
vic. ſuas Ioan. Andr. in cap.* 1. *de Simon. Archidiac. in
cap. non ne ſub num.* 89. *Caſſad. deciſ.* 3. *num.* 2. *de re-
nunciat. & deciſ.* 2. *num.* 3. *& ſeq. de Simon. Guidop.
deciſ.* 165. cum alijs relatis per *Barboſ. clauſ.* 135.
num. 1. declarat in puncto *Nauar. in manual. cap.* 27.
num. 107. *verſ. ad decimum*. Cum autem tam con-
ſenſus, quam Beneplacitum interceſſerint vt ex
ſupplicatione, & literis Apoſtolicis datis in *Sum-
mario* additionali *num.*3. expeditis ſub eadem da-
ta intra quadrimeſtre ad præſentandum, hæſitari
14 non † poteſt de validitate præſentationis, quia
conditio in ea appoſita fuit intra legitima tem-
pora purificata, *vt argum. clem. plures, § fin. de Iure-
patr. cum Dominic. in cap* 2. *de elect. in* 6. *ſub num.* 4.
docet Lambert. de Iurepatr. 2. *par.* 2. *lib.* 3. *artic.* 5. *nu-
mer.* 5. *& artic.* 9. *verb. honorificum quæſt.* 8. *num.* 29.
Garz. de benef. par. 9. *cap.* 2. *num.* 3. & gratia Papæ
15 ex ſola Signatura à die datæ † dicitur perfecta,
vt reſpondit *Rot. in deciſ.* 54. *nu.* 8. *&* 9. *impreſſ. apud
Viuian. poſt tract. de Iurepatr. fol.* 115.

Neque releuat dicere quod d. Beneplacitum
Apoſtolicum non ſuffragetur, ex quo non fuit
Papæ expreſſa huiuſmodi conditio reſeruationis
16 penſionis, † quoniam ſatis eſt quod in eadem
ſupplicatione Bernardius præſentatus à Patronis,

& Franciſcus Podius Penſionarius ſupplicaue-
rint Papæ ſuper d.reſeruatione, ex qua ſupplica-
tione ſufficit quod Papa potuerit intelligere quod
inter eos præceſſerit huiuſmodi conuentio vt in
ſimili fieri ſolet in reſignatione beneficij ad fauo-
17 rem alterius cum penſione, in qua † ſemper præ-
cedit conuentio, quod vnus cedat beneficio, alter
penſionem ſoluat & tamen id in ſupplicatione
non exprimitur, ſed ſolum quod reſignans liberè
dimittit beneficium, reſeruata ſibi annua penſio-
ne, vt habetur in formula reſignationis relata
apud *Pariſ. de reſignat. lib.8. quæſt.7. num.95.* dicta-
18 quæ ſupplicatione vt ſupra ſignata tuti † ſunt
Reſignans, & Reſignatarius, quibus nulla Simo-
niæ labes, vel confidentia opponi poteſt *Felin. in
cap. ad audientiam 2. num.21. de reſcript. Archiep. Flo-
ren. in 2. par. ſummæ tit.1. cap.5. Pariſ. de confid. quæſt.
40. num.38. & de reſignat. lib.6. quæſt.2. num.70. cum
ſeqq.* vbi de communi, & recepto ſtylo teſtatur.

Sicut igitur nemo dixerit in caſu prædicto ad-
eſſe ſimoniam, idem dicendum eſt in caſu de quo
agitur vbi in literis reſeruationis facta fuit ex-
preſſa mentio, quod Franciſcus Podius Penſiona-
rius eſt vnus ex Compatronis, ita vt faciliùs Pa-
pa, eiuſque officiales cogitare potuerint de præ-
cedenti conuentione reſeruando penſionem,
19 ad † effectum enim euitandi ſubreptionem ſuffi-
cit aliquid virtualiter fuiſſe narratum, & conce-
dentem potuiſſe de eo ſaltem in genere cogitare
*Lap. allegat 89. num.6. verſ. item licet taciturnitas, &
num.7. Aym. conſ.79. num.8. Rot. deciſ.192. num.6. in
fin. & deciſ.210. num.5. par.1. recent. & coram Illu-
ſtriſſ. D. meo Decano deciſ.413. num.7. & coram Bu-
ratto deciſ.883. num.6.* ac in terminis præſentatio-
num cum penſione datur atteſtatio expeditorum
Datariæ ſuper ſtylo non exprimendi talem con-
uentionem, & tamen prouiſiones cum penſione
ita expediri, & pro validis ſemper fuiſſe habitas
abſque vlla difficultate, vt in dicto *Summario* ad-
ditionali *num.4.*

Quia atteſtatio licet ſit extraiudicialis, nihilo-
20 minus † ſtylum ſufficienter probat, vt alias te-
nuit *Rot. coram Gregor. deciſ.484. num.6. & dec.644.
num.4. par.1. & deciſ.725. num.5. par.2* ac in ſpecie
*de ſtylo Datariæ eſt deciſio 322. num.11. & deciſ.244.
num.14. par.5. recent.* quo ſtylo ſtante ſufficiens
21 præſumitur † ſcientia Papæ ad iſtum effectum
Mantic. deciſ.214. num.4. poſt med. Intentio enim
22 Papæ, & eius gratia à ſupradicto † ſtylo interpre-
tationem recipit ex adductis per *Felin. in cap. ſu-
per literis num.8. de reſcript. Caſſad. deciſ.12. num.14.
de præben. Put. deciſ.181. num.6. lib.1. & coram Illu-
ſtriſſ. D. meo Decano deciſ.328. num.2. & in recent. de-
ciſ.50. num.26. par.5* & quod ſufficiat expreſſio fa-
23 cta in † literis licet non eſſet in ſupplicatione
cum ex ſcientia Officialium inducatur ſcientia
Papæ ex notatis *per Innoc. in cap. cum dilecta verb.
conſcientia de reſcript. dixit Rota in Hiſpalen. benefi-
ciorum 6. Martij 1592. coram Cardin. Millino impreſſ.
in 4. par. diuerſ. deciſ.701. in cent.7. deciſ.2. num.7. de
vnion.*

Et in omnem euentum quatenus præſentatio
facta per Franciſcum ad cuius fauorem fuit re-
ſeruata penſio eſſet nulla, quod ex ſuperius pon-
24 deratis dici nequit, attamen † exindè non vitia-
rentur præſentationes aliorum Compatronorum,
qui vti ſinguli præſentarunt prout etiam
bio præſumitur iuxta *deciſ. Cæſar. de Graſſ.
de Iurepatron.* & propterea quot Patroni to[t præ-]
25 ſentationes dicuntur. † Ita vt ex vitio
etiam prætextu Simoniæ non vitientur ali[æ]
*zias de benefic. par.8. cap.1. num.11. & 12.
ciſ.550. num.2. part.4. recent. fol.305.* ſecus
26 ſentationibus factis à Compatronis † vti
uerſis, ſiue iure Collegij, *cap. nobis de Simon.
ſupra dicto num.12.*

Nec Bernardio incumbit onus iuſtifican[di]
gratiam, cum iam fuerit iuſtificata coram
27 quutore literarum Apoſtolicarum † qui
mitur ritè, & rectè proceſſiſſe iuxta *conſ. Pa[ris.]
41. num.2. lib.1. per Rotam approbat coram C[...]
raph. in deciſ.1125. num.2.* Et ideo Bernardi[o]
quam Reo, & poſſeſſori ſufficit vincere
28 ius † Actoris abſque alia proprij tituli
tione ex receptiſſima concluſione, quam
re etiam in beneficialibus dixit *Rot. apud
deciſ.133. par.3. & coram Illuſtriſſ. D. meo D[ecano]
deciſ.785. num.1.*

Ex quibus dixerunt Domini Sanctinum
eſſe inſtituendum, vtraque parte informante.

R. P. D. GHISILERIO

poſtea Epiſcopo TERRACINEN.

Vicen. Canonicatus.

Veneris 25. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Prouiſio facta de beneficijs per ſuppreſſione[m ex-]
tinctis, & alteri beneficio vnitis non eſt
abſque ipſorum beneficiorum reſurrectio[ne, ac]
noua entis creatione: quod procedit in
perpetua tituli extinctiua ſecus in tempor[alis]
in ipſa quando diſſoluitur beneficium
nouum, ſed idem quod prius erat.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ Regulares communiter ſolent eſſe [...]
non numeratæ quoad canonicatus.*
2 *Canonicatus qui non adeſt vacare non poteſt.*
3 *Vacatio Canonicatus non datur in Eccleſijs [...]
rium vbi numerus non eſt certus.*
4 *Ordinario valdè defertur circa qualitates Eccl[eſiarum]
Diœc.*
5 *Vocationis potiſſimus modus habetur per mort[em na-]
turalem.*
6 *Vſusfructus finitur morte naturali.
Beneficia per mortem obtinentis vacant, num.6.
Beneficiatus comparatur vſufructuario, num.6.*
7 *Beneficium tunc non vacat per mortem qu[...]
vnitum menſæ, vel Eccleſia non eſt numera[ta]
num.8.*
9 *Canonicus poteſt quis effici etiam non vacant[e Cano-]
nicatu quando in Eccleſia non eſt certus nu[merus]
præbendarum.*
10 *Confeſſio Iudicialis plenè probat contra confitent[em.]
Confeſſio Iudicialis Canonici facit contra Ca[...]
conjecturam, num.10.*

11 *Ius in Ecclesia receptiua Canonicorum non numerata expirat morte ciuili idest per suppressionem, sicut morte naturali.*
12 *Præscriptio necessario præsupponit possessionem.*
13 *Prioratus vnitus cum annexis, omnibus bonis, proprietatibus decimis, redditibus cæterisque iuribus censetur & vnita etiam illius dos, & num. 15.*
14 *Canonicus in Ecclesia receptitia regulari solet consistere in solo titulo & portione pro victu, & vestitu vita Canonicorum durante.*
16 *Pertinentiarum appellatione solum veniunt ea quæ de iure aut consuetudine sunt ad vsum rei destinata, vide num. 24.*
17 *Canonicatus non dicitur de pertinentijs dignitatis.*
Canonicatus, & Dignitas sunt tituli independentes, & de per se existentes, num. 17.
18 *Mensa Prioralis habens onus præstandi victum, & vestitum Canonicis quando illis suppressis, & dicta mensa vnita.*
Censeatur ipsa mensa vnita absque vllo onere.
19 *Collatio Canonicatus suppressi, & vniti est subreptitia non facta mentione suppressionis, & vnionis.*
20 *Decretum irritans annullat actum præter formam gestum.*
21 *Prouisio de beneficio per vnionem extincto est inualida & indiget vera ac reali resurrectione, & noua entis creatione, & num. 24.*
Quod procedit in vnione perpetua extinctiua tituli secus in temporali, num. 22.
22 *Beneficium ad tempus vnitum post dissolutum vnionem dicitur idem & non nouum.*
23 *Impetrans beneficium antequam de creatione constet tenetur docere de existentia, & quod sit collatiuum.*
25 *Sæcularizatio non mutat statum Ecclesiæ, sed de Regulari eam facit sæcularem.*
Limita quando sæcularizatio est facta per viam suppressionis & extinctionis totius ordinis ob laxiorem vitam Regularium, num. 26.
27 *Suppressio & extinctio beneficij quando dicatur momentanea, & quando secus, & num. 28.*
29 *Prior nec fratres possunt præiudicare Monasterio.*

DECISIO LXXI.

Fel. rec. Clemens VIII. sub die 13. Augusti 1592 motu proprio ex certa scientia, & plenitudine potestatis, vniuersa Monasteria, Prioratus, Præposituras, Domos, & loca, necnon Dignitates, & Officia Regularium Ordin. S. Augustini in Principatu Cataloniæ, & Comitatibus Rossilionis, & Ceritaniæ consistentium Abbates, Priores, Præpositus, Canonicos, cæterosque quocumque nomine nuncupatos, illa ac alia officia etiam claustralia, dignitates, Administrationes, Canonicales portiones, iura, res, & bona quocumque nomine nuncupata eiusdem Ordin. in dictis Principatu, & Comitatibus, in titulum vel administrationem, aut alias quomodolibet perpetuo vel ad tempus obtinentes priuauit, & ex tunc realiter amouit ab eisdem, priuatosque & amotos denunciauit, & Ordin. S. Augustini prædictum omnemque statum, & essentiam, & dependentiam Regulares, necnon Conuentus, Conuentuales, ac Abbatiales mensas, dignitates, officia, & beneficia cum cura, & sine cura cum prohibitione, quod de cætero nulli amplius ad habitum, & professionem in eisdem recipi aliaque loca ipsius Ordinis in Principatu, & Comitatibus prædictis de nouo acquiri, sub excommunicationis sententia nullatenus possint auctoritate, & tenore prędictis in omnibus, & per omnia suppressit, & extinxit; Deinde volens prospicere statui cæterorum Monasteriorum, Prioratuum, Præposituraru, & aliorum locorũ, ac beneficiorum sic suppressorum eadem omnia, & singula Monasteria, Prioratus, & beneficia, quouis nomine nuncupata, ad sæcularitatem, & sæcularem statum in omnibus, & per omnia, ac quoad omnia similiter ex tunc in perpetuum reduxit, ac sæcularia fore, & esse decreuit, & declarauit, illaque omnia, & singula quocumque modo vacatura ex quorumcumque personis etiam extra curiam, ac illorum proprietatem, ac dominium Sedi Apostolicæ reseruauit prout in literis suppressionis. Successiuè motu proprio ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine Monasterio SS. Iacobi, & Dominici de Tremps Ordin. S Dominici vniuit Prioratum S. Mariæ de Manlleu Vicen. Diœc. olim prędicti Ord S. Augustini cura, & Conuentu carentem, per assumptionem Gasparis Rouirolę Commendatarij Prioratus ad Episcopatum Barchinon, cessauit Commenda, & Prior, & Fratres SS. Iacobi, & Dominici de Tremps possessionem Prioratus acceperunt vigore decreti in literis vnionis appositi, quod scilicet cessante Commenda Prior, & Fratres supradicti caperent possessionem Ecclesiæ prędictę, & pertinentiarum commissa causa super nullitate vnionis ad instantiam d. Gasparis Commendatarij Canonicorum suppressorum & hominum loci de Manlleu bon. mem. Cardin. Seraphin. prosequuta coram Eminentiss. D. Card. Pamphilio, deindeque coram bon. mem Patriarcha Manzanedo illa fuit terminata per sententiam Rotalem coram R P. D. Panzirolo, quæ transiuit in iudicatum. Deinde cum post vnionem prædictam fuerint impetrati sex Canonicatus in d. Ecclesia de Manlleu, 4. per obitum 4. Canonicorum suppressorum, & alij 2. vnus scilicet per obitum vltimi possessoris, & alius tanquam de patronatu, & quia prouisi de dd. Canonicatibus percipiunt portiones, & emolumenta Canonicis Regularibus dari solita, commissa causa in Rota super nullitate dd. prouisionum contra Canonicos prædictos prout de iure, & sine præiudicio executionis literarum Apostolicarum etiam in forma Breuis iuxta rescriptum Signaturæ SS. Proposito dubio, An constaret de bono iure Prioris, & Fratrum quoad Canonicatus de quibus agitur, quia Canonicis reis, & possessoribus sufficit vincere per non ius actorum, contra Canonicos fuit resolutum, quia Prior, & Fratres Monasterij de Tremps habent fundatam intentionem in literis suppresionis totius Ord. Regularium S. Augustini in Principatu Cataloniæ, & Comitatibus supradictis, in quibus tam Prioratus Ecclesię S Marię de Manlleu, quam Canonicatus fuerunt suppresi, & totaliter extincti, & eorum dispositio fuit reseruata Sedi Apostolicæ, vt ex lectura literarum suppresionis. Et in literis vnionis Ecclesiæ Paroch. S. Mariæ de Manlleu, in quibus Ecclesia cum annexis, & omnibus suis bonis, & proprietatibus, decimis primitijs redditibus, cæterisque iuribus & pertinen-

tijs, ac dependentibus vniuersis vnita legitur
Monasterio de Tremps, quæ vnio tribuit ius Mo-
nasterio quoad omnes fructus, et redditus Ec-
clesiæ, et cum d. literæ suppressionis, et vnionis
emanarint motu proprio, et habeant clausulam
sublata, et decretum irritans impugnari non
possunt.

Non obstat, quod in literis vnionis Prioratus
Ecclesiæ de Manlleu non exprimantur Canoni-
catus, ideoque non veniant illi 4. tituli Canoni-
cales, qui in Ecclesia tempore suppressionis re-
periebantur à Prioratu omninò distincti, & con-
sequenter Canonicatus non dicantur vniti, quia
cum Canonici ante vnionem de qua agitur non
haberent in Ecclesia S. Mariæ distinctas Præben-
das, & numerus illorum non esset certus, sicque
1 Ecclesia esset receptiua, non numerata † prout ta-
les communiter esse solent Ecclesiæ Regulares, vt
notabiliter dicit *Abb. in c. ex parte n. 7. in fin. vers.
& in hoc nota de concess. præb.* per priuationem seu
obitum eorumdem illud ius, quod per electio-
nem habuerunt, expirauit, & Canonicatus, &
2 prębenda, † & quæ non adsunt vacare non pos-
sunt *c. dilect. vers. præterea licet de præb. cap. ex parte,
vbi Butr. n. 1. Abb. n. 1. & alij de concess. præb. Gonz.
super reg. 8. glos. 9. §. 3. n. 550. & par. 11. c. 12. nu. 17.
Rot. coram Mantic. dec. 229. n. 1. & alias sæpius* & in
3 Ecclesijs Regularium † quod vbi numerus non est
certus non detur vacatio tradit idem *Abb. in d. cap.
ex parte sub n. 12. post med. vers. & nota ex ratione glosa
de concess. pręb.*

Quod autem talis esset Ecclesia de Nanlleu sa-
tis patet, quia Canonici d. Ecclesiæ non habe-
bant præbendam aliquam; sed solum congruam
substentationem sibi assignatam sub nomine
portionis Canonicalis, & recipiebantur per prio-
rem, & tempore professionis prior illis promitte-
bat portionem de bonis Ecclesiæ pro victu, &
vestitu ad vitam ipsorum Canonicorum vt ex in-
strumentis receptionum Canonicorum, in qui-
bus Canonici recipiuntur, & admittuntur in
Canonicos cum assignatione portionum Cano-
nicalium, & ex instrumentis arrendationum per
priorem pro tempore factarum cum pacto quod
4 Arrendatarij persoluerent portiones Canonica-
les Canonicis nempè panis, vini victualis, † &
quia ex visitationibus factis ab Ordinario, cui
ita informato de qualitate Ecclesiarum suæ Diœc.
plurimum deferendum est *c. ordinarij de Offic. ordin.
in 6. ex plenè deductis in Alerien. beneficiorum 29.
Martij 1610. coram Eminentiss. Card. Pamphil. & co-
ram sa. me. Greg. XV. dec. 482. n. 6.* apparet numerum
Canonicorum nunquam fuisse certum, nam ali-
quando fuerunt 2. Canonici, aliquando 3. seu 4.
vel. 5. vt patet ex visitationibus de annis 1442.
1529. 1542. 1588. & ex visitatione de anno 1613.
de ordine Rotæ facta vt in copia data in summ.
in qua etiam firmatur, quod Canonici recipie-
bant portiones canonicales à priore, & quod
alias fuit suborta lis inter homines de Manlleu,
& priorem super eo, quod homines de Manlleu
prætendebant priorem esse obligatum ad dan-
dum portiones, 6. Canonicis, et quia ante vnio-
nem nunquam legitur facta aliqua collatio de
isti Canonicatibus per obitum, ex quo colligi-
tur, quod reuera isti Canonicatus non vacabant
nam alias si habuissent distinctas præbend[as]
numerus fuisset certus, vacassent per obi[tum]
5 de eis facta fuisse collatio, † cum pri[mus]
potissimus vocationis beneficij modus
obitum, et mortem naturalem *iuxt. text.*
sceptum, & ibi glos. penult. verb. non morte de re.
6. nam mors omnia soluit. Auth. de nupt. §. deni.
6 *lat. 4.* et sicut vsusfructus † finitur morte
ctuarij, *l. 3. §. fin. ff. quib. mod. vsusfruct. amit.*
tum instit. de vsufruct. Ita etiam vacat morte
ficium, cum beneficiatus vsufructuario
retur, *cap. fin. de offic. Ordin. in 6. & ibi glos.*
reseruari Gonzal. super regul. 8. glos. 15. num.
de benef. par. 11. d. cap. 2. num. 1. Inter casus
in quibus beneficium non vacat per obitum
7 est, † quando est vnitum, vel de mensa
clesia non est numerata per ea, quæ late
Gonzal. in glos. 9. §. 3. vbi n. 10. firmat quod
ficia, consistentia in Ecclesijs non num[eratis]
8 nunquam vacant, † sed confestim quod
decedit supprimuntur, expirant, & ce[ssant]
esse desinunt ex verbis *text. in d. cap. dilect.*
Præterea de præben. ibi Præterea licet in Ec[clesia]
in qua non est certus numerus præbendarum
la etiam vacante in Canonicum quis po[ssit]
9 mi, cum intelligatur ad quoddam ius e[ius]
ex electorum assensu de nouo creatur,
electo in Canonicum nascitur, & deli[netur]
cum defuncto, &c. Supradictis concurrit
sio illorum, qui fuerant per suppressionem
uati, dum eadem suppressione sibi intim[ata]
tulerunt inseruire Ecclesiæ B. Mariæ de
non amplius vti Canonici, sed tanquam
ces Presbyteri sicque fassi fuerunt se no[n]
amplius Canonicos, quæ confessio vti in
10 ter † facta contra ipsos confitentes plenè
vt per *Doct. in cap. fin. de confess.* & contra al[ios]
saltem coniecturam, vt per *Surd. dec. 3-5. n.*
me. Greg. XV. dec. 506. n. 9.

Cum autem in isto casu tituli Canonic[ales]
remanserint extincti, & annichilati,
dispositione expressa in literis suppressio[nis]
etiam ex dispositione iuris communis,
dum quàm in Ecclesia receptiua non num[erata]
ius quod quis per receptionem habet mo[rte]
11 li mediante suppresione expirat, † sicut
naturali, ex iuribus supra allegatis; inde
tur tàm existentiam seu proprietatem Ca[nonica-]
tuum quam illorum possessionem rem[anere]
blatam ex clausula sublata, & decreto
in literis Apostolicis contento, quod in
tulum & possessionem, qua professione de
12 † sublata nulla potest prætendi præscriptio
necessario possessionem præsupponit *cap.*
beneficio de præben. in 6. vbi glos. vers. nota pri.
ximè cum vnio legatur expressè facta de
tu cum annexis, et omnibus suis bonis,
prietatibus, decimis, primitijs redditi[bus]
terisque iuribus, et pertinentijs, ac depen[dentijs]
13 quarum appellatione † dos ipsius prioratus
bona omnia etiam tacite comprehendun[tur]
dec. 799. n. 1. par. 4. diuers. siue vnio sit facta
nexis, vt per *Rebuff. in prax. tit. forma noua*
nis sub num. 14. vers. cum annexis, siue sit f.
pertinentijs Innoc. in cap. cum ad sedem sub. n.
stit. spol. Lap. alleg. 139. sub num. 10. vers. pr.

mine cum alijs adductis per Gabr. de verb. signif. concl. 10. *n.* 1. atque ita cum de tempore regularitatis Canonicatus de quibus agitur consisterent in solo titulo, et portione quam ipsi Canonici recipiebant de bonis Ecclesiæ pro victu, et vestitu eorum vita durante prout fuit † probatum supra in ista Ecclesia, et prout in Ecclesijs receptiuis non numeratis, præcipuè Regularibus de iure esse solet, vt per *Abb. vbi sup. in d. c. ex parte nu. 7. in fin. vers. & in hoc nota de concess. præb.* nil mirum si post suppresśionem bona prioratus remanserunt libera penes Ecclesiam, et in vnione comprehensa, quia d. tituli Canonicorum per suppresśionem remanserunt extincti vna cum d. obligatione recipiendi victum, et vestitum, vt de titulis Canonicorum extinctis expresśè legitur in d. suppresśione. Vnde cum de tempore vnionis tituli canonicatuum, et portiones Canonicorum per suppresśionem iam euanuissent in literis vnionis
15 solum fit mentio de prioratu † cum omnibus suis iuribus pertinentijs, et dependentijs, quarum appellatione in vnione bona omnia etiam tacitè comprehendi fuit probatum supra, *ex Rot. dec. 799. n. 1. vers. præsertim p. 4. diuers.*

Nec facit, quod Canonicatus non veniant sub pertinentijs, et dependentijs vniuersis, cum non probentur esse de pertinentijs prioratus, et sic non comprehendantur in vnione ex eo, quod appellatione pertinentiarum solum veniant ea,
16 quæ de iure, vel consuetudine ad vsum rei destinata sunt, *Innoc. in c. cum ad Sedem de restit. spol. Socc. sen. cons* 47. *num.* 4. *lib.* 1. et de iure Canonica-
17 tus non dicantur esse de pertinentijs dignitatis, sed sint tituli omninò independentes ab ea, et de per se existentes ex allegatis per *Hoied. de incompatibilit. benefic. par.* 1. *c.* 11. *per tot.* Nam respondebant DD. quod cum Tituli Canonicorum vna cum omnibus ipsorum iuribus, et actionibus, quos per electionem habuerunt iam per priuationem seu suppresśionem expirassent, ipsi tituli non dicuntur in vnione comprehensi, sed dicuntur comprehensa bona omnia ipsius prioratus libera ab onere præstandi d. portiones, cum in ista Ecclesia (quicquid sit in alijs Ecclesijs) quę habent mensas diuisas, nempè mensam Abbatialem, et mensam Conuentualem, prout habebant alia Monasterio suppressa, nempè Ecclesia S. Io. de Abbatissis, Ecclesia B. Mariæ de Villabertrando, et aliæ, quæ habebant duas mensas, et super illis fuit prouisum separatim, adesset sola mensa prioralis cum onere recipiendi Canonicos eisque præstandi portionem, victus, et vestitus ad eorum vitam de bonis proprijs d. men-
18 sæ † hincque inferebant DD. sublatis Canonicis per priuationem, seu suppressionem bona remansisse libera, illaque comprehensa in vnione dictæ Ecclesiæ absque vllo onere.

Pariter non obstant prouisiones ann. 1597. 1618. 1626. & 1628. ex quibus approbatur à sæcularizatione citra Canonicatus fuisse continuò pluries collatos; Quia etiamsi isti Canonicatus fuerint collati non propterea eorum collatio subsistit, nam cum in vim vnionis Monasterio vnita remanserit Ecclesiæ S. Mariæ de Manlleu cum annexis, ac omnibus suis bonis, & proprietatibus &c. portiones quæ à Commendatario tradebantur Canonicis, ante suppresśionem, & vnionem, non potuerunt remanere disiunctæ, & separatæ, sed ex prægnantia verborum fuerunt compræhensæ in vnione, & cum in collationibus non fuerit facta mentio de præcedenti suppresśione, & vnione ad fauorem Monasterij illæ sunt subreptitiæ, quia si Papa sciuisset dictas proui-
19 siones in præiudicium † Monasterij illas non fecisset, & proindè remanent subreptitiæ, vt de similibus prouisionibus non facta mentione vnionis firmant *Doct. in cap. super literis*, vbi præcipuè *Felin. de rescript. Paris. de resignat. lib.* 2. *qu.* 3. *num.* 15. *& seqq. Silu. de benef. par.* 3. *qu.* 11. *num.* 73. *Rot. dec.* 3. *& 4. de rerum permutat. in antiq.* & propter decre-
20 tum irritans appositum in literis vnionis † quod annullat actum aliter gestum, *cap. si eo tempore de elect. in* 6. *Cassad. dec.* 1. *num.* 2. *de restit. spol. Rot. dec.* 3. *in princ. eod. tit. in nouis, & dec.* 24. *num.* 5. *par.* 2. *diuers.* supradictæ prouisiones sunt inualidæ, & stante vera, & reali extinctione titulorum opus erat
21 noua, & vera ac † reali resurrectione, & non entis creatione. *Cassad. dec.* 2 *num.* 1. *de vnionib* vbi distinguendo concludit in vnione perpetua extinctiua tituli, nouum omninò titulum requiri, secus autem in temporali, quia in ea quando dis-
22 soluitur † non datur nouum beneficium, sed idem quod prius erat, *& dec.* 5. *num.* 4. *de reseruat. Rota coram Mantic. dec.* 29. *num* 4. *&* 5. *& coram Reuerendiss. D. meo Decano in Spoletana Abbatiæ* 19. *Decemb.* 1625. vbi plura allegantur, & quemadmo-
23 dum sicut † ab initio antequam constet de creatione beneficij opus est impetrantem docere de existentia beneficij, & quod sit collatiuum aliàs non datur vacatio *Abb. cons.* 47. *num.* 1. *lib.* 2. *Felin. in cap. in nostra num.* 9. *de rescript.* Sic etiam docto,
24 vt hic, de extinctione, opus † est docere de noua creatione per actum positiuum, maximè quia non solum Papa suppresśit, & extinxit, sed vniuit Canonicatus ita suppresśos, qui veniunt nomine pertinentiarum *ad l. si quando, C. de bon. vacant. lib.* 10. per quas impeditur vacatio, sine qua non datur prouisio.

Non obstat, quod sæcularizatio non mutauerit statum Ecclesiarum, sed solum de Regularibus eas fecerit sæculares tam ex dispositione iu-
25 ris communis, quam ex declarationibus † sæpius factis à Sede Apost. quod noluerit tollere priuilegia, ac iura Ecclesiarum, sed solum mutare statum de Regulari in sæcularem, nam quoad dispositionem iuris communis motiuum procedit in simplici sæcularizatione, non autem in ea quę fit per viam suppresśionis, & extinctionis totius Ordinis ob laxiorem vitam Regularium prout in literis suppresśionis cauetur iuxta distinctionem factam *à Rota in ista causa super validitate vnionis* 19. *Febr.* 1636. *coram R. P. D. meo Panzirolo* §. *non obstat quod de iure*, Quo verò ad declarationem
26 factam † a Sede Apostolica pariter satisfaciunt plures responsiones datæ per *Rot. coram D. meo Panzirolo in dec.* 2. *Iunij* 1636. §. *non obstat quod Papæ*, cum quibus DD. transierunt.

Nec dici potest, quod extinctio, & suppresśio fuerit momentanea ad effectum sæcularizationis in terminis pensionis ad effectum translationis pluries firmauit Rota, idemque censuit
27 † in terminis acquisitionis momentaneæ bonorum

rum ad effuctum cessionis, quæ non habentur in consideratione; Quia cum suppressio, & extinctio fuerit perpetua, & in vnione nulla fiat particularis dispositio de Canonicatibus, sed so-
28 lum de Prioratu cum annexis, † ac omnibus suis bonis, & proptietatibus non militat eadem ratio in isto casu, quæ militat in terminis pensionis, & acquisitionis bonorum.

Minus obstat, quod ex quietantijs datis probetur Canonicos non solum ante ann. 1604. in quo Prior & Fratres acceperunt possessionem, sed etiam ab indè citra pacificè exegisse portiones Canonicales, cum talis possessio incalescat ex literis vnionis munitis clausula, sublata, & decreti irritanti, quæ clausulæ inficiunt titulum & possessionem, & dum Prior, & Fratres semper sustinuerunt litem super validitate vnionis non potest allegari quod Prior, & Fratres sibi præiudicauerint permittendo quod Arrendatarij soluerent portiones canonicales Aduersarijs, cum ex supradicta lite resultet impugnatio omnium contrariorum literis vnionis. Nec permissio
29 † Prioris, & Fratrum potuit præiudicare Monasterio, cui omnes fructus & redditus Ecclesiæ S. Mariæ de Manlleu fuerunt vniti.

Et ita concorditer per DD. meos vtraque parte informante fuit resolutum constare de bono Iure Prioris, & Fratrum Monasterij SS. Iacobi, & Dominici de Tremps &c.

R. P. D. VEROSPIO

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana Pecuniaria.

Veneris 25. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Satisfactio creditoris probatur quoties ille computatis pecunijs receptis dixit sibi esse soluendam certam summam, qua soluta consensit cassationi instrumenti. Scriptura priuata ad sui validitatem requirit adnotationem temporis, & partium subscriptionem, modo agatur de anterioritate consequenda, & de præiudicio ambarum partium, secus vero si vnius tantum interesse respiceret, & nudum factum probari prætenderetur.

SVMMARIVM.

1 *Adimplementum probare tenetur qui ad illud se obligauit.*

2 *Creditor qui factis calculis confessus fuit puta centum esse à debitore soluenda, dicitur de reliquo satisfactus.*

3 *Consensus à creditore præstitus, quod certa quantitate soluta, instrumentum cassetur illius satisfactionem probat. num. 2. & seq.*

4 *Consensus præstiti cessationi instrumenti occasione solutionis fructuum, non potest extendi ad extinctionem sortis.*

5 *Limita si vtrumque ex vna eademque stipulatione proueniebat.*

6 *Solutio correspectiuè facta occasione sortis, & fructuum, non potest ad solos fructus referri, quamuis eorum tantum; & non sortis mentio facta fuisset, nu. 4. & seqq.*

7 *Obligatio vniuersalis, vel indefinita, licet restringatur ad proximè gesta, fallit tamen si ratio, & subiecta materia id non patitur.*

8 *Scriptura priuata ad sui validitatem adnotationem temporis, quo illa fuit facta, requirit.*

9 *Scriptura priuata vt probet requirit subscriptionem vtriusque partis, & vide n. 12.*

10 *Tempus in scriptura priuata est de necessitate vbi de antertoritate agitur, secus si factum tantum contra scribentem probari prætenditur. & n. seq.*

11 *Scriptura priuata de sui natura fidem facit contra scribentem.*

12 *Scriptura priuata inter plures confecta omnium subscriptionem requirit, si de omnium præiudicio agitur.*

Scriptura priuata etiã inter plures confecta si vnius tantum debet præiudicare, eius solum requiritur subscriptio, num. 12.

13 *Scriptura priuata continens omissionem eius, quod vnius tantum fauorem respicit dicitur perfecta, si ille non contradicat.*

Fauori suo quilibet renunciare potest, n. 13.

14 *Obligatio contractus non dicitnr sublata ex omissione dilationis debitori concedenda, quia talis dilatio non respicit causam, aut veritatem illius.*

DECISIO LXXII.

PRoposui hodie dubium, quod reseruatum fuit in prima disputatione habita in hac causa die 14. Iunij anni * 1632 Quia cum in ea decisum fuisset, vt non esset exequendum mandatum, quod ab A. C. concessum fuit contra Marium, & Horarium filios Gasparis de Molaria pro censu scut. 500. quem illi ostendebant fuisse à se redemptum; Reseruatum fuit in eadem die vt videretur, an concedi deberet exequutio eiusdem mandato pro alio censu scut. 400. cuius primi extinctionem promiserat sub obligatione Camerali Marius vnà cum Horatio fratre, Marchioni Antonio à Drago, cui ab A. C. concessum fuit d. mandatum; & cum causa pluries proposita fuisset suscepta iterum hodie disputatione DD. responderunt mandatum esse reformandum ad scut. 80. & pro ea summa solum posse illi concedi, siue debitam esse exequutionem.

Etenim creditum Marchionis oriebatur ex instrumento, quod confectum fuit inter eum, & Marium, in quo tàm ipse, quàm Horatius eius frater sed obligarunt soluere singulis annis scut. 100. Marchioni, qui ex ijs teneretur satisfacere primo creditoribus horum duorum censuum, primo de fructibus ex quod ijs supererat id totum computare tete indiminutionem sortis quousque; illa plenè & integrè restituta fuisset.

Huius satisfactions implementum quod alij ostendere debuissent fratres de Molaria, qui
1 † pro ea præsentatione se obligarunt, ex notab. glos. in lib. 2. C. de iur. emphyt. & per DD. in illa stipulatione ff. de verb. oblig. declarauit Marchio in apoca à se subscripta, quia in illa confessus fuit iniuisse rationes tam earum pecuniarum quas soluerat creditoribus censuum, quam ...

rum, quæ fuerunt sibi solutæ à Molarijs, quibus subductis apparebat ascendere pecuniam, quam exegerat ad scut. 1500. Cumque maiorem summam ipse soluisset creditoribus censuum remanebat idem creditor Marij, & fratris in scut. 80.
2 † quibus solutis consentiebat, ac promittebat sub Camerali obligatione pati, vt rescinderetur instrumentum, in quo illi obligati erant soluere sibi singulis annis eam summam 100. scut. vt ipse possct ex ijs redimere d. censsus ac soluere eorum fructus, ex quibus rectè visum fuit probari satisfactionem Marchionis pro reliqua summa cum hoc significaret illud quod in hac eius promissione continebatur, vt ea sola summa super esset pro satisfactione sui crediti vt notant *DD. in l. potest, ff. de verb. signif. & in lib. si ex pluribus, de solut.* & tradit ibi *glos. in verb. reliquum, Angel. n. 4. Castr. n. 2. & in lib. 2. & 3. C. de hæredib. instit.* & tenuit *Rota in Perusina Pecuniaria 10. Decemb. 1599. coram Gipsio, & in Meliten. Nauis 10. Iunij 1610. coram Card. Sacrato.* Præsertim considerato effectu eiusdem promissionis ni-
3 mirum consensu, † quem ille daturus erat, soluta eadem summa pro abolitione Instrumenti, in quo continebatur obligatio facta à Molarijs.

Neque contrarium probare poterant verba eiusdem apocæ, quatenus in illis exprimebatur causa, ob quam Marchio fecerat, aut exegerat eas solutiones, nempe occasione fructuum, qui erant debiti dd. censibus: Vnde dicebatur promissionem Marchionis super abolitione Instru-
4 menti, † non posse extendi ad obligationem, quam Molarij habebant erga Marchionem, etiam pro extinctione sortis *arg. tex. in l. cancellauerat, ff. de his quæ in Testam. delentur,* & notant ibi *Bart. nu. 1. & lib. vlt. n. 1. ff. eod. tit. & probat. text. in lib. emptor, §. Lucius ff. de pactis.* Hoc enim repugnabat non solum verbit eius apocæ in quibus promissa fuit abolitio d. Instrumenti, sed summæ siue substantiæ totius obligationis, quæ in illa continebatur, quia Instrumentum quod res-
5 cindi, & aboleri debebat continebat † vnicam stipulationem, quam fecerat Marius & frater soluendi scut. 100. quæ Marchio conuertere deberet in extinctionem sortis, & fructuum: Vndè promissio facta deinde à Marchione, vt idem Instrumentum rescinderetur postquam soluta sibi fuissent scut. 80. non poterat restringi ad solam
6 causam fructuum, † dum illa erat correspectiua etiam solutioni, quæ facienda erat pro extinctione sortis *arg. text. in l. si pluribus ff. de solut. & in l. Plantius ff. de aur. & arg. legat* & tradunt DD. generaliter de obligatione, quæ alias sit vniuer-
7 salis aut indefinita, † quia licet illa restringi soleat ad ea, de quibus appareat proximè actum fuisse tamen hoc non procedit quotiescumque eam restrictionem non patitur ratio recti sermonis siuè qualitas materiæ subiectæ, vt tradit *Bart. in lib. si de certa num. 1. C. de transactionib. & in l. Aurelio §. Cuius nu. 10. ff. de liber. legata Iason. in l. 1. nu. 8. C. de liber. prœter Alex. conf. 48. num. 6. lib. 1.* & ità etiam declarauit *Bart. cum text. ind. §. Caius sub n. 4. Castr. n. 1.* & voluit *Rota in dec. 767 num. 5 par. 2. rec.*

Non etiam obstare visum fuit, quod dicebatur contra eamdem apocam, quod illa non esses perfecta, aut absoluta cum non solum careret tempore & subscriptione Marij & fratris, sed deficeret in illa tempus quo solui debebant scut. 80. quæ dicebantur superesse pro extinctione antecedentis eorum obligationis cum loco eius temporis relictum in ea appareret album intermedium in quo posset idem tempus notari ex quo pariter videbatur argui posse illius imperfectio. Etenim priores duæ exceptiones nempè temporis, quo apoca confecta fuit, & subscriptionis debitoris visæ fuerunt cessare considerata qualitate ipsius apocæ, quia licet illa tanquam priuata scriptura requireret ad sui vtilitatem vtramque
8 solemnitatem vt de † tempore notant DD. *in l. scripturas, C. qui potior. in pignor. & in l. ex sextante §. latinus ff. de except. rei iud. vbi Bart. nu.* .. *& in l. cum Tabernam, §. idem quæsit. nu. 3. ff. de pigno-*
9 *rib.* & subscriptione vtriusque † partis habetur *in eod. text. in d. l. scripturas,* & pluribus probat *Roman. in l. admonendi nu. 32. ff. de iur. iur. & in cons. 204. nu. 3.* Tamen prior solemnitas non erat necessaria, nisi in casu quo ageretur de præiudicio tertij, eo quia controuersia esset super ante-
10 rioritate hypothecæ, † non autem quando ex apoca solum probari deberet res gesta eaque probatio adduceretur contra scribentem, vt declarat, *Bart. in d. l. cum Tabernam eod. nu. 3. Bald. in l. scripturas n. 115. C. qui portior. in pignor.* & notant DD. *in cap. 2. de fid. Instrum. & ibi Abb. n. 7. Butr. num. 4. Iason. in l. admonendi nu. 82. ff. de iur. iur.* rationem considerant ijdem DD. quia
11 cum priuata scriptura ex sui natura † fidem faciat contra scribentem satis est quocumque modo probetur ab eo scripta, *vt tradit Genua in tract. de priuata scriptura lib. 1. q. 3. n. 2.* Et idem dici poterat super subscripcione vtriusque partis cum illa etiam existimetur necessaria solum in casu, quo agatur de præiudicio ambarum partium,
12 † non autem quando debet vni tantum parti præiudicare, & adest subscriptio partis contra, quam adducitur ea probatio, vt voluit *Roman. super eadem l. admonendi nu. 62. Curt. sen. in repetit. eiusdem legis n. 110. Felin. in c. 2. de fid. Instrumen. nu. 7.* & ibi etiam *Imol. nu. 11. Alex. cons. 181. nu. 4. lib. 2.* & tenuit *Rota in Parisien. Pecun. 14. Maij 1611. coram Card. Lancell. inter rec. dec. 303. num. 4. par. 1.* Posterior verò exceptio vt
13 omissum fuerit tempus dilationis concessæ † debitori, multò minus nocere poterat, cum respiceret fauorem eiusdem debitoris cui potuit ille renunciare *ex notat. in l. in re mandata C. mandati* & tradunt ibi *DD. & in cap. 1. de pactis lib. 6. vbi Franc n. 1. Gemin. nu. 5. glos. in cap. si de terra in verbo renunciare de priuil.* & satis est, vt ea dilatio
14 temporis, non respiceret causam, † aut veritatem contractus, vt non posit ex ea dicit sublatus effectus eius obligationis, *arg. text. in lib. quod in diem ff. de solut. & in l. eum qui Kalendis §. quoties, ff. de verb. obligat.* & notat ibi *Bart. & in l. cum tempus ff. de regulis iuris.*

Et ita &c.

Ista decisio in hac causa emanata sub die 14 Iunij 1632. habetur infra in Appendice.

R. P. D. ROIAS.

Postea Episcopo Tarraconen.

Mutineñ Bonorum.

Lunæ 28. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Bona Ecclesiæ à Rectore beneficij in emphyteusim concessa alicui ex suis consanguineis an dicantur solita locari, itaut successor beneficij teneatur stare d. concessioni, vel ea finita nouam facere inuestituram. Alienatio bonorum Ecclesiæ exposcit requisita necessaria, & aliter facta non tenet beneplacitum Apostolicum, quod primũ obtinet locum in alienatione bonorum Ecclesiæ quomodo præsumatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ nullæ, & iniustæ nunquam transeunt in iudicatum.*

2 *Nullitas ex defectu citationis ad sententiam excusari non potest.*
Citatio ad sententiam requiritur de forma, nec potest omitti. n. 1. & 2.

3 *Citatio non probatur per enuntiatiuam Notarij, sed requiritur, quod realiter fuerit executa.*

4 *Notario non creditur in his, quæ non sunt sui officij.*

5 *Ecclesia non potest cogi ad faciendam inuestituram in perpetuum de suis bonis.*

6 *Alienatio bonorum Ecclesiæ requirit iustam causam, vtilitatem, siuè necessitatem, ac etiam solemnitatem.*

7 *Bona Ecclesiæ si non concurrant requisitæ, causa nempè, vtilitas, seù necessitas, & solemnitas alienari non possunt.*

8 *Bona Ecclesiæ non dicuntur solita locari si semel tantum fuerunt in emphyteusim concessa, & num. seq. vbi vide.*

9 *Concessio in emphyteusim facta sanguine coniunctis non habetur in consideratione vt bona dicantur solita locari.*

10 *Bona Ecclesiæ vt dicantur solita locari, requiritur saltem vnica locatio, sed cum omnibus solemnitatibus, & n. 20.*

11 *Concessio in emphyteusim facta fratri, à fratre Rectore præsumitur potius in fraudem, quam in vtilitatem Ecclesiæ & n. 22.*

12 *Bona Ecclesiæ in emphyteusim concessa, si non appareat de vtilitate Ecclesiæ præsumitur potius læsio quam lucrum.*

13 *Beneplacitum Apostolicum ex cursu temporis præsumptum, excluditur si non appareat de vtilitate Ecclesiæ, & quod alienatio fuit facta à persona suspecta.*

14 *Concessio in Emphyteusim facta de toto patrimonio beneficij ad fauorem fratris præsumitur fraudolenta, & num. 22.*
Alienationes bonorum Ecclesiæ facta in fraudem non substinentur, num. 14.

15 *Concessio in emphyteusim bonorum Ecclesiæ præsumitur fraudolenta si redditus promissi non ascendant saltem ad rationem quinque pro centenario.*

16 *Bona Ecclesiæ in emphyteusim concessa si concessio fuit facta ad formam bonorum cohærentium præs... tur suspecta.*

17 *Bona de iure patronatus si Rector in emphyt... concedere velit, debet saltim de honestate v... patronos.*

18 *Beneplacitum Apostolicum, aliæque solemnitat... alienatione bonorum Ecclesiæ requisitæ ex cursu ... poris præsumuntur, & nu. 19.*

20 *Bona Ecclesiæ vt dicantur solita locari non suffici... locatio cum præsumptione Beneplaciti Apost. ex... su temporis.*

21 *Beneplacitum Apostolicum in bonis Ecclesiæ, vt, ... sumatur, requiruntur 30. anni dempta vita ... nantis.*

22 *Alienatio seu in emphyteusim concessio de bonis ... clesiæ facta contra mentem patronorum præsum... fraudolenta, & vide supra nu. 11. & 14.*

23 *Promissio facta à Rectore si appareat erronea, & ... trà iuris dispositionem potest à se ipso reuocari.*

24 *Ecclesia potest quandocumque reuocare obligatio... Rectoris, quæ sit in eius præiudicium, & nu. 2...*
Rector non potest Ecclesiæ præiudicare, nu. 24.

DECISIO LXXIII.

ERecta, & dotata fuit Cappellania, seu simp... Beneficium S. Syluestri in Ecclesia Cathe... Mutineñ cum assignatione quamplurimorum bonorum stabilium, sed cum expressa prohi... tione non alienandi nec permutandi etiam ... melius, & de licentia Episcopi, quod postea ... fuit executum, imò totum contrarium, ex ... per Gasparem Sellingardum antiquum Recto... in quinque separatis concessionibus quinque ... cessiuis diebus, fuerũt ferè omnia bona d. ben... cij data in emphyteusim perpetuam Bernard... eius fratri germano cum annuo Canone lior... reseruuto Beneplacito Apost. quod fuit exp... tum à Card. Camerario, & non à Papa.

Vltimo loco Franciscus Sellingardus tra... lit d. bona in Iuniperam Belloncinam cum c... sensu Angeli Mundatorij moderni Rectoris, ... illum præstitit sine præiudicium iurium sui ... neficij, & cum pacto, quod emptor iuxta form... antiquarum inuestiturarum, & Beneplaciti Ap... debeat accipere nouam inuestituram, & solue... capofoldum infra mensem. Deinde habita no... tia, quod non habeat facultatem concedendi ... emphyteusim, nec locandi ad longum temp... prout in instrumento fundationis latius app... bat impugnauit, tam alienationes factas per ... tecessorem, quam proprium factum, eoque c... uento pro parre Francisci, & Iuniperæ cora... Vicario Mutineñ, fuit pronunciatum per eun... Vicarium illum teneri ad faciendam nouam ... uestituram, eiusque sententia per alterum I... cem de partibus fuit confirmata, & modo ... causa in gradu appellationis commissa dubit... Hodiè an constaret de re iudicata, quæ ... quenda, vel potius de causis restitutionis in in... grum, & DD. resoluerunt non constare de re ... dicata.

Fundamentum resolutionis fuit, ex quo se... tentiæ sunt nullæ, & iniustæ, quæ nunquam tra... situr...

1 situm faciunt in iudicatum l. si expressim, ff. de ap-
pellat. l. 1. C. quando prouoc. non est necess. vbi gloss.
Bart. & communiter DD. Surd. cons. 360. n. 41. Man-
tic. decis. 7. nu. 5.

Nullitas visa fuit probari ex quo non adest ci-
tatio ad sentiam primo loco latam, quæ citatio
2 de forma requiritur, quod vitium nullitatis non
potest excusari, l. 1. §. item cum edicto, ff. quæ sent.
sine appellat. rescind. l. ea quæ, C. quomodo & quando
Iudex, cap. tenor. de sent. & re iud. cap. caueat, &
cap. omnia 5. quæst. 9. Clem. Pastoralis de re iud. Clem.
Pastoralis de re iud. Clem. sæpè §. sententiam de verb.
obligat. Rota coram Durano decis. 8. num. 1. & decis.
3 163. num. 1. Nec citatio † probatur per enuncia-
tiuam notarij, sed requiritur quod fuerit realiter
executa vti de forma Butrius in cap. cõparati col. fin.
vers. At autem crederetur & Abb. num. 12. de appell.
Crescent. decis. 4. de fide instrum. & apertè tenuit Ro-
ta in Camerin. Spolij coram Iusto relata per Marches.
de commiss. restit. in integr. decis. 36. tom. 2. fol. 234.
4 cum non credatur notario in his, quæ non sunt
sui officii Nicolaus Hoter. in tract. de arte notariorum,
lib. 1. cap. 16. nu. 1. & 8.

Iniustitia verò dictarum sententiarum de par-
tibus visa fuit patens ac manifesta quandoquidē
Iudices condemnarunt Angelum Rectorem ad
faciendam inuestituram in perpetuum, & aliena-
tionem dictorum bonorum contra formam tam
5 † erectionis beneficij à principio, quam Consti-
tutionem Apostolicarum prout ex tex. in §. emphy-
thusim auth. de non alienan. Rota in Conimbricen. præ-
dij 14. Maij 1618. coram bon. mem. Dunozetto, & con-
tra Extrauag. Ambitiosæ de rebus Eccles. non alien.
Alex. cons. 189. num. 11. lib. 2. cum hic non concur-
6 rant requisita, prout sunt iusta causa, † euidens
vtilitas, siue necessitas Ecclesiæ, & solemnitas
legitima, quibus non concurrentibus nemini est
7 dubium, res Ecclesiæ † non posse distrahi cap. 1.
de rebus Ecclesiæ non alienan. in 6. Clem. 1. eodem tit.
Abb. in cap. 2. nu. 10. de his, quæ vi met. caus. Couar.
var. resol. lib. 2. c. 17. n. 2. Afflict. dec. 107. Rot. dec. 430.
n. 4. par. 2. rec. & alibi passim.

Neque obstat, quod dici potest pro parte Fran-
cisci, ac Iuniperæ, quod ista bona de quibus agi-
tur sint sola concedi in emphyteusim, & ideò
Angelus modernus Rector tenetur obseruare
suam promissionem concedendo dicta bona in
emphyteusim prout promisit, quia huic motiuo
responderūt Domini, quod non possunt dici soli-
8 solita concedi, ex † quo tantum Gaspar Sellin-
gardus cõcessit in emphyteusim Bernardino eius
fratri germano, quæ concessio fuit malefacta,
cum fuerit contra expressam dispositionem text.
in auth. quiquscumque C. de Sacros. Eccles. §. hoc verò
auth. de re alienat. emphyt. Redoan, de reb. Eccles. non
alien. quæst. 2. num. 1. ad 11. Quam concessionem
Rota non habuit in consideratione, ex quo vltra
quod est vnica, fuit concessa sanguine coniun-
9 cto, † quæ non obstante cursu temporis non ha-
betur pro valida, & solemni ad effectum vt bona
dicantur solita locari Rota diuers. decis. 720. num. 1.
par. 1. & 430. num. 7. par. 2. recent. Cum ad hoc vt
dicantur solita locari saltim vnica solemni loca-
10 tio exhibenda est † cum Beneplacito Apostolico
alijsque solemnitatibus necessarijs in corpore Iu-
ris expressis, quæ hic non adest, cum adsit tan-

tum concessio in emphyteusim facta fratri à fra-
11 tre, quæ potius de iure præsumitur facta † in
fraudem, quàm in vtilitatem Ecclesiæ Rota decis.
340. num. 7. par. 1. recent. Et sic ista adhunc effe-
ctum non est habenda in consideratione, maximè
12 cum nullibi appareat † de euidenti vtilitate Ec-
clesiæ, & ideò potiùs præsumitur læsio quam
lucrum Rota dec. 720. num. 1. par. 1. diuers. 430. nu. 7.
par. 2. recent. quæ omnia simul iuncta excludunt
13 omne præsumptum Beneplacitum Apost † quo
posset præsumi obtentum ex tanti temporis cursu
Rota dec. 1490. n. 4. & decis. 1451. n. 3. apud Seraph. &
in Aesina bonorum 27. April. 1635. coram R. P. D. meo
Buccabella.

Et non est dubium quin alienationes factæ per
Gasparem Sellingardum antiquum Rectorem
non substineantur, nam vltra quod fuerunt factæ
ad fauorem fratris germani, illæ fuerunt factæ
ferè de toto patrimonio Beneficij † quod arguit
14 manifestam fraudem Rectoris, & ideò non sub-
stinentur Ferrettus cons. 194. num. 9. Alex. consil. 189.
num. 18. lib. 2. Mantic. de tacit. lib. 20. tit. 7. numer. 4.
15 Nec apparet, quod † redditus qui fuerunt pro-
missi reddant ad saltim quinque pro centenario
iuxta glos. in auth. perpetua in verb. Iusta, C. de Sa-
cros. Eccles. Vel iuxta bona cohærentia locari so-
16 lita, † quæ hic non adsunt imò potiùs contra-
rium.

Et tanto magis non substinetur dicta antiqua
datio in emphyteusim, quia patroni non fuerunt
17 vocati † prout erant vocandi saltem de honesta-
te prout dicunt Felin. in cap. cum accessissent n. 25.
versic. idem si Episcopus de Const. Rocc. de Curt. de
Iurepatr. in vers. Honorificum nu. 8. Rot. decis. 634.
n. 3. par. 2. recent.

18 Minus obstat, quo ex lapsu tanti † temporis
presumantur obtentum fuisse Beneplacitum, &
alia solemnia interuenisse, quæ in huiusmodi re-
19 rum Ecclesiæ † alienationibus requiruntur; Quia
fuit replicatum istam præsumptionem non suffi-
20 cere † sed requiri saltem vnicam locationem,
cum omnibus requisitis necessarijs, quæ hic de-
siderantur ad hoc vt possit dici res solita locari
Alex. cons. 9. num. 5. lib. 3. Seraph. decis. 434. et 1451.
num. 2. & in dicta Aesina bonorum coram D. Buc-
cabella, Vltra quod non dum effluxerant 30. anni,
21 dempta vita primi concedentis † à tempore mo-
tæ litis prout requiri ad inducendam præsum-
ptionem dicit Rota in Florentina Affrancationis præ-
dij prima Februarij 1634. coram Durano; Et quo-
modocumque sit semper Ecclesiæ competere re-
22 stitutionem, quia videtur interuenisse † dolum,
ac fraudem Rectoris à lege præsumptum ex quo
vt supradixi facta fuit alienatio contra mentem
patronorum in fratrem germanum, & ferè de to-
to patrimonio Ecclesiæ Crauett. de antiq. tempor.
par. 3. n. 3. Menoch. præsumpt. 32. n. 63. lib. 5. Rot. dec.
147. n. 18. par. 5. recent.

Denique non obstat promissio facta per Ange-
lum modernum Rectorem, quia cum sit erronea,
23 & contra † Iuris dispositionem potest à se ipso
reuocari; cum Ecclesia possit quandocumque re-
24 silire fauore speciali, ex quo actus est nullus, † &
agitur de illius præiudicio, & ideo non potuit
Ecclesiæ suæ præiudicare, Redoan. de reb. Eccles. non
alien. quæst. 77. cap. 1. num. 10. Greg. decis. 116. num. 1.

vbi Adden. littera A. cum alijs fusè cumulatis in Feretrana parochialis 11. Febr. 1628. coram Card. Virili,
25 maximè attenta † iusta causa nempè prohibitione fundatoris expressa, quibus omnibus simul iũ-ctis DD. dixerunt non constare de re iudic. quæ veniat exequenda.

Et ità vna tantum.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Romana Fideicommissi de Romualis.

Lunæ 28. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Trebellianica satis dicitur prohibita si Testator ordinauit, quod omnia bona integrè restituantur, filius simpliciter agnoscens testamentum Patris eum in sola legitima instituentis, si nolit Paternæ dispositioni consentire, acquieuisse dicitur, & sibi præiudicat.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica censetur prohibita dum Testator mandauit hæreditatem integram, & sine diminutione restitui. num. 3.*

2 *Prohibitio Trebellianica, deducta ex præcepto Testatoris, quod bona integrè restituantur, afficit etiam filios primi gradus.*

3 *Testator si mandauit hæreditatem integrè restitui, vt bona in agnatione conseruarentur, censetur fortius prohibuisse Trebellianicam.*

4 *Prohibitioni legitima dicitur acquieuisse filius agnoscendo Testamentum Patris eum in sola legitima instituentis, si nollet suæ dispositioni consentire, & num. 10.*

5 *Eligens vnum ex incompatibilibus, alteri renunciasse censetur.*

Electionem habens si semel elegit, amplius variare non potest, num. 5.

6 *Filij fideicommisso grauati, & casu quo petant legitimam, in ea solummodo instituti censentur potius acceptare fideicommissum, quam legitimam.*

7 *Legitima non potest grauari, neque prohiberi.*

8 *Pater potest prohibere legitimam, si relinquit in arbitrio filij, vel totam hæreditatem, vel solam legitimam consequi.*

9 *Filius adeundo simpliciter hæreditatem Patris legitimam prohibentis non sibi præiudicat.*

10 *Filius vt sibi præiudicet in legitima, simpliciter adeundo, requiritur quod Pater eum instituat in sola legitima si nolit eius dispositioni consentire, & supra num. 4.*

11 *Filius qui non confecit inuentarium, si petit legitimam, tenetur probare non extare alia bona, ex quibus illam possit detrahere.*

Præsumptio subtractionis bonorum viget in hærede, qui non confecit inuentarium n. 11. & seq.

12 *Hæres si non confecit inuentarium iuxta præceptum Testatoris, eo magis præsumitur bona subtraxisse.*

DECISIO LXXIV.

ALexander Romaulus in suo, sub quo de
testamento, bona sua strictissimo fideicom
so subiecit ad fauorem Andreæ Francisci, Cl
tis, & Tranquilli eius filiorum, quibus defici
bus substituit maiorem natu proximiorem e
minis de agnatione descendentem: post ob
omnium dilectorum filiorũ absque prole D.
ciscus Miletus Nepos ex filia testatoris, ad
fauorem fuit factus locus substitutioni, cepit
sessionem dd. bonorum fideicommissariorũ
de admonitus, creditores Tranquilli vltimo
defuncti iactare se velle ipsum molestare sup
ctis bonis sub prætextu detractionum Treb
nicæ, & legitimæ ex persona dicti Tranquil
rauit causam huiusmodi iactationum mihi c
mitti; vnde proposito à me dubio an comp
huiusmodi detractiones DD. negatiuè respo
runt.

Quia quoad Trebellianicam, ea censetur
1 hibita, † dum testator voluit suam hæredita
deberi restitui integram, & sine aliqua dim
ne. *Alex. consil. 201. numer. 6. & seqq. lib. 6. Cr
consil. 174. nu. 1. Gabr. conclus. 6. ad Trebell. M
coniect. lib. 7. tit. 12. num. 15.* cum alijs cumulatis
*Graff. de successs. in §. Trebellianica quæst 8. num.
seqq. Rota in recent. decis. 453. num. 3. par. 1.* & fi
ctum *in Romana, seù Neapolitana hæredit. de F
19. Ianuarij 1633. coram Reuerendissimo D. meo D
no.* Vbi etiam quod secundum magis comm
2 † opinionem huiusmodi prohibitio afficit
filios primi gradus, vt testatur *Bertran. consil.
num. 5. lib. 3. par. 2. vers. sed contrarium volut.
na de primogen. Hispalen. lib. 1. cap. 17. nu. 17.
in §. Testamentum quæst. 62. num. 5.* quam opinio
sequitur *Rota, vt apud Cassad. decis. 4 de testam.
nen. decis. 94. Cresc. decis. 2. de testam. Simonett.
Reuerendiss. D. meus Decanus decis. 253. num.*
vbi quod quando huiusmodi prohibitio c
prout in casu nostro, vt bona conseruentur
3 agnatione, † & familia, eo magis censetur p
bita Trebellianica etiam ipsis filijs, vt per
*consf. 295. circa finem. Natt. consf. 321. num. 8. in
nu. 9. Sim. de Præt. de interpr. vlt. volunt. lib. 3. d
solut. 6. nu. 33.*

Quo verò ad legitimam, cum Testator p
buerit dd. filijs suis illius detractionem, &
quod post obitum suum in termino vnius m
d. filij deberent ratificare testamentum in o
bus prout iacet, & casu quo recusarent ho
re possent tantum consequi suam legitimam
4 que filij † acceptauerint simpliciter d. testam
præsumitur eos acquieuisse dispositioni p
prohibentis detractionem legitimæ, *l. si cui leg
91. ff. de condit. & demonstr. l. Imperator, §. si te
vers. enim verò ff. de legat. 2. Rotæ decis. 479. nu
decis. 653. num. 13. par. 1. rec. Greg. XV. decis. 4
ibi adden. num. 27.* nam vbi duo sunt incom
5 bilia, qui elegit vnum dicitur alteri renuncia
ita vt postea ad illud redire non possit. *Socin.
consf. 122. nu. 9. vol. 1.* quem sequitur *Peregr. de
comm. art. 36. n. 61. cum alijs per Merlin. de legit.
tit. 2. quæst. 8. num. 2.*

Quod autem dd. filij acceptauerint fidei
missum constat nedum ex præsumptione

6 quod dd. filij † censentur acceptasse dictum fideicommissum longè excedens portionem legitimæ ad: not per *Soccin. d.cons.122.num.17. vers. præterea considerandum, & num. 18.& seqq.* sed etiam ex eo, quod ipsi facto, illud approbarunt indistinctè possidendo omnia bona paterna, & hoc clarius probatur respectu Tranquilli vltimo loco defuncti, tum quia in suo Testamento expressè agnouit dictum fideicommissum, & solum disposuit de dote materna, & de quæsitis ab ipso, nullo verbo facto de legitima, tum etiam quia vsus est testamento paterno, & præsertim contra creditores quondam Clementis eius fratris vnius ex institutis, contra quos creditores produxit ipsum testamentum.

7 Non obstante quod legitima, neque † grauari neque prohiberi possit *l. omnimodo Cod.quæ Imper. & l. quoniam in prioribus, Cod. de inoff. testam.* quia hoc fallit quando Testator, prout in præsenti casu, ponit in † arbitrio filiorum, aut habere hæreditatem integram absque detractione, aut capere tantum legitimam. *Socc. d cons.122.num.9. vol. 1. Dec. cons.687.nu.2. Cucch. de legit. tit. legitima nullum grauamen num. 27.Peregr. de fideicomm.artic.36. num. 62.*

8

Nec releuat, quod filius adeundo hæreditatem

9 patris, qui expressè prohibuit † detractionem legitimæ sibi non præiudicat in legitima *Rota dec. 200.num.5.& decis.206.num.5.& 6. par. 1.recent.&* fuit dictum *in Foroliuien. fideicommissi 9.Maij 1612. coram Eminentiss. Card. Pamphilio,* quia hoc procedit quando Testator prohibuit simpliciter legitimam, secus verò quando vsus est cautela Soccini, de qua supra, & in istis terminus loquuntur om-

10 nes supracitatæ decisiones, † in quibus firmatur stante huiusmodi cautela apposita à testatore heredem simpliciter adeundo sibi præiudicare in legitima, & item etiam fuit firmatum per *Rot decis. 653.num.13.& decis.479.num.8.par.1. rec. & coram san.mem.Greg XV.decis.489.n. 27. vbi per ibi adden. aliæ recensentur.*

Præterea dato etiam, quod in præsenti casu legitima non potuerit grauari attamen DD. dicebant non esse locum illius detractioni, ex quo Tranquillus non confecit Inuentarium, quo stante habentes causam ab illo propter præsumptionē

11 † subtractionis bonorum hæreditariorum tenetur probare, non extare alia bona, ex quibus possunt facere suas detractiones, *Natt.cons.199.num. 15.Seraph.decis.609.num.6. Surd. decis.316.num.13. Greg.XV.dec.266.vbi adden. num. 26. vers. prædicta*

12 *verò.* Stante præsertim præcepto Testatoris, † suis hæredibus iniuncto de conficiendo exactè inuentarium, quo casu eo magis vrget præsumptio contra hæredes *ex relatis per Grat. cap. 570. sub num. 22. vers. cum enim Testator iusserit fieri Inuentarium.*

Et ità vtraque parte informante.

R.P. D. VEROSPIO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana Pensionis.

Lunæ 28. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Agitur de materia reseruationis pensionis cum clausula dummodò remaneant centum pro Rectore, & dicitur in illius congruam imputari omnes fructus quos Rector habet ratione suæ Rectoriæ.

SVMMARIVM.

1 *Domus destinata pro habitatione Rectoris debet ad eum liberè pertinere, nec computatur in fructibus, & num. 4.*

2 *Legatum factum Capellæ existenti in Ecclesia parrochiali non computatur in fructibus eiusdem Ecclesiæ, & num. 3. sed vide num. 5.*

Rector potest habere capellam, quæ licet reperiatur in sua Ecclesia, tamen ab ea reputetur distincta, & diuersa num. 2.

3 *Legatum Ecclesiæ parochiali relictum si habet sua onera efficit, vt illud non computetur inter fructus eiusdem Ecclesiæ.*

5 *Fructus omnes quos Rector habere non potest, nisi sub qualitate Rectoratus computantur in fructus sui beneficij.*

6 *Rector in suam congruam imputare debet ea omnia, quæ habet ratione officij.*

7 *Hæres ea omnia, quæ capit iure hæreditario imputat in falcidiam.*

8 *Fructus vt in congruam imputari debeant inspiciendum est an alius, quam Rector illius habere possit.*

9 *Fructus in congruam Rectoris imputandi certi esse debent.*

10 *Fructuum valor, & quantitas probiberi debet de tempore reseruationis pensionis.*

DECISIO LXXV.

CVm ageretur in hoc dubio de confirmatione præteritæ decisionis in qua *sub die 17. Martij* * *præteriti* decisum fuit, quod non erat locus arbitrio pro retardanda solutione pensionis, quæ reseruata fuerat de consensu Rectoris cum solita clausula vt ex fructibus, seu redditibus Ecclesiæ centum superessent pro illius portione: Tres summas proponebat idem Rector ad quem spectare debebat onus probandi valorem eorum fructuū, quibus detractis negabat extare totam summam ducatorum centum, quæ debebat cedere pro portione sibi assignata, & detrahi ante summam scutorum 40. quæ erat pensio reseruata super fructibus suæ Ecclesiæ; sed proposito iterum hodiè eodem dubio Domini non recesserunt à decisione præterita, cum ex summis propositis non omnes essent detrahendæ. Vndè ex redditibus eiusdem Ecclesiæ superabat tot fructus qui poterant satis esse, & pro portione debita Rectori, & pro onere huius pensionis.

Prima enim summa, quam Rector negabat numerari posse inter alios redditus Ecclesiæ continebat quantitatem scutorum 24. solitam solui pro pensione domus contiguæ ipsi Ecclesiæ, quam idem Rector incolebat, & alij rectores antecessores inhabitare consueuerunt. Hæc verò summa dicebatur pro parte Pensionarij augere fructus, & redditus Ecclesiæ, quia licèt eadem domus tamquam

1 quam destinata pro habitatione Rectoris † debe-
ret ad eum liberè pertinere ex rationibus consi-
deratis in alia decisione *Romana pensionis* 12. *No-
uemb.* 1518. *coram bon. mem. Buratto* tamen proba-
tur illam recipere commodam diuisionem, cum
illius pars vocata fuisset ab Antecessoribus Re-
ctoris pro ea summa: sed pro parte eiusdem Re-
ctoris negabatur, quod domus talem diuisionem
reciperet, quod quidem dicebat probari, Tum
ex inspectione, & descriptione, quæ facta fuit
eiusdem domus, Tum etiam ex libro Ecclesiæ in
quo apparebat, quod de anno 1571. quo tempore
illa locata fuit pro ea pensione à Rectore, qui
tunc temporis præsidebat curę Ecclesiæ idem se
contulit ad habitandam aliam domum, & quod
finita locatione iterum eamdem domum inco-
luit.

Altera summa continebat quantitatem scuto-
rum 40. quam etiam dicebat Rector esse detra-
hendam eo, quia ipse illam non perciperet ex red-
ditibus Ecclesiæ, sed prouenirat ex legato facto
2 sacello, quod in ea fundatum † erat cum certo
onere celebrationis missarum. Vndè non poterat
illam numerare inter alios redditus, quos perci-
piebat ratione curæ, seu tituli suæ Ecclesiæ cum
non solum retineret eam capellam tamquam di-
uersam, & distinctam ab ipsa Ecclesia, quod de
iure ei permissum erat, vt latè probat *Lapus alleg.*
116. *num.* 3. *circa medium, & notant Doct. in cap.* 1.
de consuetud. lib. 6. *& ibi Gemin. num.* 13. *Card. in
cap. vltim. num.* 2. *de Cler. non resid. in prima quæst.
Fælin. in cap. ex parte* 13. *num.* 3. *de rescript.* Sed le-
gatum relictum eidem Ecclesiæ haberet sua one-
3 ra, quæ pariter efficere poterat, vt idem legatum
numerari non posset inter alios redditus benefi-
cij, vt tenuit *Rot. in adducta Romana pensionis coram
bon. mem. Buratto, & tradit Oldrad. in cons.* 216. *nu-
mer.* 1. *in fin. Ioan. Andr. in addition. ad Specul. in rubr.
de concess. præben. in* 6. *column. in vers. demum quæ-
rebatur Rebuff. in tract. de congrua portione quæst.* 11.
nu. 86. *&* 88.

Tertia summa ascendebat ad scu. septuaginta,
quæ Rector percipiebat ex pensione vnius domus
quam habebat communem cum Ecclesia B. Ma-
riæ de Consolatione, & hanc summam dicebat
Rector esse moderandam in scutis sexaginta; quia
solum pro ea summa domus probaretur locata;
Verum ex totis tribus his summis solum prima
visa fuit Dominis detrahi posse qua sublata super
erant Rectori præter suam congruam portionem
scuta quinquaginta octo, in quibus poterat hæc
pensio substineri. Etenim fructus firmati in prima
decisione ascendebant ad scuta octauaginta duo
ex quibus si demantur scuta viginti quatuor pro
4 pensione domus quam Rector † liberam habere
debet pro sua habitatione, vt firmatum *fuit in d.
decisione Romana pensionis coram bon. mem. Buratto*
non solum extabant scuta quadraginta integra
pro solutione pensionis, sed remanebant Rectori
scuta decem, & octo præter suam congruam.

Neque visa fuerunt obstare, quæ dicebantur ad
secundam summam super fructibus quos Rector
percipiebat ex legato facto Capellæ existentis in
Ecclesia, quia ex testamento quod ostensum fuit
pro parte eiusdem Rectoris apparebat illum
non habere id legatum distinctum à Capellania,
in eo enim mandata fuit erectio Capella[...]
dote assignata fuerunt loca quinque m[...]
cum onere celebrandi tres missas singu[...]
madis, sed fructus eorum locorum assig[...]
runt Rectori, qui tunc erat, siue futuris[...]
bus erant successuri in cura Ecclesiæ. [...]
5 poterant ij fructus separari, aut diuidi † [...]
illius redditibus dum non poterat eos h[...]
is, qui esset etiam Rector, vt declarat *R*[...]
tract. de congrua portione eadem q. 11. *nu.* 3[...]
6 gulam generaliter constituit vt in † [...]
gruam imputari debeant omnia, quæ [...]
bet ratione officii, siue curæ Ecclesiæ [...]
falcidiæ, in qua omnia imputantur, q[...]
7 capit. iure hæreditario, vt probat *tex. in*[...]
tam, & in l. quod autem ff. ad l. falcid. & [...]
dit *num.* 88. vbi nominatim considerat. [...]
8 præter Rectorem † eos fructus habere p[...]
tenuit *Rot. in dec.* 5. *num.* 8. *par.* 2. *diuers*[...]
Card. Mantic. dec. 269. *nu.* 5. Et erant p[...]
9 fructus certi, quod pariter requirebatur, [...]
set haberi illorum ratio in computatio[...]
congruę, vt tradit *Rebuff. eadem quęstione* [...]
d. dec. 5. *nu.* 8. *par.* 2. *diuers. sub num.* 5. & [...]
lin. in cap. ad ad aures nu. 14. *de rescript.* [...]
Selua in tract. de benef. par. 3. *q.* 12. *nu.* 35[...]

Nec etiam obstare visa fuerunt quæ [...]
tur contra vltimam summam cum pr[...]
non fuisset pro parte Rectoris decremen[...]
sionis à summa scutorum septuaginta, [...]
pensionarius ostendebat solitas fuisse lo[...]
partes, quas Rector habebat super ea[...]
summam scutorum sexaginta, pro qua [...]
cebat factam fuisse vltimam locationem[...]
domus, quia instrumentum locationis, [...]
tum fuit, non percutiebat tempus rel[...]
pensionis, cuius temporis ratio solum h[...]
10 terat † in statuenda quantitate, & va[...]
ctuum Ecclesiæ, vt tradit *Fælin. in d. ca*[...]
nu. 17. *de rescript. & c. eam te nu.* 22. *eodem*[...]
nen. ad regulam de valore qu. vlt. num. 1. [...]
Et ità &c.

☞ *Supra in hac eadem parte dec.* 25. *habetur* [...]
ctsio in hac causa sub die 17. *Martij* 1638. [...]

☞ *Decisio ista in hac eadem causa emanata* [...]
dem bo. me. Eminentiss. D. Cardin. Veros[...]
17. *Martij* 1638. *est supra in hac parte deci*[...]

R. P. D. CARILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO

Corduben. Decimarum de Lucena

Lunæ 5. *Iulij* 1638.

ARGVMENTVM.

Quoties materia articulata est irreleuans, & [...]
niæ suspicio concurrit semper denegatur [...]
soria: maximè si in vltimis petatur audi[...]
anteà per longum tempus, quo casu dura[...]
quam fuit petita. Nonnulla etiam de [...]
decimarum quas laici prætendunt, possi[...]
cutiuntur.

SUMMARIUM.

1 *Remissoria denegatur attenta suspicione calumniæ, à irrelevantia articulorum.*
2 *Remissoriam qui petere poterat in tempore, & se reduxit ad tertiam instantiam, & in vltimis audientijs, calumniose petere dicitur.*
Rota in vltimis audientijs semper remissoriam petitam ad impediendam causæ expeditionem denegare solet, num. 1.
3 *Præsumptio calumniæ augetur ex conceptione articulorum conceptorum ad euertendum fundamentum decisionum.*
Articuli formati ad euertenda fundamenta decisionum potius imaginarij quam probabiles reputantur, n.3.
4 *Remissoria denegatur si in partibus testes in numero effrenato examinati fuerunt, qui tamen nihil probarunt.*
5 *Testes in prima instantia examinati præsumuntur quod fuerint melius informati quam fieri potuit.*
Probatio melior quæ fieri potuit in prima instantia facta præsumitur num. 5.
6 *Prohibitio facta Episcopis de non infeudando decimas laicis quo tempore fuerit facta.*
7 *Lucena, locus in Corduba recuperata fuit à Mauris per Ferdinandum III. cognomento, il Santo, de anno 1240. & nu. 10.*
8 *Lucena fuit per Ferdinandum III. donata Ecclesiæ Cordubensi.*
9 *Prouincia Betica, quinimò tota fere Hispania fuerunt per Saracenos occupatæ circa annum 713.*
Lucena sita est in Prouincia Betica nu.9.
11 *Historicis standum est.*
12 *Marianæ, & Stephano de Garibaij Historicis, Rota fidem præstare solet.*
13 *Inclusio vnius tituli inducit exclusionem alterius ab illo contrarij.*
Immemorabilis cum fama priuilegij excludit omninò titulum infeudationis vti ab illo contrarij, nu. 13.
14 *Titulum vnum allegans non potest ad alium confugere, qui sit ab illo contrarius.*
15 *Titulum fœudalem allegans docere debet de aliqua recognitione fœudali.*
16 *Decimæ possessa per laicum vigore immemorabilis cum fama priuilegij tanquam liberæ, & allodiales reputantur.*
17 *Vbi verò iure fœudi possidentur, tunc dominium directum remanet penes Ecclesiam, vtile verò in laicum transfertur.*
18 *Probatio vnius est exclusio alterius.*
19 *Ecclesia decimas recipiens congruam Vicario assignare tenetur.*
20 *Decimæ sint tributa egentium.*
21 *Altari seruiens de altari viuere debet.*

DECISIO LXXVI.

PRo denegatione remissoriæ fuit responsum, attenta vrgentissima suspicione calumniæ, ac irrelevantia † articulorum, *leg. ad probationem Cod. de probat. Cassad. decis. 3. num. 1. versic. quæ remissio de dilat. Gregor. dec. 356. num. 1. Caual. decis. 268. num. 1.*

1

Suspicio calumniæ videtur patens ex eo quod remissoria poterat peti tot annorum spatio, quo lis huiusmodi perdurauit, & tamen eam petere fuit dilatum vsque ad tertiam instantiam, in vltimisque audientijs, pro † impedienda causæ expeditione: quo casu Rota passim consueuit remissoriam denegare, vt *in dec.322. lib.3. diuers.& coram Caual. dec.87. nu.2. & 208. nu.4. Buratt. decis. 551. nu.10.* quæ suspicio augetur ex conceptione articulorum facta ad euertenda fundamenta decisionum causæ. Tunc igitur potius imaginarij quam probabiles † articuli reputantur, *Rota coram Greg. dec.211. nu. 5. ibique adden. & inter rec. decis. 250. nu. 3. & 325. num. 21. & 22. par. 5. & coram Seraph. dec. 1460. nu. 1.* Maximè quia in partibus ad instantiam Excellentissimi D. Ducis de Cardona fuerunt examinati vltrà centum testes, qui nihil probarunt super prætensa infeudatione, *ad not. per Ang.in l. de die §. iubetur nu.2.ff. qui satisd. cogan. Afflict. dec. 137. nu. 4. Caputaq. dec. 63. par. 3.* & tamen præsumitur fuisse examinatos testes melius informatos, & meliorem probationem factam, † quæ fieri potuerit. *Aym. cons.134. nu. 3. Rot. coram Gregor. dec. 414. nu.1. & inter recent. decis.491. nu. 2. par.2. & dec. 149. nu. 3. par.5.* quæ regulæ, licet quælibet de per se forsan non iuuarent, attamen simul iunctæ nulli dubium est quin sufficiant pro denegatione remissoriæ, vulgare enim est, quod quæ non prosunt singula, simul iuncta iuuant.

2

3

4

5

Irrelevantia verò nullo modo velari potest, quia articulatur concessionem feudalem decimarum, de quibus agitur, fuisse factam ad fauorem DD. Oppidi de Lucena antecessorum D. Ducis ob expulsionem Maurorum ante Conc. Lateranense, vt in eius Summ. *nu. 4.* & nihilominus contrarium constat ex adductis in vltima decis. causæ coram me emanata sub die 29. Maij præteriti in §. nec ex d. immemorabili. Nam siue prohibitio in-
6 feudandi † fuerit facta in Concilio Lateranensi sub Alexandro Tertio de anno 1179. siue sub Vrbano Secundo in Concilio Turonico, quod fuit de anno 1609. & sic per 83. annos ante Concil. Lateranense, *vt per Balboa. in lib. 2. decretal. tit. de præscript. cap. causam 7 num. 14. 19. & 24. Rebuff. in tract.de decim. qu.10. nu.23.* semper erit verum quod Dominus Dux hanc infeudationem habere non potuerit.

Siquidem de anno 1240. Lucena, de cuius de-
7 cimis agitur, recuperata † fuit à Mauris per Ferdinandum III. cognomento el Santo Regem Castellæ, vt testantur Historici, & præcipuè *Mariana de reb. Hispan. lib. 13. cap.1. Stephan. Garibay. lib. 13. cap. 2. nu.35. & 36. D. Roderic. Ximenez Archiepisc. Toletan. & Primus Hispaniarum in Hispan. Illustrat. tom. 2. lib.9. c. 17. fol. 146. & 147. Paulus Bombin. in Breuiar. rer. Hispaniar. lib.7. fol.126.* à quo postea eadem Lucena donata fuit Ecclesiæ
8 Cordubensi,† vt desumitur ex *d.Roderic.lib.9.c.17.* & notant *Gundisaluus Millan. in vita eiusdem Reg. Ferdinand. fol. 248. Petr. de Medina de reb. memorab. Hispan. fol. 48. Didac. Perez de Messa de reb. mirabil.addit.ad Petr. de Medin.fol. 183. & Bernard. Alderete Canonicus Corduben. lib. 3. de Origin. ling. Hispan. cap. 5. in fin.* qui etiam testatur priuilegium donationis Lucenę seruari in Archiuio eiusdem Ecclesiæ Cordubensis, per quam Ecclesiam fuit postea Lucena permutata cum antecessoribus Domini Ducis de Cardona, vt ex eodem Alderete lu-

te loco supracitat. Quamobrem vndique patet, quod prohibitio infeudationis fuit ante recuperatam Lucenam à Mauris, & antequam fuisset Lucena acquisita ab antecessoribus Domini Ducis, & sic penitus irreleuans detegitur materia articulata.

Nec dicatur quod antecessores D. Ducis potuerint acquirere titulum huiusmodi infeudationis, vel durante Maurorum tyramnide, vel post expulsos prima vice Mauros ante Concil. Lateranense, qui postea iterum regiones illas occupauerint. Quoniam certum est quod Prouincia Bæti-
9 ca † vbi sita est Lucena, & tota fere Hispania fuerunt per Saracenos occupatæ de annis 713. 714. & 715. teste *eodem Marian. de reb. Hispan. lib. 6. c. 22. 23. & 24.* & scribit *Roderic. Episcop. Toletan. Hispalen. Illustrat. titul. de reb. Hispan. lib 3. c. 19. 20. 21. 22. & 23.* & nunquam legitur, quod Lucena fuerit pluries deperdita, nec recuperata nisi
10 per d. † Ferdinandum III. de anno 1240. *Marian. de reb. Hispan. d. lib. 13. cap. 1. cum Stephan. de Garibay, & alijs super allegat. in num. 4.*
11 Vndè cum Historicis † prædictis standum sit, *tex. est in l. 1. ff. de offic. Præfect. Prætor. Bart. in l. 1. num. 22. ff. si cert. petat. Fælin. in cap. ex parte il primo nu. 49. vers. aliæ scripturæ de rescript. & c. inter dilect. nu. 12. de fid. instrum.* ac in terminis loquens
12 de Mariana, † & Stephano de Garibay adest decisio celebris *Cæsaraugustana Cathedralitatis coram Illustris. D. meo Decano impress. inter recent.* 352. *vbi supra num.* 12. ibi, *& præcipuè Mariana, & de Garibay sub num.* 22. *post Gundisaluu. de Illescas*, ibi, *Stephanus de Garibay in compendio Histor. Hispan.* inane, & vt ita dicam, impossibile redditur obiectum.

Præterea ex testibus in effrenato numero per D. Ducem in partibus examinatis remansit tantum probata immemorabilis cum fama priuile-
13 gij, ex cuius tituli † inclusione in consequentiam venit exclusio alterius infœudationis, tanquam inter se contrarij, *Bellamer. dec.* 287. *Greg. dec.* 353. *vbi adden. nu.* 19. & ideò Duci, qui immemora-
14 bilem dumtaxat cum fama priuilegij † allegauit, non licet hodiè ad prætensam infœudationem conuolare, *Caputaq. dec. 28. p. 1. & dec. 304. p. 3. Rota dec. 285. nu. 4. p. 2. recent.* & eo minus cum non doceatur de aliqua recognitione fœudali,
15 prout † requiritur, *ex allegat. in vlt. decis. causæ d. §. nec ex d. immemorabili.*

Quod autem isti tituli sint inter se contrarij, patet. Etenim vt in vltima decisione firmatur in §. nam eo ipso, quando decimæ possidentur à
16 Laico vigore immemorabilis, † cum fama priuilegij, tunc liberę, & tanquam allodiales ipsius Laici reputantur: quando verò possidentur iure
17 fœudi, † tunc dominium directum remanet penes Ecclesiam, & dominium vtile transfertur in laicum. *Berous cons. 21. nu. 1. vol. 5.* insimul igitur hæc duo stare nequeunt, ex *vulgat. regul.* quod
18 probatio † vnius est exclusio alterius.

Nec obstat nonnullę solutiones quarundam portionum tritici, & pecuniarum factæ à D. Duce aliquibus Vicarijs, alijsque inseruientibus Ecclesiæ, quæ prætenduntur intelligi debere factæ pro recognitione fœudali, quia depositiones duorum testium adhunc effectum datę in Summ. D. Ducis nu. 5. non probant solutiones prędictas cum hac qualitate recocognitionis fœudalis, sed solum quod antecessores d. D. Ducis fundærunt, & dotarunt istas Ecclesias, & quod in concessione earumdem decimarum habuerunt annexum hoc onus soluendi Curatis eam quantitatem. Hinc igitur propterea non concluditur recognitio fœudalis, sed potius dici debet, quod solutiones prædictæ fuerint factę eisdem Vicarijs pro eorum
19 mercede, & congrua, † sicut ex iuris dispositione quilibet decimator tenetur, ex tradit per *Rebuff. de congr. port. nu. 47.* & dixit *Rot. apud Cæs. de Graff. dec. 397. nu. 1. dec. 6. de præben. nu. 9. & coram Greg. dec.*
20 & ratio est, † quia decimæ sunt tributa egentium *cap. reuertimini 16. qu. 1.* & qui altari seruit de al-
21 tari † viuere debet *cap. cum secundum de præben.*

Ex quibus, ac ex aliis latè congestis in decisionibus in hac causa factis, dixerunt Domini remissoriam esse denegandam, vtraque parte informante &c.

Decisiones in hac causa factæ cumulantur supra dec. 47. hac eadem par. 8.

R. P. D. DVNOZETTO

SAC. ROT. DECANO.

Toletana Augumenti Seruitij.

Lunæ 5. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Ecclesiam habere quasi possessionem parochialitatis quomodo probetur, & an sufficiat probatio aliquorum actuum vt suffragetur in omnibus iuribus Parochialibus.

SVMMARIVM.

1 *Parochialitatis quasi possessio probatur ex testibus deponentibus Parochum actus, & iura parochialia per aliqua Ecclesia exercuisse.*
Quasi possessio iurium parochialium in maiori parte probata suffragatur in omnibus numero primo.
Causa actus magis quam eius exercitium attenditur in his, in quibus causa est vniuersalis, nu. 1.
2 *Augumentum seruitij ad Ecclesiæ Rectorem spectat.*
3 *Possessio semel probata semper continuata præsumitur ad effectum manutentionis.*
4 *Possedisse in futurum præsumitur qui olim possedit, & voluntatem continuandæ possessionis habuisse præsumitur.*
5 *Onus probandi possessionis amissionem incumbit allegantī.*
6 *Testes de Vniuersitate non sunt habendi in consideratione in causa quæ ab ipsa Vniuersitate acriter defenditur.*
7 *Testes numero plures præferuntur testibus paucioribus.*
8 *Testes illi præferuntur, quorum depositiones adminiculatur ex alijs iuribus, & instrumentis.*

DECISIO LXXVII.

DIxerunt Domini Abbati Ecclesiæ Parochialis Beatæ Mariæ de Perazes dandum esse manutentionem

tum de manutenendo in iuribus parochialibus loci de Couos quia de illius possessione constat ex iuribus, ac Testibus datis in Summario, ex quibus apparet homines, & Incolas dicti loci vsque de anno 1510. dictam Ecclesiam de Parazes, vti eorum Parrochialem recognouisse, ac facultatem faciendi celebrare missam tribus diebus Lunæ, Mercurij, & Veneris cuiuslibet hebdomadæ in Ecclesia loci de Couos à dicto Abbate impetrasse, ac de anno 1524. similem facultatem retinendi sacerdotem in dicta eorum Ecclesia de Couos, qui missam celebraret, & in casu necessitatis Sacramenta Infirmis ministrarentur à Priore, & Canonicis eiusdem Ecclesiæ de Parrazes sede Abbatiali tunc vacante, obtinuisse sub ea tamen lege quod homines, & Incole dicti locis in festis Pascalibus, alijsque solemnibus diebus ad Ecclesiam de Parrazes, vti eorum matricem accedere tenerentur, in eaque missam audire, Sacramenta recipere matrimonia contrahere, processionibus Corporis Christi, ac Litanijs, quæ certis diebus in dicta Ecclesia recitantur interesse, mortuos sepelire, anniuersaria pro defunctis celebrare, sepulchrum, seu monumentum feria 5. in Cœna Domini in dicta Ecclesia de Parrazes cum interuentu Populi de Couos conficere, benedictionem candelarum in die Purificationis, Ceneris, & Palmarum diebus ab Ecclesia statutis cum eiusdem Populi de Couos celebrare, aliaue iura Parochalia priuatiuè quoad Ecclesiam de Couos adimplere, quæ omnia fuerunt etiam per sententiam anni 1530. confirmata, & abindè citrà obseruata, prout deponunt dicti Testes, tam in alia causa de anno 1565. quam in ista, de qua agitur de anno 1630. formiter examinati, qui specificè dinumerant prædicta, & alia iura Parochialia, & signanter quod Abbas Ecclesiæ de Perrazes percipit omnes decimas, & primitias dicti loci de Couos, quodque presbyter, seù Locumtenens Ecclesiæ de Couos, qui est amouibilis ad nutum Abbatis de Perrazes qotannis transmittit Abbati seù Superiori Ecclesiæ de Perrazes notam seù bollectinos eorum, qui tempore Paschatis ex præcepto peccata confitentur, & sacra communione reficiuntur, ex quibs negari non potest, quin sit probata quasi possessio Parochialitatis in dicto loco de Couos, vt in specie dixit *Rota in Messanen. iurisdictionis coram bon. mem. Marcomontio inter recent. decis. 226. num. 1. & seqq. & decis. 258. par. 1. recent.* Quæ quidem possessio cum sit probata in maiori parte iurium Parrochialium suffragatur in omnibus; cum in huiusmodi materijs, † in quibus causa est vniuersalis magis attendatur causa actus, quam eius exercitium *Rot. diu. decis. 139. nu. 12. par. 2. & in rec. dec. 582. nu. 2. par. 1. & dec. 640. n. 2. par. 2. Caual. dec. 238. num. 4. Buratt. decis. 903. n. 11.* & in specie iurium parochialium dixit *Rot. in recent. dec. 536. num. 3. part. 2.*

1

Et prædicta confirmantur ex eo, quod homines, & Incolæ dicti loci de Couos petunt hodiè augumentum seruitij in dicta Ecclesia eiusdem loci à d. Abbate Ecclesiæ de Perrazes; Vnde fateri videntur dictum Abbatem esse Parochum vniuersalem eiusdem Ecclesiæ de Couos, quæ intra fines dictæ Ecclesiæ de Perrazes reperitur, cum seruitij augmentum ad Ecclesiæ Rectorem, spectare soleat. *Seraphin. dec. 1304. sub num. 1. vers. quinto ponderatum fuit.*

Nec dicatur, quod prædicta quasi possessio iurium parrochalium sit antiqua, quæ non suffragatur, nisi probetur continuata vsque ad tempus motæ litis, quia vltra quod ex prædictis illa vi-
2 detur probata, etiam de † tempore motæ li-
3 tis, nihilominus † cum non probetur amissa semper continuata præsumitur, etiam ad effectum manutentionis. *Innoc. in cap. de restit. spoliat. Nat. cons. 572. num. 6. Gregor. XV. dec. 555. num. 10.* cum enim, possessio solo animo retineatur eius mutatio, non præsumitur, sed qui olim possedit
4 semper † in futurum possedisse, ac volutatem continuandi possessionem habuisse præsumitur, *Menoch. præsumpt. 64. nu. 4. lib. 6.* adeò vt alleganti
5 Possessionis amissionem, a iucumbat onus eam probandi, vt benè declarat *Reuerendiss. Vrgellen. dec. 75. num. 45. & seqq.*

Non obstant testes ex aduersò examinati deponentes Ecclesiam de Couos esse Parochialem, in eaque Sacramenta administrari independenter ab Ecclesia de Perrazes. Quia vltrà quod plures ex illis sunt Incolæ dicti loci, ac proindè non sunt habendi in magna consideratione in ista causa,
6 quam † Vniuersitas eiusdem loci acriter prosequitur iuxta *notat. per Fælin. in cap. insuper num. 5. de Testibus Bald. in cap. cum Nuncius n. 1. in fin. eod. tit. Paris. cons. 138. n. 34. lib. 4. Couar. pract. quæstion. cap. 18. n. 4. vers. & quin ipse monendum censeo, Reuerendiss. D. meus Decanus dec. 140. n. 2* in omnem euentum visum fuit esse præferendos Testes pro
7 Abbate examinatos. Tum quia † sunt numero plures *cap. cum in nostr. 32. de Testibus Gabr. de Testibus concl. 4. nu. 50. Greg. XV. dec. 100. nu. 3. decis. 32?. num. 6.* Tum etiam quia eorum depositiones
8 sunt † adminiculatæ ex Instrumentis, & aliis iuribus supra ponderatis. *Alex. cons. 91. n. 8. in fin. vers. & eis magis credendum, lib. 4. Ruin. cons. 67. sub nu. 1. lib. 1. Gabr. de testib. d. concl. 4. n. 28.* & fuit dictum *in Nepesina fideicommissi 16. Decembris 1613. coram bon. mem. Card. Pamphilio.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ROIAS

Postea Episcopo Tarraconen.

Placentina admissionis ad habitum.

Lunæ 5. Iulij 1638.

ARGVMENTVM.

Materia nobilitatis in hac decisione plenè, ac doctè exaratur ad statutum Religionis Hierosolymitanæ *tom. 2. cap. 14.* denegans habitum illis quorum Pater proprijs manibus artem vilem, & mecanicam exercuerunt. Testes de centenaria deponentes, quomodo deponere debeant. Ars agraria par aliquem proprijs manibus exercita illius non detrahit nobilitati.

SVMMARIVM.

1 *Testes deponentes de tempore annorum 60. dicuntur deponere de tempore antiquo.*

2 *Testes deponentes de annis 60. & vltrà illud tempus de auditu à maioribus plenè probant etiam de re vltra centum annos, & num.13.*

3 *Testes de auditu probant in antiquis.*

4 *Nobilitas est qualitas deriuans à claro sanguine parentum in eorum liberis propagata.*

Nobiles vltrà honestos plebeios excipiuntur, ac honorantur ibidem.

5 *Nobilitas familiæ appellatur nobilitas procedens à natalibus, quasi à natura, & à maioribus prouenions.*

6 *Nobilis appellatur qui à natalibut nobilis est, & ex genere nobili descendit.*

7 *Nobilitas est virtus, & diuitiæ antiquæ.*

8 *Nobilitas maiorum est claritas, & honorabilitas progenierum.*

9 *Nobiles ex origine habent arma, & insignia distincta ab alijs, quibus eorum tantum familia vtitur.*

10 *Vsus armorum, & insignium in nobilibus requiritur de tanto tempore cuius memoria non extet in contrarium.*

Nobilitas semel probata arguit illam etiam ab antiquo fuisse sub nu.10.

11 *Nobilitas in Hispania probatur per eos actus, &c. qui faciunt veram distinctionem inter nobiles, & plebeios.*

12 *Nobiles in Hispania appellantur infansones.*

13 *Testes probant centenariam si deponant de visu per annos 60. & de reliquo tempore vsque ad centum de auditu à maioribus & num. 15.*

Testes deponentes de centum annis, & vltra si deponunt quod nunquam viderunt, vel audiuerunt contrarium probant immemorabilem. nu.13. & 15.

14 *Amplia etiamsi non dicant quod maiores à quibus ipsi audiuerunt non viderint, nec audiuerint contrarium.*

16 *Centenariæ probatio impossibilis redderetur si testes de visu deponere deberent.*

Testes qui deponant de visu supra centum annos hodie non reperiuntur, nu. 16.

17 *Nobilitas etiam per scripturas probatur.*

18 *Nobilitatem probant testes dicentes aliquem fuisse nobilem, & pro tali reputatum, & quod officia solis nobilibus concedi solita obtinuerit.*

19 *Statutum Religionis Hierosolymitanæ denegat habitum illis quorum patres proprijs manibus artem mecanicam exercuerunt.*

20 *Artem agrariam Imperatores Reges, & alij Potentes exercuerunt.*

Agrorum cultura voluntariè etiam proprijs manibus facta nobilitati non detrahit nu. 20. & seqq.

Agrorum cultura est digna quolibet viro quantumuis generoso, num. 11. & seqq.

23 *Statutum Hierosolymitanæ Religionis de non concedendo habitum illis quorum pater proprijs manibus in artibus sordidibus laborauerit declaratur.*

Non procedere in his qui voluntariè artem agrariam exercuerunt, sed tantum in his qui rusticè viuunt in agris, & num. seq.

25 *Rusticè viuere non dicitur qui pro sui voluptate artem agrariam exercet, sed qui in ea ita se immiscet, vt ab Vrbanis negotijs in totum se abstineat.*

26 *Testes deponentes aliquem proprijs manibus terram arasse nobilitati non detrahit, & quando nu. seqq.*

27 *Dictio*, Aliquoties, *de sui natura exceptionem importat.*

28 *Testes conciliari debent non cauillari.*

29 *Testis per verbum*, Aliquoties, *deponens, si est p... informatus, excludit continuationem temporis.*

DECISIO LXXVIII.

ALphonsus Carrasco petijt admitti inter E...
tes Iustitiæ ad habitum Sancti Ioannis H...
rosolymitani, & deputatis illi Commissarijs...
stificauit suam nobilitatem iuxtà stabilimen...
Religionis cap.5. de recept. Fratr. quæ proba...
fuit per Capitulum Prouinciale admissa, sed...
steà consilium ordinarium, & completum co...
eam iudicauit, sub prætextu, quod ipse Alph...
sus, necnon Pater, & Auus illius artem agrari...
propri manibus exercuerint contra disposition...
in volumine Statutorum tit.2. cap.14. de rec...
Fratrum; Deindè causa in Rota introducta...
ram Reuerendiss.D. meo Vrgellen. fuit dubita...
An constaret de re iudicata, vel potius an sent...
tiæ de partibus essent confirmandæ, & disput...
dubio sub die 7. Februarij 1631. tria contra...
ctum Alphonsum objiciebantur. Primò nulli...
probationum, ex eo quod testes non fuerunt ex...
minati super omnibus articulis, vt in d.tit. de...
cept. Fratr. §.5. cauetur. Secundo, quod non pro...
batur generosa nobilitas qualis in hoc ca...
quiritur d.tit.cap.37. Tertio, quod in probatio...
bus ipsis deficiebant arma, scilicet patris, & m...
tris, aui, & auiæ paternæ, & maternæ, & quod...
spatium saltem centum annorum talibus insi...
prætensæ familiæ fuerint vsæ dict. titul. cap...
Sed, duabus primis obiectionibus reiectis...
mini propter deficientiam probationis vsus...
gnium saltem per spatium centum annoru...
soluerunt non constare de vera nobilitate...
Cui resolutioni non acquiescens Alpho...
obtinuit sibi concedi remissoriam, & factis n...
probationibus decessit, vnde Ioannes frater f...
liæ nobilitatem tuendo, fuit ad causam admis...
& causa proposita sub die 11. Ianuarij præte...
dubitaui: An etiam in ea parte, in qua diceba...
deficere insignia per spatium centum annoru...
constaret de nobilitate, itaut esset necne reced...
dum à decisis, & domini dilata resolutione o...
narunt, vt etiam informaretur strictè super a...
agraria, itaut nobilitati præiudicauerit, & ho...
articulis plenè discussis, constare de vera nob...
tate Alphonsi responderunt.
Quantum enim attinet ab obiectum quod i...
probationibus hactenùs factis deficerent dicta...
Testium, aut authenticæ scripturæ deponentes...
comprobantes Stemmata dd. familiarum pa...
& matris, aui, & auiæ paterni, & maternæ fuis...
vsu saltem per spatium annorum centum, ple...
simè fuit satisfactum ex depositionibus testium...
nouiter examinatorum, & scripturis nouiter...
pertis.
Nam respectu vsus insignium familiæ de C...
rasco paternæ, quæ est eadem cum materna...
quo Catherina Malteria mater d. Alphonsi...
filia Bartholomæi Carraschi, affirmant testes...
visu per annos 60. declarantes ea consistere in...
bore, cui lupus inhæret in Campo aureo S...
1 *rio num.2.3. &* 5. quod iuxtà obseruantiam R...
antiquum dici in testibus firmat *Caputaq. decis...
num...*

num.2.& decis.298.par.3.Put.decis.506.num.2.vers. secus lib.2.in correct. Seraph. decis.75.num.2.Rot.decis.155.num.13.par.2.& decis.5.num.3.par.3.diuers. decis.694.num.2.par.2. & decis.264. num.26.& decis.360.num.8.par.5.recent. Farin.de testib.quæst.69. num.145. & supra id tempus omnes deponunt de auditu à maioribus specificè nominatis, & valdè informatis ætatis 70.80.90.96. annorum qui cognouerant parentes, auos, & proauos, & alios ascendentes d.Alphonsi deponentes de tali ætate, quæ iuncta tempori decurso sexaginta, & vltra
2 annorum † longè excedit annum centesimum à Statuto Religionis Hierosolymitanæ *in cap.7. de recept.Fratr.ad text.in cap.testes, §.de his vbi glos.3. quæst.9.& notata in cap.licet ex quadam de testib.* cum semper sit verum dicere testes ita deponentes de
3 auditu probare in antiquis † *d.cap.licet ex quadam vbi Hostien.num.2. vers.& idem videtur.Ioan.Andr. num.3. eod. vers.Butr. num.1. nota quod in re antiqua Abb.num.3. vers.eadem tamen Ancar.num.1.vers.& idem de omnibus Fælin.in cap.præterea num.1.ad med. vers.& indubitatum de testib. Bart. in tract. de testib. num.28.vers.sed aliquando vetustas, Aymon.de antiq. temp.part.1. §.sed viso de fama num.2. vers.similiter Gabr.de testib.conclus.3.num.1.* qui testatur de communi *sub num.3. vers.tamen tenendo Farin.de testib. d.quæst.69.num.125. Honded.cons.17.num.52.vol.1. Rot. decis.93.num.1. post Modern. Perus. de manutenendo.*

Qui vsus armorum per spatium annorum 100. hodiè corroboratur ex litteris executorialibus Regiæ Cancellariæ Granatensis expeditis die 5. Martij 1549.super nobilitate familię deCarrasco, vt *Summario n.3.* in quibus eadem Stemmata depicta fuerunt,sicuti de eorum visu deponunt Testes dati in *Summario num.4.* Nec obstare potest,quod à d.anno 1549.vsque ad præsentem diem non firmetur vsus insignium annorum 100.quia per necessè est dicendum dictum vsum excedere hominum memoriam, & fuisse proprium d.familiæ,
4 dum tunc fuerunt illi de Carrasco iudicati nobiles & Hidalghi,quia nobilitas est quædam qualitas, siue dignitas deriuata à claro sanguine parentum in eorum liberos propagata, per quam taliter nobiles vltrà honestos plebeios excipiuntur ac honorantur, vt colligere licet ex *l.3. de interd. & relegat. & ex traditis per Bart.in l.1.C.de dignit.Otalora cap.4. Garz.de nobilit.glos.7. à num.17.*
5 & ob id hæc nobilitas appellatur † nobilitas procedens à natalibus, quasi à natura, & maioribus proueniens,*Bald.& alij in l.nobiliores,C.de commer. & mercat.Tiraquel. de nobilit.cap.15. Cassan.in consuet.rub.4.§.19.* vbi elegans *glos.sub num.4.* quæ nobilem eum appellat,qui natalibus nobilis sit,& in
6 *num.15.* dicitur nobilis qui ex † genere nobili descendit,seù à parentibus nobilibus originem trahit *Andr.Siculus cons.57.libr.2.Aristot.4.politicorum*
7 vbi dicit quod nobilitas; est virtus & diuitiæ antiquæ, & *lib.2.* rethoricorum, quod est nobilitas
8 maiorum claritas, & † honorabilitas progenierum, quæ attenditur secundum virtutem geniti *Gutier. pract. quæst. lib.3. quæst.13.num.46.& lib.4. quæst.3.& seq.* quia nobiles ex origine longa serie,
9 & prosapia prædecessorum habent † arma & insignia distincta,& separata ab alijs,quibus eorum familia tantum vtitur à tali tempore, cuius me-

10 moria non est in incontrarium, vt dixit *Rota coram R. P. D. meo Merlino in Toletana habitus 14. Martij 1625.* & ideò iudicium factum in Cancellaria Granatensi super nobilitate, & Hidalghia horum de Carrasco arguit,& supponit illorum ab antiquo tempore splendorem & nobilitatem, cum Hidalghia, & nobilitas in Hispania probe-
11 tur per eos actus, † qui faciunt veram distinctionem inter nobiles,& plebeios,notat *Ioan.Garz.de Hispan. nobilit. glos.7.num.21. Otalora cap.2.num.4. & 7.in fin.* hosque Infanzones,& nobiles appellat *Diuus Thomas de regimine Principum lib.3.cap.final.*
12 idque ea ratione,quia nobili genere sunt geniti.

Quo verò ad auiam Mariam Gomez de Malfeita,quod scilicet ipsa,& cuius familia vsa sit & vtatur insignijs Gentilitijs consistentibus in limbo aureo in campo cælesti transuerso ab imò ad summum incipienti à latere dextero,& terminanti in sinistrum,& quod limbus pro vtroque extremo habet duo capita draconum, ex quorum ore idem limbus oriatur,& in eodem campo existunt sex lilia aurea,scilicet tria in qualibet parte,clarè patet ex depositionibus testium, qui de visu per annos 60.& de auditu à senioribus vsque ad centenariam probant,dum pręsertim affirmant quod
13 ipsi nunquam viderint vel audiuerint † contrarium *Summario num. 6.* itaut non solum probent centenarium vsum, sed immemorabilem *glos. in cap.1.verbo memoria de præscript.in 6.* quam passim Rota sequitur, licet non requiratur, quod maio-
14 res,à quibus audiuerint non † viderint nec audiuerint contrarium, vt post multos notatur *in decis.673.num.9.coram Buratto*, ita vt in casu nostro exuberent probationes, qui etiam vsus centenarius fulcitur ex alijs litteris executorialibus Regijs super nobilitate, & Hidalghia istius familię Gomez de Malfeita cum insertione eorumdem insignium expeditis in Cancellaria Granatensi diæ 5.Maij 1563.*Summario num.7.* quibus accedit recognitio testium de visu à d.tempore.

Circa auiam Beatricem Gonzalez de Verrio vxorem Ioannis Carrasco Aui paterni Alphonsi & filiam Lopez Garziæ de Verrio,constat,ipsam & suos maiores fuisse, & esse nobilitate claros,& per spatium annorum 100.vsos fuisse, & vti insignijs gentilitijs consistentibus in tribus Crucibus albis cum lista rubra in Campo cælesti,vt deponunt testes *Summario num.9.* quorum dicta de visu coniuncta cum auditu, & fama publica quo ad alios abandanter vsum centenarium istorum Stemmatum in domo, & familia de Verrio esse proprium concludunt ita, & taliter; vt nunquam in contrarium nec aliquid audiuerint, quod probant nedum centenarium vsum,sed etiam imme-
15 morabilem †ex proximè deductis,quod denique corroboratur alijs particularibus litteris executorialibus super nobilitate istius familiæ expeditis Granatæ cum graffica eorum insertione die 23.Decembris 1500.*Summario nu.10.* quæ insignia in dd. litteris executorialibus inserta vidisse deponunt Testes dati *Summario num.11.*

Ex quibus cum de vsu armorum dd. familiarum per annos 100.probetur ex testibus vigore remissoriæ Rotalis examinatis optimas,& plures reddentibus rationes, dixerunt Domini resultare plenam & concludentem probationem centena-

rij vſus ad formam ſtabilim. Religionis, ex quo
omnes ſunt ſenes, & deponunt de viſu, & de au-
ditu à ſenioribus, nam alias impoſſibilis famæ
centenariæ redderetur probatio, cum teſtes debe-
16 rent excedere ætatem centum, † & quatuordecim
annorum, qui hodiè non reperiuntur ad *gloſ. in
cap. cum nobis verbum centum annorum de præſcript.
Bald. in auth. quas actiones num. 16. C. de ſacroſan. Ec-
cleſ. & in l. conuenticula num. 6. C. de Epiſc. & cler. Fæ-
lin. in d. c. cum nobis num. 8. de præſcript. Aym. de an-
tiq. temp. par. 4. §. materia iſta ſingularitatis teſtium
num. 48. fol. mihi 479.*

Rurſus vſus centenarius inſignium, & nobili-
tas harum familiarum comprobantur ex ſcriptu-
ris tam reſpectu familiæ Carraſchæ paternæ, &
maternæ, quam familiæ Malfeitæ auiæ maternæ,
17 & familię de Verrio auię paternę, quibus ſcriptu-
ris ſeù literis executorialibus viſis per teſtes &
authenticè probatis, de vera nobilitate Alphonſi
non eſt ambigendum ex deductis *per Ioan. Garz.
vbi ſupra gloſ 7. num. 21.*

Reſpectu autem obiecti artis Agrariæ ita vt il-
lius exercitium, ad effectum de quo agitur, nobi-
litati non præiudicet, pleniſſimè fuit ſatisfactum
in deciſione Reuerendiſſ. D. mei Vrgellen. itaut
hodie ſolum poſſint addi Teſtes nouiter exami-
nati *Summario num. 2.* aſſerentes d. Alphonſum,
necnon patrem, & auos illius fuiſſe nobiles, & vti
18 tales † habitos tentos, & reputatos, & quod offi-
cia publica ſolis nobilibus concedi ſolita obti-
nuerunt, quod eſſe manifeſtum nobilitatis ſignũ
firmat *Rota apud Caſ. de Graſſ. deciſ. 2. num. 1. verſ. 4.
qui fil. ſint legit. Seraph. deciſ 297. nu. 4. Rota dec. 176.
num. 7. par. 1. recent. & deciſ. 248. poſt 2. vol. conſ. Fa-
rin. & fuit dictum in Legionen. purit. ſanguinis 26.
Maij 1631. coram Domino Queipo.*

Non obſtant depoſitiones quatuor Teſtium in
Summario num. 13 affirmantium Alphonſum, eius
patrem, & auum artem agrariam proprijs mani-
bus exercuiſſe contra ſtabilimenta Religionis
19 *tom. 2. cap. 14. de recept. Fratr.* † diſponens habitum
non concedi illis, quorum patres manibus pro-
prijs in artibus ſordidis, & mecanicis labora-
uerint.

Quoniam dixerunt Domini, quod dum conſtat
de nobilitate aliundè, vt ex ſupra deductis, non
verſamur in caſu, cui obſtent ſtabilimenta Reli-
gionis, dum præſertim omnes alij Teſtes dati in
Summario num. 12. benè deponunt id feciſſe pro ſui
animi voluptate, quod feciſſe etiam Imperatores,
20 Reges, † Duces, Dictatores, & Romanos Conſu-
les notat *Tiraquell. de nobilit. cap. 32. ex num. 5. Lu-
pus de vſur. comment. 1. §. 5. num. 9* . cum huiuſmo-
21 di † cultura non detrahat nobilitati vti volunta-
riè facta, & quæ eſt digna viro quantumuis gene-
roſo, *vt per Guidop. deciſ. 41. num. 1. & 196. num. 2.
verſ. ſed otium. & 392. num. 1. Guliel. de Benedict. in
cap. Raynutius verbo dotem quam ei dederat num. 52.
de teſtamen. cum alijs doctè deductis in deciſ. D. mei Vr-
gellen. ſub §. aut verò ſit*, & in nobilibus Hiſpaniæ
ſupponit *Otalora de nobilit. part. 5. principali cap. 2.
verſ. aliqui verò nobiles & lex Regia 4. in ordin. 4.
22 partit. 2.* diſponit, artem † agrariam generoſæ no-
bilitati non præiudicare.

Ex quibus propterea infertur, quod ad exclu-
dendum nobiles Hiſpanos ab admiſſione ad ha-
bitum requiratur ſtabilimentum illorum ex
sè excluſiuum, non ſufficit inductio, quia di
23 Statutum loquitur clarè de † laborantibus
ruſticè viuentibus in agris, quorum exercitiu
ars principalis eſt ipſa res agraria, & ex ipſa
ſibi victum quærunt, vt notatur in fine illiu
ideò dicendum eſt d. Statutum procedere in
24 qui nimis ſordidè, nullaque † prorſus habita
bilitatis ratione, mercenariè in huiuſmodi o
bus ſuam perſonam exercent, & tam humi
abiecto animo ſe ruſticis laboribus immiſce
25 ab honeſtis, & vrbanis † negotijs in totum
ſtineant, vt declarat *Paſchalis de virib. patr.
par. 4. cap. 2. num. 47. Pacius Scala conſil. ſapient.
circa med. verſ. ſed ego*, quem refert, & ſequitur
chal. vbi ſupra.

Et hoc ſuadetur etiam ex Teſtibus depon
bus de Agriculturæ exercitio iſtarum fami
qui, vt Domini conſiderarunt, loquuntur pe
bum aliquoties vidimus cum famulis pro
26 terras per ſe ipſos † araſſe, & ideò eorum di
eſſe intelligenda iuxtà depoſitiones aliorum
ſtium *d. Summario num. 12.* ſcilicet hoc feciſſe
neceſſitatis aut vilis animi gratia, & continuo
ad libitum pro ſua voluptate, & exercendar
27 virium occaſione vt elicitur ex illa dictione
quoties, de qua tertius & ſextus Teſtis depo
ſui natura exceptionem importante, *l. aliquan
ad Velleian. l. ſtichum, §. aditio, ff. de ſolut. Rebuff
interdum verſ. idem in dictione, ff. de verb. ſignif*
28 hoc modo non cauillabuntur † dicta Teſtium
conciliabuntur prout fieri debere notat, *Bald
de quibus col. fin. ff. de leg. Curt. in tract. de teſtibus
cluſ. 60. Dec. conſ. 342. num. 5. & conſ. 595. G
conſ. ciuil. num. 38. Rot. deciſ. 289. num. 6. par. 5. d*

Quibus omnibus per Dominos benè con
ratis viſum fuit de nobilitate ad effectum de
agitur, non poſſe dubitari; & quod ſi Teſtes d
nunt de exercitio artis agrariæ, intelligendi
quod fecerint animi leuandi cauſa, vt dictum
præſertim quia ſeptimus Teſtis, qui fuit fam
horum de Carraſco, ſi quotidiè artem agrar
29 exercuiſſent, † non depoſuiſſet quod plurie
dit, ſed affirmatiuè manus aratro impoſuiſſe
terras ſemper coluiſſe conſtanter affirmaſſet
Etità cauſa maturè diſcuſſa Domini reſ
derunt.

☞ *Deciſio iſta emanata in hac eadem cauſa ſub di
Ianuarij 1638. erit infra in appendice, cum alijs
hic in deciſione citantur.*

REVERENDISS. COCCINO
SACRÆ ROTÆ DECANO.

Sipontina Penſionis.

Lunæ 5. Iulij 1638.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria ſtante irreleuantia articulorum non
ceditur Notarius quando in Inſtrumento p
apponere diem quam dereliquit. Valor bene
narratus per aſcenſum debet concludenter
bari. Annus dilationis à Papa conceſſus in
currere à die datæ litterarum.

SV

SUMMARIUM.

8 *Actus faciendus infrà certum tempus non releuat extra illud factum.*
Instrumentum sine die non releuat quando dies est de substantia, num.1.
2 *Remissoria non est concedenda quando articuli non sunt admittendi, & sunt irreleuantes.*
3 *Notarius etiam post confectum instrumentum potest apponere diem confectionis, sed hoc procedit quando Notarius incontinenti diem apponit, num.4.*
Et quando dies incontinenti dicatur apposita pendet à Iudice, num.5.
4 *Dies in Instrumento non apposita probari potest per Testes.*
6 *Notarius non potest apponere diem in Instrumento dato instrumento authentico sine die.*
7 *Articuli ad effectum probandi quid factum certa die debent illam certam diem continere.*
8 *Dies in Instrumento non appositus ex negligentia Notarij non potest præsumi stante appositione Anni, & mensis.*
Notarius apponens in Instrumento annum, & mensem non præsumitur ex negligentia omisisse diem.
9 *Valor beneficij narratus per ascensum debet plenè, & concludenter probari.*
10 *Remissoria ad hoc vt concedatur sufficit vnum articulum esse releuantem.*
11 *Intellige conclusionem precedere si ille articulus sufficiat ad Victoriam causa, num.11.*
12 *Text. in l. tali facto, ff. de iure dot. declaratur, nu.13. & 14.*
15 *Dos non potest esse ante matrimonium, & conditio alias apposita habetur pro non apposita.*
16 *Annus à Papa concessus in aliqua gratia à die datæ litterarum incipit currere, & num.17.*
18 *Tempus datæ regulariter attenditur in dilatione temporis à Papa facta.*
19 *Dictio infra annum proximum operatur, vt tempus intelligatur currere de momento ad momentum, & num.20.*
21 *Gratia Papæ ab vno, & eodem verbo determinatur.*

DECISIO LXXIX.

HÆC causa fuit commissa A.C. de voto Rotę, & die 26. Aprilis proximi pręteriti resolutum fuit pensionem fuisse extinctam per contractum matrimonij, quia pensionario non suffragabatur indultum retinendi pensionem, cum nec intra annum, nec intra tempus sex mensium prorogatum constaret eum suscepisse militiam, iuxta disposita in ipsa gratia; Instrumentum enim susceptionts militiæ est sine die, quæ erat de substantia, quia actus erat faciendus infrà certum tempus, alias non releuabat, *Specul. in tit. de instrum. edit. §. Instrumentum, vers. quid ergò si dies, in fin, Guidop. decis. 584. Bertaz. de clausul. clausula 1. glos. 3. num. 21.* neque esset per eundem Pensionarium iustificatus valor Abbatiæ narratus. Vnde cum hodiè peteretur remissoria ad probandum supradicta vt consulerem vtrique parti, dubitaui, an dicta remissoria esset concedenda, vel potius standum in decisis, & DD. resoluerunt non esse dandam remissoriam, & standum esse in decisis. Ratio
2 primæ resolutionis † fuit; Quia consideratis duobus articulis, in quibus dicebatur consistere releuantia dictæ remissoriæ, illi non visi fuerunt admittendi, neque releuantes.

Non enim est admittendus primus articulus, in quo articulatur quod de anno 1625. in die, de qua deponunt testes, pensionarius accepit militiam,
3 nam etsi Notarius post † factum possit apponere diem in suo Instrumento, ac etiam dicta dies possit probari per testes ex allegatis per *Bertaz. loco supra citato allegato num. 21. & 23.* Attamen hoc
4 concedit, quando † Notarius incontinenti diem apponit, *Specul. in d. §. Instrumentum, vers. sed numquid confecto Instrumento, Bart. & Bald. & alij allegati per Bertaz. citato loco num. 24. & 25.* vbi firmat,
5 quod pendet à Iudice † quando dies dicatur incontinenti apposita, & in casu nostro cessat omnis difficultas, quia pendet lis super dicta omissione diei, fuit datum Instrumentum authenticū
6 sine die, quam propterea hodiè † Notarius non potest apponere, vt benè post alios *Bertaz. loco allegat. num. 24. vsque ad 29.* Quo verò ad probandam dictam diem per testes, iste modus articulandi videtur nouus, & non admittendus, sed cer-
7 ta dies † in articulis exprimi debuisset, vt titularis facere posset sua interrogatoria adæquata ad diem expressam, & conuincere articulantem; Et hoc tanto magis quod considerabant DD. non posse excogitari, qua de causa Notarius in Instru-
8 mento dictæ militiæ non apposuerit diem, † neque enim poterat dici ex negligentia, quia sicuti apposuit annum, & mensem, & ità & multò faciliùs apponere diem potuisset.

Neque est admittendus secundus articulus circa valorem Abbatiæ, dum articulatur, quod computato anno sterili, cum fertili Abbatia deductis oneribus habeat redditus scutorum 2200. monetæ ad rationem iuliorum decem pro scuto, quia in gratia pensionis narratum fuit, valorem Abbatiæ ascendere ad ducatos 2000. auri de Camera, qui valor etiam inspecto valore ducati de tempore reseruationis pensionis longè excedit valorem scutor. 2200. monetæ articulatum: &
9 cum valor † prædictus fuerit affirmatiuè narratus scilicet per ascensum debet plenè, & concludenter probari, nec sufficit probatio per famam. *Mohed. dec. 3. de test. Seraph. dec. 1009. n. 2* & fuit millies resolutum; Vltrà quod etiamsi articularetur valor narratus, neque dictus articulus esset ad-
10 mittendus, quia † etsi sufficiat vnum articulum esse releuantem, vt detur remissoria, *Cassad. decis. 45. de sequestr. possess. & fruct.* Tamen hoc esset ve-
11 rum, si articulus concluderet ad victoriam causæ, vt per *Mantic. dec. 312. num. 2.* & in hoc casu non concluderet propter dictum impedimentum matrimonij.

Et ex prædictis resultat ratio secundæ resolutionis, scilicet standum esse in decisis, quia non placuit DD. principale obiectum contra decisionem, nempè, quod annus incipiebat currere à
12 die † contractus matrimonii non autem à die gratiæ, vt in *l. tali facto ff. de iur. dot.* vbi dos pro-
13 missa in anno proximo † non debetur nisi ab anno post contractum matrimonij, non autem à à die promissionis, & hoc notat *Bald.* in lectura antiqua *in vers. terminus dotis* & ibi etiam *Alber. Alexander. cons. 145. n. 2. volum. 5. vers. neque ad hoc*

obstat

obstat Gregor. Lopez. partita 4. & 11. l. 11. glos. in verbo siempre s'entiende Quia hoc est speciale in dote;
14 † non enim potest esse dos, antequam sit matrimonium, vt dicunt tex. & Doctores prædicti; imò si partes conuenissent alia conditione, illa
15 † conditio non censeretur apposita, vt per *Bald. in l. qui se debere num. 4. ante med. vers. si in contractu, ff. de condit. causa data*. In nostro autem casu, cum
16 Papa in Indulto dixerit † intra annum proximum annus intelligitur à die datæ literarum, *cap.*
17 *si pro Clericis de præb. in 6.* vbi quando † impetrantibus non facta mentione ordinis, possunt beneficia curata conferri, textus sic determinat (Oportebat tamen, vt ipsi ad ordines, quos requirunt collata eis beneficia, se faciant in proximis statutis à iure temporibus promoueri) *& glos. ibidem in verbo à iure dicit*, in temporibus illius anni, &
18 regulariter attenditur † tempus datæ, *vt in cap. si eo tempore de rescript. in 6.* eoque magis, quod Papa dixit intra annum proximum, dicto enim
19 (proximum) † operatur, quod tempus, intelligatur currere de momento ad momentum. Si enim Papa voluisset tempus currere à die matrimonij sufficiebat dicere (intra annum) absque illa adiectione (proximum,) vt benè per *Bald. in cons. 246. per tot. lib. 5.* & hoc comprobatur, quia Papa concedit retentionem pensionis etiam quod non incederet in habitu, & tonsura, quæ verba sunt necessariò intelligenda antè contractum matrimonij, & gratia ab vno, & eodem verbo determinatur, *Bart. in l. Prætor, la seconda, §. eritque in princ. ff. de vi bonorum raptor*.

Non obstat, quod prima commissio habeat clausulam, sine præiudicio literarum Apostolicarum, & sine retardatione solutionis pensionis, quia in secunda commissione fuerunt addita verba, ita tamen, quod titularis non teneatur de proprio, neque quoad eius personam, pensionarius ex fructibus tantùm Abbatiæ pensionem consequi valeat, & propterea cum Titularis narrauerit Antecessorem assignasse Pensionario fructus Abbatiæ loco pensionis, & se nullos fructus percepisse, nisi probetur quod ipse fructus
22 perceperit clausula; † sine præiudicio, et sine retardatione, non officit, cum titularis sit liberatus, soluendo de proprio, et solum tenetur soluere ex fructibus Abbatiæ, quos percepisse non constat.

Et ità conclusum, vtraque parte informante.

Est supra Decisio 33. hac eadem Parte VIII. Recentior.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO.
Postea S.R.E. Cardinali

Tarentina Vigesimæ.

Lunæ 5. Iulij 1638.

ARGVMENTVM.

Remissoria in causa prophana etiam sine fumo conceditur stante releuantia articulorum, et quando scriptura non est necessaria ad validitatem actus probandi: nec denegatur per solam præsumptionem calumniæ.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria numquam denegatur stante releuant... ticulorum in causa prophana, & si non de... mus, & num. 2.*
Quod fortius procedit commissa causa cum cl... appellatione remota, num. 3.
4 *Vigesima ad hoc vt dicatur debita Episcopo s... tur præscriptio, quæ est probanda.*
5 *Præscriptio consuetudinis soluendi quotam pr... mis suffragatur.*
6 *Consuetudo potest inducere vt loco tribuii s... Domino certa quantitas ex fructibus.*
7 *Consuetudo potest efficere vt Episcopo tamquam ... mino temporali soluatur certa quantitas in ... tione bonorum.*
8 *Remissoria denegari solet quando probari petit... Testes id de quo constare potest per scripturas.*
9 *Probatio per testes non denegatur quando scrip... non est necessaria ad validitatem actus proba...*
10 *Consensus vendendi præstitus per Dominum di... non comprehenditur inter casus, in quibus ... ra necessariò requiritur enumerati à glos. in ... de cens. lib. 6.*
11 *Probatio, quæ melius per testes quam per s... haberi potest eo casu sunt testes admittendi.*
12 *Remissoria, quæ calumniosè petitur non est ... denda.*
13 *Præsumptio sola siue suspicio calumniæ pro deneg... ne remissoriæ non sufficit, sed requiritur ve... *
14 *Immemorabilis fundamentum cessat probato ...*
15 *Possidens ex immemorabili potest allegare qu... que titulum.*

DECISIO LXXX.

Petita fuit in hoc dubio remissoria pro ... Archiepiscopi Tarentini super possess... immemorabili suorum antecessorum in ... gendi vigesimam partem omnium fructuum ... nascebantur in fœudo, quod ille possidet ... dictæ Ecclesiæ intra fines Diœc. nuncupat... pidi Cryptaliarum, necnon etiam in iure ... gendi vigesimam partem pretij omnium ... rum immobilium, quæ ab hominibus ei... loci venduntur, siue alio modo alienantur ... DD. eam concedendam esse responderunt ...
1 visa fuerit releuans materia proposita in ... culis, & causa esset prophana, quo casu ... quam remissoria denegari solet, *vt in decis. 1. 201. lib. 1. & apud Cæsar. de Graff. decis. 10. de dilat. Verall. decis. 68. par. 3.* quamuis ...
2 detur aliquis fumus † materiæ probandæ *... in d. decis. Verall. 68. & in decis. Gassad. 3. ... & coram Gregor. decis. 124. num. 1. & decis. ... num. 3.* quod præcipuè locum habet quando ... ut in casu nostro causa est cõmissa cum cl...
3 appellatione remota † propter præiudicium ... quod parti contingeret si ex probationes ... garentur, vt considerauit *Rot. coram. Greg. ... dit. dec. 562. num. 5. & coram Card. Caual. ... 59. & coram Reuerendissimo D. meo Decano ... mana bonorum de Soderinis 23. Iunij 1603. inter ... pressas decis. 121. num. 3.*
Nec poterat hoc casu dubitari de releuan... articu...

articulorum cum potuerit ex consuetudine immemorabili introduci vt solueretur Archiepiscopo vigesima omnium fructuum, qui in eo loco, & Oppido nascebantur, siue illa dici deberet debita vti Episcopo cum potuisset in suffragari præscriptio, quæ probari debebat vigore
4 † eius consuetudinis, vt probat *text. in cap. cum contingat, & in cap. cum in tua de decim. & notat. ibi gloss. super vtroque cap. in verb. ab antiquo, Rebuff. de decim. quæst. 7. num. 71.* Quod priuilegium præcipuè habere poterat eadem consuetudo respectu quotæ, quæ eidem Archiepiscopo solui debet ratione decimæ, vt tradit idem *Rebuff. quæst. 13. num. 46.* & fuit opinio *Hostiens. in summa eodem tit. de decim. num. 15. Felin. in cap. cum ex officio num. 9. de præscript. Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 17. num. 8.* siue pro ijs ageret Archiepuscopus tanquam Dominus temporalis eiusdem loci cum ex eadem consuetudine etiam introduci potue-
6 rit, vt de omnibus fructibus † solueretur certa quantitas loco tributi, siue in recognitionem directi dominij, vt voluit *Bald. in cons. 419. lib. 1. & in vsib. fœud. in tit. Episcopus, & Abbas fœud. dar. poss. num. 8. Bero cons. 84. num. 41. & tenuit Rota in Mediolanen. iurispatronatus 29. Aprilis 1611. coram Ortembergo inter recent. decis. 313. par. 1. & in Hispalen. decimarum 13. Iunij 1636. coram R.P.D. meo Pirouano* & ex ea consuetudine etiam effici potuit vt solueretur eidem Archiepiscopo tanquam Domino temporali loci eadem certa
7 quantitas in † venditione bonorum; quæ erant illius dominio, vt tenet *Guidop. decis. 415. num. 3. Cassan. ad consuet. Burgund. rubr. 10. §.* & pluribus probat *Amod. a Ponte in tract. de laudem quæst. 13.*

Nec refert quod de quantitate quæ solui soleret in venditionibus bonorum constare posset ex publicis Instrumentis earundem venditionum in quibus occasione consensum, qui dati fuerunt ab Archiepiscopis antecessoribus notatæ essent solutiones illis factæ vndè dicebatur non
8 possè concedi remissoria, quæ semper denegari solet † quando ex testibus probari debet id de quo constare non potest ex scripturis, vt *decis. Cassad 9. de dilat.* quæ attestatur de stylo Palatij, & apud *Achil. dec. 1. eod. tit. num. 6.* & voluit *Fælin. in cap. 1. num. 4. de appellat. Rot. decis. 17. de testib. in nouis.* Hæc enim exceptio pluribus modis tollebatur, & primo consideratum fuit, quod non erat certum vtrum hi consensus fuissent dati in Instrumentis earum venditionum cum potuissent dari tam ante, quã posteà, & tam in peculiari Instrumento; quam sine solemnitate alicuius scripturæ, quo casu cum scriptura non possit dici
9 necessaria ad validitatem actus non poterat denegari probatio ex testibus, vt probat *text. in l. in exercendis, Cod. de fide instrum.* & notant ibi, *gloss. & Castrens. sub num. 2. Decian. cons. 79. num. 5.* & in terminis consensus qui præstitus fuit à Domino in alienetione rei fœudalis voluit *Isern. in cap. 1. num. 4. de prohib. fœud. alien. per Feder. fol. 8. col. 2. Afflict. dec. 243. & decis. 398. num. 1.* vbi propterea negat hunc casum esse comprænhensum inter eos, in quibus scriptura necessariò requiritur, qui enumeratur *per gloss. in cap. 1. de cens. lib. 6. & voluit Camerar. in d. cap. imperialem fol. 8. litt. N.* qui præterea dicit in hoc differre concessionem fœudalem à contractu emphyteut. Secundo consideratum fuit quod probationes propositæ, & super quibus debebant induci testes non se restringebant ad solas solutiones siue consensus datos illarum occasione in venditione bonorum, sed præterea continebant possessionem immemorabilem, quam poterat Archiepiscopus ostendere super ijs solutionibus quæ factæ fuerunt suis antecessoribus, & publicam illarum famam ex testibus, qui hoc audiuissent à maioribus, & illis ab alijs, itaut nunquam fuerit factum, nec auditum contrarium quæ probatio non poterat haberi ex solis Instrumentis, quæ confecta fuissent vel super dd. venditionibus, vel etiam super censibus præstitis, & illa etiam præstare poterat causam vt super ijs
11 probationibus admitterentur † testes vt voluit, *Castrens. in d. l. in exercendis eod. n. 2. C. de fid. Instrum.* vbi regulam generaliter firmat, vt concedi debeat probatio in omnibus ex quibus melius, aut facilius fieri potest, quam ex scripturis, & voluit *Specul. in tit. de instrument. edit. §. 8. n. 16.*

Non etiam obstare visum fuit quod dicebatur, vt hæc remissoria calumniosè peteretur, ex
12 quo † pariter impediri potuisset illius concessio, vt voluit *Felin. in c. de cætero n. 12 de re iud. Roman. cons. 273. nu. 3,* quos secuta fuit *Rot. apud Cassad. dec. 3. de dilat.* Hæc enim calumnia deducebatur duplici capite scilicet illam obtinuerat de anno 1636. Archiepiscopus antecessor, & quia idem Archiepiscopus in articulis tunc datis deduxisset quod debita erat sibi hæc vigesima ex inuestitura quam habebat de dominio huius loci occasione concessionis factæ à Rege Rogerio, quæ non poterat satis esse ad effectum probandi talem calumniam qualis requirebatur pro denegatione remissoriæ, cum non possit satis esse sola præsumptio, siue illius suspicio, sed requiretur, vt eadem præsumptio esset vehemens *vt in decis. Egid. 625. in fin. & fuit dictum in Verdunen. fructuum 16. Nouemb. 1605. coram Card. Lancellotto, & in Brixten. Canonicatus 29. Iunij 1616. & in Elboren. Fructuum 18. Iunij 1618. coram Eminentissimo D. meo Card. Verospio.* Et quod attinet ad primam illius caput excludebatur talis calumnia ex facto cum eadem remissoria numquàm fuerit vsus ipse Archiepiscopus cuius nomine petita fuit. Aliud verò tollebatur; quia procurator, à quo dati fuerunt articuli in actis non habebat ad id speciale mandatum ab Archiepiscopo, sine quo non potuit illi præiudicare, & ita licet propter eam concessionem videretur cessare fundamentum quod hodie fit super
14 † possessione immemorabili cui non poterat esse locus probato initio eiusdem concessionis vt notatur per *Couar. in reg. possess. 2. p. §. 3. n. 7. & lib. 1. var. resol. c. 17. n. 5. Molin. de primogen. lib. 2. c. 6. n. 46. & fuit latè deductum in Corduben. decimarum de Lucena 15. Iunij 1635. coram Reuerendiss. D. meo Decano,* tamen non poterat idem Archiepiscopus prohiberi ne deduceret etiam hunc ti-
15 tulum, quem illi dabat possessio immemorabilis, dum alius, qui dicebatur ei contrarius non fuit ab ipso productus aut ab illius procuratore ex speciali eius mandato ex deductis per

per glos. in capit. super quibusdam §. præterea de verb. signif. & tradit *Felin. in cap. causam quæ de præscript. lib. 7. Gab. conclus. 1. eodem tit.* & tenuit *Rota coram Put. decis. 56. & 199. num. 1. lib. 1. Acchill. decis. 4. de iurepatron.* Et multo minus poterat nocere nouo Archiepiscopo; qui tunc hodie agit, & petit sibi concedi remissoriam, dum ipse non solum non exhibet eum titulum, sed neque causam habet ab Archiepiscopo antecessore, vt tradit *Molin. eod. tract. de primogenit. lib. 2. cap. 6. num. 7. & fuit dictum in ead. decis. Corduben. Decimarum coram Reuerendiss. D. meo Durano, & in Hispalen. decimarum 2. Martij 1635. coram me.*

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. PIROVANO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Census.

Lunæ 5. Iulij 1637.

ARGVMENTVM.

Obligatio minoris nulla valida redditur per ratificationem actus facta tempore quo minor effectus sit maior concurrente scientia nullitatis obligationis, & ex quibus resultet ratificatio.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio minoris non seruata solemnitate statuti Vrbis cap. 155. lib. 1. est nulla.*

2 *Actio oritur ab obligatione tamquam à Matre.*

3 *Ratificatio facta à maiore de contractu scientèr nullo à se gesto tempore minoritatis illum validat.*

4 *Solutio facta à maiore in executionem contractus scienter nulli ab eo facti tempore minoritatis inducit effectiuam ratificationem, & num. 4.*

Quod secus est in minore num. 5.

6 *Minor effectus maior ex lapsu temporis concurrente actu positiuo dicitur ratificare contractum nullum à se gestum data nullitatis scientia.*

Imò ex ista ratificatione purgari, & dolum præsumptum ex læsione, & dolum verum de præterito ibid. num. 6.

Fallit data ignorantia nullitatis contractus num. 7. & 8.

9 *Obseruantia 40. annorum non validat contractum ab initio nullum, & n. 10.*

DECISIO LXXXI.

RENOVATA disputatione super resolutis 4. Maij 1637. dictum fuit ab eisdem esse recedendum.

Quia & si ex eodem instrumento accessionis Com. Iulij Cæsaris appareat illum tunc non attigisse, & seu compleuisse vigesimum annum à Statuto Vrb. pro maioritate ad contrahendum indultum solemnitatesque eiusdem *cap. 151. lib. 1.*
1 non interuenisse; nempè proximiorum præsentiam, Curatoris deputationem, atque Iudicis decretum, & inde ex eiusdem Statuti dispositio-
2 ne obligatio contrahi † per minorum non potuerit, nec per consequens actio ab eo, tanquam à Matre orta dicatur, sine qua, nec mandat... concedi, nec illius executio impetrari posit, in decisione, quæ examinatur firmatum fuit.

Attamen quia idem Com. Iulius Cæsar in ... dem instrumento narrauit se minorem anno... 20. & iurauit, & nihilominus promisit com... 20. suæ ætatis anno, obligationem prædict... acceptare, & ratificare, ac confirmare, & a... tificandum, & confirmandum posse compell... teneri velle, exindeq; facto confirmauit solu... fructus census per 40. & vlteriores annos, pro...
3 accesserat, attenta nullitatis scientia, † & la... quinquennij, & effectiua ratificatione contra... quantumuis nullus tamen remanet validus... *sen. ponderans præcedentem promissionem de ratif... do cons. 46. num. 3. vers. præterea lib. 3. Marian... cons. 48. num. 9. & 10. lib. 2. Menoch. consil. 561.*
4 *mer. 12. & seqq.* dicens solutiones riualida... contractum minoris, quia magis expressè ra... cant, quam verba, & voluntariæ sunt, pro... præsenti; quod secus esset si minor omni de...
5 tus iuris remedio † teneretur ac compelli pos... soluendum *Surd. cons. 9. num. 9. & seqq.* idem ... probans data scientia nullitatis dicens ne... purgari dolum præsumptum ex enormissima...
6 sione, sed & dolum verum de præterito, † c... do cum lapsu temporis concurrit actus posi... *Grat. discept. 711. num. 63. & seqq.* idem ex m... rum sententia affirmans, & cum hac distinct... scientiæ, vel ignorantiæ nullitatis idem ce... *Rota in causa Rom. Lucri dotis, quæst. 13. num. 9...*
7 *Card. Mantic.* nam data ignorantia † nulli... solus cursus temporis quinquennij, & vlt... tanquam ex altera præsumptione causatus... sufficeret ad præsumēdam remissionem dol... sumpti, nec ad renouandum consensum do... tortum, vt dicunt supra allegati Authores.
9 Non obstat, quod sola obseruantia ... 40. annos non reualidet contractum ab ... nullum, & inualidum *Caput. decis. 1. par. 3...*
10 sicuti contractus non firmatur † per expr... ratificationem, ita eo minus per tacitam ex... poris cursu resultantem, & idem dicatur ... tum *in Vrbeuetana Census 24. Ianuarij, & 2...* *1634. coram bo. me. Motmanno.*

Quia *decis. Caput. 1. par. 3.* semper recipit ... pretationem, quando non procedit scienti...
11 litatis, prout in præsenti non potest diffiteri... & ita in specie declaratur *in Rom. hæreditatis ... Maij 1604. coram bon. mem. Litta*, & cum hoc ... supposito non fuit admissa præsumptio l. fin. ... *maior factus in allegata decisione Vrbeuetana C...* quoniam minor in illo casu non habuerit ... tiam nullitatis suæ obligationis, & vlterius ... dictæ decisioni Caputaq. locus non est, q... cum dolo a Statuto præsumpto, scilicèt ... quis contrahit cum minore absque solemn... bus, non etiam alia concurrant, ex quibus ... tet verus dolus ob læsionem minoris cont... rem *Gabr. consil. 20. numer. 37. lib. 2. Crauett...* *160. num. 4. & 5.* Et obseruatum fuit in ... decisione coram Litta, quæ accidentia no... bantur à Com. Iulio Cæsare promittente, & ... gato, & cum prædicta distinctione, eo mag... tè procedendum esse visum fuit, quia St... 151. de obligatione minoris loquenti non ...

ſatur, ſicuti Statuto ſequenti 152. de fil.famil.diſponente contrariatum, in quo expreſsè cauetur, quod illorum obligationes non valeſcant tractu temporis,

Et ita, &c.

Deciſio iſta ſub die 4. Maij 1637. quæ fuit reuocata habetur infra in appendice. Præſens hac deciſio fuit poſtea confirmata coram eodem bon.me.Reuerendiſſ.Piruano Decano ſub die 9. Decembris 1639. quæ eſt infra in hac parte iuxtà ſeriem temporis, in qua iterum reijcitur prima deciſio in hac cauſa emanata ſub die 4. Maij 1637. quæ, vt dixi, erit infra in Appendice.

R. P. D. CARRILLO.

Poſtea Præſide VALLISOLETANO.

Romana Domus.

Veneris 12. Nouembris 1638.

ARGVMENTVM.

Caducato Teſtamento per prędeceſſum hęredis ante Teſtatorem, illud vires aſſumere non poteſt ex ſubſequenti gradu ſubſtitutionis vulgaris, ſi Teſtator eam reſtrinxit ad ſolum vſumfructum rei particularis etiamſi nullum alium cohæredem ſubſtitutum aiunxerit. Vſusfructus non autem proprietas cenſetur relictus ſi Teſtator dixit, quod Legatarius non debeat ſuper re legata moleſtari. Teſtator ſi proximiores inſtituit, & remotiores excluſit non propter odium, ſed cauſa proximiorum remotiores dicitur excluſiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum remanet caducum per mortem hæredis ante Teſtatorem, & nu. 18.*

2 *Teſtator præſumitur inteſtatus decedere voluiſſe ſi poſt primum Teſtamentum, caducum, aliud non condidit, & num. 15.*

3 *Prohibitio alicui facta in caſum mortis Teſtatoris cum Teſtamento, non cenſetur repetita, ſi ille ab inteſtato decedat.*

4 *Teſtamentum caducatum primo gradu poteſt aſſumere vires à ſecundo gradu ſubſtitutionis vulgaris.*

Limita ſi vulgaris ſubſtitutio ad ſolum vſumfructum rei particularis fuerit reſtricta. num. ſeq.

Subſtitutus vulgaris, ſi morte præuentus adire non poteſt, ille efficitur inſtitutus. num. 4. & 5. vbi limita.

5 *Voluntatis quæſtio non admittitur vbi verba Teſtatoris ſunt clara.*

6 *Legatario, vel Fideicommiſſario particulari non accreſcit tota hæreditas ſi nullus hæres ſit, vel per prædeceſſum defecerit.*

7 *Legatarij, & Fideicommiſſarij particulares dicuntur omni reali diſiunctione diſiuncti ab hæreditate vniuerſali.*

8 *Vſufructu alicui legato, etiam cum hoc, quod ſuper eo non debeat moleſtari, intelligitur durante vita Legatarij.*

9 *Teſtator ſi dixit, quod Legatarius ſuper re legata non debeat moleſtari, dicitur ſolum vſumfructum legaſſe, & quare communio parit diſcordias. num. 9.*

10 *Prohibitio Teſtatoris, quod Legatarius ſuper re legata non moleſtetur ceſſat ſi illi, proprietatem cum vſufructu legaſſet.*

11 *Obſeruantia ſubſecuta benè declarat factum, ita ſe à principio habuiſſe.*

12 *Obſeruantia attendi debet etiam in materia reuocationis Teſtamenti.*

13 *Teſtis vnicus nullum facit probationis gradum.*

14 *Excluſio à Teſtatore facta ſi ad aliam cauſam poteſt referri non dici poteſt, quod fuerit per odium facta, & ſuprà num. 14.*

Excluſio remotioris non ad cauſam odij, ſed propter proximiores facta præſumitur. nu. 12.

15 *Odium dicitur remiſiſſe Teſtator, ſi teſtamento caducato, alind non condidit, cum condere potuiſſet.*

16 *Odium cenſetur remiſſum ſi Teſtator cum omnibus Sacramentis deceſſit, & num. 18. vbi amplia*

17 *Odium ex cauſa leui emanatum faciliùs remiſſum cenſetur.*

18 *Vſusfructus legatus vſufructuarij morte finitur.*

19 *Hæredi ab inteſtato viuenti competit immiſſio in bonis hæreditarijs ex interdicto quorum bonorum.*

DECISIO LXXXII.

Petenti Franciſcæ Chriſtianæ immiſſionem ſuper domo, & bonis, de quibus agitur, vti nepti ſuccedenti ab inteſtato Tullię de Fabianis ſe oppoſuerunt DD. Franciſcus, & Ioſeph de Bacciottis hęredes quondam Turini Bacciotti, cui dicta Tullia ex Teſtamento reliquerat vſumfructum dictæ domus, & bonorum prætendentes ſub prædicto legato fuiſſe comprehenſam etiam domus proprietatem, vel in omnem euentum Franciſcam vna cum alijs de Chriſtianis fuiſſe propter odium excluſam in dicto Teſtamento Tulliæ, & ideò ei immiſſionem non competere, & conſequenter ipſis de Bacciottis tanquam reis, & poſſeſſoribus ſufficere vincere per non ius actoris. His tamen non obſtantibus cum fuerit pro immiſſione ad fauorem Franciſcæ prolata ſententia, & cauſa per appellationem ad Rotam deuoluta, dubitaui, an Teſtamentum Tulliæ obſtaret Franciſcæ, itaut illi eſſet deneganda immiſſio, & DD. Teſtamentum non obſtare, & proindè immiſſionem dandam eſſe reſponderunt.

Ratio reſolutionis fuit, quia per prædeceſſum Pantaſileæ hæredis inſtitutę in dicto Teſtamento,
1 idem Teſtamentum † caducatum remanſit, *leg. ſi nemo 9. ff. de teſtam. tut. l.ea quam, C. de fideicom.* & ideò cum in eo nulli legantur ſubſtituti, & poſtmodum non appareat, quod dicta Tullia nouum condiderit Teſtamentum, quod potuiſſet, procul
2 dubio cenſetur decedere voluiſſe † ab inteſtato, *l.1.§.cum autem, C. de caduc. tollend. §.1. inſtit.quib. mod. teſtam. infirment.*

Non obſtat, quod Tullia in dicto ſuo Teſtamento reliquerit dictæ Franciſcæ iulios quinque cum prohibitione, quod in bonis, & hæreditate ipſius nil aliud petere, vel quauis cauſa, & occaſione prætendere poſſet, *& Summario illorum de Bacciottis nu.3.* quoniam talis prohibitio tanquam
3 facta in caſu Teſtamentariæ ſucceſſionis, † non cenſetur repetita in caſu ſucceſſionis ab inteſtato. Ita in ſpecie *ex l. Paulo Callimaco §. 1. & ex Bart. in*

in l. quoties §. si duo n. 5. consuluit Gabriel. consil. 129. nu. 9. vol. 1. referens *Corn. cons. 148. num. 14. vol. 2.* & dixit *Rota in hac eadem causa sub die 10. Ianuarij 1620. coram Seleucien.*

Prout non valet dicere Turinum fuisse substitutum per vulgarem Pantasileæ, quæ prędecessit, Testatrici, & propterea Testamentum caducatum
4 vires assumat † à substitutione vulgari, & Turinus ex substituto euaserit institutus iuxtà dispositionem *l. vnic. §. pro secundo*, vbi *Gloss. in verb. substitutus, Cod. de caduc. tollend. Bart. in l. 1. n. 28. vers. siue primus sit exclusus de vulgar.*

Quia contrarium probatur ex expressis verbis Testatricis, ibi: *Et casu quo ipse D. Turinus superuiueret infrascriptæ eius hæredi tunc, & eo casu ei reliquit vsumfructum domus; in qua ipsa Testatrix inha-*
5 *bitat*, & sic patet, † quod conclusio non amplicatur, dum verba Testatoris sunt clara, & expresse loquuntur de vsufructu, non est admittenda voluntatis quæstio, *per Text. in l. ille, aut ille 25. §. cum in verbis*, vbi *Gloss. & Doct. ff. de leg. 3. & l. non aliter 69. ff. eod. & facit. l. voluntatis 7. vbi gloss. verb. Iudicis, C. de fideicommiss.* maximè cum Testatrix processerit per modum dispositionis particularis ante institutionem hæredis, relinquendo Turino inter legata vsumfructum domus, de qua agitur, quo casu legatario, vel fideicommissario
6 † non accrescit tota hereditas, etiamsi nullus hæres adsit, vel per prędecessum defecerit, *l. ex facto 35. num. 2. ff. de hæred. instit. & §. quartam n. 7. inst tit. de inofficios. testam. Ruin. cons. 190. n. 7. vol. 2. Crauett. consil. 856. num. 17. Peregr. de fideicommiss. art. 34. num. 55. vers.* ratio latè *Bellon. de iur. accresc. cap. 7. quæst. 11. num. 1. cum seqq.* Et ratio est, quia legatarij rei particularis dicuntur omni reali disiunctione disiuncti respectu heredis vniuersalis.
7 Ita Rota sequendo † doctrinam *Rip. in l. ne coniunct. num. 72. de leg. 3. in Cæsenaten. Hæreditatis 19. Nouembris 1631. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Nec vlla vis fieri potest in verbis sequentibus, ibi: *A qua voluit à nemine eum posse repelli, aut alio quouis modo super illa molestari*; nam vltrà quod ea
8 intelligenda sunt † ipso legatario viuente, vt per *Menoch. consil. 1167. num. 3 in fin. vol. 12.* potiùs retorquentur, & ostendunt Testatricem intellexisse de mero vsufructu, licet de eo nullam fecisset mentionem. Siquidem si relinquebatur proprie-
9 tas cum vsufructu, † non erat opus alia prohibitione, quia cessante communione, ex qua solent oriri discordiæ, *l. cum pater, §. dulcissimis de leg. 2. l. final. §. in re communi, ff. de seruit. vrbanor. prædior. & l. qui neque, §. fin. ff. de reb. eorum.* Cessat
10 etiam occasio † vsufructuarium molestandi, *Dec. cons. 278. nu. 5 Caphal. consil. 37. num. 33. volum. 1. Menoch. d. consil. 1167. n. 1. & 2. & præs. 134. nu. 17. lib. 4.* Idque optimè agnouit legatarius, dum egit pro consecutione legati, & acquieuit decisioni Rotali, vbi firmatum existit ei deberi simpliciter legatum vsusfructus, quæ obseruantia subsequu-
11 ta benè declarat † factum, ita se habuisse ab initio, quatenus esset dubium, *l. quædam de rebus dub. Bart. cons. 59. n. 6. Aym. cons. 101. n. 3.* & esset at-
12 tendenda, vt in † materia reuocationis Testamenti, dixit *Rota coram Gregor. 15. decis. 446. num. 13.*

Minus releuat prætensum odium consideratum in Tullia Testatricem contra Franciscam, & ... de Christianis, quod probare conantur T... pro Bacciottis dati in eorum *Summario nu. 6.* quia, re vera DD. visum fuit ex dd. Testibus dictum odium non probari, itaut Testatrix causa voluerit Franciscam, & sorores sua hæ... tate priuare, non enim deponunt de aliqua ... odij capitalis. Imò fatentur, quod illi de C... stianis ipsius Testatricis domum frequentab... & occurrentes per viam inuicem loquebantur, licet secundus testis *Summario nu. 7.* asserat ... illi de Christianis obloquebantur de hon...
13 Testatricis, tamen, cum sit vnicus, † nullum probationis gradum, *cap. licet, cap. veniens iurisiurandi de testibus.*

Vndè dum adest alia causa, ad quam ex... referri potest, quæ est existentia Pantasileæ ... ris Testatricis, & sic vti proximioris magis ...
14 ctæ venit dicendum, † quod prædicta ex... procederet viuente Pantasilea hærede institu... non autem simpliciter, & absolutè, & in ... quo, illa prædecessisset, idquè confirmatur ... quod Testatrix superuixit Pantasileæ per ... ferè annum, vt apparet ex fide obitus vtriu... & datur in *Summario Franciscæ num. 2. & 3.* medio tempore, si voluisset illos de Chri... excludere faciliùs potuisset aliud condere ... mentum quod, cum non fecerit, signum ... dens voluisse ab intestato decedere, & quo...
15 neptes vti proximiores succederent, & odi... si quod habuisset, illis remisisse censetur. ... puncto notant *in l. fratres 27 C. de inofficios. ... Bart. num. 6. Bald. num. 11. Ias. numer. 9. ... de iur. Fisc. lib. 2. tit. 3. num. 14. & tit. 8. ... Bellon. iun. de iur. accresc. capit. 7. quæst. ... mer. 18.*

Tanto magis cum dicta Tullia decesserit ... ptis prius Confessionis, & Sanctissimæ E... stiæ Sacramentis, vt attestatur Parochus, ... stes dati in *Summario Franciscæ num. 6.* qui ...
16 faciliùs dicitur † prætensum odium fuisse ... sum, *Bald. in l. ie, quod pauperibus num. 34. ... Episc. & Cleric. Peregr. de iur. Fisc. lib. 3. tit. ... Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 10. num. 8. Bellon. ... accresc. d. quæst. 57. num. 20.* & transit sine ...
17 cultate, dum odium procedit † prout hic ex ... sa leui, *Bellon. vbi supra nu. 36.*

Ex quibus cum constet Testamentum T... fuisse per prædecessum hæredis caducatum ... tum Turini restrictum ad merum vsumfructum
18 qui † morte finitur, *§. finitur institut. de vsufr. ... Natt. cons. 499. num. 3. & 4. Castill. de vsufru. ... 60. num. 7.* Et Franciscam per odium non ... exclusam meritò dixerunt Domini eidem ... ciscæ Testamentum non obstare, ipsique ... sionem ex interdicto quorum bonorum e...
19 cedendam vti † venienti ab intestato, *l. ... Doctor. C. de interd. quor. bonorum.*

Et sic decisum, vtraque parte informa... &c.

Infrà sub die 8. Aprilis 1639. habetur alia de ... hac causa.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO,

Sacræ Rotæ Decano.

Burgen. Beneficiorum.

Lunæ 15. Nouembris 1638.

ARGVMENTVM.

Gratiosæ subrogationis materia doctissimè enucleatur ad inuestigandum an in duorum locum subrogatus possessionem ex persona vnius, ius verò ex persona alterius, vel totum ius, & possessionem ab vnò tantùm desumere valeat. Possessio beneficij capta nomine Cameræ ipsi prouiso, non autem Commissario, qui nudum tantùm ministerium habet; suffragatur.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus alternatiuè ad ius, & possessionem duorum potest desumere Ius ex persona vnius, & possessionem ex persona alterius. & num. 18. cum seqq. & num. 23. & seqq.*
2 *Possessio Beneficij quam habebat defunctus transfertur in subrogatum in illius iura.*
3 *Possessionem alterius partis probat confessio facta in precibus.*
4 *Subrogatio gratiosa litteris non expeditis effectum gratiosæ subrogationis operari non potest.*
Dictiones, tàm, & quàm cuiuslibet, quilibet, & quomodolibet, sunt alternatiuæ. sub nu. 4.
5 *Dictio, forsan, stat dubitatiuè, & nihil certè firmat.*
6 *Verba solent impropriari ad euitandam contrarietatem.*
7 *Subrogatus alternatiuè ad possessionem duorum, sufficit quod probet possessionem vnius tantum.*
Alternatiuorum vnam tantum sufficit partem esse veram. num. 7.
8 *Subrogatus assumit naturam, & repræsentat personam subrogati.*
9 *Subrogatus consequi potest eorum id quod poterat consequi ille in cuius locum subrogatus fuit.*
10 *Subrogatus potest immissione consequi quàm obtinere poterat ille in cuius locum subrogatus fuit. & num. 12.*
11 *Possessio capta nomine Cameræ suffragatur prouiso Apostolico.*
Commissarius Cameræ in possessione, quæ nomine Cameræ accipitur, nudum ministerium habet. n. 1.
13 *Possessione capta nomine Cameræ prouisus Apostolicus non debet amplius possessionem Cameræ, sed tantum à Commissario Cameræ cessionem obtinere.*
14 *Subrogatus totam gratiam iustificare tenetur, & sic via ordinaria, non exequutiua immissionem consequi potest si fuerit subrogatus in iuribus defuncti non possidentis. ibidem, & num. 21. 23. vbi vide.*
15 *Subrogatus in iuribus defuncti, ac etiam ad exequutionem Breuis per eumdem obtenti, solam clausulam, Constito, iustificare debet. & num. seq.*
17 *Subrogatus gratiosè ad actione, & prosequutionem spolij in personam antecessoris commissi, solum spolium probare tenetur.*
18 *Subrogatus gratiosè in iuribus defuncti in iudicio possessorio ius auctoris iustificare non tenetur.*
22 *In subrogationibus quæ fiunt in iuribus defuncti tot gratiæ esse dicuntur, quot sunt clausulæ in eis appositæ.*
25 *Subrogatus alternatiuè ad ius, & possessionem duorum, potest totum ius ex persona vnius tantùm desumitur, & num. seqq.*
Papæ potestas in beneficialibus est amplissima.

DECISIO LXXXIII.

PErstiterunt DD. in decisis sub die 21. Maij præteriti qua solutum fuit D. Francisco Vacchæ dandam esse immissionem vigore subrogationis gratiosæ in possessionem beneficiorum, de quibus agitur, cum tria requisita, ad effectum illam obtinendi necessaria, nimirum, obitus Azeuedi primo loco defuncti in possessione dictorum beneficiorum, reseruatio, & Clericatus Francisci subrogati sint concludenter iustificata ex rationibus, & fundamentis in d. decisione deductis, quæ adhuc hodie subsistere visa fuerunt.

Non obstant exceptiones oppositę contra personas, & dicta testium deponentium dictum Azeuedum obijsse in mense Octobris reseruato Sedi Archiepiscopali Burgen. vacante, eumque beneficia, de quibus agitur, vsque ad obitum possedisse. Quoniam illæ ex qualitate dictorum Testium, eorumque depositione, quæ hodie fideliter, & integrè fuit exhibita, satis apertè tolluntur, cum ferè omnes sint Curiales, optimæ famæ, & conditionis, ac formiter examinati in Curia, deponant de visu, certa scientia, ac de publica voce, & fama, quos propterea concludenter probare dictum fuit.

Nec possessio Azeuedi potest cotrouerti ex eo, quod ipse non resideret in locis dictorum beneficiorum, tum quia dicta beneficia, vti simplicia personalem residentiam, non requirunt; Tum etiam quia ex eius non residentia non benè infertur ad non possessionem cum ipse potuerit ex causa studij, vel alia legitima causa non residere, & nihilominus per eius ministros, Procuratores, vel Factores fructus dictordm beneficiorum precipere, aliosque actus possessorios agere, prout eum taliter possedisse, & fructus percipisse deponunt prædicti Testes.

Non obstant ea quæ iterum hodie excitabantur ad probandum vacationem, seù reseruationem per obitum d. Azeuedi prędefuncti fuisse consumptam ex prouisione Apostolica facta ad fauorem Bracamontis, ac proindè subrogationem ad ius, & possessione Azeuedi, Francisco subrogato non suffragari; Quoniam placuit responsio data in d. decisione in §. *Non obstat*, quod vacatio, nimirum, exceptionem assertæ consumatæ vacationis ex persona Azenedi, quicquid sit respectu iuris, respectu tamen possessionis, quæ consumpta non fuit, non, quia cum dictus Franciscus fuerit alternatiuè subrogatus in omni iure, & ad omne ius tam d. Azeuedi, quam d. Bracamontis, necnon ad possessionem, in qua eorum quilibet quomodolibet existeret, iuuari potest dicta subrogatione quo ad ius ex
1 persona Bracamonti, & quo ad possessionem ex

ex persona Azeuedi, cum subrogatur † alternatiuè ad ius, & possessionem duorum posſi desumere ius ex persona vnius, & possessionem ex persona alterius, vt sæpè Rota respondit, & signanter *in Colonien. Canonicatus S. Vrsulæ 27. Ianuarij, & 26. Aprilis 1627. coram Eminentiss. Vbaldo, & in Cæsaraugustana Canonicatus 10. Iunij 1630. coram Reuerendiss. Vrgellen., & in Piscien. Beneficij 20 Iunij 1628. coram R.P.D. meo Merlino & in alia Piscien. Beneficij 1. Iulij 1632. corā R.P.D. meo Verospio, & in Pistorien. seù Nullius Beneficij 19. Iunij 1634. coram me.*

Nec placuit replicatio, quod etiam possessio Azeuedi, esset consumpta ad fauorem Bracamontis, vel ex eo, quod idem Bracamons promisus per obitum d. Azeuedi fuerat etiam gratiosè subrogatus ad ius, & possessionem eiusdem Azeuedi, ex qua asserta gratiosa subrogatione inferebatur possessionem quæ erat penes
2 d. Azeuedum prædefunctum ministerio † Papæ subrogantis in ipsum Bracamontem subrogatum translatam fuisse, iuxtà *Mohed dec. 11. nu. 2. vt lit. pen.* cum alijs allegatis in decisione, quæ reuidetur in §. *Nec releuat, Lotter. de benef. lib. 3. q. 13. nu. 13.* Vel ex eo, quod Franciscus tam in eius supplicatione quam in litteris gratiosæ subrogationis narrauerit Azeuedum, & Bracamontem in possessione beneficiorum, de quibus agitur, extitisse ibi, etiam quo ad possessionem in qua quilibet ipsorum existebat, & reperiebatur, quæ confessio † facta in precibus possessio-
3 nem Bracamontis, contrà Franciscum confitentem satis probare dicebatur, *ad l. cum precum C. de liberal. caus. Oldrad. cons. 227. sub. num. 2. Put. decis. 171. num. 1. lib. 2. Rot. decis. 700. num. 2. par. 1. & decis. 401. num. 4. par. 2. recent.*

Quoniam respectu possessionis desumptę ex asserta gratiosa subrogatione obiectum remouetur ex facto, cum nullibi appareat d. Bracamontem quamuis prouisum per obitum Azeuedi litteras deindè gratiosæ subrogationi expediuisse, cum talis asserta gratiosa subrogatio non desumatur nisi ex clausula, *Et quod litteræ in forma gratiosæ subrobationis etiam quoad possessionem expediri possent.* inter alias clausulas generales, si neutri, perindè valere, & similes in secunda parte supplicationis gratiæ principalis adiectas, quæ clausula continens facultatem dumtaxat litteras in forma gratiosæ subrogationis expediendi,
4 † eisdem litteris, prout hic, non expeditis effectum gratiosæ subrogationis hodie non operatur, vt in his terminis aduerterunt *Lancellott. de attent. 2. parte cap. 4. de attent. lit. pendent. in præfat. num. 347. & seqq. Lotter. de re benefic. d. lib. 3. quæst. 13. num. 28. Seraphin. decis. 236. num. 2.*

Respectu verò possessionis desumptæ ex confessione eiusdem Francisci aduertebant DD. possessionem dd. Azeuedi, & Bracamontis non fuisse copulatiuè ac simpliciter narratam, sed potiùs alternatiuè & suppositiuè, quatenus scilicet, vnus, aut alter, vel vterque quomodolibet possedisset, vt aperta colligitur ex illis verbis, *In omni Iure*, & ad omne ius, quod tam Io. Baptistæ Azeuedo, quam Ioanni Bracamonti prædictis, & cuilibet ipsorum, &c. competebat, &c. etiam quoad possessiones, in qua quilibet existebat, & reperiebatur, &c. dictiones e[...] *tàm, & quàm cuiuslibet, quilibet, & quomod*[...] cum sint alternatiuæ, ac distributiuæ respe[...] possessionem d. Bracamontis concludente[...] probant.

Attenta præsertim dictione, *forsan*, in verbis litterarum gratiosæ subrogationis [...] ctis ibi: ex eo, quod idem Ioannes Braca[...] tes breui de capienda possessione nomine[...] meræ Apostolicæ emanato, & forsā intimato[...] exequutioni demandato, &c. quę dictio, f[...]
5 cum stet † dubitatiuè, nihilque certi firmet *l.* [...] *per hanc, vbi gloss. in verb. adiecta causa, ff.* [...] *vindic. Imol. in Clem. 1. num. 18. vers. sic in*[...] *de appell. Rot. coram. Buratt. decis. 550. nu. 2.* [...] arguit possessionem d. Bracamontis dubita[...] ac suppositiuè narratam fuisse quatenus, sc[...] ipse Breuis executionem obtinuisset, eius[...] vigore possessionem adeptus fuisset, adeout[...] tifex, qui sub tali narratiua subrogauit d[...] d. Franciscum ad possessionem vtriusque [...] uedi, scilicet, & Bracamontis, censeatur [...] ad possessionem Bracamontis cum eodem [...] posito adeptæ per eum possessionis subrog[...] voluisse, ne in eisdem litteris subrogat[...]
6 inducatur contrarietas, † ad quam euitand[...] verba etiam impropriari solent, *Cuman. co*[...] *num. 8. vers. in contrarium, & num. 9. Aretin co*[...] *num. 1. & 2. Rot. 290. num. 7. par. 4. recent.*

Hinc non obstat, quod Franciscus subro[...] tus ad possessionem tam Azeuedi, quam [...] camontis teneatur probare possessionem v[...] que, quia cum narratiua dictæ possessionis [...] fuerit copulatiuè, sed alternatiuè concepta [...] ipseque fuerit alternatiuè subrogatus posse[...] nem dicti Azeuedi, ad hoc, vt gratia subr[...]
7 tionis eiusdem suffragetur, † cum in alterna[...] sufficiat alteram dumtaxat partem iustifi[...] *cap. in alternatiuis de reg. iur. in 6. Rot. dec. 245* [...] *& decis. 719. num. 2. par. 2. & decis. 191. num* [...] *& decis. 387. num. 23. part. 5. recent.* & in [...] huiusmodi subrogationis firmauit *Rota in* [...] *Corduben. Canonicatus coram Eminentissimo Vi*[...] *dicta Cæsaraugustana Canonicatus coram R. Vrg*[...] *dicta Pistorien. Beneficij coram me*, & alijs alleg[...]

Cœterum quoad huiusmodi exceptione[...] consumatæ vacationis placuit DD. altera [...] deratio facta in decis. quæ reuidetur in §. Pr[...] *red*, ex eo deducta quod hodie non versamur [...] puris terminis nouæ prouisionis, sed in term[...] etiam gratiosę subrogationis, in qua cu[...]
8 subrogatus assumat naturam, † & repræse[...] personam illius, in cuius locum subroga[...] *Oldrad. cons. 224. num. 25. vers. cum toto illo ge*[...] *li Mobed. decis. 5. sub nu. 2. ad med. vers. & ful*[...] *ctum, vt lit. pendent. Rot. decis. 90. nu. 1. par.* [...]
9 *cent.* id omne consequi potest, † quod poterat [...] in cuius locum subrogatus fuit, *Paris. de* [...] *lib. 13. qu. 5. nu. 75. Lancellott. de attent. 2.* [...] *cap. 4. num. 165.* & fuit dictum *in Cartaginen.* [...] *nonicatus coram R.P.D. Pirouano inter recent.* [...] *490. num. 2. par. 3.*

Vndè cum D. Franciscus prouisus per obi[...] tàm Azeuedi, quàm Bracamontis fuerit e[...] subrogatus non solum ad omne ius, & po[...] sionem Azeuedi, sed etiam ad omne ius [...] camon[...]

camontis etiam quoad executionem Breuis, & litium si quæ existerent in statu, & terminis prosequutionem, vtique ex vi dictæ subrogationis repræsentat non solùm personam Azeuedi, sed etiam personam Bracamontis ad cuius fauorem dicta vacatio esset consumpta, ac propterea quemadmodum Bracamontes si viueret iustificata clausula, *Constito*, in eius Breue apposita, quam fuisse concludenter iustificatam liquido constat ex prædictis alijsque in alia decisione ponderatis, posset vigore d. Breuis immissionem consequi, sic pariter eam consequi valet dictus
10 Franciscus, qui in eius locum etiam † quoad exequutionem dicti Breuis subrogatus fuit, vt in terminis dixit *Rot. in Toletana Beneficij* 14. *Nouembris* 1605. *coram Iusto, relata per Marches. de Commiss. p.* 1. *fol.* 384. *&* 385. *& coram Caual. decis.* 477. *num.* 1. *& dec.* 369. *num.* 3.

Nec videtur subsistere, quod in casu decisionis in dicta causa Toletana Beneficij coram Iusto vigore Breuis iam fuerat nomine Cameræ capta possessio, quæ ideò suffragabatur prouiso
11 Apostolico, veluti capta † nomine ipsius cui de nudo ministerio Commissarius Cameræ deseruit ex traditis per *Gonzal. ad regul.* 8. *gloss.* 34. *num.* 115. *& seq. Rot. in Salamantina Beneficij* 26. *Iunij* 1598. *coram Litta, & in Oueten. Archidiaconatus* 15. *decembris* 1603. *coram bonæ mem. Card. Pamphilio*. Decisiones verò coram Caualerio supponunt prouisum obtinuisse immissionem vigore Breuis, quam non apparet Bracamontem obtinuisse. Nam
12 quoad decisionem † in causa Toletana Beneficij, apertè legitur, quod in gratiosa subrogatione ad prosequutionem Breuis sicuti Carolus debuisset immitti, ita & Salindus in eius locum subrogatus, quæ verba non supponunt possessionem fuisse captam nomine Cameræ, cum si illa reuera capta fuisset, Carolus non debuisset amplius im-
13 missionem petere, † sed illi satis fuisset obtinere cessionem à Commissario Cameræ, vt benè aduertit *Gonz. in ex aduerso cit. glos.* 34. *n.* 118.

Quo verò ad decisiones Caualerij ex earum lectura elicitur illum, qui mandatum de immittendo vigore Breuis obtinuerat ante illius exequutionem obijsse.

Nec proindè obstat, quod Franciscus subro-
14 gatus ad ius Bracamontis non † posidentis teneatur totam gratiam principalem eiusdem Bracamontis iustificare perindè, ac si ad illius canonizationem ageret, & sic via ordinaria, non autem exequutiua immisionem consequi, *Rebuff. in tit. de subrog. n.* 35. *& super Concord. tit. de Mandat. Apostol. §. declarantes in verb. Et successores nostros circa fin. versic. Insuper subrogatus, Cassador. dec.* 2. *de caus. possess. & propè Rot. in Carthaginen. Portionis* 21 *Octobris* 1588. *coram Gypsio post Marches. de commiss. par.* 1. *fol.* 472 *in Pamphilionen. de Sanguisa* 28. *Maij* 1608. *coram Ortembergo relata per Garz. de benefic. par.* 6. *cap.* 4. *n.* 39. *& sub n.* 36. *Reuerendiss. D. meus Decanus dec.* 317. *n.* 6. *Lotther. de re benefic. d. lib.* 3. *qu.* 13. *n.* 66.

Nam fuit responsum dictam conclusionem procedere in subrogato simpliciter ad ius defuncti, quem non apparet possedisse, secus autem in subrogato prout hic, non solum ad ius defuncti, sed etiam ad executionem Breuis ab eodem de-
15 functo obtenti, quia tunc † quemadmodum talis defunctus, cui facta est subrogatio non tenebatur iustificare totam eius gratiam principalem ad effectum consequendi immissionem via exequutiua, sed clausulam, *Constito*, dumtaxat in eius Breui Appositam, ex latè traditis per *Garz. de benefic. part.* 6. *cap.* 3. *n.* 25. sic pariter eandem gratiam non tenetur iustificare is, qui in eius lo-
16 cum † etiam quoad executionem Breuis subrogatus fuit, vt in specie aduerterunt *Garz. de benefic. d. par.* 6. *cap.* 4. *in additione sub num.* 36. *versic subrogatus tamen gratiosè ad exequutionem Breuis. Lotther. de re benefic. d. qu.* 13. *num.* 67. & fuit dictum, *in Salamantina Beneficij* 16. *Iunij* 1598. *coram Litta, & in dicta Toletana Beneficij* 14. *Nouembris* 1605. *sub n.* 9. *coram Iusto, & in Meliten. Prioratus* 18. *Martij* 1619. *coram Manzanedo*, quas comprobauit *Rot. in Vicen. Camerariæ* 19. *Ianuarij* 1622. *coram Buratto dec.* 590. *num.* 6. *inter impress. Caual. dicta decis.* 477. *num.* 1. *ad fin. & seqq. & dicta dec.* 639. *nu.* 2. *ad fin.*

Prout in simili subrogatus gratiosè ad actionem, & prosequutionem spolij in personam antecessoris commissi non tenetur iustificare totam
17 gratiam, † sed ei sufficit probare spolium quamuis, in cuius locum fuit subbrogatus non decesserit in possessione, *Garz. de benefic. dict. cap.* 4. *sub num.* 36. *versic. Similiter etiam subrogatus*, vbi refert *decisionem Rotæ in Cameracen. Canonicatus* 4. *Debris* 1573. *coram Clement. VIII.*

Præterea dicebant DD. non applicari dictum obiectum in casu de quo agitur, quia licet Bracamontes non possederit; Attamen cum Franciscus fuerit alternatiuè subrogatus ad ius, & possessionem, in qua eorum quilibet existeret sufficit Azeuedum possedisse ad hoc, vt idem Franciscus vigore dictæ subrogationis immisionem consequi valeat cum posit desumere ius ex persona Bracamontis, & possessionem ex persona Azeuedi etiam quod gratia principalis dicti
18 Bracamontis non esset iustificata cum † subrogatus gratiosè in hoc iudicio possessorio non teneatur iustificare ius eius authoris, vt in proposito dixit *Rota coram Seraphin. d. dec.* 596. *num.* 3. vbi subiungit contraria procedere ad effectum petitorij, & canonizationis gratiæ, non autem possessorij vigore subrogationis gratiosæ, & in
19 specie quod alternatiuè subrogatus † ad ius, & possessionem duorum vnius; scilicet, qui possedit, & alterius, qui non possedit, posit desumere ius ex persona non posidentis, & possessionem ex persona alterius, qui possedit dixit *Rot. in d. Pistorien. seu Nullius Beneficij coram me*, vbi D. Archiepiscopus Pisanus obtinuerat subrogari ad ius, & possessionem tam Euerardi prædefuncti, quam Verzoni collitigantis, & qnamuis Verzonus non possedisset, nihilominus Rota dixit sufficere dictum Euerardum possedisse, proindeque Archiepiscopum potuisse desumere ius ex persona dicti Verzoni, & posses-
20 sionem ex persona Euerardi idemque † comprobatur ex pluribus decisionibus suprà relatis, & signanter *coram Caual. dec.* 459. *num.* 7. *in fin. vers. postremò autem, & d. dec.* 477. *num.* 5. *vers. Nec applicari*, vbi espondet contraria procedere solum in subrogatione facta ad ius vnius non posidentis.

Nec

Nec dicatur, quod Franciscus non possit desumere possessionem Azeuedi, nisi dependenter ex persona, & iure Bracamontis ad cuius fauorem omnis vacatio ex persona Azeuedi, etiam respectu possessionis, vt ab initio dicebatur consumpta fuit cumque dictus Bracamontes nunquam possederit, iterum inferebatur D. Franciscum teneri gratiam eiusdem Bracamontis iustificare ex allegatis.

Quia cum ex prędictis appareat possessionem Azeuedi non fuisse consumptam ad fauorem Bracamontis, ex eo, quod iste reuera non possederit, vtique Franciscus alternatiuè subroga-
21 tus ad ius, & possessionem † vtriusque rectè iuuari potest dicta subrogatione; omissa iustificatione gratiæ Bracamontis, quoad ius, vel possessionem ex persona vnius, vel alterius independenter ab alterutra ipsarum, & sic quoad ius ex persona Bracamontis, saltem illud quod ei competebat pro executione Breuis independenter ex persona Bracamontis, vel denique quoad ius, & possessionem ex persona vnius independenter ab altero, cum in huiusmodi subrogationibus tot
22 esse gratiæ censeantur † quot sunt clausulæ in eis contentæ, *Bellam. dec. 115. incip. falsa expressio sub tit. de rescript. & præben. num. 3. vers. Nec obstat quod dictum est, Lancellott. de attent. cap. 4. in præfat. numer. 410. & seq. in vltima impress. Gonzal. reg. 8. gloss. 5. §. 9. num. 59.*

Denique non obstat, quod gratia Bracamontis non iustificata Franciscus nullum habeat titulum, sine quo subrogatio sustineri non valeat, non quidem ex persona propria cum ipse propriam eius gratiam principalem non iustificauerit, neque ex persona Azeuedi, cum ius illius esset consumptum, ex prouisione Apostolica facta Bracamonti, nec denique ex persona eiusdem Bracamontis, cum neque eius gratia prin-
23 cipalis sit iustificata, † nec ipse fuerit triennalis possessor, adeòut iuuari possit *allegat. Lapi 89.*

Quandoquidem cum d. Franciscus fuerit prouisus per obitum tam Azeuedi, quam Bracamontis, ac successiuè fuerit etiam alternatiuè subrogatus ad ius, & possessionem vtriusque dicebant DD. ipsum duplici niti prouisione vna, qua fuit prouisus per obitum Azeuedi, & altera, qua fuit prouisus per obitum Bracamontis, ac rursus eundem Franciscum duplici niti subrogatione, vna, qua fuit subrogatus ad ius, & possessionem Azeuedi, altera verò qua fuit subrogatus ad ius Bracamontis etiam quoad executionem Breuis, ac proindè Franciscum non egere iustificatione alterius gratiæ principalis.

Aut enim ius Azeuedi fuit consumptum ad fauorem Bracamontis, & tunc Franciscus subro-
24 gatus † ad ius vtriusque posset desumere idem ius pro suo titulo ex persona Bracamontis, & possessionem ex persona Azeuedi ex allegatis.

Aut verò ius Azeuedi non fuit consumptum ad fauorem d. Bracamontis ex eo quod iste prouisus per obitum Azeuedi suam gratiam principalem non iustificauerit, & tunc idem Franciscus posset desumere ius, & possessionem ex persona Azeuedi, sicque venire independenter ex vacatione vnius, vel alterius, adeòut etiam gra-
25 tia Bracamontis non iuxificata † posset ex integro venire ex vacatione per obitum Az[...] prædefuncti, vt in terminis dixit *Rot. in d[...] Saraugustana Canonicatus coram Reuerendiss. [...]len. quæ est dec. 385. num. 6. par. 5. recent. & cora[m] ual d. dec. 477. num. 4.*

Sed visa fuit cessare prorsus omnis hæc [...]ptatio ex eo quod, vt dictum fuit in alia [...]sione Summus Pontifex tota hac facti serie intellecta beneficia, de quibus agitur, co[...] D. Francisco vti adhuc vacantia per o[bi]tam Azeuedi, quam Bracamontis, eumq[ue]
26 prouisum etiam gratiosè † subrogauit in iure, & ad omne vtriusque, necnon ad [...]sionem in qua eorum quilibet quomodoli[bet] [...]steret etiam quoad exequutionem Breuis, [...]niaque acta illius vigore facta, ac litium, [...] existerent in eisdem statu, & terminis pr[...]tionem, vnde sat esse dicebatur vnum, v[...]rum habuisse ius, & possessionem, vel
27 ius, saltem pro exequutione Breuis alte[...] verò possessionem ad hoc, vt gratia d. sub[roga]tionis suffragetur, eiusque vigore Fra[nciscus] immissionem consequi valeat, cum Pa[pæ vo]luntas sit indubitata, eiusque potestas in [...]
28 cialibus sit amplissima † & adæquet, vt [...] dicitur, quadrata rotundis.

Et ita causa pluriès proposita, et vtra[que] parte informante resolutum fuit.

☞ *Decisio ista in hac causa emanata sub die 2[...] præteriti est suprà in hac eadem part. dec. 44.*

R. P. D. CARILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Brixien. seu nullius Iurisdictionis.

Veneris 19. Nouembris 1638.

ARGVMENTVM.

In causis prophanis, qualis etiam iudicatur [...] Iurisdictionis, cum non agatur de titulo be[nefi]cij Remissoria conceditur sine fumo data [rele]uantia etiam vnus tantùm articuli.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in causa prophana sine fumo conc[editur] quando materia articulata est releuans.*
Causa quælibet dicitur prophana, vbi non agi[tur de] titulo beneficij, num. 1.
2 *Remissoria si causa est in prima instantia, vt p[leru]mum conceditur.*
3 *Iurisdictio spectat ad Abbatem habentem T[errito]rium separatum cum exercitio Iurisdictionis [...] Episcopalis.*
Episcopus fundatam habet intentionem super Iu[risdi]ctione intra terminos suæ Diœcesis, num. 3.
Probato tamen contrario talis iuris assistentia [...] operatur d. n. 3.
4 *Remissoria semper conceditur, quoad omnes arti[culos] & si vnus tantum sit releuans.*
5 *Remissoria denegatur, quando per scripturas p[...]tur contrarium illius, quod per testes proba[ri] tenditur.*

5 Eu[...]

6 *Enunciatiuæ emanatæ à persona interessata non probant.*
7 *Enunciatiuæ non probant, vbi agitur de probanda veritatæ enunciati.*
8 *Gratia emanata ad supplicationem partis cum clausula, vt asseris, assertiua non iustificata, nullum ius tribuit.*
9 *Ecclesiæ præiudicare non possunt Abbates, siue scienter, siue ignoranter.*
10 *Remissoriæ in concessione non sunt discutienda iura partium, sed sufficit docere de releuantia articulorum.*
Probatio probationem non excludit. num.10.
Probationibus factis iudicare debet Iudex, quænam probatio clarior appareat, & præualere debeat, non anteà, num.10.
11 *Remissoria in iudicijs possessoriis in quibus fuit suspensum petitorium, conceditur cum clausula, sine* præiudicio.

DECISIO LXXXIV.

Censuerunt Domini D. Abbati in Stambs essedandam Remissoriã cum ea denegari nequeat stante releuantia Articulorum etiam sine fumo,
1 quando † causa est prophana, prout talis quælibet reputatur dum non agitur de titulo beneficij, *Caputaquen. decis.99. par.1. Gregor. decis.174. num.7. & decis.403. num.2.* maximè cum causa
2 pendeat in Rota † in prima instantia, *Gregor. vbi proximè num.4.*

Quod autem articuli sint releuantes patet ex eorum lectura, *data in Summario Abbatis num. 1.* tendunt enim ad probandum Monasteriũ Stambsense habere Territorium separatum ab alijs, exercitium Iurisdictionis spiritualis, & quasi Episcopalis, regimen Ecclesiæ Parochialis S. Ioannis Baptistæ spectare ad Abbates pro tempore, & quod d. Ecclesia soleat visitari à Superioribus Ordinis Cisterciensis priuatiuè quoad Episcopum,
3 quibus † quidem probatis fundata remanebat intentio Abbatis super exercitio Iurisdictionis, de qua agitur, non obstante iuris assistentia pro Reuerendissimo D. Episcopo Brixineñ allegata, *Hostien. in cap. cum contingat num.1. vers. sunt tamen aliqui, Abb. num.18. Butr. num.11. de for. compet.* cum alijs relat. per *Rot. coram Andrea in decis.74. num.5. & coram Seraphino in decis.1278.*

Et licet fuerit replicatum omnia Territoria esse particularibus confinibus distincta, & quibuscumque Abbatibus competere exercitium Iurisdictionis in suis Abbatijs, & sic quoad istos duos articulos penitus deficere releuantiam, cum non fuerit articulatum d. Territorium esse separatum ab alijs Diœcesibus, & Abbati in Stambs competere exercitium Iurisdictionis priuatiuè quoad Episcopum super d. Territorio tanquam habito pro Diœcesi eiusdem Abbatis prout requiritur, & fuerat in prioribus articulis deductum.
4 Attamen quicquid sit de dd. duorum articulorum releuantia dixerunt Domini, quod quoad alios duos super regimine Ecclesię Parochialis S. Ioan. Baptistæ, & super iure visitandi priuatiuè quoad Episcopum non posse negari quin constet de releuantia, & propterea intrat vulgaris conclusio, quam semper Rota sequitur, vt data releuantia
5 vnius articuli detur † remissoria quoad omnes, *Cassador. decis.5. de sequestr. possess. & fruct. Seraph. decis.1364. num.3. Gregor d. dec.403. num.4.* & passim in alijs.

Nec obstant plures scripturæ pro D. Episcopo productę, quarum vigore dicebatur constare contrarium eius quod per testes hodiè probari præ-
6 tenditur; † & sic denegandam esse remissoriam, *Seraph. decis.1460. num.3. Gregor. decis.253. num.2.* ibique *adden. num.3.* quia vltra quod vt videre est, *in Summario num.4.5.6.7.8. & 9. & cum seqq.* sunt omnes enunciatiuæ, quæ vel tanquam emanatæ
7 ab eodem Episcopo † interesse habente non probant, *Aym. de antiq. temp. par.1. §.1. num.7. & 9. Gre-*
8 *gor. decis.77. nu.8.* & eo minus quando agitur † de veritate enunciati, *Paris. cons.128. num.22. vers. insuper num.4. Aretin. cons.23. num.8. cum seqq. Rot decis.197. num.70. cum seqq. par.5. recent.* vel denique vti prouenientes etiam ab ipsis Abbatibus, qui eorum Ecclesiæ, & Ordini siue ignoranter, siue
9 scienter † præiudicare non potuerunt, *Vitalin. in Clem.1. num.53. de offic. Vicarij, Calderin. cons.5. num.1. de confess. Castrens. cons.338. num.3. lib.1. Rota decis.480. num.4. par.1. recent. & coram Seraphin. d. decis.1278. num.3.* & nouissimè *coram R. P. D. meo Pirouano in S. Angeli Lombardorum Iurisdictionis sub die 6. Martij 1637.*

In omnem euentum placuit responsio quod hodiè non sunt discutienda iura partium, sed sufficit docere de releuantia articulorum ad hoc vt
10 remissoria concedatur † ex regula quod probatio probationem non excludit, posteà verò videbitur quænam probatio clarior appareat, & præualere debeat, *Ægyd decis.65. in fin. Put. decis.34. lib.1. & decis.63. num.1. lib.3. Rota coram Gregor. decis.163. num.9. vbi adden. num.12.* & nouissimè fuit dictum *coram R. P. D. meo Merlino in Vicen. Iurisdictionis sub die 5. Iulij præsentis anni.*

Sed quia pro parte D. Episcopi fuit quoque deductum in actis fuisse per cedulam suspensum petitorium; Conclusum fuit Remissoriam Abbati
11 esse concedendam sine † tamen præiudicio summarijssimi possessorij.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. PANZIROLO

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Spoletana Decimarum.

Mercurij 24. Nouembris 1638.

ARGVMENTVM.

Parochiali suppressa, & à Pontifice in Collegiatam erecta cum assignatione Priori, & Canonicis facta omnium, & singulorum bonorum fructuum, redditnum, &c. quę ad Ecclesiam vti Parochialem spectabant, non potest Prior prætendere sibi deberi nonnulla emolumenta prouenientia ratione fontis Baptismatis non solum à proprijs Parochianis, sed ab alijs diuersæ Parochiæ.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ, & alia emolumenta propriè sumpta debentur Ecclesiæ Parochiale.*

2 *Quar-*

2 *Quarta funeralis Regulariter recensetur inter Parochiales obuentiones.*

3 *Dispositio generaliter loquens comprehendit omnem redditum licet modicum vndecumque, & quomodocumque prouenientem.*

4 *Transactio super re certa, & indubitata non subsistit.*

5 *Transactio à Canonicis facta de rebus ad Canonicatum spectantibus indiget confirmatione Apostolica.*

6 *Transactio facta à Canonicis (si omnes non interfuerint, imo nec Capellani qui sint de corpore Capituli) est nulla.*

7 *Maior pars non potest præiudicare minori, quando de singulorum interesse agitur.*
Imò vnius contractio sufficiens est ad impediendum actum, ibidem.

8 *Concordia super decimis tenet absque Beneplacito Apostolico, & num. 9.*
Fallit, quando Decimæ ex clara Pontificis dispositione fuerunt alicui applicatæ cum decreto irritanti alijsque clausulis amplissimis, num. 9.

DECISIO LXXXV.

Fel. record. Paulus V. de Anno 1620. suppressit Parochialem Ecclesiam S. Angeli Terræ Meuaniæ, eamque in Collegiatam erexit, institutus ibi vno Priore, sex Canonicis, ac tribus Cappellanis, quibus pro dote assignauit omnia, & singula bona, proprietates, fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta ad dictam Ecclesiam vti Parochialem quomodolibet spectantia, & vbique existentia, Priori verò, cui exercitium curæ Animarum, Sacramentorum administratio, ac alia onera Parochialia sunt demandata, duplicem dictorum Redditibus portionem constituit.

Verùm dictus Prior cœpit prætendere, quod licet Decimæ, & alia emolumenta propriæ sumpta Ecclesiæ
1 † Parochiali debeantur, iuxtà *Text. in cap. cum contingat, vbi Abb. num. 7. & alij DD. de Decim. Gonzal. super reg. 8. gloss. 6. num. 75. Seraphin. decis. 1449. num. 5.* cum alijs relatis per *Barbos. de Paroch. cap. 28. §. 2. num. 7.* Attamen quartam funeralem ad ipsum spectare, sicut etiam nonnullas modicas, & exiguas obuentiones consistentes in parua, & in incerta quantitate frumenti, pecunijs, ac candelis, atque hoc non ratione administrationis Sacramentorum, sed solum ratione fontis Baptismalis, qui solus in dicto loco existit, præsertim cum istæ obuentiones non tantum à Parochianis dictæ Ecclesiæ, sed ad habitantibus in duabus diuersis Parochijs tradi soleant, & super hoc extet etiam concordia inita inter ipsum Priorem, & Canonicos.

Sed cum pro parte Capituli contrarium prætenderetur. Dubitaui ad quem dicta emolumenta spectarent, & ad fauorem Capituli fuit responsum: Quia cum in litteris erectionis huius Collegiatæ pro omnium, & singulorum Prioris, Canonicorum, & Cappellanorum substentatione, omnia prædicta iura, & emolumenta mensæ Capitulari fuerint applicata, nullo modo potest Prior illa contrà formam Bullæ sibi applicare,
2 & præcipuè quartam funeralem, † quæ regulariter inter Parochiales obuentiones recensetur, *cap. 1. & cap. relatum de sepultur. Abb. in rubr. de Paroch. num. 2. Vitalin. in Clement. Dudum, §. rum num. 9. & 10. de sepultur. Sebast. Med. eod. tat. quæst. 8. cas. 1. & 6. Mantic. decis. 294. nu Rot. decis. 376. num. 1. & decis. 473. num. 3. p. recent.* sed nec alios quoscumque prouentus licet modicos, cum & isti in eadem Pauli Q. dispositione comprehendantur, cum dispo generaliter loquatur, itaut comprehendat o
3 reddituũ licet modicũ, † ac vndecumque, & modocumque prouenientem, *gloss. in cap. di il secondo, verb. assignari de præbend. Boer. dec. num. 4. & seq. Guttier. cons. 8. num. 3.*

Nec visa est obstare asserta transactio inita inter Priorem, & Canonicos, tum quia, cum iusmodi emolumenta clarè spectarent ad C tulum, & Cappellanos, transactio super illi
4 cta tanquam super re certa, † & indubitata n subsistit, *l. 1. ff. de transact. & l. si causa cogn eodem, Roman consil. 517. num. 18. Rot. in re decis. 462. num. 9. & decis. 534. num. 5. par.* multò minus dum non fuit authoritate Apo
5 ca roborata, cum tamen egeret confirmatio ex quo transactio est species alienationis, & nonici dimittebant iura sibi competentia, *phin. decis. 22. Redoan. de reb. Eccles. non al rubr. quæ ven. appellation. alien. quæst. 2. num.*

Præterea dicebatur, quod ista concordia transactio facta fuit ab aliquibus, non autem omnibus Canonicis, non interueniente, nec cato aliquo ex Cappellanis, qui cum a litteris erectionis sint de corpore Capituli
6 circò † transactio sine illis facta, non est ha da in consideratione, *Redoan. supradicto titul qui sint vocan. in alien. quæst. 34. num. 1. na* quando agitur de iure, & interesse singulor
7 maior pars non potest præiudicare † minor nimò vnius condictio sufficiens ad impedie actum, *Imol. in cap. humilis num. 1. & 6. de & obed. Paris. consil. 90. num. 15. lib. 4. Ser decis. 708. num. 3. Rot. decis. 755. num. 4. ve tamen par. 2. recent. & in Burgen. Concordiæ 14 nuarij 1611. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Non obstat, quod Concordia super de
8 teneat † absque Beneplacito Apostolico, fuit resolutum in *Legionen. Decimarum 29. M 1637. coram R. P. D. meo Ghisilerio,* fuit enim sponsum, casum illum huic nostro non app ri, ex quo nos versamur in erectione Colleg cum clara dispositione circa reparationem I
9 marum, & quorum cum fructuum, ac em mentorum, cum decreto irritanti, alijsque c sulis amplissimis, & prægnantibus. In casu dictæ Decisionis, cum adesset lis super De inter Abbatem Sancti Secundi, & Rectores Parochiarum de Sahagun, decreuerunt pro pacis, ac litium extinctione ad concordiam uenire, & propterea dictum fuit, d. transa substineri, etiam quod non fuisset benepl Apost. confirmata, *ad text. in cap. 1. & cap. vbi Anchar. num. 1. Franc. num. 2. de pact.* & facit authoritas *text. in cap. ex multiplici de cimis, &c. 2. de transact.*

Et ità vtraque &c.

R.P.

R. P. D. GHISILERIO
postea Episcopo TERRACINEN.

Romana Fideicommissi de Cæsareis.

Mercurij 24. Nouembris 1638.

ARGVMENTVM.

Immissio hæredi fideicommissario non potest retardari sub prætextu retentionis pro dote quando illa est soluta, lucrum dotale stantibus filijs venit in restitutione fideicommissi.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum dotale stantibus filijs ex dispositione statuti Vrbis acquiritur solum quoad vsumfructum.*
2 *Lucrum dotale stantibus filijs non potest mulier ad suos hæredes transmittere.*
Lucrum dotale venit in restitutione fideicommissi, num. 2.
3 *Fructus percepti à die motæ litis spectant ad illum ad cuius fauorem fideicommissum purificatum fuit.*
4 *Fructus ex aliena substantia nec minus bona fide percipi possunt.*

DECISIO LXXXVI.

Coram bo. mem. Motmanno sub die 18. Decembris 1637. * fuit dictum dotem Sanctæ non ascendere ad scuta 4600. prout antea fuerat firmatum in alia decisione sub die 5. Iunij eiusdē anni sed moderandam esse ad summam scutorum 3256. & ba. 25. & in hac parte fuit recessum à decisis sub dicta die 5. Iunij.

Coram me in eius locum subrogato consideratis deductis ab informantibus pro Archilæis à dicta vltima decisione fuit recessum, cum ex infra dicendis visum fuerit Dominis dotem Sanctę quam Marcus hæres grauatus prætendit iam satis, superquè fuisse solutam, itaut illius prætextu non possit retardari immissio Archileis in bonis de quibus agitur vigore fideicommissi q. Cæsaris Cæsarei ad eorum fauorem purificati, vt in decisione facta coram bon. me. Motmanno 10. Martij 1636. & alijs duabus antea factis 5. Martij 1635. & 28. Nouembris 1636. in quibus fuit dictum constare de identitate bonorum.

Quod Dos Sanctæ in summa scutor. 2605. fuerit soluta, probatur ex deductis in supradicta decisione sub die 5. Iunij 1637. in qua fuit firmatum ad computum dictæ dotis, & quarti dotalis scut. 651. ba. 25. fuisse recepta à Sancta scuta 380. in tot censibus, & scuta 800. in medietate vnius domus iuxta declarationem ab ipsa factam quod volebat possidere census, & medietatem domus ad computum dotis; detractis istis duabus partitis constituentibus summam scu. 1180. apparet creditum dotis, & lucri dotalis scut. 3256. & ba. 25. remanere in solum scutis 2076. A qua summa censuerunt Domini detrahendum esse quartum dotale scut. 651. & ba. 25. eo quia stante dispositione statuti Vrbis de lucro dotali seu donationis propter nuptias *cap. 131. lib. 1.* cuius vigore stantibus filijs solummodo vxori acquiri-
1 tur † quoad vsumfructum cum nunquam proprietas separetur ab hæreditate viri lucrum dotale de quo agitur non spectat ad hęredes Sanctę, & sic ad Marcum, sed ad Archileos cum illa non potuerit illud transmittere ad suos hæredes, sed
2 remanserit in † hæreditate viri iuxta dispositionem statuti, & consequenter venit in restitutione illius fideicommissi, vt tenuit *Rota in Romana quarti dotalis 16. Martij 1618. coram bo me. Remboldo, in Romana de Caualerijs 22. Martij 1632. coram Illustriss. D. meo Decano, & in Romana hæreditatis 26. Aprilis 1631. coram Eminentiss. Card. Vbald. impress. post Fenz ad statut. Vrb. dec. 74. 79. & 80. in Romana Dotis de Palutijs 1. Decembris 1633. coram bon. mem. Motmanno.* Vnde sequitur creditum remanere solum in summa scutorum 1424. ba. 74. de quibus fuit satisfactus Marcus ex fructibus perceptis à die motæ litis ex domibus, & Apothecis quæ continuò remanserunt locatæ, vt ex instrumento locationum de quibus in summario cum illos teneretur restituere Archileis ad quorum fa-
3 uorem fuit purificatum † fideicommissum Cæsaris *Bero cons. 93. num. 80. lib. 2. Simon. de Pret. de interpret. vlt. volunt. lib. 3. dub. 5. solut. 4. num. 31. Fusar. de subtit. qu. 663. n. 13.* ex vulgari regula quod
4 quis non potest bona fide fructus percipere † ex aliena substantia *Bart. in l. celsus num. 18. ff. de vsucap. Felin. in cap. si diligenti n. 5. de præscript. Menoch. de Arbitr. cas. 225. num. 8.*

Et ita informantibus tantum Archileis &c.

Plures decisiones in hac causa emanatæ quæ supra allegantur habentur infra in appendice iuxta seriem temporis.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Bononien Fideicommissi.

Veneris 26. Nouembris 1638.

ARGVMENTVM.

Filii in conditione positi ex coniecturis censentur ad fideicommissum vocati; quæ autem coniecturæ requirantur, & quomodo considerari debeant, videas ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Filius in conditione positus ex coniecturis censetur vocatus.*
2 *Filij positi in conditione facilius censentur vocati si in alia parte Testamenti expresse fuerint vocati.*
3 *Coniectura expressæ vocationis in vna parte Testamenti, iuncta cum alijs potentissima indicatur pro vocatione filiorum in conditione positorum.*
4 *Filij in conditione positi cum qualitate masculinitatis, & legitimitatis vocati censentur, vbi de descendentibus agitur.*
5 *Filij in conditione positi censentur vocati, si Testator etiam eorum descendentes in alia parte Testamenti vocauit.*

Pronepotes minus dilecti præsumuntur, quam nepotes, num. 5.

Vocatio facilius inducitur si alias minus dilectus, magis dilecto præferretur, num. 5.

6 *Substitutio reciproca facta inter institutos arguit filios in conditione positos fuisse vocatos.*

7 *Filij pluries conditione positi censentur vocati.*

8 *Filij in conditione posi censentur vocati stante prohibitione cuiuscumque detractionis facta omnibus vocatis.*

9 *Clausula codicillaris deseruit pro vocatione filiorum in conditione positorum.*

10 *Coniecturæ pro vocatione filiorum in conditione positorum simul iunctæ non separatim considerari debent.*

11 *Coniecturæ leuiores requiruntur pro vocatione descentium in conditione positorum.*

12 *Fideicommissum censetur inductum inter descendentes, si illi fuerint in perpetuum vocati.*

13 *Filiatio probatur si quis filius fuerit in testamento vocatus, eique fuerit legitima relicta.*

DECISIO LXXXVII.

Ludouicus de Rusticellis Testamentum condidit, in qua Catharina eius filiæ nonnulla bona prælegauit, eique quandocumque decedenti sine filiis masculis legitimis, & naturalibus substituit pro medietate Caium, Scipionem, & Horatium ipsius Testatoris germanos fratres, eorumque filios & descendentes, pro altera verò medietate Dorotheam alteram eius filiam, omnesque eius filios natos & nascituros, eosque decedentes sine filiis, & descendentibus ad inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum quacumque detractione legitimæ, Trebellianicæ aut alterius portionis eis prohibita: In omnibus autem eius bonis hæredes vniuersales instituit dictam Catharinam, & Dorotheam eius filias æqualiter, eorumque filios, & descendentes legitimos in perpetuum, quos omnes ad inuicem substituit vulgariter pupillariter, & per fideicommissum quacumque alienatione seu detractione legitimæ, ac Trebellianicæ, seù alterius portionis pariter eis prohibita.

Deindè fecit Codicillos, in quibus præfatam substitutionem factam fauore dd. Caii, Scipionis, & Horatii fratrum expressè reuocauit, dictasque sorores, earumque descendentes quoad omnia tam præ legata, quam in vniuersali institutione relicta institutas, & reciprocè substitutas esse voluit.

Catharina primo nupserat Iacobo de Caualchis ex quo suscepit Alexandrum defuncto autem dict. Iacobo nupsit Emanueli Ferabosco, qui tanquam assertus hæres dict. Catharinæ omnia bona eidem Catharinæ à Ludouico parte relicta sibi retinuit: Quocirca cum dictus Alexander filius ex primo viro egisset in partibus contra dictum Feraboscum pro restitutione dd. bonorum vti fideicommisso d. q. Ludouici subiectorum binasque sententias fauorabiles reportasset, causa per appellationem ad Rotam delata, mihique commissa, dubitaui, an & ad quæ bona d. Alexander esset vocatus, & DD. illum esse vocatum ad bona tàm Catharinæ matri prælegata, quàm eidem in vniuersali institutione relicta responderunt.

Et quoad bona prælegata d. Catharinæ pro fundamento resolutionis aduertebant DD. quod licet Ludouicus Testator eidem Catharinæ quandocumque decedenti sine filiis masculis legitimis & naturalibus substituerit Caium, Scipionem, & Horatium eius fratres pro medietate, & in altera medietate substituerit Dorotheam alteram eius filiam, omnesque eius filios natos, & nascituros, nihilominus præfatam substitutionem factam fauore dd. fratrum non esse habendam in consideratione; Siquidem Testator illam ademit in Codicillis voluitque dd. sorores earumque descendentes etiam quoad prædicta bona prælegata in totum esse institutas, & reciprocè substitutas adeò vt voluntas d. Testatoris sit attendenda.

Quapropter stante huiusmodi ademptione clarè sequitur d. Alexandrum fuisse vocatum à Ludouico ad bona Catharinæ matri prælegata; quamuis enim d. Alexander non legatur ad ea expressè vocatus, attamen cum fuerit in conditione positus censetur vocatus ex pluribus coniecturis in hac facti specie concurrentibus, † quæ
1 passim operantur vt positus in conditione vocatus præsumatur, *Peregr. cons. 97. n. 30. lib. 1. Dec. cons. 3. nu. 48. lib. 1. & cons. 103. nu. 10. lib. 2. Rust. in tract. de lib. in cond. posit. lib. 2. cap. 1. nu. 2. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 2. nu. 19. Put. dec. 215. lib. 3. Rot. dec. 133. sub nu. 1. & dec. 266. nu. 3. p. 1. recent. Seraph. dec. 1329. nu. 1. & sæpè in alijs.*

Prima autem coniectura desumitur ex eo quod filii Catharinæ tàm in testamento quam in codicillis pluries vocati fuerunt, vnde in ea parte, in
2 qua † sunt in conditione positi vocati præsumuntur, vt in specie aduertunt *Cephal. cons. 188. nu. 16. Peregr. cons. 54. nu. 10. lib. 4. Rot. diuers. dec. 515. nu. 3. par. 4. & in recent. dec. 146. nu. 3. & 4. decis. 13.*
3 *nu. 2. par. 1.* vbi quod † iuncta cum aliis est præcipua & potentissima coniectura, *& coram Gris. XV. dec. 315. nu. 3. in Imolen. fideicommissi 2. Maij 1622. coram Vbaldo seniore in Bononien. fideicommissi 25. Febr. 1622. coram Manzanedo.*

Secunda dicitur ex eo quod prædicti filii fuerunt positi in conditione cum qualitate † non solum masculinitatis, sed etiam legitimitatis, quæ
4 proculdubio arguit vocationem in conditione positorum, quando prout hic versamur in descendentibus *Crauet. cons. 885. num. 1. Menoch. cons. 220. nu. 13. Giouagn. cons. 79. nu. 17. lib. 1. Mantic. de coniect. lib. 1. tit. 3. num 7. & seqq. Rot. coram Seraph. dec. 956. nu. 6. & dec. 1329. nu. 5. & in rec. dec. 300. num. 6. par. 1. & in Meleuitana Hæredit. 27. Maij 1619. coram bo. me. D. meo Seleucien.*

Tertia oritur ex eo, quod Testator in sequenti substitutione vocauit non solum filios primi primi gradus, sed etiam eorum descendentes qui minus dilecti præsumuntur quam filij Catharinæ in
5 conditione positi, † qui proindè vocati censentur ne minus dilectus magis dilecto præferatur *Heredd. cons. 54. nu. 37. vers. 6. coniectura & seqq. lib. 1. Menoch. cons. 420. nu. 9. vers. 4. monet. me. Serd. cons. 344. nu. 6. ad fin. Rot. in recent. dec. 133. nu. 5. par. 1. & dec. 355. num. 5. par. 1.*

Quarta deducitur ex reciproca substitutione facta

facta inter institutos quæ pariter arguit filios in
6 conditione † positos vocatos fuisse, *Decian. conf. 28. nu. 20. in fin. & nu. 24. lib. 2. Menoch. conf. 613. nu. 5. in fin. cum seqq. Honded. conf. 51. nu. 41. in fine cum seqq. lib. 2. Fusar. de substit. qu. 437. nu. 87. & conf. 131. nu. 9. & conf. 173. nu. 4. Rot. in d. Imolen. fideicommissi 19. April. 1622. coram Card. Virili.*

Quinta coniectura deprehenditur ex eo quod Testator semel atque iterum dd. filios in conditione posuit; siquidem Catharinæ quandocumque decedenti sine filiis substituit Caium, Scipionem, & Horatium suos fratres, ac Dorotheam alteram eius filiam pro altera medietate, quos omnes inuicem substituit si sine filijs decederent, sic pariter instituit, & reciprocè substituit in de-
7 fectum alterius lineæ eo eis; † hæc namque geminata filiorum in conditione positio eorumdem arguit vocationem. *Honded. d. conf. 54. nu. 11. lib. 2. Menoch. conf. 613. nu. 6. & 7. Fusar. qu. 437. n. 101. & conf. 373 nu. 2 & 3. Seraphin. dec. 1329. nu. 11. Greg. XV. dicta dec. 315. nu. 2. Rot. recent. dec. 268. num. 11. par. 1. & in Cæsenaten. fideicommissi 24. Ianuarij 1628. coram Reuerendiss. Vrgellen.*

8 Sexta elicitur ex ampla prohibitione detractionis legitimæ, Trebellianicæ, alteriusque portionis ex eisdem bonis prælegatis pro dictis filiabus earumque descendentibus facta, quæ pariter arguit vocationem in conditione positorum *Rimin. sen. conf. 243. nu. 92. ad fin. Decian. conf. 192. nu. 27. lib. 2. Rustic. de lib. in condit. posit. lib. 5. cap. 6. n. 21. Rot. dec. 355. nu. 7. par. 5. rec.*

9 Septimam denique parit clausula codicillaris quæ † pariter pro vocatione deseruit, *Honded. d. d. conf. 54. nu. 47. lib. 2. Rustic. de lib. in condit. posit. d. lib. 5. cap. 5. num. 23. Peregr. conf. 14. nu. 8. lib. 4. Put. dec. 214. in fin. lib. 3. Rot. in recent. dec. 133. n. 7. p. 1. & dec. 424. n. 2. p. 2.*

Quæ coniecturæ licet separatim consideratæ
10 aliquam patiantur † difficultatem, attamen simul iunctæ prout considerari debent, negari non potest quin indubitatam inducant vocationem, *Honded. d. conf. 54. nu. 53. & seqq. lib. 2. Surd. conf. 539. num. 2. Card. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 3. nu. 28. Caball. conf. 105. nu. 25. Bellon. iun. conf. 50. nu. 33. Rota coram Seraph. dec. 1329. nu. 12. ad fin. & seqq. Gregor. XV. dec. 315. nu. 9. & in rec. dec. 266. nu. 19. & dec. 320. nu. 16. p. 1. & dec. 355. nu. 9. & 10. p. 5. & in Auximana fideicommissi coram me, & sepè in alijs.*

Præsertim cum versemur in descendentibus
11 Testatore, † pro quorum vocatione leuiores etiam coniecturas sufficere dixerunt *Corn. conf. 97. nu. 3. lib. 1. Surd. conf. 434. nu. 19. Honded. conf. 73. nu. 1. Rot. in rec. d. dec. 133. nu. 7. & dec. 146. nu. 4. in fin. & d. dec. 206. nu. 6. par. 2. & dec. 315. coram Gregor. XV. & in d. Auximana fideicommissi coram me.*

Quo verò ad bona in vniuersali institutione relicta nulla visa fuit adesse difficultas quin Alexander sit ad illa vocatus, cum Testator vocauerit Catharinam, & Dorotheam, filias earumque
12 filios & descendentes in perpetuum, † ex qua vocatione descendentium in perpetuum euidenter constat inter eos fideicommissum inductum fuisse, *Fusar. de subst. qu. 380. nu. 56. Peregr. conf. 62. nu. 20. lib. 1. Rot. diuers. dec. 121. nu. 4. par. 1. & in rec. dec. 193. nu. 5. ad med. & dec. 266. nu. 12. par. 1. atque in Fulginaten. Alimentorum 21. Februarij 1625. coram Eminentiss. D. Vbaldo.*

Quod d. Alexander sit filius Catharinæ satis apparet ex Testamento eiusdem Catharinæ quæ in eo d. Alexandrum eius filium legitimum, & na-
13 turalem appellauit, eidemque † non solum legatum, sed etiam legitimam tanquam filio de iure debitam reliquit *Paris. conf. 29. num. 10. lib. 2. Cephal. conf. 47. n. 18. lib. 1. Peregr. de fideicomm. art. 43. num. 77. Rot. coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 105. nu. 3. & in Bononien. fideicomm. de Ramundinis 15. Februarij 1636. coram me.*

Identitas denique bonorum de quibus agitur visa fuit sufficienter iustificari ex iuribus in Summar. Alexandri datis.

Et ità vna tantum, &c.

R. P. D. CARILLO

Postea Præside Vallisoletano.

Valentina Decanatus, & Canonicatus.

Lunæ 29. Nouembr. 1638.

ARGVMENTVM.

Agitur de reseruatione beneficij ratione subcollectoriæ: & an requiratur vnicitas subcollectoris adhoc vt beneficium dicatur reseruatum: & cui incumbat onus probandi vnicitatem, Prouisus ab Ordinario quando dicatur legitimus contradictor, & quomodo contra eum possit summariè procedi.

SVMMARIVM.

1 *Iustè possidet, qui possidet authore Prætore.*
2 *Manutentio conceditur possidenti authoritate Prætoris.*
3 *Possessione quis priuatur ex Iudicis mandato absque alia eiectione.*
4 *Sententiæ validitas constat ex reuolutione actorum.*
5 *Beneficia quæcumque Collectorum & Subcollectorum reseruantur Papæ ex reg. 4. hodie 5. Cancellariæ.*
6 *Litteræ Apostolicæ habent executionem paratam.*
Quod fortius procedit stante clausula motu proprio, num. 7.
7 *Clausula* motu proprio *operatur vt gratia iustificari non debeat.*
8 *Immissio in beneficium stante subrogatione gratiosa conceditur iustificatis reseruatione, Clericatu, & obitu defuncti in possessione.*
9 *Beneficia Subcollectorum ad hoc vt cadant sub reg. 5. Cancellariæ requiritur quod subcollector sit vnicus.*
10 *Impetrans beneficium per mortem Subcollectoris tamquam reseruatum debet probare Subcollectoris fuisse vnicum.*
Contrarium veriùs, quia pluralitas non præsumitur, num. 11.
12 *Præsumptio transfert onus probandi in aduersarium.*
13 *Impetrans beneficium per mortem Subcollectoris ad effectum reseruationis sat est, quod probet illius reseruationem.*

14 *Iudex inferior non potest se ingerere in negotio post appositionem manus Papæ.*

15 *Beneficia ad hoc vt dicantur reseruata sufficit quod illorum possessor aliquando fuerit vnicus Subcollector.*

Beneficia semel affecta semper durant affecta, nu.15.

16 *Qualitas Subcollectoris probata, censetur iustificata, & qualitas vnicitatis.*

Subcollectores omnes censentur reuocati etsi de illorum reuocatione nulla sit facta mentio, quando nouus fuit deputatus Subcollector. nu. 16.

Quod procedit ne dum in deputatioue facta à Papa, sed etiam à Nuntio, nu. 17.

18 *Prouisus ab Ordinario est legitimus contradictor, nec contra eum proceditur summariè, & executiuè.*

Quæ conclusio procedit quando reseruatio prouisi Apost. esset turbida, nu.19.

20 *Immissio non potest denegari prouiso Apostolico contra prouisum ab Ordinario quando incontinenti docetur de clara reseruatione.*

Et eo magis attenta gratiosa subrogatione etiam quoad possessionem defuncti, ibid.

21 *Prouisus ab Ordinario possidens quod possit immissionem impedire prouiso Apost. quam non posset in concursu obtinere ex reseruatione notoria inconueniens est dicere.*

22 *Prouisus ab Ordinario motu proprio & in mense Ordinarij non tenetur ad iustificationem gratiæ.*

Et consequenter habet iustum titulum ex quo præferri debet in concursu prouiso Apost. posteriori.

Fallit quando non apparet de iusto titulo, vel de aliquo indulto, nu. 23.

24 *Titulus post immissionem concessam exhibitam illam non impedit, & neque manutentionem.*

25 *Iuspatronatus Ecclesiasticus cadit sub reseruationibus Apostolicis.*

26 *Iuspatronatus eo ipso dicitur Ecclesiasticus quando præsentatio spectat ad Ecclesiasticum.*

27 *Appellatio quoad effectum suspensiuum non datur à sententia lata super immissione vigore literarum Apostolicarum.*

28 *Clausula sine* præiudicio executionis literarum Apostolicarum *executionem præseruat.*

DECISIO LXXXVIII.

Resolutum fuit R. P. D. meo Rojas prouiso
Apostolico dandum esse mandatum de manu-
tenendo in possessione Decanatus, & Canonica-
tus, de quibus agitur, attenta eius iusta possessio-
ne capta in vim mandati Rotalis, vt in eius Sum.
num. 4. ex regula iustè possidet, qui possidet au-
1 thore † Prætore *l. iustè possidet 11. ff. de acquir. poss.*
l. qui vniuersa §. item Prætor ff. eod. tit. cuius posses-
sionis vigore licet instrumentalis competere ma-
2 nutentionem sæpissimè † Rota censuit, & præser-
tim coram *san. mem. Greg. XV. in decis. 582. & co-*
ram Card. Caual. dec. 42. & in rec. dec. 79. nu. 1. &
alias plures, non obstante anteriori possessione
D. Francisci Borgiæ prouisi ab Ordinario, quia
Iudex ritè, & rectè procedens eum priuauit sua
3 possessione † absque alia eiectione, *Angel. in leg.*
clam possidere §. qui ad nundinas num. 2. in fin. Alex.
num. 2. Roman. num. 3. ff. de acquir. poss. Compostell.
in c. transmissum an. 3. vers. de possessione alterius de
elect. Ferret. cons. 18. num. 10. Rot. coram Seraphin.
dec. 1325. n. 1. & in recen. dec. 525. n. 3. & dec. 557.
num. 2. par. 2.

Quod autem Rota in præsenti ritè, rectè pro-
cesserit, dum prounuciauit eidem R. P. D. meo
Rojas immissionem esse dandam, haud hæsitari
4 potest, nam validitas sententiæ † constat ex reuo-
lutione actorum, vbi apparet interuenisse omnia
requisita, *relat. in vulgat. decis. Caputaq. 261.*
par. 2. num. 2.

Iustitia verò petens, & indubitabilis redditur
ex eleganter & optimè congestis in decisione hu-
ius causæ emanata sub die 5. *Iunij* 1637. * *coram*
Illustrissimo D. meo Decano, ibi enim firmatur
collationem dd. Decanatus, & Canonicatus va-
cantium per obitum Gasparis Viues vnici Sub-
collectoris spectare ad Sanctiss. D. N. tanquam
de reseruatis in regul. 4. hodie quinta Cancella-
5 riæ † vbi reseruantur omnia beneficia Eccleia-
stica quorumcumnue Collectorum, & Subcolle-
ctorum, quæ durante eorum officio obtinuerint,
ac in quibus seù ad quæ ius eis competierit, &
sic dicta reseruatione stante meritò fuit concessa
immissio prouiso Apostolico vigore literarum
6 Apostolicarum, quæ habent † executionem para-
tam, *cap. si capitulo, & ibi gloss. de concess. præbend.*
in sexto, Sarnien. in tractat. breuium nu 4. Gigas de
pension. qu. 35. num. 9. Mohed. dec. 13. vt lit. penden.
Rot. dec. 45. nu. 1. & dec. 192. nu. 1. par. 1. recent.
maximè cum emanauerint cum clausula motu
7 proprio quæ operatur † vt gratia iustificari non
debeat *gloss. in clement. 1. verb. fecisse narramus &*
probat. Alex. cons. 112. nu. 1. lib. 7. Oldrad. cons. 236.
plenè Gabr. de probat. concl. 2. nu. 55. Mising. cen-
tur. 5. obseruat. 34. num. 7. & seqq. Acebill. dec. 8.
de probat. Rot. dec. 633. par. 1. rec. Accedente præ-
tereà gratia subrogationis gratiosæ ab eod. met
prouiso Apostolico obtenta, quæ iustificatis iti-
bus requisitis prout in præsenti nempè reseruatio-
8 ne † Clericatu, & obitu defuncti in possessione
sufficit pro obtinenda immissione, *Gonzal. super*
reg. 8. §. 7. proœm. num. 212. Mohed. dec. 11. vt lit.
pend. Seraph. dec. 1426. nu. 1. & in puncto affectio-
nis *Burratt. dec. 36. nu. 1. ibique adden. litera A.*

Non obstat quod regula, prædicta Cancel. pro
inducenda reseruatione requirat pro forma, quod
9 Subcollector † sit vnicus, vt scribit *Belencin. in*
tract. de charitat. subsid. qu. 118. in fin. & ita impe-
tranti sub tali forma incumbat onus proban-
10 vnicinitatem † tanquam fundamentum suæ in-
tentionis, *glos. fin. in l. cum actum, ff. de negot. gest.*
Felin. post Io. Andr. & Abb. in c. auditis. num. 33.
conclus. de præscript. Quia contrarium est verius ex
11 quo pluralitas † non præsumitur *l. 2. & ibi Bald.*
col. 2. vers. ego dico C. de erro. aduo. Butr. in c. cum
Ioannes hæremita de fid. instrum. quæ præsumptio
12 onus probandi † in alium transfert *l. non est veri-*
simile, ff. quod met causa l. siue possidetis C. de probat.
Abb. in cap. is, qui de sponsalib. Paris. cons. 80. nu. 14.
& seqq. vol. 1. & ideò sufficit prouiso Apostolico
probare deputationem Subcollectoris prout pro-
13 bauit † ad effectum transferendi onus probandi
in partem aduersam ita *Mandos. super hac reg. q. 1.*
nu. 4 vbi refert *decisionem Rotæ in Causa Calaguri-*
tana Scholastriæ de Logreno coram R. P. D. Antonio
Augustino sub die vltima Maij 1546. Aloys. Ricc. in
Collectan. decision. p. 1. Collectan. 1647. vers. nota-
dum

dum est secundò Garz. de benef. part. 5. cap. 1. num.356.

Nec etiam obstat, quod pro parte D. Francisci Borgiæ probetur alium fuisse deputatum Subcollectorem à Nuncio Hispaniarum, vt in eius Summ. num. 2. indeque constet de defectu intentionis Papæ, qui collationem fecit sub expressione vnici Subcollectoris; Quonia vltra quod non probatur d. deputationem fuisse factam de tempore quod d. Gaspar obtinuit d. beneficia ad effectum, vt dici non posset vnicus Subcollector tunc temporis, in omnem euentum nec minus releuaret cum prædicta deputatio fuerit facta à Iudice inferiori, qui stante appositione manus
14 Papæ in deputatione præcedente, † non poterat se postea ingerere in alia deputatione, *ex cap. cũ inferior de maior. & obed. cap. 2. de offic. leg. Sbroz. de offic. Vicar. quæst. 39. num. 2. lib. 2. Fusch. de visit. lib. 2. cap. 20. num. 2. Monet. de commun. vlt. volunt. cap. 8. num. 486. & vltra prædict. & alios relat. in dec. causæ, in §. remanet. faciunt ad propositum adnotata in cap. 1. & 2. de confirm. vtil. vel inutil. & in cap. vt nostrum 56. de appell. Aen. de Falcon. de reseruat. benef. prælud. 3. num. 4. Paris. consil. 47. num. 30. & 31. lib. 4. Rot. decis. 570. num. 2. par. 1. recent.*

Quinimò ad effectum vt beneficia de quibus agitur dicantur reseruata sufficit, quod Gaspar Viues illorum possessor aliquando fuerit vnicus
15 Subcollector, † quia in beneficijs semel, data affectio semper durat, *Rot. decis. 10. & 12. circa princ. de præb. in nou. & 13. & 14. eod. tit. in antiq. vbi adden. litter. A. referunt Aeneam de Falcon. in tract. reseru. in 4. quæst. princ. effect. 17. & Felin. in cap. in nostra versic. vigesimum primum, Corolar. de rescript.* Eoque ipso, quod docetur de deputatione Gasparis in Subcollectorem, censetur proba-
16 ta qualitas vnicitatis, & † omnes alij Subcollectores, si qui adessent tunc temporis in eadem Diœcesi, seu Ciuitate habentur pro reuocatis, etiam si de illorum reuocatione nulla fuerit facta mentio, *Belloncin. in tract. de charit. subsid. quæst. 109. in princ. Mandos. super hac reg. 4. hodie 5. quæst. 10. num. 2. Rot. decis. 9. de offic. deleg. in nou. & dec. 11. de præb. in antiq.* ia puncto, & quidem in fortioribus terminis *in Placentina, seu Compostellana Thesaurariæ 25. Maij 1609. coram Ortembergo, quæ est decis. 252. num. 5. par. 2. recent.* vbi deputatio
17 Subcollectoris † non erat facta à Papa, sed à Nuncio Hispaniarum.

Minus releuat quod d. Franciscus Borgia tan-
18 quam prouisus ab Ordinario, † sit legitimus cõtradictor per ea quæ renuit *Rota apud Put. in decis. 120. lib. 1. in correct. & tradit Gonzal. in regul. 8. glos. 11. num. 40. & 41. cum seqq.* contra quem
19 propterea executiuè, & summariè procedi nequeat; Quia etsi conclusio † verissima sit, & procedat, quando reseruatio prouisi Apostolici esset turbida, vt dixit *Rota apud Illustriss. D. meum Decanum in decis. 124. num. 7.* tamen non applicatur in præsenti casu, vbi incontinenti docetur de clara, & indubitabili reseruatione ex superius
20 ponderatis tunc enim immissio denegari nequit prouiso Apostolico attenta præcipuè subprogatione gratiosa, etiam quoad possessionem defuncti *Rot. apud Viuian. de iurepatr. decis. 47. in princ. & per tot. & signanter sub num. 9. vers. minus obstat cum seqq. & in recent. decis. 66. num. 7. cum seqq. par. 5.* vbi dicitur, quod esset inconueniens possessorem ab Ordinario prouisum posse ex suo titulo impedire immissionem, quam ipse in concursu cum prouiso Apostolico obtinere non pos-
21 set † stante notoria reseruatione *Verall. dec. 349. lib. 2. & in recent. decis. 711. num. 2. par. 1. in punct. Buratt. decis. 888. per tot. & præcipuè sub n. 7. & 8.*

Vndè resultat etiam responsio ad id quod dicebatur D. Franciscum tanquam prouisum ab Ordinario motu proprio in mense eiusdem Or-
22 dinarij non teneri † ad iustificationem suæ gratiæ *Felin. in cap. ad aures num. 15. concl. 14. de rescript. Gonzal. §. 6. in proœm. num. 10. eique propterea immissionem esse dandam, vel ex remed. l. final. C. de edict. Diu. Adr. toll. vel officio Iudicis Menoch. de adipiscen. remed. 6. num. 34. Rot. in Calaguritana Canonicatus Doctoralis sub 17. Iunij 1619. coram Illustriss. D. meo Decano*, & consequenter habere iustum titulum cuius respectu ipse in concursu prouisi Apostolici posterioris præferri debebat, si quidem obiectum procederet quando doceretur de asserto iusto titulo, & quando non constaret de clara reseruatione vt supra fuit firmatum, vel quando Ordinarius haberet facultatem, ex aliquo indulto conferendi etiam beneficia reseruata, prout erat in casu d. decisionis Calaguritanæ Doctoralis per informantes pro D. Franci-
23 sco † allegatæ. Secus autem in præsenti vbi de aliquo indulto non apparet, nec de aliquo iusto titulo, qui etiam si hodie post immissionem exhiberetur stante clara reseruatione non posset
24 executionem immissionis † impedire *Bart. in l. fin. num. 2. per tot. C. de Ed. D. Adr. toll.* ita & neque manutentionem, vt in simili est *decis. Seraphin. 357. per tot.*

Demum non obstat, quod prouiso Apost. denegari debebat immissio saltem quoad Canonicatum, cuius præsentationem ad Archiepiscopũ spectare prætenditur, ex bulla erectionis quatuor præbendarum, vt in Summar. D. Francisci num. 3. quia quatenus hoc iustificaretur in facto non releuaret in iure, cum etiam iuspatronatus
25 Ecclesiasticum † cadat sub reseruationibus Apostolicis *cap. dilectus, & ibi glos. verb. in concessione vers. si verò pertinet Abb. num. 1. Butr. num. 13. de offic. legat. Gemin. in cap. 2. num. 11. de præb. Mandos. super reg. 1. quæst. 10. num. 5. Garz. de benef.*
26 *par. 5. cap. 1. sub num. 552.* & eo ipso dicitur † Ecclesiasticum quod præsentatio ad Ecclesiasticum spectat, *cap. vnico §. fin. & scribentes de iurepatr. in 6. Paris. cons. 128. num. 19. cum seqq. lib. 4. Gonzal. super reg. 8. glos. 18. num. 5. Rot. coram Andrea decis. 22. num. 7. & decis. 43. num. 8. par. 5. recent.*

Ex quibus cum constet mandatum de immittendo ad fauorem R. P. D. mei Rojas prouisi Apost. fuisse ritè, & rectè per Rotam relaxatum. meritò dixerunt Domini eidem quoque manutentionem esse concedendam, non obstante quod eius possessio fuerit capta appellatione pendente, quia quoad effectum suspensiuum appellatio non datur à sententia lata super immissione, vigo-
27 re † literarum Apost. quæ de sui natura ad instar *l. fin. C. de Ed. D. Adr. toll.* habent executionem

para-

paratam ex supra deductis, quod optimè perpensum fuit à Iudice à quo, & per Signaturam, dum ille appellationem reijciens dedit refutatorios, & iste causam prætensæ appellationis mihi commisit cum clausula, sine præiudicio executionis literarum Apost. quæ clausula executionem præ-
28 seruat, † *Mart. de clauf. clauf.160. n.1.* vbi plures decisiones Rotæ refert.

Et ità decisum vtraque parte informante &c.

Decisio ista sub die 5. Iulij 1637. emanata coram bon. mem. Coccino est supra decisio 225. in praecedenti par. 7. recent.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Bononieñ Fideicommissi de Ramundinis.

Lunæ 29. Nouembris 1638.

ARGVMENTVM.

Bona fuisse à Testatore possessa, quod probare tenetur hæres, vel fideicommissarius agens ad immissionem, an sufficienter dicatur probatum ex Instrumento diuisionis per Testatorem, & alium factæ, ex inuentario hæreditatis illius, ac demũ ex confessione hæredis grauati in precibus emanata, bona fideicommissi aliena volentis.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ apparet ex inspectione actorum, in quibus omnia ad iudicium necessaria noscuntur seruata.*
Iustitia sententiæ resultat ex decisionibus in causa factis, num.1.
3 *Bona fuisse à Testore possessa requiritur, vt sit locus immissioni pro parte hæredis petitæ.*
4 *Instrumentum diuisionis probat possessionem de tempore celebrati contractus, & num. seq.*
Instrumentum diuisionis probat possessionem contrà diuidentes, & habentes causam ab illis, n.4.
Instrumentum diuisionis probat possessionem etiam de tempore mortis.
Possessio semel probata præsumitur continuata vsq; ad mortem, num. 5.
6 *Amplia etiam fauore eius qui possessionem tempore mortis probare debet.*
7 *Inuentarium ab hærede factum probat bona inuentariata fuisse à defuncto possessa.*
8 *Confessio hæredis probat possessionem defuncti.*
Possessio defuncti probatur ex precibus ab hærede grauato porrectis, in quibus petit licentiam de alienando bonæ fideicommissi, n. 8. & 9.
10 *Emptor non potest impugnare factum venditoris.*
Successor non controuertit factum, & assertionem sui auctoris, n.10. & 13.
11 *Diuisio fieri potest etiam super re quæ non possidetur.*
12 *Iudicium familiæ herciscundæ fieri solet etiam fauore hæredis non possidentis.*
13 *Declaratio, quam quis facit possidere nomine alterius non potest ab eius successore impugnari.*
14 *Possessor qui rem habuit à debitore non potest excipere de iure creditorum illius, & quando.*
15 *Probatio resultans ex inuentario attenditur don[ec] contrarium appareat.*
Inuentario statur, etiam stante clausula, quod ea q[uæ] non debent apponi, censeantur pro non apposit[a,] num.15. & seq. vbi vide facta per vsufructuari[um] expirat per mortem illius.
Hæredes pro tuitione suorum iurium apponunt in i[n]uentario clausulam, quod quæ non debent appon[i] censeantur non apposita, n.16.
17 *Cessio facta per vsufructuarium expirat per mort[em] illius.*
18 *Nominatus in Instrumento, illius vigore agere n[on] potest, nisi probet ex instrumento fuisse illi aliqu[id] quæsitum.*

DECISIO LXXXIX.

DOmini responderunt in hoc dubio pro confi-
matione sententiarum Rotalium cum appa-
reret de illarum validitate, & iustitia. Et vali-
ditas quæ tamen à partibus non controuerteba-
1 tur † apparebat ex inspectione actorum, ex qui-
bus apparebat seruata fuisse omnia quæ requir-
bantur ad solemnitatem iudicij; iustitia ex de-
2 cisionibus † quæ factæ fuerunt, * *coram R.P.D.*
meo Dunozetto sub die 15. Februarij, & 9. Ma-
anni 1636. & coram R. P. D. meo Ghisilerio 14. De-
cembris anni 1637. & 21. Martij præsentis anni, co-
ram quibus causa iudicata fuit in prima, & se-
cunda instantia.

Etenim concedebatur in ijs sententis immissio
Antonio Mariæ super prædio quod dicebat[ur]
subiectum fideicommisso Io: Bapt. Ramundin[i]
& in prima dec. coram R. P. D. meo Dunozet[to]
latè probata fuit, tum existentia fideicommis[si,]
tum conditio vocationis Antonij Mariæ, solum
postea dubitatum fuit An id prædium verè pro-
baretur possessum à Testatore tempore suæ mor-
tis, quę possessio requirebatur, vt posset esse lo-
3 cus interdicto, siue remedio † possessorio adipi-
scendæ quod intentatum fuit vigore *l. vlt. C. d[e]*
Ed. Diu. Adr. toll. & notat ibi glos. Bart. num. 9
Cui exceptioni, & obiectioni satisfaciebant
tam posterior decis. coram R. P. D. meo Duno-
zetto quam sequentes coram R. P. D. meo Ghi-
silerio, quarum fundamenta sequuti DD. fu-
runt in hoc dubio cum in eo etiam hæc sola ex-
ceptio possessionis adducta fuerit à possessoribu[s]
huius prædij,

Et verò tria erant fundamenta decisionum e[x]
quibus in ijs dictum fuit probari eam possessio-
nem Testatoris, & primum visum fuit de ea co[n-]
stare ex Instrumento diuisionis quod factum
fuerat per 2. annos ante obitum Io. Baptistæ Te-
statoris inter ipsum, & Melchiorem nepotem ex
fratre, nam cum in eo appareret assignatum fui[s-]
se id prædium Io: Baptistæ, & tradita illi pos-
sessio ex vi clausulæ constituti rectè deduc[e-]
batur ea possessio non solum de tempore di-
4 uisionis quam probare † poterat instrumentum ips[ius]
eiusdem diuisionis propter confessionem ips[orum]
Io. Baptistæ, & Melchioris quam continebat,
quæque afficere poterat tamquam eorum succes-
sores *arg. tex. in l. vlt. C. de non num. pecun. & in*
l. cum à matre C. de rei vendic. & voluerunt in ij[s]
termi[nis]

terminis, *Ruin. in cons. 40. lib. 4. Dec. consil. 76. num. 9. lib. 3. Rota in Senogall. fideicomm. 2. Iunij 1608. coram Greg. inter impress. decis. 371. num. 9. & in Ariminen. Legatorum 14. Maij 1631. coram Reuerendiss. Vrgell. inter impress. decis. 337. num. 2.* Sed etiam de tempore obitus Testatoris cum
5 probata semel possessione præsumi deberet continuata vsque ad id tempus ex præsumptione, *gloss. in l. siue possideris, C. de probat.* & considerauit *Rota in d. Ariminen. Legatorum Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsum. 20. Peregr. de fideicom. art. 44. num. 16.* qui hanc præsumptionem dicit procede-
6 re fauore agentis † hoc interdicto ex remedio, *l. vlt. Aret. cons. 103. num. 3.* Secundo ea possessio probatur ex inuentario hæreditatis quo post obitum Io: Baptistæ factum fuit à Ludouica illius hærede in quo illud descriptum fuit inter alia bona hæreditaria quod etiam probare poterat
7 possessionem Testatoris, vt tradit *Peregrin. eod. art. 44. & probat text. in l. vlt. C. arbitr. tutel. & in l. scimus §. licentia C. de iur. delib.* & notant ibi DD. *& in l. tutori, ff. de administr. tutor.* Tertio visa fuit desumi posse hæc probatio ex confessione Aloysij filij Melchioris cum ille alienasset id prædium tanquam subiectum fideicommisso Io: Baptistæ ad quod ille erat vocatus obtenta ad hunc effectum derogatione eiusdem fideicommissi in cuius expeditione narrauit, quod id prædium continetur in illius hæreditate, & hæc etiam con-
8 fessio visa fuit † probare posse possessionem Testatoris tam habita ratione personæ Aloysij propter qualitatem hæreditatis, quam ille habebat, *arg. tex. in §. sancimus Auth. de iur. iur. à Morien. præst. & in l. vlt. ff. de hæred. instit.* & in terminis
9 confessionis fideicommissi † facta ab hærede grauato tenuit *Rot. in Romana fideicommissi de Stephanellis 24. Aprilis 1617. coram Remboldo, & in Romana Domus 10. Nouembris eiusdem anni coram Buratto*, quam habita ratione personæ eorum qui hanc possessionem hodie cōtrouertunt, quia cum illi emerint id prædium à Francisco, non possunt controuertere factum, & assertionem
10 fui † authoris in cuius iure successerunt, *vt tenuit Rota in eadem Romana Domus, & in Bononien. fideicomm. de Manzolis 20. Iunij 1603. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & tradit Bart. in l. facta §. si hæres num. 5. ff. ad S.C. Trebell. & in l. si superatus num. 4. ff. de pignor. Peregr. de fideicomm. d. art. 44. num. 7. & art. 45. num. 27.*

Neque visæ fuerunt obstare exceptiones quas possessores eiusdem prędij dabant singulis his rationibus, & fundamentis, quibus nitebatur hæc probatio, quia eædem exceptiones fuerunt sublatæ in prioribus decisionibus. Prima enim exceptio continebat, vt instrumentum diuisionis, quod factum fuit à Testatore non posset probare, quod ille id prædium postea possederit cum ante eam diuisionem aliud instrumentum ab eo celebratū fuisset in quo cessit id prædium suis creditoribus per 5. annos transferendo in illos in vim clausulę constituti omnem possessionem pro d. tempore, eoque lapso in perpetuum, quando illis non satisfecisset de reliquis creditis, pro quibus eis tenebatur, quod instrumentum poterat tollere omnē vim probationis, quæ dicebatur oriri ex Instrumento diuisionis postea sequuto propter antecedentem alienationem factam eiusdem prædij, quæ licet non fuisset perpetua, sed ad tempus, tamen probari debebat illius redemptio, neque contrarium pręsumi poterat ex instrumento eiusdem di-
11 uisionis cum potuisset ea diuisio † fieri etiam super re, quam Io. Baptista non possidebat, vt probat *text. in l. 1. ff. famil. hercisc.* ex qua apparet, quod
12 id iudicium reddi solet etiam ad fauorem † hæredis, qui non possidet, & idem dicitur *in l. hæredes 26. ff. eod. tit. & tradit Valasch. in praxi partit. cap. 2. num. 21.*

Verum hæc exceptio tollebantur, ex his quæ gesta fuerunt inter Io. Baptistam, & eius creditores tam in ea assignatione quam postea, cum enim ille præmeretur ingenti ære alieno conuenit cum suis creditoribus, vt illis cederet bona quæ habebat, quæ retinere ijdem deberent per spatium 5. ann. vt ex fructibus consequi posset quisque eorū satisfactionem proprij crediti, reseruatis sibi Io. Baptistæ libr. annuis 600. quibus vteretur pro suis alimentis, & addita conditione, vt si intra id tempus creditores satisfieri non potuissent, liceret eis vendere eadem bona, vel insolutum accipere cum autem nondum exacto biennio alienasset Io. Baptista aliquam partem eorum bonorum, & ex eorum pretio dissoluisset magnam partem æris alieni obtinuit ab eisdem creditoribus nouam dilationem temporis pro solutione reliqui æris alieni, quo premebatur, & ab eis recuperauit eadem bona, & inter ea hoc prædium Cadriani, quod tempore diuisionis possidebat simul cum Francisco, & postea possedit nomine proprio, cum illud in suam portionem accepisset, & hæc quidem probabantur ex eodem Instrumento diuisionis, quia diuidentes postquam partiti inter se fuerunt bona quæ communiter possidebant, conuenerunt, vt venderetur suppellex pretiosa domus tam pro satisfactione creditorum rationis nummularię (quorum creditum ascendebat ad solas libras duodecim mille) quam reliquorum creditorum quos habebat ex alijs causis ex quibus apparebat de satisfactione eorumdem creditorum in magna parte cum eorum creditum de tempore diuisionis excederet in sola sorte libras sexdecim. Præterea asserebatur in eodem instrumēto diuisionis, quod dies solutionis dictarum librar. 12. mille cedebat de mense Martij, quod tempus non legebatur in instrumento cessionis, immo solutio in eo non erat facienda de fructibus, vt narratur in eodem instrumento diuisionis, sed ex alienatione bonorum, quam facere poterant creditores elapso termino 5. annorum ex quibus omnibus probabatur mutatam fuisse naturam primi contractus, quam mutationem etiam probare poterat alienatio facta à Io. Baptista debitore eorumdem bonorum cum non aliter ab eo fieri potuisset, quam si ea bona antea recuperasset è manu suorum creditorum, & poterat tollere omnem difficultatem id quod diuidentes asseruerunt in eo instrumento diuisionis, quod scilicet possidebat bona diuisa constituendo vterque eorum se illa nomine alterius possidere, quia non solum non poterant noui possessores huic assertioni contradicere dum fa-
13 cta fuit ab eorum Authoribus, vt in terminis clausulæ constituti tradit *Tiraquell. de iure constit. possess. par. 3. limit. 1. num. 23. Bald. in cap. cum venissent*

sent num. 5. de restit. spoliat. auth. text. in d. l. superatus ff. de pignor. Sed illam ratam habere tenebantur dum non ostendebant habuisse cessionem à creditoribus, quorum iuribus vterentur pro exclusione possessoris tertij. Quamquàm neque ea cessio potuisset illis suffragari propter obligationem, quæ continebatur in Instrumento diuisionis, in qua diuidentes mutuo sibi promiserunt tradere possessionem eorum bonorum, quia cum illorum possessores tenerentur ex persona Io. Baptistæ eorum authoris seruare hanc obligatio-
14 nem non poterant † ex persona creditorum excipere de eorundem possessione, *ex reg. text. in l. vindicantem ff. de Euict. & in l. 1. Cod. de reb. alien. non alien.*

Non etiam visa fuit obstare altera exceptio, quæ dabatur secundo fundamento decisionis ex probatione, quæ sequebatur ex inuentario facto à Ludouica vxore, & hærede Testatoris, quia licet in inuentario legeretur clausula, quæ solet cõmuniter poni, quod per eam descriptionem non conserentur approbata bona tanquam spectantia, aut comprehensa in hæreditate Testatoris tamen effectus eius clausulæ solum poterat tueri hæredẽ in casu quo ille siue alij, qui ab eo causam habe-
15 rent, † probarent quod verè ea bona non erant hæreditaria qua probatione non facta, aut donec illa non fieret firma erit probatio, quæ oriebatur ex inuentario ex notatis per *Doct. in l. vlt. C. de iur. deliber. & declarat.* ibi, *Bald. in l. 1. §. licentiam, num. 1. Specul. in tit. de instr. edict. §. docto de impugnatione num. 2.* & in terminis huius clausulæ, quæ
16 poni solet † ab hæredibus pro tuitione suorum iurium tradit idem *Bald. in l. 1. §. item solent, ff. de offic. Præf. Vrb. & ibi etiam Bart. num. 4.*

Contra vltimum fundamentum decisionis opponebatur, quod errorem continerent confessiones factæ ab Aloysio, vt idem prædium spectaret ad hæreditatem Io. Baptistæ cum Melchior illius pater & nepos Io. Baptistæ illud acquisiuisset à Ludouica eius hærede, quæ id prædium ei cessit in satisfactionem crediti, quod habebat contra hæreditatem Io. Baptistæ Testatoris. Vndè Melchior dicebatur habere idem prædium non tanquam successor in hæreditate Io. Baptistæ, sed tanquam tertius occasione sui crediti, quod fuit sibi solutum ab hærede per traditionem eiusdem prædij. Verum hæc etiam exceptio tollebatur ex facto, quia Ludouica cessit solum ius, quod habebat super ijs bonis, vt constat ex instrumento cessionis ab eo factæ, & ita cum ipsa esset hæres vsufructuaria Io. Baptistæ extincto, ac terminato
17 eius morte † illius iure finitum fuit etiam ius, quod occasione d. cessionis translatum fuit in Melchiorem *ex reg. text. in l. lex vectigal. ff. de pignor. & in l. si ex duobus, §. primo, ff. de in dum adiect.* Prætereà nempè ea cessio facta fuit à Ludouica fauore Melchioris, sed datum ab ea fuit id prædium cuidam Pompeo, qui se eius fauore obligauit aliqua facere, & alia implere pro quorum obseruatione dedit fideiussorem Melchiorẽ ex quibus sublata erat exceptio adducta contra vltimum fundamentum decisionis, & subsistebat è contra confessio Aloysij, vt id prædium contineretur in fideicommisso Io. Baptistæ non enim poterat prodesse Melchiori, quod in instrumento facto à Ludouica ipse etiam legeretur à nom-
18 tus simul cum Pompeo † dum non probabat quod illi etiam acquisitum fuerit commodu ex eo contractu, sed soli Pompeo cui verè fuit ea cessio à Ludouica, *ex regula text. in vnus, §. ante omnia, ff. de pactis*, & notant ibi, *num. 1. Alex. super eadem l. in princ. n. 9. Castren. actionem n. 5. C. eod. tit. & in l. 2. C. de hæred. vel ne venditi.*

Et ita vtraque, &c.

** Decisiones quæ supra enunciantur num. 2. in hac sa factę habentur in par. 7. decis. 93. 131. & illa vero sub die 21. Martij 1638. coram Reueren Terracinen. habetur in hac ead. parte decis. apud Censal. in Addit. Peregr. sunt aliæ duæ decis riter in hac causa emanatæ sub dieb. 5. Martij, & Iunij 1649. coram eodem Reuerendiss. Terracinen bon. mem. Peutingerio, quæ sunt dec. 16. & 17.*

R. P. D. PANZIROLO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana Domus ad Transtyberim.

Lunæ 29. Nouembris 1638.

ARGVMENTVM.

Agitur de eadem materia de qua loquitur decis. supra in hac parte scilicet de probanda ... tione donationis, vbi pariter adducuntur c... cturæ, quæ pro simulatione concurrunt rei ... do contraria. Inimicitia quando repellat ... à testificando, & an procurator testimoni... cere prohibeatur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio eius, qui domum alicuius habitauit, ... lius seruitio, vt iure familiaritatis non hab... consideratione.*
2 *Donans hæreditatem, si declarauit se ab ea ve... stinere, ius aliquod super illam in Dona... transferre non potest.*
3 *Ius adeundi hæreditatem alteri nequè cedi, neq... nari potest.*
4 *Contractus simulatus non potest transferre titu... vel possessionem, & num. seqq.*
5 *Titulus simultatus non est titulus. Traditio simulata non transfert possessionem, nu...*
6 *Moriens non est præsumendum, quod immemor ... æternæ voluerit mentiri.*
7 *Commitens causam iactationis iactationum ... actor secundum vnam opinionem.*
8 *In contrarium tamen est communis Doctorum ... tia, quod talis dicitur reus non autem actor ... num. 9.*
10 *Simulatio est difficilis probationis.*
11 *Simulationem probant testes minus idonei.*
12 *Testes alioquin insufficientes probant simulation... maximè iunctis adminiculis.*
13 *Inimicitia leuis non repellit testem à testificando. Inimicitia proueniens ob omissam salutationem ... tur leuis, num. 13.*

14 *Iudicis arbitrio remittitur, iudicare quæ sit leuis inimicitia.*
15 *Testis vt ex causa litis repellatur à testimonio non sufficit lis pauci momenti.*
Sed requiritur litem verti super omnibus bonis, vel saltem pro maiori parte, ibid.
16 *Conducens domum pro alio non dicitur in ea aliquod habere interesse.*
17 *Clerici, & præsertim Parochi extranei, nullo modo sibi coniuncti, tutelam, & curam suscipere nequeunt. Limita si de consensu superiorum hoc faciunt, ibid. d. num. 17.*
18 *Notarius alicuius non prohibetur pro eo testimonium dicere.*
19 *Notariatus officium est publicum, & cuique inseruire tenetur, num. 18.*
20 *Testes non dicuntur contrarij, si omnes fateantur fuisse præsentes, sed vnus dicit aliquid audiuisse, alius vero negat, & num. seqq.*
21 *Testium dicta quantum fieri potest sunt concordanda, & coadiuuanda etiam per suppletionem.*
22 *Testis qui in alia causa fuit procurator partis pro qua deponit, probat etiam si mandatum fuerit reuocatum pendente lite.*
23 *Procurator admittitur in testem si aliundè veritas haberi non potest.*
Procurator admittitur in testem in contractu simulato, num. 23.
24 *Testes à parte querelotus, & sic illius inimicus admittitur, si à querela fuit absolutus.*
Inimicitia affectata, & studiosè procurata non repellit testem à testificando, nu. 24.
25 *Testis si deponit se esse creditorem partis contra quam deponit, non ex hoc illi fides minuenda venit.*
Testis fides augetur si deponit contra proprium interesse. nu. 25.
26 *Creditori interest habere debitorem locupletem, non autem inopem, & non soluendo.*
27 *Testis creditor partis contra quam deponit, præsumitur procurare augumentum, non detrimentum substantiæ illius.*
28 *Debitoris detrimentum sæpe in damnum creditoris redundat.*
29 *Lites intentatæ contra testes tempore examinis dicuntur affectatæ nec eos à testificando repellunt.*
30 *Testes non dicitur inimicus, si litem aduersus aliquem introduxit, pro quo comparuit pars contra quam deponunt,*
31 *Testis deponens, puta Petrum, non autem Paulum soluisse, non dicitur falsus licet appareat Paulum fuisse constitutum debitorem, eiusque nomine peniam solutam.*
32 *Exceptiones cauillosæ contra testes adductæ non attenduntur.*
33 *Coniecturæ licet numero plures nihilominus non excludunt pauciores, quando illæ sunt in pondere fortiores.*
34 *Simulatus contractus licet nemini præiudicialis, potest tamen ab ipsis partibus impugnari, & de nullitate dici.*
35 *Simulatio donationis magis dicitur ex reseruatione sibi facta à donante de eo quod in donatione non comprehendebatur.*
36 *Subscriptio contractus simulati facta à contrahentibus, simulationem non excludit.*
37 *Falsitatis suspicio oriens ex apostilla omnino euitatur ex illius subscriptione facta à partibus, vel Notario.*
38 *Donationis simulatio non excluditur etiam si donatarius exegerit fructos alicuius rei donatæ qui tamen sint modici.*
39 *Citatus ad dicendum contra, si opposuit generalia, potest postea quascumque exceptiones obijcere etiam ex causa simulationis.*
40 *Taciturnitas donantis, & donatarij post donationem, si donans in possessione remansit arguit non excludit simulationem.*
41 *Exceptiones in alijs instantijs non oppositæ non dicuntur dolosæ, si illæ saltem tacitè sub alijs protestationibus continentur.*
42 *Donationis simulatio non excluditur, quod fuerit facta absente donatario, si illius minuta ab eo fuerit conscripta.*

DECISIO XC.

Dictum fuit coram me sub die 18. * Iunij proximè præteriti constare de bono iure Hospitalis S. Ioan. Colabytæ de Vrbe resultante ex instrumento donationis eidem Hospitali factæ ab Octauio de Caualerijs, & ex possessione in ipsum translata bonorum donatorum, tam vigore clausulæ constituti in d. Instrumento appositæ, quam etiam ex reali, & actuali illius apprehensione postmodum subsequuta, & præsertim domus de qua agitur cui resolutioni non acquiescens Franciscus Verardus obtinuit de nouo audiri, & rursus super ijsdem causa proposita Domini inhærendo rationibus, & fundamentis tunc deductis, & hodie comprobatis, steterunt in decisis, non obstante quod plura in contrarium adducerentur, quæ vti friuola, & irreleuantia non visa fuere attendenda; Verardus enim non probat se esse possessorem anteriorem medietatis istius domus, prout esse necesse, ad effectum vt possessio Hospitalis non esset manutenibilis. Quoniam vel ipse innititur possessioni inchoatæ de an. 1624. & cum de illo tempore fuerit ab Octauio procurator constitutus, & in domo vti
1 talis accersitus† eius possessio fuit iure familiaritatis, quæ propterea non habetur in consideratione, *Rot. coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 472. n. 6. & dec. 17. n. 8. par. 5. recent.* Aut certè innituntur possessioni in vim tituli, quem prætendit acquisiuisse ex donatione sibi facta ab Octauio de iure adeundi hæreditatem Antonij.

Et tamen per huiusmodi donationem nullus potuit in eum transferri titulus possidendi, tum quia ipsemet Octauius in ipso donationis instrumento declarauit se velle ab hæreditate Antonij
2 abstinere, & consequenter ius adeundi d. hæretatem Verardo competere non potuit *cap. Nemo potest de reg. iur. in 6.* Tum quia ius adeundi vti
3 personale † alteri cedi, seu donari non potest ex allegat. in alia decis. quibus addi potest in terminis hæreditatis fraternæ. *Corn. cons. 211. nu. 13. lib. 2.* Tum etiam, quia d. donatio, seu cessio vti simulata, & consequenter nulla ipso iure, non
4 potuit † aliquem titulum Verardo tribuere, nec aliquam possessionem in eum transferre, ex quo
5 titulus simulatus non est titulus, & simulata † traditio non transfert possessionem, vt per *Bald. in*

l. fraus, *num. 4. & seq. ff. de legib. Tiraq. de retr. lign. §. 1. glos. 2. nu.* 15. Quæ simulatio non solum visa
fuit probata ex coniecturis alias latè ponderatis,
sed etiam ex hac noua desumpta ex Codicillo
Octauij post d. cessionem facto in quo declarauit
se spatio 16. aut 18. ann. circit. alimenta præsti-
tisse Francisco Verardo eius procuratori, ac etiam
illius fratri, & famulo, necnon plura insumpsisse
dum d. Franciscus erat infirmus, & habitabat in
mansionibus domus veteris ipsius Octauij, in
quibus semper inhabitauit etiam de tempore quo
erat contumax Curiæ, retinendo in ijs sua mobi-
lia, propterea mandat Hospitali, vt repetat ab
eo omnia supradicta alimenta, necnon etiam il-
lum rogat soluere pensiones d. appartamenti, in
quo toto d. temporis spatio inhabitauit, ex com-
putata tamen mercede ei debita pro officio Pro-
curatoris, ex qua declaratione facta per Octa-
uium satis clarè apparet d. donationem non fuis-
se veram, sed simulatam; si enim vera fuisset, si-
ne dubio Octauius in articulo mortis constitu-
tus, non mandasset Hospitali, vt exigeret pensio-
nes d. appartamenti, quod prætenditur in dona-
tione comprehensum, cum post factam d. cessio-
nem, seù donationem illius dominium non am-
plius ad Octauium, sed ad Verardum spectasset,
non enim & præsumendum, quod immemor
6 † salutis æternæ voluerit mentiri, *Surd. consil.* 10.
num. 56. *Alciat. de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 4. *in
princ. Rota in Leodien. Castrorum* 10. *Nouembr.* 1656.
coram Reuerendiss. D. meo Decano.

Ad id verò, quod obijciebatur Hospitale su-
7 scepisse partes Actoris, † dum ab eius Procura-
tore in Curia Eminentiss. Card. Vicarij fuit con-
tra Verardum obtentum, & executum monito-
rium iactationis, & iactationum secundum opi-
nionem *Afflict. decis.* 268. responsum fuit commu-
nem opinionem stare in contrarium, nimirum
8 quod committens † causam iactationis non dica-
tur Actor, sed Reus, vt per *Cagnol. in l. diffamari*,
num. 9. *C. de ingen. & manumiss. Osasc. decis. Pedem.*
151. *num.* 4. *& seqq. Vrsill. in addit. ad eumdem Af-
flict. ad decis.* 268. *num.* 2. *versic. sed contrariam opi-
nionem*, *& num.* 3. vbi attestatur hanc seruari in
9 praxi, & alios quos refert, & sequitur *Grat. dis-
cept.* 85. *per tot. & præsertim n.* 9. *&* 19. & firmauit
Rot. dec. 423. *n.* 2. *vers. minus Domini dicebant, & seq.
par.* 1. *diuers.*

Nec refragatur, quod aliquæ ex prædictis
coniecturis inferentes simulationem probentur
per testes, contra quos congeruntur plures ex-
10 ceptiones, quia cum simulatio sit de his, quæ
sunt difficilis probationis, vt per *Menoch. de ar-
bitr. cas.* 116. *n.* 8. *Magon. dec. Lucen.* 25. *n.* 6. ad eam
11 probandam admittuntur testes minus † idonei
ex *Honded.* & cæteris adductis in decisione, etiam
singulares, vt *Farinac. cons.* 40. *n.* 7. *lib.* 1. *Rot. Ia-
nuen. dec.* 184. *num.* 16. Præsertim concurrentibus
12 † alijs adminiculis, prout in casu isto *Rot. dec.*
280. *n.* 7. *par.* 4. *diuers.*

Vltra, quod prædictæ exceptiones, vti minus
efficaces, & non subsistentes nequaquam potue-
runt adimere fidem Testibus, ea enim quæ da-
tur contra personas primi Testis, quod sit ini-
micus ipsius Verardi satis videtur tolli, ex quo
13 inimicitia est leuis, † cum proueniat ob omis-
sam salutationem, quæ ideò non potest
pellere à testimonio, vt per *Grammatic.*
polit. 34. *num.* 27. *&* 28. vbi quod relinquit
14 trio iudicantis, quæ sit † leuis inimic
dec. 41. *num.* 15. *p.* 3. *recent. & coram Reuerend*
Decano dec. 48. *num.* 20.

Nec potest repelli ex eo, quod fuerint
ter ipsum testem, & verardum, quia v
super rebus pauci momenti, & illis se
dit causam ipsemet Verardus, & ad ist
ctum requiritur lis super omnibus bonis
tem super maiori patre, vt per *Alex. cons*
lib. 1.

Nec visum est subsistere, quod iste te
beat interesse in hac causa, ex eo quod H
le eidem locauerit domum de qua agitu
ipse conduxerat domum istam pro vsu
16 ni Gogi, non autem sui, † & sic no
considerari aliquod eius interesse. Du
dicitur, quod non poterat sortiri effectu
tio nisi Verardus fuisset expulsus ab ead
mo, satis tollitur, ex quo in d. location
comprehendebatur appartamentum in q
manet Verardus, sed solum ea pars dom
inhabitabat Pupius.

Corruit etiam, quod ipse sit transgress
Canonum, ex quo suscepit tutelam, &
17 d. Augustini Gogi, † qui nullo vinculo
guinitatis erat sibi coniunctus, sed pen
traneus, quod Clericis, & præsertim P
prout ipse est omninò prohibetur, *Can.*
dist. & Can. Ciprianus 21. *qu.* 3. quia prædictu
curæ se ingessit eum consensu, & licenti
riorum, & sic in eo non potest considera
qua transgressio.

Sicut pariter non teleuant ea, quæ con
cundum testem opponuntur; nam quod
18 Notarius Hospitalis † non est exceptio
possit eum repellere à testimonio, quia
19 ficium Notariatus sit publicum, tenetur
que inseruire, maximè cum ab Hospitale
sit salariatus, sed solum eidem soluantu
tus, & instrumenta, quæ in dies stipulan
cedente præsertim, quod nullum potest
considerari interesse in hac causa, quod
ipsum repellere à veritate dicenda.

Nec est mendax dum dicit, quod tem
quo Octauius tractauit cum Verardo de
cta donatione reperiebatur præsens simul
Tomassino, qui tamen Tomassinus depo
non fuisse præsentem verbis, quæ interue
inter Octauium, & Verardum super d. don
quia d. Tomassinus non negat se fuisse p
20 tem, quando † Octauius vna cum isto te
uenit ad forum vbi commorabatur Ver
nec negat, quod insimul tractauerint de
natione, sed solum dicit se non fuisse præ
dd. verbis, quod tamen potuit accidere, v
tunc temporis aliud cogitaret, & verbis
donationem prolatis ita in specie non adu
licet corporaliter ibi adesset, vt deponit
testis, & alias ponderauit *Corn. cons.* 202.
lib. 4. quem sequitur *Rota coram Greg. dec.* 39
vel saltem, quod intellexisset de alia vic
alio loco, & tempore, quo ipse fuerit i
cum prædictis, & tamen de ista donation

fuerit tractatum, dicta enim testium sunt pro viribus ad concordiam, et coadiuuanda etiam
21 per† suppletionem, *Buratt.dec.932.nu. 9. & 10. Gregor.d.dec.351.n.37.& dec.467.n.13. Rot. decis. 289.n.6.par.5 rec.*

Plures etiam afferuntur exceptiones contra personam tertij Testis, quæ tamen non videntur obstare; non enim subsistit, quod ipse sit Procurator Hospitalis, et sic non possit testificari
22 pro eo, † quia mandatum procuræ fuit reuocatum longè ante ipsius examen, et sic eidem fides est adhibenda, prout fuit latè ponderatum in decisione, quæ reuidetur; et licet d. reuocatio fuerit facta lite pendente, quæ ideò non videtur suffragari *iux.doct.Salustij in praxi lib.2.cap.13.* Attamen fuit responsum, quod *doct.Salustij* solum procedit, quando quis vult deponere pro suo principali in ea causa in qua fuerat Procurator constitutus, et vti talis litem fuerat contestatus, secus si in alia causa penitus diuersa prout in casu præsenti. Nec refragatur quod ipse post factam reuocationem se ingesserit in hac causa, dum agitabatur in Curia Capitolina, quia lis quando ibi pendebat erat solum super pensionibus Casalis decursis, tam in vita Antonij quam post eius mortem, quas prætendebat Verardus sibi deberi vti prouenientes ex re hæreditaria, q. Antonij non autem super manutentione in possessionem istius domus, et simulatione contractus donationis, sed quatenus etiam constaret ipsum fuisse Procuratorem Hospitalis in hac causa, nihilominus cum aliunde veritas haberi non
23 possit stante quod versamur † in contractu simulato, qui clam, et occultè solet fieri, deberet in testem admitti, vt per *Farinacc.de testib.qu.60.numer.237.*

Nec iste etiam testis est repellendus ex causa inimicitiæ dum fuit à Verardo criminaliter accusatus super prætensa falsitate sequestri. Quia postmodum illius innocentia fuerit detecta, et Iudex mandauerit per speciale rescriptum, quod
24 non posset in aliquo molestari, satis constat, quod prædicta inimicitia fuit affectata, et studiosè procurata ad effectum eidem minuendi fidem, et sic exceptio ex ea resultans non debet attendi, vt alias firmauit *Rota in Ianuen.separationis Thori 11. Aprilis 1633.coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Minus obstat, quod ipse prætendat esse creditorem Verardi in sc. 200. pro patrocinio adhibito in illius causis, et quod super hoc eidem
25 mouerit litem, quia ista causa † non videtur sufficiens, vt eidem minuatur fides, sed potius, vt augeatur cum deponat contra proprium interesse, vt per *Greg. dec. 351. n. 14.* Etenim prodesset
26 habere debitorem locupletem † non autem inopem, et non soluendo, et sic est præsumendum,
27 † quod curæ habeat augmentum bonorum debitoris, non autem damnum, quod persæpe
28 † cædit in detrimentum ipsius creditoris.

Prout nec etiam potest ei minuere fidem alia lis, quæ vertitur inter ipsos super restitutione nonnullorum librorum, quia fuit à Verardo in-
29 tentata tempore † quo ipse testis examinabatur pro Hospitali prout etiam eodem tempore comparuit Verardus vti Procurator Virginiæ Lunæ super renouatione fideiussionis contra eundem testem, et sic non potest negari quin fuerit affectatè procurata, ac proindè haberi debeant, ac si nunquam agitatæ fuissent. Dum verò com-
30 paruit Verardus vti Procurator † Octauii de Caualerijs in lite ei mota per d. testem non potest fieri aliqua vis, quia in ea Verardus nullum habebat interesse.

Nec potest redargui de mendacio, dum deponit, quod expensæ rogitus Archiuiationis insinuationis d.donationis fuerunt factæ per Octauium non autem per Verardum, et tamen in contrarium ostendatur fides Notarij, in qua debitor fuit constitutus Verardus, et etiam illius nomine fuit facta solutio. Quia ex hoc non tol-
31 litor † quin pecuniæ, quibus fuit facta ista solutio non essent Octauij, prout verè erant, et deponit idem testis, licet fuerint solutæ nomine Verardi, quod non alia ratione factum fuit, quam ad cooperiendam donationis simulationem. Et quamuis aliæ plures exceptiones contra testes à Verardo allatæ fuerint, visæ sunt Dominis non attendendæ, vti nimis cauillosæ,
32 † præterquam, quod satis fuerunt sublatæ per informantes pro Hospitali,

Demum non obstant coniecturæ à Verardo cumulatæ pro excludenda simulatione d. donationis, quia licet istæ re vera sint numero plures
33 † quam coniecturæ allatæ ab Hospitali nihilominus in pondere visæ sunt longè inferiores maximè cum facilis vnicuique ipsarum pateat responsio.

Ad primam enim dum dicitur quod excluditur simulatio ex quo d. cessio non fuit facta in fraudem alicuius, imò quod nemini sit præiudicialis prout etiam dicitur in 24. coniectura quod scilicet non posset dici præiudicialis Octauio, quia ipse noluit vnquam esse hæres Antonij nec in fraudem Creditorum Antonij, quia fuit facta cum onere eiusdem satisfaciendi, nec etiam in præiudicium Fisci, quia Octauius nullum commiserat delictum, ob quod sua bona de eo tempore fuissent confiscata, & extra istos terminos non possit considerari alicuius præiudicium. Resp. quod licet simulatio non sit præ-
34 iudicialis tertio † nihilominus cum contractus sit simulatus respectu partium potest ab eisdem opponi, & dari de nullitate *Dec. cons. 14. nu. 7. vers. Isti. Tiraq. de retr.lign.§.1.gloss.2. n.16.vers. sed quod huiusmodi obiectioni* ,vbi plures cumulat Vltra †quod potest etiam considerari præiudicium creditorum Antonij,quia non legitur quod Octauius donauerat Verando, cùm onere illi satisfaciendi, imò idem Verardus protestatus fuit se nolle aliquod eis soluere:

Ad tertiam, & quartam. Quod Octauius expressè reseruauerit iura sibi competentia vigore fideicommissi paterni & hæreditatis maternæ ac etiam ea quæ sibi competebant, vti creditori Antonij, Respondetur quod ex hoc non tol-
35 litur simulatio, sed magis augetur † quia ista iura non comprehendebantur in hæreditate Antonij, & Octauius non indigebat tali reseruatione; & sic videtur factum ad magis colorandam donationis simulationem.

Nec releuat 5.desumpta ex eo quod Octauius

non solum subscripserit propria manu donationem verum etiam apostillam in eadem donatione appositam in qua specialiter sibi reseruauerat iura cōpetētia ex hæreditate materna, non obstante prima subscriptione specialiter, & de nouo propria manu approbauerit. Quia ex
36 † hoc non potest argui aliqua exclusio simulationis, nam prima subscriptio requirebatur ex forma Statuti Vrbis, ne alias donatio appareret ipso iure nulla, & sic Octauius non potuisset ex ea commodum quod prætendebat reportare nimirum ne molestaretur à creditoribus Antonij secundam verò subscriptionem ideò fecit vt euitaretur omnis suspicio falsi, quæ ex tali apostilla, seù additione potuisset oriri, quæ omninò euitatur stante speciali subscriptione partium
37 † vel Notarij secundum ea, quæ tradit *Farin. de fasit. & simulat. qu. 153. n. 12.*

Ad 11. & 12. dum dicitur, quod Verardus exegit pensiones cuiusdam Magazzeni, quod prætenditur fuisse in hæreditate Antonij etiam sciente, & patiente Octauio. Responsum fuit quod d. Magazzenum non erat proprium Antonij, sed illud possidebat vigore Saluiani, & Octauius ideò non contradixit ne ob paucitatem
38 † rei, & leuitatem interesse detegeretur simulatio prædictæ donationis, & consequenter non potuisset euitare molestias creditorum Antonij.

Ad 16. quod non fuerit de simulatione datum, quando Verardus post lapsum 5. annor. à die confectionis prædictæ donationis eam produxit in curia Capitolij præuia citatione ad dicendum contra; Resp. quod licet Octauius non dixerit donationem fuisse simulatam nihilominus in ter-
39 mino prædicta citationis opposuit † generalia contra, quæ protestatio eidem præseruauit ius excipiendi quandocumque contra d. donationem, & etiam opponendi quascumque exceptiones prouenientes ex qualibet causa, & consequenter etiam ex causa simulationis. *Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 10. Caputaq. dec. 323. n. 1. & per tot. par. 1. & dec. 279. ante num. 1. par. 2.*

Ad 20. quæ desumitur ex eo quod Octauius spatio 5. annor. quo superuixit nunquam dederit de simulatione etenim hoc accidit, quia non egebat dare de simulatione dum à Verardo in
40 aliquo non molestabatur, immò ista eadem coniectura retorquetur contra ipsummet Verardum, quia si credidisset d. donationem fuisse validam statim petijsset ab eodem Octauio partem bonorum, quam prætendit spectare ad hæreditatem Antonij non autem tacuisset per quinquennium expectando tempus opportunum ad effectum, vt simulatio non detegeretur, nimirum dum Octauius erat morti proximus, & suas rationes non poterat benè deducere.

Ad vigesimam secundam dum dicitur, quod pro parte Hospitalis in alijs instantijs factis coram R.P.D. Bilio, & alijs Iudicibus, nunquam fuit oppositum de simulatione, & sic quod ista
14 tarda † exceptio videatur esse dolosa; Resp. quod pro parte Hospitalis fuit pluries protestatū quod Verardus detinebat appartamentum prædictæ domus vti Procurator Octauij, & quod in eo nullum ius habebat, quod etiam fuit articulatum, quæ protestationes, & articuli saltem implicitè continent exceptionem simulationis.

Quod verò dicta donatio fuerit facta absente Verardo non videtur esse actus considerabilis ad
42 effectum † excludendi simulationem stante præsertim, quod ipsius minuta fuit ab ipsomet Verardo confecta, & propria manuscripta.

Reliquæ vti nullius ponderis non visæ sunt indigere responsione.

Et ita parte vtraque informante resolutum fuit standum esse in decisis &c.

Supra in hac eadem parte adest alia dec. in hac causa facta sub die 18. Iunij 1638. & est dec. . .

REVERENDISSIMO P. D. DVNOZETTO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana domus, seù Dotis.

Mercurij 28. Nouembris. 1638.

ARGVMENTVM.

Census in dotem assignatus pro fundo dotali, cum hoc quod in casu retrouenditionis, illius pretium debeat inuestiri cum eadem qualitate fundi dotalis, si fuit venditus, & pretium conuersum in emptione domus, illa domus vtique euasit fundus dotalis, maximè attenta conuentione quod pro tali haberi debeat.

SVMMARIVM.

1 *Dominium naturale rei dotalis est penès mulierem, ciuile verò penes maritum.*
2 *Res empta à viro ex pecunijs dotalibus regulariter non efficitur dotalis, & vide sup. nu. 1. & infra & seqq. vbi limitatur.*
3 *Emptum ex pecunijs dotalibus efficitur fundus dotalis ex partium conuentione tacita, vel expressa, num. 17.*
4 *Emptum ex pecunia dotali efficitur fundus dotalis, si partes ita conuenerunt tam in constitutione dotis quam in acquisitione rei.*
5 *Pactum quod prætium fundi dotalis conuertatur in alium fundum dotalem, facit rem emptam esse fundum dotalem.*
6 *Fundus dotalis à lege alienari probibetur.*
7 *Res empta ex pecunia dotali efficitur dotalis, quando & voluntas mulieris, & eius vtilitas concurrit, num. 17.*
8 *Clausulæ,* ad habendum, *& similes non excludunt fundum dotalem, quando ex verbis alijsque coniecturis elicitur fundum esse dotale.*
9 *Promissio dotis si præcessit in quantitate, bona postea assignata etiam pro fundo dotali non efficiuntur fundus dotalis.*
10 *Intellige vbi dos simpliciter fuit in pecunia promissa, secus si ea lege vt pecunia inuestiatur pro fundo dotali, & num. seqq.*
12 *Dos in quantitate constituta cum hoc quod debeat inuestiri, censetur constituta in eisdem inuestimentis & num. seqq.*
13 *Quantitas promissa non simpliciter, sed cum pacto ...*

reinuestiendi, non iudicatur vt quantitas, sed vt species.

14 *Pactum quod pecunia inuestiri debeat pro securitate mulieris, non fundum dotalem, sed simplicem hypothecam inducit.*

Intellige vbi simpliciter fuit dictum quod staret pro securitate, secus si pro fundo dotali, nu 15.

Hypotheca non cadit in re propria nu. 14. & nu. 16. vbi limita.

16 *Mulier potest habere hypothecam etiam super fundo dotali.*

DECISIO XCI.

PHilippus Peccar, & alij tutores Cinthiæ del Prato nuptui tradiderunt D. Cinthiam Ioanni Forouino, cui ad computum dotis, & fundi dotalis eiusdem Cinthiæ assignarunt annuum censum scutorum 70. pro summa scutorum 1000. in sorte, & pro residuo eiusdem dotis promiserunt soluere alia scut. 500 in pecunia numerata, statim atque dicta Cinthia ad viri domum traducta esset; Pacto adiecto quod in euentum redemptionis d. census prædicti coniuges tenerentur deponere dicta scuta 1000. in aliquo banco tuto ad effectum illa reinuestiendi in bonis stabilibus, seu alio simili censu pro cautela, & securitate ipsius Cinthiæ; pro dicto autem residuo scut. 500. Ioannes maritus omnia bona sua hypothecauit.

De anno 1589. Ioannes vendidit d. censum eodem pretio scut. 1000. ad quorum computum recepit scuta 895. quæ iuxta formam Instrumenti dotalis reinuestiuit in domo, de qua agitur, eamque pro rata d. pretij soluti hypothecauit pro fundo dotali d. Cinthiæ eius vxoris; Pacto etiam adiecto quod in euentum retrouenditionis d. domus dictum pretium reinuestiri pariter deberet in alijs bonis stabilibus pro euictione d. census, & fundo dotali eiusdem Cinthiæ, vt latius in Instrumentis datis in Summ. num. 1. & 2. continetur.

Orta nuper controuersia inter filios, & hæredes dd. coniugum super iuribus dotalibus d. Cinthiæ eorum matris, causaque in Rota commissa sub primo loco dubitatum me Proponente, An D. Cinthia acquisiuerit dominium d. domus pro rata d. pretij soluti cum pecunijs dotalibus eiusdem Cinthiæ, & Domini responderunt affirmatiuè, quia cum prædicta domus esset fundus dotalis d. Cinthiæ, vtique ipsa acquisiuit dominium
1 eiusdem domus pro rata d. pretij soluti, † cum dominium naturale rei dotalis sit penes mulierem, quamuis ciuile in ipsum virum transeat, *l. in rebus, C. de iur. dot. latè Barbos. in l. dotalem 62. n. 7. ad fin. vers. Vnde ego aliter, & seqq. ff. solut. matr. Alex. in l. 1. nu. 31. post med. vers. item dicit. Imola. ff. de leg. 1. Grat. discept. 489. nu. 1. & 7. Seraphin. decis. 201. num. 28.*

Quod autem prædicta domus esset fundus dotalis, d. Cinthiæ, res visa fuit carere difficultate,
2 quia licet † res empta à viro ex pecunia dotali, regulariter non efficiatur fundus dotalis, iuxta *l. ex pecunia C. de iur. dot.* Nihilominus à tali regula receditur quando, prout hic, ex conuentio-
3 ne partium tacita, vel expressa, † colligitur contrahentes voluisse quod illa res esset fundus dotalis ad *l. æstimatis 50. ff. solut. matrim. l. si inter. virum, num. 21. C. de iur. dot. Ias. in l. ex conuentione nu. 11, vers. sed si fundus dotalis, C. de pact. Aretin. cons. 84. nu. 1. & seqq. Soccin. Iun. cons. 141. nu. 11. lib. 1. Couar. pract. qu. cap. 28. nu. 2. vers. sed ex contrario Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 28. nu. 17. post med. vers. & hoc sufficit, Rot. dec. 287 nu. 1. par. 3. recent.*

In proposito autem satis apertè colligitur contrahentes voluisse, quod prædicta domus empta ex pecunia redacta ex dicto censu dotali esset fundus dotalis. Quandoquidem in Instrumento dotali fuit expressè conuentum, quod in casu redemptionis dicti census scutorum 1000. in sorte prædicti coniuges tenerentur deponere dicta scuta 1000. eaque reinuestire in bonis stabilibus, seu alio simili censu; Vnde cum Ioannes maritus dictum censum vendiderit, eiusque pretium pro d. rata scu. 895. in domo, de qua agitur, iuxta formam Instrumenti dotalis reinuestiuerit sub ea pariter lege, quod illa esset hypothecata pro fundo dotali eiusdem Cinthiæ, & cum præeminen-
4 tijs, ac prærogatiuis † fundo dotali concessis, clarè sequitur dictam domum ex partium conuentione fundum dotalem effectam fuisse *Crauet. cons. 548. num. 1. in fin. & seqq. Bursatt. cons. 410. num. 11. lib. 4. Franch. ab Eccles. inter cons. fæudal. diuers. cons. 30. num. 2. & num. 4. in fin. vers. & quia præmissa Peregr. cons. 24 num. 2. & seqq. lib. 3. Grat. discept. 745. nu. 89. & nu. 96. Rot. in Romana Saluiani coram Card. Lancell. impress. per Pacif. post tract. de Sal. dec. 30. nu. 8. & coram Card. Caualer. dec. 37. num. 1.*

Concurrente præsertim altero pacto quod in euentum retrouenditionis d. domus pretium illius reinuestiretur pariter in alijs bonis stabilibus quæ perpetuò stare deberent pro euictione d. census, & fundo dotali eiusdem Cinthiæ, quod pactum cum denotet maritum non potuisse liberè
5 alienare d. domum, satis elicitur dominium d. domus in virum absolutè non transiuisse, ac per consequens illam fundum dotalem effectam fuisse, vt dixit *Rot. decis. 297. num. 2. post med. & dec. 399. n. 15. par. 3. recent. & coram Caualer. d. dec. 37. per tot.* cum id sit conformæ naturæ fundi dotalis
6 qui † à lege alienari prohibetur, *l. si prædium 23. C. de iur. dot. l. vnic. §. & cum lex. C. de rei vend. act. & tot. tit. ff. ad Iul. de fund. dot.*

Et visa fuit cessare difficultas, ex eo quia Ioannes vendidit d. censum, eiusque pretium pro d. rata reinuestiuit in domo, de qua agitur, tamquam maritus & legitimus administrator dict. Cinthiæ, quæ constante matrimonio prædictum reinuestimentum tanquam fundum dotalē agnouit, illudque vti sibi vtile præuio decreto Iudicis expresse ratum habuit, ex quibus clarè sequitur d. domum emptam ex pretio census dotalis fun-
7 dum dotalem effectam fuisse, † cum de iure res empta à viro ex pecunia dotali efficiatur dotalis, quando prout hic vltra voluntatem mulieris concurrit etiam eius vtilitas ad *not. in l. res quæ ex dotali 15. & ibi glos. ff. de iur. dot. Campeg. de dot. p. 4. q. 7. n. 1. Soccin. iun. cons. 118. n. 11. & seqq. lib. 3. Honded. cons. 41. n. 27. lib. 1. Rom. cons. 201. num. 2. Caual. d. dec. 37. nu. 2.*

Non obstant, *clausula ad habend. &c.* aliæque
8 similes adiectæ in Instrumento dotali, † quæ solent

lent excludere fundum dotalem. Quoniam illæ tanquam accessoriæ, & generales non releuant quando, prout hic, ex verbis dispositiuis alijsque coniecturis elicitur fundum esse dotalem, *Oldrad. cons. 145. num. 6. vers. non obstat si dicatur Ioseph Ludouic. concl. 10. limit. 11. Gratian. discept. 445. num. 90.*

Nec releuat, quod in capitulis matrimonialibus dos d. Cinthiæ fuerit promissa in sc. 1500. &
9 ideò † cum præcesserit promissio dotis in quantitate, prædictus census assignatus pro summa scut. 1000. non sit fundus dotalis iux. *Rot. dec. 476. par. 4. rec. & dec. 257. num. 5. & 6. coram. Reuerendiss. D. meo Decano*. Quia fuit responsum d.
10 conclusionem † procedere quando dos fuit pro-
11 missa in quantitate pure, † & simpliciter, quia tunc si detur res æstimata, etiam cum pacto quod illa stare debeat pro fundo dotali, non ideò qualitas dotis primo loco promissæ in quantitate ob d. pactum nouata, vel alterata præsumitur; secus autem quando, prout hic, dos fuit promissa in
12 quantitate, † non purè & simpliciter, sed sub ea expressa lege, quod d. quantitas deponi debeat ad effectum reinuestiendi in bonis stabilibus, vel annuis redditibus, quæ stare deberent pro fundo dotali, & in fundum dotis, quia tunc dos non videtur constituta in quantitate, sed in eisdem inuestimentis, quæ proinde dicuntur fundi dota-
13 les, † cum quantitas non simpliciter promissa, sed cum pacto reinuestiendi, non vti quantitas, sed vti species, in qua est inuestita, iudicetur ad *l. tali, scriptura in fin. & l. si seruus, §. qui quinque, ff. de leg. 1. cons. 31. nu. 5. vers. sed ita est, & n. 11. vers. considerandum lib. 6. Grat. discept. 932. n. 36. Rot. post Statil. dec. 159. n. 1. & seq. & dec. 292. num. 4. par. 5.*

Demum non obstat, quod pretium d. census debuit reinuestiri in bonis stabilibus pro cautela, & securitate d. Cinthiæ, quæ verba (pro cautela, & securitate) videntur importare specialem
14 hypothecam † super dd. stabilibus, non autem, vt ipsa stabilia essent fundi dotales, cum regulariter hypotheca non cadat in rè propria, *iux. l. neque pignus ff. de reg. iur.* Quoniam obiectum procederet, si fuisset simpliciter dictum quod huiusmodi reinuestimentum stare deberet pro cautela, & securitate d. mulieris, at secus est, quando, prout hic, fuit expressè conuentum, quod tale reinuestimentum deberet stare pro fundo dotali,
15 quia † tunc verba prædicta (pro cautela, & securitate) non tollunt constitutionem fundi dotalis, vt in specie distinguit *Natt. cons. 496. num. 13. vers. non enim obstat.* Cum enim repugnet, quod
16 mulier possit habere hypothecam † etiam super fundo dotali; *iux. d. l. in rebus, §. volumus itaque, C. de iur. dot. & ibi Bart. num. 1. Angel. num. 4. Alex. in d. l. 1. num. 31. post med. vers. item dicit, Imol. ff. de legat. 1. Rot. decis. in Romana fideicommiss. 14. Iunii præteriti coram R. P. D. meo Merlino.* Præsertim cum domus, de qua agitur, empta fuerit ex pecunia d. census cum expressa quali-
17 te, quod illa stare deberet † pro fundo dotali d. Cinthiæ, quæ cum d. reinuestimentum vti fundum dotalem agnouerit, ac præuio Iudicis decreto tanquam vtile ratum habuerit, proculduquo dicta domus tam ex partium conuentione, quàm ex iuris dispositione fundus dotalis effecta fuit, *Caual. decis. 37. num. 1. & seqq. Rot. d. decis. 297. par. 3. recent.*

R. P. D. GHISILERIO

Postea Episcopo Terracinen.

Calaritana Prioratus.

Veneris 10. Decembris 1638.

ARGVMENTVM.

Probatur auctoritate Concilij Arelatensis, nonnullorum Codicum, multorum SS. Patrum Historicorum, ac Pontificum, & aliorum Sedem Calaritanam in Sardinia esse Antiquiorem Turritana, ac Arborensi.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Arelatense primum fuitit celebratum anno Domini 314. tempore Syluestri Papæ Primi, & Constantini Imperat. Primi.*
2 *Quintianus siue Quintius, aut Quintasius fuit Episcopus Calaritanus in Sardinia, & n. 1. & 3. in fine & n. 6. 9. & 10.*
3 *Concilium secundum Arelatense habitum fuit tempora Siricij Papæ.*
4 *Subscriptiones Episcoporum, qui interfuerunt primo Concilio Arelatensi mendose fuerunt appositæ secundo celebrato de anno 390. & num. 5.*
5 *Concilium Arelatense tempore Syluestri, & Constantini nullum fuit celebratum preter in causa Ceciliani aduersus Donatistas.*
7 *Codices aliqui antiquissimi in Bibliotheca Vaticana adnotant, Quintium Episcopum ex Prouincia Sardiniæ nullam faciendo mentionem de Ciuitate Calaris.*
Quod erratum euenit in curia impressorum. n. 8.
9 *SS. Syluester Papa, & Costantinus Imperat. necnon Consules Volutianus, & Anianus non aderant tempore Concilij Arelatensis secundi.*
11 *Compilatores Codicum semper student emendatiores impressiones edere.*
12 *Codices moderni qui dicunt Quintium Episcopum Calaritatem in Sardiniæ non aduersantur antiquioribus dicentibus Quintium Episcopum ex Prouincia Sardiniæ.*
13 *Codex nullus dicit Quintium non fuisse Episcopum Calaritanum, sed bene dicit non potuisse apponere omnia gesta in Concilio.*
14 *Quintij, seù Quintiani Episcopi Prouinciæ Sardiniæ appellatione dum ipse fuit Episcopus Calaritanus ex anthonomasia venit Sedes Calaritana.*
15 *Correctio librorum quando est approbata à viris celeberrimis, ac exceptione maioribus non reuocatur in dubium, nisi exhibeantur fundamenta æque valida.*
16 *Codices dicentes Quintium, seù Quintianum Episcopum Caritanum impressi fuerunt anno 1538. & num. 17.*
Alij verò anno 1585. num. 18.
19 *Resolutio Rotalis ad fauorem alicuius afficit tantummodo collitigantes non autem alios.*

20 Anti-

20 *Antiquioritas Episcopatus sufficit absque specificatione temporis quando exaduerso illa probatio non redditur turbida.*
21 *Bernardus fuit glossator antiquus.*
22 *Calaris Vrbs fuit vocata cæteris dignior ab antiquis Historicis, imò primaria, & præcipua Sardiniæ Vrbs, necnon Metropolis vtriusque Sardiniæ.*
Episcopi Metropolitanæ Vrbis Sardiniæ Archiepiscopi Calaritani fuerunt ab Historicis vocati num. 22.
23 *S. Athanasius floruit anno Domini 350.*
24 *Cassiodorus floruit anno Domini 525.*
25 *Episcopus Calaritanus à multis Sanctis Patribus fuit per anthonomasiam vocatus Episcopus Sardiniæ.*
Archiepiscopus Calaritanus fuit à multis Pontificibus appellatus Primas Regni Sardiniæ. num. 26.
26 *Sedes Calaritana in Prouincia Sardiniæ ponitur primo loco, secundo Turritana, tertio Arborensis, & num. 27.*
28 *Ordo scripturæ in materia antiquitatis multum attenditur.*
29 *Quod prius scriptum est prius dicitur cognitum.*

DECISIO XCII.

IN decisione in hac causa facta 27. Nouembris superioris anni coram bon. mem. Motmanno fuit dictum, Sedem Calaritanam probari antiquiorem. Primo quia Sanctus Clemens fuit primus qui in Sardinia præfuerit Ecclesiæ Calaritanæ. Secundò quia ex Prouincia Sardiniæ, Quintius, seù Quintianus. Quintius Episcopus Calaritanus, interuenerit primo Concilio Arelatensi celebrato anno Domini 314. Et tertio eo quia primo Concilio Generali Niceno de ann. 325. inter alios Præsules interuenerit Protogenes tanquam Sardiniæ Episcopus; Reproposita causa super eâdem coram me subrogato, DD. non admissis articulis datis perArchiepiscopũ Turritanum, cum illos existimauerint improbabiles, continentes inuerisimilia, & valdè suspectos de calumnia, vt in particulari decisione coram me facta 14. Iunij præteriti alijs omissis, inhærentes fundamento, quod in Concilio Arelatensi interuenerit Quintius, seù Quintianus Pręsul Ecclesiæ Calaritanæ, iterum censuerunt Domini vt in *d. decis bon. mem. Motmanni* Sedem Calaritanã probari antiquiorem.

1 Fundamentum resolutionis fuit, quia omnes conueniunt quod Concilium † Arelateñ primũ, fuerit celebratum tempore Syluestri Papę Primi, & Constantini Imperat. Primi anno Domini 314. & habetur inter Concilia Gallicana nuper impressa *fol. 1. tom. 1. & seqq.* in eoque leguntur nomina Episcoporum cum Clericis suis quinam, & ex quibus Prouincijs, ad Aralateñ Concilium conuenerunt, & inter alios reperitur descriptus per hæc verba. *Quintasius Episcopus, Admonius Presbyter, de Ciuitate Calaris, pro Sardinia, &* pag. 3. habetur Epistola Synodi Arelatensis ad Syluestrum Papam de rebus in ea gestis, & canonibus ab ea constitutis, & in eadem Epistola, inter alios Episcopos nominatur Quintasius, & nullus alius fuit in dicto Concilio, qui vocaretur prædicto nomine, nisi Calaritanus, vt patet

2 ex lectura. Et in eodem Concilio Arelateñ † primo impresso per Binium tom. 1. fol. 220. inter nomina Episcoporum, qui in prædicto Concilio fuerunt præsentes, sic habetur *ex Prouincia Sardiniæ Ciuitate Calari. Quintus Episcopus, Admonius Presbyter,* & in margine est adnotatus, Quintianus. Et in secundo Concilio Arelatense impresso Coloniæ de anno 1538. fol. 184. habetur, *ex Prouincia Sardinię Ciuitate Calari, Quintus Episcopus, Admonius Presbyter,* & in margine dicitur, alias Quintianus; & in eodem tom. 1. Conciliorum, quæ fuerunt impressa Venetijs tempore Sixti V. de anno 1585. fol. 614. habetur, *ex Prouincia Sardiniæ, Quintus Episcopus, Admonius Presbyter,* & in margine dicitur Quintianus.

Nec prædictis obstat quod in Concilijs Gallicanis, & in Concilijs impress. per Binium descriptiones Episcoporum ponantur in primo Cõcilio Arelateñ, in alijs verò impressionibus ponantur in secundo Concilio. Quia huic obiectũ
3 satis facit Binius in secundo Concilio † Arelalatensi, habito tempore Siricij Papæ vbi in notis ad d. Concilium fol. 565. inquit, *quod sicut trium Vasensium Synodorum canones, ita duorum Arelatensium subscriptiones, & tempore confusa fuere, subscriptiones, quæ in editione Suriana, Coloniensi, & Veneta, huic Arelatensi secundæ præfixæ antea extabant, sunt eorum Episcoporum, qui Arelatensi primæ anno Christi 3 4. celebratæ, interfuerunt, itaque lectori non ingratum fore speramus, quod eas huic Concilio ablatas Arelaten. cuius erant restituerimus; Rationes quibus ad id faciendum inducti sumus vide in Notis eiusdem Concilij Arelaten. primi, &c.* & videre est in notis in verbo *ex Prouincia Siciliæ fol. 223.* Et eodem loco, in verbo *Damino, & Sanctiss.* eodem fol. 223. ponit Epistolam scriptam Syluestro Papæ ab Episcopis, qui interfuerunt Concilio, inter quos enumerantur Quintasius, & in margine dicitur Quintianus, & quod subscriptiones Episcoporum, qui interfuerunt Concilio Arela-
4 tensi primo, mendosè † fuerunt appositæ secundo, celebrato anno 390. & sic quod deberent apponi primo, latè probat Card. Baron. tom. 3. Annal. ad annum 314. vbi de tempore supradictorum Syluestri, & Constantini Imperatoris num. 49. dicit tempore Constantini non fuisse
5 aliud Concilium Arelatense, † quam illud in causa Ceciliani celebratum aduersus Donatistas, & num. 50. monet lectorem per hæc verba, *manifesto librariorũ errore factũ, vt in primo tomo Cõciliorum Coloniensis edictionis, primum Concilium Arelatense, quod ponitur absque aliqua nota subscriptionis Episcoporum, qui præsto fuerunt, editum habeatur, Contra vero, nomina Episcoporum, qui eidem Synodo interfuerint inscripta habeantur ei, quæ dicitur secunda Synodus Arelatensis, quam celebratam esse post Nicenum Concilium, & post Photini hęresim emergentem, postque Vasense Concilium, canones in ea positi, plenissima fidem faciunt cum aliqui Episcopi ibidem per errorem recensiti, eius Concilij esse noscantur, quod hoc anno, Volusiano, & Aniano consulibus, est celebratum, id enim, eiusmodi inscripto eidem præfixa docet his verbis concepta; Celebratum est autem idem Concilium tempore B. Syluestri Papæ Primi, & Constantini Imperatoris. Volusiano, & Aniano Viris clarissimis, consulibus, quod autem ibidem legitur circa annum Domini 326. ab aliquo superadditum fuisse certum est, cum exploratum sit, acta etiam Ecclesiastica, non nisi consulibus consignari consueuisse, nun-*

se, nunquam autem anno à Christi aduentu, quod pri-
mo factum esse, à Dionysio Exiguo, Beda testatur,&c.
& inferius idem Baronius de eodem anno 314.
num. 66. describendo epistolam à Synodo scri-
ptam ad Syluestrum Romanum Pontific. de his
quæ gesta essent in Synodo, inter alios Episco-
6 pos recenset Quintasium † cum nota in margi-
ne, Quintianum, in quo loco dicit constare
quidem complurium Episcoporum nomina,
mendosè legi, quæ emendauit, in margine, ex
ipsa inscriptione Episcoporum, quæ errore præ-
fixa habetur, Concilio posteriori Arelalensi.

7 Non obstat, quod in quatuor † Codicibus an-
tiquis manuscriptis existeñ in Bibliotheca Vati-
cana, in primo, signato num. 1538. in secundo,
signato num. 1349. in alio antiquissimo signato
num. 630. & in alio pariter antiquissimo signa-
to num. 1341. reperiatur simplex subscriptio, ita
concepta, *ex Prouincia Sardiniæ, Quintus Episco-*
pus Admonius Presbyter, absque vlla mentione
Ciuitatis Calaris, & similis subscriptio reperia-
tur etiam in alijs Codicibus antiquis, impressis
de ann. 1520. 1524. 1530. & 1570. seruatis tam
in Bibliotheca Eminentiss. D. Card. Barberini,
in quibus absue vlla mentione Ciuitatis Calaris,
reperitur subscriptio, per hæc verba, *ex Prouin-*
cia Sardiniæ, Quintus Episcopus, Admonius Pres-
byter.

Quia id, quod dicitur de Codicibus existenti-
8 bus in Bibliotheca Vaticana † tollitur ex supra
deductis, ex Cardinali Baronio in locis supra
relatis, incuria impressorum, vel aliorum qui
codices scripserunt fuisse erratum, in ponendo
subscriptiones in secundo Concilio Arelatensi,
cum essent ponendæ im primo, & benè fuit cō-
probatum, ex Pontifice, & Imperatore, qui
tunc temporis regnabant, ex Consulibus, Præ-
sulibus alijsque temporum, ac rerum circumstan-
9 tijs, hoc est, tempore † Siluestri Papæ, & Con-
stantini Imperat. & Consulum Volusiani, &
Aniani, qui non aderant tempore secundi Con-
cilij Arelatensis, de anno 390. sed de anno 314.
de quo tempore Quintius, vel Quintianus, erat
Episcopus Calaritanus, vt testatur Fara Scriptor
Turritanus, de rebus Sardois pag. 79. vbi in-
quit, anno 314. floruisse Quintianum, seù Quin-
tium Episcopum Calaritanum; & auctoritati
Card. Baronij conformis est etiam supra relata
opinio Binij, cui adstipulatur Fara, vbi supra,
& Sirmondus Societ. IESV tom. 1. Conciliorum
antiquorum Galliæ pagin. 593. inter alias inscri-
ptiones ponit, *Quintus Episcopus ex Ciuitate Ca-*
10 *laris, ex Prouincia Sardiniæ*, † & in notis ad di-
ctum Concilium testatur, sequutum fuisse codi-
cem Corbeiensem, in quo nomina Episcoporum,
& Ciuitatum descripta leguntur; Nec faciunt
deducta ex supradictis Codicibus antiquis im-
pressis existeñ in Bibliotheca Vaticana, & in Bi-
bliotheca Emin. D. Card. Barberini. Quia cum
in pluribus alijs codicibus etiam impressis, lega-
tur subscriptio, cum expressa mentione ciuitate
11 Calaris credendum est, compilatores qui † sem-
per student emendatiores impressiones edere;
reuolutis monumentis veritatem inuestigasse;
Nec huiusmodi subscriptiones aduersantur alijs
existeñ. in codicibus antiquioribus supra relatis,
cum solum exprimant in particulari; Dicē.
12 Prouinciæ Sardiniæ, & ciuitatem, † cuius Quin-
tius erat Episcopus, quæ qualitate in alijs sub-
scriptionibus non fuerunt expressæ. Maximè cū
nullus reperiatur, qui dicat in contrarium, sed
non potuisse apponere omnia gesta in Conci-
13 lio, † quæ habere non potuit, & propterea est
standum dd. subscriptionibus, nisi aliundè erro-
rem in ijs irrepsisse ostendatur.

Et propterea dum Quintius fuit Episcopus
Calaritanus de d. anno 314. vt testatur Fara, &
comprobat subscriptio desumpta ex Conc. Are-
latensi, correcto per Baronium, & per Binium
in Notis ad Concilium primum Arelateñ vt fuit
dictum supra, certum est appellatione Quintij,
14 seù Quintiani Episcopi Prouinciæ Sardiniæ,† ex
antonomasia venire Sedem Calaritanam, & sic
non obstare, quod in supradictis codicibus sub-
scriptio Quintij Episcopi non concludat de Ca-
laritano, nulla habita ratione quod emendatio
Conciliorum fuerit desumpta ex codicibus men-
15 dosij, † quando correctio fuit approbata à viris
celeberrimis, ac omni exceptione maioribus nō
potest in dubium reuocari nisi alia fundamenta
æquè valida exhibeantur, quæ deficere in hoc
casu censuerunt Domini.

Neque subsistit quod huiusmodi impressiones
in quibus fit mentio ciuitatis Calaris, fuerint
factæ post motam litem super primatu, aut sal-
16 tem in tempore valdè proximo motioni litis.
Quia contrarium probatur ex supra relatis ver-
bis secundi Concilij Arelateñ impressi Coloniæ
de anno 1583. vbi fol. 184. habetur. *Ex Prouin-*
cia Sardiniæ, Ciuitatis Calaris, Quintius Episcopus
Admonius Presbyter, & in eodem loco in margine
17 dicitur alias Quintianus, ex qua impressione†
antiquissima exceden tempus 100. ann. probatur
correctionem per multum temporis spatium
præcessisse motam litem. Vltra quod etiam im-
press. facta Venetijs de anno 1585. præcessit mul-
18 to temporis spatio litem motam, † cum illa
tantum fuerit suscitata de anno 1606. de quo
tempore, vt apparet ex lectura commissionis,
causa fuit commissa in *Rota bo. me. Horatio Card.*
Lancell.

Pariter censuerunt DD. quod ad effectum de
quo agitur nihil releuaret, etiam si probaretur
Simplicium fuisse Episcopum Pausaniæ, & Pa-
saniam fuisse ciuitatem antiquiorē Calari. Quia
cum lis pendeat inter Calaritanum, Turritanum
& Arboreñ super primatu Insulæ, & Regni Sar-
19 diniæ, † resolutio ad fauorem Calaritani, afficit
cit solum Turritanum, & Arboreñ, non alias
Ecclesias Regni, quæ non sunt in lite. Vnde sa-
tis est quod in præsentia, Calaritanus ostendat
habuisse Episcopus ante Ciuitatem Turritanam
quia probatio respectu temporis Sedis Archiepi-
scop. Calaritanæ, dum exaduerso probatio ali-
20 qua certa non datur, † quæ antiquitatem d. Se-
dis Calaris turbidam reddat, suffragatur absque
alia probatione antiquioritatis.

Probato autem ex supradictis quod in prædi-
cto Cōcilio primo Arelatensi legatur subscriptus
Quintius Episcopus, ex Prouincia Sardiniæ Ciuitatis
Calaris, manifestè conuincitur quod de ann. 314.
Ciuitas Calaris erat Sedes Episcopalis, & cum
Archie-

Archiepiscopus Turritanus, & Arboreñ, qui hodie sunt in causa, nihil exhibeant, ad probandum existentiam dd. Sedium Episcopalium de d. tempore, aut tempore anteriori, sed solum tempore multum posteriori, inde sequitur probari, antiquioritatem Sedis Calarit. in ordine ad Turritañ, & Arboreñ.

Accidentibus præsertim pluribus coniecturis deductis pro parte Calaritani, desumptis ex Historijs tàm antiquis, quàm modernis, ex Strabone, Plinio maiore, Lucio Floro, D. Athanasio, Io: Estadio, Petro Gallesino, Ioanne Episcopo, Ioanne Catilion, Ioanne Laurentio de
21 Anania, † Bernardo Glossatore antiquo *in cap. si diligenti de præscript.* Sebastiano Munstero Georgio Brahù, & Francisco Eongelucio, & ex alijs pluribus, qui vocarunt Calarim Vrbem, cęte-
22 ris † digniorem, & Archiepisc. Calaritanos Metropolitanæ Vrbis Sardiniæ Episcopos, & Calarim Ciuitatem primariam, & præcipuam Sardiniæ Vrbem, necnon Metropolim vtriusque Sar-
23 diniæ; Ex auctoritate SS. Patrum, videlicet † S. Athanasij, qui floruit anno 350. D. Theodo-
24 reti, Cassiodori in sua Tripartita, qui floruit ann. 525. D. Gregorij Magni, libro Epistolarum Epist. 47. 60. 62. & 81. Card. Baronii, necnon aliorum SS. Patrum, qui per antonomasiam Episco-
25 pum Calaritanum vocarunt Episcopum Sardiniæ; Pariter ex auctoritate Summorum Pontifi. cum Victorij III. de anno 1087. Calisti III. de anno 1456. san. mem. Pij V. in Breui dato Romæ 24. Ianuarij 1562. & in alio eiusdem Pij V. 9. Calen. Septembris 1569. in quibus habentur hæc verba, *Venerabili Fratri Archiepiscopo Calaritano, vtpotè d. Regni primati, per præsentes committimus, &c.* & in secundo *Tibi tanquam Archiepiscopo Primati d. Regni Metropolitano cum omnibus, &c.* & demum Sixti V. in Breui dato Romæ apud S. Petrum 9. Calen. Nouembris 1585. cõmittens causam spoliorum Bossaneñ Suffraganei Turritani, habet hæc verba, *Fraternitati tuæ Archiepiscopo, cui vti Primati Regni Sardiniæ dictorum spoliorum defensio, & cognitio, per nostrum Prædecessorem commissa fuit, mandamus, &c.* Quæ omnia simul iuncta multum releuant ad coadiuuandam probationem desumptam ex d. Concilio Arelatensi. Quod etiam comprobatur ex Rebuff. in Cathalogo, seù Prouinciali omnium Ecclesiarum Cathedralium vniuersi Orbis ex libro Cancellariæ excerpto, & in fine suæ praxis posito,
26 vbi in Prouincia Sardiniæ † ponitur primo loco Sedes Archiepiscopalis Calaritana cum suis Suffraganeis, secundo loco Sedes Turritana pariter cum suis Suffraganeis, & tertio loco Sedes Arborensis cum suffraganeis. Idem firmat *Aubertus Mirræus in tract. de Notitia Episcopatuum Orbis Christianis lib. 5. in verbo Sardinia*, vbi leguntur
27 descriptæ omnes Ciuitates † Episcopales Insulæ Sardiniæ, & primo loco descripta legitur Ciuitas Calaritana, secundo Turritana, & tertio Arboreñ, cum quibus concurrit Cathalogus Ciuitatum, & locorum totius Orbis Abbatis Ioachimi, vbi in verbo *Sardinia*, describitur Prouincia Sardiniæ, & in primo loco ponitur Sedes Calaritana cum Suffraganeis, secundo loco Sedes Turritana cum suis Suffraganeis, & in tertio lo-

co Sedes Arboreñ cum suis Suffraganeis. Et cum
28 in hac materia, dum agitur † de maiori antiquitate valdè attenditur ordo scripturæ, & præcipuum fundamentum ad denotandam maiorem antiquitatem, desumatur ex ordine scripturæ, &
29 denominatione, quia quod prius scriptum est, † prius dicitur cognitum, supradictæ auctoritates cum alijs deductis ab informantibus pro Archiepiscopo Calaritano, multum faciunt in casu de quo agitur.

Et ità articulo per omnes Dominos discusso, fuit resolutum ad fauorem Sedis Calaritanæ.

REVERENDISS. P. D. ROIAS.

Postea Episcopo Tarraconen.

Bononieñ Fideicommissi de Glauarinis.

Veneris 10. Decemb. 1638.

ARGVMENTVM.

Quod hęres fideicommisso vniuersali grauatus si inuentarium non confecerit, & aliqua ex bonis hęreditarijs alienauerit, non possit suas facere detractiones, in hac decisione tractatur, & hoc ea ratione, quia de illis præsumitur satisfactus, etiam quod ad eius fauorem inuentarium tutelare concurrat, cum ex eo talis negatiua non existentiæ aliorum bonorum non possit dici probata.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata in possessorio ex remedio legis finalis non recipit appellationem ad effectum impediendi executionem.*

2 *Aegidiana habet locum in iudicijs possessorijs vbi sententia est valida, & iusta.*

3 *Aegidiana in terris Ecclesiæ reducit appellationes ad terminos iuris ciuilis.*

4 *Sententia excessiua est nulla.*

5 *Fœminæ vtique admittuntur ad fideicommissum, si in defectum masculorum, fuerunt filiæ, & descendentes fœminæ vocatæ.*

6 *Alienationes primo loco factæ imputantur in detractiones.*

Legitima ex alienationibus præsumitur consumpta num. 6.

7 *Hæres grauatus fideicommisso vniuersali etiam non confecto inuentario potest facere suas detractiones, & quando, vide num. seq.*

9 *Hæreditas præsumitur locuples ex non confectione inuentarij.*

11 *Negatiua non existentiæ aliorum bonorum non probatur ex sola negatione, nisi pro negante aliqua etiam præsumptio concurrat.*

12 *Declarationes, & assertiones defuncti non possunt ab illius hærede sine inuentario aut alio ab eo causam habente impugnari.*

13 *Testator si mandouit hæredi quod conficere inuentarium, dicitur de eo non confidisse.*

Hæres si non confecit inuentarium iuxta Testatoris præceptum, præsumitur de detractionibus satisfactus, num. 13.

14 *Inuentarium si hæres grauatus non confecit, quinimò, & alienauit, præsumitur detractiones consumpsisse.*

15 *Inuentarium tutelare non suffragatur hæredi contra fideicommissarium, & num. 16. & 18. cum seq.*

16 *Inuentarium factum respectu vnius causæ, vel personæ, non trahitur ad aliam causam, vel personam.*

17 *Negatiua non existentiæ aliorum bonorum probatur solum ex inuentario hæreditario legitimè confecto.*

18 *Inuentarium factum à matre Tutrice non prodest filius hæredibus.*

19 *Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.*

DECISIO XCIII.

Post plures decis. in hac causa * factas coram R. P. D. meo Ghislerio, in quibus dictum fuit constare de fideicommisso ad fauorem DD. Io. Baptistæ, & Vincentij de Glauarinis, eisque dandam esse immissionem super bonis fideicommisso suppositis, & præsertim super prædio tornatur. 32. Cadriani, vel ex remedio *l. fin. C. edict. Diu. Adr.* vel ex Saluiano interdicto, & tandem sententia ex concessa immissione Glauarinis præfatis fideicommissarijs, causaque in gradu appellationis mihi commissa dubitaui sub die 5. Iunij 1637. an esset locus Ægidianæ, vel potius constaret de attentatis, & post plures causæ propositiones materiaque plenè discussa fuit resolutum locum esse Ægidianæ, & consequenter non constare de attentatis.

1 Ratio resolutionis fuit, † quia sententia lata fuit in mero possessorio ex remedio *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* in quo appellatio non suspendit executionem iuxta terminos *l. vnicæ, C de moment. possess. Socc. iun. cons. 182. num. 15. lib. 2. Paris. cons. 108. num. 33. lib. 1.* & cum sententia
2 sit valida, & iusta, † & in mero possessorio lata
3 consequenter intrat Ægidiana, † quæ in Terris Ecclesiæ remoto Iuris Canonici obstaculo appellationes in possessorijs interpositas reducit ad terminos Iuris Ciuilis *Paris. d. cons. 108. num. 13. lib. 1. Benint. decis. 17. in fin. Caputaq. decis. 223. lib. 1. Seraph. dec. 603. in princ. & in rec. dec. 150. & 324. num. 1. par. 2.* & alibi passim.

Hodie reproposita causa super eisdem, & cum pro parte illorum de Pieritijs prætenderetur in
4 sententia † excessum fuisse, & consequenter eam esse vti excessiuam, & itaque nullam Domini pro nunc firmarunt standum esse in decisis *sub die 5. præfata Iunij 1637. coram me*, nisi tamen obstent dicti excessus de quibus voluerunt particulariter videre.

Placuerunt enim DD. motiua deducta circa vocationem Isabellæ, quæ etiam fuit clara, dum Antonius in casu extinctionis lineæ masculinæ Alexandri vocauit pro dimidia eiusdem fratris fi-
5 lias, & descendentes † fœminas quarum appellatione venit Isabella, vt fuit resolutum *sub d. die 5. coram me in §. contra Iustitiam.*

Neque obstare dixerunt DD. prætensionem detractionum, quæ competebant Equiti Gherardo, à quo causam habent Pieritij, quod est vnum ex eorum fundamentis, quia placuit responsio data in prædicta decis. 5. Iunij, quòd dictæ prætensæ detractiones non obstant Glauarinis fidei-
6 commissarij † ex tot alienationibus factis à grauatis, quæ primo alienata in detractiones præfatas imputantur *Cephal. cons. 186. & cons. 624. nu. 6. & 7. Alex. cons. 678. lib. 5. Peregrin. de fideicomm. art. 39. num. 4.* ex quibus alienationibus præsumitur consumpta legitima *Rota coram Durano decis. 360. n. 2. & 3.*

Non obstat conclusio, quod hæres grauatus fideicommisso vniuersali, & ab eo causa haben-
7 tes † facere detractiones sibi competentes contra fideicommissarium omnium bonorum etiam non confecto inuentario iux. doct. *Castr. in l. ab omnibus §. si ex §. fin. sub num. 2 ff. de leg. 1. & in l. ita tamen, §. si ex trebelliano, ff. ad trebell.* quam sequitur *Socc. sen. cons. 44. n. 1. lib. 3. Socc. iun. cons. 8. num. 9. & cons. 323. n. 2. Pereg. de fideic. art. 35. n. 1. Rot. in Viterbien. Castrorum coram Reuerendiss. D. meo Decano, quæ est dec. 19. sub num. 7. par. 5. rec.* Quia fuit responsum aliud esse
8 † quod hæredi etiam non conficienti inuentarium competant detractiones contra fideicommissarium vniuersalem iuxta terminum d. conclusio-
9 nis, Aliud verò, quod cum hæreditas † præsumatur locuples ex ista non confectione inuentarij iunctis præsertim aliquibus alienationibus grauati illæ non præsumantur factæ, vt præsumi sepissimè Rota firmauit etiam ad fauorem fideicommissarij vniuersalis petentis immissionem,
10 in quibus terminis sunt † *dec. coram Cardin. Caualer. 540.* vt clariùs pater ex præcedenti *dec. coram eo 481. in Maceraten. fideicomm. coram Card. Sacrato post respons. Giouagn. 20. num. 21. vers. non obstat lib. 2. in Romana fideic. de Victorijs Bononien. fideic. de Desiderijs, & in Perusina fideic. de Gratianis, quæ sunt 47. sub n. 8. & 9. vbi recensentur aliæ 226. nu. 15. & 16. & 400. n. 29. & 30.* vbi plenè firmatur conclusio, & agebatur ex fideicommisso vniuersali, vt contra hæredes hæredis, & tertios possessores, vt legitur in principio, *p. 5. rec. in Bonon. de Cataneis dec. 432. in princ. p. 4. recent. & in eadem 18. Aprilis 1636. coram R. P. D. meo Merlino, & coram eodem in Perusina fideic. de Meniconibus 15. Maij, 1634.* Est enim vera recepta, & à Rota approbata sen-
11 tentia negatiuam † existentiæ aliorum bonorum non probari ex sola negatione nisi pro negante concurrat præsumptio confecti Inuentarij, vel alia, nec alias procedit *glos. in l. cum de lege, ff. de probat.* vt per *Alex. in rubr. ff. de nou. oper. nunc. numer. 41. & 42. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 20. num. 2. Couar. lib. 2. var. cap. 6. sub n. 4. Peregr. de fideic. art. 39. num. 14. Barz. dec. 105. num. 21. vers. Rot. dec. 432. num. 4. par. 4. rec.*

Quæ magis procedunt cum nedum non adsit præsumptio aliqua necessaria pro parte aduersa, sed immò vrgeant contra illam deductæ per informantes, & præsertim prima assertio Antonij tam in donatione, quàm in testamento pecuniarum nominum debitorum, & aliorum quæsitorum etiam legendo, aduocando, & ex hære-
12 ditate Ioannis, quæ ab hærede sine † inuentario impugnari non potest, vel habente causam ab eo *Barz. d. dec. 105. num. 25. & 26. Rot. dec. 67. sub n. 3. p. 5. rec. Grat. discept. 570. num. 21. & 22.* Secundo præceptum iniunctum à fideicommittente grauatis conficiendi inuentarium † cum descriptione omnium
13

omnium bonorum, ex quo apparet non confi disse, *Rot.dec.163.n.2.& 3.* & melius *dec. 349. numer.10.& 11.p.5.rec.& coram D.Vrgellen.dec.213. num.14.& dec.339.n.7.& 8.Grat.d.dicept.570.n.23.*
14 Tertiò alienationes bonorum † factæ à grauatis quibus concurrentibus Rota tenet præsumi factas detractiones sufficienter *Rot.dec.432.n.8.p.4. dec.* cum pluribus alijs allegatis in decisionibus in causa factis.

Non obstat repetitum fundamentum sufficere inuentarium tutelare pro pupillo cum hæres grauatus non teneatur facere solemnem descriptionem, quia fuit sublatum in decisionibus in cau-
15 sa factis, quod cum inuentarium tutelare † respiciat tutorem, & pupillum inter se, trahi non debeat extra suos terminos inter hæredem, pro quo non est confectum, & fideicommissarium,
16 cum inuentarium factum respectu vnius causæ, vel personæ non trahatur ad aliam causam, & personam *Crauett.cons.312.n.2.Caball.cons.156. numer.43.& 44.lib.1.* vbi in specie, quod non probatur negatiua, virtus enim probandi hanc negati-
17 uam tributa † non est nisi inuentario hæreditario legitimè confecto *Couar.d.lib.2. var.cap.6. numer.4.n fine* cum allegatis in alia decisione, & dixit *Rota in S. Seuerini dotis 28. Nouemb.1618.coram bon.mem. Francisco Vbaldo,* & inuentarium
18 matris non prodesse † filijs heredibus, tanquam ad alium finem tradit *Morquez.de diuis. bonor. lib. 1.cap.1.n.20.24.28.& seqq.* quem sequitur *Giurb.in alia decis.relatis* cum præsertim tutrix ipsa declarauerit se postea confecturam inuentarium hæreditarium itaut eo minus possit aliquid inuentarium pro se factum operari pro hærede cum actus
19 † agentium non operentur vltra eorum intentionem, vt in his terminis dixerunt *Crauet. d. cons. 312.n.3.Morquez.d.cap.1.num.11.*

Et ita resolutum vtraque parte informante.

Supra in par.7.rec.dec.88.in fine habentur omnes decisiones in hac causa factæ.

R. P. D. GHISILERIO

postea Episcopo TERRACINEN.

Camerinen. Dotis.

Veneris 10. Decembris. 1638.

ARGVMENTVM.

Fratres cum teneantur dotare sororem non solum ex propria persona, sed etiam ex persona Patris cuius sunt hæredes; eorum obligatio tempore minoritatis facta esto, quod fuerit sine solemnitatibus pro sorore dotanda substinetur: & maximè si ab ea renunciationem bonorum quorumcumque obtinuerint, & conciliantur duo consilia Gabrielis nempè, & Menochij, qui in hac materia ad inuicem contrarium responderunt.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio minoris pro dotanda sorore dicitur necessaria, & sic solemnitatibus non subiacet, & vide num.13. cum seqq.*

2 *Fratres sororem dotare tenentur ex propria persona tanquam fratres.*

3 *Amplia etiam ex persona Patris, cuius sunt hæredes & num seqq.*

Onus dotandi filias spectat ad Patrem, n.3.

4 *Onus dotandi defuncto incumbens transit ad hæredem, ad quem bona vadunt cum onere suo.*

5 *Conditio principalis obligationis non mutatur ex persona hæredis.*

6 *Fratres excludentes ex statuto sororem à successione Patris, ex illius conditione illam dotare tenentur.*

Hæres Patris possunt cogi ad dotandam eius filiam, num.7.

8 *Dotatio inducta à statuto excludente fœminas propter masculos, in recompensationem exclusionis inducitur.*

9 *Obligatio fratrum minorum pro dote sororis fortius substinetur attenta renunciatione ab eo facta ad fauorem fratrum.*

10 *Fratres acceptando renunciationem sororis propter dotem, se ad illam iterum obligasse censentur.*

11 *Obligatio nem fauore dotis ad inducendam sufficiunt verba enunciatiua.*

12 *Fratres non possunt acceptare renunciationem à sorore facta propter dotem, nisi & ipsam dotis obligationem acceptent.*

In correspectiuis non potest acceptari vnum sine altero, num.12.

13 *Dos quoad obligationem minoris 25. annis non dicitur magis priuilegiata, ita vt solemnitates non requirat.*

14 *Contra quod in obligatione facta fauore dotis solemnitates non sint necessariæ, & sup.n.1.*

15 *Intellige, vt prima opinio procedat in dote voluntaria, vel in necessaria vltra tamen congruitatem illius.*

In Dote verò necessaria, & ad metam congruæ dotis semper substinetur illius obligatio quamuis solemnitatibus destituta.

DECISIO XCIV.

ODoardus, & Iulius Cæsar de Tosijs, fratres minores, sine solemnitatibus, requisitis in obligationibus minorum tàm à iure communi, quàm à Constitut.Marchiæ lib.5.cap.25.se obligarunt in forma Cam. Apost. Equiti Sebastiano Raphaelio ex causa dotis Persiliæ sororis in summa scutorum 3000. soluenda certis perfixis temporibus, vt in apoca priuata sub die 26.Octobris 1637. à partibus subscripta; optinendo deinde à dicta Persilia per publicum, & solemne instrumentum, cum decreto Iudicis, & præsentia consanguineorum, renunciationem omnibus bonis, Paternis, Maternis, & Fraternis, & transuersalibus: reseruatis sibi dictis scut. 3000. pro dote promissis dicto Sebastiano, cum declaratione, quod quantitas esset valdè decens, & satis superquè congrua statui, & conditioni eius Domus, & fratrum prædictorum possibilitati. Et quia dicti fratres de Tosijs ex duplici fundamento impugnabant dictam obligalionem; Primo ex defectu solemnitatum, de quibus supra; Secundo ex capite excessus, eo quia dos promissa fuerit excessiua, & sic læsiua in gradu appella-

tionis interpositæ à mandato relaxato ab Auditore Cameræ contra dictos fratres pro scut. 80. debitis pro primo termino iuxta formam supradictæ apochæ; proposui in Rota, an obligatio dictorum fratrum sustineretur, & supradictis non obstantibus, fuit dictum obligationem sustineri, reseruato, quod de excessu particulariter videatur.

Ratio resolutionis, fuit, quia cum Odoardus, & Iulius Cæsar se obligauerint pro dote Persiliæ sororis, & consequenter ex causa necessaria,
1 tunc solemnitates † non requiruntur, vt in terminis, quod necessaria sororis dotatio non comprehendatur sub statuto de Contractibus minorum firmauit *Rota in Maceraten. dotis coram bon. mem. Card. Millino in Cæsenaten. supra dotis 17. Decembris 1616. coram bon. mem. Remboldo, coram Caputaquen. dec. 199. num. 2. part. 3. & coram Put. decis. 100. num. 3. lib. 1. in Correct.*

Nec dubitari potest quin dicti fratres teneren-
2 tur dotare sororem, † ne dum ex propria persona tanquam fratres, *l. cum plures, §. cum tutor. vers. alio Patre natæ, & ibi gloss. in fin. ff. de admin. & peric. tut. gloss. in l. non omni in verb. nulla in fin. C. eod. tit. Bart. in proœmio, ff. num. 14. Guidopap. dec. 90. numer. 24. vers. sexto quia, Rota coram Reuerendiss. Vrgellen in Romana Dotis de Iacobellis 27. Martij*
3 1626. sed etiam ex persona patris † defuncti, cuius onus est dotare filias, *l. qui liberos, ff. de rit. nupt. & l. fin. C. de dot. promiss. Dec. in Auth. Præterea n. 17. & ibi Curt iun. num. 19 C. vnd. vir. & vxor.* Et cum hoc debitum dotandi inhæreat personæ pa-
4 tris, & eius bonis, † adita per Tosios fratres hæreditate patris, ad illos bona transierunt cum hoc onere, *l. si quis à liberis, §. Item rescriptum, ff. de lib. agnosc. Bart. in l. sicut, §. si debitori num. 1. ff. qub. med. pign. vel hypoth. solut. Bald. in l. vlt. num. 3. Cod. de dot. promiss.* itaut in hæreditate remanserit idem debitum, quod prius erat in persona pa-
5 tri defuncti † cùm ex persona hæredis non mutetur conditio obligationis principalis, *l. 2. §. ex his, ff. de verb. oblig.* & sic tenebantur congruè do-
6 tare sororem, sicut si † viueret tenetur pater, *l. fin. C. de dot. promiss. Bart. in l. si marito, §. si voluntate, ff. solut. matr. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. titul. 18. num. 16. ita Rota coram R. P. D. meo Merlino in Bononien. Legati de Marescottis 15. Ianuarij 1627.* maximè stante statuto Patriæ dotantium disponente, quod filiæ fœminæ, existentibus filijs masculis, patribus, aut matribus, auo, vel auiæ nullo modo ab intestato succedant, nec succedere possint, sed dotari debeat ab ipsis filijs masculis dote congrua, & idonea, inspecta qualitate personarum, & patrimonij quantitate. Quare, cum d. Persilia esset dotanda de bonis paternis, aliàs
7 à successione vniuersali propter † existentiam masculorum exclusa fratres tanquam hæredes, tenentur etiam conditione ex statuto, & secundùm veriorem opinionem, de qua per *Bart. in d. l. si marito, §. si voluntate n. 5. ff. sol. matr.* hæredes patris possunt cogi ad dotandam eius filiam, *Mant. de tac. & ambig. vbi sup. n. 1.* ea ratione, quia dotatio inducta per statuentes, ad moderandum ri-
8 gorem statuti, † procedit in compensationem exclusioni; vt in istis terminis tenuit *Rota decis. 405. n. 26. p. 6. rec.*

Ex quibus sequitur, quod cum d. fratres se obligauerint in constitutione dotis sororis, fecerint, non vt liberalitatem exercerent; sed se ipsos eximerent ad obligationem, ad quam tenebantur tam de iure communi, quam vigore statuti vti hæredes Patris, & tanquam fratres superiùs deductis. Præsertim quia dicta Persilia post sibi constitutam dotem à fratribus, illis causa dotationis huiusmodi renunciauit cum solemnitatibus requisitis non solum bona pater-
9 na, & materna; sed † etiam omnes successiones, quæ quomodocumque ad eam spectare potuissent reseruata tantum sibi d. dote per ea quæ tradit *Corn. cons. 290. n. 10. vers. nisi forte lib. 3. Mant. de tac. d. lib. 12. tit. 18. n. 7. vers. quia iniquum esset*;
10 dicti fratres, acceptando d. renunciationem visi sunt denuo se obligasse ad eiusdem dotis solutionem, vt post multos tradit *Surd. de alim. tit. ... & ... qu. 23. n. 12. & sequen. Verall. dec. 13. par. 1. ... 302. incip. Processione p. 1. Rot. dec. 70. num. 5. part. ... rec.* & maximè fauore dotis, pro qua, ad indu-
11 cendam obligationem, † solum sufficiunt verba enunciatiua iuxtà latè tradita per *Grat. cap. 729 ... ferè per not.* Nec potuerunt dicti fratres acceptare d. renunciationem correspectiuam ad dotem, quam d. Persilia sibi reseruauit, nisi denuò ... tam habuerint præcedentem promissionem ...
12 eis factam; cum † in correspectiuis non possit vnum sine altero acceptari, *Seraph. dec. 546. n. 4. ... 5. Rot. dec. 108. n. 5. p. 5. rec.* & in terminis dotis *Rot. ... apud Caual. dec. 64. n. 1. & 3.* vbi quod corrueret dicta renunciatio, si dicta dos promissa non solueretur.

Non obstat, quod dos quoad obligationem minoris 25. annis non sit magis priuilegiata,
13 ita † quod in promissione dotis non requirantur solemnitates, requisitæ in Contractibus minorum *iuxta cons. Gabr. 20. n. 14. & seqq. lib. 2.* ... canonizatum à Rota: Quia idemmet *Gabr. n. 5... & 57. & n. 67. & seqq.* contra quem in eodem casa ex professo consuluit *Menoch. cons. 242. per ...*
14 *lib. 3.* admittit validitatem contractus † in obligatione necessaria vsque ad summam dotis congruæ, & solum prætendit obligationem esse in-
15 ualidam in excessu † eo quia in illo casu, præter dispositionem statuti fuerat promissa certa quantitas, quæ excedebat valorem portionis hæreditariæ sororis, & summam necessariam ad congruam dotem, & propterea cum in isto casu Domini mandauerint, quod particulariter videatur an dos promissa sit excessiua, si in aliqua parte ab ipsis fratribus de Tosijs probaretur talis, tunc possent intrare in illa parte, deducta per *Gabr. & alios ex aduerso citatos.*

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. DVNO ZETTO.

Sacræ Rotæ Decano.

Fanen. Prædij.

Veneris 10. Decembris 1638.

ARGVMENTVM.

Emptor, qui pretium soluere se obligauit post prædij mensurationem, & terminationem possit ne venditorem repellere si prædium in ea tantum parte non fuerit terminatum in qua fouea manu facta viuida sæpè vallata dictum prædium circumdat, cuius occasione quæritur an fouea, & sæpes pro confinio habeantur, & quod limitis appositio non sit necessaria, quoties ex aliis demonstrationibus certitudo rei deducatur.

SVMMARIVM.

1 *Venditor, qui rem tradidit potest petere pretium, & fructus recompensatiuos.*
2 *Periti electi ad mensurandum, & æstimandum, si terminant dicuntur excedere facultates ipsis traditas & vide n. 4.*
3 *In actu terminationis vicini interesse, vel saltim citari debent.*
4 *Actus factus à peritis præseutibus quamuis ex eorum facultate fieri non potuissent, per præsentiam substinentur.*
5 *Exceptio non adimplementi impedit actionis exercitium, eiusque executionem.*
6 *Exceptio non adimplementi retardat etiam obligationem Cameralem.*
7 *Exceptio non adimplementi repellit agentem, quamuis in parte, vel modico consistat.*
8 *Fouea pro termino deseruit, & num. 20.*
9 *Limites, seu fines diuiduntur per foueas manu factas, ac etiam per Vepres, & n.seq.*
Fouea manu factæ, & Vepres appellantur limites patentes, n.9.& 10.
10 *Limites in fundo vbi à natura non dantur, illi constituuntur ex destinatione Patris familias per foueas vel sæpes.*
11 *Termini appositio necessaria non est in eo loco in quo prædium ab alio diuiditur fouea, & vide sup. n.5. & 8. cum seqq.*
12 *Fundi demonstratione facta, fines nominari superuacuum est, & n.seqq.*
13 *Fines non sunt necessarij, quando alijs demonstrationibus res certa redditur, & n.seqq.*
14 *Rem venditam confinare non est necesse si alijs demonstrationibus fines appareant.*
15 *Finium omissio non vitiat in notorijs.*
16 *Rei demonstratæ frustra adijcitur alia demonstratio.*
17 *Terminus debet esse extra rem terminatam.*
Fouea tota existens intra prædium alicuius, tamen pro termino eiusdem prædij deseruire potest numer.17.& 18.
Fouea tota in prædio alicuius existens, tota dicitur esse illius cuius est prædium, num.17.
18 *Terminus licèt soleat esse extra rem terminatam, tamen vltima linea termini potest esse terminus rei terminatæ.*
19 *Actione finium regundorum agi potest etiam si riuus priuatus inter prædia fluat.*

DECISIO XCV.

Petrus Paulus Leonardus vendidit prædium, de quo agitur, Comiti Petro Aloysio pretio æstimando à duobus peritis communiter electis, quod emptor soluere promisit in moneta Papali, vel Vrbinaten. in 3. pagis æqualibus, quarum prima fieri deberet statim sequuta æstimatione, ac facta terminatione d. Prædij, reliquæ verò duæ infra biennium: Cumque dies d. solutionis accessisset Leonardus venditor egit in partibus pro solutione ratæ d. prætij, ac fructuum recompensatiuorum contra D. Aloysium emptorem, qui opposuit inter alia, se non teneri ad solutionem d. prætij, ex eo quod d. venditor non doceret, omnia in contractu venditionis conuenta, & signanter terminationem Prædij adimpleta fuisse, proindeque eidem venditori agenti ad solutionem d. prætij obstare exceptionem non implementi.

Causaque primò in Rota Maceraten. ventilata, & mox in hoc Sac. Rotæ Audit. in gradu appellationis mihi commissa, dubitaui, An d. Leonardo obstaret exceptio dicti non implementi, & Domini negatiuè responderunt.

Quoniam ex iuribus, ac testibus datis pro parte Leonardi venditoris satis apertè liquet, ipsum mediantibus peritis communiter electis, fines dicti Prædij demonstrasse, deindeque idem prædium mensuratum pro certo pretio æstimasse, ac demum iuxta fines enunciatos terminos necessarios apposuisse, vnde apparet, ipsum omnia ex parte sua, etiam quoad terminationem Prædij adimpleuisse, & per consequens ei competere actionem ad pretium a fructus recompensatiuos, quos
1 idem † venditor ex d. Prædio recepisset, si illud non tradidisset, *l. Iulianus 13. §. ex vendito ff. de act. empt. & l. curabit C. eod.*

Non obstat, quod prædicta terminatio fuerit nulla.

Primò ex defectu facultatis dd. peritorum, qui fuerunt electi ad mensurandum, & æstimandum,
2 non † autem ad terminandum, vnde inferebatur, eos respectu terminationis excessisse fines facultatis ipsis traditæ, *Bart. in leg. Aquiliam num. 4. vers. & quod prædicta ff. de transact. Ruin. cons.16. n.25. lib. 3. Rota in Romana Laudi 3. Decemb. 1599. coram Penia.*

Secundò ex defectu interuentus vicinorum, qui
3 in actu d. terminationis † interesse, vel saltem citari debuerunt *l.3. vbi Bald. nu. 5. Castr. nu. 5. & alij communiter C. fin. regundor.*

Quia respectu primæ assertæ nullitatis, responsum fuit, illam cessare, ex eo quod terminatio d. Prædij facta fuit partibus præsentibus, ibi, *quale possessione è stata terminata, come quì sotto, alla presenza delle parti*, quæ cum passæ fuerint, dictos
4 peritos ad terminationem d. Prædij † deuenire, censetur eisdem peritis huiusmodi facultatem terminandi demandasse, iuxta doctrinam, *Innoc. in c. ex parte 33. num. 2. de rescript Bald. in l. Iulianus num. 11. vers. sed ego dico, ff. qui satisd. cogant. Abb. cons.7. num. 3. vers. sed ego, cum seqq. par. 2. Mantic. de tacit. lib.7. titul.7. n.1. & seqq. Greg. XV. dec.44. nu.2. & ibi Adden.*

Respectu verò alterius nullitatis, sat esse pro responsione dixerunt Domini, eosdem vicinos prædictæ terminationi acquiescere, & non reclamare.

Non obstat, quod prædicta terminatio fuerit fal-

ſaltem imperfecta, ex eo quod periti non appo-
ſuerint terminos in ea parte dicti Prædij quæ co-
hæret alteri Prædio Comitis Franciſci qui litem
etiam mouit contra dictum Comitem Aloyſium
emptorem eius fratrem pro dicta terminatione
facienda, ac propterea Leonardo venditori ob-
5 ſtet exceptio † dicti non implementi quæ impe-
dit actionis exercitium. eiuſque executionem, *l.*
Iulianus §. offerri ff. de act. empt. Crauett. conſ. 158.
num. 10. *Gratian. diſcept.* 273. *n.* 19. *lib.* 1. *Rot. apud*
Zacch. de oblig. Camer. dec. 145. *num.* 8. *& dec.* 676.
num. 1. *&* 2. *par.* 3. *recent. & dec.* 136. *nu.* 12. *par.* 6.
6 ac retardat † executionem etiam obligationis
Cameralis *Gratian. d. cap.* 273. *num.* 19. *Mangil. de*
euict. qu. 9. *num.* 40. *& ſeqq. Verall. dec.* 316. *nu.* 1.
7 *&* 2. *par.* 3. quamuis † defectus implementi in
parte, vel etiam in modico conſiſtat *Gratian. di-*
ſcept. 301. *nu.* 13. *& ſeqq. Rot. diuerſ. dec.* 346. *nu.* . .
par. 4. *& in recent. dec.* 243. *nu.* 3. *& dec.* 428. *nu.* 7.
par. 1. *Greg. XV. deciſ.* 261. *num.* 13.

Quia cum in parte, de qua agitur exiſteret fo-
uea manufacta, quæ diuidit d. Prædia vt elicitur
tam ex poſitionibus datis ab eodem Aloyſio
emptore, ibi, *in quella parte che è contigua al Campo*
del Signor Conte Franceſco, vi è vn foſſo, quàm ex
depoſitione vnius ex dictis peritis pro eodem
Aloyſio examinati, ibi; *e dalla parte, che confina*
con l' Illuſtriſſ. Sig. Conte Franceſco, vi è vn foſſo, che
confina detti aeni, e per tale ce ne ſiamo ſeruiti, vti-
8 que † non erat opus appoſitione alicuius termi-
ni, cum ipſamet fouea pro termino deſeruiret; vt
in ſpecie firmat *Agonius Vrbicus ſuper Commenta-*
rijs in Iulium Frontinum relatus à Hieron. de Mont.
in tract. de finib. c. 17. *nu.* 5. *&* 9 vbi inter alia ſi-
9 gna, quibus fines diuiduntur, † recenſent foſſas
manufactas, ac vepres, quas etiam limites paten-
tes appellat *Franc. Marc. deciſ.* 111. *num.* 5. *p.* 2.
idemque comprobat *Pariſ. de Put. in tract. de fi-*
nib. feud. cap. 16. *incipien. ſi fundus n.* 3. dicens in
10 fundo † non habente certos fines à natura, eos
conſtitui deſtinatione patris familias per ſæpes
& foueas.

Prædictaque facilius in propoſito procedere
debent, quia vt retulerunt Iudices de partibus,
qui acceſſerunt ad locum differentiæ in eminen-
tiori margine eiuſdem foueæ adeſt ſepes vepribus
11 viuida, † quæ cum diuiſionem vnius Prædij ab
altero iudicare ſoleat, eo minus viſa fuit neceſſa-
ria appoſitio alterius termini in ea parte, in qua
12 huiuſmodi fouea reperitur, † cum regulariter facta
demonſtratione fundi fines nominari ſuperuacuũ
ſit, vt ait *tex. in l. cum ſeruo* 63. *§. demonſtratione*
ff. de contrahenn. empt. vbi Bart. ait fines non eſſe
13 neceſſarios quando † alijs demonſtrationibus
res certa redditur; Idemque tradit *Bald. in rubr.*
C. eod. n. 44. *verſ. numquid autem*, dum quærit, an
ſit neceſſe confirmare rem, quæ venditur, & affir-
matiuè reſpondet, niſi per aliam demonſtratio-
14 nem fines illius appareant, & *Bald.* refert & ſe-
quitur *Pariſ. de Put. d. tract. de finib. feud. c.* 4. *in-*
cip. pone quod in priuilegio n. 8. *& ibid. num.* 5. dicit
15 omiſſionem finium non † vitiare in notorijs, &
in ſpecie firmat *Socc. iun. conſ.* 127. *nu.* 28. *verſ. ſed*
ſi alios lib. 3. dum ſimili obiecto quod non fuerint
appoſiti antiqui confines, reſpondet illos, neceſſa-
rio apponendos non eſſe, quoties ſine eorum ap-
poſitione, res, aut locus certus apparet aliund
16 ex regula † quod rei demonſtratæ, fruſtra ad
citur alia demonſtratio, *l.* 1. *in fin. ff. de dot. præ*
gat. cuius etiam in propoſito meminit *Bald. in*
n. 1. *verſ. nota vnicam ff. de liber. & poſthum.*

Nec releuat, quod hæc fouea ſit tota in P
dio vendito, ac propterea tanquam pars ei
dem Prædij debuerit appoſitione alterius ter
17 ni diſtingui à Prædio vicino, † cum termi
debeat eſſe extra rem terminatam, quiam f
reſponſum, exiſtentiam d. foueæ totaliter i
prædio vendito, id ſolum operari, quod tot
fouea ſpectare debeat ad emptorem; non aut
tollere quin ipſamet foueam pro termino ei
18 dem prædij deſeruiat, nam quamuis termin
regulariter ſoleat eſſe extra rem terminatam
non tamen excluditur, quin vltima linea ter
ni poſſit eſſe terminus rei terminatæ, vt liq
ad ſenſum.

Demum non obſtant iura allegata in deciſ
ne Rotæ Maceraten. ad probandum quod a
19 poſſet actione finium † regundorum, ſi riu
priuatus inter Prædita fluat ex *l. Riuus, ff. fin. r*
gund. Cepoll. de ſeruit. ruſt. prædior. c. 3. *qu.* 20. *n.* 3
in fine Ruin. conſ. 191. *nu.* 8. *lib.* 1. cum alijs in
ea allegatis. Quoniam quicquid ſit in riuo p
uato ſecus eſſe dicebant Domini in fouea, d
qua agitur, quæ cum ſit manufacta, & vinid
20 ſæpe vallata, ſatis pro termino in parte, de
qua agitur, deſeruire viſa fuit, ex *Hieron.*
Mont. d. tract, de finibus cap. 17. *nu.* 5. *Franc. M*
deciſ. 111. *nu.* 5. *par.* 2. *Pariſ. de Puteo d. tract. de*
nib. feud. cap. 16. *nu.* 3.

Et ita vtraque &c.

R.P.D. HIERONYMO VEROSPIO

Poſtea S. R. E. CARDINALI.

Gallien. Hæreditatis.

Veneris 10. *Decembr.* 1638.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum fauore Eccleſiæ probatur per ſch
dulam, aliamque ſcripturam informem, cu
nullius ſubiaceat ſolemnitatibus, legitim
aſcendentibus, vel deſcendentibus debita ſi
teſtamento clericis illis non relinquatur, an
hoc teſtamentum dicatur nullum. Clauſu
codicillaris facit teſtamentum valere eo mo
quo fieri poteſt. Donatio per Teſtatorem fa
poſt conditum teſtamentum dicatur nè apt
illud reſcindere.

SVMMARIVM.

1 *Enunciatiua teſtamenti à Teſtatore facta, illud p*
bat fauore piæ cauſæ.
2 *Teſtamentum fauore piæ cauſæ probatur per ſcrip*
ram à Teſtatore ſubſcriptam.
Scripturam informis probat teſtamentum fauore
cauſæ num. 2.
3 *Copia teſtamenti, eiuſque exemplum non ſufficit*
immiſſionem obtinendam. Sche

4 *Shedulam testamenti si Testator copiam, seù exemplum appellauit, videtur voluisse illam nihil probare.*
5 *Exempli, seù copiæ natura est apud nihil probet, & num. 8.*
6 *Tex. in l. 1. C. de bon. possess. secund. tabulas requirit testamentum perfectum cum omnibus solemnitatibus.*
7 *Solemnitates non sunt necessariæ in testamento fauore piæ causæ, aut liberorum.*
8 *Exemplo sinè originali credi non potest.*
Scriptura referens se ad aliam non probat sine illa ad quam habetur relatio, nu. 8.
9 *Scriptura referens probat sine relato, quandò est certa, & erat in facultate scribentis sic disponendi.*
10 *Exemplum instrumenti extractum à Notario, vel eius successore eamdem habet auctoritatem quam ipsa matrix.*
11 *Exemplum eandem auctoritatem habet, ac originale, vbi eadem est persona scribentis exemplum, & originale.*
12 *Dispositio fauore piæ causæ non aliter valere potest quam si aliquid pro legitima relinguatur ijs, quibus illa debetur.*
13 *Testator etiam in testamento inter liberos, vt illud valeat, filijs legitimam relinquere tenetur.*
14 *Dispositiones continentes exhæredationem filiorum, & institutionem Ecclesiæ ab eadem Ecclesia damnantur.*
Ecclesia nihil sibi intendit acquiri ex testamento continente filiorum exhæredationem, nu. 14. & 22. vbi vide.
15 *Testamentum ad pias causas continens iniustam matris exhæreditationem, si illa antè Testatorem decedat, conualescit.*
Testamentum nullum ob præteritionem posthumi, conualescit, si Posthumus viuo Testatore decedat, num. 15.
16 *Testamentum nullum ob præteritionem filij iam nati non reconualescit etiam si filius viuo Testatore decedat.*
17 *Ecclesia in materia successionis est magis priuilegiata, quam filij, aut alij descendentes excepta legitima.*
18 *Clerici exceptis bonis ab Ecclesia quæsitis, in cæteris habent liberam facultatem illa relinquendi cui voluerint, & n. seqq.*
Testamentum clerici in quo non fuit relicta legitima ascendentibus, vel descendentibus, non ex hoc dicitur nullum, n. 18. & seqq.
Necessitas relinquendi legitimam, cui de iure debetur non habet locum in testamento Clericorum, num. 18. & seq.
19 *Testamento Clericorum non subiacent quærelæ inofficiosi.*
20 *Clericis facultas, quam habent liberè disponendi de bonis suis, nihil prodesset si filijs, vel ascendentibus legitimam relinquere tenerentur.*
21 *Facultas Clericorum, relinquendi bona cui voluerint non præiudicat legitimæ ascendentium, vel descendentium.*
22 *Legitimam consequì debentes ex Testamento Clericorum, illa consequuntur conditione ex lege.*
Si in Testamento nulla eorum fuerit habita ratio, ibidem.
23 *Testamentum, continens clausulam codicillarem, quoties iure directo valere non potest, substinetur quocunque alio titulo, & n. seqq.*
24 *Clausula codicillaris facit ab intestato succedentes censeri grauatos hæreditatem restituere hæredi scripto in fideicommissi.*
25 *Hæres petens hæreditatem iure proprio tanquam hæres, non potest ad iura fideicommissi redire virtute clausulæ codicillaris.*
26 *Fideicommissarius tenetur hæreditatem capere de manu hæredis.*
27 *Fallit in Ecclesia, aut alia pia causa.*
28 *Donatio facta per Testatorem post conditum Testamentum, reddit Testamentum inutile.*
Intellige, vt num. seqq.
29 *Donatio facta post conditum Testamentum, si est restricta ad certa bona confirmat voluntatem Testatoris in alijs.*
30 *Donatio post testamentum facta non arguit mutationem voluntatis, si donatarius eadem bona Testatoris retrodonauit.*
Legatum per Testatorem alienatum, & postea redemtum fauore libertatis debetur n. 30.
31 *Amplia etiam in legato Ecclesiæ aut ad fauorem piæ causæ relicto.*
32 *Priuilegium competens fauore libertatis, competit etiam Ecclesiæ, & cuilibet causæ piæ.*
33 *Voluntatis Testatoris præparatio quamuis verbis amplissimis declarata nihil operatur nisi in dispositionem transeat.*
34 *Præceptum scribentis quod Epistola comburatur ostendit parum deliberatam, & incostantem eius volumtatem,*
Combustio epistolæ habet eamdem vim ac illius cancellatio, & cassatio, n. 34.
35 *Testes deponentes pro Testamenti reuocatione omni prorsus exceptione carere debent.*
36 *Verba à Testatore prolata sinè animo deliberato disponendi, tanquam inefficacia non sufficiunt pro reuocatione testamenti.*

DECISIO XCVI.

POstquam visum fuit de exceptione transactionis quam Portia hæres Cæsaris ab intestato, & eiusdem ex sorore neptis opponebat contra immissionem petitam à Patribus Congregationis Oratorij Camerini hæredibus scriptis in eiusdem Cesaris testamento, eaque exceptio duabus decisionibus reiecta fuit, * Dubitaui, An esset Patribus concedenda immissio, & proposito hodie dubio, DD. responderunt, cum in hac disputatione satisfactum esset cæteris exceptionibus, quæ nomine Portiæ opponebantur ad hanc immissionem impediendam.

Tres enim erat illius exceptiones, & in prima negabat extare testamentum Cæsaris, cum illud nunquam exhibitum fuisset, sed sola Epistola eius manù scripta, in qua patres admonebat de Testamento à se facto, cui exceptioni responsum fuit nomine sodalitatis, quod ea Epistola non solum continebat enunciatiuam testamenti cum expressione nominis Notarij, qui de eo rogatus fuit, quæ sola enunciatio po-
1 tuisset satis esse ad probandam voluntatem dis-

po-

ponentis fauore piæ causæ, vt notatur *in cap. vlt.*
de success. ab intest. & tradit *Castr. cons. 137. num. 2.*
lib. 2. Dec. cons. 59. num. 2. Odd. cons. 64. num. 56. &
alij, quos refert *Tiraquell. de priuil. piæ causæ*
priuil. 86. sed vna cum ea epistola missa fuit Patribus
à Cæsare etiã copia eiusdem Testamenti
sua manu scripta, & subscriptione firmata, in
illos hæredes sibi instituebat, quæ scriptura
2 licet priuata & sine testibus, tamen recipi debebat
ad probandam eam voluntatem, & dispositionem
Testatoris ex eadem ratione, quia
agebatur de causa piâ, cuius fauore admittuntur
etiam iura, & scripturæ informes, vt
notant *DD. in cap. de testam. & in l. si is, qui ff.*
eod. titul. Imol. super eadem leg. num. 6. & in dicto
cap. 2. num. 22. & voluit Castrens. cons. 25. num. 2.
Tiraquell. eodem tract. de priuil. piæ causæ priuil. 4.
& hanc opinionem sequuta fuit Rota apud *Achill
decis. 1. num. 1. de testam. & in decis. 74. nu. 12.*
p. 2. diuers. vbi illam dicit tutiorem, & æquiorem;
& in *Recanaten. Hæreditatis 18. Decembris
1620. coram Card. Caual. & in Prænestina Hæreditatis
18. Maij eiusdem anni 1620. coram bo. mem.
Buratto inter impress. decis. 475. num. 2.* vbi etiam
aliæ referuntur.

Neque poterat diminui de fide eiusdem
scripturæ, quæ dicebatur continere talem dispositionem,
eo quia à Cæsare appellata fuisset
3 copia, & exemplum testamenti, quod suffragari
non poterat pro obtinenda immissione,
vt expresse cauetur, *in l. 1. §. 1. vers. sed si vnum
fecerit, ff. de bon. possess. secundum Tabul. & animaduertit,
Castrens. in l. vltim. numer. 5. C. de edict.
Diu. Adrian.* & ibi etiam *Dec. num. 13. Bartol. in
dicta l. 1. §. si quis in duobus, ff. de bon. possess. secundum
Tabul.* cum præsertim videretur concurrere
etiam voluntas Cæsaris, qui dum eam scripturam
4 appellauit exemplum, videbatur hoc fecisse,
vt illa nihil probaret, *argum. tex. in auth.
si quis in aliquo, C. de eden.* vbi talis esse dicitur
5 natura exempli, & notauit ibi *Socc. num 15.
Bart. in dicto §. si quis in duobus num. 2. Alciat. in
l. si Procurator, nu. 24. C. de eden.* etenim non poterat
6 hoc casu concurrere ratio *text. in d. l. C. de.
bon. poss. secund tabul.* cum illa nitatur in defectu
solemnitatum, quæ requiruntur in testamento,
& non adsunt in illius exemplo, siue copia,
7 quæ solemnitates non sunt necessariæ † fauore
piæ causæ, aut liberorum, vt probat *text. in c.
vlt. de success. ab intest. & in auth. quod sine C. de
test.* & notant vtrobiq; *DD. Bald. in l. si iure C.
eodem tit. Bart. in l. 1. n. 75. C. de sacros. Eccles. &
alij relati per Tiraquell. de priuil piæ causæ priuil. 6.*
sicut etiam non visa fuit conuenire alia ratio,
quæ adduci posset quia scilicet non posset credi
exemplo sine originali tanquam scripturæ referenti
8 sine alia ad quam habetur relatio, vt probat
text. in d. Auth. si quis in aliquo, & notant ibi
etiam DD. nam hæc ratio pariter cessabat, dum
in hoc casu, constabat de expressa voluntate
9 Cæsaris, † & erat in illius potestate, ita disponendi,
vt notat *Dec. in dict. Auth. si quis in aliquo,
n. 40 & in l. edita n. 86. C. de eden. Alex. super ead.
Auth. n. 11. Ias. n. 8.* & voluit *Surd. cons. 241. nu. 1*
Neq; contrarium præsumi debebat, eo quia
Cæsar illam appellasset copiam, Quia ita illam
appellauit respectu exemplaris siue scripturæ
originalis, de qua Notarius rogatus erat
& à qua illius exemplum desumpsit, non autem
vt ipsa etiam fidem non faceret, vt probatur ex
subscriptione, quæ posita erat in fine illius scripturæ,
in qua Cæsar non solum declarauit, quod
eam sua manu subscripserat, sed quod dispo-
suerat vt supra in ea scriptura continebatur, ex
quibus non videtur posse dubitari de eius volun-
tate, vt ea scriptura fidem ex se faceret, & cum
non deficeret potestas dicebatur in illa contin-
dispositionem Cæsaris eadem ratione, ac modo
quo continebatur in scriptura originali testamen-
ti, vt contingit in exemplatione Instrumento-
rum, quæ dum fit à Notario, qui de eo roga-
10 tus † fuit, siue ab illius successore, qui ad hunc
effectum ab eo differt habent eamdem omnino
fidem, qualem habet exemplar, siue matrix in-
strumenti, à qua eius copia desumpta fuit, vt
tradit *Bart. in d. auth. si quis in aliquo num. 3. Bal.
num. 6. Dec. num. 5. Alberic. num. 10.* qui omnes
rationem considerant, quia cum eadem sit per-
11 sona, † eadem debet esse authoritas exempli, ac
originalis, & voluit idem *Bart. in l. si quis §. prae-
tor ait nu. 1. ff. de eden. Speculat. in tit. de instrument.
edit. §. 4. num. 6. Rot. in dec. 1. de fid. instrum. in nou.*

Altera exceptio opposita pro parte Portiæ con-
sistebat in nullitate testamenti Cæsaris prop-
iniustam exhæredationem, Eleonoræ matris,
hæc exceptio non poterat tolli ex priuilegio
causæ, cũ non aliter valere potuisset dispositio
12 cta illius fauore, † quã si Cæsar aliquid ei reliquis-
set pro sua legitima vt notant *Doct. in l. 1. C. de
Sacros. Eccles.* & voluit ibi *Bart. num. 62.*
num. 140. & in auth. si qua mulier num. 5. C. de
Ias. in l. hac consultissima num. 2. C. de testam.
d. l. num. 19 Salicet. num. 16. sicut eandem neces-
13 sitatem habet testator † in testamento condito
inter libros, vt tradit *Bald. in d. l. hac consul-
ma §. ex imperfecto n. 3. Cod. de testam.* & ibi etiam
Ias. num. 4. Angel. in l. filio præterito num. 2.
iniusto rupt. testam. Dec. consil. 105. num. 2.
Immò ita damnantur ab Ecclesia similes dispo-
tiones, quæ continent exhæredationem
14 rum, † vt nihil earum occasione velit sibi acq-
ri, vt aduertit idem *Bart. in d. l. 1. C. de sacr.*
*Eccles. num. 16. Ias. num. 19. & in l. hac consul-
ma §. si quis autem C. de testam. & probat. tex.*
vlt. 17. quæst. 4. quem refert *glos. in l. si quis ad*
clinandam, C. de Episc. & Cler. in verb. simili mo-
Verum huic, exceptioni pluribus modis
sponsum fuit. Et primo visa fuit illa cessare,
propter obitum Eleonoræ ante Cæsarem, quia
illa solum consequi potuisset suam legitimam
post mortem Cæsaris, quo tempore debebat
cum] habere successio fauore Ecclesiæ, An
quicquid dici posset de hac nullitate, quo idem
illa obstaret inspecto tempore, quo idem testa-
mentum conditum fuit, tamen contrarium
cendum erat inspecto tempore mortis Cæsaris
quo tempore factus erat locus successioni fauore
15 Ecclesiæ, & sublatum † impedimentum cuius
causa illius dispositio effecta fuerat irrata, vt con-
tingit in natiuitate Postumi quæ licet apta
rescindere testamentum, in quo ille præteritus
fuerit tamen rursus idem testamentum con-

scit, si decedere eum contingerit viuo testatore, vt habetur, *in l. Posthumus ff. de iniust. rupt. irrit. fact. testam.* & notat ibi *Bart. num.3. Bald. num.1. & in l. vlt. num.28. C. vnde legit. Dec. in l. posthumus C. de bon. poss. contra Tabul. in 1. lect. num.11.*
16 Neque contrarium † dicendum erat, eo quia in illo textu contrarium statuatur, in casu, quo præteritus fuit filius iam natus, cum non aliter possit iterum valere testamentum quod erat ab initio nullum propter præteritionem filij iam nati, quam si fuerunt in eo instituti, qui possint ab intestato auferre hęreditatem testatoris. Non enim poterat hoc exemplum obstare successioni Ecclesiæ, quia licet tempore testamenti non posset dubitari de iuribus matris super hæreditate filij, & propterea magis illi videretur conuenire hoc posterius exemplum, quam prium de natiuitate Posthumi, tamen Ecclesia gaudebat eodem iure quod potuissent habere alij, quibus debita esset ea hæreditas ab intestato, cum imo illa in hac materia successionis sit magis priui-
17 legiata, quam filij, † aut alij descendentes excepta legitima, vt probat *tex. in auth. si qua mulier, C. de sacros. Eccles.* cuius dispositio refertur *in canon. si qua mulier. 19. quæst. 3.* & tradit *Bald. super eadem Auth. num. 6. Ias. in l. vlt. num. 7. C. de codicill.*

Secundo responsum fuit eidem exceptioni, quod illa non poterat habere locum hoc casu propter liberam facultatem, quæ competebat Cæsari reliquendi bona sua cui volebat. Ea necessitas, quæ alias est imposita testatoris relinquendi saltem legitimam matri, aut alijs ascendentibus, siue descentibus, quibus illa debita est ex iuris dispositione, aut iure naturæ non habet
18 locum in testamento Clericorum, qualis erat Cæsar, cum ille, exceptis bonis, quæ adepta fuerunt ratione Ecclesiæ habeat in cęteris liberã facultatem, & arbitrium vt habetur *in cap. quia nos de testam. & in cap. relatum, §. Cæterum eod. tit.* & hoc arbitrium nominatim DD. intelligunt respectu huius necessitatis, quam alias habent testatores reliquendi certam portionem descendentibus, aut ascendentibus pro eorum legitima, & propterea tradiderunt, illorum testamenta non subiacere quærelæ inofficiosi, vt voluit *Abb. in d. cap. quia nos num. 4. Gulielm. de Benedict. in cap. Rainutius de testam. in verb. eod. testam. numer. 114. Bald. in auth. Presbyteros num. 2. C. de sacros. Eccles. Angel. in l. 1. num. 5. ff. de inoff. testam. Surd. cons.250. num.10.* & rationem reddunt iidem Doct. tam ex hac facultate, quam habent Clerici à sac. Canonibus liberè disponendi de
20 suis bonis, † quæ talis dici non posset si illi tali necessitate tenerentur, vt in specie aduertit *Abb. in cap. quia nos num.4. Guliel. de Bened. in loco sup. relat. numer. 135.* & voluit *Bald. in l. filiam tuam num. 1. C. de inoff. testam.* & ibi etiam *Ias. num.9. Surd. cons.259. num.10.* Tum quia ea facultas non
21 potuit præiudicare † matri, aut alijs successoribus, cum adhuc illi consequi potuissent suam legitimam conditione ex lege propter nouam actionem, quæ illis concedebat hoc casu quo Clerici in suo testamento, nullam eorum rationem habuissent, vt habetur *in dicta Auth. Presbytero, & in l. cum lege* à qua ea authentica est de-

sumpta *eod. tit. C. de Episc. & Cler. & not. gloss. in d. Auth. in verb. Ferant. Bal. num. 2. Ang. in l. 1. num. 5. ff. de inoff. testam. Surd. d. cons.259. num.10.* Ex hac verò ratione visa fuerunt cessare, quæ dicebantur super eodem testamento, vt illius occasione nihil potuissent acquiri Ecclesiæ pro-
22 pter notam impietatis, quam continebat, † talis enim nota excludebatur, dum in illo censebatur excepta legitima matris, cuius causa idem testamentum dicebatur esse maius pium, & hanc rationem in specie considerat *Bald. in d. Auth. Presbyteros*, quia nimirum detracta ea portione subsistere debeant cœtera in illo disposita, neque possit omninò rescindi, vt contigeret si deberet habere in eo locum querela inofficiosi.

Tertiò visum fuit tolli eamdem exeptionem ex clausula codicillari, quæ continebatur in te-
23 stamento Cæsaris, quia eius † effectus erat, vt idem testamentum sustineretur iure codicillorum, siue quocumque alio titulo, quando non potuisset valere iure directo. Vnde Ecclesia saltem poterat succedere in hac hæreditate Cæsaris
24 in vim fideicommissi † quam eius mater, aut alij hæredes ab intestato, ex vi eiusdem clausulæ censebantur grauari illi restituere, vt habetur *in l. cohæredi 41. §. cum filiæ, ff. de vulg. & pupill.* & notant ibi *Doct. Bart. in l. 1. ff. de iur. codicill. n.9. & in auth. ex causa num. 24. C. de lib. præter*, & ibi etiam *Ias. num. 22. Oldrad. cons. 171. num. 18.* Neque poterat cessare effectus eius clausulæ, eo quia Ecclesia petijsset immissionem occasione testamenti, in quo illa scripta erat hæres, vt non
25 potuisset redire † ad iura, & viam fideicommissi postquam apparebat illam egisse iure proprio, & directo *arg. text. in l. vlt. C. de codicill.* & notant ibi, *Scriben Bart. in l. Clodius 96. num. 2. ff. de acquir. hæred.* & pluribus probat *Roman. in cons. 125.* Non enim probabatur, quod Ecclesia elegisset vnam potius, quam aliam viam cum in mandato, quod eius nomine datũ fuit ad adeundam hæreditatem, & ex quo postea illa adita fuit, non declaratum fuerit quo iure adiri deberet, imò aderant in eo mandato clausulæ amplissimæ, ex quibus poterat ea aditio sustineri etiã iure fideicommissi, quamuis hoc casu diceretur,
26 quod Ecclesia debuisset eam hæreditatem † capere de manu hæredum iuxtà dispositionem *tex. in l. 1. in princ. & in l. restituta, ff. ad sen. cons. Trebell. & in §. restituta instit. eod. tit.* Tamen adhuc ea exceptio non obstat propter priuilegiũ
27 quod illi cõpetebat, & cuicumque aliæ piæ causæ, vt posset eam hæreditatem capere etiam iure proprio, quamuis illa ad se deuoluta esset iure fideicommissi, quia cum in eam transire potuissent iura, & actiones hæreditariæ ipso iure non opus habebat pro illorum consecutione alio facto, aut ministerio hæredum, qui sibi facerent eam restitutionem realiter, aut verbaliter, vt fuit sententia *Bart. in l. 1. C. de sacros. Eccles. n.71.* & voluit ibidem *Bald. num. 124. & in l. vlt. n.46. in 2. quæst. C. de Edict. Diu. Adr. toll.* & tradit *Tiraquell. de priuil. piæ caus. priuil. 39.*

Vltima exceptio opposita ab hæredibus Portiæ continebat mutationem voluntatis Cæsaris, cuius causa dicebatur defecisse testamentum, & dispositionem, quæ in eo continebatur fauore

Ecclesiæ. Verùm non visa fuit probari hæc mutatio ex actibus, ex quibus dicebatur de ea apparere. Adducebatur enim primo loco donatio, quam Cæsar fecit matri aliquorum bonorū post conditum testamentum fauore Ecclesiæ, quæ donatio non poterat probare quod fuisset recessum
28 † à priori dispositione, quia licet ex ea videretur reddita inutilis præcedens dispositio testamenti vt voluit *Ang. in cons.* 383. *num.* 2. *Ang. Aretin. consil.* 73. *num.* 29. & probat *Text. in l. sequens quæst.* 70. *delegat.* 2. *& in l. rem legatam, ff. de adim. leg.* Tamen illa erat restricta ad certa, & peculiaria bona, vnde remanebat in cœteris firma
29 dispositio † testatoris, dum non constabat, quod ille eorum respectu suam voluntatem reuocasset, vt declarat *Bart. in d. l. rem legatam num.* 8. *& in l. legatum* 24. *§. Præter, ff. de adim. leg. auth. text. in l. si ex toto, ff. de leg.* 1. & in his terminis loquuntur *Ang. d. cons.* 383. *Aretin. cons.* 73. & tradit *Menoch. lib.* 4. *præsumptionum præsumpt.* 167. *num.* 10. Imò dicebatur subsistere idem testamentum etiā respectu bonorum, quæ continebantur in ea do-
30 natione, cum Leonora retrodonasset † eadem bona Cæsari, quæ propterea potuerunt comprehendi sub illius dispositione neque necessarium erat, vt constaret de illius voluntate propter alienationem anteà factam eorumdem bonorum, vt habetur *in l. qui post testamentum, C. de leg.* quia dispositio eius *Tex. limitatur in legato fauore libertatis*, vt notant ibidem *Bald. num.* 5. *Ang. num.* 1. *Salicet. num.* 4. & probat *Tex. in l. verum* 58. *ff. de*
31 *manum. testam.* & illius exemplo † idem tradit *Roman. in legato relicto ad piam causam, vt in auth. similia num.* 88. *C. ad l. falcid.* quem sequutus fuit *Tiraq. de priuil. piæ causæ priuil.* 40. cum idem priuilegium quod competit fauore libertatis com-
32 petat etiam Ecclesiæ, & † cuicumque alteri causæ piæ, & voluit *Bart. in l. proximè. §. nemen, ff. de his, qui in testamento delentur*, vbi hoc dicit esse notandum *Bald. in l. si iure in fine C. de testament. manumiss. & in l. quamuis num.* 2. *C. de fideicomm. libert. Rom. cons* 328. *num.* 2.

Idem dici poterat de duabus Epistolis, quæ scriptæ fuerant à Cæsare Portiæ nepti, & Francisco eius filio post d. testamentum, quia neque illæ continebant talem eius voluntatem, quæ posset dici contraria priori testamento cum in nulla earum fieret aliqua illius mentio, & clarius hoc colligebatur ex vltima epistola scripta Nepti, quæ petebat in ea consilium, qua ratione posset illam reddere tutam à molestijs, quas passura fuisset postquam ipse decessisset, ex quibus colligebatur solum, quædam propensio, & & præparatio, vt dicitur voluntatis quæ quam-
33 uis amplioribus, † & efficacissimis verbis declarata non poterat suffragari, nisi appareret illā transijsse in dispositionem, vt notatur *in l. si quis testamentum, ff. de testam* & voluit *Oldr. in cons.* 119. *num.* 1. *Ias. cons.* 155. *num.* 4. *col.* 3. *lib* 4. *Fulgos. cons.* 29. *num.* 3. *Ruin. cons.* 7. *num* 7. *& cons.* 11. *num.* 11. *lib* 3. & idem significare poterant posteriora verba eiusdem Epistolæ in quibus Cæsar mandabat Nepti, vt illam combureret, qua ex hoc etiam ostendebatur parum deliberata, ac
34 firma illius voluntas, † cum ad eius præceptum haberet eamdem vim, qualem habuisset actualis cancellatio, aut laceratio, quam ipse fecis... eiusdem Epistolæ *arg. text. in l. item eorum, §. si ... curiones, ff. quod cuiuscumque vniuersit. nom. & ... cap. super litteris de rescript.* & tradit *Castren. ... consil.* 128. *num.* 1. *in fin. lib.* 2. *Barbat. consil. ... num.* 14. *col.* 2. *lib.* 2. *Purpurat. cons.* 451. *num.* 8.

Tertiò, & vltimò afferebantur depositione... aliquorum testium, coram quibus dicebatur C... sarem aperuisse suam voluntatem, vt bona ... peruenirent ad Eleonoram dum fecit dona... nem ad illius fauorem qui testes plures exceptio... nes patiebantur, tam in dicto, quam in propria eorum persona, & aliqui eorum erant sibi in... cem contrarij, quæ omnia cum possent in q... cumque materia derogare eorum fidei visa ... runt eo magis obstare hoc casu, quo illorum ... positiones afferebantur pro reuocatione test... menti ad quem effectum testes debent carere o... ni exceptione, vt habetur *in l. sancimus, C. de ... stam.* in qua requiruntur testes idonei, & tra... *glos. in §. item verborum Instit. de oblig. in verb. ... neos, Alex. cons.* 70. *nu.* 14. *lib.* 2. Et demum neg... hoc illi concludebant in eorum depositione quod Cesar priorem voluntatem reuocare vol... set, cum verba, quæ illi referebant ab eo dicta quod volebat, vt mater frueretur suis bonis, ... fuisset ab eo dici animo minimè deliberato, ... certo, vt ostendit series rei gestæ, quia si ille voluisset facilè potuisset efficere, vt sua volun... haberet effectum, dum eam poterat declarare ... ram eisdem testibus, & Notario, qui erant p... sentes instrumento donationis. Vndè talia ...
36 ba non sufficere tanquam inefficacia, † & ... ta sine animo disponendi existimauit, *Corn. ... 149. n. 7. lib.* 1. & notant *Doct. in l. serui elect... ff. de leg.* 1. & ibi, *Alex. n.* 4. *Castr. nu.* 3. *Ias. nu. ... Ioan. Fab. in §. planè nu.* 3. *inst. de milit. test.* & ... etiam *Aret. n.* 5.

Et ità &c.

☞ *Idest sub diebus* 1. *Februarij* 1638. *&* 21. ... *eiusdem anni, sunt supra hac eadem parte* 8. *deci... nes* 7. *&* 42. *& vide ad d. decis.* 7. *vbi alia decis... notantur in hac causa.*

R. P. D. CARILLO

Postea Præside Vallisoletano.

Moguntina Hæreditatis.

Mercurij 15. *Decembr.* 1638.

ARGVMENTVM.

Sententia nulla, & iniusta nunquam potest in iu... catum transire. Nullitas verò probatur si ... lata contra non citatum, vel citatum ad val... non præcedente prius citatione personali. ... probandi consuetudinem spectat ad alleg... cum hoc etiam quod fuerit semper obseruata lis consuetudo.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla, & iniusta non transit in iu... tum.*

2 Sententia lata post quam causa est deserta si fatalia nunquam fuerint prorogata dicitur nulla.
3 Sententia lata contra non citatum est nulla.
Citatio Partis requiritur in productione iurium, nu.3.
4 Citatio requiritur in quocumque actu præiudiciali.
5 Citatio exequuta contra Decanum Capituli nullis factis diligentijs pro conuocatione Capituli, est nulla.
6 Citatio contra particulares de capitulo executa, eodem Capitulo non congregato est nulla.
7 Citatio ad valuas fieri non potest non præcedente prius citatione personali.
8 Contumax dici non potest personaliter non citatus.
Appellare potest infrà decem dies à die habitæ notitiæ qui personaliter citatus non fuit, num.8.
9 Testamentum sine testibus, & alijs requisitis pro illius validitate, dicitur nullum, nec meretur executionem.
10 Consuetudo nō probatur ex attestatione extraiudiciali.
Fides extraiudicialis nihil probat, num. 10.
Consuetudinem alleganti incumbit onus probandi.
Amplia quia non sufficit allegare consuetudinem, sed requiritur probare illā fuisse semper obseruatā, n.13.
12 Consuetudinem allegans in materia condendi testamēti, illam probare debet, & quod fuerit semper obseruata.
13 Consuetudinem ad excludendam vnicus actus contrarius sufficit.

DECISIO XCVII.

Non constare de re iudicata dixerunt Domini; quia sententia D. Nuntii Coloniensis prolata ab fauorem assert: hæredum Iodoci à Riede con-
1 tra Capitulum Moguntinum est nulla, † & iniusta, & ideo in rem iudicatam transire non potuit *l. si se non obtulit 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. Fælin. in cap. super literis nu.15. de rescript. Cæs. de Grass. decis. 2. num. 8. de solut. Seraph. dec. 1469. n.3.*

Nullitas apparet primo ex eo, quod Dominus Nuncius pronunciauit in gradu appellationis interpositæ ab alijs contrarijs sententijs latis ad fauorem Capituli post lapsum non solum biennij, sed etiam triennii, absque aliqua prorogatione
2 fatalium, † & sic postquam eius iurisdictio expirauerit, & appellatio deserta remanserat, *Clem. si appellationem, & ibi gloss. in §. Collegio de appellation. Butr. in cap. ex ratione de appellation. Cassad. dec. 6. n. 8. eodem titul. Rot. dec. 453. n. 1. part. 1. recentior.*

Secundo quia Capitulum contra quod fuit la-
3 ta sententia, numquam fuit citatum, † & tamen in productione iurium requiritur partis citatio *ex doctrin. Bald. in l. 1. in fin. Cod. de sent. ex breui recit. Sarnen. regul. de annal. quæst. 4. num. 5. Honded. cons. 75. num. 34. libr. 2. Caputaqu. decis. 99. part. 2. Cæs. de Grass. decis. 3. num. 7. de restit. spoliat.* & in alio quocumque actu præiudiciali *Clem. sepe de verbor. signif. Caputaqu. dec. 375. n. 2. par. 2.*

Nec suffragatur citatio exequuta contra Decanum ipsius Capituli data *in Summ. assert. hæred.*
5 *num. 5.* cum non appareat † fuisse adhibitam diligentiam pro Congregatione Capituli iuxtà *gloss. in cap. si capitulo in verb. factam de concess. præbend. in 6. & dixit Rota in Terdonen. bonorum 14. Decembris 1614. coram Manzanedo,* alias autem citatio
6 contra particulares de Capitulo executa † eodem capitulo capitulariter non congregato est nulla *ex tradit. per DD. in c. eam te, de rescript. Put. dec. 10. lib. 1. Alexand. cons. 219 n. 2. & 11. lib. 6. Seraph. dec. 857. n. 7. cum alijs per adden. ad Papam Greg. XV. in dec. vlt. num. 6.*

Minus releuat dicere quod saltem interuenerit citatio ad sententiam contra Capitulum, quia
7 illa fuit executa ad valuas † Ecclesiæ quod non præcedente prius citatione personali fieri non poterat *Clem. 2. de re iudic. Asin. in praxi §. 6. cap. 1. num. 1. Caputaq. dec. 107. nu. 4. par. 1. Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 83. in fin. Rot. coram Seraphin. decision. 1276. numer. 4. & coram Papa Greg. XV. decis. 430. num. 1. & ibi adden. num. 5.*

Imò, ex quo non præcessit personalis citatio Ca-
8 pitulum verè contumax dici nequit, † propterea appellare potuit infra decem dies à die habitæ notitiæ prout fecit ad euitandam rem iudicatam *l. 1. §. vltim. ff. quando appelland. sit, C. biduum §. si aduersus absentem 11. qu. 6. Vestr. in prax. lib. 7. cap. 3. de appellat. num. 21. circa med. & hoc idem sensit Rot. in Volaterana beneficij 14. Maij præteriti coram me.* Licet ibi pro re iudicata fuerit responsum, quia agebatur contra verum contumacem ab initio personaliter citatum.

Iniustitia verò satis superque visa fuit DD. constare ex eo quod per d. sententiam datur executio prætenso testamento D. Iodoci à Riede, & tamen ex lectura eiusdem testamenti de quo in *Sum. asser. hæred. nu. 2.* apertè conuincitur illud esse nul-
9 lum, † cum careat testibus, & aliis solemnitatibus requisitis pro ipsius valida confectione iuxtà dispositionem *l. hac consultissima 21. l. in testamentis 26. Cod. de testam. l. conficiuntur 1. §. 1. & ibi glos. ff. de iure Codicillorum.*

Non obstat quod ex consuetudine immemorabili capitulares Ecclesiæ Moguntinæ, qualis erat d. Iodocus possint testari per schedulam priuatam sine interuentu testium, & absque alia iuris solemnitate, dictaque schedula per se valida sit, debitumque effectum sortiri debeat ac si esset testamentum solemniter confectum.

Quoniam de tali consuetudine non constat nisi ex quadam simplici attestatione Sindicorum Capituli Moguntini *d. Summ. assert. hæred. num. 1.*
10 quæ cum sit extraiudicialis, nihil probat, *Rota dec. 244. n. 2. coram Buratt. & dec. 468. nu. 3. & 5. coram eod.* Alleganti autem consuetudinem incumbit onus illam probandi *glos. in l. 1. verb. probatis C. quæ sit long. consuetud. Corn. cons. 174. nu. 5. libr. 2. Paris. cons. 25. num. 18. lib. 1. Rimin. sen.*
12 *cons. 307. n. 16.* & quidem in terminis casus controuersi *Oldrad. cons. 237. Anchar. cons. 338. num. 8. Aym. cons. 96. num. 4. Cæs. de Grass. dec. 6. num. 5. de præben.* & quod illa fuerit semper obseruata, itaut nullum actum habeat contrarium, cum pro ex-
13 clusione consuetudinis vnicus actus contrarius sufficiat, *Bartol. in l. semper in stipulationibus in fin. & ibi Cagnol. num. 3. de regul. iur. Berou. cons. 5. nu. 23. lib. 1. Schrader. de feud. par. 10. sect. 20. n. 157. Surd. cons. 393. nu. 23. & 24.*

Et sic vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo Terracinen.

Bononien. Fideicommissi de Nascentorijs.
Mercurij 19. Decembris 1638.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum si Testator ordinauit perpetuum, & successiuum, certum est ipsum voluisse recedere à consil. Oldradi 21. Fœminæ veniunt agnatorum appellatione, & quando proximitas intelligatur vel respectu Testatoris, vel habita ratione personæ grauatæ; Pluraque etiam dicuntur de probatione filiationis, quod scilicet etiam coniecturis probetur, quarum plures in hac materia enucleantur.

SVMMARIVM.

1 *Consilium Oldradri 21. non intrat vbi plures concurrunt coniecturæ in contrarium, & nu.3. cum seqq.*

2 *Substitutio facta, si sine filijs decesserit expirat grauato cum filijs decedente.*

4 *Fideicommissum perpetuum & successiuum dicitur si testator institutos, & substitutos grauauit onere assumendi cognomen, & insignia eius familiæ, & n.5.*

5 *Agnationis perpetuatio dari non potest, nisi dicatur Testatorem voluisse recedere à cons. Oldrad. 21.*

6 *Fideicommissum perpetuum, & successiuum resultat ex vocatione plurium personarum, & digressu ad plures gradus substitutionum.*

Si omnes fuerunt vocati cum clausula vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum ibidem.

7 *Onus assumendi arma, & nomen familiæ Testatoris non conuenit filijs masculorum de agnatione ipsius Testatoris.*

Sed intelligi debet iniunctum agnatis, & ex aliena familia deriuantibus ibidem.

Masculinum concapit fœminum in fideicommissis, num. 7.

8 *Agnatorum appellatione venit fœmina agnata, vbi in vtroque sexu viget eadem ratio.*

9 *Fœmina est de familia, & agnata Testatoris.*

10 *Fœmina licet nupta extrà familiam, non per hoc desinit esse agnata, & de familia Testatoris.*

Fœmina venit sub vocatione, domus, & familiæ, ac sub nomine proximiorum, num. 10.

11 *Agnatis vogatis, si dubitatur an Testator senserit de agnatis proprijs, vel hæredis semper intelligitur de proximioribus vltimi grauati.*

Relatio fit ad proxima, num. 11.

Proximitas Testatoris, vel hæredis an intelligatur vbi Testator proximiores agnatos vocauit, num. 11. & seqq.

14 *Verba genetiui casus, scilicet ipsius Testatoris relata æquè ad agnatos, & cognatos vtrosque pariformiter determinare debent.*

15 *Pronomen,* ipsius, *ad oculum Testatoris personam demonstrat.*

Testator vocans proximiores ipsius Testatoris, intelligitur sensisse de proximitate sui, non hæredis, n.15.

16 *Proximitas Testatoris attenditur quoties in substitutione fit transitus de linea ad lineam.*

17 *Proximior agnatus ex linea effectiua Testatoris præfertur proximiori agnato transuersali ex linea extranea.*

Et ità præferri debet proximior cognatus remotiori in gradu ibidem.

18 *Filiatio probatur lenioribus probationibus ad effectum successionis, imò sola sufficit nominatio, & tractatus.*

19 *Fides baptismatis iunctis alijs adminiculis probat filiationem.*

20 *Filiatio probatur ex Testamento Patris, in quo ali[...] quem tanquam filium instituit, & 24.*

21 *Filiatio probatur coniecturis simul iunctis, & num[...] seqq. vbi quod maximè in antiquis.*

Regula singula quæ non prosunt, vnita iuuant proce[...] dit etiam vbi agitur de probanda filiatione, num.2[...]

23 *Enunciatiuæ probant filiationem.*

24 *Nominatio Patris in testamento facta etiam sola pro[...] bat filiationem in antiquis.*

25 *Fœmina censetur exclusa à fideicommisso facto fam[...] re agnationis, etiam quod eorum filij essent vocati.*

Onus assumendi nomen, & arma Testatoris pro con[...] seruatione familiæ non conuenit fœminis, num.25.

26 *Masculo ad fideicommissum vocato, si Testator post[...] mentionem faciat de filijs, intelligitur cum eadem qualitate masculinitatis.*

27 *Moniales professæ dicuntur inhabiles ad lineam con[...] seruandam vbi Testator ad illam respexit.*

28 *Existentia fœminarum nihil operatur vbi testator illas ad fideicommissum non vocauit, sed exclusit.*

Testator si vocauit masculos fœminam exclusisse cen[...] setur num. 28.

29 *Testator etsi fecerit mentionem de fœminis, tamen [...] eas considerauit vt principium, & caput lineæ ma[...] sculorum ab eo vocatorum.*

Non per hoc possunt illæ tanquam vocatæ prætendere inclusionem fideicommissi ex propria persona.

30 *Fœminæ in institutione non comprehensæ, nec in sub[...] stitutione censentur inclusæ.*

Vbi in vtroque casu Testator idem fideicommissum ordinauit, num. 29.

DECISIO XCVIII.

IN decisione in hac causa facta coram bo[...] mem. Motmano 14. Decembris * 1636. tri[...] fuerunt firmata, Primo constare de fideico[...] misso q. Ioannis Raynerij de Nascentorijs, Se[...] cundo dictum fideicommissum esse purificatum ad fauorẽ Camilli de Blanchis proximioris agn[...] ti Phirri, vltimi grauati, & Tertio duas soro[...] germanas, Moniales professas in Monasterio [...] Mariæ Nouæ, hæredes d. Phirri esse exclusas, p[...] hanc resolutionem, admissis ad causam Co[...] Ioanne Thadæo de Blanchis, & Anibale eius p[...] mogenito, & Angelo de Manzis, filio prim[...] genito Galeatij de Manzis proximioris cogn[...] Ioannis Rainerij testatoris, & causa super eis[...] alias proposita coram bo. mem. Motmanno, h[...] die coram me examinando d. tria capita deci[...] nis fuit per DD. resolutum constare de fideico[...] misso purificato ad fauorem Angeli de Man[...] proximioris cognati testatoris, & in hac part[...] tantum fuit recessum à supradicta decisione, [...]

Nam quoad primum caput, ex rationibus be[...] deductis in decisione constat, testatorem fecis[...] perpetuum, & absolutum fideicommissum ma[...] culinum ad fauorem omnium descendentium tam naturalium, quam fictorum instituendo in infinitum, & substituendo vulgariter, pupillari[...] ter, & per fideicommissum, cum testator post [...] ctam longam seriem institutionum, seù substitu[...] tionum, nempè de filijs masculis, & natura[...] bus, & de legitimatis nascituris de primogeni[...] mascu[...]

masculo ex filiabus legitimis, & naturalibus, & ex filiabus legitimatis, pariter nascituris de filio adoptando, seù arrogando de Alexandro, ex Emilio de Blanchis, ex sorore ipsius testatoris filio iam nato, & de secundo, tertio, & quarto genito masculo, ex filiabus fœminis eiusdem Emilij, necnon de primogenito masculo proximioris cognati ipsius testatoris deuenetit etiam ad fideicommissarias substitutiones per hæc verba, *quod si in aliquo gradu, & ordine successiuo institutionum prædictarum instituti, vel institutus, ac hæres postea quandocumque decesserint, seu decesserit cum filius masculis legitimis & naturalibus, ipsos filios, & illorum descendentes masculos legitimos, & naturales in stirpes in infinitum, & si absque filijs, & descendentibus huiusmodi decesserint, seù decesserit vocatum, seu vocat in sequenti gradu institutionum prædictarum, & illorum filios, & descendentes masculos legitimos, & naturales, in stirpes vt supra instituit, & substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum respectiuè, ac indistinctè, vt supra singula, singulis debitè referendo, & congruè adaptando &c.* quæ clausulæ operantur vt nè censeatur facta restrictio fideicommissi ad casum obitus, cum filijs, sed quod longè vltrà extendatur apparet, quod testator voluit ordinare perpetuum, & absolutum fideicommissum non sulum inter filios, & descendentes masculos primi hæredis, sicque de persona ad personam vnius gradus, seù lineæ, sed etiam de gradu ad gradum inter filios, & descendentes masculos cuiuslibet gradus ità vt quandocumque aliquis de vno gradu sine filiis; & descendentibus masculis decesserit, etiam quod alij eiusdem gradus cum filiis prædecessissent, alter gradus subsequens admittatur ex perpetuo, & absoluto fideicommisso. Et sic nihil facit, quod Alexander primus hæres decesserit cum Emilio iuniore filio, qui posteà sine filiis decessit prout etiam Pirrhus eiusdem Alexandri frater secundo genitus sine filiis vltimo loco obierit, quia tam ex verbis expressis, quam ex probabilibus coniecturis, quarum in præsenti casu plures concur-
1 runt, ponderatæ in hac decisione, † ex quibus receditur à celebri *cons. Oldr. 21. vt per Dec. cons. 477. num. 7. Gabr. de fid. concl. 7. num. 4. Molin. de primog. Hispan. lib. 1. cap. 6. num. 19. Rota dec. 486. num. 2. par. 1. & 231. num. 4. part. 2. recent.* cum aliis adductis in decisione *vers. nihilominus*, constat, testatorem voluisse constituere perpetuum, & absolutum fideicommissum, nec alias substitutiones expirasse, ita quod dicatur factus locus
2 successioni † ab intestato, etiamsi Alexander primus hæres decesserit cum Emilio filio iuxtà dictum *cons. Oldrad. 21.* quod Rota passim sequitur.

Coniecturæ, ex quibus est recedendum à d. cons. Oldr. sunt, digressio ad plures gradus sub-
3 stitutionum, † fideicommissum est masculinum, & perpetuum, adest prohibitio alienationis vetita ratione, ea quia testator voluit, hæreditatem suam peruenire ad hæredes institutos, & substitutos ordine prædicto, absque diminutione aliqua, vel retentione Trebellianicæ, quam prohibiuit, & vetauit in quocunque casu ex prædictis posse detrahi, vltra institutiones, & substitutiones per tot gradus dispositas cum qualitate masculinitatis, idem testator omnes institutos, seu substitu-
4 tos de aliena familia grauauit onere † assumendi cognomen, & insignia eius familiæ de Nascentorijs, vt de huiusmodi onere assumendi, cognomen, & insignia familiæ, testatoris tradit *Ripa in leg. centurio num. 164. vers. qua ratione, ff. de vulg. Menoch. consil. 117. n. 23. & lib. 4 præsumpt. 69. n. 19. Rota decis. 319. num. 4. par. 1. recent.* cum alijs pluribus relatis per *Fusar. de substit. quæst. 480. n. 34.* Ex quibus resultat fideicommissum absolutum, &
5 perpetuum † ad fauorem omnium vocatorum, & descendentium ab illis, quo casu receditur *à cons. Oldr.* ex allegatis in decisione, si quidem Agnationis perpetuatio dari non posset, nisi dicatur, quod testator voluerit recedere *à d. cons. Oldrad. 21.* & tamen ex supradictis satis patet, testatorem non solum vocasse suos descendentes veros, sed etiam fictos, descendentes masculos Emilij, & deficiente linea masculina, & fœminina d. Emilij filium masculum primogenitum proximioris agnati, & non extantibus agnatis filium masculum primogenitũ proximioris cognati ipsius
6 testatoris, omnesque † cum expressa clausula, *vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 2. n. 2. Crass. §. fideicomm. nu. 4. Fusar. de substitut. q. 263. n. 2.*

Quo verò ad secundam partem decisionis, in qua fuit firmatum d. fideicommissum esse purificatum ad fauorem Camilli de Blanchis tanquam primogeniti masculi Io. Pauli de Blanchis proximiores agnati Pirrhi vltimi grauati, DD. recesserunt à d resolutione, & firmarunt fideicommissum Io. Rainerij esse purificatum ad fauorem Angeli filij primogeniti Galeatij proximioris cognati testatoris, quia non extante linea, seu gradu masculorum, & fœminarum Emilij, qui gradus post mortem Emilij iunioris, & Phirri, patrui vltimo defuncti iam expirauit ipse testator substituit primogenitum masculum proximioris agnati, & non exstantibus agnatis proximioris cognati ipsius testatoris, *ibi & non extante linea masculorum, & fœminarum Emilij instituit, & nominauit, vt supra filium masculum primogenitum, seu maiorem natu, tunc superuiuentem proximioris agnati, & non extantibus agnatis proximioris cognati ipsius testatoris &c.* & sic Angelum filium primogenitum Galeatij de Manzis primogeniti Hieronymæ sororis patruelis ipsius Ioãnis Rainerij testatoris, ex Floriano fratre Nascentorij eiusdem testatoris patre, & testator deficiente linea Emilij non vocauit agnatos simpliciter, vt supponitur in decisione, sed primogenitum proximioris agnati, qui de tempore testamenti, & mortis testatoris aderat, & consequenter Galeatium, vel alium ex fratribus filium Hieronymæ, & testator id sciebat, prout colligitur ex eadem vocatione, & impositione oneris assumendi, arma, & nomen familiæ, quod onus filijs masculorum de agnatione non conueniebat, sed ipsi Galeatio, & fratribus, qui erant de alia agna-
7 tione, primogenito mulieris, † quæ est agnata, & agnati appellatione continetur, cum in hac materia masculinum concipiat fœmininum, *Gabr. consil. 125. num. 5. lib. 2. Pereg. cons. 36. nu. 21. lib. 1. Honded. consil. 92. num. 5. lib. 1. Adden. ad san. mem. Gregor. XV. decis. 291. num 22.* & in specie
8 quod appellatione agnati veniat fœmina agnata, vbi

vbi in vtroque sexu viget eadem ratio, & tenuit *Rota coram san. mem. Greg. XV. d.decis.293.num.* 8. *& seq.* ex pluribus ibi allegatis, & sic Hierony-
9 mam agnatam, quæ licet fœmina erat de familia Nascentoria, & ipsius testatoris agnata, *l. pronunciatio*, §. *Familia, ff. de verb. signif. Alex. cons.* 56. *num.* 4. *lib.* 1. *Odd. cons.* 96. *num.* 4. etiamsi esset
10 nupta extra familiam, *Dec. cons.* 287. *num.* 11. *Gabr. consil.*295.*num.* 2. *&* 3. *lib.* 1. *Surd.cons.*140. *num.* 67. *Seraph. decis.* 1438.*num* 2.*Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis.*293. *vbi Adden. num.*23.*& decis.* 464.*num.* 6. vbi fuit dictum, venire sub vocatione de domo, & familia, & sub nomine proximiorum; Alias si Galeatius, & fratres tempore testamenti proximiores, & à testatore cogniti non fuissent in d. substitutione primogeniti proximioris agnati comprehensi, nullo modo vocati dici possent, sed exclusi, & tamen essent vocati alij primogeniti proximioris cognati, remotiores, & incogniti, quod est verisimile. Quod autem non essent vocati, clarè deducitur, quia ipsi erant filij proximioris agnati ipsius testatoris, qui supponuntur exclusi non autem proximioris cognati eiusdem testatoris.

Non obstat, quod supersint Camillus Comes Ioannes Thadeus de Blanchis proximioris agnati Pirrhi vltimi grauati, & quod quando vocantur agnati, & dubitatur, an testator senserit de agnatis proprijs, vel heredes secundum opinio-
11 nem † Rotæ in dubio debeat intelligi de proximitate vltimi grauati, nisi in contrarium sint coniecturæ, *Rot. decis.* 72. *par.*1. *diuers. numer.* 1. *decis.*116. *num.* 8. *par.* 1. *&* 681. *num.*2. *par.*2. *rec. & coram bon. mem. Buratto decis.* 107. *n.* 682. *nu.* 1. *&* 744. *num.* 6. *coram eod.* ex regula, quod relatio fit ad proxima, *l. si idem cum eodem*, §. *fin. & ibi gloss. ff. de iurisd. omn. iud.* quia cum in fine adsint expressa verba ipsius testatoris, quæ referuntur,
12 tam ad agnatos, † cum testator habuerit rationem conseruandi propriam agnationem, & apposuerit conditionem, vt assumerent nomen, & insignia ipsius, non est attendenda proximitas grauati, sed ipsius testatoris, & illa verba, pri-
13 mogenitum † proximioris agnati, intelligi debent de proximitate testatoris, non autem Pirrhi vltimi grauati, tum quia immediatè postmodum subijciuntur alia supradicta verba, & non extantibus agnatis proximioris cognati ipsius
14 testatoris, quæ verba genitiui casus, ipsius testatoris, respiciunt tam agnatos, quam cognatos, sicque eos pariformiter determinare debent, *l.*
15 *iam hoc iure, ff. de vulg. & pupillar.* stante præcipuè illo pronomine, ipsius quod personam testatoris ad oculum demonstrare dicitur, vt in terminis de proximitate testatoris attendenda tradit *Decian. cons.*26.*num.*75. *& seqq. lib.*2. *Peregrin.cons.*50. *numer.* 2.*& seqq. lib.* 1. *& consil.* 30.*num.*27. *lib.*3. *& in tract. de fid. art.*20.*num.*9.*Cephal.cons.* 313.*n.*17. *Mantic. de coniect. vltim. volunt.lib.* 8.*tit.*12.*nu.*39. *Fusar. de substit. quæst.* 318.*num.* 48.*Rota decis.* 72. *num.* 2. *par.* 1. *diuers.* tum etiam quia in substitutione de qua agitur, fit transitus de linea ad li-
16 neam, quo casu similiter proximitas † testatoris regulariter attenditur *Decian. cons.*21.*num.*7.*lib.*3. *Odd. consil.* 39.*num.* 39.*numer.* 3. *post med. Cephal. cons.* 493.*num.* 43. *Rota decis.* 627.*num.*7.*par.* 2.*rec.*

Et sicut hodiè adesset proximior agnatus testa-toris, esset prȩferendus tanquam prȩdilectus in
17 concursu † proximioris agnati transuersalis ex linea extranea, ita debet prȩferri proximior cognatus, vocatus in defectum proximioris agnati, quibus sic positis, non est opus disputare, an legitimationes suffragentur Camillo, & Comiti Ioanni Thadeo.

Quod Angelus sit filius primogenitus Galeatij proximioris cognati Ioannis Rainerij testatoris DD. censuerunt probari, ex eo, quia cum de descendentia non agatur principaliter, sed in-
18 cidenter ad effectum scilicet † successionis iuxtà dispositionem testamenti non requiritur plena, & concludens, sed sufficit leuior probatio ex sola nominatione, & tractatu *Gemin. cons.* 27. *n.*8. *Paris. cons.* 10. *num.*61.*lib.*2. *circa finem*, *latè Surd. consil.*1.*num.* 38.40.66 *&* 67. *Seraphin. decis.* 1281. *num.* 6.*Rota in recent. decis.* 201.*num.* 16.*&* 409.*n.*3. *& seqq. par.* 5. Angelus etiam descendit à Floriano de Nascentorijs, fratre Nascentorij de Nascentorijs, patre Ioannis Rainerij testatoris, cum sit filius primogenitus Galeatij de Manzis, & Angelicæ iugalium, vt ex fide baptismatis, quȩ adminiculata, e testamento Ioannis Baptistȩ de Manzis patruelis de anno 1608. in quo Angelo tanquam filio dicti Galeatij fuit factum prȩlegatum lib. 1000. summa cum fratribus, tanquam filijs legitimis, & naturalibus Galeatij fuit insti-
19 tutus hȩres, & ex instrumento aditionis hȩreditatis Floriani fratris cum beneficio legis, & inuentarij, quod postea fecerunt, probat dictum Angelum esse filium primogenitum Galeatij de Manzis, vt tenuit *Rota in Aeretina Capellaniæ* 10. *Maij* 1591. *coram Cantuccio in Regien. Prioratus* 19. *Aprilis* 1592. *coram bon. mem. Card. Millino, & in Viterbien. fideicomm.* 19. *Ianuarij* 1605. *coram Illustriss. D. meo Decano impress. in recent. dec.*132.*n.*1. *par.* 2. Galeatium verò esse filium Ioannis de
20 Manzis, & Hieronymæ Nascentoriȩ, † iustificatur ex testamento eiusdem Ioannis de an.1571. in quo Galeatius, Eganus, & Ioannes Baptista, tanquam filij legitimi, & naturales eiusdem Ioannis, hȩredes vniuersales instituuntur, necnon ex laudo de Anno 1575. inter dictos Galeatium, & fratres ex vna, & Isottam coniugem Ioannis patris Galeatij ex secundo matrimonio ex altera, lato, occasione diuisionis bonorum paternorum, in quo Galeatius, Eganus, & Io. Baptista fratres, tanquam filij eiusdem Ioannis laudantur, & Isotta tanquam matrigna Galeatij declaratur creditrix in summa lib. 400. & ex testamento Io. Baptistȩ fratris de anno 1608. in quo se nominat filium Ioannis, & hæredes instituit Angelum, & fratres eius ex Galeatio fratre nepotes, & concurrunt aliȩ coniecturæ deductȩ per informantes,
21 quæ † simul iunctæ in hac materia probationum, probant ex regula, quæ singula non prosunt, simul vnita iuuant iuxtà *glos. in l.* 2. *in verbo legitimæ, ff. de excusat. tut. Dec. cons.*146.*n.*14.*vers. sexto, & vltimo*.

Non obstat, quod, quamuis ex supradictis concludatur Galeatium, & fratres esse filios Ioannis, non inde tamen sequitur, quod probentur nati ex Hieronyma Nascentoria, cum indubitatum sit habuisse duas vxores, nempè Hieronymam, & Isot-

& Isottam, quia cum Ioannes postquam heredes vniuersales instituit Galeatium, & alios filios legitimos, & naturales, iure legati reliquerit Isottę eiusdem testatoris coniugi ex secundo matrimonio, ex istis verbis insurgit vehemens coniectura, quod filij instituti essent nati in primo matrimonio, alias verisimiliter adiecisset eandem qualitatem secundi matrimonij, vel illos vocasset tanquam filios Isottæ, & eum eadem Isotta in dicto laudo 1575. dicatur matrigna Galeatij, & fratrum resultat alia coniectura, quod Hieronyma fuerit, mater vera, maximè cum non probetur, quod ex dicta Isotta secunda vxore habuerit filios concurrunt etiam alię coniecturę
22 per informantes deductæ, & præsertim, † quod sumus in antiquis, quæ omnes simul iunctæ Dominis visæ fuerũt sufficientes ad effectum de quo agitur ex supra allegatis. Et cum Ioannes Hieronymam primam vxorem duxerit de an. 1536. vt constat ex instrumento solutionis, dotis in quo Catherina de Ruffis vxor Floriano de Nascentorijs, & mater Hieronymæ ex dicto Floriano susceptæ, soluit libras centum, Ioanni de Manzis marito Hieronymæ, & de anno 1552. idem Ioannes cum consensu Hieronymæ q. Floriani de Nascentorijs, ipsius Ioannis vxoris ibidem præsentis vendiderit quædam bona in communi S. Ioannis in Persiceto inde sequitur maximum adminiculum, quod Galeatius sit filius Ioannis ex Hieronyma, & non ex Isotta, minus potest dubitari, quin d. Hieronyma sit filia Floriani Nascentorij, cum hoc asseratur à Catharina eius matre in d. Instrumento solutionis dotis de anno 1536. & ab ipsamet Hieronyma nedum in Instrumento celebrato cum viro, sed etiã in alio de anno 1537. in quo vti filia Floriani, & vxor Ioannis,
23 obtinuit sibi dari curatorem, † ad effectum absoluendi Catharinam eius matrem ab administratione bonorum Floriani partis, ex quibus enunciatiuis probatur filiatio *Rota coram Card. Canaler. dec. 575. nu. 5.*

Descendentia verò Floriani à Rainerio de Nascentorijs patre Nascentorij patris Ioannis Rainerij testatoris probatur, Primo ex Instrumento dotali de anno 1518. in quo Florianus q. Rainerij de Nascentorijs confessus fuit recepisse libras centum monetę currentis pro sorte librarum 500. monetæ dotis honestæ Iuuenis Catharinæ filiæ, Egani, secundo ex Instrumento donationis de anno 1527. in quo spectabilis vir Nascentorius q. Rainerij, donauit Floriano eius fratri, & filio dicti q. Rainerij libras tercentas monetæ, &c. Demum descendentia Ioannis Rainerij testatoris à Nascentorio fratre Floriani probatur ex confessione ipsius testatoris in suo
24 testamento, quæ nominatio sola in antiquis vltra centum annos plenè probat filiationem *Menoch. de arbitr. lib. 2. consil. 89. num. 84. centur. 1. & presumpt. 53. num. 42. lib. 6. coram Buratt. decis. 147. num. 7.* Et propterea, cum ex supradictis concludenter probetur descendentia Angeli à Floriano de Nascentoris fratre Nascentorij patris Ioannis Rainerij testatoris iuxtà decisionem coram bon. mem. Motmanno super hanc descendentia factam 18. Decembris 1637. & sic habet omnes qualitates requisitas, per testatorem, ex quo est filius masculus primogenitus Galeatij proximioris cognati testatoris, ad eius fauorem est purificatum fideicommissum.

Respectu verò tertiæ partis supradictæ decisionis coram bon. mem. Motmanno in qua fuit resoltum, germanas sorores Pirrhi vltimi grauati Moniales professas, esse exclusas ab ea non recesserunt DD. quia cum testator habuerit rationem conseruandæ agnationis, siuè tacitè siuè expressè nunquam vocauit fœminas, seù filios fœminarum cum onere assumendi nomen, & arma familiæ pro conseruatione agnationis, quod onus non conuenit fœminis in quibus finit agnatio. *l. pronunciatio, §. vltimo ff. d verb. signif.* Vndè etiam si adsint illa verba, non extante linea masculina, seù fœminina Emilij, attamen cum declarentur à verbis antecedentibus, in quibus extincta linea masculina dicti Emilij vocatur filius masculus
26 primogenitus, seu maior natu ex aliqua † de filiabus fœminis legitimis, & naturalibus d. Emilij, illa verba intelliguntur de masculo prius depositiuè vocato, non autem simpliciter de fœmina, dum agitur de ijsdem lineis prius vocatis, *Menoch. cons. 95. num. 83. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 13. num. 9. Peregrin. de fideicom. art. 25. num. 30. Rota in recent. decis. 237. num 5. par. 5.* & dum fuit vocatus masculus primogenitus fœ-
27 minarum, qui casus non conuenit fœminis † Monialibus iam professis prorsus inhabilibus ad earum lineam in esse deducendam, illarum existentia, nihil facit, & ex lectura testamenti colligitur,
28 † testatorem nunquam vocasse fœminas, & proindè dum vocauit masculos, eas exclusisse dicitur *Paris. cons. 23. num. 24. lib. 2. Surd. consil. 5. num. 57. & consil. 262. num. 24. Decian. consil. 64. num. 11. lib. 3. Rota decis. 499. num. 1. circa fin. decis. 542. sub nu. 2. par. 1. recent. & decis. 72. num. 4 in princ. part. 2.* Nec testator sub d. conditione deficientiæ lineæ masculorum, & fœminarum dicti Emilij fecit mentionem de fœminis propter ipsas, sed solum propter masculos ab eis descendentes, quos superius vocauerat in defectum masculorum d. Emilij; Ideoque illas considerauit, vt principium, & caput lineæ fœmininæ, ex quo orirentur masculi ab eo vocati in defectum masculorum præfati Emilij, non autem, vt vocatas, & si fœminæ non fuerunt comprehensę in priori parte institutionis,
29 eo † quia testator fecit perpetuum fideicommissũ masculinum, nec etiam debent comprehendi in conditione substitutionis, vt tenuit *Rota decis. 237. num. 4. cum seqq. par. 5. recent.* & consequenter dicendum est lineam fœminarum Emilij per testatorem vocatam, non comprehendere fœminas perpetuo exclusas, sed solum comprehendere lineam masculinam ex fœminis, quia testator vocauit lineam masculinam, & fœminis in defectu lineæ masculinæ Emilij.

Et quibus firmato fideicommisso, & quod in Angelo primogenito Galeatij de Manzis concurrant omnes qualitates desideratæ per testatorem, & exclusis sororibus Pirrhi vltimi grauati professi in Monasterio Sanctę Mariæ Nouæ DD. auditis informantibus, pro omnibus interesse habentibus, iuxta supra deducta resoluerunt constare de fideicommisso purificato, ac fauorem Angeli, &c.

Su-

Supradictæ decisiones sub die 14. Decembr. 1636. & 18. eiusdem mensis sequentis anni 1637. non adhuc impressæ erunt infrà in appendice huius Patris Octauæ, quam plures verò aliæ in hac causa factæ in suis locis apponentur.

Et prima adest alia decisio sub die 13. Maij 1639. sub diebus 25. Februarij 23. Martij, & 13. Iunij 1640. coram præfato R. P. D. Ghisilerio, sub die 3. Decembris eiusdem anni, & 4. Decembris 1641. coram Eminentiss. Card. Verospio, sub die 23. Iunij 1641. coram Præside Vallisoletano, alia sub diebus 11. Ianuarij, & 15. Aprilis 1644. & de anno 1645. sub diebus 6. Februarij, & 24. Nouembris emanarunt coram Reuerendiss. Tarraconen. & demum coram Reu. P.D. Peutingero sub die 20. Iunij 1650. & 10. Februarij 1651.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Pampilonen. Decimarum.

Lunæ 10. Ianuarij 1639.

ARGVMENTVM.

Exceptiones examinis in hac decisione discutiuntur super citatione necessaria ad videndum iurare testes, quod illa non requiratur vbi ità stylus loci requiri. Locus in quo testes sunt examinandi partibus intimari debet. Processus vt probet negatiuam non existentiæ alicuius scripturæ integra acta continere debet. Famam si testes vtriusque partis contrariam probent, quæ magis prævalere debeat.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad videndum iurare testes est necessaria alias processus examinis est nullus.*

2 *Citatio ad videndum iurare testes non causat nullitatem examinis, vbi de stylo loci non requiritur.*

3 *Intellige quoties præcessit assignatio termini ad probandum parte citata.*

Terminus ad probandum per iudicem assignatus de stylo aliquarum partium continet etiam terminum ad videndum iurare testes num. 3.

4 *Iuramentum Testium non probatur ex enunciatiua, et assertione Notarij.*

5 *Locus examinis debet intimari parti, vt possit esse certa in quo illud fieri debeat, & num. seqq.*

7 *Testes absque interrogatorijs partis non dicuntur nulliter examinati, sed tantum repeti debent.*

8 *Intellige si iudex non præscripsit formam examinis, vt primo super interrogatorijs, postea super articulis recipiantur.*

Quo casu si iudicis decretum non seruetur, examen dicitur nullum ibidem.

9 *Testium examen cursu longi temporis præsumitur legitimè factum.*

Citatio in examine testium interuenisse præsumitur ex cursu longi temporis num. 9.

10 *Processus vbi non est integer non probat negatiuam deficientiæ citationis, aut aliorum actorum.*

11 *Processus probat negatiuam non existentiæ citationi alteriusue actus, quando constat in eo adesse omnia acta in causa, facta.*

12 *Præsumptio ex cursu temporis deducta tollitur ex veritate facti.*

13 *Acta, & processus de iuris præsumptione præsumuntur integra, donec contrarium doceatur.*

14 *Existentia scripturæ non probatur ex testibus de auditu.*

Existentiam scripturæ si testes probare volunt, deponere debent illam vidisse, eiusque tenorem referre, num. 14.

15 *Immemorabilis excluditur si apparet de contraria hominum memoria intra centum annos.*

16 *Ignorantia in testibus redditur inuerisimilis de actibus factis publicè, & palam, & in loco non satis magno.*

Maximè si testes sint numero plures ibidem.

17 *Immemorabilis, vt suffragari possit requiritur possessio pacifica per totum tempus ad immemorabilem necessarium.*

18 *Præscriptio non interrumpitur ex actibus factis coram iudice incompetenti, intellige, vt num. seqq.*

Iudices Laici dicuntur incompetentes in materia decimarum num. 18.

19 *Fides mala inducitur ex actibus factis coram Iudice incompetenti, & etiam ex actibus extraiudicialibus, & num. 20.*

Mala fides præscriptionem interrumpitur, & numer. 19.

21 *Testium fides si in vllo vacillat, vacillat in omnibus.*

Iuramentum testium est indiuiduum num. 21.

22 *Fama per testes probata, de cuius contrario super alia fama probant testes alterius partis, apparet illam non esse constantem, & vniuersalem apud omnes.*

Fama debet esse constans, & vniuersalis apud omnes, num. 22.

23 *Fama hinc indè à partibus probata illi dicitur magis conformis veritati, quæ habet pro se iuris assistentiam.*

Ecclesia Parochialis habet pro se iuris assistentiam in materia decimarum num. 23.

DECISIO XCIX.

CVm ageretur in hac Causa de iure Decimarum, quæ colligebantur in Oppido de Verastegui, quas sibi debitas asserebat Garzias pro duabus partibus ex tribus ab immemorabili consuetudine, & vigore priuilegij Apostolici concessi suis maioribus datæ fuerunt ab illo depositiones plurium testium, qui fuerunt examinati vsque ab anno 1564. de quorum releuantia cum dubitatum fuisset coram me* sub die 13. Ianuarij 1537. existimatum fuit, & peculiari decisione firmatum tres ex illis concludere in dicto possessionem immemorabilem, & famam priuilegij Apostolici ante Concilium Lateranen. & reseruatum fuit in eadem decisione vt viderentur in alia disputatione exceptiones, quæ nomine Rectoris Ecclesiæ Parochialis eiusdem Oppidi afferebantur tam contra validitatem examinis, quam contrà veritatem depositionis eorum testium, quas exceptiones responderunt DD. hodiè obstare cum super illis suscepta fuisset disputatio.

Et

Et primo obstabat contra processum, quod
deficiebat citatio ad videndum iurare testes, quæ
in eo processu non legebatur facta contra Recto-
rem, & Beneficiatos eiusdem Ecclesiæ Parochia-
li, quorum nomine etiam lis fiebat, quæ citatio
fuisset necessaria, vt posset pars opponere contra
personas eorum testium, siue potestati, quod
1 † volebat saluas sibi esse exceptiones, quas con-
tra illos offerre poterat, vt notatur in *cap. 2. de
testib. & in l. si quando, C. eod. tit. vbi Bald. n. 5. Salic.
n. 2. & dixit Rota in dec. 15. eod. tit. in nou. Veral.
dec. 274. n. 3. par. 3.*

Neque visa fuit satisfacere responsio, qua In-
formantes pro Garzia conabantur tollere hanc
2 nullitatem, vt ea citatio † non fuisset necessaria
ex consuetudine regionis, de qua attestabatur
*Suarez de Paz. in prax. par. 1. temp. 8. num. Gonzal.
de reg. 8. in annot. contr. nullit. num. 55.* quia ea
consuetudine intelligenda erat in casu, quo Iudex
decreuit terminum ad probandum, cum in exten-
3 sione decreti † soleat inseri etiam hic terminus
ad videndum iurare testes; vt constat ex deductis
per eundem Suarez, & sepius declarauit *Rot.* in-
terpretando hunc stylum, vt in *Conchen. Decima-
rum 18. Maij 1612. coram R. P. D. meo Pirouano, et
in eadem caus. 2. Iunij 1614. & 1. Iulij 1615. coram
bon. mem. Andrea inter recent. decis. 411. 611. & de-
cis. 686. par. 1.* Et ità cum non ostenderetur id de-
cretum, neque etiam aderat citatio, quæ sub eo
4 decreto contineri debebat. Imò deficiebat † etiam
Iuramentum, cum non constaret illud præstitum
fuisse à testibus, nisi ex verbis enunciatiuis no-
tarij, quæ non poterant satis esse ad illius proba-
tionem, vt tenuit *Rota coram Verall. decis. 123.
par. 2. & dec. 285. num. 4. par. 3.* & tradit *Io. Andr.
in addit. ad Specul. in lit. de testib. §. sequitur sub nu. 4.
in litt. K. Oldrad. cons. 323. n. 6. Alex. cons. 42. nu. 9.
lib. 4.*

Secundò opponebatur contra processum, quod
deesset in illo etiam intimatio loci, in quo factū
5 fuit examen, † nam Iudex remissorialis decreuit
literas pro recipiendis probationibus, quas fa-
cere volebat Ioannes auus Garziæ, & mandauit
Notario, cui eæ literæ scribebantur, vt pro reci-
piendis ijs probationibus accedere tam ad Oppi-
dum de Verastegui, quam ad alia loca, ad quæ
opus fuisset, ipse verò notarius examinauit Te-
stes in loco de Amezquita, qui non erat com-
prehensus in literis, nisi sub generali illa denomi-
6 natione, qui locus debuisset etiam significari par-
ti, vt posset esse certa, in quo loco fieri † debebat
examen, eique interesse, vt voluit *Rot. in vna
Conchen. limitum 23. Ianuarij 1591. coram Comitu-
lo*, sequendo doctrinam *Io. Andr. in cap. vltim. nu-
mer. 4. de elect. lib. 6. Verall. in adducta. decis. 274.
num. 4. par. 3.* & tenuit *Rota in ead. dec. Conchen. 1.
Iulij 1615. coram Andrea, & in Burgen. Iurispatro-
natus 18. Decembris 1595. coram Gypsio*. Et hæc
nullitas dicebatur eo magis obstare, cum testes
fuissent examinati in illo loco super solis interro-
gatorijs generalibus, quæ ex legis dispositione
fieri debent, omissis alijs specialibus, quæ data
7 fuerunt pro parte Rectoris. Et licet propter omis-
sionem eorum interrogatorium † non posset dici
examen omninò nullum, eo quia hæc omissio
solum operari potuisset, vt testes iterum repeti
deberent iuxtà opinionem, quam seruat *Rota, vt
in decis. Putei 317. lib. 1.* & fuit deductum *in ead.
decis. Conchen. coram D. meo Pirouano, & coram
Gregorio decis. 311. num. 17. & decis. 351. num. 49.*
tamen poterat ex eorum omissione induci hæc
8 nullitas propter formam contrariam, † quæ data
erat in literis remissorialibus, in quibus manda-
tum fuerat, vt testes examinari deberent super in-
terrogatorijs, quæ fuerunt data à parte antequam
interrogarentur super articulis datis pro parte
Ioannis, *ex notatis in cap. cum dilecta de rescript.* &
tradunt ibi *Abb. num. 4. Felin. n. 6.* & tenuit *Rot.
in Papien. matrimonij 27. Nouembris 1595. coram
Mantic. & in dec. 487. n. 2. par. 2. recent.*

Neque his nullitatibus satisfactum erat con-
trarijs responsionibus datis pro parte Garziæ, quę
9 duæ erant, prima, † vt ex cursu tanti temporis
præsumi deberēt omnia solemniter acta *ex notatis
in l. qui aliena ff. de acq. hæredit. & l. si filius, C. de
petit. hæredit.* & in specie de solemnitate citatio-
nis tradit *Gabr. de præsumpt. conclus. 1. nu 36. Grat.
cons. 91. num. 47. lib. 1.* Altera, vt processus non
esset integer, vnde non poterat ex eo dici proba-
10 ta negatiua, vt deficeret ea intimatio pro † loco
examinis citatio ad videndum iurare, & alia, quæ
desiderabantur in eo processu, vt voluit *Alex. in
consil. 219. n. 16. lib. 6. Corn. cons. 349. nu. 8. lib. 1.* &
tenuit *Rota in decis. 64. num. 4. & in decis. 656. n. 3.
par. 1. diuers. & coram Cardin. Seraph. decis. 1307.
num. 3.* cum hæc probatio solum sequi posset
quando constaret, vt in eo processu essent omnia
acta, quæ fuerunt facta in causa, vt in *ead. decis.
Card. Seraph.* & tradit *Alex. in cons. 219. num. 16.
lib. 6. Ruin. cons. 35. num. 19. lib. 1. Hercul. in tract.
de probat. negat. num. 17. in fin. & num. 176.* non
enim subsistere poterat prima responsio fundata
in iuris præsumptione, & antiquitate temporis,
dum tali præsumptioni contraria erat veritas fa-
cti, quæ colligebatur ex eo processu, vt in specie
tradit *Castren.* super hac præsumptione deducta
ex cursu temporis, *cons. 81. num. 3. lib. 2.* & tradit
Bart. in l. hi qui ad ciuilia num. 4. C. de appellat. &
notat *Paris. in addit. vbi dicit cons. Castrens. commu-
niter seruari Felin. in cap quoniam contra num. 33. de
probat. Franc. Aret. cons. 62. n. 2.* & tenuit *Rota apud
Cassad. sequendo idem cons. Castrens. dec. 3. de procu-
rat. num. 6. & dec. 64. num. 7. part. 1. diuers.*

Neque hæc responsio tollebatur altera obie-
ctione propter qualitatem eiusdem processus,
qui dicebatur non esse integer, quia contrarium
apparebat ex actis, quæ in eo processu contine-
bantur, quorum series ostendebatur continua-
ta à libello vsque ad totum, & integrum exa-
men testium; vnde non satis erat adducere ta-
lem nullitatem, nisi etiam illa probaretur, præ-
sertim cum illi obstaret præsumptio iuris, se-
13 cundum quam ea acta † debeant integra ex ad-
ductis per *Bart. in rubr. ff. de nou. oper. nunciat.*
quam sequitur ibi *Ias. num. 8.* & tenuit *Rota
in Veneta illegitimitatis 2. Maij 1597. & in Bono-
nien. Bonorum 24. Iunij 1600. coram Penia*.
Et licet contra hanc responsionem iterum obij-
ceretur, quod constaret ex depositionibus ali-
quorum Testium, qui fuerunt examinati de
anno 1601. datam fuisse anno 1564. sententiam
fauore Ioannis, quæ in eo processu non legeba-

tur tamen hec exceptio adhuc obstare non poterat, nam quia propter defectum eius sententiæ non poterat inferri ad deficientiam aliorum actorum, quæ contineri debebant in processu à libello vsque ad examen, tum quia deponebant hoc testes de solo auditu, ex quo modo deponendi non poterat dici probata existentia eius
14 † sententiæ, cum referre deberent illius tenorem, & quod illam legissent, & intellexissent omnia quæ in ea continebantur iuxtà theoricā *Bart. in auth. si quis in aliquo n 6. C. de eden.* quem sequitur ibi *Dec. n. 28. Curt. iun. n.* 24. & alij communiter & notauit *glos. vlt. in c. olim.* 12. *de priuil.* vbi etiam tradit *Abb. n. 8. Io. Andr. n.* 11. Et contrarium colligebatur ex processu anni 1601, quia legebatur in illo decretum, vt cum eodem processu cumularetur processus antiquus anni 1564 (in quo dicebatur deesse sententia) cuius decreti occasione declarauit idem Iudex se inuenisse causam in primo termino probatorio vnde apparere visum fuit, quod antea non fuit data alia sententia, & huic decreto non solum acquieuit Franciscus pater Garziæ, ex quo agnouisse videtur non fuisse latam aliam sententiam, sed probatur etiam ex his, quæ postea gesta fuerunt, quia post factam eam cumulationem ille induxit plures testes ad probandam suam possessionem ab immemorabili tempore, & causam prosequutus fuit, quousque obtinuit sententiam, quæ fuit lata tamquam in prima instantia.

Alia, quæ opponebantur, respiciebant depositiones ipsorum testium, & summam totius probationis. Et prima exceptio, quæ eis dabatur, erat quia omnes nimis animosè deponebant, vt semper exactæ fuerint hæ decimæ à maioribus Garzię, & numquam fuerit seruatum, aut auditum contrarium, quæ pro parte Rectoris ostensæ fuerunt plurimum à verò aberrare propter plures lites motas occasione earum inter Ecclesiam, & maiores Garziæ, ex quibus non solum reddebantur suspectæ fides eorum testium, cum ex iis controuersijs excluderetur id quod illi in eorum depositione asserebant, vt nunquam fuerit contrarium auditum siue aliter obseruatum, quam ipsi deponebant, sed tollebatur ex ij omnis effectus immemorabilis, dum
15 apparebat de contraria hominum † memoria ex actibus, qui ostendebantur successiuè intra spatium centum annorum ex notatis *per glos. in c. illud. de præscript. & in cap. auditis eod. tit. vbi Innoc.* id tradit auctoritate eius *text. Io. Andr. in c. 1. in fin. eod. tit lib. 6. Aym. de antiq. temp. p.* 4. §. *absolutis n.* 60. & tenuit *Rota coram Put. dec.* 426. *lib.* 2. *& coram Card. Seraph. dec.* 454. *n.* 4. *& in dec.* 254. *n.* 3. *& decis.* 324. *n.* 13. *p.* 1. *rec.* & fuit dictum *in Pampilonen. Emolumentorum* 10. *Nou.* 1586. *coram Robusterio*, quæ decisio facta fuit inter easdem partes occasione oblationum, super quibus etiam litem instituit Ioannes auus Garziæ, & ob hanc causam fuerunt in ea exclusi testes, qui deponebant de possessione immemorabili super iure percipiendi eas obligatione.

Et prima controuersia apparebat orta anno 1524. occasione solutionis earundem decimarum, quia cum illas vellet exigere Ioannes Martinez Abauus Garziæ se ei opposuerat Rector, & Incolæ oppidi occludendo fores Ecclesiæ in qua eę decimæ seruabantur, quæ fores fuerunt ità retentæ & custoditæ ab Incolis spatio vnius mensis, & vltra donec idem Ioannes conquæstus fuit coram Iudice, quod Rector, & Incolæ illum turbassent in sua possessione, sed isti in gradu appellationis à sententia eiusdem Iudicis absoluti fuerunt duabus sententijs, in quibus condemnatus fuit Ioannes in expensis, & eidem impositum perpetuum silentium super omnibus, quæ deduxerat in sua quærela in quibus continebatur etiam hoc ius decimarum: Et super his omnibus expeditæ fuerunt literæ exequutoriales vsque de anno 1530. Secunda controuersia mota fuit occasione præeminentiæ, & iuris sedendi, quod idem Ioannes petebat in Ecclesia Parochiali ratione iurispatronatus quod asserebat habere in eadem Ecclesia, in qua controuersia deduxit etiam hoc ius decimandi tamquam debitum suis maioribus ratione eiusdem Patronatus; Et eam litem consequuta fuit alia, quam mouit idem Ioannes anno 1558. occasione Maioratus, quem facere volebat in sua domo, quia cum vellet sub illo includere tam Iuspatronatus d. Ecclesiæ, quam ius harum decimarum fuit contra obtēta inhibitio nomine Rectoris, & Beneficiatorum, & in ea deductum, tam ius, quod habebat Ecclesia super his decimis ratione curæ, quam incapacitas Ioannis, dum ille erat laicus, & in hac controuersia lata fuit alia sententia, in qua declaratum fuit, quod non spectabat ad eum iuspatronatus Ecclesiæ, & reseruatum vtrique parti ius super eiusdem Decimis. Quarta causa mota fuit, quæ fuit etiam terminata per sententiam occasione alterius iuris super oblationibus, quæ offerebantur Ecclesię, quas oblationes declarauit Vicarius Pampilonen. non spectare ad Ioannem, & fuit in ea etiam condemnatus ad restituendas omnes oblationes, quas antea perceperat, quæ causa delata fuit per appellationem ad Rotam, & illa, quæ agitata fuit coram Robusterio, & eius occasione facta fuit decisio sub die 10. Nouembris anni 1586. supra adducta, & terminata fuit fauore Ecclesiæ, quæ obtinuit expeditionem litterarum pro executione eiusdem sententiæ. Vltima lis fuit super iure exigendi has decimas, quæ incipit anno 1564. coram eodem Vicario Pampilonen. & in hac lite examinati fuerunt testes contra quos afferuntur exceptiones, de quibus agitur in hac disputatione, ex quibus excludebatur id quod omnes asserebant, vt non extaret memoria in contrarium, quod maiores Garziæ semper non exigissent has decimas.

Neque obstare visum fuit, quod omnes illi actus, & controuersiæ quæ extiterunt occasione earundem decimarum potuerunt non esse notæ eisdem testibus, vt consideratum fuit in decisione facta in hac causa sub die * 8. Iunij anni 1637 in qua etiam dictum fuit, quod in omnibus his controuersijs semper Ecclesia succubuit, quia posterior hæc qualitas, vt maiores Garziæ obtinuerint aduersus Ecclesiam excludebatur ex actibus, qui suprà considerari fuerunt; quo vero

verò illi potuerint ignorari à testibus videbatur
admodum inuerisimile, tum propter eorum
qualitatem, dum facti fuerunt non solum palam
& publicè, sed cum contraditione Ecclesiæ, &
non Oppido satis magno, tum propter eorum
pluralitatem, vt ad effectum probationis scien-
tiæ tradit *Socc. de reg. iur in verb. ignorantia reg. 2.*
in 2. & vlt. fallent. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præ-
sump. 23. n. 68, & n. 83. & tenuit *Rota coram Puteo*
dec. 210. n. 3. lib. 1. & in dec. 254. nu. 3. par. 1. recent.
quæ ex hoc capite reprobauit testes deponentes
super immemorabili. Et satis erat, vt non
possent iidem testes dicere, vt nihil actum fue-
rit aut auditum, quod esset contrarium suis de-
positionibus, dum ex ijs actibus excludebatur
possessio pacifica super perceptione harum de-
cimarum, quę qualitas etiam requirebatur, vt
posset ea immemorabilis suffragari ex notatis
per *Doct. in c. illud de præscrip. vbi Abb. n. 6. Butr.*
n. 3. & n. 7. in fine Hostien. n. 3. & notat ibi, *glos. in*
verb. inconcussè, Bart. in l. naturaliter n. 27. de vsu-
capio. Et licet ex ijs actibus, & controuersiis
diceretur non potuisse interrumpi præscriptio-
nem iam cæptam, dum omnes facti fuerunt co-
18 ram Iudicibus laicis, † qui non erant compe-
tentes in hac materia decimarum vt voluit *glos.*
in cap. vt deditus de appell. in ver. coram idoneo, &
notauit etiam ibi *Abb. n. 10. glos. in l. si pater in*
ver. status, C. ne de stat. defunct. Tamen potuerunt
19 illi inducere malam † fidem, cuius causa fuit
postea interrupta præscriptio, vt respondendo
glos. in d. cap. vt debitus, tradit *Butr. n. 11.* & ad-
uertit etiam ibi *Abb. 10. & in cap. illud. n. 14. eod.*
tit. Felin. super eod. c. illud nu. 7. & rationem con-
siderant idem Doctor, quia ad inducendam
malam fidem, satis sunt etiam actus extraiudi-
ciales, ex quibus pars possit venire in cognitio-
nem iuris alterius, vndè cessante, aùt sublato
effectu, qui sequi solet ministerio iuris ex con-
testatione litis, dum eadem contestatio facta
fuit coram iudice incompetenti, non tamen
cessabat notitia extraiudicialis quam saltem
20 parere † potuerunt ijdem actus; & cuius causa
potuit pars incepisse dubitare de suo iure, &
idem etiam dixit *Abb. in cons. 19. n. 2. lib. 2. Dec.*
cons. 272. n. 11. & tenut *Rota in Taurinen. Decima-*
rum 27. Iunij 1607. coram Reuerendiss. D. meo De-
cano inter impress. decis. 362. n. 2. & in Valentina De-
cimarum de Gaudia 10. Decembr. 1603. coram Card.
Pamphilio.

Altera exceptio opponebatur contra testes,
quæ respiciebat veritatem eorum dispositionis,
quia illi loquebantur etiam de possessione, quã
maioris Garziæ habuerunt ab immemorabili
tempore etiam respectu oblationum, quod ap-
parebat contrarium veritati, quia in sententia
lata coram Vicario Pampilonen. declaratum
fuit eas oblationes non spectare ad Ioannem
auum Garziæ, & ea sententia lata fuit anno
1559. à quo tempore solum intercedebant quin-
que anni vsque ad tempus examinis quod fa-
ctum fuit anno 1564. Vndè sicut corruebat in
hac parte testium fides quatenus illi deponebant
21 super quadragenaria de visu, ita dubitari pote-
rat de corũ depositionibus super iure decimarũ
propter naturam iuramenti quod erat indiuiduũ

vt notant *Docto. in l. si ex falsis, C. de transact.* &
ibi *Bald. n. 15. Ias. nu. 10. Castr. n. 13. Card. in clem.*
1. num. 14. de test. Oldrad. cons. 37. nu. 1.

Objiciebatur vltimo contra eosdem estes,
vt neq; subsisterent eorum depositiones supre
fama, & voce publica, quod maiores Garziæ
semper possederint has decimas, quæ fama erat
vnum ex his, quæ necessariò requiruntur ad pro-
bationem immemorabilis; ea enim fama tolle-
batur alia fama contraria de qua deponebant
plures testes inducti ab Ecclesia in hac eadem
causa, qui examinati fuerunt eodem anno, quo
fuerunt examinati testes Ioannis aui Garziæ,
quia testes Ecclesiæ asserebant ipsam Ecclesiam
& illius Beneficiatos semper percepisse has de-
cimas, & nunquam eas possedisse, aut percepis-
se maiores Garziæ sicut quod nunquam audi-
uerunt, quod ijdem maiores habuissent aliquod
priuilegium à Sede Apostolica super iure perci-
piendi easdem Decimas, & quod hæc erat pu-
blica omnium vox, & fama, quam ipsi audi-
uerant etiam à suis maioribus, vnde non pote-
22 rat haberi aliqua ratio famæ, † quam pro-
bant testes Garziæ, non solum dum altera fa-
ma probata testibus Ecclesiæ erat illi contraria
ex quo ostendebatur, quod illi non erat con-
stans, & vniuersalis apud omnes, vt voluit
Bald. in cons. 77. n. 6. lib. 3. Aym. cons. 57. n. 9.
in fine. Menoch. cons. 191. n. 86. & fuit dictum
in Toletana Capellaniæ 19. Ianuarij 1609. coram
Card. Lugdunen. & in Pacen. puritati 6. Aprilis eius-
dem anni coram Manzanedo inter recent. dec. 282.
n. 6. p. 1. & coram Greg. dec. 455. n. 6. & dec. 498.
n. 12. Sed dum fama Ecclesiæ reddebatur magis
23 conformis veritati † propter præsumptionem,
quam habet pro se ex assistentia iuris, quæ erat
fauore Ecclesiæ, vt voluit *Bald. in add. cons. 77.*
nu. 6. libr. 3. Alex. cons. 24. n. 22. & cons. 143. n.
7. lib. 2. Anchar. cons. 189. n. 7. & tradit *Bart. in d.*
l. de minore §. plurimum n. 26. ff. de quæst. Bald. in
l. 1. n. 11. C. de test.

Præterea recipiebat adminiculum fama Ec-
clesiæ, tam ex eo quia maiores Garziæ in iu-
dicio moto anno 1535. petierunt has decimas
tanquam Patroni eiusdem Ecclesiæ, non autem
ratione concessionis, quam haberent à Sede
Apostolica tum quia constabat ex depositione
aliorum testium qui fuerunt examinati in eo-
dem iudicio, quod Ochoa Martinez, qui fuit
auus Ioannis habuerat eas decimas ex renun-
ciatione eidem facta à Rectore, qui tunc præ-
erat curæ eiusdem Ecclesiæ. Et demum red-
debatur inuerisimilis fama contraria, quam
probabant testes Garziæ, & illius maiores habu-
issent eas decimas ex concessione, & priuilegio
Sedis Apost. quia ijdem testes referebant cau-
sam eiusdem concessionis ad debellationem
Maurorum, cum tamen ex monumentis, & te-
stimonio plurium Historicorum constaret quod
Prouinciæ Guipuzcoæ, in qua est locus de Ve-
rastegui, nunquam passa fuit illorum arma, aut
dominatum.

Et ita vtraque &c.

☞ *Decisiones in hæ causæ factæ, & supra enunciatæ sub diebus 13. Ianuarij, & 8. Iunij superioris anni non adhuc impressæ erunt infra in Appendice.*

REVERENDISS P. D. COCCINO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Bononien Census.

Lunæ 10. Ianuarij 1639.

ARGVMENTVM.

Cedens censum se obligando ad formam prouisionis Bononiæ tenetur liberare cessionarium à molestiis, & ad damna, & interesse etiamsi cessionarius sciuerit nullitatem census.

SVMMARIVM.

1 *Cedens censum, & se obligans ad formam prouisionis Bononiæ editæ de anno 1466. si census iudicatur inualidus tenetur ad damna, & interesse.*

Prouisio Bononiæ edita de anno 1466. impressa post Statuta fol.3.& 11.continet amplissimam promissionem de liberando à molestijs alias ad damna, & interesse, num.1.

2 *Cedens censum, & promittens euictionem, ac suscipiens in se litem, tenetur ad validitatem census alias ad damna, & interesse, vide num.6.*

3 *Cessionarius census habens obligatum cedentem de suscipienda in se lite, non tenetur ad aliud, nisi quam litem intimare.*

4 *Molestiæ dicuntur illatæ quando creditor agit ad creditum, & succumbit.*

5 *Molestiæ dicuntur tam receptę ab agente, quam ab excipiente.*

6 *Cessionarius census sciens nullitatem census an possit agere ad damna, & interesse contra cedentem, numer.7.& 8.*

7 *Text.*in l. si fundum sciens 27. C.de euict. *declaratur.*

9 *Cedens censum, qui se obligauit ad damna, & interesse tenetur ad sortem, & damna secundum rationem fructuum census.*

Et hoc procedit, quando cedens promisit secundum formam prouisionis Bononiæ.

DECISIO C.

MAnzoli vendiderunt censum Scappijs, qui posteà illum cesserunt Fasanino, qui successiuè cessit partem dicti census Podio: iste egit contra dictos Manzolos pro consecutione fructuum, & succubuit, ex quo dictus census non fuerat emptus à Scappijs cum pecunia numerata iuxtà *Constitutionem sanct. mem. Pij V.* sed in compensationem crediti, quod dicti de Scappijs habebant cum Manzolis. Vndè dubitaui, An Hæredes Fasanini tenerentur ergà Podium ad damna, & interesse, & ad quæ.

Et quantum attinet ad primam partem dubij Domini censuerunt Hæredes Fasanini teneri, quia Fasaninus in cessione dicti Census se obligauit de suscipiendo in se litem, & de euictione in forma, & secundum stylum, & formam prouisionis Communis Bononiæ editæ de anno 1466 quæ impressa est post Statuta *fol.7.& fol 11.* in qua habetur promissio amplissima de liberando à molestijs aliàs ad damna, & interesse, & propterea cum census fuerit per sententiam † iu-
1 dicatus inualidus intrat stipulatio ad damna, & interesse, vt in puncto dixit *Rota in causa Firmana Census 14. Iunij 1634.coram R.P. D.meo Merlino,* & latè *Gratian.in decis. Marchię 13. num. 25.* eoque magis cum adsit dicta promissio de euictione, & de suscipienda lite in se, quo casu etiam de iure
2 † communi cedens tenetur ad validitatem Census cessi, alias ad omnia damna, & interesse, vt dicitur in prædictis decisionibus, & ad nihil
3 aliud tenebatur † in hac facti specie Podius, quã litem intimare, prout fecit *Rot. dec. 375.in fin. & 815.num.1.post med.part.4.* & est *decisio in causa in Bononien.Census 1. Februarij 1627.coram R.P.D.Pirouano,* confirmata *coram me 15. Nouembri. eiusdem anni.*

Non obstat, quod Podius non sit passus molestias, sed ipse eas intulerit debitori, quia cum Podius in petitione fructuum census à debitore
4 habuerit † negatiuam, & succubuerit, satis videtur passus esse molestias, *Corn. & Bald. de Bartholinis in cons.99.per tot.lib.3.Surd. de aliment.tit.9.*
5 *quæst.26.num.45.& seq.* Molestias enim ne† dum qui agit inferre dicitur, sed etiam qui excipit, *Alex.cons.52.num.2.ad med.lib.2.Rolan.cons. 68. numer.7. lib 3.Maluasia consil.12. num. 21. Surd. cons. 506.num.13.Capicius dec.69.num.9.*

Nec prædictis obstat, quod Scappij cesserunt solum iura talia qualia Fasanino, & voluerunt solum teneri de facto proprio, quia quicquid dicendum esset si ageretur inter Scappios, & Fasaninum; hic agitur inter Podium, & Fasaninum, qui se obligauit strictiori vinculo erga Podium,
6 vt patet ex prædictis, nec valet † replicatio sufficere, quod Podius sciret nullitatem census, vt per *Gozzadin.cons.24.num.7.*per *Text.in l.si fundum sciens 27.C.de euict.*Nam dicta scientia non probatur, & si in dicto Instrumento inter Fasaninum, & Podium fuerit facta mentio priorum Instrumentorum, quia non pernecesse sequitur, quod Podius sciuerit non fuisse obtentum beneplacitum Apostolicum, quod ex conuentione debuerat obtineri, & textus ille esset considerandus
7 † si Podius ageret simpliciter exempto de euictione, sed agit ex stipulatione, qua sibi expresse cauit de euictione, & dicta cautio suffragatur
8 etiam quod † scienter emerit censum, prædicto modo creatum, vt dicit *Text.in d.l.fundum sciens*, ibi, neque quicquam de euictione conuenit.

Quantum attinet ad secundam partem dubij ad quæ damna, & ad quam summam teneantur hæredes Fasanini; Domini responderunt teneri
9 ad restitutionem † sortis, & ad damna secundum rationem fructuum census, *Rota dec.304.numer.1.& seqq.par.4.diuers.* quæ loquitur in puncto quando promissio est facta secundum formam prouisionum Bononiæ, & fuit dictum in prælegata *causa Bononien. Census prius coram R. P. D. meo Pirouano, & posteà coram me.*

Et ita conclusum vtraque parte informante.

Infrà in eadem causa habentur duæ aliæ decisiones sub diebus 28. Martij, & 28. Nouembris præsentis anni 1639. R. P. D.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Episcopo Terracineñ.

Asisieñ Bonorum.

Lunæ 10. Ianuarij 1639.

ARGVMENTVM.

Agitur de probanda identitate prædiorum in inuestitura contentorum vbi multa pro verificatione confinium demonstratorum. In concesione emphyteutica quot fuerunt enunciatæ contradæ tot debent verificari corpora.

SVMMARIVM.

1 *Concessio emphyteutica de pluribus prædijs sub denominatione duarum contradarum debet ad minus in duabus prædijs verificari, & num. 2. & 3.*
4 *Testes in antiquis, & si de auditu, probant identitatem.*
5 *Antiquitas in testibus dicitur spatium 60. annorum.*
6 *Nomen alicuius prædij post spatium 100. annorum potuit mutari.*
7 *Identitas prædij, quando verificatur ex confinijs non turbatur ex mutatione nominis prædij.*
8 *Identitas prædij per verificationem duorum confinium probatur, licet aliæ demonstrationes deficiant.*
9 *Prædium non dicitur distinctum, eo quia per illius medium transeat riuus.*
10 *Plantæ prædij controuersi standum est in verificatione confinium.*
11 *Prædium an possit dici Via.*
12 *Testes plures numero, & verisimiliora deponentes, imò pro Instrumento præferuntur alijs.*
13 *Solutio integri Canonis arguit soluentem possidere omnia prædia in inuestitura contenta.*
14 *Diuersitas nominis arguit diuersitatem corporis.*

DECISIO CI.

IN hanc disputatione in tertia instantia ad fauorem Communitatis Terræ Bictonij, fuit resolutum prædium, *delle Vacchette*, esse comprehensum in inuestitura facta à Prioribus dictæ Terræ de anno 1524. Brachio, Galeotto, & Sfortiæ fratribus de Balleonibus, eorumque filijs, & nepotibus masculis.

Etenim cum Instrumentum concesionis in emphyteusim loquatur de possesionibus, & terris Communitatis Bictonij, & hominum dictæ Terræ cultis, & incultis sitis, & positis in Territorio Bictonij in vocabulis, siue contradis, videlicet fossæ S. Simeonis, & Osæ, iuxtà bona Caroli Nalli, & fratrum de Turre Andreæ, bona S. Clerici à capite, viam publicam à capite, & à latere, fossam ab vno, & cursum Osarum ab alio, &c. non potest concesio verificari in solo
1 Prædio, *delle Fosse*. Sed † debet verificari saltem in duobus, *ad Text. in leg. inter illam, §. item ita, ff. de verb. signific. l. libertis, §. post annos, ff. de manumiss. testam. l. vbi numerus, ff. de testib.* cum alijs per *Rot. dec. 149. n. 53. par. 5. recent.* Et expresio duplicis contradæ fuisset inutiliter facta si concesio
2 restringeretur † ad vnicum prædium situm in prima contrada contra regulam, *C. si Papa de priuileg.* & tradita per *Bald. in rubr. C. de contrahen. empt. num. 16. vers. respondeo*: Vndè hæc eademmet concesio comprehendit duas possesiones, sed
3 duo Prædia, † vnum scilicet in vocabulo, Fossæ S. Simeonis, aliud verò in vocabulo Osæ, vt admisit, *Rot. in ista causa coram bon. mem. Virili 2. Iunij 1627. quæ est dec. 79. num. 9. part. 5. recent.* & istud Prædium, tunc erat in vocabulo Osæ, est illud met de præsenti, vt suprà, dominatum, *delle Vacchette*, quia comprobatur ex testibus Communitatis Bictonij deponentibus publicè audiuisse quod Communitas Bictonij possedit, & concesit supradictis de Balleonibus vtrumque prædium, *delle Fosse, e delle Vacchette*, & quod ista prædia, quæ de tempore motæ litis posside bantur per Communitatem Asisij sunt eademmet in corpore, & substantia, quæ semper publicè ab omnibus dictum fuit fuisse concessa à Communitate Bictonij Balleonibus, quibus
4 etiam si deponant † de auditu, ad probandam identitatem, in antiquis est fides adhibenda, vt not. *Doct. in cap. licet ex quodam de testibus, Alex. cons. 187. num. 16. lib. 2. Decian. cons. 638. num. 8. Rimin. cons. 339. nu. 37. lib. 3. Rot. in recent. dec. 694. n. 2. vers. Vtique sufficiunt part. 2. & dec. 81. num. 14. & dec. 360. num. 7. part. 5.* Tempus autem antiquum
5 † in testibus secundum Rotæ obseruantiam dicitur tempus sexaginta annorum, *Seraphin. dec. 75. in fin. Rota dec. 155. num. 13. par. 1. diuers. & in dicta dec. 694. num. 2. par. 2. recent.* Maximè cum inter dictos testes quintus in ordine deponat de auditu à Galeotto filio supradicti Brachij primi Inuestiti.

Nec quidquam facit diuersitas denominationis vnius ex duabus cotradis, seu vocabulis, in quibus verba concesionis in emphyteusim exprimunt supradicta prædia sita fuisse, cum non indè sequatur, quod sub ea concesione comprehensum fuerit solum prædium, *delle Fosse*,
6 quia † vltra quod ex cursu centum annorum, nomen potuit mutari, vt benè considerauit *Rot. in d. dec. bonæ mem. Virili 79. num. 9.* ex quo verè de hoc prædio contigisse deponit secundus testis pro Communitate Asisij examinatus, dicens, quod hoc prædium, *delle Vacchette*, sumpsit istud nomen triginta octo ab hic annis circiter, & ante fuit denominatum, *dell'Ose*, prout audiuit à
7 suis maioribus, & antenatis, † cessat difficultas ex verificatione trium confinium expressorum in dicta concesione, videlicet Viæ publicæ à latere, quæ dicitur, *di Valecchie*, fluminis Osæ, & bonorum Caroli Nalli, & fratrum de Turre Andreæ, vt aliàs fuit firmatum *coram bonæ mem. Virili tam in dicta dec. 79. num. 9. & 117. num. 13. par. 5. recent.* Siquidem primi duo verificantur ex Planta data tertius verò probatur ex primo Teste examinato pro Communitate Asisij, & ex octauo Teste pro Communitate Bictonij adducto, ex eorum enim dictis colligitur bona Caroli Nalli confinasse cum Prædio, *delle Vacchette*; & sic dum concurrunt tres demonstrationes, nihil re-
8 fert mutatio nominis discordantis † ab alia rei qualitate, cum ad probandam identitatem duæ de-

demonstrationes solummodò suffragentur, quam-
uis reliqua deficiant, vel non conueniant, ad tra-
dita per *Bart. in l. Demonstratio falsa n. 14. ff. de con-
dit. & demonstrat. Ruin. cons. 50. num. 12. par. 1. Decian.
cons. 17. num. 8. & seqq. lib. 3. Surd. cons. 44. num. 15.
vsque ad 20. lib. 1. Marescott. var. resolut. lib. 1. cap. 12,
num. 21. Rot. coram sanct. mem. Gregor. XV. dec. 575.
num. 4.* & in hac causa dicta *dec. 79. sub num. 9. &
dec. 117. num. 12. in fine.*

Non obstat, quod omnes confines in Instru-
mento concessionis expressi verificentur in solo
Prædio, *delle Fosse*, & sic non possit in eo com-
prehendi Prædium, *delle Vacchette*, omninò di-
stinctum, & separatum, ac cultum à diuerso
colono, vt deponunt testes Communitatis Assi-
sij, quia stante pluritate in Instrumento conces-
sionis contenta, & expressione duarum contra-
darum, quæ vnico prædio adaptari non possunt
corruit obiectum, & eo magis cum ex planta
Dominorum oculis subiecta pateat vtrumque
prædium non esse inter se distinctum, solum enim
inter illa existit Riuus Tringuigliani, per quem
9 non tollitur † quædam connexitas, cum præ-
dium aliquod non sit intermedium, considera-
uit *Rot. in hac eadem causa in dicta dec. 117. sub n. 15.
par. 5. recent.* & retinentur diuersi coloni ab faci-
liorem culturam; Immò si dicta prædia essent
inter se distincta, & prædium, *delle Vacchette*,
esset situm in Territorio Assisiensi, vt conantur
deponere testes ipsius Ciuitatis, et prætenditur
probari ex partita antiqui catastri data in sum-
mario, sequeretur quod dictus Riuus Tringui-
gliani esset necessarius confinis à latere, non au-
tem esset via publica, quæ dicitur *di Valecchie*
nam Riuus pro limite patenti habetur; et à con-
trario si in Instrumento concessionis non fuit
comprehensum prædium *delle Vacchette*, sed so-
lum prædium *delle Fosse*, vtique huic prædio as-
signatus fuisset pro confine prædictus Riuus Trin-
gugliani ab vno latere, sicut ab altero latere ex-
pressus fuit foueus nuncupatus, *la Fossa*, cum po-
tiùs debuisset haberi ratio Riui Tringuigliani,
quam alterius prædicti *della Fossa*, cum de eo
tempore extaret, et semper habuerit aquas pe-
rennes decurrentes in flumen Osæ, et sit maioris
latitudinis altero, prout deponunt testes ipsi exa-
minati pro Communitate Assisij, dati *in Sum-
mario pro Communitate Bictonij num. 5.* Dum autem
concedentes non expresserunt pro termino à la-
tere Riuum Tringuigliani, sed pregressi sunt ad
expressionem aliorum confinium, sc licet bona
Caroli Nalli, et fratrum de Turre Andreæ, et
viam publicam à latere, qui prædio *delle Fosse*,
non conueniebant, hoc ex supradictis probat
non fuisse solummodò concessum istud prædium
delle Fosse, nec facit quod via publica à latere
possit etiam verificari ab alio latere eiusdem
prædij *delle Fosse*: quoniam ex illo latere prius
adest foueus nuncupatus, *la Fossa*, antequam
perueniatur ad dictam viam publicam, vt patet
10 ex Planta, † cui standum esse pluries, tenuit,
*Rota vt in Theatina Iurisdictionis S. Ioannis in Vene-
re 4. Maij. 1612. coram Illustriss. D. meo Decano.* Ma-
ximè cum in eadem inuestitura detur pro confi-
ne vnius lateris dictus foueus, ibi, fossam ab vno,
et cursum Osarum ab alio; et altera Via quæ ap-
paret in Planta terminans per breue spatium à
11 parte superiori † prædium *delle Fosse*, non mere-
tur nomen Viæ, sed potiùs principium illius;
vltra quod terminet à latere, dum non totum la-
tus, sed modicam tantùm partem terminat.

Et tamen quod prædium *delle Vacchette*, sit
positum in Territorio Bictonij probatur etiam
ex septem testibus datis pro Communitate istius
Terræ *in Summario num. 7.* quibus magis standum
visum est cum sint numero plures, ac verisimi-
liora deponant dum eorum dicto assistit Inuesti-
12 tura, † ac si omnia prædicta, et infrà adducen-
da fundamenta pro comprehensione istius prædij
delle Vacchette, l. Ob carmen, §. si testes, et ibi *gloss.
ff. de testibus Gabr. eodem tit concl. 4. num. 50. Rot. in
recent. decis. 189. sub num. 2. par. 2.*

Quinimò ex his eisdemmet testibus identitas
hęc remanet minus dubitabilis; Inuestitura enim
loquitur de duabus possessionibus sitis in Terri-
torio Bictonij, et ipsi testantur nec Bellonos in-
uestitutos, nec Communitatem Assisij possedisse
vnquam in eodem Territorio alia bona præter
supradicta duo prædia *delle Fosse, e delle Vacchette*
et coarctant eorum negatiuam, quod scilicet
possidere non potuissent, quin ipsi vti vicini, et
practici in loco sciuissent.

Supradictis accedit, quod Canon promissus
solutus fuit integer, et sine aliqua diminutione
pro pluribus prædijs, vt in summario Commu-
nitatis Bictonii, ex quo etiam licet arguere
comprehensionem dictorum duorum prædiorum
delle Fosse, e delle Vacchette, cum conueniat ob-
seruantia desumpta ex solutione disti canonis,
13 neque verba † concessionis in emphyteusim re-
pugnent, nisi inuestiti vtrumque prædium posse-
dissent, integrum canonem non persoluissent.
*Soccin. cons. 106. vol. 3. Gabr. de locat. lib. 3. conclus. 4.
num. 17.*

Nec dicatur, quod prędium, *delle Capanne*, et
prædium *delle Vacchette*, sit idem, et vnum, et
quod propterea comprehendatur in Territorio
Communitatis Assisii, vt ex libello, catastro,
visitationibus confinium, sententiis, et testibus
antiquis ipsius Communitatis Assisii prætendi-
14 tur probari † quia vltra diuersitatem nominis,
quę arguit diuersitatem corporum, vt tenuit *Ro-
ta coram Seraphin. dec. 528. num. 1.* probatur diuer-
sitas prædiorum ex ipso libello cum expressè lo-
quatur de tenimento in vocabulo, *Doue le Ca-
panne, ouero le Case* cum diuersis separatis con-
finibus valdè distantibus ab expressis in Instru-
mento concessionis, de qua agitur, sitque valdè
maioris quantitatis, cum sit modiolorum mille
et vltrà, prædium verò *delle Vacchette*, modio-
lorum centum circiter, cui propterea non con-
ueniunt illa verba: *Item grande tenimento di ter[...]
plaudi, &c.* quod magnum tenimentum erat si-
tuatum supra Viam *di Valecchie*, quia existebat
supra quoddam aliud tenimentum, quod deor-
sum pergendo se extendebat vsque ad candem
Viam *di Valecchie*, vt probant verba dicti libel-
li, ibi: *Item gran Tenimento di terra sotto alli Palu-
di, e sotto alle sopradette Capanne và in giù fino alla
strada di Valecchie, e da capo fino alla strada di Ca-
stelnouo*, et visitationes confinium loquuntur de
supradicto Tenimento vbi erant Capannæ: [...]
pro-

propterea cum data pro Communitate Assisii loquantur de alio diuerso Tenimento non faciunt ad casum, vt ex responsionibus datis ab informantibus pro Communitate Bictonii, cùm quibus Domini transieruut.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

Vide suprà in decisione 79 par. 5. recent. quæ est in eadem causa, vbi in fine posui alias decisiones in eadem causa emanatas.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Dotis.

Lunæ 10. Ianuarij 1639.

ARGVMENTVM.

Dotem Pater tenetur filijs restituere siue vti filijs, siue vti hæredibus Matris. Filij in conditione positi in contractibus censentur vocati, maximè attenta dispositione *Statuti Vrbis lib. 1. cap. 142.* Vsumfructum quem habet Pater in bonis filijs possit ne Mater prohibere, & quod si talis vsusfructus deberetur Patri vti Marito, non autem vti Patri.

SVMMARIVM.

1 *Probatio, quæ desumitur ex publico Instrumento habetur pro plena, & concludenti probatione.*
2 *Filij in conditione positi in contractibus censentur vocati, & num. 7.*
3 *Filij in conditione positi in contractibus respicientibus restitutionem dotis semper censentur vocati.*
4 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 142. *de filijs in conditione positis procedit æque in successionibus, ac in contractibus.*
5 *Contractus matrimonialis censetur initus secundum Statuta loci in quo fuit initus, non autem alterius.*
6 *Quæstio dotis restituerdæ determinanda venit secundum Statuta loci destinati domicilij.*
Quamuis capitula matrimonialia alibi fuerint contracta, ibidem.
8 *Dos Matris venit restituenda filio vti eius hæredi.*
Iura quæcumque tam actiua quam passiua transeunt in hæredes, num. 8.
9 *Pactorum natura est, vt transeant ad hæredes, quamuis de hæredibus nulla sit facta mentio.*
10 *Maritus vxore præmortua superextantibus filijs vigore Statuti Vrbis* lib. 1. cap. 131. *acquirit totam dotem quoad vsumfructum.*
Intellige nisi contrarium inter partes fuerit conuentum, num. 11.
11 *Pacta inter coniuges stipulata omissa Statuti dispositione seruari debent.*
12 *Pacta inter coniuges stipulata super lucro dotis seruari debent etiam si essent inæqualia.*
13 *A statuto deferente lucrum dotale contrahentes recessisse dicuntur si alio modo contrahant, quod Statutum disponit, & num. 19.*
Statuto de lucro dotis possunt partes renunciare, & renunciando ab illius dispositione recedunt, n. 13. & 19.
14 *Pater habet vsumfructum in bonis aduentitijs filij, seù filio quæsitis*
Limita in bonis filij emancipati, quod tamen intellige, vt num. 15.
16 *Mater potest filium instituere cum expressa prohibitione ne Patris vsusfructus quæratur, & num. seq.*
17 *Probibitio quam facit Mater in institutione filij ne Patri vsusfructus quæratur compræhendit etiam dotem ipsius Matris.*
18 *Vsusfructus debitus Patri in dote vxoris præmortuæ etiam existentibus filijs debetur vti marito non vti Patri.*
19 *Mater potest prohibere acquisitionem vsusfructus ne Patri quæratur in bonis filijs ab ea hæredis instituti.*
Amplia etiam in dote, vel lucro in vim statuti Patri debitis, si tali statuto partes in contractu matrimonij renunciarunt. ibidem.
20 *Mater non potest vsusfructus acquisitionem marito prohibere in portione legitimæ filij.*
Contrarium verius. num. 21. & seqq.
22 *Onus in legitima filijs iniunctum, vbi in eorum damnum non cedit substinetur, si filiorum conditionem meliorem efficiat.*
Probibitio Matris quod Patri non quæratur vsusfructus in bonis filij non dicitur onerosa filio, sed fauorabilis, & num. seqq.
24 *Vxor non tenetur marito legitimam relinquere.*
25 *Probibitio Matris ne Patris quæratur vsusfructus in bonis filij fortiùs substinetur stante dilapidatione bonorum eiusdem Parentis.*

DECISIO CII.

Censuerunt DD. ex dote per D. Ducem Marium Sfortiam exacta pro nunc deberi D. Duci Ludouico eius filio libras centum mille tàm quoad proprietatem, quàm quoad vsumfructum, reseruando de reliquis particulariter in separata disputatione videri.

Quoniam de exactione in summa liararũ 150. mill. non controuertitur, & probatur ex quietantia factę per Cardinalem Bonsium Procuratorem constitutum, & seù substitutum per D. Ducem Virginium Vrsinum Procuratorem principaliter constitutum per DD. Ducem Alexandrum, & Marium respectiuè patrem, & filium ad eamdem recipiendam, quæ stipulata fuit sub die 24. Septembris 1613. & sufficit pro plena, & conclu-
1 denti probatione † hæc ipsa, quæ desumitur ex publico documento, *Baldus in l. cum precibus n. 1. C. de probat. Tiraquell. de retract. consanguin. §. 2. gloss. 1. num. 20. Becc. consil. 52. num. 4. Surd. cons. 4. num. 30. & cons. 6. num. 11. & 22. num. 7. vol. 1.*

Et deberi D. Duci Ludouico probant conuentiones matrimoniales, quæ emanarunt de anno 1612. mense Augusti, in quibus expresè legitur constitutio dotis Ducissæ Renatæ in libris 300. mill. Turoneñ, & pactum in casum dissolutionis matrimonij per obitum Ducis Marij, quod idem prædicta dos restituatur, & vlterius aliæ libræ 100. mill. pro augmento dotis, eiusdem contemplatione matrimonij promissæ, & similiter dissoluto matrimonio per obitum Ducissæ Rhenathæ

natæ, D. Dux maritus accipere debeat ex illa
dote librarum 300. mill. similem quantitatem
librarũ 100. mill. Restantes verò libræ 200. mill.
restituendæ sint hæredibus Ducissæ Rhenatæ in
euentum, quod eadem Ducissa non habeat filios
ex eodem matrimonio, vnde cum euenerit casus
obitus ipsius Ducissæ Rhenatæ, superstite Duce
Ludouico ex eodem matrimonio suscepto, &
matris hærede, portio dotis exacta per virum
pro duabus partibus ex tribus exactio quæ est li-
brarum 100. mill. venit restituenda Duci Ludo-
uico, & vti filio, & vti hæredi.

Vti filio, & ex persona propria, quoniam per
illa verba: *In caso, che ella non habbia figliuoli del
detto matrimonio*, tanquam prolata inter contra-
hentes possunt à contrario sensu disponere cir-
2 ca † vocationem filiorum, in casum existentiæ il-
lorum secundum ponderationem, *Ias. in l. pecu-
niam n. 1. vers. vltra alias, ff. si cert. pet.* quem po-
steà secuti sunt pro limitatione ad opinionem
*gloss. in l. Lucius, ff. de hæred. instit. Rimin. sen. con-
sil. 632. num. 9. num. 4. Menoch. cons. 325. num. 9.
& 108. num. 5. Gabr. de fideicom. concl. 4. num. 50.
Petr. de fideicom. qu. 9. num. 227. Fusar. de substit.
quæst. 437. num. 224.* Et quamuis non desint, qui
contrariam opinionem tueantur, & quidem plu-
res relati per *Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gloss.
24. num. 17.* & alij relati per informantes; Atta-
men Rota sequitur opinionem vocationis, vbi
de contractu agitur maximè in præsenti casu in-
diuiduo, quando respiciunt pacta restitutionem
3 dotis, † quo casu admittunt contrarium sensum
ex voluntate Contrahentium, vt filijs superex-
tantes in vocatione præferantur, per *l. inter §. cũ
inter. ff. de pact. dotal.* & in proposito bene obser-
uat *Coras. Miscell. iur. Ciuil. lib. 2. cap. 19. num. 8.*
sed præterea cõcurrit dispositio *Statuti Vrbis 142.
4 lib. 1.* quæ tam † in successione, quàm in contra-
ctibus locum habere semper fuit responsum, *vt
in decis. 142. num. 3. par. 4. recent. Meleuitana hære-
ditatis 27. Maij 1619. coram Archiepiscopo Seleucien.
Romana census de Mutis 10. Ianuarij, & 10. Martij
1617. coram D. meo Decano, in Romana prætensi fi-
deicommissi de Columna 31. Martij 1623. coram bon.
mem. Vbaldo*, & nouissimè in *Romana Domorum
de Scandelerijs 4. Aprilis 1636. coram D. meo Pan-
zirolo*, quæ Statuti dispositio euitari non potest
ex eo, quod pacta matrimonialia fuerint stipula-
ta in Gallia, vbi non vigent similia Statuta, &
propterea cesset præsumptio, quod Partes volue-
5 rint † sequi dispositiones Statutorũ Vrbis, prout
videtur sensisse *Barbosa in l. exigere dotem nu. 134.
ff. de Iud.* quia quæstio de restituenda prout est
6 præsens tanquam diuersa venit † determinanda
per Statuta destinati domicilij ipsius viri non au-
tem ipsius sponsæ, cum capitula matrimonialia
remaneant perfecta ex ratificatione facta per ip-
sum Virum in loco eiusdem domicilij, & in om-
7 nem casum sufficit Duci † Ludouico, quod in
contractibus de iure in conditione positus sit vo-
catus, vt supra fuit firmatum.

Sed quia etiam vti hæredi matris istæ duę par-
tes veniunt restituendæ D. Duci Ludouico post-
quam de aditione hęreditatis constat, cessare
videtur prędicta discussio; Nam iura quęcun-
8 que transeunt ad hęredes † tam actiua, quàm
passiua, *l. cum hæredes, ff. de acquir. poss. Gabr. eod.
tit. concl. 7. Rot. decis. 263. num. 2. par. 2. recent.*
& in *Romana Domus de Nocchiellis 27. Iunij 1622.
coram bon. mem. Francisco Vbaldo*, & pactorum
9 natura est, † vt transeant ad hęredes paciscentis,
etiam quod de Hęredibus non sit facta mentio,
*Tiraquel. de retract. conuent. §. 1. gloss. 6. num. 7.
Cæphal. consil. 630. num. 3. Menoch. præsumpt. 47.
num. 1. & seqq. de præsumpt. lib. 3. l. Iuris gentium,
§. pactorum, ff. de pact. l. si pactum, ff. de probat. l. Ve-
teris, C. de Contrahen. & committen. stipul.*

Neque obstat, quod supradictę portiones non
sint restituendę Duci Ludouico filio, viuente
10 adhuc Duce Mario eius Patre, cui ex † dispositione
tione *Statuti Vrbis 131. lib. 3.* liberis etiam exi-
stentibus, vxore prędecedente, acquiritur tota
dos ad vsumfructum, prout sunt verba pręcisa
ipsius Statuti, & ad litteram sępius per Rotam
obseruatum *decis. 600. num. 1. decis. 596. num. 10.
par. 2. recent. & decis. 104. num. 3. par. 5. diuers.*

Quoniam ex eodem Statuto in fine colligitur
responsio, ibi: *Nisi expressè de Partium contrahen-
tium voluntate fuerit remissum, aut aliter conuentum,*
11 quo casu omissa Statuti dispositione de iure
seruanda sunt pacta inter Coniuges stipulata,
*l. 1. §. illud, C. de rei vxor. act. l. si vnus, §. pactus
ne peteret, ff. de pact. l. quoties, ff. sol. matrim. Surd.
cons. 113. nom. 1. & 2. Rota decis. 299. num. 1. 301.
num. 3. par. 4. recent.* Nedum si pacta sint ęqualia
12 † in lucro, vt in pręsenti, sed etiam si essent inę-
qualia veniunt seruanda, *Bald. in l. final. num. 2.
C. si aduers. dot. Angel. cons. 158. vers. sed de iure,
Boer. decis. 208. num. 2. Bald. nouell. de dote par. 7.
priuil. 81. numer. 12. Rolan. de lucro dotis quæst. 1.
numer. 9.* De conuentione autem inter Coniuges
diuersa à Statuto patet ex lectura pactorum ma-
trimonialium in quibus filijs etiam superextanti-
13 bus determinatur † lucrum reciprocum in quota
proprietatis dotis, quod quidem contrariatur
determinationi Statuti conseruantis proprieta-
tem integræ dotis filijs superextantibus, cui lo-
cus esse non potest, si detrahatur tertia pars pro
lucro Marito superstiti concessa, & vlterius in
eisdem pactis matrimonialibus legitur expressa
contrariorum Statutorum renunciatio, per quã
videtur expresse ab eadẽ dispositione recessum.

Quod si replicetur, adhuc cessante dispositio-
ne Statuti quoad delationem vsusfructus, non
14 tamen euitari posse † dispositionem Iuris com-
munis concedentis Patri integrum vsumfructum
in bonis aduentitijs filij, seù filio quæsitis, *l. fi-
nal. C. de bon. quæ lib. leg. Patre furioso, §. fin. l. pla-
cet de acquir. hæredit. Pinell. in l. 1. par. 1. num. 1.
C. de bon. matern.*

Tollitur omnis hæsitatio excitata per *Bart. in*
15 *Auth. idem est num. 2. C. de bon. quæ liber.* † distin-
guentem de emancipatione filij secuta ex facto
& Patris expresso consensu vel in consequentiam
amissæ patriæ potestatis propter ingressum Reli-
gionis, vel ex facto Principis emancipantis filiũ
ante obitum Matris, & hæreditatis illius dela-
tionem, vt in præsenti Dux Ludouicus ex Breui
Sanctissimi Domini Nostri fuit emancipatus
absque Patris consensu, quoniam Ducissa Rhe-
nata Mater decessit, condito testamento institu-
16 to hærede filio in omnibus bonis cum † expressa
pro-

prohibitione ne Pater vsumfructum bonorum suorum haberet, quod ei facere licuit per *Auth. excipitur C.de bon. quæ liber.* desumpta ex Auth. vt liceat Matri, & Auiæ in princip. quam esse in viridi obseruantia, comprobant *Surd. consil.116. num. 54.* & alij quamplures allegantur per *Giurbam in consuetud. Messanen. cap. 7. gloss. 3. par. 1.*
17 *num.20.* nec ab huiusmodi † prohibitione excipi dotes maternas, benè defendunt *Franc. dec. 161. num. 3. Intrigliol. singul. 225. num. 1. lib. 2. Ricc. collect. 221. col. 1.* Nec pariter impediri effectum maternæ prohibitionis in lucro à Statuto delato
18 vti Marito debito, † non autem vti Patri ex allegatis pro limitatione, *Auth excipitur in dec.104. num. 6 cum seqq. par. 5. recent.* Quia iam supra firmatum fuit cessare Statuti dispositionem; dū
19 Patres illi † expresse renunciarunt, & aliam formam conuentionibus dotalibus dederunt.

Demum non obstat, quod ista prohibitione
20 deduci debeat portio legitimæ debita filio, † à qua ipso iure omne onus à lege remouetur secundum Bart. opinionem in dicta Auth. excipitur, quem plures magnæ auctoritatis Scriptores secuti sunt post antiquiores ab eis allegatos, nempè *Rodericus Suarez in repet. l. quoniam in prioribus in prima limitatione C. de inoff. testam. Fachin. lib. 5. controu. iur. cap. 21. Gomez. var. resolut. lib. 1. cap. 11. numer. 27. Cald. in l. si Curatorem in verb. læsis num. 146. C. de integr. restit. Anton. Gomes. in l. Taur. 48. numer. 11. Emanuel Costa in l. Gallus, §. Et quis si, ff. de liber. & posthum. & Viuius decis. 187. num.10.*

Quoniam alij non inferioris auctoritatis secuti sunt glosæ authoritatem *in Auth. vt liceat Matri, & Auiæ in princ.* contrarium sustinentis, Ma-
21 trem posse † prohibere vsusfructus acquisitionem Marito etiam quoad portionem legitimæ ratione irrefragabili, cum in hoc filius non grauetur,
22 † imò eius conditio melior efficiatur per *l. filijs Matrem, C. de inoff. testam.* & cum glosa transierunt vltrà antiquiores ad eamdem glos. *Bald. in l. filiæ cuius num.21. circa fin. C. famil.ercisc. Salyc. in d. l. filijs Matrem numer. 5. de inoff. testam. Vasq. articulo discusso de success. creat. lib. 1. §.10. nu.234. Molin. de primog. Hisp.lib 1. cap.19. num.22. Gabr. de legit. conclus. 1. num. 20. Grass. eod. tit. quæst. 38. Trentacinq. var. lib. 1. de pecul. resolut. 4. num. 3. Franc. decis. 161. numer. 6. Boer. decis. 194. in fin.* & huic glosæ opinioni Domini adhęserunt, quoniam Bart. præsuppositum, quod prohibere, ne
23 vsustructus † quæratur Patri sit onus filio impositum, & quod exindè ipso iure à lege remoueatur in fundamento rationis, non est verum, quia non est onus, implicat enim onus imponere per
24 prohibitionem, & filium per eamdem † ab onere legali liberare, disponente, quod vsusfructus ex naturali debito acquiratur Patri, cui ab Vxore non debetur legitima, vt dicit *Bald. in d. l.filiæ cuius in fin. C. famil. erciscun.* Vnde cessante ratione, glosæ proculdubio inhærendum est.

Et eo libentiùs opinionem glosæ supradictæ Domini secuti sunt, quoniam iam resolutum fuit, viuente Ducissa Rhenata, dotem illius esse assecurandam propter dubium dilapidationis
25 omnium bonorum Mariti, † quo casu fauore filij secundum rationem supradictæ glosæ semper sustinetur prohibitio matris ne vsufructus quæratur Marito, consulendo filio ob eamdē causam ne proprietate aduētiorū per indirectū priuetur, quā limitationem plenè defendit *Suarez in d.l.quoniam in prioribus in prima limitatione, C.de inoff. testament.* Et ità, &c.

Infrà sub die 18. Martij præsentis anni adest alia decisio in hac causa.

R. P. D. ROIAS.

postea Episcopo Tarraconeñ.

Mutineñ Bonorum.

Mercurij 14. Ianuarij 1639.

ARGVMENTVM.

Concessio in emphyteusim facta de bonis Ecclesiæ subsistere non valet, requisitis ad illius validitatem necessarijs non interuenientibus, eaque interuenisse probare debet qui concessionem obtinuit, & an ex cursu temporis præsumantur, Sed si confessio fuerit facta in personas sanguine coniunctas tunc facilè fraudolenta præsumitur, propter quod cessat præsumptio solemnitatum.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum conceditur vbi sententiæ sunt nullæ, & iniustæ, quæ non transeunt in iudicatum.*
2 *Alienatio siue in emphytheusim concessio bonorum Ecclesiæ non subsistunt nisi concurrentibus requisitis vtilitate nempè, necessitate, & solemnitate, & num. 3.*
4 *Vtilitas siue necessitas quod interuenerit in alienatione bonorum Ecclesiæ probari debet ab eo in cuius fauorem fuit facta alienatio.*
5 *Vtilitas Ecclesiæ excluditur quoties constat alienationem fuisse illi damnosam.*
Vtilitas Ecclesiæ debet esse clara, & euidens, non autem turbida. ibidem num. 5.
6 *Concessio in emphyteusim ex cursu annorum 30. præsumitur solemnis, & vtilis.*
7 *Tempus 30. annorum requisitum ad præsumptionem solemnitatum in alienatione bonorum Ecclesiæ, completum esse debet.*
8 *Tempus Rectoris qui emphyteusim concessit detrahi debet ex obseruantia ex lapsu temporis præsumpta.*
9 *Tempus motæ litis demendum est, nec computari debet in obseruantia alienationis bonorum Ecclesiæ.*
10 *Vita Rectoris alienantis subduci non debet ad effectum obseruantiæ vbi alienatio emanauit bona fide.*
Secus si apparet suspecta, & fraudolenta. ibidem, & num. seqq.
13 *Præsumptio validitatis, & vtilitatis in alienatione bonorum Ecclesiæ deducta ex cursu temporis tollitur stante fraude veluti si alienatio emanauerit ad fauorem consanguinei Rectoris alienantis.*
14 *Bona Ecclesiæ locari solita possunt renouari absque solemnitatibus, non tamen in consanguineos.*
15 *Bona Ecclesiæ vt dicantur solita concedi in emphyteusim*

teusim vna saltim concessio solemnis requiritur, vel duæ minus solemnes effectum tamen sortitæ spatio 40. annorum. ibidem.

16 *Rectoris Ecclesiæ consensus vbi conuincitur erroneus potest etiam à se ipso reuocari.*

17 *Ecclesiæ potest pœnitere de consensu ab ea præstito, eique resilere licèt fauore speciali.*

18 *Alienatio bonorum Ecclesiæ per Rectorē in eius fratrē facta, ac de toto patrimonio fraudolenta præsumitur. Alienatio fraudolenta non est habenda in consideratione ad effectum obseruantiæ. num. 18.*

19 *Beneplacitum Apostolicum præsumptum spatio 30. annorum suffragatur vbi; non datur causa propter quam illud debuisset concedi maximè contra formā fundationis, & donationis bonorum Ecclesiæ facta. ibidem.*

20 *Beneplacitum Apostolicum supplet quidem solemnitates, non substantialia.*

DECISIO CIII.

IN decisione in hac causa facta sub die 28. Iunij * præteriti coram me fuit resolutum sententias prolatas contra Angelum Mundatorium modernum Rectorem Cappellaniæ de cuius bonis agitur per Vicarium Mutineñ, & postmodum confirmata per alterū Iudicem de partibus
1 non transisse in iudicatum imò dandam esse † restitutionem in integrum ex quo dictæ sententiæ sunt nullæ, & iniustæ *Mantic. decis. 7. num. 5.* cum alijs in dicta decisione adductis, sed quia dicta decisio emanauerat solum informante dicto Angelo Rectore reproposui hodie causam super eisdem informantibus etiam Francisco Sellingardo, & Iunipera Belloncina, & Domini resoluerunt standum esse in decisis ex eisdem rationibus, & fundamentis dictæ decisionis, & præsertim ex capite iniustitiæ dd. sententiarum.

Quod autem dictæ sententiæ fuerint euidenter iniustæ patet ex quo condemnant Angelum Mundatorium ad faciendam nouam inuestituram Iuniperæ Belloncinæ iuxtà consensum antea per eum præstitum in bonis præfatæ Capellaniæ olim alienatis, siue in emphyteusim concessis per Gasparem Sellingardum antiquum Rectorē quinque separatis concessionibus quinque successiuis diebus ad fauorem Bernardini fratris germani, cum annuo Canone librarum 93. reseruato Beneplacito Apostolico, quod non à Papa, sed à Cardinali Camemario fuit expeditum, quam ideò concessionem Rota non habuit in consideratione, cum ad hoc vt dicta bona dicantur solita locari ex qua vltrà quod est facta ferè de toto Patrimonio Ecclesiæ fuit concessa sanguine coniunctis, scilicet germano fratri, & contra expressam formam tam erectionis beneficij in limine facta, quam etiam constitutionum Summorum Pontificum, & contra extrauagantem ambitiosè de rebus Ecclesiæ non alienandis, nec ibi concurrerint requisita necessaria pro va-
2 liditate alienationis bonorū prędictorum, † scilicet euidens vtilitas necessitas Ecclesię, & solemnitas legitima, quę non adsunt, concessiones, siue alienationes non subsistunt, *Couar. resol. lib. 2. cap. 17. num. 2. Afflict. decis. 107. cum alijs in decis. in hac causa facta repetitis,* quę hic desiderantur, & si alienationes prędictę subsisterent
3 beneficium ferè † remaneret de pertica. Et in primis tantum abest, vt probetur adfuisse iuxtà causam nimirum necessitatem, seù vtilitatem Ecclesię, quę à Francisco Sellingardo, vti habente causam à Bernardino ad cuius fauorem
4 facta fuit † prima alienatio est probanda, *Alex. consil. 160. num. 6. lib. 6. Gratian. discept. Forens. cap. 624. num. 23. Seraph. decis. 413. num. 2.* Quinimò ex facti euidentia manifestè constat dictā concessionem fuisse Ecclesię prędiudicialem, &
5 notabiliter † damnosam, & negari non potest quin vtilitas Ecclesię, quę debet esse clara, & euidens hic sit turbidissima. Imò constet de euidenti illius damno ex doctrina *Abb. in cap. ad aures num. 4. de reb. Eccles. non alien. Cæsar. de Grass. decis. 4. num. 7. eod. tit. & Rot. decis. 607. num. 1. par. 1. diuers.*

Nec obstat, quod ex cursu 30. annorum, con-
6 cessio in Emphyt. † & si facta fuerit in perpetuū prędsumatur solemnis, & vtilis quoniam respon-
7 sum fuit in primis hic † non adesse lapsum 30. annorum qui debent esse completi, *Gabr. cons. 82. num. 30. lib. 2. Cassad. decis. 3. num. 7. de procurat. Rot. decis. 706. num. 10. par. 3. recent. Add. ad Gregor. decis. 354. num. 18. vers. minus autem tempus,* & si enim d. Concessiones prętendantur, factę de anno 1566. attamen, sunt in primis demenda
8 tempora primi Rectoris † concedentis, qui erat Patruus, & successoris, qui fuit frater germanus d. Sellingardi cum enim certum sit quod ipsi nunquam contradixissent, & tempus obseruantiæ sumi debet ex vita illius Rectoris qui cœpit lędi ex dictis concessionibus, *Caualc. decis. 46. num. 29. 1.* sequitur *Quarant. in summa Bulla vers. alienatio rei Eccles. num. 46. vers. hinc non immeritò Barbos. in Pastorali alleg. 95. num. 72.*

9 Necnon demendum est tempus † motæ litis quæ cepta fuit de anno 1623. *Rot. decis. 568. numer. 5. versic. quamuis enim par. 4. recent. Buratt. decis. 598. numer. 18.* quibus subductis non adest lapsus tanti temporis.

Non obstat, quod vita Rectoris alienantis nō subducatur ad effectum obseruantiæ, quia suprà
10 citati DD. † loquuntur in terminis computandi obseruantiam, & quamuis *Card. Seraph. dec. 1027.*
11 *num. 13.* videatur contrarium sentire dicebant † Domini id procedere quando alienatio apparet facta bona fide, vt erat in casu Seraph. vbi alie-
12 natio fuit facta † per ipsummet Papam secus quando apparet suspecta de fraude, vt expressim admittitur *in d. decis. Seraph. 1027. num. 11.* præsumptio enim vtilitatis, & validitatis resultans
13 ex cursu dicti temporis tollitur isto † casu ex quo fuerunt factæ tot concessiones cum potuisset fieri vna, & ex quo emanauerint ad fauorem proprij nepotis, vt considerat *Barbat. consil. 17. num. 4. & seq. lib. 4.* vbi prętereà dicit, quod licet bo-
14 na Ecclesię solita locari possint † renouari absq; solemnitatibus attamen non licet renouare in consanguineos.

Ideòque Iudices iniustè processerunt condemnando Angelum Mundatorium ad faciendam nouam inuestituram Iuniperæ Belloncinę de bonis, de quibus agitur, iuxtà consensum antè per eum pręstitum cum ista bona nec dici possint
15 solita concedi in emphyteusim cum † hic nec adsit

adsit vna concessio solemnis, nec duę minus solemnes effectum sortitę spatio quadraginta annorum prout requiritur, *Seraph. decis. 1451. num. 3. & decis. 1490. num. 4.*

Nec pariter obstare Mundatorio dictum consensum ante prẹstitum iuxtà quam seriem fuit pronunciatum, quia vltrà quod fuit prẹstitum saluis tamen Iuribus Beneficij ille est erroneus,
16 † & propterea etiam potest, à seipso reuocari, *ex Gregor. dec. 116. vbi adden.* cum Ecclesia possit
17 † pænitere, eique liceat resilire fauore speciali.

Quibus omnibus simul iunctis nempè alienationibus malè factis per antiquum Rectorem in fratrem germanum fere de toto patrimonio,
18 quod arguit fraudem Rectoris ideòque illa à principio fuit inualida, itaut non sit habenda in consideratione, *ex Ferrett. consil. 192. num. 9. & 10. Bero. cons. 506. num. 26. lib. 1.* & prohibitione expressa à principio in erectione Beneficij de bonis non alienandis beneplacito Apostolico non expedito, neque sufficeret beneplacitum
19 prẹsumptum spatio 30. annorum illudque † non possit suffragari Sellingardo cũ nulla detur probatio iustę causę propter quam debuisset concedi, & contra formam fundationis; etenim bene-
20 placitum † supplet quidem solemnitates, sed nõ substantialia, *Rot. decis. 430. num. 1. par. 1. recent.* quę omnia non fuerunt obseruata, nec fuerunt vocati patroni ex quibus Domini dixerũt standum esse in decisis, & consequenter non constare de re iudicata, quę sit exequenda.

Et ita resolutum vtraq; parte informante, &c.

Supra in eadem causa habetur alia decisio sub die 28. Iunij superioris anni, est in ordine decis. 73.

R.P.D. HIERONYMO VEROSPIO

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana Mercium.

Veneris 19. Ianuarij 1639.

ARGVMENTVM.

Magistralis est decisio super obligatione facta per filiumfamilias asserentem se maiorem, qui posteà eamdem obligationem annullare conabatur vigore Statuti Vrbis *lib. 1. cap. 152.* vbi dictum Statutum optimè declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Ampliatio non extendit regulam vltrà casus in illa comprehenso.*
2 *Filijsfamilias non obstante S. Consul. Macedoniano validè obligantur cum consensu Patris, & Aui.*
Idem si pecuniam in rem patris, vel Aui, aut in id quod illorum oneri incumberet conuertissent.
Aut si Mercatores, vel institores negocijsque præpositi essent.
Vel tandem si à patre seorsum habitarent, & publicè pro patribus familias haberentur. ibidem.
3 *Filiusfamilias non obstãte S. Consult. Macedon. obligatur si se Patrẽfamilias mendaciter asseruit, & n. seqq.*
4 *Exceptio S. Consul. Macedoniani tollitur replicatione doli si filiusfamilias se Patremfamil. dixit & n. 10.*
5 *Filiusfamilias qui se fecit Patremfamilias conuenitur post mortẽ Patris, vel emancipationis actione insolidũ.*
6 *Filiusfamilias etiam si asseruerit se Patremfamilias tamen non obligatur attento Statuto, quod filiusfamilias non possit obligari in principio, & per totam.*
7 *Minor qui Statuto cauetur nè possit obligari non obligatur etiam si dixerit se maiorem.*
8 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 152. *de contractibus cum filijsfamilias excipit omnes casus quos excipit Macedonianum, & supra sub num. 2.*
9 *Filiusfamilias dicens se maiorem non obligatur si dolus interuenit ex parte creditoris, vel vtriusque.*
Idem si solus error ex parte filijfamilias interuenisset. ibidem.
10 *Filiusfamilias si se maiorem dixit obligatur quando ex parte sua interuenit dolus ad fraudandum creditorem, & hoc non obstante Statuto, & supra n. 4.*
11 *Filiusfamilias qui se Patremfamilias asseruit probare debet ipsum dolo fuisse indum ad contrahendum.*
12 *Contrahens cum filiofamilias qui se Patremfamilias asseruit, si sit aduena vtique censetur ignorare qualitatem ipsius.*
13 *Contrahentes cum filiofamilias viuente sub potestate Aui per mortem Patris, qui tamen se Patremfamilias dixit facilè potuerunt decipi ex ista assertione.*
Filiusfamilias asserens se emancipatum, cum verè non esset dicitur contrahentes decepisse. nu. 13.
14 *Filiusfamilias si medio iuramento se fecit Patremfamilias dicitur contrahentes decepisse, qui iusta credulitate illius assertioni crediderunt.*
15 *Statutum Vrbis mandat iuramentum contra illius prohibitionem in contractibus appositum præsumi debere dolo, & motu extortum.*
Et ob id intelligitur disponere super ipso iuramento, eique fidem admouere. ibidem.
Quod procedit tam in cap. 135. de donat. inter virum & vxorem, quam in cap. 151. de contractibus mulierum, & minorum. ibidem.
An autem habeat locum in cap. 152. de contractibus cum filiusfamil. videas ibidem vsque ad finem.
16 *Statuta Vrbis habent confirmationem Apostolicam, ac proindè habentur, ac si Papæ auctorit. fuissent condita.*
18 *Contractus à minoribus celebrati non ita fraudolenti præsumuntur; ac illi à filijsfamil. maioribus gesti.*

DECISIO CIV.

QVæsitum fuit in dubio, quod proposui, An substineretur obligatio Hieronymi, vt confirmandum esset mandatm, quod Ægidius, & Adrianus contra illum obtinuerunt ab Auditore Cameræ, & DD. responderunt substineri illius obligationem, quia nullitas eius obligationis fundabatur in dispositione Statuti Vrbis, quod in *cap. 151. lib. primi*, prohibebat, & declarabat irritos omnes contractus, qui facti essent cum filiis familias, cuius Statuti dispositio non poterat suffragari Hieronymo quia in eo excipiebantur expressè omnes casus, in quibus filii familias validè obligantur, ex causa mutui sine iuramento, non obstante Senatus, consulto Macedoniano, cui exceptioni visum fuit locum esse hoc casu, & quod indè sequitur limitationi positæ in Statuto

Et vtraque hæc ratio fuit fundamentum huius decisionis, quod enim Statutum admitteret omnes exceptiones, quæ solent competere contra Macedonianum expressè constitutum erat in fine illius capituli, & colligebatur ex vniuersa illius

lius dispositione, in qua apparebat eàm fuisse
mentem statuentium, vt extenderetur ad omnes
contractus prohibitio contēta in eo Senatus con-
sulto ne filii familias possent se obligare ex cau-
sa mutui; Vndè debebant admitti in eo eædem
exceptiones, quæ solent competere contra Ma-
cedonianum, ne alias contrà naturam amplia-
1 tionis extenderetur regula, † vltra casus qui sun-
in illa comprehensi, *arg. Text. in l. cum stipula:ut*
sim mihi à proculo 113. ff. de verb.oblig. & in l.si Ius
dex 32. ff. de Iudicys & notat ibi *Bart. & in l. 1. §.*
post operis num. 5. ff. de noui operis nunciatione, Ay-
mon cons. 231. num. 4. & super hoc Statuto aduer-
tit *Gratian. discept. forens. cap. 667.* Et aliqui ca-
sus expresse considerati fuerunt in eo Statuto, vt
sunt, cum filii familias obligantur de consensu
2 Patris, † aut Aui, in cuius sunt potestate, aut
pecuniam verterunt in rem Patris, aut Aui, siue
in id, quod illorum oneribus incumberet, aut si
Mercatores essent, siue institores, & negociis
præpositi, vel à patre seorsim habitarent, & pu-
blicè pro patribus familias haberentur, qui ca-
sus excipiuntur, *l.2. C. ad S. C. Macedonianum, &*
in l. Macedoniani, & in l.vltima, C. eod. tit. & in l. si
quis tertia, & in l. sed Iulianus 9. §. proindè ff. eod.
tit. Alii verò comprӕhensi fuerunt in fine illius
capitis sub dictione vniuersali, in qua generali-
ter excipiuntur reliqui casus, in quibus obliga-
tiones filiorum familias occasione mutui ex iu-
rius dispositione subsistunt sine iuramento non
obstante exceptione S.C.

Inter cæteros casus, quibus Macedonianum
non suffragatur vnus est si filiusfamilias menti-
tus fuerit se esse patremfamilias, quod factum fuit
3 in hoc casu, † cum Hieronymus in instrumento
se obligauit pro pretio mercium, quas emit ab
Adriano, & Ægidio professus fuerit se esse patrem
familias, ex qua ratione amisit in odium men-
dacii priuilegium, quod illi competebat ex Sac.
Cons. Macedoniano, vt habetur in *l. 1. C. eod.*
tit. & declarat ibi *gloss. in verb. edoceri, Bart. nu. 2.*
Cyn. num. 1. Castrens. in l. qui cum se nu. 2. ff. de re
iudic. Et ratio consideratur à glosa, quia cum
ea assertione vedeatur voluisse decipere contra-
4 hentes † exceptio procedens Sen. Cons. statim
tollitur contraria replicatione doli, idemque
statuitur in *l. Celsus 4. §. item quæritur, ff. de doli*
mali & met. except. & abuertit ibi *gloss. in verb. au-*
thorum, Gratian. in add. cap. 667. num. 3. Imò hoc
casu quo filius mentitus fuerit se patremfamilias
5 conueniri poterit post mortem † patris, aut eman-
cipationem, & dabitur contra eum actio insoli-
dum, etiam si facere non possit, vt probatur *in l.*
qui cum se ff. de re iudic. & notant ibi post *gloss. in*
verb. condemnari, Alex. & Angel nu. 1. Iason. num. 2.
Castrens. num. 3. & probat etiam *Text. in l. si al-*
terius, C. si minor se maiorem dixerit. & in l. sed &
si ex parte, §. interdum ff. quod cum eo. & notat ibi
gloss. in verb. propter mendacium.

Et licet in terminis similiũ Statutorum quibus
declarantur nullæ obligationes filiorumfamilias
aliqui existimauerint huiusmodi mendacium sup-
positæ condirionis patrisfamilias non tollere ius
6 excipiendi de nullitate contractus, cum nō potue-
rit oriri obligatio ex eo contractu, quod factum
fuit contra formam, & prohibitionem Statuti,
cuius sententię Author fuit Iacob de Beluis, que
rerert *Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de sentent.*
quæ eam sequuntur, §. vt autem, in verb. procede
dum, circa medium, Castrens. cons. 175. num. 3. lib.
& in l. 1. C. si minor se maior. num. 3. Grammat. de
7 *12. num. 7.* & in terminis contractus facti † si
eadem assertione à minore, super quo extat pa
ticularis dispositio *Statut. Vrbis in antecedenti ca*
151. lib. 1. tenuit *Rot. sequend. Io. Andr. in Roma*
Donationis de Cupis 5. Iunij 1602. coram Card. Pan
philio inter rec. dec. 54. par. 1. & in Romana nullitat
obligationis 26. Iunij 1626. coram Reuerendiss. Vrge
impress. inter eius dec. 18. n. 33. Tamen non potera
eorum opinio habere locum in casu huius Statut
propter rationem superius consideratam, quia
illud in casibus non comprehænsis in Macedo
8 niano † tollebat exceptionem filiofamilias ea
dem ratione quam facit Macedonianum, vt supe
eo considerauit *Gratian. in add. cap. 667. nu. 2. & 3*
Prӕtereà intelligenda erat eorum opinio in casu
quo in contractu facto cum filiofamilias adsit do
9 lus † ex parte creditoris, qui induxerit filiumfa
milias ad ita contrahendum, siue quia interue
nerit dolus ex parte vtrsusque, nimirum credito
ris, & filiifamilias, aut etiam solus error ex par
te filijfamilias, vt distinguit *Lambert. de contract*
gloss. 8. num. 36. vsque ad num. 68. in quibus omnes
hoc casus particulariter considerat, quos etiam
percurrit *Cyriac. controu. forens. cap. 387. num 12. &*
voluit *Bart. in l. si alterius, num. 2. C. si minor se ma-*
ior, dixerit Castrens. in l. 1. nu. 1. & 5 & in l. 4. in
princip. C. eod. tit. Contrarium verò dicendum
erat in casu quo, in contractu facto concurrit do-
10 lus † ex parte filijfamilias, quia in hoc casu sta-
tim nascitur alia obligatio ex dolo, quæ semper
censentur excepta à Statuto, vt tradit idem
Lambert. super d. gloss. 8. num. 64. & num. 75.
Cyriac. d. cap. 387. num. 18. idemque tenuerunt
Abb. cons. 71. num. 7. lib. 1. Anchar. cons. 226. nu. 3.
Fulgos. cons. 219. n. 3. & 4. Alciat. reg. 8. præsumpt. 1.
num. 3. Tiraquell. ad l. 16. Connub. gloss. 8. num. 141.

Et visus fuit probari etiam his dolus ex parte
Hieronymi sicut, quod ille abesset ex parte Ægi-
dij, & Adriani creditorum; Et primo respectu per-
sonæ eorumdem creditorum poterat considerari
eorum fauore non solum præsumptio iuris, quæ
hoc suadebat, vt illi censerentur ignorare qualita-
tem debitoris, cuius præsumptionis causa teneat
11 DD. incumbere filio † familias contrariam pro-
bationem, quod ille fuerit dolo inductus ad con-
trahendũ, vt tradit *Cyriac. d. c. 387. n. 27.* & fuit sen-
tentia *glos. in l. 1. C. ad Macedon. in verb. edocere, &*
in l. 3. C. si minor se maior. in verb. testium, & voluit
Bart. in d. l. 1. n. 2. in 2. lectura, Bald. n. 9. Alberic. n. 1.
quod præcipuè dicendum erat hoc casu, tam
propter qualitatem eorum creditorum, quam
Hieronymi, cum omnes essent aduenæ, & inco
12 læ aliarum Ciuitatum, † ex quo eo magis redde-
batur probabilis ignorantia creditorum, vtrum
Hieronymus verè esset pater familias, sicut as-
seruit in Instrumento, & voluit *Angel. super eadem*
l. 1. num. 1. C. ad Macedon. & ibi *Cyn. n. 1. Fulgos.*
num. 2. in 4. limit. Gomes. variar. resolut. lib. 2. cap 6.
num. 2. in 4 limitatione, sed vrgebant eorum fa-
uore omnia, quæ obstabant Hieronymo, vt il-
lius assertio diceretur emanasse cum dolo, & ani-
mo

mo fraudandi creditores, ad quem effectum considerari potetat alia qualitas, quæ in illo concurrebat, quia cum haberet Patrem defunctum, &
13 viueret Auus in cuius potestate erat, † facilè potuissent credere contrahentes, quod ille solutus esset omni vinculo patriæ potestatis, vt in simili tradunt DD. de filiofamilias, qui dixit se esse emancipatum, cum verè non esset, vt tradit *Alciat rec. 2. præsumpt. 2. nu. 3.* Secundo considerari poterat iuramentum in quo ille se asseruit pa-
14 tremfamilias, † cum ex eo etiam oriri potuerit in venditoribus iusta causa credendi illius assertioni, vt notant *DD. in eadem l. 1. Cod. ad Senat. Consult. Macedon.* & tradit ibi *Cyn. nu. 1. Castrens. num. 2. & in l. 1. num. 2. C. si minor. se maior Bald. in leg. 3. n. 6. C. eodem titul. Lambert. eadem gloss. 8. n. 80 Gomes. var. resolut. d. lib. 2. c. 6. n. 2. in 4. limitatione.*

Neque poterat dici contraria dispositio Statuti, dum volebat, quod iuramentum præstitum à filiofamilias præsumi deberet metu extortum, & dolo, ac fraude creditoris, quo casu dicebatur statum disponere etiam super ipso iuramento
15 vnde illud nihil † poterat operari, aut addere instrumento pro confirmatione contractus, & tenuit *Rota super antecedenti cap. Statuti de contractibus minorum in addita Romana de Cupis coram Cardinali Pamphilio,* & in *Romana nullitatis Obligationis coram Reuerendiss. Vrgellen.* & in terminis donationis inter virum & vxorem de qua in *cap. 135. lib primi,* apud *Verall. dec. 200. lib. 3. & coram Cæsare de Graff. dec. 2. de donationibus num. 22.* quod referendum erat ad confirmationem Apostolicam, quam habent eadem Statuta, cuius causa
16 illa perindè censentur, † ac si essent condita authoritate Summi Pontificis, vt fuit dictum in *Romana Hæreditatis de Comitibus 21. Iunij 1577. coram Aldobrandino, & in Balneoregien. Bonorum 30. Octobris 1589. coram Cardinali Pamphilio.* Etenim Statutum adimebat vires iuramento in casibus ex quibus ex vi regulæ in eo traditæ contractus
17 valere non deberet, † non autem in casibus quos volebat esse ab eadem regula exceptos, & ita cum in ijs casibus in quibus valere deberet ex dispositione Statuti obligatio etiam sine iuramento, non poterat iuramentum efficere, vt esset nulla obligatio filijfamilias si illa etiam sine iuramento futura erat valida. Et ex his responderi poterat ad *decis. coram Card. Pamphilio, & coram Reuerendiss. Vrgellen. in quibus Rota tenuit nullum esse hoc casu effectum iuramenti,* quia ex decisiones factæ erant in terminis contractus celebrati à minoribus quorum respectu dispositum fuit, vt contractus cum illis initi neque cum iuramento valere possent. Contrarium verò dispositum fuit in filijsfamilias, in certis casibus consideratis à Statuto, generaliter in omnibus, in quibus non habet locum Macedonianum: pro quibus faciebat etiam diuersitas rationis, quæ poterat adduci inter contractus ratos à minoribus, celebratos à
18 filijsfamilias, cum in illis præsumatur, ita facilè dolus, aut animus fraudandi sicut in filijsfamilias qui sint maiores, vt considerauit *Bart. in l. 1. §. nunciatio num. 33. de noui operis nunciatione, Bald. in l. 1. §. vltimo, ff. de eden. & in l. per hanc num. 17. C. de temporibus, & reparat. appellat.*

Et ita, &c. vtraque, &c.

R. P. D. PIROVANO

Sacræ Rotæ Decano.

Vrbeuetana Saluiani.

Lunæ 28. Ianuarij 1639.

ARGVMENTVM.

Ægidiana constitutio in materijs possessorijs reduxit canones ad terminos iuris ciuilis vbi tamen de validitate, & iustitia sententniæ constat Censusconstitui debet super fundo confinibus designato. Præscriptio contra minores non currit, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio suspensiua de iure non datur in iudicijs possessorijs, quale est Saluianum.*
2 *Aegidiana constitut. reduxit Canones appellationem in quacumque materia permittentes ad terminos iuris ciuilis.*
3 *Aegidiana constitutio locum non habet vbi constat de validitate, vel iniustitia sententiarum, & numer. seqq.*
5 *Iudicium corruit ex mala conceptione libelli, seù monitorij.*
6 *Relato magis quam referenti standum est vbi aliter loquitur referens quam relatum.*
7 *Frater in causa fratrum de iure non habet legitimum mandatum à lege.*
8 *Mandatum procuræ præsumptum siuè à lege, siue ex impensis in causa factis, non sufficit stante protestatione neminem audiri nisi docto, &c.*
9 *Mandatum procuræ præsumptum sufficit ex substentatione litis cum impensis, & nu. seqq. vbi amplia.*
10 *Protestatio facta neminem audiri nisi docto de legitimo mandato procuræ non afficit, si non fuit in quolibet actu repetita.*
11 *Iudicium in Curia agitari non potest contra tertium.*
Iudicium contrà Procuratorem inchoari non potest. num. 11.
12 *Iudicium saluiani requirit creditum cum hypotheca possessionem debitoris de tempore obligationis, & rei conuenti de tempore motæ litis.*
13 *Census vigore Constit. san. me. Pij V. requirit quod imponatur super corpore certis finibus designato.*
14 *Actio cessat cessante validitate contractus.*
15 *Hypotheca in Saluiano præscribitur spatio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes.*
16 *Præscriptio contra minores non currit durante minori ætate. & num. 17. & seqq. vide tamen num. 19. 20. & 21.*
17 *Iura intacta seruari melius est, quam post vulneratam causam remedium quærere.*
20 *Minores restituuntur aduersus præscriptionem etiam quod fuerit cœpta tempore patris, & num. seqq.*

DECISIO CV.

Actum fuit per DD. Fratres de Ceruaria in iudicio Saluiani pro fructibus Census controuersi

uersi contra tertios possessores bonorum Ioannis
Francisci, qui huiusmodi censum super proprijs
bonis cum hypotheca omnium suorum bonorum
constituit vsque de anno 1593. ad fauorem Iaco-
bi de Ceruaria. Et exindè emanata sententia ad
fauorem dictorum Fratrum in gradu appellatio-
nis, causa fuit commissa cum clausula, *quatenus
sit locus Aegidianæ*, & cum hodie ad præscriptum
Rescripti suscepta fuerit disputatio, Responsum
fuit, esse locum Ægidianæ.

1 Quoniam de iure ciuili in matrrijs † possesso-
rijs, prout est Saluianum, non datur suspensiua
appellatio, *l. vnica, Cod. si de moment. possess. Bart.
in l. 1. nu. 4. ff. de Saluiano interdicto*, *Contard. in ea-
dem l. vnica limit.* 14. *num.* 9. *&* 10. *Negusan. de pi-
gnor.* 1. *mem.* 8. *partis nu.* 2. *Paris cons.* 108. *num.* 13.
lib. 1. *Rot. dec.* 159. *num.* 3. *par.* 2. *recent.* & Cano-
2 nes non obstant propter † Ægidianam constitu-
tionem, per quam ad terminos iuris ciuilis redu-
cti sunt, *Benintened. dec.* 17. *in fin. Rot. in supradict.
decis.* 150. *num.* 2. *& seqq.*

Neque obstat, eamdem constitutionem locum
3 non habere † vbicumque constat de inualiditate,
& iniustitia sententiarum, prout in verbis se de-
clarat eadem constitutio, *Put. dec.* 4. *de Aegidian.
Contard. in l. vnica limit.* 9. *num.* 22. *C. si de moment.
possess. Rot. dec.* 391. *num.* 6. *part.* 2. *recent.*

4 Quoniam nullitates, aut iniustitia † non iusti-
ficantur, vt indè effectus prædictæ constitutionis
euitari possit ad substinendam deuolutionem sus-
pensiuam sententiæ.

Non enim obstat, quod iudicium fuit inchoa-
tum monitorio contra Camillum obligatum in
censu, & tamen ille non legatur in eo contractu
5 nominatus, itaut ex mala conceptione monitorij
iudicium corruat, *Menoch. de adip. remed.* 3. *n.* 158.
cum allegat.

Quia vltra quod error in nomine veri censuarij
fuit monitorio correctus, nihilominus si adhuc nõ
esset correctus, iudicium nõ corrueret propter vir-
tutem relationis ad instrumentum census sub die,
anno, & mense, & nomine Notarii rogati, in quo
nomen Ioannis Francisci veri, & certi censuarii
6 exprimitur, † cui relato magis standum, quam
referenti aliter loquenti ita ad litteram respondit
Dec. cons. 63. *n.* 6. *Castr. cons.* 17. *in fin. vol.* 2. *Natt.
cons.* 505. *n.* 18. *vol.* 3. *Menoch. cons.* 1. *num.* 95. *Surd.
cons.* 313. *n.* 50. *vol.* 3.

Similiter neque obstat defectus mandati com-
parentis pro fratribus de Ceruaria, ex quo Pe-
trus Iacobus vnus ex tribus fratribus solus compa-
7 ruit absque mandato aliorum, † qui à lege habe-
bat legitimum mandatum, per *l. primam, C. quib.
res iudic. non noceat*. Nec poterat vti quatenus ha-
8 buisset attenta protestatione † exaduerso facta,
neminem audiri, nisi prius docto de legitimo
mandato *Gabr. cons.* 25. *n.* 23. *lib.* 2. *Rot. dec.* 330. *n.* 1.
coram Papa Gregor. XV. cum allegatis.

Quia de mandato indiuiduo doctum fuit quo-
ad Lucam, & productum, & quoad alios indica-
tum per acta Plebani, & nihilominus præsump-
tum non deficit, quod colligitur ex substentatio-
9 ne † litis cum magna impensa nomine dictorum
Fratrum, & sufficit, *Seraph. dec.* 933. *nu.* 2. *&* 330.
vbi add. num. 5. *coram Papa Gregor. XV.* quæ res-
ponsio maximè procedit quando vt in præsenti
10 protestatio non fuit in quolibet actu iterata,
Mohed. dec. 2. *de iudic. &* 44. *num.* 8. *coram eod. Pa[pa]
Gregor. XV.*

Et eo minus substinetur postrema nullitas o[p]-
posita, quod iudicium incipi non potuerit in
11 curia contra tertium possessorem, nec contra
Procuratorem D. Philippi, per *l.* 3. *Cod. de pr[o]
cur. Laderch. cons.* 15. *num.* 1. *cum allegatis*, quia
cessant omnia ex comparitione D. Philippi in
Curia cum legitimo Procuratore, consentiend[o]
in Iudicem, & illius iurisdictionem.

Quo verò ad iniustitiam, & illa non iustifica-
tur respectu agentium, quoniam requisita in Sa[l]-
12 uiano probarunt, † nempè creditum cum hypo-
theca, possessionem bonorum controuersorum
per Ioannem Franciscum debitorem, & posses-
sionem eorumdem rei conuenti de tempore litis
motæ.

Non obstat, quod census ab initio non fuerit
validè constitutus iuxtà formam Bulla sanctis[s.]
13 mem. Pij V. scilicet † non designatis confinibus
quæ necessaria sunt ad validitatem census, *Rode-
riq. de ann. redditib. lib.* 2. *quæst.* 7. *num.* 13. *Aued. de
cens. cap.* 37. *nu.* 6. *Cenc. eod. tit. part.* 1. *cap.* 3. *quæst.* 3.
14 *num.* 20. & cessante validitate, † cessat actio, quæ
originatur à valida obligatione tanquam à Ma-
tre, *Surd. cons.* 24. *num.* 10.

Quia ex facto soluitur obiectum, perlecto to-
to tenore Instrumenti census, in quo legitur cen-
sus constitutus super bonis Treuiani iuxtà sua
confinia.

Demum non obstat, quod sententia lata fuerit
contra tertium, titulo dotis bona possidentem
15 per annos 36. quorum, & etiam † minori decur-
su scilicet decem inter præsentes, & viginti in-
ter absentes hypotheca in Saluiano præscribitur,
per *l.* 1. *&* 2. *C. si aduersus credit. Gabr. de præ-
script. concl.* 7. *num.* 8. *Odd. cons.* 83. *nu.* 39. *Mantic. dec.
291. nu.* 3.

Quoniam ex temporum distinctione tollitur
excitata difficultas, nam Iacobus ad cuius fauo-
rem fuerat constitutus census, decessit de anno
1614. relictis post se Luca nato de anno 1605. Pe-
tro Iacobo nato de anno 1607. & Francisco nato
de anno 1609. qui respectiuè ad maiorem ætatis
scilicet 25. annorum secundum dispositionem
Statutorum VrbisVeteris peruenire non poterãt
quam de anno 1630. incipiendo à Luca, & 1632.
pro Petro Iacobo, & pro Francisco 1634. Vnde
16 † cum tempus illorum minoris ætatis sit demen-
dum ad euitandam præscriptionem dum non
currit contra eos durante minore ætate, *l. final. C.
in quibus caus. in integr. restit. non est necess. ibi*, *ea
17 ipso iure non currere, melius est enim † eorum iura serv-
uari, quam post causam vulneratam remedium quære-*
re, & ex illo textu in minoribus præscriptionibus
firmarunt hanc conclusionem, *Corneus consil.* 338.
num. 8. *volum.* 1. *Osasc. decis.* 69. *num.* 14. *&* 179. *n.* 14.
Surd. decis. 4. *num.* 2. *& decis.* 419. *num.* 4. *par.* 2. *rec.
Odd. de restit. in integr. quæst.* 90. *art.* 1. *num.* 3. frustra
contenditur, an versemur inter præsentes, vel ab-
sentes, ex quo tempus decennij non intercedit à
die litis contestatæ, quæ contingit de anno 1636.
& similiter non est ingredienda disputatio à quo
tempore incipiat præscriptio, vel à die, quo ter-
tius cœpit possessionem bonorum, vel à die, quo
prim-

principalis debitor fructuum census, cessauit sol-
18 uere, dum † cursus temporis contra minorem cessat; Ac demum nihil releuat, quod decennium fuerit completum postquam d. Fratres peruene-
19 runt ad maiorem ætatem, quo † casu lite postmodum per biennium, vel triennium contestata iuuari non possint restitutione in integrum, *Paris. cons. 48. nu. 26. vol. 3.* quia si tempora non currunt, opus non est minoribus remedio restitutionis in integrum.

Quod si replicetur, præscriptionem fuisse cœptam contra Iacobum Patrem horum Fratrum
20 agentium, quo casu † semper currit contra minores, & eorum minori ætate durante, adhuc patet responsio ex negatiua facti probatione, ac impossibili, dum fructus huiusmodi census ne dum fuerunt soluti vsque ad obitum Iacobi, sed & per annos quatuor post illius obitum, nempè vsque ad annum 1618. per Camillum Io. Francisci impositoris filium ex Instrumento, quod datur *Summario Fratrum num. 5.* Et in omnem casum mino-
21 ribus esse † succurrendum ex iusta causa vti successis in loco alterius, per restitutionem in integrum *ex ead. leg. in C. in quib. caus. restit. in integr. non est necess. Odd. d. q. 9. ar. 1. n. 3.* Et omnes admittunt *in l. sicut C. de præscript. 30. annorum.* Et ita &c.

Infrà in hac eadem parte 8. habetur alia decisio in eadem causa sub die 14. Maij 1640.

R. P. D. CARRILLO

Postea Præside VALLISOLETANO.

Valentina Decanatus, & Canonicatus.

Veneris 28. Ianuarij 1639.

ARGVMENTVM.

Canonicatus, & si sit de Iurepatronatus cadit sub reseruatione Apostolica, quando est Ecclesiasticum, & ex quibus tale probetur.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio Apostolica motu proprio emanata habet executionem paratam.*
Eo fortiùs concurrente subrogatione gratiosa, eaque iustificata.
2 *Sententiæ iustitia resultat ex decisionibus Rotalibus.*
3 *Præsentatio spectat ad habentem Iuspatronatus.*
4 *Iuspatronatus probatur, exhibendo in actis Instrumentum publicum fundationis.*
5 *Iuspatronatus Ecclesiasticum cadit sub reseruationibus Apostolicis.*
6 *Iuspatronatus probatur esse Ecclesiasticum, quando est dotatum de bonis Ecclesiasticis.*
Item quando est reseruatum ad fauorem personarum Ecclesiasticarum. num. 7.

DECISIO CVI.

Sententiam Rotalem, qua pronunciatum extitit R. P. D. meum Rojas ferè immittendum in possessionem Decanatus, & Canonicatus de quibus agitur, censuerunt Domini esse confirmandam tanquam validam, & iustam. Validitas ex reuolutione actorum, Iustitia verò ex duabus decisionibus in causa factis satis superque constare visa fuit, dum in illis firmatur d. D. meo Rojas dandam esse immissionem vigore prouisionis Apostolicæ motu proprio emanatæ, quæ de sui natu-
1 ra habet executionem paratam, † concurrente exabundanti subrogatione gratiosa ad partes obtenta, & iustificata per reseruationem ex capite subcollectoriæ Gasparis Viues, per obitum eiusdem in possessione dictorum Decanatus, & Canonicatus, & per Clericatum prouisi Apostolici, cui propterea nullo modo immissio denegari poterat ex rationibus, & auctoritatibus adductis *tam in prima decisione causæ coram Illustrissimo D. meo Decano sub die 5. Iunij 1637. quam in secunda emanata sub die 29. Nouemb. anni præteriti coram me,* * in quibus ad saturitatem fuit responsum omnibus contrarijs obiectis, quod autem ex decisio-
2 nibus ostendatur iustitia † sententiæ dixit *Rota in decis. 350. num. 1. par. 1. & decis. 668. num. 1. par. 2. & decis. 395. num. 1. in fin. par. 4. recent.* & sæpissimè in alijs.

Nec obstat, quod Canonicatus de quo agitur sit de iurepatronatus Episcopi Valentini, cui pro-
3 inde spectet illius præsentatio; Quia vltra † quod ad docendum de prætenso iure patronatus non datur in summario D. Francisci nisi simplex folium, quod nihil probat cum deberet in actis
4 exhiberi instrumentum publicum † fundationis, vt dixit *Rota in decis. 102. num. 5. impress. apud Viuian. post tract. de iurepatr.* In omnem euentum cessat penitus difficultas, quoniam & si de reali iurepatronatus constaret adhuc vti Ecclesiasticũ
5 caderet sub reseruationibus † Apostolicis *cap. dilectus, & ibi gloss. & DD. de offic. legat. Felin. in tractat. quando lit. Apost. noceant patr. limit. 3. Aeneas de Falc. de reseruat. effect. 14. Cassad. dec. 4. n. 1. & 2. de iurepatr. Rot. dec. 273. num. 1. ad fin. par. 3. rec. & coram Buratt. dec. 103. num. 3.*

Quodque in præsenti esset Ecclesiasticum probatur tàm ex eo, quod asseritur dotatum ab Epi-
6 scopo de bonis † Ecclesiasticis *cap. Apostolicos iuncta gloss. in verb. construxisse Archidiacon. num. 3. Præposit. numer. 2. 12. quæst. 2. Abb. consil. 57. circa fin. lib. 1. Rota d. decis. 273. num. 1.* quam ex eo quod
8 dicitur reseruatum ad fauorem personarum Ecclesiasticarum *cap. 1. §. fin. & ibi omnes de iur. patr. in 6. Gonz. sub regul. 8. gloss. 18. num. 15. Paris. cons. 128. n. 19. lib. 4. Rot. dec. 740. n. 2. par. 2. recent. & dec. 83. apud Viuian. post tract. de iurepatr. num. 5. cum aliis alleg. in 1. decis. causæ in §. demum in fin.* Et sic decisum vna tantum parte informante altera pluries citata.

Decisio ista, quæ & satis magistralis est emanata sub die 27. Nouembris 1637. coram bon. mem. Coccino, est in præcedenti par. 7. recent. decis. 250. & infra sub die 25. Februar. huius præsentis anni adest alia decisio in hac causa.

R. P. D. PANZIROLO.

Postea S. R. E. CARDINALI.

Hispaleñ Sponsalium.

Veneris 11. Februarij 1639.

AR-

ARGVMENTVM.

Sponsalibus inter consanguineos in gradu prohibito celebratis salua dispensatione Pontificis, ea sequuta nouus requiritur consensus, ita vt interim sit locus pœnitentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia contracta cum consanguineis in gradu prohibito sub conditione si Papa dispensauerit dispensatione sequuta nouum requirunt consensum, & per tot.*

2 *Papa vbi dispensat super sponsalibus inter consanguineos contractis, non videtur habere ratum quod illicitè inter ipsos consanguineos gestum fuerat, & num.* 5.

Sed solum impertitur licentiam matrimoniam contrahendi impedimento non obstante, ibidem & numer. 5.

3 *Ordinarius dispensans vigore licentiæ Papæ non efficit matrimonium valere vt prius, et ex tunc, sed ex nunc quia nouus requiritur consensus.*

4 *Matrimonium inter inhabiles celebratum, cessante inhabilitate non conualidatur ex antiquo consensu, sed ex nouo.*

5 *Papa dispensans super matrimonio inter consanguineos, non approbat quod est nullum, sed solum dat facultatem contrahendi.*

6 *Stipulatio de re sacra, vel de re quæ non est in commercio nostro saluo tamen Principis consensu nulla est etiam eo adueniente.*

7 *Actus ad hoc vt retrahi possit oportet, quod potuerit intercedere ab initio.*

8 *Obligatio aliqua nasci non potest ex facto à iure improbato.*

9 *Contractus fundari debet in aliqua re certa, stabili, & de sui natura possibili.*

10 *Conditio pendens ab arbitrio solius Principis dicitur impossibilis.*

11 *Conditio impossibilis habetur pro non adiecta.*

Contractus sub impossibili conditione celebratus non tenet, num. 11.

12 *Contractus sponsalium debet à se reijcere omnem conditionem impossibilem, & solam liberam futuri matrimonij promissionem continere.*

13 *Alienatio bonorum Ecclesiæ saluo Beneplacito facta habet implicitum statum validitatis Ecclesia non reclamante.*

14 *Contractus claudicat fauore Ecclesiæ.*

15 *Consanguinei inter ipsos de iure sunt interdicti matrimonium contrahere, ac propterea in eorum sponsalibus, non præsens, sed futurum tempus attenditur, ibidem.*

16 *Promissio de re illicita non obligat.*

17 *Iuramentum non potest confirmari contractum de sui naturam illicitum.*

Iuramentum sequitur naturam actus cui adhæret. numer. 17.

18 *Iuramentum si confirmare contractum de sui natura illicitum diceretur vinculum iniquitatis.*

Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, num. 18.

19 *Promissio de non ducendo aliam vxorem sine acceptatione non obligat.*

20 *Promissio de non ducendo aliam vxorem vt obligetur, requiritur repromissio alterius partis, alias no[n va]let.*

21 *Consensus nouus requisitus dispensatione sequuta [in] sponsalibus inter consanguineos, initis debet esse [ex] scientia dispensationis.*

22 *Consensus nouus in sponsalibus inter consangu[ineos] celebratis præstari debet in exequutionem disp[ensa]tionis.*

Sponsalibus inter consanguineos celebratis salua [Pon]tificis dispensatione interim est locus pœnite[ntiæ] nu. 22. *& sup. n.* 1. *ac per tot.*

DECISIO CVII.

CEnsuerunt DD. sententiam Rotalem esse c[on]
firmandam, cum de illius validitate conste[t]
reuolutione actorum; & de Iustitia appareat
latè deductis sub die 6. Maij 1637. * coram
uerendissimo D. meo Coccino Decano; [licet]
enim D. Franciscus Antonius contraxerit sp[on]
salia cum D. Barbara eius consanguinea in [se]
cuudo gradu, & sub conditione si Papa disp[en]
sauerit; Attamen etiam quod postea superue[ne]
rit dispensatio, visum est, quod D. Barbara n[on]
valeat ipsum compellere ad contrahendum m[a]
1 trimonium per verba de præsenti† in facie Ec[cle]
siç, nisi ad id nouus per eum præstetur assensus
tenent communiter DD. *in cap. super eo, & præ*
puè *Abb. nu.* 8. *Anchar. nu.* 8. *de condit. appos. Felin*
cap. significantibus in fin. de offic. deleg. Siluestr. in s
verbo matrimonium 3. *quæst.* 9. *Tell. Fernand. in l.*
Tauri num. 8. *Bonacin. in tract. de matrim. reg. Au*
dub. 12. *in princip. Aret. cons.* 142 *sub nu.* 30. *Su*
cons. 464 *sub num.* 44. *vers.* 8. *comprobatur Gutt*
Can. quæst. lib. 1. *cap.* 22. *num.* 17. *& seqq.* vbi
probat contrariam opinionem, & respondet i
contrarium adductis, & hanc esse communem
Theologorum testatur *Soto in* 4. *Sentent. dist.*
quæst. 2. *art.* 1. *Ricc. in praxi decis.* 248. *num.* 3. *vers.*
hanc, & Rota semper hanc sententiam sequut[a]
est, *vt in decis.* 60). *num.* 25. *par.* 1. *diuers. Seraph*
deci. 838. *nu.* 12. *& dec.* 1156. *n.* 4. *Mant. decis.* 2
nu. 4. *Buratt. decis.* 203. *num.* 7. *& coram Reuer*
diss. D. meo Decano inter eius impressas decis. 3
nu. 6. *&* 7.

Hanc autem opinionem DD. vti veriorem
præcipuè moti ratione, amplexi sunt, quia Pap[a]
dum in hoc dispensat, non videtur habere rat[um]
2 quod † prius illicitè inter consanguineos gestu[m]
fuerat, sed solummodo impartiri licentiam co[n]
trahendi matrimonium, non obstante impe[di]
mento sibi narrato, ergo clarè apparet, qu[o]
dum Ordinarius dispensat vigore licentiæ Pap[æ]
3 Matrimonium non potest † dici valere vt prius
ex tunc, sed ex nunc, itaut si coniuges noli[nt]
consentire, vel de nouo contrahere, liberi rem[a]
neant, *Cardinalis in cap. super eo in fin. de cond*
appos. Aret. d. cons. 142. *sub nu.* 4. vbi dicit, quo[d]
4 materia matrimoniali hoc receptum est, † quo[d]
si inter inhabiles, & impeditos contrahatur m[a]
trimonium, cessante inhabilitate, & impedime[n]
to non conualidatur ex antiquo consensu, sed e[x]
nouo *Surd. d. cons.* 364 *num.* 45. *& vers. quibus*
vbi reprobat opinionem Butrij, qui tenet co[n]
trarium *Guttier. Canon. quæst. d. lib.* 1. *cap.* 22. *sub*
16. *vers.* 4. *quia, Seraph. d. dec.* 1156. *nu.* 5. vbi quo
Papa

5 Papa non censetur† approbare, quod est nullum, sed solum dare facultatem contrahendi, & sub num. 5. dicit Couarruuiam contrariam opinionem tenentem fateri hanc esse veriorem, *Add. ad Greg. decis. 410. sub n. 8. Mantic. d. dec. 210. sub nu. 4. Buratt. d. dec. 203. nu. 8 vers. Papa enim.*

Præterea pro confirmatione prędictorum ponderabantur etiam *Textus in l. inter stipulantem §. Sacra de verb. obligat.* vbi deciditur, quod si fiat 6 stipulatio de re sacra, vel de re, quæ non est in commercio, nisi de consensu Principis, stipulatio nulla est, & adueniente Principis consensu non conualescit obligatio, quem textum ad hoc propositum ponderat *Abb. in d. cap. super eo, sub nu. 8. de condit. appos. & sub num. eod. vers. sed ego,* 7 addit, quod ad hoc, vt actus retrahatur, † oportet quod potuerit intercedere ab initio per textũ *in l. si is qui pro emptore ff. de vsucap.* sed matrimonium non poterat esse à principio obstante impedimento, ergo non potest retrahi, quod etiam confirmat alia ratione, & quidem solidiori, quia 8 nimirum ex facto à iure improbato † non potest nasci aliqua obligatio *l. cum lex, ff. de fideiuss.* sed in huiusmodi contractu conditionali sola spes est in obligatione, & vigore solius spei, quæ de præsenti non recipit obligationem, contractus non potest valere, aut retrotrahi, quia contractus 9 debet fundari † in aliqua re certa, & stabili, & sui natura dumtaxat possibili *d. §. Sacram. vers. item eum locum cum ex Sacro.*

Addebatur vlterius, quod ista conditio, si Papa dispensauerit tanquam pendens ab arbitrio 10 solius Principis † dicitur impossibilis vt probatur *ex text. in l. apud Iulianom §. fin. ff. de leg. primo,* attenta præsertim dispositione *Sacri Concil. Trid. sess. 24. cap. 5 de reform. matrim.* Cum autem conditio impossibilis habeatur pro non adiecta, 11 † idcirco contractus sub illa celebratus non tenet pulchrè *Aret. d. consil. 142. sub n. 3.* & quidem summa ratione, quia cum sponsalia deriuentur à verbo spondeo, quod significat spontè promitto, contractus sponsalium debet omnino à se reijce-12 re † omnem conditionem impossibilem, & solam liberam promissionem matrimonij futuri continere, *ad text. in l. 2. & 3. ff. de sponsal. l. sponsio, ff. de verb. sign. Soto in 4. sententiarum d. dist. 27. q. 2. art. 1. in princ. Sanchez de matr. lib. 1. tit. de spons. disp. 1.*

Non obstare visum fuit, quod dicendum sit idem de consensu præstito in sponsalibus, si Papa dispensauerit, ac de Beneplacito Apostolico in alienatione bonorum Ecclesiæ, ita vt sicut alienatio tenet sequuto Beneplacito ita & promissio facta in sponsalibus sequuta dispensatione Papæ; fuit enim responsum maximam esse differentiam inter prædicta, nam bona Ecclesiastica verè pertinent ad ipsam Ecclesiam, cuius rei alienatio 13 † habet implicitum statum validitatis, saltem ipse Ecclesia non reclamante *Marescott. var. resol.* 14 *lib. 1. cap. 14. num. 8.* fauore Ecclesiæ † contractus claudicat *Mant. decis. 201.* & sic non est mirum, si post obtentum beneplacitum absque alio contrahentium consensu alienatio teneat, sed hoc non militat in sponsalibus inter consanguineos in gradu prohibito, quia isti de iure interdicti 15 sunt contrahere, † & ideo non tempus futurum, sed præsens est attendendum, ita *Gregor. d. decis. 410. sub num. 4.* vbi latè *Add. sub num. 8. Mant. d. decis. 201. num. 3.* & hoc videtur innuere *Buratt. decis. 203. nu. 6. vers. et supradicta opinio Reuerendiss. Decanus decis. 374. num. 7.*

Non obstat, quod materia sponsalium longè differat à matrimonio in quo, non autem in sponsalibus, requiritur nouus consensus, quia quidquid sit, si sponsalia fuissent contracta inter personas, in quibus nullum adesset ab initio impedimentum, certum est, quod, quando adest coniunctio in gradu prohibito, nouus requiritur consensus, etiam post obtentam dispensationem, 16 quia promissio de re † illicita non obligat *Seraph. d. dec. 838. sub n. 13. & decis. 1156. post princ. et num. 3. Greg. d. dec. 410. n. 1. Buratt. dec. 203. n. 8.* & ex alijs supra relatis.

Nec releuat, quod in sponsalibus adsit promissio iurata de non ducendo aliam in vxorem. quia cum sponsalia essent de sui natura prohibita iuramentum non potest illa confirmare, cum 17 sequatur† naturam actus cui adhæret *cap. quemadmodum 21. de iur. iur. l. fin. C. de non num. pec. Sanchez de matrim. lib. 1. disput. 32. numer. 1. cum seqq. Guttier. de iuram. confirmatorio par. 1 cap. 40. num. 4. Suarez de relig. tom. 2. tract. 5. de iuram. cap. 15. n. 3. lib. 2. Sot. in 4. disp. 29. quæst. 2. art. 1. Viced. de sum. matrim. n. 258. Ledesm. de matrim. quæst. 47. artic. 5.* 18 *dub. 2. conclus. 2.* alias enim iuramentum † diceretur vinculum iniquitatis contra *text. in cap. quanto 18. de iur. iur. cap. necesse 14. cap. inter cætera 22. q. 4. l. non dubium C. de legibus l. si quis pro eo ff. de fideiuss.*

Nec dicatur, quod post obtentam dispensationem interuenit nouus consensus Francisci, dum dixit Iudici, quod nolebat vllo modo cum alia matrimonium contrahere, quia vltra quod est quæstio inter DD. an d. promissio obliget sine 19 acceptatione, † vt post alios negatiuam sententiam tenet *Vasquez disp. 22. num. 39. Hortad. de matrim. difficult. 3. n. 8.* & ideo, cum sit facta ab vno tantum absque alterius coniugis repromissione, 20 † non est sufficiens ad obligandum *Vasquez de matrim. disp. 4. num. 29. Vera crux in appendice ad speculum coniugum dub. 9. Basil. Pont. de matrim. lib. 12. cap. 4.* qui considerat optimas rationes, & respondet contrarijs, & quod nouus consensus in-21 telligitur † cum scientia dispensationis *Mier. par. 2. quæst. 2. num. 22. ibi adueniente dispensatione sit necessarius nouus consensus cum scientia dispensationis,* quod repetit *in 3. p. q. 2. n. 107. Suarez de legib. lib. 8. cap. 25. n. 26.*

Respondetur, quod nouus consensus præstandus est in exequutione dispensationis facienda ab ipso exequtore, non antecedenter, etiam quod fuerit obtenta dispensatio, cum interim sit locus pœnitentiæ, vt post alios supra allegatos tenuit *Guttier. Canon. quæst. d. lib. 1. cap. 22. num. 19.* & facit *Gonzal. ad reg. 8. gloss. 12. sub num. 83. cum seqq. Mant. decis. 201. sub nu. 3. & 4. Buratt. dec. 203. num. 7.*

Reliqua vero, quæ contra hanc opinionem latè deducta fuerunt ab informantibus pro D. Barbara, visa fuerunt non egere alia responsione, cum fuerint plenè sublata in decis. Reuerendiss. D. mei Decani.

Et ita vtraque parte informante decisum fuit.

Decisio ista sub die 6. Martij 1637. in hac eadem causa emanata coram bon. mem. Coccino Decano habetur supra par. 5. rec. tom. 2. decis. 603.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Illerdeñ Decimarum.

Veneris 18. Februarij 1639.

ARGVMENTVM.

Partes Actoris, & Rei in se sumere dicitur, qui respondendo petitioni partis aduersæ institit, & ad sui fauorem promulgari sententiam. Litis contestatio ex prosecutione iudicij facta dicitur, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Testes de præscriptione decimandi deponentes quomodo deponere debeant.*
2 *Respondens petitioni, seu libello aduersarij si insuper ad sui fauorem pronunciari petit vtramque partem, & Rei, & Actoris proposuisse dicitur.*
3 *Litis introductio facta dicitur per prosequutionem iudicij cum citatione partis.*
4 *Exemptio præsupponit ius in vniuersum ad alium spectare.*
5 *Verba vniuersalia prolata ab homine nullam declarationem patiuntur.*
6 *Generalitas verborum ab aliquo prolatorum recipit declarationem à sententia super illis postea sequuta.*
Intelligè, vt num. seqq.
7 *Libellus, seù petitio potest quidem declarare sententiam non è contra.*
9 *Litis contestatio non datur sine animo, & verbo.*
10 *Contumacia Rei impedire non potest contestationem litis, stante voluntate actoris.*

DECISIO CVIII.

Decisio emanata 23. Iunij 1631.* quæ reuidetur, substinet probationem Carlani de Albelda pro plena, & concludenti quoad immemorabilem cum fama priuilegij Apostolici percipiẽdi decimas eiusdem Territorij ad exclusionem Prioris, & Canonicorum illius Collegiatæ, eo quia Testes probant cum omnibus requisitis ad præscriptionem secundum terminos *glos. cap. 1. de præscr. in 6.* & signanter quia ætatem habent, attenta lite mota de anno 1616. super vniuersali decimatione, super qua vti examinati de anno 1622. potuerunt deponere de obseruantia per 40. annos, & quod nihil in contrarium pro toto illo tempore nec viderint, nec audiuerint. Hodie causa super eisdem reproposita, visum fuit ab eadem vltima decisione esse recedendum, quia lis mota fuit super vniuersali iure decimandi de anno 1593. & seu 1594. quæ attenta deficit principale requisitum in testibus ratione eorum ætatis, qui antè litem motam de obseruantia 40. annorum deponere non poterant, & probatione deficiente, decimæ ad Carlanum pertinere non possunt, vti laicum incapacem iuris decimandi.

Inspectis igitur, & accuratè examinatis petitione Prioris, & Canonicorum, & responsione Carlani apparet, quod de anno 1593. 3. Iulij Procurator Prioris, & Canonicorum Ecclesiæ Parrochialis S. Vincentij Villæ de Albenda comparuit coram Episc. Illerdensi, narrando, quod Prior., & Canonici habent, & percipiunt decimas illarum Domorum, & illarum Terrarum dicti loci, & termini de Albenda, quæ habent franchitatem, & ne dd. Prioris, & Canonicorum negligentia, aut incolarum malitia, vel temporis diuturnitate ius Ecclesię de Albelda pereat petijt, & supplicauit mandati omnibus, & habitatoriaus dicti loci de Albelda, Terras, & Domos franchitatem habentes, vt capibrenient, denuncient, & confiteantur se tales Terras habere easque designent per suas confrontationes, & terminos cui petitioni Franciscus Gilabert Carlanus intimatus, respondit sub die 2. Maij 1593. se esse in possessione, vel quasi percipiendi decimas fructuum, qui colliguntur in termino de Albenda, & eo nomine esse generalem Decimatorem in omnimodam exclusionem, & prætensionem Prioris & Canonicorum; Conquerendo quod auproptera de Priore, & Canonicis, quod audeant illum molestare, & in ius vocare singulares, & vniuersitates loci de Albenda cum quibus d. Gilabertus & alijs agros colentibus in dicto Territorio habet, & percipit decimas ad effectum capibreuiandi Terras à quibus debentur, vt asseruit, decimæ dd. Priori, & Canonicis, quæ nullatenus debentur, nec aliquod ius eis competit & propterea petit se ad fidem faciendam de iactatis per d. Communitatem Clericorum, & vt cognoscatur de exceptionibus eidem competentibus, & declarari d. Communitati in prætensis ius non competere, & cogi cessare à quibuscumq; prętensionibus, & molestijs, & pronuniari libere, pertinere, & spectare d. ius percipiendi decimas ad d. Gilabertum, & super præmissis, & alijs deducendis ius & iustitiam ministrari.

Ex hac autem facti narratiua quamuis ex parte Capituli, & illius petitione firmari non possit, quod lis fuerit cõtestata super iure vniuersali decimandi, dum super diuisione decimarum exemptarum, & coactione incolarum ad capibreuiandum, & denunciandum fuerit iudicium institutum coram Ordinario, intimato Carlano. Nihilominus quia idem Carlanus ne dum se opposuit petitioni Capituli excipiendo, & negando Capitulum ius habere cogendi incolas ad denunciandum Terras, & domos exemptas à iure decimandi per Carlanum, sed vlterius processit, narrando se esse generalem Decimatorem in omnimodam exclusionem Capituli, nullumq; ius decimandi eidem competere petendoq; tale ius canonizari, scilicet, pronunciari liberè spectare, & pertinere d. ius percipiendi decimas ad d. Carlanum. Inde sequitur, & partes Rei respondendo petitioni Capituli assumpsisse, & partis Acto-
2 ris † cotra Capitulum in eodem iudicio proposuisse, & vtramq; partem exercere potuisse per *l. Is, à quo fundus, vbi Bart. in princ. ff. de rei vendic.*

dic. l. 3. §. hoc interdum ff. vti possid. l. actionis verb. §. mixtè, ff. de act. & obligation. Francis. in cap. 2. n. 2. de litis contest. in 6. Et cum iudicium prose-
3 cutum † fuerit vsque ad sententiam diffinitiuam Capitulūq; sæpius valide fuerit citatū euitari non potest litis introductio, Clem. 2. vt lit. pend. Guidop. dec. 337. n. 6. Butr. cap. 1. eod. tit. vlt. lit. pend.

Non obstat, quod neq; petitio Capituli in verbis ius vniuersale decimandi comprehendat, neque responsio Carlani per modum actionis proponat tale ius vniuersale decimandi ad se spectare absolutè, & priuatiuè quoad Capitulum sed inhærendo sententiæ arbitramentali per eundem Capitulum productæ, & pro fundamento suæ petitionis allegatæ, Respondit, se certis titulis esse in possessione, vel quasi percipiendi decimas in Territorio de Albelda, & eo nomine generalem, esse Decimatorem, & cum non repugnet compatibilitate, sentententiæ arbitramentali, tribuendo omnes decimas Carlano præter exemptas, & capibreuiatas ad fauorem Capituli, dicebatur potuisse sibi vsurpare nomen vniuersalis Decimatoris respectiuè ad Capitulum, quod erat particularis quoad exemptas
4 dum exemptio præsupponit ius † vniuersum esse penes alterum cap. cum personæ de Priuil. in 6. Caputaq decis. 306. par. 1. Rot. dec. 491. p. 1. rec.

Quoniam fuit responsum Carlanum, neque expressè adhæsiuisse sententiæ arbitramentali neque tacitè, quia non solum asseruit, se eo nomine esse vniuersalem Decimatorem, sed addit, in omnimodam exclusionem prætensionum Prioris, & Capituli, & paulò infra, ibi, quæ nullatenus ei debentur, & in fine ibi, pronunciari liberè pertinere, & spectare d. Ius percipiendi decimus ad d. Carlanum, quæ verba vniuersalia tanquam ab homi-
5 ne prolata, † nullam patiuntur declarationem aut restrictionem ad compatibilem diuisionem, inter exemptos & non exemptos indicandam, Alex. in l. si Patroni n. 15 ff. ad Trebell. Bald. in c. Imperialem in princ. de prohibit. feud. alienat. per Feder. Ossas. dec. 26. nu. 2. Crauett. cons. 256. n. 7. Becc. cons. 28. n. 10. Surd. cons. 551. n. 8.

Nec replicatio tollit obiectum ex eo, quod sententia super petitis, & responsis lata de anno 1616. respexerit, & ipsam ad vniuersum ius de-
6 cimandi, Carlani, & ad particulare quoad exēptos quasi ab eadem sit declaranda, generalitas responsionis Carlani Cassad. dec. 3. nu. 2. de. Iud. Seraph. dec. 290. n. 4. & 212. n. 6. p. 1. rec.

Quia declaratio sumitur quidem à petitione,
7 & libello † non è contra a sententia ad libellum & in hunc sensum loquuntur iura supra allegata,
8 quæ tamen siue ab vno, siue altero interpretentur, † tamquam nimis clara violari non debent nec possunt, vt supra fuit firmatum.

Demum non obstat, quod non detur litis,
9 contestio sine animo † & verbo cap. vnico de litis contest. Specul. eodem tit. nu. 16. Rot. in Nou. decis. 2. eodem pariter titulo. Animus autem Capituli cum deficiut. quia nec negauit, nec impugnauit petitionem Carlani, aut illam confessum est, & quamuis sæpius institutum fuerit, & signāter sub die 13. Iulij 1594. in contumaciam Capituli, litem non contestantis contra eundem relaxari litteras excommunicatorias, & affigi,

nihilominus responderit, non teneri quia procedit summariè, & ad vlteriora procedi debere.

Quia ex sola contumacia Capituli impediri non potest litis contestatio, sed ex voluntate
10 Actoris, † quia animus illius concurrit, & verba sunt apta ad litem contestandam, vt dicit idem Speculi loco citato, quæ duo requisira cum concurrant per supradicta de lite tunc contestata videbatur non posse dubitari.

Et ità &c.

☞ *In hac causa plures emanarunt decisiones, quas omnes congessi supra par. 5. rec. tom. 2. decis. 512.*

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO

posteà S.R.E. CARDINALI.

Viterbien. Census.

Veneris 18. 18. Februarij 1639.

ARGVMENTVM.

Materia obligationis per epistolam inductæ in hac decisione declaratur. Succedens in obligationem alterius in omnibus succedere dicitur ità vt formam à primo debitore promissa mutare valeat.

SVMMARIVM.

1 *Epistola in qua aliquis se constituit debitorem in eo de quo alius tenebatur probat obligationem illius in ea epistola narratam.*
2 *Amplia conclusionem fortius procedere, si non agitur de præiudicio tertij, sed tantum contra heredem ipsius scribentis.*
3 *Scribens epistolam & in ea suscipiens in se obligationem ab alio factam post illius vigore conueniri.*
4 *Constituens se debitore de eo quod vel tertius, vel ipse nudo pacto antea tenebatur ex edicto Prætoris conuenitur.*
5 *Census de sui natura nunquam à creditore potest repeti.*
6 *Debitor census nunquam dicitur debitor sortis nisi, cum declarauerit velle censum redimere.*
7 *Succedens in obligationem alterius dicitur succedere etiam respectu temporis intra quod primus obligatus, suam obligationem adimplere tenebatur.*
8 *Promissio alicui facta, si aliquod negotium fæliciter succedere promittenti non dicitur pura, sed conditionalis.*
9 *Succedens in obligationem alterius non potest mutare obligationem antecedentem à primo debitore factam.*
10 *Scripturæ priuatæ in Archiuio non exhibitæ ad formam Constitutionum Pontificum non probant.*
Epistolæ seù litteræ non subiacent Constitutionibus Pontificium vt exhiberi debeant in Archiuio, num. 10.
11 *Legis natura est dare formam præteritis, non autem futuris negotijs.*

DECISIO CIX.

Confirmarunt DD. decis. factam in hac causa sub die 7. Iunij * anni preteriti in qua dictū

fuit exequendas esse sententias, quæ condem-
nabant Angelum filium, & hæredem Iulio ad
redimendum censum, quem Ioseph, & Paulus
eius frater imposuerunt super proprijs bonis. Et
enim probabatur iustitia sententiarum, quarum
exequutio petita fuit ex epistola scripta à Iulio,
& ab eodem missa Iosepho; in qua ille ei promi-
sit, quod nullum passurus erat damnum occasio-
ne huius census cum ipse in se suscepisset omnia
illius onera tam respectu solutionis fructuum,
quam redemptionis sortis eodem modo, quo
eamdem obligationem antea in se susceperat
Fabius iam socer. Hæc enim epistola non so-
lum poterat probare onbligationen quam fece-
1 rat Iulius quatenus continebnt factum † cuius
occasione in ea obligatione successit *vt notatur
in l. publ. §. vlt. ff. depositi, & in l. Titius Seio, ff. de
constit. pecunia, vbi Bart. n. 1. Bal. n. 2. Iason. in l.
sciendum nu. 4. in fine, ff. de verb. oblig.* præsertim
cum ea probatio non deberet nocere tertio,
2 † sed Angelo qui erat illius heres, *vt considerauit
Iason. in d. l sciendum eodem n. 4. & in l. admonend.
n. 139. ff. de iur. iur. Abb. in cap. 2. n. 7. de fide instrum.
& ibi etiam Decius n. 3. Felin. n. 17.* sed poterat
eadem Epistola parere effectum veræ obligatio-
nis propter declaretionem, quæ in illa etiam
continebatur quod Iulius volebat suam esse de-
bere in posterum eam obligationem, & quod
3 idem curaturus erat, † vt Ioseph cui eam episto-
lam scribebat nullum damnum passurus esset oc-
casione huius census, quia ea verba dicebantur
continere veram obligationem, cuius occasio-
ne poterat Iulius conueniri, vt subiret omnia
onera eiusdem census *vt notatur in d. l. Titius Seio,
& in l. vlt. ff. eod. tit. de constit. pecunia vbi Bart. n. 1.
Bald. nu. 2. & in rub. C. eod. tit. nu. 15. Castr. cons.
398. n. 1. lib. 1.* quæ actio procedit ex edicto
prætoris, & datur contra eum qui se constituit
4 soluturum aliquid, † quod vel ipse antea debe-
bat, ex nudo pacto vel alius erat ex quacunq;
causa obligatus *vt notant DD. in l. 1. ff. eod. tit.* &
ibi *Castr. n. 3. & in §. de constituta instit. de act. Frãch.
dec. 343. n. 2.*

Neque hæc oblatio Iulij ideo poterat dici mi-
nus efficax eo quia non contineret aliquod tem-
pus intra quod idem census redimi deberet. Vn-
de dicebatur illius redemptionem relictam fuis-
arbitrio debitoris qui propterea cogi non po-
tuisset a creditore ad eam redemptionem facien-
dam, quod erat conforme naturæ huius contra-
5 ctus census qui debet ita constitui, † vt nunquam
illius prætium repeti possit vt super eodem con-
tractu *tradit Buccac. in tract. de censibus p. 2. n. 3.
Felic. eod. tit. tract. lib. 1. cap. 1. num. 18. Rota in Me-
leuiten. census 26. Martij 1615. coram Reuerendiss.
D. meo Decano* adeo vt venditor nunquam dica-
6 tur illius † debitor nisi postquam declarauerit
quod volebat idem prętium restituere emptori,
& censum redimere vt Rota considerauit *in vna
Meliten. bonorum. 16. Februarij 1604. coram Iusto,
& in Romana census 13. Maij 1630. coram R. P. D.
meo Merlino, & tradunt Modern. Perusin in tract. de
censib. p. 3. e. 1. qu. 1. art. 4.* Etenim hæc difficultas
tollebatur ex verbis ipsius epistolæ, quia Iulius
in illa confessus fuerat se conuenisse cum Fabio
cuius erat debitum eiusdem census propter obli-
gationem quam ille fecerat fauore Iosephi pri[...]
debitoris, & in se suscepisse onus, tam soluen[...]
fructus, quam redimendi illius sortem, & ita
licet in in hac obligatione non contineretur al[...]
quod tempus intrà quod debuisset fieri ea reden[...]
ptio tamen illa intelligenda erat secundum obl[...]
gationem Fabij, qui voluit ad eam cogi posse
intra annum, quia idem tempus censeri debeba[...]
7 † in esse etiam eius obligationi dum ipse succe[...]
dere voluit in locum Fabij *argum. text. in l. si qu[...]
cum §. qui iniuriarum, ff. si quis cautionibus, & pr[...]
bat in his terminis text. in l. delegare 11. ff. de nou[...]
tionibus, & in l. vlt. C. eod. tit.*

Neque poterat contrarium desumi ex poste[...]
rioribus verbis eiusdem epistolæ dum Iulius in
ea scripsit se quam primum venturum ad Ciuita[...]
tem Viterbij, & redempturum hunc censum [...]
felicitet sibi cessisset, quædam negotiatio; Vnde
inferebatur eiusdem census extinctionem nunqu[...]
8 promissam fuisse pure † cum pendere deberet [...]
futura conditione, & felici exitu eius negotiatio[...]
nis *argum, text. in l. inter stipulantem §. sarram. ff. de
verb. oblig. & notant ibi DD. & in l. cum certus ff. de
tritico vino, vel oleo legato, & probat. text. in l. inter-
dum. 73. ff. eodem tit. de verb. oblig.* Hæc enim
verba non poterant dici contraria superiori pro-
missioni, quia Iulius tempore, quo scripsit eam
epistolam erat impeditus morbo, quo minus ve-
niret ad Ciuitatem Viterbij, & ideò promisit,
quod illuc venturus erat, & soluturus fructus de-
bitos statim atque fuisset ab eo morbo liberatus,
dum verò postea subdit, quod etiam redemptu-
rus erat sortem census si felicem exitum habuisset
aliud negotium, quod tunc præ manibus habebat
hæc rectè ostendere possent pro pensionem, & vo-
luntatem Iulij extinguendi censum non tamen
significabat, quod antea id promissum non fue-
rat, aut relictum eius voluntati. Et pro declara-
tione contrariæ voluntatis contrahentium nimi-
rum Pauli, & Iosephi priorum debitorum, & Fa-
bij eorũ successoris cui deinde successerat Iulius,
concurrit maxima verisimilitudo quia Paulus, &
Ioseph qui primum hunc censum imposuerunt su-
per suis bonis, vt illum redimerent vendiderunt
tot boues Fabio, qui cum statim soluere debuis-
set illorum pretium promisit illud erogare intra
spatium vnius anni eiusdem census extinctioné;
9 cui obligationi † cum successerit Iulius non po-
tuit ille mutare antecedentem obligationem,
quam fecit Fabius fauore priorum debitorum,
*vt probat text. expressus in l. vlt. C. de nouationibus, &
notat ibi Bald. in princ. & in l. frustra C. de non num.
pecun. & tradunt DD. in l. qui vsumfruct. ff. de verb.
oblig.* & ibi *Angel. 2. num. 2. Castr. num. 3. Ales.
nu. 6. & 7.*

Neque poterar impugnari fides eius epistolæ
eo quia illa nunquam exhibita fuisset in Archi[...]
quæ solẽnitas dicebatur necessaria ad illius pro-
bationem, tam ex Constit. Sixti V. qui inter
alias est de nouo Bullario 83. in ordine, quam
ex noua Constit. S. D. N. super instit. Archiuij
10 Vrbani, ex quo capite reiecit Rota † simiies scri-
pturas priuatas *in vna Perusina pecuniaria 28. No-
uembris 1612. coram Manzanedo*; Etenim Constit.
Sixti, non loquebatur de literis, quæ mittuntur
absentibus, sed de alijs priuatis scripturis, quæ
prin-

principaliter factæ fuerunt, vt aliquis se obligaret fauore alterius, siue, quæ continerent solutiones occas. præcedentis obligationis, Noua verò Constit. Sanctiss. nõ derogabat probationi, quę colligetur ex eadem epistola contra Iulium, qui illam scripsit tum ex hoc capite, quia neque ipsa aliquid disponebat super literis scripsit absentibus tum etiam ex alia, quia ea epistola scripta fuit anno 1603. Vnde non poterat illius fides improbari ex eadem Const. quæ fuit edita an. 1625. & ita post annos duos, & viginti, quam ea epi-
11 stola scripta fuit contra naturam legis,† quæ formam dare solet præteritis non; autem futuris negotijs, *vt probat text. in l. leges 7. C. de legibus, & in auth. de nuptijs in princ. & in l. vsuris C. de vsuris, et notat gloss. in d. l. leges in verbo futuris Bald. in l. vlt num. 1. Cod. de pact. pignor. & in l. illam num. 2. C. de donat.*

Et ita vtraque &c.

Decisio in hac causa facta sub die 7. Iunij anni præteriti habetur supra in hac eadem parte decis. 57.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO, SAC. ROT. DECANO.

Fauentina Dotis, seu successionis.

Lunæ 2. Februarij 1639.

ARGVMENTVM.

Text. in l. hac edictali, C. de secundis nuptijs latè, & doctè in hac decisione declaratur ad materiam statuti deferentis viro certam partem dotis. Hinc plura de dote, & statuto disseruntur, & quod dos per fratrem sorori constituta licèt asseratur de bonis fratris fuisse traditam tamen si soror renũciauit iura successionis, propter renunciationem, & sic de proprio traditam fuisse dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ constat ex reuolutione actorum si fuerunt reseruata requisita necessaria.*
2 *Vigore l. hac edictali prius deduci debet filiorum legitima, deinde residuum diuidi debet inter eosdem filios Vitricum, seu Nouercam.*
3 *L. edictali derogare potest statutum.*
4 *Forenses non ligantur statutis loci, cui non subiacent, & num. seq. vbi amplia.*
Statuentes iurisdictionem exercere non possunt in forenses, nu. 4.
5 *Amplia siue statutum loquatur in personam siue in rem.*
6 *Statuta quibuscumque verbis concepta forenses non ligant, & num. seqq.*
8 *Dotis exactio censetur destinata in loco, vbi vir habuit domicilium.*
Statutum loci domicilij viri attendi debet quoad lucrum dotis, num. 8.
9 *Statutum vt operetur vtraque subiectio requiritur, rerum scilicet, & personarum copulatiuè.*
Amplia conclusionem procedere etiam in lucro dotis debito in vim statuti, ibidem & n. 10.
11 *Pactum initum cum matre dè superlucranda dote vel parte filijs primi matrimonij præiudicare non potest.*
12 *Filius primi matrimonij si matris est hæres possit nè impugnare pactum ab ea factum super lucro dotis, & num. 13.*
14 *Filij vigore l. hac edictali venire possunt ex persona propria contra voluntatem matris, non autem vti illius hæredes.*
15 *Pactum de lucro dotis initum post contractum matrimonium filijs primi matrimonij præiudicare non potest.*
16 *Mulier si expressè l. hac edictali non renunciauit non censetur sibi, aut eius filijs ex primo matrimonio præiudicare voluisse.*
17 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 130. de dote à fratribus profecta procedit in dote de proprio à fratre constituta, & seq.*
18 *Tex. in l hac edictali procedit in dote per fratrem sorori constituta ex bonis proprijs sororis vel eius ascẽdentium, & num. seq.*
20 *Tex. in l. hac edictali procedit etiam si secundo viro maior dos constituta fuisset, quam primò.*
21 *Frater dotem sororis constituens si prætendit illam ad se debere reuerti vig. Stat. Vrbis probare debet de proprio dotem constituisse.*
22 *Dos licet apparet de proprio fuisse per fratrem constitutam, tamen si soror iura successionis ad fauorem fratris renunciauit propter renunciationem, & sic de proprio datam fuisse censetur ibidem, & num. seqq.*
23 *Dos censetur data de pecunijs mulieris ob renunciationem correspectiuè factam.*
24 *Dos vbi mulier renunciat, censetur subrogata in locũ bonorum renunciatorum.*
25 *Filia dotata à Patre potest nihilominus in bonis illius augumentum petere vsque ad congruam dotis.*
26 *Filia etiam stante statuto exclusiuo fœminarum succedit in bonis matris si concurrant solum filij masculi alterius matris.*
27 *Legitima debetur vna cum fructibus.*
28 *Spes succedendi dicitur æstimabilis etiam viuente hærede grauato cui succedi debet.*
29 *Spes succedendi vendi potest, & in contractum deduci.*
30 *Enunciatiua sola non probat, quando principaliter agitur de enunciato.*
31 *Excessus regulariter non præsumitur.*
32 *Excessus minimus non habetur in consideratione.*
33 *Stipulatio restitutionis dotis facta cum clausula,* aut cui vel quibus de iure *perinde habetur ac si facta non fuisset.*
Iuris dispositio attendi debet in restitutione dotis facta cum clausula, aut cui vel quibus de iure *non autem ordo verborum aut personarum, num. 33.*
34 *Frater non potest sibi stipulari restitutionem dotis quam sororis de bonis parentum, vel proprijs constituit.*
35 *Frater non potest pacisci dotem sorori sibi restitui in præiudicium filiorum primi matrimonij.*

DECISIO CX.

Apollonia Fensonia nupserat Martino Vespignano Brisighellensi cum dote librar. 4800. monetæ illarum partium, eoque defuncto quatuor

tuor liberis ex dicto matrimonio pro creatis iterũ nupsit D. Io. Baptistæ Laderchio Fauentino, occasione cuius matrimonij D. Io. Baptista Fenzonius dictæ Apolloniæ patruelis frater, dum esset in Vrbe prædictam dotem librarum 4800. auxit vsque ad summam lib. 15. mil. quas certis statutis temporibus præstare promisit sub ea tamen lege, quod prædicta Apollonia cederet ad sui fauorem, prout cessit, quibuscumque iuribus ac prætensionibus quas habueret super bonis, paternis, maternis, ac Michaelis fratris prædefuncti, vt latius in capitulis matrimonialibus, & instrumento dotali continetur.

Cumque dicta Apollonia prædecessisset ex isto secundo matrimonio nulla relicta prole, præfati quatuor liberi ex priori matrimonio suscepti iudicium tam contra Laderchium Vitricum pro restitutione dotis ei solutæ, quam contra D. Fenzonium Auunculum pro solutione residui augmenti eiusdem dotis ab eo promissi coram A. C. introduxerunt, qui sententiam protulit, qua dd. Laderchium, & Fenzonium ad restituendum, & respectiuè soluendum dictis quatuor filijs ex priori matrimonio tertiam partem d. dotis libr. 35. mil. pro eorum legitima, necnon quatuor ex quinque partibus residui eiusdem dotis condemnauit; causaque appellationis à d. sententia interiectæ mihi commissa, dubitaui, an illa esset confirmanda, vel infirmanda, & Domini confirmañ esse vti validam, & iustam responderunt.

Validitas namque constat ex reuolutione a-
1 rum, † in quibus apparet omnia requisita interuenisse iuxta *decis. Caputaq. 262. part. 2.* passim à Rota receptam.

Iustitia verò liquet ex aperta iuris dispositione *in l. hac ædictali. C. de secund. nupt.* qua cauetur maritum superstitem ex bonis vxoris prædefunctæ cum liberis ex priori matrimonio non posse plus consequi, quàm vnum ex dictis filijs prioris matrimonij; Vnde iure merito A. C. prædictos Laderchium, & Fenzonium ad restituendum, ac respectiuè soluendum tertiam partem dotis d. Apolloniæ pro legitima dd. eius filiorum ex priori matrimonio, necnon quatuor ex quinque partibus residui eiusdem dotis condemnauit cum mens illius legis ea sit, vt ex bonis coniugis prædefunctæ prius deducatur legitima pro fi-
2 lijs ex priori matrimonio, † deinde residuum inter eosdem filios, & Vitricum, seù Nouercam æqualiter diuidatur iuxta veriorem, & magis receptam sententiam quam tenuere, *glos. in cap. 8. incip. optimè verb. quippe Auth. de nupt. Bald. in dicta l. hac ædictali num. 20. & in l. 1. num. 9. & 10. vers. præterea, C. de inoff. dotib. idem Bald. cons. 12. numer. 3. post med. vers. item sciendum lib. 5. Castr. cons. 150. col. 3. ante med. vers. sed præsupposito, & cons. 348. col. 2. vers. nam quod filius, & cons. 462. lib. 2. Granett. consil. 194. num. 1. Dec. consil. 245. num. 2. in fin. vers. vlterius tamen Eugen consil. 76. num. 87. & seq. lib. 1. Ruin. cons. 94. num. 5. versic. quod autem lib. 5. Soccin. sen. consil. 35. numer. 19. lib. 4. Fachin. controuer. iur. lib. 3. cap. 70. versic. contrariam sententiam, Moln. de rit. nupt. lib. 3. quæst. 37. nu. 6. & seqq. Roland. de lucr. dot. qu. 27. num. 3. & seqq. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 2. numer. 185. Mangil. de imput. quæst. 7. num. 5 diern. in d. l. hæc ædictali quæst. 7. numer. 14. Alex. in addit. ad Bart. in ead. l. hæc ædictali Thes. decis. 184. num. 4. Hieron. Laurent. dec nion. 95. num. 9. in fine, Gipsius in addit. ad Bonon. diuers. 61. sub vers. hoc autem.*

Eamque Rota sequuta fuit coram *Cresc cis. 4. ad fin. de testam. & decis. 756. num. 2. par. 3. diuers. & in Bonon. Indemnitatis coram mem. D. meo Seleucien. impressa per Gionag cons. 10. num. 22. lib. 2. & Imolen. Lucri dotal May 1622. coram R. P. D. meo Merlino in Ro Legati 27. Marty 1634. coram R. P. D. Verosp in Romana quarti dotalis 15. Decemb. eiusdem & 15. May 1635. coram eodem.*

Non obstat Statutum Fauentinum ru
lib. 3. quo cauetur virum superstitem lucra
3 midiam totius dotis † vxoris prædefunctæ
obstantibus liberis ex priori matrimonio c
expressa derogatione *d. l. hac ædictali*, cui p
derogari per statuentes sentierunt *Bald. in l.
vers. & præmitto, C. de inoff. dotib. & consil.
num. 9. lib. 1. Dec. cons. 19. num, 2. vers. sec
casus Abb. cons. 569. num. 2. Paris. cons. 92 nu
& seqq. vol. 3. Roland. consil. 72. num. 3. v
Surd. cons. 401. num. 18. & seqq. vol. 3. Ber.
mil. 119. num. 1. Gratian. discept. 30. num. 6.
decis. 113. num. 4. vers. nam aliquando Rot. dec.
nu. 3. par. 1. diuers. & in Bonon. Releuationis In
nitatis 23. Marty, & 17. Decembris 1618. c
bon. mem. D. meo Seleucien. & in dicta Imolen
cri dotalis 30. May 1622. coram R. P. D. meo M
lino, & coram Buratto decis. 3099. num. 7.* &
specie statuti Fauentini videtur sensisse *Greg.
decis. 173. num. 7.*

Quoniam (quicquid sit de validitate dicti S
tuti) responsum fuit illud non procedere co
filios dictæ Apolloniæ ex priori matrimon
4 quia cum sint Brisighellenses non ligantur † S
tuto Fauentino ex defectu potestatis statuenti
qui contra forenses iurisdictionem exercere n
valent, vt in his terminis dixerunt *Castr. cons.
num. 1. vers. sed certe par. 2. Rimin. sen. consil.
num. 13. Albert. Brun. in tract. quod stantibus
sculis art. 6. num. 14. Decian. consil. 35. numer.
lib. 1. Rimin. iun. cons. 484. num. 28. & seqq.
noch. consil. 672. num. 1. Gerard. Mazol. consil. 1
num. 14. vers. & dum dixi cum seqq. Bertrand. in
l. hac ædictali num. 53. vers. addo etiam Roland.
lucr. dot. quæst. 36. per tot. Phanucc. eod. tract. g
quinta, num. 40. Carpan. ad stat. Mediolan. cap. 2
numer. 316. part. 1. Flauius Tort. ad statut. Pap
rubr. 121. num. 147. Federic. de Senis in tractat.
lucr. dot. quæst. 28. fol. 87. Ciriac. controu. 527.
mer. 62. tom. 3.* latè *Franc. Becc. consil. 141. num.
ad med., & seqq. lib. 2. Magon. decis. Floren. 1
num. 7. & seqq.*

Idque indistinctè procedere siue Statutum l
5 quatur † in rem, siue in personam reiecta disti
ctione *Bart. in l. cunctos populos nu. 33. C. de sum
Trinit.* & aliorum quos refert, & sequitur *Sur
cons. 91. num. 8.* sæpè Rota respondit, & signa
ter *in Narnien. Successi. 22. May 1628. coram R. P. D.
Merlino quæ est decis. 177. num. 13. part. 5.* recen
vbi aliæ decisiones recensentur, & quidem opt
6 ma ratione † cum non cortex verborum quidqu
statuen-

statuentes intelligant, sed eorum potestas attendi debeat, quæ cum sit limitata territorio eorundem statuentium *l. Duumuirum, C. de decurion. libr. 10.* vtique quibuscumque verbis illa con-
7 cepta † sit extra d. territorium extendi non valet, vt bene deducitur in *d. Narnien. success. coram R.P.D. meo Merlino.*

Nec placuit replicatio quod prædicta procedunt in dote quæ fuit constituta in bonis stabilibus extra territorium statuentium, secus autem
8 in dote, quæ prout hic, fuit constituta in † pecunia, cuius exactio cum censeatur destinata in loco, in quo Vir domicilium habet iuxta *l. exigere, ff. de iudic.* Statutum loci eiusdem Viri quoad lucrum dictæ dotis attendi debeat iuxta distinctionem quam sequi videntur, *Bald. in cap. 1. num. 2. post med. vers. sed in quantitate de iuram. calam. Ruin. cons. 58. num. 12. versic. & dato vol. 3. Morot. cons. 53. num. 14. vers. & hæc responsio Roland. de lucr. dot. quæst. 20. num. 7. Phanucc. eod. tract. glos. 9. num. 34. ante med. vers. nec obstat, & num. 35. vers. si tamen cum alijs relatis per Giurb. in consuetud. Messan. cap. 1. glos. 1. par. 1. num. 65.*

Etenim quicquid sit de dicta distinctione respectu vxoris, illa nõ visa fuit applicari respectu dd. filiorum prioris matrimonij, qui cum sint omninò forenses, statuto Fauentino ligari non possunt etiam si dicta dos eorum matris vti constituta in quantitate diceretur posita in terri-
9 torio Fauentino cum ad hoc vt statutum † operetur vtraque subiectio rerum scilicet, & personarum copulatiuè requiratur iuxta Theor. quam plurimis relatis firmauit *Rot. in d. Narnien. successionis coram R. P. D. meo Merlino*, & in specie statuti de lucro dotis firmant *Becc. d. consil. 141. num. 12. vers. minus impedit Rim. iun. d. consil. 484. num. 31. & seqq. Roland. de lucr. dot. quæst. 26. sub num. 11. versic. imo plus dicitur*, vbi quod etiam si
10 bona sita † essent in territorio statuentium, adhuc filij primi matrimonij forenses non ligarentur lege statutaria.

Minus obstat pactum initum in instrumento dotali super restitutione dotis facienda iuxta formam stat. Fauent. Quia cum dispositio *d. l. hac ædictali* emanauerit fauore filiorum ex priori ma-
11 trimonio, & in odium coniugis ad secundas nuptias conuolantis, d. pactum initum cum Apollonia matre eius filijs ex priori matrimonio præiudicare non potuit *Bart. in d. hac ædict. nu. 1. & 2. Menoch. consil. 469. num. 2. Decian. dicto consil. 35. num. 34. & seqq. lib. 1. Rimin. iun. d. consil. 484. num. 25. Molin. d. tract. de rit. nupt. lib. 3. quæst. 47. num. 3. per tot. Mant. de tac. lib. 12. tit. 33. numer. 11. Rota in d. Romana quarti dotalis coram R.P.D. meo Verospio.*

Nec dicatur d. filios tanquam hęredes Apollo-
12 niæ matris non posse factum illius impugnare, ac proinde teneri dictum pactum approbare, vt in specie sensisse videntur *Decian. cons. 19. num. 6. vers. nec obstat quod saltem Io. de Amic. cons. 3. n. 22. Surd. d. cons. 91. num. 11. versic. secundo respondeo vsque ad num. 19.*

13 Nam vltra quod contrarium † tenuerunt *Bald. cons. 161. sub num. 1. lib. 5. Crauet. cons. 200. nu. 5. Honded. cons. 14. num. 36. lib. 1. idem Surd. cons. 237. num. 19. vers. postremò non obstat, Phanuc. in tract. de lucr. dot. glos. 5. num. 45. versic. sed de hoc dubito, & in tract. de inuent. par. 7. num. 113.* vbi testatur de magis communi, & reprobat. *Dec. & Io. de Amic.* supra in contrarium allegatos *Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 2. n. 176. Manent. cons. 15. num. 7. & seqq. Gramm. decis. 93. num. 9. Hieron. de Laur. dec. Auenion. 95. num. 1.*

14 Obiectum † remouetur ex facto cum nullibi appareat d. filios Apolloniæ esse aut egisse tanquam hęredes illius, sed venire ex eorum propria persona vigore *d. l. hac ædictali*, quæ dat facultatem filiis vt possint ex persona propria venire contra voluntatem matris, *Bald. d. cons. 61. nu. 1. post med. vers. præterea licet nepos, Becc. d. cons. 141. nu. 13. ad med. Surd. cons. 71. nu. 12. & seqq.*

Prædictaque facilius procedere visa fuerunt tũ quia capitula matrimonialia inter dictos cõiuges inita fuerunt post contractũ matrimonium, vt in
15 eisdem capitulis apertè dicitur, † ac proinde cum dos censeatur ab initio promissa iuxta terminos *d. l. ædictali*, dicti coniuges non potuerunt deindè pactum inire contrarium in præiudicium filiorum primi matrimonij quibus erat ius quæsitũ prout in terminis dixerunt, *Manent. cons. 16. n. 17. Trentacinq. var. resol. lib. 3. tit. de matr. resol. ad finem vers. pro complemento* vbi de communi *Menoch. cons. 9. num. 2.* vbi pariter de communi.

Tùm etiam quia dicta Apollonia non renunciauit expressè dispositioni *d. l. hac ædictali*, quæ
16 propterea † non censentur ob dictum pactum sibi aut eius filijs ex primo matrimonio præiudicare voluisse *Bald. d. cons. 161. n. 2. vers. item nec intelligitur lib. 5. Ferrett. in add. ad Guidopap. dec. 228. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8 p. 4. n. 49. Hodiern. in d. l. hac ædictali q. 11. num. 128. & 129.*

Non obstat, quod prædicta sententia detegatur iniusta saltem respectu D. Io. Baptistæ Fenzoni dictæ Apolloniæ fratris, qui cum illius dotem lib. 4800. primo Viro constitutam occasione secundi matrimonij auxerit vsque ad summam lib. 15. mil. defuncta d. Apollonia sorore sine li-
17 beris ex isto secundo matrimonio dictum † augmentum reuerti debeat ad eumdem fratrem dotantem vigore statuti Vrbis in cap. 130. lib. 1. vbi contractus super dicto augmento celebratus fuit.

Nam quatenus esset attendendum statutum Vrbis, responsum fuit illud procedere in dote
18 quam † frater de proprio sorori constituit, vt liquet ex illius lectura; secus autem in dote, quæ constituta fuit à fratre ex bonis paternis, maternis, vel ex alijs eidem sorori debitis, quia tunc
19 cum talis dos siue illius † augmentum censeatur constitutum ex bonis eiusdem sororis, dispositio *d. l. hac ædictali seruari debet*, prout aduerterunt, *Bald. ibid. num. 33. ad finem vers. non idem dicerem, C. de secund. nupt. Curt. iun. cons. 122. num. 11. vers. subdit postea Rolan. de lucr. dot. q. 28. n. 2. vers. tamen, Molin. de rit. nupt. lib. 3. q. 48. n. 5. & latius qu. 60. num. 2.* vsq; ad finem vbi testatur de magis communi, *& sub nu. 18.* inquit dispositionem *d. l. ædictuali* procedere
20 etiam quando secundo † viro datur maior dos, quam data fuerit primo, cum non attendatur nudum ministerium dotantis, sed ex cuius bonis sit dotatio, *Crauett. cons. 142. num. 10. Cagnol. ad decreta Montis Ferrati 73. §. 6. num. 7.* In proposito au-

to autem tantum abest quod D. Fenzonius, qui se fundat in d. statuto probet qualitatem ab eodem statuto requisitam, sicque augmentum di-
21 ctæ dotis Apolloniæ sorori, † de proprio constituisse, prout concludenter probare tenetur, vt in specie prædictam conclusionem firmant *Grat. discept.504.num.9.& seqq.Idem D. Io. Baptista Fenzonius ad Stat.Vrb.lib.1.cap.130.num.14.Rot. in Romana Restitutionis dotis 17. Martij 16*0. *coram Sacrato impress.per Cencium post tract.de censib. dec.38. iuxta Modern.imeress.* quinimò visum fuit constare de contrario; licet D. Fenzonius d. augmentum
22 † de proprio soluere promiserit, vt elicitur ex capitulis matrimonialibus, ibi, *Che il medemo fratello supplischi del suo proprio, il complimento della sudetta dote, &c.* necnon ex eodem Instrumento dotali, ibi, Residuum verò prædictæ dotis, idem D. Io. Baptista realiter, & cum effectu soluere, & exbursare de proprio promisit, &c. Nihilominus aduertebant Domini d. augmentum fuisse promissum contemplatione omnium iurium actionum, & prætensionum, quas d. Apollonia cessit, & renunciauit ad fauorem eiusdem Fenzonij super bonis paternis, maternis, atque Michaelis alterius fratris prædefuncti, vt elicitur ex verbis immediatè sequentibus, sub expressa tamen conditione, vt d. Apollonia stante huiusmodi augmento dotis per eumdem Io. Bapt. facto, &c. solemnem cessionem irreuocabilemque inter viuos donationem facere teneatur in fauorem ipsius Io. Baptistæ, & suorum omnium eius iurium prætensionum, & actionum, &c. quia sic, &c.& non aliàs, &c. qua stante cessione, d. augmentum censetur constitutum ex bonis pro-
23 prijs eiusdem † mulieris, illudque loco pretij eorumdem iurium, quæ cessa fuerunt subrogatum fuisse, vt in terminis aduerterunt *Soccin.sen. cons. 135.num.1.in princ. & vers. ex quibus infert lib. 1.* vbi ait dotem censeri datam de pecunijs mulieris ob renunciationem correspectiuè factam, eumque sequuntur, *Natt cons.14.n.4.& 5.Mascard.de probat.concl.571.n.12.Menoch.de arbitr.cas.88.num 41. vers.vel si ipso mulier*, vbi quod talis dos censetur data mulieri pro sua portione renunciata,
24 cum † qua præsumitur compensare voluisse; Nàm quando mulier renunciat propter dotem, censetur dos subrogata in locum bonorum, quibus ipsa renunciat, vt inquit *Alexan.in l.pactum nu 7. ad finem vers.pro hoc facit, C. de coll. Natt. in cap. quamuis num.131.de pact.in 6.* vbi etiam *Couar.p.3. §.3.num.7.vers.& præterea Guttier.glos. vlt. num. §. post med.*

Nec dicatur, quod iura, & prætensiones, quibus d. Apollonia renunciauit, nullam, vel modicam haberent subsistentiam ex eo quod respectu bonorum patris, cum illa esset dotata in eius testamento in lib. 2500. quibus pater in codicillis voluit, eam esse contentam, nil aliud ex eius hæreditate consequi debebat ex dispositione tàm paterna, quàm Statuti Brisighellen̄ exclusiui fœminarum ob masculorum existentiam, respectu verò bonorum Elisabettæ matris, d. Apollonia vigore testamenti eiusdem matris iam fuerat consequuta lib.1000. quæ portionem maternam sibi debitam adæquare præsumuntur, Respectu denique legitimæ Michaelis fratris ab eadem Apollonia prætensæ ex persona matris defu[...] illa vel esset modica, vel Apollonia non po[...] eam consequi viuente d. Io. Baptista alter[...] tre ex testamento eiusdem matris. Quonia[...] ampla cessione, ac renunciatione omniu[...] rium actionum, & prætensionum, quam d. A[...] lonia fecit contrarium elici visum fuit.

25 Siquidem ipsa renunciauit † non solum b[...] paternis in quibus habebat saltem ius conseq[...] di augmentum vsque ad congruam dotem ad[...] vt decenter nubere posset, *Serap. dec. 66*5.*nu*[...] *Menoch.præsumpt.189.num.158.vers.4. accedit* [...] aliis relatis *in Romana augmenti dotis 30. Ma*[...] *1629. coram bon.mem.Card.Virili.*

Sed etiam bonis Elisabethæ matris in qu[...]
26 cum d. Fenzonius esset filius alterius † ma[...] nihil prætendere poterat, sed Apollonia dum[...] xat succedebat etiam stante statuto exclu[...] fœminarum ob existentiam masculorum p[...] dixerunt *Corn. cons. 314. num. 3. & seqq. lib*[...] *Brun. in tract. quod stantibus masculis art. 12*[...] *mer.297.*

Præterea inter bona materna aderat etiam [...] gitima eidem matri debita in successione [...] chaelis fratris prædefuncti, vel saltem 10. p[...] centenario, iuxta Stat. Brisighell. in legitim[...] imputanda, necnon fructus eiusdem legitim[...] die obitus Michaelis vsque ad diem augment[...]
27 dotis, † cum legitimo debeatur vna cum fruc[...] bus, *l.Papinianus, §.vnde si parens, ff. de inoff.* [...] *stam.* cum alijs relatis *à Merlin.de legitim.lib.2.ti*[...] *qu.1.num.3.& seqq.*

Vlterius d. Apollonia vigore fideicommi[...] paterni fuerat substituta D. Fenzonio fratri p[...] illius obitum, cumq; ipsa esset iunior sicque h[...] beret spem probabilem succedendi in d. fideico[...] misso dicta spes tempore renunciationis erat a[...]
28 mabilis † quamuis D. Fenzonius hæres grauat[...] tunc temporis viueret, *Bart.in l.is potest num.11.* [...] *de acquir.hæred.Alex.ibid.num.5. & 6.Laderch. co*[...] *28.n.12.in fin.*

29 Eaque potuit vendi, & in alium contractum [...] deduci *Bald.in l final.n 3. vers quædam est spes,* [...] *de pact.Laderch.d.cons. 28. n. 3 Pereg. de fideicom*[...] *art.23.num.62,*

Hinc non obstat enunciatiua facta in instr[...] mento dotali in quo dicitur d. augmentum sup[...] rare valorem prætensionum quas d. Apollonia[...]
30 habere posset; Nam vltra † quod sola enunci[...] tiua non probat quando prout hic agitur princ[...] paliter de enunciato, *Paris.con.94 n.19.lib.1.P*[...] *dec.371.n.2.lib.1.in correct.Rot.dec.508.n. 1. par.* [...] *rec.* cum non contineat certam summam in qu[...] prætensus excessus verificari possit non mere[...]
31 attendi, † cum regulariter excessus non præs[...] matur *Card.Serap.dec.1189.n.2.* Et in omnem eu[...]
32 tum ille posset verificari etiam in minimo † de [...] quo lex curare non solet *l.scio, ff.de in integ. re*[...] *Ias.in l.sciendum n.7.& seqq.ff. qui satisdat. cogan*[...] *Crauet.cons.182 n.15. & seq.* prout in simili de[...] clausula. Et quod plus valet dixerunt cumula[...] per *Boer.dec.142.n.7.& seq.& Fachin.controu. lib.* [...] *cap.19.post princ.*

Denique non obstat, quod D. Fenzonius fue[...] rit stipulatus ad sui fauorem restitutionem d. do[...] tis prout inferebatur ex illis verbis in casu resti[...] tutio-

tutionis dotis d. D. Capitan. Laderchius promisit eidem D. Apolloniæ, aut illius hæredib. aut cui, vel quibus de iure debitum eodem D. Io. Bapt. Fenzon. vna mecum Notario pro ea, & eis atque etiam pro se ipso respectiuè præsente acquirente, & legitimè stipulante, &c Et ideò saltem ex hac partium conuentione d. augmentum ad eundem Fenzonium reuerti debeat. Nam vltra quod d. stipulatio non fuit concepta simpliciter sed cum verbis, aut cui, vel quibus de iure, quæ
33 operantur, vt ordo iuris, id scilicet, quod † ius disponit, non autem ordo verborum, aut personarum attendi debeat, adeo vt talis stipulatio perinde habeatur, ac si facta non fuisset, prout in specie declarant *Alex.cons.139.n. 3. vers. primo quia lib.2.Crauett.cons.543.n.6.Gabr.cons. 58. n. 16. & n.48.ad med-vers.item ea ratione lib.1.* visa fuit cessare difficultas, quia cum d. augmentum non
34 fuerit constitutum à D.Fenzonio † ex bonis proprijs, sed ex bonis eiusdem Apolloniæ sororis, vt supra ostensum fuit non potiit illius restitutionem sibi stipulari *Luc.de Pen.in l.1.num.47. & 49. vers.si verò dos process.C.de imponen. lucrat. descript. Franc.dec.196.n.1.& seqq.Milanens.dec.10.num.24. Menoch.lib.3.præsumpt.10.n.24. Paschal. de patr. potest.par.2.cap.7.n.22.Fontanell.de pact.nupt.claus.5.*
35 *glos.10.par.1.num.9.* Maximè in præiudicim † filiorum ex priori matrimonio, *Corn. cons.82.n. 3. vol.3.Curt.iun.d.cons.122. n. 11. vers. dicit tamen, Rolan.de lucro dot.qu.28.num.2.Modern.Neap.in d.l. hac edictali qu.26.n.1.& 2.25.& 26* vbi dicit hanc opinionem carere difficultate quando dos, siue augmentum non procedit prout hic ex mera liberalitate donantis.

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Episcopo Terracinen.

Romana Societatis Officij.

Veneris 25. Februarij 1639.

ARGVMENTVM.

De obligatione filij familias, latè in hac decisione discurritur ad Stat. Vrbis lib. 1. cap. 152. quod scilicet non habeat locum vbi cotractus fuit initus ab eo, qui publicè pro Patre familias reputabatur, maximè attenta assertione per fuit initus ab eo, qui publicè pro Patre familias reputabatur, maximè attenta assertione per ipsum facta, quod erat sui iuris, & seorsum à Patre viuebat, quæ quomodo procedat in decis. declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis lib.1.cap.152.annullat obligationem filij familias etiam, quod fuerit iuramento firmata.*
2 *Filius familias si publicè habetur pro patre familia non subiacet statuto Vrbis quoad ipsius obligationem, & num. seqq.*
3 *Filius famil.si plures absque patris consensu iniuit contractus declarat se patrem famil.*
4 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 152. non annullat indistinctè omnes contractus à filijs familias celebratos.*
Sed excipit omnes casus in quibus filij famil. de iure non obstante Macedoniano obligantur, ibid.
5 *Filius familias si medio iuramento asseruit se viuere separatum à patre excluditur à beneficio Macedoniani.*
Amplia, quia etiam excluditur à quibuscumque priuilegijs filijs famil. competentibus, ibid.
6 *Statutum vbi resistit obligationi filij famil. tunc talis obligatio non validatur ex assertione facta, vel quod esset pater famil. vel degeret separatus à patre n.13.& seqq.vbi vide.*
7 *Assertio filij familias in eius obligatione si emanauit per errorem ipsi non nocet, nec creditor prodest.*
8 *Filius familias dicens se viuere separatum à patre non potest se tueri exceptione statuti, quia in hoc non potuit errare.*
Ignorantia facti proprij prætendi non potest, n.8.
9 *Contrahens cum filio famil.dolosè, licet careat actione ex contractu per statutum sublata, agit tamen actione de dolo.*
10 *Statutum prohibens obligationem puta cum filio familias tollit quidem actionem ex contractu, non eam quæ oritur ex maleficio vel quasi, vt satis notum est.*
11 *Statuentium mens vnquam fuit patrocinari fraudibus.*
12 *Creditor inuestigare debet conditionem eius cum quo contrahit.*
Contrahens cum filio famil. qui medio iuramento se patrem famil dixit bene contrahit n 12.
13 *Assertio filij famil.quod scilicet esset pater famil. si emanauit ex deceptione creditoris, ipse & non filius famil.in damno esse debet.*
14 *Minor iurans se maiorem suasione aduersarij non sibi præiudicat, secus si sponte.*
15 *Instrumentum habet pro se præsumptionem, eique statur donec contrarium probetur.*
16 *Filius famil. qui dixit se patrem famil. & viuere seorsim à patre probare debet.*
Se cum patre, & sub patria potestate vixisse.
17 *Amplia, quia probare debet etiam d. assertionem non emanasse dolo proprio, sed deceptione creditoris, & num.18.*
19 *Filij famil.obligatio facta pro se alendo non subiacet statuto Vrbis lib.1.cap.152.*
Statutum Vrbis lib 1. cap.152.non habet locum si pecunia per filium famil. accepta conuersa fuerit in id, quod oneribus patris incumbebat, num. n.19. & 20.
20 *Amplia quia hoc casu cessat etiam Macedonianum.*
21 *Filius famil.pro patre famil. iudicatur, si pro tali pater illum habebat, ac ab alijs haberi volebat.*
22 *Patria potestate durante inter patrem, & filium neque actio, vel obligatio nasci potest.*
23 *Simulatio de persona ad personam non est prohibita.*

DECISIO CXI.

PEr Reuerendiss. Capuanum, tunc Locumtenentem A.C. fuit relaxarum mandatum exequutiuum

tiuum contra D. Carolum de Aste pro sorte & fru-
ctibus vnius Societatis officij scut. 2120. monetę
ad fauorem hæredum Danielis Stamburger, quod
deinde successor in officio mandauit exequi; Et
quia pro parte supradicti de Aste prætendebatur
illius obligationem non esse validam cum de
tempore celebrati contractus esset filius familias;
Placuit super hoc consulere Rotam, quæ supradi-
cta die me pronente vtraque parte audita, censuit
oppositam nullitatem obligationis non obstare,
sed illam substineri, & esse validam; Quia de
credito constat ex Instrumento publico Camerali
obligatione vallato, ex quo probatur, quod verè &
actualiter recepit pecunias in eo contentas, & vltra
instrumentũ apparet etiã quietantia ipsius Caroli.

Nec facit quicquam *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 152.*
1 disponens filios familias † ex nullo contractu pos-
se se, aut sua bona quoquo modo obligare, &
& obligationes ab eisdem & eorum fideiussoribus
factas, esse nullius roboris vel momenti etiamsi
iuramentum interuenerit; Quia cum de tempore
2 obligationis Carolus † publicè haberetur pro pa-
trefamilias, vt colligitur ex multiplicitate con-
tractuum ab eodem, tàm in Vrbe, quam extra
spatio annorum 15. initorum, ex quibus appa-
ret sine patris consensu accepisse pecunias mutuo,
3 & fecisse actus differentes, † qui solum coneniunt
filio sui iuris ex *Bald. in l. 2. num. 6. vers. respondeo
C. si aduersus rem iud. & Vrsill. ad Afflict. dec. 308.
num. 18.* & seorsum habitaret à patre, vt ipsemet
fatetur medio iuramento in eadem obligatione,
& probant testes deponentes tàm de publica ne-
gociatione, quam de degentia extra domum pa-
tris per decem annos ante contractum Societatis
de qua agitur, non potest iuuari beneficio Stat.
4 Vrbis, † quia non annullat indistinctè omnes con-
tractus filijfamilias, cum generaliter in fine exci-
piat omnes casus, in quibus filijfamilias de iure
communi sine iuramento, non obstante Senatus
Consult. Macedoniano obligantur; Vnde quate-
nus contrarium probaretur, quod tunc temporis
esset filiusfamilias nec habitaret seorsum à patre;
Attamen cum in Instrumento obligationis asse-
5 ruit se viuere se paratum à patre, † & mediante
hoc supposito induxerit creditorem excluditur à
beneficio Macedoniani, & ab alijs priuilegijs fi-
lio competentibus *l. sed etsi ex parte in princ. vers.
interdum, vbi glos. propter mendacium, ff. quod cum
eo, qui in aliena potest. l. eum qui, ff. eod. l. quid enim
ff. de dol. mal. l. final. C. de calumn. l. si alterius, C.
si min. se maior. dix. & l. qui cum se, vbi Bart. Angel.
Paul. & Ias. sub num. 2. ff. de re iud. & Cyriac. con-
trou. 387. num. 8. & seq.* & in terminis Statuti Vr-
bis firmat *Grat. discept. forens. 667. n. 1.* vbi benè ad
propositũ vsq; ad ann. 14. & responderũt contrarijs.

Nec obstat quod vbi Statutum resistit obliga-
6 tioni & contractui filijfamilias, † tunc ille non
validetur ex assertione eius quod esset paterfami-
lias, vel degeret separatus à patre, vt tenuit *Castr.
cons. 175. num. 13. volum. 2. Grammat. dec. 22. n. 6.
& 7.* cum ibi allegatis, quia cum non possit ex-
7 cusari quod ista † assertio emanauerit per erro-
rem, quo casu non nocet filiofamilias, nec pro-
dest Creditori. *arg. text. in l. 1. & 2. C. si min. se
maior dix. Lamberteng. de contract. eor. qui sine cert.
solemnit. gloss. 8. n. 63. vers. verum dos*, non potest
se tueri sub prætextu Statuti prohibentis contra-
cum illo, quia non potuit errare in hoc, an viue-
8 ret separatus à patre, & se gereret † vt paterfami-
lias, cum facti proprij ignorantia prætendi non
possit *l. quamquam, ff. ad Velleian.* & in hoc propo-
sito *Lamberteng. vbi sup. d. glos. 8. num. 63. & 64.
& Marc. Giurb. dec. 43. num. 1.* vbi plures refert, &
*Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 2. num. 5. vers.
stante statuto*, firmant quod licet actio per sta-
9 tutum ex contractu † tollatur, poterit tamen Cre-
ditor agere actione de dolo contra talem, ex quo
alia deficit *l. 1. ff. de pignor. act.* Quia statutum
tantum tollit actionem, quæ oritur ex contractu,
10 non † autem eam quæ oritur ex maleficio, vel
quasi *l. penult. C. de dol. l. 2. C. si min. maior. se dix.*
11 Cum mens statuentium † non fuerit patrocinari
fraudi, nec est imputandum Creditori, quod non
benè inuestigauerit conditionem eius, cum quo
12 contrahebat *arg. l. qui cum alio ff. de reg. iur.* † quia
satis dicitur inuestigasse eum filiusfamilias me-
dio iuramento asseruerit se esse sui iuris, vel se
gerere vt suis iuris.

Neque obstat opinio *Castr. in supra allegato
cons. 175. & Grammat. dec. 12. num. 7.* quia cum
habeat contra se textus supra allegatos est decla-
13 randa, & intelligenda, cessante deceptione &
dolo ex parte *Creditoris*, quo casu si assertio filij-
familias prouenerit ex deceptione Creditoris qui
induxerit filiumfamilias ad ita asserendum, non
debitor, sed creditor remanet in damno *l. 3. vers.
quod si per iniuriam, & ibi glos. in verb. per sacra-
menti, & in verb. per testium, vers. distingue ergo, vbi
glos. secundum Azonem distinguit*, An minor dixe-
14 rit se maiorem, suasione aduersarij, An † vero
per se, primo casu concludit sibi non præiudicare
se etiam si qualitercumque iurauerit, secus vero
in secundo casu *C. si min. se maior. dix.* Et dum
creditor habet intentionem fundatam in Instru-
15 mento quod habet † præsumptionem veritatis
pro se nisi exaduerso contrarium probetur *l. cum
precibus C. de probat. l. si post diuisionem, C. de iur.
& fact. ignor Ias in l. iuris gentium, §. quod ferè n.
ff. de pact.* debitori incumbit onus probandi ne-
16 gatiuam eius quod fuit assertum, Hoc est, † ip-
sum vixisse vna cum patre, & vti filiumfamilias
sub patria potestate *arg. d. l. 3. ibi ac te minorem
tunc fuisse probauerit C. si min. se maior. dix.* Et d.
assertionem non emanasse dolo proprio sui asse-
17 rentis, sed deceptione creditoris, qui ipsum in-
duxit ad ita asserendum, vt probat *tex. in d. leg.*
præsumens dolum in asserente nisi causa cognita,
& inductis probationibus diluatur præsumptio.
In verbis (*Aditus itaque Præses Prouinciæ proban-
nis ætatis examinata causa, si tuum dolum non repe-
18 rit intercessisse, ac te minorem tunc fuisse probaueris
causa cognita in integrum restitui prouidebit;*) Et hoc
explicitè ex Azone firmauit supradicta *glos. in
verb. per Testium*, quem intellectum admittunt
Castr. Gramm. & alij per eum allegati.

Vlterius ponderantes Domini, quod cum Io.
Baptista pater nimis parce iuxta suam conditio-
nem, & statum subministraret alimenta necessa-
ria Carolo filio, & expressio indigentiæ de qua
in Instrumento sit intelligenda pro dissolutione
æris alieni ab eo contracti, pro supplemento ali-
19 mentorum, censuerunt non loco statuto † exci-
pien-

pienti in verbis *obligationem factam à filiofamilias, quando acceptam pecuniam vertit in id quod oneribus patris incubuit*; Nec de hoc supposito, quod Carolus non haberet alimenta congrua à patre, potest dubitari, stante Chirographo Sanctiss. D. N. in quo cum mandasset, vt ei pro vna vice de bonis paternis traderentur scuta 5000. nedum permisit Carolo quod habitaret separatim à Patre, sed etiam mandauit, quod illi prouideretur de necessarijs pro se, vxore, liberis, & familia condecenter alendis iuxta honorificientiam sui status, & voluit quod adhunc effectum subministrarentur annua scut. 3000. Vnde cum ante d. assignationem indigeret pecunijs nil mirum, si debita contraxit pro suis ipsius substentatione. Et ideò cum pater teneretur illum sufficienter alere, & id facere recusauerit, censendum est, Carolum conuertisse pecunias in vsus necessarios pro quibus pater tenebatur, † quo casu indubitati iuris est, Macedonianianum, & consequenter etiam statutum cessare, si pecunia per filium accepta, versa fuerit in id quod oneribus patris incumbebat *l. 2. §. aut id, & l. Macedoniani C. ad Maced. l. in pupillo, in fine, ff. de solut. Rot. dec. 527. nu. 5. vers. alia verò, p. 1. recent.* & clarè colligitur ex supradicto præcepto Sanctissimi. Hoc autem facilè comprobatur, quia Io. Baptista pater agnoscens quod Carolus validè se obligabat, vel quia gerebat se pro patrefamilias, & ab eo separatim viuebat, licet aliquando in eadem domo permaneret, vel quia ei non subministrabat totam illam quantitatem, quæ ad ipsius & familiæ substentationem erat necessaria agnoscendo filij debita sic contracta, ea soluit, & debita sic soluta illi in legitimam imputauit; Vnde sequitur quod Carolus re vera esset & reputaretur sui iuris, & quod Io. Baptista pro tali eum haberet, & ab alijs vellet haberi, alias d. debita non soluisset, nec ad computum legitimæ potuisset imputare; Et dum vt fuit dictum supra patre viuente, obtinuit per Sanctiss. sibi assignari ex bonis paternis pro vna vice scuta 5000. & scu. 3000. singulis annis, corroboratur supradicta probatio quod re vera esset & reputaretur sui iuris, † nam durante patria potestate inter patrem, & filium, nec actio, nec obligatio nascitur.

20

22

Nec Dominis visa fuerunt releuare, quæ pro Carolo adducebantur ad probandam simulationem contractus, quia simulatio de persona ad personam † non est prohibita, & dum Carolus dat de simulatione persona, & non tollit simulationem pecuniæ illi factæ, vel à Saulo, vel à quocumque alio, Contractus Societatis de qua agitur substinetur; Vltra quod cum per Instrumentum publicum constet de Societate scu. 2120. & probetur Danielem Stamburget exbursasse pecunias pro contrahenda Societate, & Carolum fuisse fassum illas habuisse, & vlterius postea eas solui mandauerit Ioanni Baptistæ Saulio pro eo quod ei debebat, & idem fit, ac si Carolus mandans actualiter exegisset, data simulatione fine veri præiudicio inter Ioannem Baptistam, & Carolum, non inde sequitur esse simulatum contractum quoad Danielem, qui suas pecunias verè, & realiter exbursauit.

23

Quæ dicuntur de contractibus initis Neapoli inter ipsum Carolum, & Saulium, de quibus per informantes pro Carolo in suo Summ. à num. 1. vsque ad 4. DD. non visa fuerunt releuantia, & vlterius non esse Præsentis inspectionis.

Et ità, &c.

R.P.D. HIERONYMO VEROSPIO

Postea S. R. E. Cardinali.

Narnien. Fideicommissi.

Veneris 25. Februarij 1639.

ARGVMENTVM.

Cippo, & proximioribus de agnatione ad fideicommissum vocatis, vtique Collaterales admittuntur si non extant descendentes. Consanguinitas, & legitimitas ad effectum successionis quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Vocatio cippi domus, & proximiorum de agnatione collaterales comprehendit extincta linea descendentium.*

2 *Cippi nomen significat vniuersum stipitem vnius arboris, & vniuersæ familiæ conuenit.*

In Cippo primus auctor pro stipite consideratur, reliqui omnes ab eo descendentes pro ramis iudicantur, num. 2.

3 *Cippi nomine, & proximiorum de agnatione continentur omnes de eadem agnatione, & familia.*

Quamuis ex linea diuersa ab ea in qua erat Testator descenderent ibid.

4 *Sententia lata per statu facit ius quoad omnes.*

5 *Testes deponentes de gradibus probant consanguinitatem.*

Ex probatione graduum resultat probatio consanguinitatis, num. 5.

6 *Testes super statu deponentes probant etiam quod in alia causa fuerint examinati.*

7 *Sententia cui nocet, nocent etiam illius acta, vt supra num. 6.*

8 *Testes de consanguinitate deponentes probant licet illius originem ab alijs audiuisse dicant.*

9 *Consanguinitatem probant etiam testes de auditu, & sup. n. 8. & seqq.*

10 *Proximitas in materia successionis probatur etiam testibus de auditu.*

11 *Testium veritas corroboratur ex sententia postea in vim eorum depositionum lata.*

12 *Filiatio probatur ex nominatione coniuncta cum actu institutionis.*

13 *Enunciatiuæ contentæ in instrumentis habentibus supra centum annos dicuntur habere vim famæ.*

14 *Consanguinitas probatur ex enunciatiua instrumentorum antiquorum, & n. seqq.*

15 *Instrumentum recipit adminiculum ab alio Instrumento.*

16 *Præsumptio veritatis oritur ex pluralitate actuum.*

17 *Fraternitas probatur ex ipso diuisionis instrumento inter fratres suqutæ.*

18 *Possessio bonorum paternorum communiter à filijs retenta probat fraternitatem inter ipsos.*

19 *Prolis fauore præsumptio stat pro legitimitate.*

20 *Legitimitas in antiquis ex sola filiationis præsumptione probatur.*

21 *Institutio Patris nedum probat filiationem, sed etiam legitimitatem.*

Filij naturales necessario non sunt instituendi, nu. 21.

22 *Possessio bonorum paternorum, eorumque diuisio facta inter fratres probat ipse esse legitimos.*

23 *Testes deponentes aliquos esse germanos fratres dicuntur probare illos esse legitimos.*

24 *Filij illegitimi non possunt absolutè dici inter se fratres, sed solum secundum quid.*

25 *Hominis appellatione propriè non venit homo mortuus.*

26 *Affinitas ex coitu fornicario non contrahitur ex dispositione Concilij Tridentini nisi intra secundum gradum.*

27 *Affinitas contracta ex coitu fornicario, nec derimit, nec impedit matrimonium vltra secundum gradum.*

28 *Probationes leuiores requiruntur in probanda descendentia, & legitimitate vbi non principaliter de illis agitur, sed solum ad effectum successionis.*

Consanguinitas per gradus distinctos probari non debet in materia successionis, vbi non concurrit proximior.

DECISIO CXII.

CVm in dubio, quod hodie proposui ageretur de confirmatione decisionis, quæ facta fuit in hac causa sub die prima Martij anni * præteriti; placuerunt DD. fundamenta, & rationes eiusdem decisionis, quod Paulus Testator vocando
1 Cippum suæ domus, & proximiores de agnatione comprehendere voluerit in ea substitutione, etiam Laterales post extinctam lineam descendentium, quasi non posset de alijs personis intelligi, aut habere effectum suum ea vocatio cippi, & proximiorum, vt considerauit *Ruin. in consil. 149. num. 8. Peregr. cons. 47. num. 10. lib. 2.* & alij quos refert *Odd. de fideic. qu. 8. art. 5. num. 72. Modern. Brixien. de substit. qu. 351. num. 39.* Et hoc præcipuè dicendum erat inspecta prima, & naturali significatione eius vocis, cippi, quæ de sui
2 natura significabat vniuersum stipite † vnius arboris simul cum suis terminibus, & conueniebat vniuersæ familiæ, aut agnationi, in qua pro stipite consideratur primus Auctor eiusdem familiæ pro ramis reliqui omnes, qui ab eo, tanquam à Trunco descendunt, & latè deducit, *Corn. in cons. 55. nu. 5. lib. 1. & cons. 26. nu. 5. lib. 4. Hond. cons. 75. num. 8. lib. 1. Gozad. cons. 79. num. 6.* qui referuntur *ab eisdem modernis Brixien. qu. 348. num. 6.* Et ita sub eo nomine proximiorum, & cippi rectè continebantur omnes qui erant sub eadem agna-
3 tione, & familia, † quamuis illi descenderent ex linea diuersa ab ea, in qua erat Testator, *& fuit doctrina originalis Angel in l. vlt. C. de verb. signific.* & tradit ibi etiam *Castrens. num. 7. Honded. in adducto cons. 75. num. 7. lib. 1. Scacc. cons. 51. num. 21. lib. 4. Paris. cons. 35. num. 1. lib. 8.*

Et hæc DD. considerarunt pro confirmatione decisionis; quia verò in illa reseruatum fuit, vt videretur de persona Volumnij quo gradu ille contingeret agnationem Testatoris, compertum fuit ex iuribus datis in proposito dubio illum descendere à Carnali Boncambio, à quo etiam descendebat Paulus testator, quod satis erat vt possit dici vocatus sub nomine Agnatorum, & Cippi. Et primo data fuit sententia lata anno 1591 ab Ordinario Narnien., in qua continebatur declaratio, vt Medusa filia Papirij esset coniuncta in quarto gradu affinitatis Paulo Testatori, quæ declaratio facta fuit occasione dispensationis concessæ ab eodem Ordinario pro matrimonio, quod postea contractum fuit inter eamdem Medusam, & Paulum Testatorem, vnde poterat ea sententia facere ius quoad omnes alios tanquam
4 lata † super statu, ex not. *in l. ingenuum, ff. de statu hominum, & tradit ibi gloss. in verb. sententia Bald. in l. 2. num. 5. C. quibus res iudicata non nocet Achil. dec. 5. de senten. & re iudic.* quæ probatio confirmabatur ex pluribus testibus, qui fuerunt examinati coram eodem Ordinario, ex quorum depositionibus apparebat, quod Iacobus, & Boncambius fuerunt inter se fratres germani, & filij Carnalis Boncambij, & à Iacobo descendebat Vincentius, & ab eo Paulus Testator, ab alio vero fratre Boncambio Taddæus, & ab illo Papirius pater Medusæ, licet enim ij testes non deponerent expresse de consanguinitate, tamẽ satis erat quod deponerent de gradibus, ex quibus illa sequebatur iuxtà Theoricam, *glos. in c. licet ex quadã de testib. in verb. gradus, & notat ibi Abb. n. 12. & in cap. tua nos n. 1. de consanguinit. & affinit. Dec. cons. 321. nu. 4.*

Et poterat hæc probatio, quæ sequebatur ex depositione eorum testium nocere alijs eodem modo quo nocebat sententia, quæ fuit lata su-
6 per statu, & gradu consanguinitatis quo erant inter se coniuncti Paulus, & Medusa, vt tradit *Bald. in d. l. 2. C. quibus res indicata non noceat, & ibi etiam Salicet num. 2. in Crescent. dec. 18. num. 7. de probat. Rot. coram Gregor. Mohed. dec. 8. de sent. & re iudic. dec. 535. num. 3.* quasi non possit distingui sententia ab actis, quæ eam præcesserunt, & ex quibus illa iustificari debebat vndè communiter il-
7 lud traditur, vt cui nocet sententia, † noceant etiam illius acta, *vt notant DD. super eadem l. 2. & in cap. at si clerici 4. de Iudicijs, Abb. in cap. inter dilectos, §. nec. attestationes num. 15. de fideic. instrum. Innoc. in cap. causam qu. 9. num. 3. de testib. Bart. in l. qui repudiantis, §. cum contra num. 4. ff. de inoff. de test.* neque poterant controuerti probationes quæ sequebantur ex eisdem testibus, eo quia in suis depositionibus negarent se cognouisse Iacobum, & Boncabium, quorum nepotes erat Paulus, & Papirius pater Medusæ, quia satis erat, quod illi cognouissent Vincentium filij Iacobi, & patrem Pauli, & Taddæum patrem Papirij, & filij Boncambij cum potuissent etiam ab alijs audire primam illorum originem ab eodem Iacobo,
8 & Boncambio, vt voluit *glos. in dicto cap. licet ex quadam de testib. in verb. auditum,* vbi quod consan-
9 guinitas potest probari etiam † ex auditu, dummodo ipsi testes sint personæ graues, vt notat ibi *Anchar. nu. 1. Butr. in cap. tam literis eodem titul. nu. 8. & ibi etiam Felin. num. 2.* & in his terminis ad
10 effectum † successionis voluit *Corneus in cons. 73. nu. 4. in 2. col. lib. 3. Aym. de antiquit. tempor. par. 1. §. viso de fama num. 5. reprobata opinione Castren. in cons. 56. lib. 1. Farinacc. de testib. qu. 69. nu. 104. &* auge-

batur hoc casu eorum fides ex sententia, quæ deinde lata fuit super dispensatione, cuius vigore contractum fuit matrimonium inter eumdem
11 Paulum, & Medusam, † ne alias dicatur, quod Iudex negligenter officium suum exercuisset, *argum. text in l. ab ea parte, §. vltim. ff. de probat. & tenuit Abb. in consf. 41. n. 2. lib. 1. Rot. in Rom. Casalis 3. Aprilis 1615. coram Reuerendiss. Seleucien. & coram Greg. dec. 406. nu. 6.*

Probata fuit secundo loco coniunctio, quæ intercedebat inter Medusam vxorem Pauli, & Volumnium, qui vult hodie succedere in illius hæreditate, quia Papirius pater Mendusæ erat frater germanus Liuij patris Volumnij, & quod Volumnius esset filius Liuij probatum erat ex eiusdem Liuij testamento, in quo ille apparebat vocatus hoc nomine filij, ac simul à Patre institutus hæres, ex quibus duobus actibus rectè dicebatur probata illius filiatio, quia dum nominatio
12 erat concepta cum actu institutionis † non poterat dici facta ad alium effectum, sicut neque dici poterat æquiuocus actus institutionis tanquam maximè conueniens, & proportionabilis filio, vt tradunt *DD. in l. non nudis, C. de probat. et in c. transmissæ, qui filij sunt legitimi Cinus in d. l. non nudis nu. 2. argum. text. in §. vltimo instit. de adopt. Butrius in cap. transmissæ num. 10. Præpositus num. 9. Bald. in cap. ex transmissa num. . . . de restit. spoliat. Felin. in cap. per tuas num. 17. de probat.* Primus verò gradus, quo erant inter se coniuncti Liuius, & Papirius probatur ex enunciatiuis duorum instrumentorum occasione emptionis vnius pretij terræ, quam ijdem fecerunt vsque de anno 1536. quæ instrumēta cum essent supra centum annos plenè conclu-
13 debant, cum enunciatiuæ in illis contentæ dicerentur† habere vim famæ, vt notatur *in l. cum aliquis, C. de iur. deliber. & tradit ibi Bald. num. 4. Castren. num. 6. Aym. de antiquit. temp. §. ampliatur num. 14.* & in terminis probandæ consanguini-
14 tatis † voluit *Dec. consf. 595. num. 6. Hippolit. Riminal. consf. 6. num. 82. & censuit Rota in Viterbien. Castrorum 29. Aprilis 1613. coram Cardin. Sacrato decis. 472. num. 1. par. 1. recent. & in Papien. Iurispatr. 18. Aprilis 1603. coram Reuerendiss. D. meo Decano inter impressas dec. 105. num. 6.* Coadiuuabatur hæc probatio ex enunciatiuis trium aliorum instrumentorum, quæ erant celebrata an. 1552. occasione compromissi facti inter eumdem Papirium, & Liuium, atque etiam Ludouicum alterum fratrem super diuisione bonorum communium, in quorum primo continebatur mandatum datum ad acceptandum idem compromissum, in secundo compromissum factum ab eisdem fratribus, in tertio laudum inde sequutum, quæ instrumenta licèt essent infrà centum annos poterant adduci pro confirmatione eius probationis,
15 tum propter adminiculum, † quod recipiebant ab alijs instrumentis, vt tradit *Castr. in d. l. cum aliquis num. 6. C. de iur. deliber. Aym. in d. §. ampliatur num. 15. & tenuit Rot. in decis. 176. num. 1. & 371. num. 3. par. 1. recent.* Tùm propter numerum actuum, quorum occasione illa facta apparebant, cum ex ijs oriretur vehemens præsumptio
16 † veritatis omnium, quæ in eisdem Instrumentis continebantur, vt considerauit *Ias. in consil. 114. num. 22. lib. 1. Soccin. sen. consil. 187. num. 16. lib. 2. Soccin. iun. consil. 67. num. 11. lib. 4.* Tùm demum, quia actus diuisionis bonorum, quem omnia
17 Instrumenta continebant poterat ipse solus† concludere probationem fraternitatis, *ex notat. per DD. in l. non nudis. C. de probat. & voluit Castr. in consil. 151. num. 1. lib. 1. Mandell. consil. 83. nu. 21. lib. 1. & tenuit Rota in decis. 220. num. 2. par. 2. diuers. & dec. 157. num. 1. par. 1. recent.* sicut hoc idem probare poterat possessio bonorum pater-
18 norum, quę in eis instrumentis asserebatur† communitèr retineri à Liuio Papirio, & Ludouico, qui in illis nominabantur fratres ex notat. *per glos. in cap. Lator, qui filij sint legit. in verbo probare,* & censuit *Dec. in consil. 54. in fin. Paris. cons. 10. nu. 72. lib. 1. & fuit dictum in Papien. Status 27. Apr. 1622. & 15. Iunij 1623. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Nec etiam visa fuerunt obstare, quę dicebantur contra probationem huius descendentiæ, vt illa non ostenderetur legitima, quia neque hæc probatio deficiebat; Etenim non solùm poterat pro ea considerari præsumptio, quæ erat fauore pro-
19 lis † vt illa censeri deberet legitima ex adductis *per Rotam apud Cæs. de Graff. in dec. 10. qui filij sint legitimi, notant DD. in c. Lator. eod. tit. & ibi Abb. num. 6. Præpos. num 7. Butr. num. 15. Peregr. de fideicom. art. 43. numer. 71.* præsertim cum ageretur
20 † de probatione antiqua, vt considerauit *Rot. in d. decis. 10. apud Cæs. de Graff. & coram Puteo decis. 2. lib. 3. Peregr. d. art. 43. num. 71.* Sed præterea de ea constabat ex veris, & positiuis probationibus, & primo probata erat hæc qualitas respectu personæ Volumnij ex eadem institutione facta in testamento Liuij patris, cum illa apta esset pro-
21 bare etiam hanc qualitatem legitimitatis,† dum respectu filiorum naturalium non cadebat ea necessitas instituendi, vt notauit *Præposit. in cap. per tuas eod. tit. qui filij sint legitimi sub num. 19. Dec. in cap. per tuas num. 19. de probationibus, & ibi etiam Aretin. num. 22. Ruin. consf. 109. num. 38. lib. 3. & tenuit Rota in Hispalen. legitim. 11. Maij 1612. & 5. Nouembris eiusdem anni coram bon. mem. Vbald. prima par. recent. decis. 406. sub num. 5. & dec. 434. sub num. 7.* Respectu verò Liuij, & Papirij probatum erat, quod isti essent filij legitimi Taddæi tum
22 ex possessione bonorum paternorum † eorumque diuisione facta cum Ludouico altero fratre, vt tradit *Peregrin. eodem art. 43. num. 71. in fin. & voluit Castrens. in l. 1. num. 6. C. de ordine iudicario. & fuit dictum in Parmen. Status 10. Aprilis 1606. coram Gregor. inter impress. decis. 247. num. 17. & in eadem causam coram Reuerendiss. D. meo Decano 27. Aprilis 1622. & 14. Iunij 1623.* tum ex depositionibus plurium testium, qui examinati erant, & eos
23 appellabant fratres germanos, † quia si eorum alter fuisset filius spurius Taddæi, non omisissent hanc qualitatem, tanquam speciali nota dignam, vt considerauit *Castren. in cons. 19. num. 25. lib. 3.* vbi quod filij illegitimi non possunt dici fratres
24 inter se absolutè, † sed solum secundum quid sicut dicitur de homine mortuo, qui propriè non
25 venit appellatione † hominis, *vt in l. si homo mortuos 69. ff. de verbor. obligat. & in l. hos accusare, §. omnibus, ff. de accusat. & inscript. & tradit. Ant. de Rosellis in tract. de successión. num. 93.* Idem etiam dici poterat respectu aliorum ascendentiū,

cum

cum eorum qualitates censeri deberent examina-
tæ, & discusse in iudicio facto coram Ordinario
Narniæ occasione matrimonij, quod postea à
Paulo contractum fuit cum Medusa, quia si ad
fuisset contraria qualitas, aut labes illegitimita-
tis non fuisset necessaria ea dispensatio dum vin-
culum consanguinitatis, quo erant inter se co-
niuncti, erat vltrà secundum gradum, in quo so-
26 lum † contrahitur affinitas ex coitu fornicario
iuxta dispositionem *Sacri Concilij Tridentini sess. 24. cap. 4. de reformatione Matrimonij*, & talis affinitas
orta ex fornicatione non solùm Matrimonium
27 non dirimit, vltra eum gradum, sed † neque
impedit Matrimonium, quod sit contrahendum,
vt declarauit Pius Quintus in Constitutione edi-
ta anno 1566. quæ in nouo Bullario est decima
quarta in ordine in §.1. tradit *Sanch. referendo eam constit. in tractatu de Sacram. Matrim. lib. 7. disp. 67. num. 4. Nauarr. in manual. in tit. de Sacram. Matrim. cap. 22. num. 43. in noua editione*, & poterant hæc
omnia eo magis procedere cum ageretur de pro-
batione huius qualitatis super legitimitate, & al-
terius super descendentia ad effectum successio-
28 nis non autem contingeret † principaliter de ijs
dubitari vndè poterant satis esse leuiores proba-
tiones iuxtà *cons. Gemin. 27.* quod sæpius *Rota sequuta fuit, vt in dec. Card. Seraph. 1282. num. 6. & coram Gregor. decis. 248. num. 1. & in Parmen. Status 14. Iunij 1623. coram Reuerendiss. D. meo Decano*,
præsertim cum in hac decisione non concurrerent
alij qui dicerent se esse proximiores, quam sit ip-
se Volumnius, nam neque hoc casu fuisset neces-
sarium probare cognationem cum Testatore per
gradus distinctos, vt notant *DD. in l. his potest, ff. de acq. hæred. & ibi Alex. num. 16. Iason. num. 83. Ruin. consil. 354. num. 4. lib. 3. & tenuit Rota coram Card. Seraph. dec. 1219. num. 3. & in Bononien. fideicommissi de Cataneis 12. Iunij 1615. cor. R.P.D. meo Pirouano in 2. par. rec. dec. 693. nu. 2.*

Et ita vtraque &c.

☞ *In hac eadem parte decis. 14. habetur decisio de qua sub die 1. Martij 1638.*

R. P. D. CARILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Valentina Decanatus, & Canonicatus.

Veneris 25. Februarij 1639.

ARGVMENTVM.

Agitur de reseruatione beneficijs vacantis per obi-
tum subcollectoris, & ex quo probetur vnicitas
illius.

SVMMARIVM.

1 *Gratia motu proprio emanata iustificari non debet.*
2 *Beneficia subcollectorum sunt reseruata.*
3 *Appositio manus Papæ impedit inferiores se amplius in negotio ingerere.*
4 *Beneficia subcollectorum ad hoc vt cadant sub reseruatione sufficit, quod illa possidens aliquando fuerit vnicus subcollector.*
5 *Affectio in beneficijs semel data semper durat, nu-mer. 4.*
6 *Vnicitas subcollectorij probatur ex deputatione subcollectoris facta per Papam.*
Ea ratione, quod omnes alij subcollectores habentur pro reuocatis, & si de illorum reuocatione nulla fiat mentio, nu. 6.
7 *Iuspatronatus Ecclesiasticum cadit sub reseruationibus.*
8 *Quæ non sunt de actis non habentur in consideratione.*
9 *Reus, & possessor vincunt per non ius actoris.*
10 *Absolutoria conceditur reo per non ius actoris.*

DECISIO CXIII.

POstquam conclusum fuit Reu. P. D. meo Rojas
dandum esse mandatum de manutenendo in
possessione Decanatus, & Canonicatus, de qui-
bus agitur, & sententiam Rotalem ad eius fauo-
rem latam super immissione in possessionem eo-
rundem esse confirmandam, dedi dubium an ei-
dem quoque ijdem Decanatus, & Canonicatus
sint adiudicandi, quod sine difficultate fuit affir-
matiuè resolutum.

Quandoquidem ipse habet prouisionem Apo-
stolicam in forma gratiosa, & motu proprio ex-
1 peditam, quæ cum innitatur solo † verbo Papæ
iustificari non debet *cap. si motu proprio 23. de præben. in 6. clem. 1. verb. fecisse narramus de probat. Oldrad. cons. 258. latè Gabr. de probat. conclus. 2. nu. 55. Acchill. dec. 10. de probat. Seraph. decis. 1434. num. 10.* & fuit dictum *in Virdunen. Monasterij 8. Februarij 1638. coram Illustrissimo Domino meo Decano*, cum alijs adductis in primis duabus deci-
sionibus causæ, vbi plenè etiam firmatur, reser-
uatio dictorum Decanatus, & Canonicatus vti
2 vacantium per obitum Gasparis Viues vnici †
subcollectoris absque quod dari possit de defectu
intentionis Papæ, ex eo quod pro parte Domini
Francisci Borgiæ probetur alium subcollectorem
fuisse deputatum à Nuncio Hispaniarum, vt in
eius *Summario dato sub die 29. Nouemb. anni præteriti num. 2.*

Quia præterquam, quod non docetur deputa-
tionem prædictam fuisse factam de tempore, quo
dictus Gaspar obtinuit dictos Decanatum, & Ca-
nonicatum, ad hoc vt dici non posset vnicus sub-
collector tunc temporis, cessat pœnitus difficul-
tas, tùm ex eo quod per appositionem manus
Papæ in præcedente deputatione Nuncius Hispa-
3 niarum tanquam inferior † non poterat postea
alia deputatione se ingerere *cap. cum inferior de maiorit. & obedien. cap. 2. de offic. legat.* tum quia
sufficit, quod dictus Gaspar fuerit aliquando vni-
cus Subcollector ad effectum inducendi affectio-
4 nem † quæ in beneficijs semel data semper du-
rat *Rota decis. 10. & 12. circa princ. de præben. in nou.*

Quodque aliquando fuerit vnicus Subcollector
5 probatur ex deputatione facta † per Papam, quæ
deputatio probat qualitatem vnicitatis, ita vt
omnes alijs Subcollectores si qui essent tunc tem-
poris in eadem Diœcesi, seù Ciuitate habeantur
6 pro reuocatis, & si de illorum reuocatione † nul-
la fuerit facta mentio *Mandos. super reg. 4. hodie 5. quæst. 10.*

quæst. 10. num. 2. in puncto Rot. decis. 252. num. 5. par. 2. recent. cum alijs latius congestis tàm in prima decisione causæ coram Illustriss. D. meo Decano die 5. Iunij 1637. à §. huic fundamento vsque ad §. respectu etiam, quam in secunda emanata sub die 29. Nouembris præteriti coram me in §. nec etiam, & in §. quimimò vbi in §. in demum, respondetur etiam obiecto iurispatronatus aliàs exaduerso excitato, quo ad Canonicatum de quo agitur si quidem quatenus de dicto iurepatronatus manifestè con-
7 staret adhuc tanquam Ecclesiasticum caderet † sub ruseruationibus Apostolicis, cap. dilectus, & ibi glos. & Doctores de offic. legat. Cassad. decis. 4. numer. 1. & 2. de Iurepatronatus Buratt. decis. 103. num. 3. & plenius in tertia decisione causæ à me pariter extensa sub die 28. Ianuarij præteriti in §. nec obstat, quæ datur in hodierno Summ. nu. 5.

Cum igitur vigore d. prouisionis Apostolicæ sic motu proprio emanatę fuerit per dictum D. m. Rojas obtenta immissio pręuia sententia Rotali, & prouisio Ordinarij facta ad fauorem Domini Francisci Borgiæ vltra quod non est habenda in
8 consideratione cum non sit in actis † producta Castr. in l. ait Prætor §. si Iudex ff. de re iudic. Rot. decis. 404. num. 2. par. 2. recent. apparet euidenter nulla ex supradictis, & latius ponderatis in decisionibus causæ ex quarum lectura patet nullum ius d. prouiso ab Ordinario competere, meritò dixerunt DD. Decanatum, & Canonicatum esse
9 adiudicandos eidem prouiso Apostolico, cui tanquam Reu, & possessori sufficit vincere per non ius Actoris vulg. l. qui accusare C. de edendo Rota decis. 1. de re iudic. in nou. eidemque proinde etiam
10 venit † absolutoria concedenda, vt dixit Rot. coram Buratt. dec. 248. nu. 1. & melius in dec. 280. n. 1. vbi adden. un. 9. Litt. A.

Et sic decisum vna tantùm parte iuformante, altera pluries citata, & informare non curante.

R. P. D. ROIAS

Postea Episcopo Tarraconen.

Faneñ Commendæ.

Lunæ 28. Februarij 1639.

ARGVMENTVM.

Commenda adiudicari debet illi, cui fuit illa à Magno Magistro collata, cum ius conferendi ad illum spectet. Professio emanata coram Notario, & Commissario ad id deputato præsumitur valida, & qui contrarium dicit probare debet.

SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio commendæ fieri debet ad fauorem habentis collationem à Magno Magistro, cui spectat ius confrendi.*
2 *Gratia motu proprio facta aliam non requirit iustificationem, quam habilitatem collatarij.*
3 *Professio probatur per instrumentum, in quo patet professionem fuisse emissam.*
4 *Attestatio Notarij de actu coram se gesto non habet vim simplicis eunnciatiuæ, sed plenè probat.*
5 *Gesta coram Iudice ad aliquid deputatio præsumunt ritè, & rectè facta, eaque omnia interuenisse, quæ fuerunt seruari solita.*
Asserens gesta coram superiore coram quo aliquid fieri debebat non emanasse prout fieri debebat, probare debet num. 5.
6 *Attestationi Ordinarij standum est, quia præsumitur notitiam subditorum habere.*
7 *Gratiæ expectatiuæ hodie fieri non possunt, ideoque possessio in vim illarum capta non suffragatur, & num. seqq.*

DECISIO CXIV.

Commendam Ordinis Sanctorum Mauritii, & Lazari vacantem per obitum q. Eq. Bolognini hodiè possessam per Eq Carolum Emanuelem Manelium de qua agitur, DD. adiudicandam esse Equiti Manzino censuerunt. Ratio resolutionis fuit, quia cum huiusmodi Collatio spectet ad Serenissimum D. Ducem Sabaudiæ vti M. Magistrum dictæ Religionis, & Manzinus exhibuerit
1 litteras Collationis obtentæ à d. Serenissimo † adiudicatio nequit denegari cap. Monesterium 16. quæst. 7. cap. cum Bertoldus vbi Abb. num. 12. de re iud. Rota in recent. decis. 337. num. 1. par. 2. & decis. 152. num. 1. & 232. num. 1. par. 5. coram Durano dec. 100.

Siquidem in Manzino concurrunt omnia requisita necessaria pro obtinenda Commenda, scilicèt susceptio habitus valida, Collatio motu proprio obtenta à M. Magistro Ordinario Collatore, professio emissa in tempore debito, aliaque requisita, de quibus in Bulla fere. Pij IV. & aliorum Summorum Pontificum, quibus concur-
2 rentibus non requiritur alia iustificatio, † dum versamur in gratia motu proprio facta, vt in similibus terminis notat Io. de Sylua de benef. par. 3. qu. 25. nu. 10. Felin. in cap. ad aures num. 15. de rescript. & resoluit Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano in Hispalen. Dimidiæ portionis 14. Ianuarij 1636.

Nec obstare Domini dixerunt, quod principalitèr opponebatur ab informantibus pro Carolo, quod scilicèt non constet de professione Manzini, quia visum fuit Dominis de ea satis constare ex instrumento professionis emissæ, ex quo patet professionem fuisse factam iuxtà Constitutionem
3 Gregorij XIII. † quod instrumentum eam conclutèr probat cap. cum dilecti de fid. Instr. l. Imperator, la 2. col. 2. ff. de stat. hom. Dec. cons. 36. n. 2. Paris. cons. 54. nu. 3. vol. 1. Caual. dec. 181. num. 3.

Cum vlterius constet, Crucem, ac Insignia Religionis gestasse spatio multi temporis Notarius attestetur professionem coram se in Missa solemni fuisse emissam præcedente priùs profes-
4 sione fidei, quæ attestatio † non habet vim simplicis enunciatiuæ actus præcedentis, sed de actu coram se gesto validè potest Notarius attestari Seraph. de priuil. iuram. priuil. 30. numer. 44. Paris. de resignat. lib. 11. quæst. 6. num. 63. & 65. Rot. in recent. decis. 393. num. 9. par. 1. maximè cum omnia prædicta gesta fuerint non coram simplici Notario, sed coram Iudice Commissa-
5 rio † deputato à M. Magistro, quo casu præsumun-

mittur seruata omnia seruari solita, *Rot. dec.34. num.3. par.1. recent.* ità & talitèr vt contrarium asserenti incumbat onus probandi, *Vestr. in prax. lib.6.cap.2.num.21.*

His omnibus accedunt litteræ Serenissimi M. Magistri prouisionis, & collationis ad fauorem Manzini, in quibus pro idoneo declaratur, ac mandatur fieri professionem, ac alia adimpleri in manibus Commissarij deputati, quæ licèt non sint subscriptæ ab eodem M. Magistro, nihilominus dum concurrit subscriptio Officialium de consensu Sereniss. Ducissę Matris stante infantia Sereniss. M. Magistri, Dominis visum
6 fuit suffragari cum benè intret regula † standum esse attestationi Ordinarij, ex quo in eo præsumitur notitia subditorum, ad tradita per *DD. in Clem. 2. de off. ordin. vbi Card. num. 13. & in cap. post cessionem de prob. vbi Io. Andr. num. 11. Butr. num. 6. Cald. num. 32.*

Nec obstare pariter visum fuit possessionem Caroli captam vigore gratiæ expectatiuæ concessæ à Sereniss. M. Magistro vsque ab anno 1622.
7 Quia stante expressa prohibitione concedendi similes expectatiuas à San. Mem. Pio V. in Bullario nouo la 73. in §. 6. huiusmodi possessio cum
8 titulo notoriè nullo non est habenda in consideratione dum in continenti liquidò cõstat de bono iure Manzini.

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. GHISILERIO

Postea Episcopo TERRACINEN.

Spoletana Successionis.

Lunæ 14. Maij 1639.

ARGVMENTVM.

Filius excluditur, exclusa matre, si militat eadem ratio: Statutum excludens fœminam simpliciter censetur solùm excludere ab hæreditate dotantis secus quando appareret contrarium nam tunc ab omnium hæreditate excluditur, & habet locum tàm in nupta, quàm in nubenda dummodò successio deferatur illi postquam nupta fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Mater quando excluditur ab hæreditate, excluditur etiam filius quando militat in eo eadem ratio quæ matrem exclusit.*

Amplia procedere in Statutis num.2. & 3.

4 *Soror dotata à fratribus præsumitur de proprio dotata.*

Quod procedit etiam in augumento dotis præsertim quando dos erat congrua num. 6.

5 *Fœmina vigore statuti censetur tantum ab illa hæreditate exclusa à qua recompensam scilicèt dotem habuit.*

Contrarium; quando verba statuti important quod pro vnica dote excluditur, quia tunc excluditur, & ab hæreditate dotantis, & non dotantis, num. 7.

8 *Statutum excludens fœminam simplicitèr intelligitur ab hæreditate dotantis, & num. 9.*

Amplia quod stante tali statuto non excluditur à hæreditate matris, quando fuit à patre dotata num. 10.

Pallit, si statutum vltra procederet aliquid exprimendo ex quo appareret dotatam ab omnium hæreditate excludere velle, num. 11.

12 *Lex, seù statutum futura non præterita respicit.*

13 *Statutum excludens ab hæreditate dotatam licet loquatur de maritanda comprehendit tàm maritatas quàm maritandas.*

Quibus post conditum Statutum defertur successio cum militet eadem ratio in maritata, quæ in maritanda, & num. seqq.

16 *Comprehensio in Statuti semper admittitur etsi excludant interpretationem.*

17 *Extensio in statutis ex maioritate rationis nunquam excluditur.*

18 *Qualitas verbo adiecta in statutis non intelligitur secundum tempus verbi, sed absolutè quando effectus habetur siuè in vno, siuè in alio tempore.*

19 *Prouisio statuti ad conseruandam agnationem ex quibus verbis deducatur.*

20 *Ratio conseruandæ agnationis est causa finalis exclusionis fœminarum in statutis.*

21 *Agnatio conseruatur per eos qui sunt de eadem familia secus de aliena.*

22 *Sententia sine actis non probat.*

23 *Obseruantia statuti excluditur ex reuocatione sententiæ pro illius obseruantia emanata.*

24 *Obseruantia ad interpretationem statuti requiritur clata, vniformis certa, & in contradictorio iudicio obtenta.*

DECISIO CXV.

ITerum DD. in hac tertia instantia coram me, censuerunt, ad Vincentium Firmum spectare totam hæreditatem q. Nicolai germani fratris ab intestato defuncti excluso Sancte Gauigliono filio Fælicis communis sororis iàm defunctæ, tàm ex dispositione statuti antiqui Ciuitatis Spoleti *lib. 3. cap.61.* quam ex noua Constitutione, siuè pragmatica eiusdem Ciuitatis confirmata à san. mem. Pio Papa Quinto, & consequenter confirmandam sententiam Rotalem.

Quia de eius validitate non dubitatur, cum ex actorum reuolutione probetur, interuenisse omnia requisita ad hunc effectum iuxtà vulgatam *decis. Caput. 200. par. 2.* nec de iustitia, cum sit fundata in supradictis Statuto, & Pragmatica confirmata Ciuitatis Spoleti per Sedem Apostolicam, à quibus cum fœminæ dotatæ excludantur matis, à quibus cum fœminæ dotatæ excludantur à successione fratris, & aliorum, vt in decis. *coram R.P.D. meo Verospio 8. Martij 1638.* in præcedenti instantia facta, non solum Felix dotata à fratribus remanet exclusa à prædicta hæreditate propter existentiam Vincentij communis fratris, sed etiam Sanctes filius, tanquam proueniens † à radice infecta, & exclusa, cum illi obstet ratio, quæ matrem excludit, *ex tex. in l. si viua matre §. nam licet C. de bon. matern.* ex quo textu ad demonstrandum, quod matre exclusa
1
2 à statuto, † censeantur etiam exclusi eius filij argumentantur, *Dec. in l. vnica num.7. C. de in inst. vocand. cons. 15. num.5. in consil. 480. num. 2. in cons.*

conſ. 515. *& conſil.* 568. *Grat. in conſ.* 54. *num.* 15.
lib. 2. *vbi latè, & Gozad. conſ.* 89. *num.* 5. *verſ.* 2.
quia, ad hoc facit tex. in l. fin. C. de natural. liber.
Et quod excluſio Matris in huiuſmodi Statutis
3 obſtet † filio, aduerterunt *Menoch. conſil.* 172.
num. 7. *num.* 10. *& num.* 32. *ad med. verſ. ſecundum
exemplum, Surd. conſ.* 85. *num.* 10. *& ſeqq. & con-
ſil.* 355. *numer.* 49. *&* 50. *ita Bart. in l. liberorum
num.* 14. *de verb. ſignif. Bald. conſ.* 171. *vol.* 8. *Bel-
lon. Iun. conſ.* 74. *num.* 55. *& ſeqq.* vbi teſtatur de
veriori, & de receptiori *Rota deciſ.* 104. *per tot.
par.* 1. *& deciſ.* 405. *num.* 9. *& ſeqq. par.* 5. *recent.*

Excluſio Fælicis vigore ſtatuti reſultat ex il-
lius verbis expreſsè diſponentibus, nullam mu-
lierem dotatam à Patre, Matre, Auo, vel Auia,
ſeù fratre, vel quouis alio, poſſe ſuccedere ab
inteſtato dotanti, ſuperſtite dotante maſculo in
eodem gradu, ſeù alio maſculo, qui pariter ad
ſucceſſionem veniret ab inteſtato prædicto do-
tanti &c. & ex primo Inſtrumento dotali Fælicis
anni 1583. & ſecundo anni 1591. probatur, il-
lam, mortuo communi Patre, Nicolao, & Vin-
centio fratribus dotatam fuiſſe, & dum non
4 probatur † contrarium, intrat præſumptio, quod
Fælix fuerit dotata à fratribus de proprio ex not.
per *Bald. & Doct. in l. fin. C. de dot. promiſſ.* Et qua-
tenùs etiam probaretur dotata de bonis commu-
nis parentis, attamen cum hereditas Patris adi-
ta per filium non dicatur amplius hæreditas pa-
terna, ſed proprium patrimonium filij *l. qui Titij
teſtamentum ff. de his quib. vt indign. l.* 1. *§. veteres
ff. de acq. poſſ. cum alijs cumulatis per Rot. deciſ.* 47.
num. 6. *& deciſ.* 49. *num.* 4. *poſt Merl. de legit.* Hoc
non facit, quin Fælicem ab ipſis verè, & cum
effectu dotatam dicendum eſſet; Alias ſi origo
bonorum, ex quibus dos conſtituitur, attenden-
da foret, & fratres ad excluſionem ſororis eam
de bonis proprijs, quæ patris non fuerint, nem-
pè ex peculio Caſtrenſe, ſeù alio ſimili, dotare
teneerentur, de rato contingeret, quod ſtatuto lo-
5 cus eſſe poſſet, † cum fœmina excluſa cenſeatur
tantum ab illa hæreditate, in qua habuit recom-
penſam, ſcilicèt dotem, vt fuit ponderatum per
Rot. deciſ. 247. *num.* 3. *&* 321. *numer.* 12. *par.* 5.
recent. Vltra quod augumentum factum à Nico-
lao, de cuius hæreditate agitur, & Vincentio in
ſecunda dote, intelligitur de proprio dd. fratrũ,
ex quo prima dos in ſumma florenorum mille
6 præſumitur congrua, nec ipſi vti hæredes patris
ad aliam tenebantur, † quod ſufficere ad iſtum
effectum, comprobat *Honded. conſ.* 11. *lib.* 2. *nu.* 24.
& ſeqq. vbi num. 29. *adducit Bald. in cap. ſi propo-
nente num.* 3. *de reſcript.* & in fine ſubiungit, ita
iudicatum fuiſſe in Ciuitate Spoleti.

Verùm ex ſupradicta Pragmatica eiuſdem Ci-
uitatis, diſponente fœminas à quocumque dota-
tas in ſcut. 500. & præſertim ab aſcendentibus,
vel fratribus eſſe penitùs excluſas à ſucceſſione
omnium tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato,
vel quauis alia cauſa, & nihil aliud prætendere
poſſe, etiam quod feminæ in pari gradu exiſtant
cum maſculis, cenſuerunt DD. tolli omnem
difficultatem, quæ poſsit oriri ſuper interpræta-
tione ſupradicti ſtatuti, quia ex dd. verbis appa-
ret, conſtitutionem vti in rem conceptam vo-
luiſſe, fœminas ſemel tantùm dotatas excludere

à ſucceſsione quarumcumque perſonarum, nulla
habita ratione, an perſonæ, de quarum hæredi-
tate agitur, ſint eædem, an diuerſæ, ſed indi-
ſtinctè afficere omnes, itaut fœminæ excluderē-
tur à ſeceſsione quarumcumque perſonarum
tàm dotantium, quàm non dotantium, exiſten-
te maſculo in pari gradu, ibi, *E baſti che la d. do-
te l' habbia da vn ſolo, ò per altra via, acciò che ſia
eſcluſa, e non poſſa hauer più ne per teſtamento, ne
ab inteſtato, ſtando il maſchio in pari grado*, & benè
ponderatum fuit in *dec. D. m. Veroſpij in §. etenim
ſtatutum verſic. ex his verò quæ apparebant &c.* &
propterea cum Fælix mater Sanctis fuerit bis do-
tata, vt eſt in confeſſo inter partes, & probatur
ex ſupradictis inſtrumentis, intrat diſpoſitio
Pragmaticæ, & exiſtente Vincentio in pari gra-
du, ipſa & Sanctes ab ea cauſam habens excl-
duntur, quia verba Pragmaticæ ſunt adeò clara,
vt non egeant gloſatione ad excludendum om-
nem caſum ſucceſsionis fœminarum dotatarum,
& quando verba ſunt clara, quod pro vnica dote
7 excludatur fœmina, † prout probant ſupradicta,
ibi, *e baſti che la detta dote l' habb.a da vn ſolo &c.*
quod tunc etiam excludatur ab hæreditate non
dotantium, tenuerunt *Corn. conſil.* 123. *nem.* 4. *&*
134. *num.* 1. *verſ. demonſtrando tamen lib.* 2. *Curt.
Iun. conſ.* 65. *num.* 3. *verſ. ſtantibus præmiſſis ad med.
Dec. conſ.* 346. *num.* 4. *verſ. ſecus ſi vltra procedat,
& conſ.* 589. *num.* 2. *Brun. in tract. quod ſtantibus
maſculis art.* 8. *num.* 70. *Facchin. conſ.* 88. *num.* 3.
lib. 2. *Rot. in Romana hæredit. de Sellis* 16. *Ianuarij*
1608. *coram Ortembergo impreſſ. per Fenz. poſt ſtat.
Vrb. deciſ.* 115. *verſic. ſecundo etiam*, diſtinguen-
do, quod quando ſtatutum ſimplicitèr dicit,
8 quod dotata non ſuccedat, † intelligitur in hæ-
reditate dotantis, & non prohibetur alijs ſuc-
cedere, vt notat *Bald. per gloſſ. ibi in l.* 1. *C. de le-
git. hæred. verſ. modo accidit*, vbi inquit, quod ſi
9 frater excludit ſororem dotatam, † ſi ſtatutum
vltra non procedat, intelligitur ab hæreditate
dotantis, & non alterius, *per gloſſ. ibi, & ſequi-
tur Paul. de Caſtr. in fin.* dicens, quod ſi pater do-
10 tauit † filiam, non excluditur ab hæreditate
matris, *& idem Paul. de Caſtr. conſ.* 91. *num* 2. *&* 3.
par. 2. Secus autem ſi ſtatutum vltra procedat,
exprimendo perſonas, ex quibus appareat, quod
voluit ſtatutum excludere dotatam tàm ab hæ-
11 reditate aliorum, quàm dotantis, vt in iſto ca-
ſu, in quo conſtitutio, ſeù Pragmatica diſponit,
*Che la Donna da maritarſi debbia ſtar contenta alla
detta dote, e che non poſſa domandare, ne hauer par-
te, ne per dote, ne per ſupplemento di dote, ne per
legitima, ò di congrua dote, ò de' ſuoi ſupplementi,
e baſti, che la d. dote l' habbia da vn ſolo, ò per altra
via, acciochè ſia eſcluſa, ne poſſa hauer più per teſta-
mento ab inteſtato, ò per laſſiti, ò per fideicommiſſo,
ò per promiſſione, ò donatione di dote ſtando il maſchio
in pari grado.*

Nec releuat dicere, quod Pragmatica, ſeù
Conſtitutio loquatur ſolum de nubendis, non
autem de iam nuptis, & ſic non procedat in
Fælice longè ante delatam ſucceſsionem nupta,
ex quo non verificetur in ea qualitas requiſita
in muliere excludenda, vt ſit nuptui tradenda;
Quia vltra reſponſiones datas in dec. ponderatis
verbis Conſtitutionis, ibi, *Dichiarando, che al-*

cuno, ancorche fusse Padre, Auo, ò Bisauo, Madre, Aua, ò Bisaua, ò più sù, figlioli, fratelli, sorelle, nepote, ò qualsiuoglia attinente di consanguinità, ò di affinità, ne da qualsiuoglia altra persona, amico, ò non attinente, non possa dare, promettere, ò conuenire in qualsiuoglia modo ne innanzi al matrimonio, ne dopò nel matrimonio sponsali, fede, ò trattato di esso, ne per dote, ò per elemosina, ò per dupplicatione di dote, ò per dotarla vn' altrò volta, ò per augumento di dote, ne per darli due, ò trè ò più di doti, ouero elemosine, ne per dono, prestito, pegno, cessione, liberatione, ò per per qualsiuoglia altro modo, causa, titolo, via largissimè sumpto vocabulo, *ne denari, ne beni di qualsiuoglia altra sorte, che ecceda le dette somme, ne meno riceuere, ouero pigliare come di sopra; E se alcuna cosa più della detta somma, ò che ecceda il valore delle dd. somme da qualsiuoglia persona sarà promessa, data, ò conuenuta, ò riceuuta, la cosa, ò la promissione di essa non vaglia, ne tenga in alcun modo, e si presumino insieme col giuramento dolose, fitte, ò simulate, e fatte in fraude come di sopra &c.* & ibi, *E che la donna da maritarsi debba star contenta alla d. dote &c. E basti che la d. dote l' habbia da vn solo, ò per altra via, accioche sia esclusa, nè possa hauer più per testamento, ab intestato, ò per lassiti &c.* prohibita est successio ab intestato mulieri, tàm ante, quàm post matrimoniũ, & cõsequẽter excluditur etiam iam maritata, & relatio prædictę qualitatis, *da maritarsi*, refertur ad tempus promulgationis Pragmaticæ non autem ad tempus successionis, & propterea non importat aliquam qualitatem requisitam in muliere de tempore delatę successionis, super qua illius exclusio fundetur, sed inquam, refertur ad tempus editæ Pragmaticæ, illiusque effectum restringit, ita scilicèt, vt fęminas solùm, quæ in posterum nuberent, non etiam eas, quæ ante illius promulgationẽ nuptui

12 traditæ essent, comprehenderet, cum lex, † vel Statutum regulariter non porrigatur ad præterita, sed solùm ad futura, *l. leges, la seconda, C. de legib. vbi glos. in verb. futuris cap. 2. & cap. vlt. de Constit. & ibi Abb. num 9. Bart. in l. omnes Populi, numer. 44. ff. de Iust. & iur. Castr. cons. 89. lib. 2. Honded. consil. 16. num. 16. & 17. lib. 1. Rot. in recent. decis. 347. num. 2 par. 5. & coram Reuerendiss. Vigellen. decis. 434. num. 1. & decis. 419. n. 5. vers. nec prædictis aduersatur*, & in istis terminis facit *Nattæ consil. 514. num. 7. versic. non obstant modo illa verba*, vbi tenet, verba maritata, & maritanda comprehendere omnes mulieres iterũ post conditum statutum nubendas, quamuis tẽpore delatæ successionis reperiantur nuptæ, & hoc, quia concurrit eadem ratio excludendi maritatas, & maritandas, cum inter maritatam,

13 † & maritandam nulla sit differentia, nisi quod in maritanda causa matrimonij est in fieri, sed in maritata causa est iam impleta, ex latè deductis per *Surd. consil. 393. num. 51. & seqq.* quinimmò in maritatis eadem, immò maior ratio ex

14 clusionis viget, ex quo scilicèt illæ † dotem iam receperunt, maritandis verò ad summum constituta fuit, *Surd. alios referens cons. 45. num. 14. & 15.* adeout quamuis verba Pragmaticæ de maritatis quoque nominatim non disponerent,

15 prout faciunt, adhuc † sub ea venire deberent, nedùm per viam comprehensionis, iuxtà *trad per Surd. cons. 25. num. 39. Bellon. Iun. cons. 74. & seqq. Rot. decis. 644. num. 4. par. 2. recent.* comprehensio semper in huiusmodi Statut[...]

16 mittitur, etiam quod † omnem interpræt[...] nem excludant *Seraph. decis. 496. numer. 1[...]* etiam per viam extensionis, quàm stante [...]

17 dicta † rationis maioritate in huiusmodi S[...] tis fieri non ambigitur, *Paris. cons. 47. num[...] & seqq. lib. 2. Rot. dec. 578. num. 9. & seqq. p[...] recent.* Vnde sequitur qualitatem adiectam [...] bo non intelligi secundum tempus verbi, sed

18 solutè, quando idem effectus habetur, siuè vno, siuè in alio tempore adsit, *Crauett. cons[...] num. 6. vers. secundo ad argumentum*, & iste inte[...] ctus comprobatur ex lectura ipsius Pragmat[...] quæ promiscuè loquitur de maritatis, & m[...] tandis, dum disponit, quod nec filijs fęminar[...] quæ iam nuptæ essent aliquid relinqui possit, [...] filiorum existentia, eas multo ante marita[...] fuisse præsupponit ex alleg. in fin. eiusdem de[...] D. mei Verospij.

Sicut non obstat, quod causa finalis prædi[...] Pragmaticæ fuerit coercere luxus, & expensa[...] ac dotium excessiuitates, fraudibusque occurr[...] circa ea, quæ committebantur, quæ causa, m[...] tua Fęlice, cessauit; Quia cum statuentes vol[...] sent prospicere familiarum conseruationi, co[...] seruatio familiarum dici debet causa finalis, [...] in tantum Pragmatica voluit luxus, & excessi[...] dotes prohibere, in quantum inde sequeba[...] familiarum perditio, vt expresè in ea dicitur[...] Vndè luxus, & expensæ potius habuerunt rat[...] nem causæ impulsiuę, quàm finalis, quæ re v[...] fuit familiarum conseruatio, non autem sola r[...] formatio dotium cum dotes taxentur in Pragm[...] tica, ne familiæ, & agnationes diminuantur d[...] tibus excessiuis, vt expresè legitur in procœ[...] in quo post verba dotis expressiuè, quæ fiunt a[...] te, & post matrimonium subiunguntur, *le qu[...] sono cagioni delle rouine di molte famiglie, e Casat[...]*

19 ex quibus verbis constat, huiusmodi prouisi[...] nem emanasse ad conseruandam agnationem, [...] per *Alex. cons. 213. n. 6. lib. 6. Mant. de coniect. lib. [...] tit. 12. n. 25. Rot. cor. sa. me. Greg. XV. dec. 464. nu. 3. [...] seqq.* Vnde sequitur reformationem dotium e[...] effectum huius causæ, non autem causam fin[...] lem, & regulariter in Statutis exclusiuis fœm[...]

20 narum † ratio conseruandæ agnationis est ca[...] præcipua, & finalis, vt per *Gabr. de Statut. concl[...] num. 1. cum alijs alleg. in dec. D. m. Verospij in §. ne[...] obstare visum fuit, vers. & generaliter*, & fuit [...] tum in alleg. *Rom. successionis post Fenz. dec. 11[...]* quod in hac Pragmaticâ obseruatum fuisse cl[...] apparet ex tenore, ac tota serie illius, & pr[...] terea cum Pragmatica fuerit facta pro cons[...] uanda agnatione, & conseruatio agnationis [...]

21 in Vincentio fratre Nicolai, † cum sit eiusdem [...] familiæ, non autem in Sancte, qui non est de [...] milia Nicolai Firmi, sed de familia de Gauigl[...] nis, Pragmatica, cuius causa finalis respi[...] conseruationem agnationis, non haberet l[...] cum.

Minus censuerunt Domini releuare obseruan[...] tiam interpretatiuam Statuti ex sententijs la[...] pro admissione fœminarum, quia d. senten[...] pr[...]

22 sine actis non probant, † nec probantur latæ [...]

in præcisis terminis, de quibus agitur prout ad hunc effectum requiritur, ex tradit. *per Menoch. cons.251.n.2. & cons.* 505. *num.* 39. Et cum aliquæ ex dd. sententijs fuerint in Curia reuocatæ, hoc sufficit ad excludendam obseruantiam, & vniformem interpretationem. *Surd.cons.393.num.24. Bero cons.5.num.23.lib.1. cum alys alleg. per Rot. in rec.dec.112.n.5.vers.& vnicus actus par.2.* Et quod requiratur, quod obseruantia sit clara, vniformis, certa, & in contradictorio Iudicio obtenta, colligitur ex firmatis per *Rotam dec.177.n.54 par.5.rec.*

Ex quibus vtraque parte informante pro confirmatione sententiæ fuit resolutum &c.

R. P. D. CARRILLO

Postea Præside VALLISOLETANO.

Signina Saluiani.

Lunæ 14.Martij 1639.

ARGVMENTVM.

Plura contra iudicium Saluiani discutiuntur, & signantèr an census per liberationem fundi dicatur resolutus quoad omnes, vel saltim quoad eos, quorum fauore fundus fuit liberatus; quod Mulier pro recuperatione dotis inæstimatæ habeat solùm actionem ad fundum dotalem, ac de nique, quod legatum dotis à marito factum si est incertum nihil probet, neque possit creditoribus præiudicare.

SVMMARIVM.

1 *Cessio iurium reportari non potest vbi debitum soluitur de pecunijs debitoris.*
2 *Solutio per debitorem facta cedis in causam fructuum non sortis, si illi de tempore solutionis erant debiti.*
3 *Solutio facta in causam sortis, & vsurarum, cedi in causam vsurarum, si illæ de eo tempore debeantur.*
4 *Actiones vtiles in re legata transeunt ipso iure in legatarium.*
5 *Fideiussor potest emere censum, & cessionem translatiuam, non extinctiuam reportare.*
6 *Verba sunt intelligenda, prout est verisimile contrahentes facere voluisse.*
7 *Deliberatio parit exceptionem solutionis pro eo credito, pro quo illa emanaui.*
8 *Census per liberationem fundi dicitur resolutus etiam non concurrente actu retrosimili.*
Intellige vt non procedat si liberatio emanauit ad fauorem vnius tantum obligati.
Quia tunc, quoad alios durat census etiam super fundo alieno, n.10.& seqq.
9 *Deliberatio facta pro diuerso credito non parit exceptionem in alio.*
11 *Reseruatio iurium contra aliquem facta operatur, vt nihil quoad illum censeatur actum.*
12 *Mulier pro recuperatione dotis habet actionem solum contra bona, quæ inæstimata dedit in dotem.*
Intellige nisi constet illa per virum fuisse alienata ibidem.
13 *Retentio non conceditur vbi ex perceptione fructuum à die motæ litis intrare potest exceptio compensationis.*
14 *Hæredes mariti non possunt assignare in solutum hæredibus vxoris pro dote bona propria mariti.*
Si dos fuerit data inæstimata, quo casu competebat sola actio contra fundum dotalem ibid.n.17.
15 *Calculus inter aliquos factus non præiudicat alij non citatis.*
16 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur in iudicio Saluiani.*
17 *Datio in solutum per hæredes mariti in bonis proprijs illius pro dote fieri non potest in præiudicium creditorem vbi mulieri sola actio pro fundo dotali competebat.*
18 *Legatum dotis factum per Maritum Vxori, quod non continet summam certam nihil probat, neque confessionem inducit.*
19 *Legatum dotis à Marito factum vxori intelligitur de ea tantum quantitate, quæ ab eo realiter probatur recepta.*
Legatum dotis, quod facit Maritus ad fauorem vxoris, non præiudicat creditoribus.

DECISIO CXVI.

POst binas resolutiones * ad fauorem Cassandræ de Vindictis, & Iulij Cęsaris Rorij emanatas super immissione in possessionem ex Saluiano in bonis de quibus agitur, pro fructibus duorum censuum à Sulpitio Papio debitorum, quorum alter est sc.200. in sorte principali impositus ad fauorem Neapulionis Ignatij, & alter in solidum cum Communitate Signina sc.500. monetæ impositus ad fauorem q. Lauræ Parabiacchæ, quem idem Sulpitius in se totum accollauit, de anno 1602. fuit ad petitionem Laurorum concessa noua audientia, ideò causa super eisdem reproposita DD. & iterùm stand. esse in decisis responderunt. Quia duo extrema in hoc iudicio requisita nempè creditum cum hypotheca, & possessio debitoris de tempore obligationis, vel postea cum identitate bonorum hypothecatorum hodie à dd. Lauris Reis conuentis possessorum adhuc visa fuere sufficienter probata ex deductis in prima dec.causæ sub die 16. Apr. anni præteriti in prin. non obstantibus his, quæ de nouo contra ea opponuntur.

Nam primo non obstat, quod quoad fructus census Ignatij cessi Cassandræ cesset hypotheca ex quo Cassandra illius cessionem acquisiuerit quoad summam sc. 100. cum pecunijs Panetii hæredis d. Sulpitij principalis debitoris, *vt in sum.Laurorum num.4.* & quoad residuum cum pecunijs Iosephi de Creddis, qui dd.pecunias deposuerat in Sacro Monte Pietatis ad effectum fructus soluendi, & eumdem censum extinguendi iuxta formam mandati relaxati ad instantiam fideiussorum, ad quorum fauorem d Ioseph. in solidùm cum Panetio dictam extionem facere promiserat per totum annum 1623. vt in *d.summ. num.3.*& sic intret conclusio, quod cessio Iurium
1 reportari non possit † vbi debitum soluitur de pecunijs debitoris *l.nulla 5.C.de solut.Bart.in l.modestinus 76.num. 4.ff eod.Rot.coram Gregor.XV.dec.68. num.5.& cor.Caual.dec.568.num.2.*

Quia licèt admittatur, quod solutio pro rata

ſcut.100 facta fuerit de pecunijs Panetij hæredis
principalis debitoris, non tamen illa cedere de-
bet in cauſam ſortis, ſed in cauſam fructuum
2 † qui vltra dictam ſummam tunc excedebant *l. fideiuſſores 69.§.pro Aurelio verſ.ſed quicquid ex bo-*
nis, & ibi gloſ.verb.in vſuras ff.de fideiuſſ.Surd.conſ.
290.num.61.lib.2.Gratian.diſcept.224.nu. 30. quod
procedit etiam ſi ſolutio facta fuiſſet ſimpliciter
3 in † ſortem, & vſuras, vt expreſsè diſponitur
in l. in his verò §.apud Marcellum, & l.non enim 6.
& ibi gloſſ ff.de ſolut.Peregrin.conſ.99.num. 16. lib 1.
Cenc.de cenſib.par.3.cap.1.qu.3.art.1.num.8 fol.225.
ſecundum antiq. impreſſionem, qui fructus pro rata
dictorum ſcutorum centum, hodie per Caſſan-
dram non petuntur, & ita quo ad eos ceſſat obie-
ctum.

Quo verò ad reſiduum conſideratum fuit, quod
Ioſeph primus maritus Caſſandræ ei legauit dd.
pecunias depoſitatas in Monte Pietatis, ex qua-
rum ſolutione reportata prætenditur ceſsio præ-
dicta, quo fit, vt quemadmodum ipſe Ioſeph fi-
deiuſſor Panetij potuiſſet contra eumdem agere
pro releuatione, & ſoluendo potuiſſet etiam ef-
ficacem ceſſionem contra omnes reportare, ita,
& eodem modo potuit legataria vigore vtilium
4 actionum in pecunijs † legatis ſibi competen-
tium, quæ in ipſam ipſo iure transferunt *l. ex le-*
gato 18. C. de legat. ſiquidem in re legata legataria
loco hæredis habetur l. id tempus 14. §. 2. ff. de vſu-
cap.

Nec viſum fuit releuare, quod Ioſeph depo-
nendo d. reſiduum de ſuis proprijs pecunijs pro
ſolutione d. cenſus, hoc fecerit contemplatione
Panetij debitoris, ſicut eius contemplatione ſe
obligauerat illum extinguere, quia potius di-
cendum eſt depoſitum factum fuiſſe contempla-
tione propriæ perſonæ, vt ſe liberaret à fideiuſſio-
ne, & propterea ſicut ipſe Ioſeph fideiuſſor, ita
quoque Caſſandra eiuſdem depoſiti legataria
potuit translatiuè, & non extinctiuè pro ſua in-
demnitate cenſum acquirere, vt quotidie practi-
catur in fideiuſſore, qui pro ſua maiori indem-
5 nitate poteſt cenſum emere, † & ſoluendo ceſſio-
nem translatiuam, & non extinctiuam reporta-
re, prout in ſpecie concludit *Grat.diſcept.459.nu-*
mer.19.cum pluribus ſeqq.Cenc.de cenſ. par. 2. cap. 2.
qu.2.art.5.n.1.cum ſeqq. fol. 153. Rot. apud eumdem
dec.95.n.4 ſecund.antiq.impreſſ. & licet idem Ioſeph
in teſtamento mandauerit pecunias depoſitatas
perſolui, vt ſe liberaret à prædicta fideiuſſione
non indè ſequitur, quod legataria non valuerit
ceſſionem translatiuam reportare, nec aliter ſunt
interpretanda verba defuncti, qui non prohibuit
legatariæ, vt ſe abſtineret à reportanda ceſſione
translatiua, ſed tantùm vt ſe liberaret ab illa
obligatione prout eſt veriſimile, & quod verba
6 intelligenda ſint, † vt eſt veriſimile contrahen-
tes facere voluiſſe, *ex Soccin Sen.conſ.9.num.18. &*
conſ.5.num.30.lib.1.dixit in fortioribus terminis Ro-
ta in Romana Saluiani 25. Maij 1618. coram Rem-
boldo impreſſ. apud Cenc.de cenſib. quæ eſt dec. 366.
num. 8.& ſeq.iuxta modern.impreſſ.

Secundò non obſtat, quod fructus alterius cẽ-
ſus Parabiacchę ceſſit Iulio Cæſari Rorio non
debeantur ex quo pro decurſis vſque ad 25. Sept.
1621. in quantitate ſc. 498. fuerit expeditum
mandatum ad inſtantiam eiuſdem Rorij cuius
gore prætenditur fuiſſe factam ſubhaſtationem
deliberationem bonorum hęreditariorum Su
tii in cenſu in ſolidum obligati pro pretio ex
dente creditum fructuum, tunc decurſorum
7 ſic pro illis obſtet exceptio † ſolutionis medi
te deliberatione ſecuta per *text.in l.à Diuo Pio*
§.ſi pignora vbi Alex.num.9.& 10.Iaſ.num.2.&
de re iudic.Mangil. de ſubhaſt.quæſt.60.n.6.& 7.
alijs verò ab inde citra decurrendis ceſſauerit
rum curſus ob liberationem factam ab eodem
Rorio tàm ratione ſortis principalis, quàm fr
ctuum decurſorum, & decurrendorum ad fa
rem Communitatis Signinæ ſuper cuius bo
cenſus erat impoſitus, vnde inferebant inf
mantes pro Lauris, quod per fundi liberati
nem cenſus deuenerit ad caſum à quo incip
8 non † potuit, & conſequenter fuerit reſolut
etiam non concurrente actu retroſimili *Rota ap*
Cenc.de cenſib.dec.283.num.3. iux.antiq. impreſſ.f
227.& coram Duran.dec.449.num.3.& 4.

Quoniam, & ſi pro fructibus decurſis vſque
ad 25. Septembris 1621. fuiſſet expeditum ma
datum per acta Muſchæ A.C. Notarij, vt in *Su*
*mar.Laurorum num.*1. Attamen deliberatio bon
rum hæreditariorum Sulpitii non fuit facta vig
re d. mandati, ſed virtute aliorum duorum ma
datorum pro diuerſo credito obtentorum per a
ta Columnæ in ſumma ſcutorum 1064. vt pa
tàm ex lectura dictorum mandatorum, quà
mandati de deliberando eamdem ſummam co
tinentis, vt in *Summ. Rorij dato in reſponſionib*
*n.*1. ideò hæc deliberatio tamquam pro diuerſ
9 credito facta † non poteſt parere exceptionem
ſolutionis in caſu de quo agitur *Seraph. dec.110*
n.2.& 3. Reſpectu verò fructuum poſtea decurſo
rum ab anno 1621. liberatio Rorij facta ad fa
uorem Communitatis Signinæ non officit, qu
fuit facta cum expreſſa reſeruatione iurium i
competentium contra alios obligatos, quorum
vnus eſt Sulpitius contra cuius bona nunc agitur
& proinde quamuis fuerit liberatus fundus fau
10 re Communitatis, † attamen contra Sulpiti.im
coobligatum exceptuatum durat cenſus ſup
fundo alieno, *Gregor.dec. 445.n.5.* illa enim ſi
11 ſeruatio facit, vt nihil cenſeatur actum † reſpe
d. Sulpitii exceptuati *l.teſtamento §.1. ff. de manum*
teſtam. Put.dec.197.num.23.lib.1.& dec.23.lib.2 K
apud Cenc.de cenſib.dec.104. n.5. & ſeq. iuxtà anti
impreſſ.fol. 88. & fuit dictum in Reatina cenſus 1
Februarij 1632.cor. Illuſtriſſ. D.meo Decano.

Ex quibus cum conſtet inconcuſſa remanere
credita Rorij, & Caſſandræ dixerunt DD. ei
dem dandam eſſe immiſſionem petitam ſuper bo
nis de quibus agitur non obſtante repetita exce
ptione retentionis pro dote Hieronymæ vxoris d
Sulpitij, & ſororis Portię matris illorum de Lau
ris, quia præmittendum eſt quod licèt prædicta
dos Hieronymæ ſit anterior, tamen cum illa ef
fectualiter conſiſtat in tribus rubris cum dimi
dio terrarum, quæ iam fuerunt reſtituta, & par
tim in mobilibus & cenſibus datis inextimatis
vt in *Summ. antiq. Laurorum n.* 1. ſequitur dicen
dum, quod Lauris cauſam habentibus à Hiero
nyma non competat actio, ſeu retentio contra
12 bona Sulpitij viri, † ſed tantùm contra eadem
cor-

corpora in dotem data nisi constet de eorum reali alienatione, & extinctione culpa eiusdem Sulpitij viri secuta, *l. in rebus cum ibi notat. C. de iur. dot. Practic Papien. in forma libelli quo vxor agit ad dot. verb. ac etiam Castrum num. 1. vers. ex quibus Gabr. cons. 60. in fin. lib. 2. Alex. cons. 38. post princ. lib. 2. Caual. dec 574. num. 2. cum alijs adductis in 2. decisione causæ sub 13. Iunij anni præteriti in §. tamen in fin.*

Nec obstat, quod ex datis in hodierno *summ. Laurorum n. 8.* prætendatur apparere de extinctionibus censuum dotalium Hieronymæ factis per Sulpitium, & ideò pro illorum quantitate extincta competat retentio, quoniam sex sunt census, qui prætenduntur extincti, primus scu. 100. in sorte principali, vt in *d. sum. nu. 7. litt. D* secundus scu. 100. in sorte principali *litt. E.* tertius scu. 200. in sorte *d. sum. litt. G.* quartus scut. 25. pro medietate Hieronymæ *d. summ. litt. L.* quintus sc. 300. pro medietate Hieronymæ *d. sum. litt. A.* sextus, vltimus scu. 600. pro medietate Hieronymæ *d. sum. litt. P.* ex quibus duobus vltimis dicitur ab informantibus pro Lauris creatum fuisse censum scu. 1000. in sorte cum Communitate Signina, & illum postea extinctum ab eadem Hieronyma cum præsentia, & consensu Sulpitij vt in *d. sum. n. 9.* ita vt dd. extinctionibus etiam suppositis, vt vnus ex dominis dicebat ex illis iuxtà calculum Laurorum constaret ad manus Sulpitij peruenisse scu. 1425. tantum, Cum igitur Rota firmauerit ad hunc effectum fuisse restituta scut. 1320. in pecuniis vt apparet in *1. dec. causæ §. non obstat, & §. quo verò & in 2. sub §. tamen,* adhuc venit dicendum non esse locum prætensæ retentioni, & residuum prætij dd. extinctionum quod esset sc. 105. vel illud censetur restitutum in alijs partitis in calculo eorumdem Laurorum contentis, vt ponderatum fuit in *1. dec. in §. penult.* vel redditur illiquidum ex perceptione fructuum bo-
13 norum de quibus agitur à die motæ litis † adeout intret exceptio compensationis, & consequenter nulla retentio competere possit *Surd. decis. 117 n. 1. per tot. Rot. dec. 443. n. 4. par. 2. & 411. n. 26. & 27. par. 5. rec. & coram Caual. dec. 539. n. 5. & 6. & fuit dictum in Auximana census 10. Martij 1636. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Hinc existimarunt Domini nihil releuare posse dationem in solutum postea factam ab hæredibus Sulpitij de dd. Terris ad fauorem Laurorum in computum dotis d. Hieronymæ, vt in eorum *Summ. antiq. num. 7.* Quia cum de d. dote non apparet peruenisse in dominium Sulpitij viri nisi summam sc. 1425. occasione prætensarum extinctionum censuum, & eandem quantitatem fuisse antea restitutam constet ex deductis in decisioni-bus causæ, non poterant pro residuo dari in solu-
14 tum terræ de quibus agitur, † sed tantum competebat actio pro fundo dotali contra bona dotalia data inextimata iuxtà dispositionem *tex. in l. in rebus, & ibi Doct. C. de iur. dot & l. etiam, vbi Bald. ff. de fund. dot. Caual. dec. 174. num. 2.* Nec calculus factus inter Lauros, & hæredes Sulpitij
15 potuit † alijs eiusdem Sulpitij Creditoribus præiudicare illis non citatis, plenè *Surd. decis. 256. per tot.*

Quinimò ex quo d. datio in solutum fuit facta tàm ex causa dotis, quam occasione aliorum debitorum Sulpitij, & quidem posteriorum creditis dd. Cassandræ, & Iulij Cæsaris eo magis redditur turbidum creditum dotale cum ius residuum si quod esset vltra d. summam scu. 1320. restitutum censetur absortum ex alijs partis d. computi, vel ex fructibus in d. terris perceptis tanto temporis spatio post motam litem, vnde stante hac crediti turbiditate non potest retardari immissio ex Saluiano cum in hoc iudicio non ad-
16 mittantur † exceptiones requirentes altiorem indaginem, *Rip. in rubr. ff. de pign. num. 19. propè fin. Becc. cons. 89. num. 2. Surd. cons. 4. nu. 36. Rot. decis. 679. num. 5. par. 1. rec. & in d. Auximana census 10. Martij & 27. Iunij 1636. coram R. P. D. meo Ghisilerio, cum alijs adductis in secunda decis. causæ in §. penult. & vlt.*

Minus obstare dictum fuit, quod dos prædicta detractis etiam rubris tribus cum dimidio terrarum, vt dicitur *al Pantanello,* & mobilibus inextimatis sit, vt prætenditur in totum scu. 2170. vt calculatur in Summ. Lauror. dato sub die 18. Iunii anni præteriti *num. 1. & 2.* & ideò subductis quoque sc. 1320. ad eius computum receptis, vt in decisionibus firmatur adhuc pro residuo substineatur datio in solutum quoniam quicquid sit de veritate calculi d. dotis; certum est quod illa fuit tradita in censibus, ac in aliis bonis, & propterea cum dd. rubra tria cum dimidio terrarum *del Pantanello* fuerint restituta, & summa redacta ex prætensis extinctionibus sit dumtaxat sc. 1425. pro d. tantùm rata teneretur Sulpitius, quam fuisse restitutam fuit superius ostensum, & latius apparet in duabus præcedentibus decisionibus, & sic datio in solutum postea secuta in terris de quibus agitur pro prætenso residuo fieri minimè poterat in in præiudicium Creditorum, sed
17 contra † eadem corpora bonorum dotalium competebat actio pro fundo dotali *iux. tex. in d. l. in reb. 30. cum ibi not. C. de iur. dot. Gab. d. cons. 60. num. 7. libr. 27.* & nouissimè fuit dictum *in Rom. dotis, & antephati sub die 10. Ian. præteriti coram R. P. D. meo Merlino.*

Demum non aduersatur legatum factum per Sulpitium de integra dote Hieronymæ vxori restituenda, quippe quod vti non continens sum-
18 mam † certam nihil probat neque confessionem nem inducit *§. sed si vxori Instit. de legat. Morot. cons. 60. num. 6. Roman. cons. 445. num. 9. Grat. disc. 823. num. 4. Seraphin. decis. 487. num. 4. per tot.* & quod legatum integræ dotis factum vxori per vi-
19 rum intelligi debebat de bonis dotalibus, † quæ probentur ab eo actualiter recepta consuluit in puncto *Paris. cons. 95. num. 6. ad fin. lib. 2.* vltra quod huiusmodi legatum non præiudicat Credi-
20 toribus, † vt concludit *Manent. in dec. 40. nu. 10. cum seqq.*

Et sic decisum vtraque parte informante.

☞ *Habentur supra in hac parte decis. 30. & 62. sub diebus 16. Aprilis, & 18. Iunij 1638. & infra sub die 20. Aprilis 1640. habetur altera decisio hac causa coram eodem R. P. D. meo Carillo.*

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Dotis.

Lunæ 18. Martij 1639.

ARGVMENTVM.

Lucrum Dotis Marito promissum in litis puta centum, dote in summa litarum 300. constituta si solùm solutæ fuerint liræ 150. an possit à Marito prætendi de integris liris centum habito respectu ad totam dotem, vel ad solam ratam solutæ dotis.

SVMMARIVM.

1 *Maritus potest sibi retinere lucrum dotis habita ratione ad totam dotem, non autem ad id quod solum exigit.*
Contrarium verius num. 3. cum seqq. & per totam decis.
2 *Possidentis melior est conditio in pari causa.*
Socius non tenetur accepta pro parte rei debita consocio communicare num. 2. 6. & seqq. vbi vide.
3 *Dos est ius vniuersale, & num. seqq.*
4 *Dos reperta penès maritum matrimonio dissoluto, dicitur exarare penes ipsum vti Dominum.*
5 *Filius hæres matris dicitur habere ius æquale cum patre super dote cuius lucrum pater prætendit.*
7 *Dos illa verè dicitur, quæ est soluta non autem, quæ exigi non potest.*
10 *Possidentis potioritas, & conditio melior cessat sublata paritate causæ.*
11 *Maritus non tenetur dotem restituere nisi prius retento sibi lucro.*
Lucrum dotis detrahi debet a toto patrimonio mulieris tanquam æs alienum, nu. 11.
12 *Intellige ipso corpore vniuersali, scilicet dote non diminuta, alias secus, quia tantum pro parte detrahitur.*

DECISIO CXVII.

FIrmatum fuit in præcedenti decisione 10. Ianuarij præsentis anni 1639. * ex dote per Dominum Ducem Marium exacta pro nunc deberi Domino Duci Ludouico eius filio libras centum mille tàm quoad proprietatem, quam quoad vsumfructum, hodie causa super eisdem proposita, & examinata, censuerunt Domini ex eisdem rationibus, & fundamentis persistendum esse in decisis.

Quibus non obstat exceptio inæqualis diuisionis, & repartitionis dotis iam exactæ per Ducem Marium; cum esset Dominus dotis constante matrimonio quamuis reuocabiliter in euentum solutionis eiusdem, in instanti tamen obitus Ducissæ Rhenatæ Vxoris absolutè, & irreuocabiliter remansit Dominus lucri conuenti, & debentur libræ centum mil. assignantur tantummodo libræ quinquaginta mil. quæ est tertia pars ex actorum per Dominum Ducem Marium, cum tamen
1 integrè libræ 100. mil. deberentur, † & ab eo possint retineri vti in quantitate existentes, & separabiles iuxtà distinctionem *gloss. in l. si Titius 6. ff. pro socio*, quam sequuntur *in d. l. si Titius Bartol. trigar. & Oddofr. & Salic. nu. 2. in fin.* nec dissentit *Neguf. de pignor. 2. membr. quintæ partis nu. 32. &*
2 *seqq.* quæ dicebantur maximè procedere † in reo & possessore in pari causa potiora Iura habente per regulam, *l. si Debitor de Pignor.* qui non tenetur accepta pro parte rei debita Consocio communicare *l. fin. C. Depositi.*

Quia ex quo Ducissa Rhenata se ipsam non dotauerit, sed illi dotem constituerit Dux Vniniæ eius Auunculus, nec eo decedente ipsa Rhenata fuerit illius hæres de coæquali Iure respectu portionum inter Ducem Marium Patrem, & Ducem Ludouicum eius filium, ac Rhenatæ Matris hæredem certandum est, non autem de prioritate Mariti, & prælatione in eadem dote, cum vterque,
3 † respectiuè dirigat actionem, & retentionem suam ad dotem siuè in totum solutam, tanquam ad quid vniuersale, prout est ipsa dos *leg. quod dicitur, ff. de Impens. in reb. dotal. fact.* & omnes admittunt *in rubr. sol. matrim. Surd. cons. 31. num. 4. vol. 1. Menoch. cons. 46. num. 1.* quæ cum semper sit idem corpus vniuersale siuè in modi-
4 co, † siue in magno consistat, & soluto matrimonio dos huiusmodi in parte tantùm soluta reperitur penes Maritum vti Dominum dotis *l. Dotis Ancillam C. de rei vendic. Surd. dec. 192. nu. 7.* non potest ratione dominij consolidati per obitum Vxoris maiorem portionem retinere excedendo ratam in præiudicium filij Ius coæquale haben-
5 tis vti hęredis Matris, † in quem transiuit coæquale dominium suæ portionis, *l. vnic. vbi Bald. & alij C. vt act. ab hærede, & contra hæredem incipiant*, atque ita sequendo etiam distinctionem *gloss. in supra alleg. l. si Titius*, quando versamur in quantitate pecuniæ separabili ab ipsa communione non tamen
6 licitum † est maiorem ratam retinere in præiudicium Condomini, vt determinat eadem glos. & hoc est quod resolutum fuit apud *Seraph. dec. 889.* quartum, seù lucrum dotis Viro debitum, non ad dotem promissam, sed verè solutam, referendum
7 esse quandoquidem † illa dicitur Dos, quæ est soluta, non autem quæ exigi non potest, & idem sensit *Menoch. cons. 46. nu. 7. & 768. num. 12.* arguenda ab vtraque parte, scilicet autem residuum dotis est vera dos, aut non. Si est vera dos, portio referenda est ad residuum, non autem ad totam promissam; Aut non est dos huiusmodi
8 residuum, & tunc † lucrum per partes lucratus, non autem in totum, & per eandem rationem respondetur *ad l. fin. C. Depositi*, quæ loquitur de spectantis, qui in Communicatione ratæ ad eum spectantis, qui il-
9 lam retinet, quia semper agitur de portione prætensa per Ducem Marium in exactis excedente suam ratam, quæ non admittitur in *d. l. vlt.* Ac demum non intrant termini *l. si debitor ff. de pignor.* De Possessore, & reo in pari causa potiora Iura habente, quoniam deficit fundamentum paritatis causæ, dum † retinet ratam maiorem in iam
10 exactis, quam illi de iure debeatur, & sublata paritate, cessat priuilegium legalis potioritatis *Bald. in d. l. si debitor in Antiqua lectura Neguf. de pignor memb. 2. quintæ partis num. 12.*

Ne-

Neque prædictis rationibus, & fundamentis obstant, aut contradicunt verba stipulationis pactorum dotalium, ibi, *Haurà, & Piglierà sopra la detta Dote donatione di 100. mil. lire, & le altre 200. mil. lire saranno restituite a gli Heredi di detta Damigella*, quasi de Vniuersa dote non teneatur restituere libras 200. mil. nisi postquam pro se re-
11 ceperit libras 100. mil.† detrahendo æs alienum de Vniuerso Patrimonio Rhenatæ, *Crauett. cons. 185. num. 12. Bertaz. cons. 34. num. 48. Gabr. cons. 101. num. 10. lib. 1.*

Quia semper recipiunt interpretationem, Habebit, & recipiet, prout de iure illi debentur, nempè tota Dote soluta, non autem diminuta in ip-
12 so corpore vniuersali, † quod semper regulatur in substantia ab augumento, vel diminutione, vt dicit, *Menoch. in allegatis consilijs 46. num. 7. & 768. num. 18.*

Et ita vtraque &c.

Est supra Decisio 102. in hac eadem part. 8. Recentiorum.

R. P. D. GHISILERIO

Postea Episcopo Terracinen.

Cæsaraugustana de Caspe,

Veneris 26. Martij 1639.

ARGVMENTVM.

Sententiæ antiquæ, & in iudicatum transactæ, si impugnari prætenduntur ex capite iniustitiæ debent exhiberi omnia acta, alioquin præsumptio semper stat pro illarum validitate, & iustitia, ex qua excluditur omnis restitutio In integrum aduersus illas petita.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ antiquæ habent pro se præsumptionem, tam quoad iustitiam, qum quoad solemnitatem.*
2 *Præsumptio resultans ex antiquitate sententiæ, & rei iudicatæ impedit restitutionem in integrum.*
3 *Iniustitia rei iudicatæ apparere non potest non visis actis deperditis, & num. 8. & 10. cum seqq.*
4 *Fundamentum restitutionis in integrum est læsio.*
5 *Impugnans sententiam antiquam actis non exhibitis non potest ad sui fauorem aliquod Decretum obtinere.*
6 *Procurator qui habitat acta à Notario, si fuit Religionem ingressus, præsumitur illa suo principali consignasse.*
7 *Testes deponentes de auditu, non expressa persona à qua audiuerint nihil probant.*
Testes de auditu si non dicant à quo audiuerint potest esse quod audiuerint à persona interesse habente, num. 7.
Amplia quia idem prodedit si de fama deponant, ibidem.
8 *Negatiua ex qua prætenditur sententiam fuisse iniustam, probari debet ab illo qui sententiam impugnat.*
9 *Obseruantia facit præsumere omnia fuisse iustificata.*

DECISIO CXVIII.

Post tres sententias Rotales Gropperij Cottæ, & Seraphini conformes, in quibus fuit pronunciatum, ad Priorem maiorem, Priorem Curatum, Fratres, & Conuentum Collegiatæ Ecclesiæ B. Mariæ Maioris de Caspe Ordinis S. Io. Hierosolymitani, spectare iurisdictionem d. Ecclesiæ, etiam contra Clericos Seculares, Cappellanos Beneficiatos, & non Beneficiatos in eadem Ecclesia, Præeminentiam, Anniuersaria, & alia emolumenta dictæ Ecclesiæ, & eius Cæmeterij, exceptis tamen ijs quæ ex fundationibus Cappellaniarum inter ipsos Priorem, & Fratres, & Beneficiatos communicanda veniunt, aut ipsis solum Beneficiatis reseruata reperiuntur; Similiterque ius, & facultatem faciendi Capitulum eisdem Priori maiori fratribus, & Conuentui respectiue competere; supradicti Clerici sæculares Capellani Beneficiati sub prætextu læsionis obtinuerunt committi causam restitutionis in integrum, prout de iure, aduersus dd. sententias Episcopo Caputaqueñ, & coram Robusterio subrogato firmari per vnionem d. Ecclesiæ, & erectionem in Conuentum de annis 1388. & 1394 nullum præiudicium fuisse illatum Beneficiatis existentibus ante vnionem quoad iura sibi in Ecclesia competentia; Deinde fuit factum compromissum in duos Arbitros, & latum laudum ferè in omnibus conforme sententijs Rotalibus, præterquam respectu anniuersariorum, quæ fuerunt æqualiter communicata Fratribus, & Cappellanis secularibus pro virili, etiamsi in re iudicata Rotali fuissent reseruata Priori Conuentui, ac cæteris Regularibus; Hoc laudum fuit à partibus acceptatum, & ad instantiam vtriusque auctoritate Apostotica confirmatum, sed quia Beneficiati prædictum laudum multipliciter impugnarunt, reassumpta causa antiqua coram bo. me. Motmanno, & deinde coram me subrogato, fuit dubitatum, An constaret de causis restitutionis in integrum aduersus tres sententia Rotales, & negatiuè fuit resolutum.

Quia cum agatur de tribus sententijs Rotalibus antiquis ante annos 60. executioni de man-
1 datis, † pro quibus de iure est præsumendum, tam quoad iustitiam, quam quoad solemnitatem, *Curt. sen. in l. admonendi nu. 172. de iur. iur. Put. dec. 338. l. 2. Cassad. decis. 3. num. 2. de procur.* ac etiam approbatis ab vtraque parte per d. laudum & contra illas nunc prætendatur restitutio in integrum post lapsum tanti temporis, sola præ-
2 sumptio, † quæ stat pro sententijs, & re iudicata sufficit ad effectum denegandi restitutionem in integrum, vt notant *DD. in l. si cum dotem, §. transgrediamur, ff. sol. matr. Cagnol. in l. fin. num. 77. C. de pact. cum concord.* quia non visis actis deper-
3 ditis † non potest constare de iniustitia rei iudi-
4 catæ, sine qua non datur læsio, † fundamentum restitutionis in integrum, *Innoc. Abb. & alij communiter in c. tum ex literis de restit. in integ. Rot. dec. 1. de restit. in integr. in nou. in Romana Bonorum de Ceulis 31. Maij 1606. coram Card. Marquemontio, & coram Andrea in Burgen. Seruitij 24. Ianuar. 1618.*
5 nec est locus † alicui ad fauorem eius, qui sententiam impugnat, vt in terminis manutentionis

nis fuit resolutum *in Mediolanen. Parochialis* 22. *Iunij* 1587. *coram Platto*.

Quæ omnia applicantur huic casui, in quo nedum Beneficiati prætendentes prosequi causam super restitutione tenentur exhibere acta, sed ex decisionibus vsque de anno 1569. 2. & 23. Decembris in hac causa factis, & ex datis *in Summ. Prioris num.* 3. & 4. acta deperdita probantur accommodata Procuratoribus Beneficiatorum, quorum alter etiamsi postea fuerit ingressus Re-
6 ligionem, † est præsumendum, antea consignasse Beneficiatis, & testes examinati vigore (significauit) deponentes super eo, quod Prior, & Fratres habuerunt processum, & ipsum occultarunt nihil faciunt, nec releuat eorum depositio, quia
7 non deponunt concludenter, † sed de auditu, nec à quo id audiuerint & esse potest, quod fama prouenerit à Beneficiatis interesse habentibus, vel à testibus deponentibus metu censurarum, absque eo quod postea fuerint formiter examinati. Vndè cum deficiant, seu sint deperdita acta, in quibus cum (vt fuit dictum in supra alleg. *Mediolanen. Parochialis*) sufficiat possibile esse, quod adsint tales probationes, ex quibus sententiæ iustificentur, non potest dici, constare de iniustitia rei iudicatæ.

Non obstat, quod sententiæ Rotales impugnētur ex eo, quod vnio Clemen. VII. Ecclesiæ Parochialis dicatur subreptitia, ex quo in ea non fuerit facta mentio, quod in hac Ecclesia aderant Beneficiati seculares, quibus non præsumitur Papam voluisse præiudicare, ideoque corruat ex defectu intentionis; Quia ex verbis earundem sententiarum apparet, in illis non fieri aliquod fundamentum in vnione, nec illas se restringere ad vnionem, sed ad Constitutiones, & ordinationes Conuentus, dum in illis solum simpliciter, & indefinitè, quod iurisdictio, emolumenta, & reliqua in illis contenta spectant ad Priorem, & Fratres, & dum non datur probatio concludens, quod in actis nihil fuerit deductum ad probandum, quod prædicta possint spectare ad Priorem, & Fratres, non potest excludi iustificatio sententiarum supradictarum, & nisi ex reuolutione actorum probetur negatiua, potest intrare præsumptio, quod fuerit obtenta reualidatoria aduersus supradictā subreptionem; Beneficiatis enim incumbit onus
8 probandi hanc negatiuam, † quod non adsit talis reualidatoria, vel aliud, ex quo vnio, & dictæ sententiæ sint iustificatæ, *Rot. in Pistorien. Beneficij* 31. *Maij* 1617. *coram bon. mem. Buratto, cum alijs allegatis in decis.* 636. *part.* 1. *diuers.* Concurrente præsertim
9 supradicta obseruantia, quæ facit præsumere omnia iustificata, *Rot. decis.* 524. *num.* 1. *&* 2. *par.* 1. *diuers. Seraph. decis.* 643. *num.* 3. *& decis.* 1432. *num.* 4.

Non obstat, quod coram Robusterio fuerit firmatum, talem vnionem non præiudicare iuribus Beneficiatorum tunc existentium. Quia aut prætenditur sententias esse fundatas in vnione, & tunc
10 cum † Rota præsumatur ritè, & rectè processisse & iudicasse, cum deficiant acta, sequitur, quod si acta exhiberentur, posset iustificari, & probari validitas vnionis, imò etiam si opus esset, ex illis posset apparere de reualidatione vnionis, cum præsumptio stet pro sententijs, & possint adesse in
11 actis † alij tituli, ex quibus sententiæ remaneant iustificatæ; Aut non dicuntur fundatæ in vnione, & non est opus illam discutere, & allegare.

Et cum possibile sit, quod exhibitis processibus
12 posset constare de aliqua † reualidatoria, vel gratia (perinde valere) propter quam vnio meruerit per Rotam canonizari, hæc possibilitas suffragatur, vt interim pro validitate, & Iustitia rei iudicatæ præsumatur.

Ex quibus, vtraque parte Informante, fuit resolutum, non constare de causis restitutionis in integrum, sed attendendam rem iudicatam prouenientem ex tribus sententijs conformibus Rotalibus iam executioni demandatis, ac obseruatis, ad hoc vt lites aliquando finem habeant.

R. P. D. GHISILERIO,

Postea Episcopo Terracineñ.

Auenioneñ Vsusfructus.

Veneris 18. *Martij* 1639.

ARGVMENTVM.

Agitur plenè quando & ex quibus verbis, & coniecturis censeatur relictum legatum vsusfructus, & non proprietatis.

SVMMARIVM.

1 *Verbum gaudere restrictum ad tempus vitæ solum vsumfructum importat.*

2 *Clausula ad vtendum si ei non apponatur in vita sua, non minuit concessionem pleno iure factam.*

Quod fortiùs procedit quando ex verbis ita apparet, num. 3.

4 *Vsusfructus formalis in quo consistat.*

5 *Consolidatio non potest fieri nisi vsusfructus sit separatus à proprietate.*

6 *Consolidatio non datur in vsufructu causali, sed tantum in formali, & num.* 14.

7 *Proprietas est dominium nudum à formali vsufructu separatum.*

8 *Proprietas & dominium sunt diuersa.*

9 *Legatum vsusfructus fundi cum onere restituendi fundum importat etiam legatum proprietatis.*

Ea ratione quia cum vsusfructus morte finiatur non potest restitui, num. 10.

Intellige conclusionem procedere, quando extraneo est facienda restitutio, secus si substitutio ad quem bona sine restitutione transeunt, num. 11.

Quæ intelligentia indubitanter procedit, quando ex coniecturis apparet, ita Testatorem voluisse, num. 13.

Legatum vsus pecuniæ cum onere illam restituendi censetur relicta etiam proprietas, quia relictum incipit à legato ipsius rei, num. 9. *&* 12.

14 *Consolidatio est impossibilis quando est relicta proprietas cum vsufructu.*

15 *Verbum restituatur, etsi tamquam obliquum importet restitutionem proprietatis per fideicommissum.*

Attamen positum post verbum consolidetur debet impropriari, & intelligi de restitutione facti non iuris, num. 16.

16 *Consolidatio fit ipso iure mortuo vsufructuario.*

17 *Proprietas est, vel in suspenso, vel apud vsufructuarium*

rium quando iste grauatus est restituere sub conditione.

Fallit quando adsunt hæredes Testatoris, vel illorum hæredes,num.18.

19 *Subrogatum sapit naturam subrogati,quando in totum est subrogatum,secus si in parte.*

Quæ procedunt quando adest diuersitas inter subrogatum,& subrogantem,num.20.

21 *Vsusfructus non proprietas in dubio præsumitur relicta pro minori grauamine substituti,& vide n.22.& 27.*

23 *Verba ligati quando sunt dubia ex confessione legatarij,& obseruantia redduntur clara.*

24 *Hæres præsumitur habere notam voluntatem Testatoris,& potest illam declarare amplia id posse etiam facere exequutores testamentarios,num.25.*

26 *Appellatione portionis bonorum venit vsusfructus formalis,qui dicitur de bonis,& in bonis.*

28 *Testatores soliti sunt multa adijcere,quæ abundant.*

DECISIO CXIX.

CVm sub die 5.Maij præteriti proponeretur: An esset confirmanda decisio coram me facta 11. Decembris 1637:in qua fuit resolutum,esse reuocandas sententias latas ad fauorem donatariorum q.Gabrieliæ de Tertulijs; quia dicti donatarij prætendebant in Decisione coram bon. mem. Buratto in hac causa 19. Iunij 1617. quæ inter eius impressas est Decisio 257. in qua fuit denegata immissio Gabrieliæ, non fuisse firmatum principaliter, fuisse relictum solum vsumfructum Gabrieliæ, sed incidenter, & ad effectum impediendi dictam immissionem, super tertia parte hæreditatis Nicolai petita per Gabrieliam sine præiudicio aliarum duarum,ex eo quod pendente Iudicio super immissione in possessionem totius hæreditatis per Gabrieliam moto,non poterat inuentari particulare iudicium, super dicta tertia parte, & consequenter quod ex illa resolutione non possit inferri ad casum, de quo nunc agitur,in quo disputatur principaliter; An vsusfructus tertiæ partis bonorum ipsius Testatoris fideicommisso subiectorum,debeatur Donatarijs, & hæredibus Gabrieliæ; placuit Dominis dilata illa resolutione,quod particulariter videretur;An esset recedendum à dicta Decisione Buratti,in ea parte tantùm,in qua fuit firmatum, solum vsumfructum fuisse relictum Gabrieliæ, & dubio per me pluries proposito, Domini non recedendo à dicta Decisione, iterum censuerunt Gabrieliam, non potuisse prætendere proprietatem dictæ tertiæ partis bonorum ipsius Nicolai Testatoris,sed illi tantummodò fuisse relictum simplicem vsumfructum.

Quia cum Nicolaus Testator,facta vniuersalis hæredis institutione, ac pluribus substitutionum gradibus, deficiente linea masculina, vocauerit primos liberos masculos Giletæ, Ludouicæ, & Gabrieliæ filiarum, necnon primos liberos masculos filiarum Antonij & Bartholomæi mente captorum,factisque alijs substitutionibus, disposuerit per hæc verba.Etsi accideret vnam,aut plures dictarum filiarum suarum tàm primi, quàm secundi gradus, nullum habere masculum, tunc cum casus huiusmodi substitutionis veniet, voluit filiam eam, seu filias eas, quæ nullos liberos masculos habere reperientur; gaudere quoad vixerit parte, & portione bonorum ipsius Testatoris, quàm eorum liberi masculi respectiuè consequuti fuissent,si in rerum natura extitissent,ità tamen quod ipsis filiabus defunctis, seù filia defuncta,dicta pars, seù portio bonorum cum sua consolidetur proprietate; restituaturque pars huiusmodi substitutis prædictis,&c.Ex supradictis verbis apparet, non fuisse relicta bona Gabrieliæ ad gaudendum simpliciter,sed tantùm Testatorem voluisse,eam gaudere quoad vixerit parte,& portione bonorum, quam eius filius consequutus fuisset,si in rerum natura extitisset, cum verbum
1 gaudere,restrictum ad tempus†vitæ,solum vsumfructum importet secundum communem Doctorum opinionem *Bald.in l 1. num 3. vers.Et quando aliquid conceditur pleno iure*, clausula, *ad vtendum*,
2 nō †minuit concessionem,nisi tempus adijciatur, puta, ad vtendum, & fruendum in vita sua, *l.cum hi,§.si tibi,ff.de transact.Soccin.Sen.cons.192.num.10. lib.3.Menoch.de præsumpt.præsumpt.133. numer.12.* vbi plures refert,*& præsumpt.134. num.7. lib.4.& cons.352.num.16.& seqq.Petrus Ricciardus in Rubr. Instit.de vsufruct.num.83. vers.Quid iuris Castill.de vsufruct.cap.30.num.13.& 52.vers.2.Decian.respons. 44.num.100.vers.Et ideo si Testator lib.4.Bertazzol. cons.ciuil.4.num.16.Rot.in decis.coram bo:mem. Vbaldo* relata in Decisione,quæ reuidetur *num.5.*quod indubitanter procedit,cum dicta verba ostendāt,
3 non fuisse relicta bona ad gaudendum durante vita,in quibus etiam terminis procedit dicta communis opinio, sed relictum ius, seù factum istud
4 expressum gaudendi,& sic vtendi fruendi in†quo consistit vsusfructus formalis, vndè res est longè clarior, vt explicat *Bellon.Sen.cons.6.num.4.Pech. de Testam.coniugal.lib.5.cap.4.num 3* & in fortioribus terminis tradunt *Castr.consil.26 num.27.& 28 lib.3. Zanch.in l.hæredes mei, §.cum ita num.122. in fine*,dicens singulare,& notandum,*Bertazzol.dicto cons.Ciuil.4 num.38.*

Et comprobatur etiam ex alijs verbis, ibi, ità tamen, quod ipsis filiabus defunctis, seù filia defuncta, dicta pars, seù portio bonorum cum sua consolidetur proprietate, ex quibus apparet Testatorem manifestè declarasse,proprietatem esse distinctam, & separatam ab hoc legato, & penès
5 alium, † aliàs consolidatio fieri non posset, nisi nudus vsufructus fuisset relictus separatus à proprietate ex adductis per *Rotam decis 162.nu.3.par. 2.recent.*& in Decisione,quæ reuidetur *nu.6.* Non
6 enim datur consolidatio † in vsufructu causali, sed solum in formali, §.finitur ibi, vel ex contrario si vsufructuarius proprietatem rei acquisiuerit,quæ res consolidatio appellatur, *Instit.de vsufruct.Paris.cons.74.num.81.volum.3. Castill.de vsufruct.cap.61.num.24.in fine*, & consolidatio non simpliciter disposita,sed qualificatè cum proprietate, per antecedens, necessarium importat portionem filiabus Testatoris relictam fuisse,ratione formalis vsusfructus, cum alioquin consolidatio fieri non possit cum proprietate, siquidem pro-
7 prietatis † appellatio dicitur dominium nudum à formali vsufructu separatum, *l.proprietatis, C. de prob. per quem Text. ita concludit Felin. in c.Rodulphus num.16. in princ. de rescript. & ex eodem text. Castili.in dicto tract.de vsufruct. cap.75.num.35.constituit,*

stituit,aliud esse proprietatem,& aliud dominiũ;
8 Nam si proprietas,& dominium idem esset,† frustra diceretur in dicta *l.Proprietatis*,ibi,Proprietatis dominium,non tantum Instrumentis emptionis, sed, & quibuscumque alijs probationibus legitimis ostendi.

Nec ex verbis Testatoris immediatè sequentibus,ibi,restituaturque pars huiusmodi substitutis prædictis,omissis in decisione, quæ reuidetur;potest inferri quod fuerit etiam relicta proprietas ex
9 recepta conclusione,quod legato vsufructu † fundi cum onere restituendi fundum,censeatur etiam relicta proprietas *per text.in l.fin.ff.de vsufruct.ear. rer.quæ vsu consum.* vbi licet fuisset relicta pecunia Titio,vt præcisè vsum eius haberet,quia tamen fuit grauatus onere illam restituendi post mortem,Iurisconsultus firmat,etiam fuisse legatam
10 proprietatem,quia quod Testator senserit † de solo vsufructu formali, dici non potest, cum ille non posset post mortem restitui, dum per mortem extinguitur, *Roman.cons.206.num.3.Alciat.consil.562.sub num.1.& 2.Mantic.de coniect. lib.9.tit.5 num.12. cum alijs per Castill. de vsufruct.cap.30 numer.20.& seqq.* Quia obiectum procederet quando
11 restitutio fieri deberet extraneo, † non autem quando,prout in præsenti,restitutio fit vocatis,& substitutis,habentibus proprietatem,ad quos bona etiam absque restitutione redibant, vt ex *l.qui fructus,ff.de vsufruct.benè Cuiac.declarat Recitat.solemn. in lib.ff.in l.generali capite, longè post medium, Litt.E.vers. rectè etiam, ff.de vsufruct.leg. Castr.consil.121.column fin.num.1. in fine,vers.nam illa verba lib.1.Castill.vbi supra cap.30.num.22.in fin.Laderch. cons.32.num.8.Bertazzol.consil.Ciuil.4.nu.36.& 37. & consil.51,num.20. Ant.Merend.controuers.cap.34. sub numer.18. & dispositio Textus in dicta l.fin. ff.de vsufruct.ear.rer.quæ vsu consum.* cum alijs supra in contrarium allegatis, procedit quando relictum
12 incipit à legato ipsius rei,† vt in casu dictæ legis, in quo fuerat relicta pecunia, & in omnem euentum excluditur dicta legis dispositio, quando etiam ex coniecturis apparet de contraria mente
13 Testatoris, † quod scilicet valuerit legare vsumfructum,non proprietatem, *Soccin.cons.131.num.15 ante finem lib.1. & cons.102.num.10.lib.3.Aym.consil.25.num.30.Mascard.conclus.1419.Bertazzoll.consil.Ciuil 51.num.15.* In casu autem de quo agitur constat de expressa contraria mente Testatoris, resultante ex verbis Testamenti supra ponderatis. Ex quibus colligitur, vsumfructum, & non proprietatem legare voluisse; Alioquin vbi proprietas relicta fuisset, consolidatio fuisset imperti-
14 nens,& impossibilis, † ex quo consolidationis termini, vt fuit dictum supra ex notatis per *Castill.de vsufruct.cap.61.num.24.in fin.* Non dantur, nisi in vsufructu formali, non autem in causali,
15 &† inde sequitur quod verbum *Restituatur*,quamuis tanquam obliquum importare possit restitutionem per fideicommissum,etiam proprietatis; tamen quia in hoc casu fuit positum post verbũ, consolidetur,quod est directum, cum consolidatio fiat ipso iure,& propterea vsufructuario mor-
16 tuo, non est necesse, quod proprietario fiat restitutio,prout requiritur in fideicommisso,propterea dictum verbum *Restituatur*, debet impropriari, & intelligi de restitutione facti, seu de nudo facto, non autem de restitutione iuris,ex qua fideicommissum in proprietate resultet, & potiùs debet impropriari verbum, *Restituatur*, obliquum, quam verbum *Consolidetur*,directum ex pluribus ponderatis per *Peregrin.de fideicom.artic.32.num.78.vers. maior enim impropriatio est.*

Nec facit quod dicatur,proprietatem dictę tertiæ partis,vel mansisse in suspenso,cum in ea fuissent instituti filij nascituri Gabrieliæ, quos nun-
17 quam habuit,vel quod pendente huc conditione proprietas fuerit apud ipsam Gabrieliam,propter illud onus restitutionis adiectũ, *l.species,ff.de aur. & argen.leg.l.filios hæredes,ff.de vsu,& vsufruct.vbi gloss.in verb.reuerti, & clariùs etiam id probat Text. in l fin.ff.de vsufruct.ear.rer.quæ vsu consum.* Quia cum Nicolaus Testator in eius vltimo testamento hæredes vniuersales instituerit suos filios Antonium,& Bartholomæum mente captos, illisque decedentibus sine filijs masculis, substituerit vulgariter,pupillariter exemplariter,& per fideicommissum primos liberos masculos filiarum ipsius Testatoris,& in euentum in quem aliqua ex filiabus nullum haberet masculum, voluerit quod tunc illa, eius vita durante, gauderet portione, quam eius liberi masculi consequuti fuissent,si in rerum natura extitissent;indè sequitur proprieta-
18 tem remansisse penès liberos masculos Nicolai Testatoris, illisque defunctis,apud illorum hæredes, vt per *Castr.in l.Titia cum testam. §.Titia cum nuberet num.1.in fine, vers.& sic penès quemcumque, ff. de leg.2.* Et sic Gabrieliæ deberi tantum vsumfructum tertiæ partis bonorum Testatoris, quam consequuti fuissent sui filij masculi si extitissent, non autem proprietatem, quæ apud hæredes Testatoris remansit. Non enim fuit subrogata loco filiorum masculorum, itaut dicatur substituta, quia Testator hoc non dixit, sed voluit solum, filiam carentem filijs masculis, gaudere quoad vixerit parte,& portione,quam illi consequuti fuissent, & sic habere solum vsumfructum d.portionis,& propterea non potest dici subrogata,nisi in nudo facto gaudendi;accedente præsertim aperta contradistinctione verbi,gaudere,relati ad filiam, & verbi, consequuti fuissent, relati ad illius liberos,ibi,voluit,quod tunc illa eius vita durante, gaudeat portione, quam eius liberi masculi consequuti fuissent si in rerum natura extitissent,&c. Nec intrat regula, subrogatum sapere naturam eius, in cuius locum subrogatur quia procedit
19 quando in totum est subrogatum, non autem quando in parte *Calcan.cons.55.num 8.Dec.cons.18 in fin Menoch.cons.88.num.23.* Et maximè quando
20 adest diuersitas in subrogato ab eo, † in cuius locum est facta subrogatio, *Alex.cons.106.num 11 lib. 3.* quem sequutus est *Paris. cons.49. num.78. lib.3.*

Quæ magis procedunt,quia vt fuit dictum supra ante hanc dispositionem testator fecerat substitutionem per viam primogenituræ, de filijs, & descendentibus masculis suarum filiarum & filiarum suorum filiorum; Adeò quod dubitari non possit de præcedenti perpetua,successiuaque substitutione in bonis, per quam quilibet filius, seu descendens masculus filiarum capiebat ordine primogenituræ, per quam dispositionem eo magis est præsumendum ablatum à substitutio solum

lum gaudimentum, seu vsusfructus ad fauorem filiæ primi, vel secundi gradus, quæ nullos haberet liberos masculos, vt minus recedatur à præcedenti substitutione, & institutione primogenituræ in masculis, & in dubio est capienda omnis inter-
21 pretatio pro minori grauamine, vt vsusfructus, non proprietas relicta dicatur, vt post alios *Honded.cons.64.num.24.lib.1. Ant.Merend. lib.1.contro-uer.iur.cap.34.num.3.* Et hunc intellectum supponit etiam ipsamet dispositio Testatoris supponens proprietatem separatam penès dictos substitutos; Vndè si aderant substituti, qui tales vocantur res-
22 pectu eius filiæ, quæ liberos masculos non habebat, non potest ipsa filia dici vocata in proprietate, vt tenuit *Rota ex Decio, & Sim.de Præt.in Bonon. de Monterentijs, quæ est decis.663. par.2.recent.& in eadem coram eodem bon.mem. Dunozetto 23.Ianuarij* 1617. Sed quatenus verba legati essent dubia, & possent sonare in vsumfructum, & proprietatem; Attamen ex confessione Gabrieliæ, quæ tanquam vsufructuaria petijt vsumfructum, & tanquam talis in quibuscumque actibus iudicialibus ius assequendi vsumfructum sibi relictum reseruauit iuncta præsertim obseruantia tanti temporis inter-
23 pretatiua, conformis vsque in præsentem diem, res redditur clara, vt ponderant in istis terminis, *Nic. Bellon. conf. 6.num.6. versic.ad hanc, Rota in d. Bonon. de Monterentijs decis.663.num.6.par.2.recent.*
24 *& 23. Ianuar.* 1617. Possunt enim voluntatem † Testatoris declarare hæredes, qui illam præsumũtur habere totam *Cephal. consil. 183. num.71.* cum alijs allegat. per *Mantic.de coniect.vlt.volunt. lib.3.*
25 *tit.1.nu.* 26. Prout possunt eadem ratione † idem facere exequutores testamentarij, *Cald. conf. 249. nu. 1. lib. 4.*

Minus facit, quod cum Gabrielia fuerit vulgariter substituta eius filijs vocatis à Testatore in secundo gradu, sicut dicti filij Gabrieliæ habuissent proprietatem tertiæ partis, si extitissent in rerum natura, ita quoque virtute substitutionis, idem sit dicendum de eorum matre, quia non subsistit, quod Gabrielia fuerit substituta filijs, cũ hoc Nicolaus Testator non dixerit, sed solum voluerit filiam eam, seù filias, quæ nullos liberos masculos habere reperirentur, gaudere quoad vixerit parte, & portione bonorum ipsius Testatoris, quam earum liberi masculi respectiuè consequuti fuissent, si in rerum natura extitissent; Et propterea cum talis substitutio non legatur. Et masculi tantum extantes tempore defectæ lineæ fuerint substituti, & tales etiam vocentur, vt fuit dictum supra respectu dictæ filiæ, seu contradistinctè ad illam, non potest dici filiam carentem filijs masculis fuisse illis substitutam; Et sequentia verba testamenti, ibi ita tamen quod ipsis filiabus defunctis, seù filia defuncta, dicta pars, seu portio bonorum cum sua consolidetur proprietate, restituaturque pars huiusmodi substitutis prædictis, duo demonstrant primo gaudimentum quoad vixerit datum filiæ esse distinctum à sua proprietate, & ex quo illa defuncta debebat cum sua proprietate consolidari, pernecesse demonstratur, quod illa viuente non erat vnitum cum proprietate, nulla habita ratione, quod non sit dictum, quod vsusfructus consolidetur cum proprietate, sed quod portio bonorum consolidetur cum proprietate, quia appellatione portionis bo-
26 norum venit vsusfructus formalis, qui dicitur de bonis, & in bonis ex traditis per *Pinell. in l.1.p.3. num.9. Cod. de bon. mater.* Secundò quod iam viuente prædicta filia aderant substituti in proprietate, dum dicit, restituaturque pars huiusmodi substitutis prædictis, & substituti nominati supra erant substituti viuentibus Gileta, Ludouica, & Gabrielia filiabus Testatoris, non autem illis, vel aliqua mortua. Ideoque bene intrat, quod insti-
27 tuti prius erant proprietarij, filiæ verò vsufructuariæ formales, vt tenuit *Rota decis.663. num. 5. par. 2.recent. confirmata in eadem causa coram eodem bon. mem. Dunozetto* 23. *Ianuary* 1617. & cum non fuerit dictum de restitutione facienda extraneo, sed substitutis prædictis; Sicque vocatis ad proprietatem, illa verba; Restituaturque pars huiusmodi substitutis prædictis, non mutant legatum vsusfructus ex prædictis resultan. ex allegatis su-
28 pra, sed dicendum est † Testatorem expressisse ex abundanti, quod tacitè inerat, maximè quia Testatoris soliti sunt multa adijcere, quæ abundant, *l. Testamentum non ideo, Cod. de testam.*

Ex quibus Domini vtraque parte informante iuxta Decisionem bon. memor. Buratti 557. censuerunt Gabrieliæ fuisse relictum solum vsumfructum tertiæ partis bonorum hæreditariorum Nicolai Testatoris.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

SAC. ROT. DECANO.

Bononiẽ Census.

Lunæ 28. Martij 1639.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Census acquisitus absque pecunia numerata substinetur.*

Promissio euictionis, & ad damna, & interesse in materia Census venit sors principalis, & fructus.

2 *Nouatio stante distantia temporis ex vno Instrumento ad aliud præsumitur quando in secundo Instrumento fuit assertum contrarium à primo.*

Et onus probandi nouationem non interuenisse incumbit illi, qui contrarium in secundo Instrumento asseruit, num.2.

3 *Probatio non releuat quando non percutit tempus, & istud est de substantia pro victoria.*

DECISIO CXX.

SVb die 10. Ianuarij superioris anni * fuit resolutum hæredes Fasanini teneri erga Podium ad damna, & interesse, scilicet ad restitutionem sortis principalis census, & ad fructus illius, ea ratione, quia Manzoli vendiderunt censum Scappijs, qui postea illum cesserunt Fasanino, & iste cessit partem huius census Podio cum promissione de euictione, &c. & ad omnia damna, & interesse

tereſſe &c. Propterea cum cenſus non ſubſtinea-
1 tur, ex quo Scappij illum† non acquiſiuerunt cum
pecunia numerata, Faſaninus tenetur de euictio-
ne, & ad omnia damna, & intereſſe, quorum no-
minibus venit ſors principalis, & fructus ex de-
ductis in d. deciſione.

Neque obſtat, quod ceſſio fuerit facta Podio
tanquam creditori cum talis tamen non eſſet, &
ſic ex falſa cauſa, quæ prætenditur probari, ex quo
ceſſio fuit facta Podio de cenſu impoſito per Spū-
ctonum perindè, ac ſi d. Spunctonus eſſet verus
debitor Podij occaſione alterius cenſus, & tamen
conſtat, quod pro dicto altero cenſu Podius erat
debitor in ſcutis 1000. auri.

Nam fuit reſponſum, quod Faſaninus in ceſ-
ſione facta Podio mentionem fecit de d. cenſu,
nec dixit Podium eſſe debitorem partis illius, ſed
totum contrarium aſſeruit, & ideo ſtante diſtan-
2 tia temporis ab vno Inſtrumento ad aliud potuit
interuenire aliqua nouatio, & onus probandi non
interueniſſe incumbit hæredibus Faſanini cum
ipſe Faſaninus aſſeruit in ceſſione facta ad fauo-
rem Podij contrarium vt ſupradictum eſt, eoque
magis quia probatio, quæ non percutit tempus,
3 quando tempus eſt de ſubſtantia pro victoria †
reportanda non releuat adnotata *in l. mater Cod.
de probat gloſſ. in l. cum actum, verſ. non poteſt, &
ibi Bart. ff. de neg. geſt. Surd. conſil. 407. nu. 14. & 483.
num. 4.*

Et ita concluſum vtraque parte informante.

Eſt ſupra Deciſio 100. in hac parte.

R. P. D. ROIAS.

poſtea Epiſcopo Tarraconeñ.

Rhegineñ Tutelæ.

Lunæ 28. Martij 1639.

ARGVMENTVM.

Tutor tutela finita rationem reddere tenetur, & re-
liquatum reſtituere non ſolum ad fauorem Pu-
pillæ, ſed & eius hæredis.

SVMMARIVM.

1 *Validitas ſententiæ apparet ex reuolutione actorum.*
2 *Sententia prima, & illius confirmatoria eſt nulla, ſi fuit lata ſine citatione ad diem certam.*
3 *Sententia exequuta ad vna diem ſubſtinetur etiam pro aliquibus alijs vltra illa.*
4 *Citationis defectus ſanatur, ſi ſententia fuit lata præſentibus Procuratoribus, quorum alter ſtatim appellauit.*
5 *Auia materna ſuccedit nepti ab inteſtato decedenti, ſi non extent alij proximiores.*
6 *Tutor tutela finita condemnari debet ad reddendam rationem, & reliquatum reſtituendum, & nu. ſeqq.*
7 *Ratio non dicitur reddita, niſi cum reſtitutione reliquatus.*
8 *Actio pro reddenda ratione non ſolum competit pupillo, ſed etiam eius hæredi.*
9 *Proximitas probatur per Teſtes, & ſententiam ſuper ea emanatam.*
10 *Citatio ad videndum iurare Teſtes non eſt neceſſaria, vbi aliquis non erat qui citari poſſit.*
Sed ſufficit illo depoſuiſſe præcedente prius iuramento, ibidem, & num. ſeqq.
12 *Teſtium iuramentum præſumitur ritè receptum, prout ex iuris diſpoſitione fieri debet.*
13 *Copijs publicis deſumptis ab originalibus ſtandum eſt.*
14 *Stylus ſeruari debet, & facit ius.*
15 *Atteſtationes Notariorum, & Cauſidicorum alicuius Curiæ probant ſtylum.*

DECISIO CXXI.

PEr obitum Ioannis Pauli Sagrignani, & Francil-
cæ coniugum, abſque deputatione alicuius cer-
ti Tutoris, ſuſcepta fuit Tutela per Abbatem Læ-
lium Furnari de Monſolinis de anno 1637. Liuiæ
Sagrignanæ infantis, eiuſque bonorum, qui ea
finita promiſit rationem reddere cum reſtitutio-
ne reliquatus, & cum menſibus poſt deceſſerit Li-
uia prædicta adhuc in infantili ætate, eidem ab
inteſtato ſucceſſit Iulia Geria de Malgerijs auia
materna, quæ inſtetit pro redditione rationis ad-
miniſtrationis.

Et introducto iudicio eoram Vicario Rhegi-
neñ pro redditione præſcripta, fuit lata ſenten-
tia condemnatoria ad redditionem rationis dictę
Tutelæ Iuliæ hæredi Liuiæ prædefunctæ, & cauſa
in gradu appellationis ad Vrbem deuoluta, fuit
d. ſententia per A. C. confirmata, & poſtmodum
mihi commiſſa, dubitaui hodie an ſententia A.
C. eſſet confirmanda, vel infirmanda, & Domi-
ni confirmandam eſſe dixerunt, ratio reſolutionis
fuit, quia illa eſt valida, & iuſta, quæ ideo eſt
confirmanda.

De validitate ſententiæ A. C. apparet ex reuo-
1 lutione actorum, ex quibus patet in ea concurre-
re omnia requiſita tradita per *Caputq. deciſ. 260.
par. 2.*

Nec obſtare prætenſam nullitatem d. ſententię
Vicarij Rhegineñ ex eo quod non adeſt citatio
2 pro † die certa ad audiendam ſententiam, ideo-
que remanet nulla, tam prima ſententia Vicarij,
quam A. C. confirmatoria *Clem. Paſtoralis de re
iudic. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 11. num. 2. eod. tit. Rot. de-
ciſ. 17. de verb. ſignif. in nou.* quia fuit reſponſum
dictam nullitatem ceſſare, ex quo apparet cita-
3 tionem fuiſſe exequutam † pro prima die cum
aliquibus ſubſequentibus, quam citationem ſub-
ſtineri per aliquos dies vltra primam diem pro
qua facta fuit, vt notat *Bald in l. 1. num. 8. ff. ſi
quis caut. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 6. num. 9. de ſent. & re
iudic.* & dixit *Rota Ianuen. Pecuniaria 16. Martij
1612. coram bon. mem. Vbaldo*, & tanto magis,
quia ſententia de partibus lata fuit præſentibus
Procuratoribus ambarum partium, & illo dicti
Abbatis Lælij in continenti appellante, quam
4 præſentiam † tollere defectum citationis firmat
idem *Bald. in l. contumaciam n. 36. C. quomodo, et quan-
do Iudex, & in cap. 2. n. 13. de Teſtibus Felin. cap. 2.
n. 18 de iudic. Vant. de nullit. ex defectu cit. nu. 17. Ca-
ual. dec. 117. nu. 1.*

De iuſtitia vero viſum fuit Dominis euidenter
conſtare, cum condemnetur in ea d. Abbas Læ-
lius ad reddendam rationem bonorum tutelæ
admi-

administratæ Liuiæ prædefunctæ, ac de restituen-
5 da bona, ex † quo successio deuenit ad d. Iuliam auiam maternam, vti proximiorem, & ascendentem, non extantibus alijs proximioribus per *Tex. in §. si igitur defunctus Auth. de hæred. ab intest. venient. & in auth. defuncto, vbi DD. C. ad Senat. cons. Tertull.* Ideoque A. C. rectè processit condemnando d. Abbatem iuxtà eius obligationem ver-
6 bis claris conceptam in susceptione tutelæ, aliaque gessit prout munus est tutelare, *per text. in l. 1. §. officio ff. de tutel. & ration. distrab. & l. rationes, & l. aduersus, Cod. de administr. Tutor. Rebuff. in l. boues, §. hoc sermone, vers. ad primum igitur, ff. de verb. signif. l. non solum, §. is qui reddere, ff. de liber. legat. Escob. de ratiocin. cap. 3. num. 2.* Ita & taliter, quod nisi soluerit reliquatum rationem reddidis-
7 se non dicitur ex *Guttier. de Tutel. par. 3. cap. 1. n. 3. & 4.* quæ actio non solum competit pupillo, sed
8 etiam eius hæredibus, & consequenter † d. Iuliæ auiæ maternæ vti hæredi per *Text. in l. tutelæ 12. C. arbitr. tutel. l. 1. §. hanc actionem il 1. ff. de tutel. & ration. distrab. l. ex pluribus ff. de administr. & pericul. Tutor. & Borgn. Caual. de tutel. & cur. numer. 202.*

Iuliam autem esse auiam maternam, ac consequenter hæredem, vt sententia A. C. declarat visum fuit Dominis euidenter constare, tam ex sententia lata per Curiam Capitanialem Ciuitatis Rhegineñ, per quam fuit declarata hæres vniuersalis Liuiæ prædictæ, quam etiam ex Testibus tunc in d. Curia examinatis, qui clarè deponunt
9 eam esse auiam maternam, & proximiorem Liuiæ prædefunctæ, quibus standum esse dixit I.C. *in l. 1. ff. de Testib. & ibi DD. Alex. cons. 156. col. 3. vol. 5. cum vulg.*

Nec obstare oppositionem contra Testes factã, scilicet quod non adsit citatio ad videndum eos
10 iurare, sed tantum † adesse attestationem Notarij asserentis depositiones testium receptas fuisse, præcedente prius iuramento, & non existente
11 aliquo contradictore, qui esset † citandus ideoque non esse necessariam aliam citationem ad vi-
12 dendum iurare Testes, cum præsumatur † illud fuisse receptum, prout ex Iuris dispositione debebat fieri *Couarr. in cap. Quamuis pactum de pactis in 6. par. 1. §. 1. n. 2. & Rot. in d. Ianuen. Pecuniaria 16. Martij 1612. coram bon. mem. Vbaldo, & in Nerito-nen. Habitus 24. Ianuarij 1603. coram bo. me. Card. Verospio.*

Nec pariter obstare dixerunt Domini, quod in Instrumentis productis pro parte Iulię in principio adsit verbum copia &c. ideoque scripturas, ac instrumenta non esse legalia, & ideo non probare, quia ex attestationibus datis satis constitit, ita seruari de stylo illarum partium in tra-
13 dendis similibus publicis desumptis ab origina-
14 libus, quibus standum est, cum huiusmodi stylus faciat ius † *cap. ex liter. & ibi Abb. num. 5. & Dec. in 3. not. de constit. l. 3. §. fin. ff. de testib. Bart. in l. Iuris peritos ff. de excusat. Tutor. Afflict. decis. 135. num. 3. & decis. 253. num. 4. Ludouic. dec. Lucen. 36. num. 3. Hieron. Leo decis. Valen. 25. nu. 4.*
15 *lib. 1.* Maximè cum sint † attestationes Causidicorum, & Notariorum illius Curiæ, quibus est deferendum ex *Rot. decis. 393. nu. 1. par. 1. diuers. Ioseph. Ludouic. concl. 38. per tot.*

Demum non obstare visum fuit Dominis, quod opponebatur Virginiam Trapanam appellasse à Decreto Iudicis sæcularis, qui declarauit Iuliam hæredem Liuiæ præfatæ, quia cum non constiterit nec coram Ordinario, nec coram A. C. nec in Rota ipsam esse talem qualem esse se prætẽdebat, quinimò constiterit Iuliam esse proximiorem, & quod dicta Virginia vigore donationis q. Io. Pauli Patris Liuiæ esset creditrix hærediatis dicti Io: Pauli, & consequenter Liuiæ filiæ ipsius hæredis propterea Domini dixerunt non releuare, maximè quia d. Virginia egit contra Iuliam vti hæredem d. Io: Pauli ex persona Liuię filiæ, & obtinuit mandatum de manutenendo super certis bonis donati, vt in Summ. Iuliæ.

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Postea S. R.E. Cardinali.

Granateñ Matrimonij.

Veneris 1. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM.

Remissoria ad excludendum matrimonium non contractum, sed contrahendum facilius conceditur.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria quando causa est matrimonialis facilè concedi solet.*

Etiamsi probationes sint contra matrimonium contrahendam, secus de soluendo iam contracto, nu. 2.

2 *Consensum matrimonij, quæ important sunt probanda cum ex illis matrimonij validitas dependeat.*

4 *Parochus in contrahendo matrimonio debet esse præsens, non solum corporaliter, & physicè, sed etiam moraliter.*

5 *Testi vni affirmanti plus credendum, quam mille negantibus.*

Fallit quando Testes negantes deponunt per medium affirmatiuè, num. 6.

Quod fortiùs procedit quando negatiua non est vaga, & indefinita, sed restricta certo loco, & tempore, num. 7.

DECISIO CXXII.

RESponderunt DD. in hoc dubio pro concessione remissoriæ, quia causa erat matrimonia-
1 lis, in qua illa † faciliùs concedi solet, vt notat *gloss. in cap. series de Testib. & in cap. cum in tua 44. eod. tit.* & notant *DD. d. cap. series, & in cap. fraternitatis sub eod. tit. de Testib. vbi Abb. num. 4. Felin. num. 9. Specul. in tit. de Test. §. 8. numer. 10.* Quę procedunt quamuis probatio dirigatur con-
2 tra matrimonium † (dummodo non agatur de soluendo matrimonio iam contracto) sed solum de matrimonio contrahendo, vt fuit sententia eiusdem, *gloss. in d. cap. series, gloss. vlt.* & ibi tradit

dit *Abb. num. 5. in 2. colum. Butr. num. 1. Io. de Imola num. 4. Vitalin. in Clem. 2. num. 149. eod. tit. de Testib. Gabr. de Testib. concl. 21. num. 72.*

Et non poterat dubitari de releuantia materiæ, quæ fuit deducta in articulis, quia (vt patet ex inspectione vltimæ decisionis, quæ facta fuit in hac causa coram me sub die 28. Aprilis anni 1636.) deerat in hoc casu consensus expressus contrahentium, cum ille colligeretur partim ex signis intrinsecis, nimirum ex fide, quam sibi mutuo dederũt coniuges iungendo inter se manus, & Parochus non fuerat vocatus vt interesset huic actui, sed forte reperiebatur in ea domo, in qua dicitur contractum fuisse idem matrimonium. Vnde consensus eorum coniugum dicebatur colligi præcipuè ex eisdem signis quæ facilè potuerunt non esse nota, aut aduerti à Parocho; Et ita dum continetur in articulis signum illud dationis manuum remotum fuisse à sensu Parochi, eo quia ille tunc iam cæperat descendere ex scala cubiculi in quo hæc facta fuerunt, necessarium erat inquirere super veritate huius facti, & aperire viam illius probationi, quæ recipiebat
3 † consensum eorundem coniugum, & illius declarationem, factam coram Parocho, à quibus dependere debebat validitas matrimonij, vt notatur *in cap. Tua, & in cap. Ex parte de Sponsal.* & cautum fuit in *Sac. Synodo Trident. sess. 24. cap. 1.* Præsertim cum præsentia Parochi requisita ex dispositione eiusdem Synodi debeat esse
4 non solum corporalis † seu physica, sed etiam moralis, itaut intelligat, quid agatur à contrahentibus, sicut expressis verbis, & ratione *Sac. Concil. in d. cap. 1. deducit Sanch. de matr. lib. 3. disp. 39. num. Guttier.* qui refert resolutiones *Sacr. Congreg. de matrim. cap. 69. num. 8. Ledesm. eod. tract. quæst. 45. art. 5. in primo dub. in §. quo posito col. 3.*

Neque obstare visum fuit, quod materia contenta in articulis diceretur continere negatiuam; Vnde non potuisset obstare probatio, quæ facienda erat tanquam contraria probationi iam
5 factæ, dum magis credi debebat vni testi, † qui affirmatiuè deponebat, quam mille negantibus, *iuxt. notat. per Gloss. in l. diem proferre, ff. de recept. arbitr. in §. si plures in verb consenserunt, & in cap. 1. De præscript. lib. 6. in gloss. vltim,* & tradit *Innoc. in cap. Quid. per nouale num. 3. De verb. signif. Bald. in cap. Cum in tua num. 2. de Testib.* & ibi etiam *Im. l. num. 3. Gabr. de Testib. conclus. 4. in princ.*

Ea enim negatiua coniuncta erat cum affirmatiua, quia Testes deponere debebant, quod Parochus non potuit percipere verba, quæ protulerunt, aut signa, quæ dederunt contrahentes super hoc matrimonio, & ex quibus constare debebat de illorum voluntate, eo quia iam cœpisset descendere è scala; Ex quibus dici non poterat, quod ea probatio consisteret in sola negatiuã, & cessabat ratio, ob quam prior probatio
6 præferenda esset huic nouæ probationi, † vt declarat *Gabr. ead. conclus. 4. De Testib. numer. 5. Hercul. in tract. De proband. negat. numer. 194. & num. 237.* & voluit *Abb. in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 28. De caus. possess. & propr. Aret. in cap. In nostra numer. 18. De Testib.* & ibi etiam *Felin. num. 6. Afflict. decis. 324. num. 9.* Quod eo magis dicendum erat, dum talis negatiua non erat vaga, & indefinita, sed restricta certo loco, & tem-
7 pore, quæ rectè cadere poterat sub sensu Testiũ, vt tradit *Hercul. eod. tract. num. 260. Felin. in d. cap. In nostra num. 7. Abb. in cap. Cum in tua nu. 2. De Testib. Bart. in l. Hæredes palam num. 7. ff. de Testib.* & voluit *Gabr. ead. conclus. 4. De testib. num. 2.*

Et ita decisum fuit vtraque parte Informante, &c

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside Vallisoletano.

Moguntina Hæreditatis.

Veneris 1. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM.

Signatura Iustitiæ, vbi causam simpliciter committit declarat omnia gesta attentata, & nulla, etiãsi à die notitiæ habitæ fuerit appellatum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente nihil est innouandum.*
2 *Causa simpliciter per Siguaturam commissa declarat omnia interim gesta post appellationem nulla, & attentata.*
3 *Appellari potest à die habita notitiæ, vbi in sententia, ac illius executione citatio partis non interuenit.*
4 *Causa simpliciter à Signatura commissa declarat omnia interim gesta attentata, etiam quod appellatio à die habitæ notitiæ fuerit interposita, & sup. num. 2.*
5 *Attentata dicuntur gesta post inhibitionem executam.*
6 *Actus qui licitè ante inhibitionem fieri posset, nulliter fit inhibitione præsentata.*
7 *Attenta reuocari debent, & in eundem statum reponi, quo antea erant.*

DECISIO CXXIII.

POstquam Rota in hac causa sub die 15. Decembris anni præteriti * respondit non constare de re iudicata, ex eo, quod sententia D. Nuntij Colonieñ prolata ad fauorem ass. hæredum Iodocj à Riedt Scolastici Ecclesiæ Moguntinæ contra Capitulum Moguntinum laborabat vitio nullitatis, & iniustitiæ, dubitaui an ex parte dd. ass. Hæredum constet de attentatis quæ veniant reuocanda, prout prætendebatur ab Agentibus pro Capitulo, & affirmatiuè fuit responsum.

Quia post interpositam appellationem pro parte d. Capituli fuit ad instantiam dd. ass. hæredum Iodoci deuentum ad exequutionem sequestri relaxati à D. Nuntio, qui vlterius etiam procedens in negotio principali sine citatione Capituli, & abque alia iurisdictione cum essent lapsa fatalia protulit sententiam super immissione vigore Testamenti D. Iodici nulliter confecti ad fauorem dd. ass. Hæredum, vt firmatum fuit in præ-

in præcedenti decisione; Vndè attentata clara dicuntur, cum appellatione pendente nihil sit 1 innouandum, vt expressè disponitur in *cap. non solum 7. de appell. in 6. gloss. in cap. dilectis 55. verb. exequendam de appellat. Rot. decis. 10. vt lit. pend. in non.* & in alijs passim.

Nec dubitatum fuit, quin in præsenti casu daretur appellatio cum Signatura Iustitiæ simpliciter causam appellationis commiserit D. Abbati S. Pantaleonis, *vt in Summ. Capituli num. 3.* quo sit vt omnia interim gesta remaneant nulla, & attentata, quia perindè habetur, ac si declaras- 2 set vsque ab initio per appellationem fuisse inductum effectum suspensiuum *ex Text. in l. vnic. in princ. ff. nihil nouan. appell. penul. gloss. in l. appell. 3. verb. deliberationis, & ibi Bald. Cod. de appell. Lancell. de attent. appell. pend. ampliat. 19. num. 1. fol. 223.* & fuit dictum in illa *Romana de Zacconis 17. Maij 1611. coram Vbaldo, & in Vrbeuetana Bonorum 26. Ianuarij coram eodem, ac in Romana Domus 27. Octobris 1635. coram Illustriss. D. Decano.*

Nec obstat quod relaxatio sequestri, & prolatio sententiæ D. Nuntij sint sub diebus 21. Ianuarij, & 12. Septembris 1636. *vt in Summ. Capituli num. 1. & 6.* Appellationes vero fuerint interpositæ sub diebus 14. Februarij, & 10. Nouembris eiusdem anni, *dicto Summar. num. 2. & 7.* & sic post lapsum terminum decem dierum datum ad appellandum.

Quia cum tam concessio sequestri, quàm prolatio sententiæ emanauerint absque citatione 3 Capituli, potuit ab eodem Capitulo † appellatio interponi à die habitæ notitiæ, *vt ex leg. 1. §. vlt. ff. quand. appell. lic. & ex cap. biduum, §. si aduersus absentem 11. quæst. 6.* docet *Vestr. in praxi lib. 7. cap. 2. de appell. num. 21. circa med. versic. Quod si contra absentem, Clement. causam de elect. & in Clement. si ante de dol. & contum.* & propterea om- 4 nia postea gesta † à vitio attentatorum excusari nequeunt *Rot. decis. 656. num. 1. par. 1. recent. & coram Card. Caualer. decis. 211. num. 1.*

Præterea attentata confirmantur ex eo quod sub die 29. Ianuarij 1637. ad instantiam dd. asser. Hæredum obtentum fuit sibi ipsis cõsignari partem bonorum sequestratorum in executionem d. sententiæ D. Nuntij, vt in dicto *Summ. Capituli num. 8.* & tamen præcesserat intimatio inhibitionis D. Abbatis S. Pantaleonis Iudicis Commissarij, tàm contra D. Nuncium sub die 14. Decembris 1646. quam contra dd. ass. Hæredes sub die 2. Ianuarij 1637. eodem *Summar. num. 5.* 5 & certum est quod gesta † post inhibitionem executam attentata dicuntur, *Rot. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 435. num. 1. cum seqq.* Etiamsi 6 ageretur actus qui licitè ante † executam inhibitionem fieri posset *Mandos. de inhibit. q. 75. num. 8. Lancell. de attentat. post inhibit. cap. 20. ampliat. 1. num. 1.* & latè per tot.

Ex quibus censuerunt Domini constare de attentatis, quæ veniant reuocanda reponendo Ca- 7 pitulum † in pristinum statum, *Caputaq. dec. 150. par. 1. Seraphin. decis. 1176. num. 2.* non obstantibus his, quæ in memoriali pro parte dd. ass. Hæredum Iodoci dato deducebantur circa validitatem, & iustitiam dictæ sententiæ, ac circa remissionem huius causæ per Signaturam Iustitiæ ad Nuncium; Quia allegata pro iustificatione narratorum in dicto memoriali non subsistunt, nec sunt præsentis inspectionis.

Et ità &c.

☞ *Supra hac eadem parte octaua, Decis. 97. posita fuit dicta Decisio sub die 15. Decembris proximi præteriti anni.*

RERENDISS. P. D. PIROVANO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Romana Alimentorum.

Veneris 1. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM.

Alimenta pendente lite super statu matrimonij habentis in se implicitum statum validitatis prestari debent à viro vxori etiam quod ab illo seorsum habitet, si culpa non à muliere, sed à marito processit.

SVMMARIVM.

1 *Lite super matrimonij validitate pendente vxor à marito eiusque consanguineis alimentari debet.*

2 *Vxor alimentari debet à marito, siue dotem solueri, siue non.*

3 *Alimenta debent præstari à socero marito illa præstari non valente.*

4 *Socer agnoscere tenetur onera filij inter quæ est Nurui alimenta præstare.*

5 *Alimentorum quantitas Iudicis arbitrio est taxanda.*

Iudex in taxandis alimentis qualitatem, & necessitatem personarum, quinimò & omnes circumstantia considerare debet, num. 5.

6 *Iudices in decernendis alimentis, & paupertatem, & bonum ius attendere solent.*

7 *Paupertas est qualitas naturaliter infixa, & ideò facilè præsumitur.*

Amplia fortius in muliere nupta, ibid.

8 *Mulier nupta regulariter nihil præter dotem habere solet.*

9 *Præsumptio quod mulier nihil habeat præter dotem semper militat nisi de contrario doceatur.*

10 *Fides Parochi formiter extracta matrimonium probat quoad statum validitatis.*

Præsumptio boni iuris resultat ex matrimonio coram Parocho inito, num. 10.

11 *Alimenta subministrari non debent lite super statu matrimonij pendente.*

12 *Alimenta maritus præstare non debet vxori seorsum ab ipso habitanti.*

Mulier seorsum habitans à viro, & petens alimenta, tanquam pauper facit cessare requisitum paupertatis, num. 12.

13 *Mulier prætendens probare matrimonium lite pendente alimentari non debet.*

14 *Secus si maritus impugnat matrimonium iam contractum statum habens validitatis, quia tunc vxorem tenetur alere.*

15 *Mulier habitans seorsum à viro culpa ipsius viri, non est quid illi imputari possit.*

DE-

DECISIO CXXIV.

Lite contestata per DD. Nicolaũ Patrem Francisci, ac Stephanum, & Lazzarum fratres super nullitate matrimonij contracti per eundem Franciscũ cum Petronilla, dubitatũ fuit, an eidẽ Petronillæ sint subministranda petita alimenta, & sumptus litis, & ad quam summam; esse danda scuta viginti quolibet mense pro alimentis; Pro sumptibus verò litis nihil pro nunc esse erogandum fuit responsum.

Fundat enim Petronilla intentionem suam super matrimonio cum Francisco contracto in faciem Ecclesiæ iuxtà Tridentini dispositionem, & adhuc in statu validitatis existente, quod etsi à marito, socero, & fratribus respectiuè impu-
1 gnetur, † interim lite pendente sicuti ab eius viro, & socero esset alenda, ita ab eisdem alimenta sunt præstanda, *l. si neget, ff. de liber. agnosc. Afflict. decis.152. num. 4. Sanchez de matrim. lib.2. disp. 41. num. 51. Surd. de alim. quæst.118. num. 6. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. clausul 6. gloss. 2. par. 4. num. 32.* Etiam nulla habita ratione dotis
2 solutæ, vel non solutæ, *cap. ex parte de accus. Sanchez dicta disp 41. num.51. & lib.4. disp. 26 num.21.*
3 Et marito non † valente ea præstare, à socero veniunt præstanda *per l. si filia, § si filius, ff. fam. ercifcund.* quia socer tenetur agnoscere onera filij
4 inter quæ est Nurum alimentare, *Bart. in tract. alim. n.6. Surd. eod. tit. comprobans ex alijs tit.1. qu.38. num.1. & seqq.*

Quantitatem autem soluendam quolibet mense Domini determinarunt in scut. 20. monetæ inspecta qualitate personarum, & necessitate
5 vxoris siue Nurus respectiuè, † & prout Iudicis arbitrio esse taxandum omnibus circumspectis probarunt *Couar. pract. quæst. cap. 6. num. 7. Molin. de primog. lib. 2. cap. 16. num. 47. Fontanell. de pact. nupt. tom.2. claus.6 gloss.2. par.3. num.65.*
6 Non obstat, quod in Petronilla deficiant requisita paupertatis, & boni iuris, cum quibus solent à Iudice decerni alimenta.

Quia paupertas tanquam qualitas connatura-
7 lis facilè præsumitur, sed multò magis in muliere nupta quæ regulariter nihil præter dotem
8 habere solet † *Angel. Aret. cons. 81. num. 2. Socc. Sen. cons.9. num.3. lib 1.* Quæ præsumptio semper
9 recipitur non docto exaduerso de contrario, vt in *decis.498. num.5 coram Greg.XV.*

Quouerò ad bonum ius cum de matrimonio cum Francisco in faciem Ecclesiæ contracto sufficienter constet ex partita libri Parochi formi-
10 ter extracta, & producta, inde ex statu validitatis matrimonij oritur præsumptio boni iuris, *Bart. in l. si neget num. 2. ff. de liber. agnos. Alciat. præsumpt. 9. numer. 11. reg. 3. Decian. consil. 66. num.2. vol.2.*

Non obstat, quod pendente lite super validi-
11 tate matrimonij † alimenta non sint subministranda, *Rot. decis.1012. par.3. diuers.* & multo mi-
12 nus habitanti seorsum à marito, † ex quo in illo etiam, casu cesset requisitum paupertatis, *Surd. de alim. tit.1. quæst.32. n.17. & seqq.*

Quia decisio 1012. in suis terminis bene procedit in muliere petente Remissoriam ad probā-
13 dum existentiam † matrimonij de quo in actis non constabat; In præsenti autem Franciscus c natur impugnare matrimonium iam contractu & statum validitatis habens, ex quo statu orit boni iuris præsumptio, quæ nòn potest consid rari cessante, aut nondum facta probatione M
14 trimonij. † Habitatio verò Petronillæ seorsu à Francisco non prouenit ex facto illius, se
15 eiusdem Francisci † qui illam deseruit, receden do ab Vrbe, & tranferendo se in partibus lon ginquis, itaut magis aggrauetur paupertas eiu dem mulieris, vt ponderat *Fontanell. de pact. nup claus.6. gloss.2. par.4. num. 70.*

Et ità &c.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO

posteà S.R.E. CARDINALI.

Romana Censuum.

Lunæ 4. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM.

Executiuè agi non potest ex Instrumento vltra an nos quadraginta celebrato, esto quod paratam executionem, contineat; prout nec etiam execu tioni demandari permittitur illud Instrumentũ, quod vel à partibus, statuto, vel Iudice fuit pro casso, & abolito declaratum.

SVMMARIVM.

1 *Decretum Iudicis nullum, & iniustum executioni demandari non debet.*
2 *Actio exequutiua competens vigore Instrumenti quadraginta annorum spatio præscribitur.*
3 *Exequutiua Instrumenti habentis exequutionem paratam præscribitur spatio annorum quadraginta.*
4 *Debitor si creditori aliquid pro suo credito cesserit, & postea in pecunia numerata, soluat debitum, extinguitur obligatio tradendi quod cesserat.*
5 *Instrumento à Iudice pro cassato, & abolito declaratum non potest executioni mandari, & num. 8.*
6 *Statutum si mandat quod Instrumentum habeatur pro casso, non potest illius vigore peti executio.*
7 *Partes si pro casso, & abrogato voluerunt Instrumentum, ex illo executionem petere prohibentur.*
8 *Factum Iudicis factum partis reputari solet.*
9 *Libri alicuius Banchi non probant pro tertio contra Tertium.*
10 *Libri mercatorum iunctis adminiculis probant solutionem etiam pro tertio contra tertium.*

DECISIO CXXV.

Dubitatum fuit coram R. P. D. Buccabella in cuius locum ego subrogatus fui. An procedi deberet ad legitimam exequutionem mandati, quod Ioannes obtinuerat contra bona hæreditaria q. Marij Fani, & Domini responderunt pro D. Abbate Mario informante propter nullitatem & iniustitiam decreti Iudicis à quo idem man-
1 datum concessum fuit; Vndè non poterat † esse locus vlteriori exequutioni; vt notatur *in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. & in l. rei, §. vlt. ff. de pænis,*

nis, & in l. si Tutor, C. in quib. caus. restit. in integr. non est necess.

Et primo nullitas deducebatur, quia creditum Ioannis, cuius causa Dominicus eius Author obtinuerat mandatum contra bona Marii Aui D. Abbatis originem habebat ex obligatione facta ab eodem Mario in instrumento cessionis trium censuum, quos idem dicebatur dedisse Dominico in satisfactionx scut. 2000. pro quibus declaratus fuit debitor ex sententia Cardinalis Iustiniani, quæ obligatio Marij apparebat tacita vsque ab anno 1594. à quo tempore nunquam postea egit Dominicus, siue Ioannes illius hæres pro traditione dictorum censuum; Vndè spatio annorum 40. & ampliùs, qui elapsi erant à die cessionis vsque ad diem iudicij moti à Ioanne praescripta fuit actio exequutiua, quæ compete-
2 bat † ex instrumento eius cessionis ex *notatis in l. sicut Cod. de præscipt. trigint. vel quadrag. annor. & in cap. vlt. de præscrip. vbi Abb. n. 30. Bald. in l. planè ff. de eo, quod fals. tut. auth. gest. fuer.* vbi hoc tradit de
3 exequutione, quæ competit vigore instrumenti habentis exequtionem paratam, *Franc. in cap. possessor de reg. iur. lib. 6. num. 10. Rot. in Romana Exequutionis Laudi 13. Iunij 1629. coram Reuerendiss. Vrgellen.*

Confirmabatur hæc nullitas ex iniustitia eiusdem mandati, quia neque subsistebat, hoc debitum Marij, vndè Ioannes debuisset succumbere quamuis petiisset eos census, seù illorum fructus in iudicio ordinario; Etenim Marius cesserat eos census, vt euitaret exequutionem, quæ sibi imminebat vigore mandati, quod Dominicus obtinuerat à Card. Iustiniano, vt ostensum fuit ex pluribus protestationibus, ab eo factis coram Notario ante instrumentum eiusdem cessionis, sed cum effugere non potuisset solutionem eius summæ illam dedit Dominico in pecunia numerata, quàm habebat in Banco Vbertinorum, vt etiam probatum fuit ex partita extracta à libris eorundem Mercatorum, in qua prætereà fiebat mentio causæ eius solutionis nimirum occasione mandati concessi Dominico, ex quibus,
4 & ex ea solutione extinctum fuit creditum, † cuius causa fuerat Dominico facta cessio eorum censuum, vt notatur *in l. si alienus ff. de noxal. & in principio tit: instit. quib. mod. toll. oblig. tradit gloss. in l. cum ex causa Cod. de remission. pignor. & in t: inter stipulantem, §. Sacram. ff. de verb. obligat.* Præterea abrogata fuerat ex decreto eiusdem Cardinalis Iustiniani obligatio Marij, quę continebatur in dicta cessione, quia illa post solutionem à se factam comparuit coram Cardinali, & obtinuit ab eo Decretum, vt delerentur, & abrogarentur omnes, & quæcumque cessiones, quas fecerat fauore Dominici; Vndè patens erat iniustitia mandati Iudicis, cum fundaretur in obligatione Marij, quæ non solum extincta fuerat per
5 solutionem ab eo factam, sed etiam abolita, & cassa à Iudice, † & ita cum non posset aliquis effectus eius obligationis, neque hodie peti poterat illius exequutio, vt tradit *Bald.* in termi-
6 nis de instrumento, quod ex dispositione statuti † haberi debeat pro casso *in cons. 144. lib. 5.* & præ-
7 cipuè *num. 3.* & de instrumento, quod pro tali habitum fuerit, ac declaratum† à partibus tradit

Castren. in cons. 128. lib. 2. quod applicari potest
8 etiam declarationi, & mandato † Iudicis cuius factum reputari solet factum partis; *vt notatur in l. si ob causam, C. de euiction. & in l. si pignora ff. eod. tit. & Castrens. sequutus fuit Hyppolit. de Marsil. cons. 206. num. 23. & probant Text. in l. emptor 48. §. Lucius, ff. de pact. & notat ibi Bart. in fin. Ias. num. 7.*

Nequa visa fuit obstare exceptio, quæ adducebatur contra fidem librorum, ex quibus dicebatur probari solutio eius eius pecuniæ, quia li-
9 cet illi communiter non soleant fidem † facere pro tertio, & contra tertium, vt notant *Doct. in l. admonendi ff. de iureiur. & in l. instrumenta, C. de probation. & in cap. 2. de fide instrum. vbi Imol. n. 2. Dec. n. 51. Felin. num. 33.* Tamen non habet locum conclusio, quando fides eorum librorum confirmatur ex adminiculis, quæ non deerant hoc casu, nam præter præsumptionem veritatis eius solutionis, quæ oriebatur ab expressione causæ, quæ continebatur in partita eiusdem solutionis idem præterea confirmari videbatur ex obligatione, quam apparebat fecisse Dominicum sub die 8. Martij 1594. qua die ille exegit pecunias, de stando iuri, & soluendo, quod fuisset iudicactum cum D. Mario pro eadem summa scutorum duorum millium, quæ fuerant depositatæ in Banco sub illius credito; Tertio idem probare poterat longum silentium Dominici, quia ille spatio sexdecim annorum quibus postea vixit, nunquam aut petijt solutionem eius summæ, aut egit pro fructibus censuum, qui fuerunt assignati in eo instrumento cessionis, sicut vtrumque potuisset ex eodem instrumento, neque vnquam reclamauit à Decreto cassationis eiusdem instrumenti. Vltimò ea solutio videbatur probari ex confessione, quæ continebantur in commissione, D. Ducis de Cere, nam cum Marius conuenisset Ducem pro restitutione eius summæ, quam ipse soluerat Dominico obtinuit Dux auocari causam ab A. C. & committi eidem Cardinali Iustiniano coram quo pendebat causa inter Marium, & Dominicum, & in commissione, quam dedit pro auocatione causæ narrauit factum eiusdem solutionis, cuius causa petebat Marius restitui sibi à Duce pecunias solutas. Quæ omnia poterant rectè probare veritatem eius solutionis, &
10 confirmare † fidem librorum mercatoris in quibus illa continebatur, vt tradit *Bart. in dicta l. admonendi num. 17. ff. de iur. iuran. Aymon. de antiq. tempor. part. 1. §. vidimus num. 13. Rot. dec. 707. nu. 3. p. 1. diuersor. & coram Cardinali Seraphin. dec. 450. nu. 4. Surd. dec. 199. num. 11.*

Et ità &c.

R. P. D. PANZIROLO.
Postea S. R. E. CARDINALI.

Tudertina Societatis.

Lunæ 14. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM.

Societatis pręsumptio inter fratres excluditur ex actibus Societati contrarijs, itaut ab allegante illa sit plenè, & concludenter probanda.

SVMMARIVM.

1 *Societas non præsumitur, sed debet ab allegante probari.*

2 *Societas probari debet per actus concludentes, qui citra ius, & nomen Societatis fieri non potuerint.*

3 *Societas alicuius negotij inter fratres præsumitur ex venditione bonorum paternorum, cuius pretium in societatem præsumitur erogatum.*

Intellige, vt num. seqq.

4 *Venditione facta per fratres de bonis patrimonialibus præsumptio est, quod pretium ad vnumquemque pro sua rata peruenerit.*

5 *Frater se exercens in apoteca fratris sine mercede præsumitur potius tanquam socium, quam vti institorem se exercuisse.*

Intellige, vt num. seqq.

6 *Societatis præsumptio cessat, vbi cessat communicatio lucrorum.*

7 *Interpretatio contra eum est facienda, qui suam in verbis fundat intentionem.*

8 *Libri Mercantiles si nomine vnius fratris semper cantarunt, excludunt inter ipsos Societatis præsumptionem.*

9 *Societas excluditur ex actibus Societati contrarijs.*

10 *Confessio si est verisimilis & adminiculata probat etiam inter personas prohibitas.*

11 *Testibus illis maior præstari debet fides, qui habent pro se partis confessionem, & adminicula.*

Testes deponentes pro reo præferuntur Testibus actoris num. 11.

DECISIO CXXVI.

FIrmarunt iterum * DD. non constare de aliqua communione artis fundacariæ, & mercium apotecæ ad fauorem Pacini, sed earum dominium omninò spectare ad Cosmum eius germanum fratrem, & consequenter non fuisse comprehensas in donatione; quam idem Pacinus fecit Lucretię, de omnibus bonis suis, quia cum
1 societas non præsumatur, sed debeat ab allegante probari, vt per *Surd. cons. 138. n. 9. Card. Seraph. dec. 1376. n. 1. & dec. 1436 n. 3. Buratt. dec. 467. nu. 6.* & quidem plenè & concludenter, ac per tales
2 actus, † qui citra ius, & nomen Societatis fieri non potuerint *Ceph. cons. 247, n. 20. Surd. cons. 441. n. 9. vers. & ad inducendam, & dec. 267. n. 7. vers. hinc dicimus, Grat. disc. for. cap. 993. num. 5.* Ex coniecturis quæ adducuntur pro parte Lucretiæ donatariæ vti irreleuantibus non visa fuit resultare ista concludens communionis probatio inter prædictos fratres.

Illa enim, quæ desumitur ex magno augumento capitalis apotecæ, cum tamen habuerit ortum ab exiguo principio, & propterea id potuisset contingere ex pecunijs redactis ex bonis patri-
3 monialibus, sub eodem tempore venditis, præsertim cum non constet in quam causam fuerit expensum pretium præfatum, *vt per Anchar. cons. 302. n. 9. Castr. cons. 349. n. 1. ad med. vers. sed respondetur lib. 1.* fortasse releuaret si fuisset probatum, quod pecuniæ communes ad manus solius Cosmi peruenissent, & sub illius administratione remansissent, nam tunc possent præsumi erogatæ in emptionem mercium, & augumentum artis fundacariæ, secus verò quando prout in casu nostro non adest talis probatio, sed potiùs præsumptio in contrarium, quod pecuniæ ad vtrumque fra-
4 trem pro rata peruenerint, dum insimul vendiderunt bona patrimonialia, *Cyn. in l. si cum dotem §. transgrediatur in addit. ff. solut. matrim. Bart. cons. 124. n. 1. lib. 1. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 1 n. 43. & seq. vbi plures cumulat.*

Nec subsistit non doceri in quam causam fuerit versum pretium redactum ex venditione dictorum bonorum, quoniam fuit expensum in alendo numerosam familiam, & in maritandis & monachandis pluribus sororibus, & licet ostendatur acceptatio duarum in moniales ante obitum Patris, non autem inde sequitur, quod non potuerint fieri plures expensæ pro earum Monacatu, & ingressu Monasterij sequuto post Patris obitum, quo tempore bene fratres potuerunt, & debebant erogare pretium bonorum paternorum pro acconcio, & alijs expensis necessarijs.

Multò minus resultat aliqua communionis præsumptio, ex eo quod Pacinus successiuis temporibus se exercuit in apotheca, sine mentione
5 salarii, † itaut videatur se exercuisse tanquam socium non tanquam institorem, *Castr. d. cons. 349. n. 1. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 11. n. 19. Soc. di cons. 160. n. 6. ad med. lib. 2. cum alijs per Gratian. disc.* Lo *scept. 714. n. 18. quia Castrensis Socc. & Mantic.* loquuntur in casu quo lucra fuerunt communicata inter Socios, & sic in longè diuerso à nostro, in quo non constat de tali communicatione quin imò apparet de contrario, ex quo Pacinus nunquam de minima re Apothecæ tanquam Dominus disposuit, nec in proprios vsus conuertit, lucrorum apparet, vbi verò deficit communicatio societatis
6 cessat † etiam quælibet præsumptio *Berous cons. 96. n. 12. Ioan. de Anania cons. 65. num. 1. vol. 3. Rot. in rec. dec. 304. num. 11 par. 2. & dec. 708. num. 2. in fin. par. 3. Grat. verò loquitur,* vbi aderat inchoatio per patrem, & origo ex pecunia communi, & sic in terminis longè diuersis.

Demum non potest fieri aliqua vis in Epistola à Cosmo conscripta Pacino, in qua mandabat eidem, quod requireret Pompeium Bonaiutum, vt vellet vtrique præstare auxilium in venditione capitalis, quæ verba videntur excludere titulum institoris, & denotare dominium tam in vno, quam in alio ipsorum fratrum, quia ista verba visa fuerunt dubia, & ambigua, & possunt intelligi tam de capitali bonorum paternorum, quæ in communi per dictos fratres possidebantur quam de capitali Apothecæ, & ideò quatenus in illis Lucretia donataria velit se fundare con-
7 tra eam facienda esset † interpretatio, vt tenuit *Rot. in dec. 14. num. 2. vers. quæ etiam par. 4. rec.* nec est verum quod tunc non adessent bona patrimonialia nam adhuc aderant domus paterna, & vinea, quę etiam hodie extant, & nunquam fuerunt diuisa.

Et videtur tolli omnis difficultas, tam ex depositionibus testium dicentium Cosmum semper fuisse habitum Dominum absolutum prędicti negotij, & vti talem se gessisse, & fuisse solitum ne-

negotiari, Pacinum verò interfuisse in Apotheca, vti vnum ex alijs iuuenibus solitis in fundicis retineri vendendo tantum merces minutas, ac de eis semper reddendo rationem Cosmo, absque eo quod vnquam de illis, aut de alijs bonis Apothecæ ad sui commodum disposuerit prout verisimiliter fecisset si ea fuissent communia inter
8 ipsum, & fratrem, tum etiam ex quo libri mercantiles semper intitulati fuerunt † nomine solius Cosmi, sub cuius etiam nomine à principio vsque ad finem continuauit supradictum negotium absque vlla mentione Pacini *Bart. in l, si Patruus num. 6. & seq. C. communia vtriusque Iud. Riminal. Iun. cons. 280. num. 6. post med. vers. ad hoc benefacit Decius cons. 21. num. 6. Barbat. cons. 10. num. 14. lib. 1. Crot. cons. 40. num. 14. Stracc. in tract. de mercat. part. 2. num. 53. & seq.* tum demum, quia sicuti Pacino non fuerunt communicata lucra ita nec incommoda, nam Cosmus proprio nomine contraxit debita pro augmento Apothecæ, & pro dictis debitis dedit in fideiussores extraneas personas non autem ipsum Pacinum, quæ omnia insimul ponderata visa sunt excludere omnem societatis præsumptionem sicuti enim societas ex pluribus actibus colligitur
9 inita † ita quoq; ex actibus contrarij probatur nequaquam contracta, vt per *Decianum respons. 36. n. 26. versic. ita & contra lib. 1. Rom. cons. 418. n. 2.*

Accedente præsertim confessione eiusdem Pacini emanata medio iuramento, & pro exoneratione suæ conscientiæ, qua declarauit se nullius habere, nec habuisse super mercibus Apothecæ, sed ea in totum spectare ad Cosmum fratrem, & ab eodem fuisse acquisitas propria in-
10 dustria, quæ confessio cum sit verisimilis, & adminiculata exdepositionibus testium, & alijs vrgentibus coniecturis tàm hic, quàm in alia decis. ponderatis plebè probat contra quemcumque *Natta cons. 443. num. 24. & seq. Ruin. cons. 142. num. 4. lib. 1. Gregor. decis. 62. nu. 3.* vbi etiam inter personas prohibitas.

Nec prædictis obstant testes à parte Lucretiæ examinati, quia licet affirmatiuè deponant non tamen per hoc sunt præferend testibus deponentibus pro Cosmo cum isti melius concludant, ac meliores rationes reddant, vt supra dictum fuit, nec deponunt solum de negatiua, sed de actibus sonantibus in affimatiuam nimirum quod Pacinus gerebat se pro ministro, seu iuuene, & quod
11 de singulis reddebat rationem Cosmo, † & sunt suffulti confessione Pacini, ac tot alijs adminiculis, & deponunt pro reo & possessore, & sic eis etiam in concursu aliorum maior fides sit præstanda *Canon. si testes, & ibi gloss. 4. quæst. 3. Alex. cons. 99. num. 14. lib. 5. Rot. decis. 238. nu. 24 par. 1. diuers. & decis. 694. num. 7. par. 1. & decis. 159. num. 23 part. 5. recent.*

Reliqua verò quæ in contrarium fuerunt adducta visa sunt plene fuisse sublata in alia decis. & propterea non esse denuò repetenda.

Et ita parte vtraque, &c.

Id enim fuit firmatum sub die 21. Iunij anni præteriti, quæ decis. est supra in hac parte decis. 68.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO.

Sacræ Rotæ Decano.

Nullius, seù Apritina Iurisdictionis.

Veneris 8. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM.

Manutentio Iurisdictionis in locis intra diœcesim positis datur Episcopo quando concurrunt actus possessorij etsi eius iuris assistentia reddatur turbida. Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 20. de reformat. §. ad hæc talis impugnatur adimpleri posse per æquipollens, vbi latè.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet intentionem fundatam super iurisdictione locorum existentium intra fines diœcesis.*
2 *Manutentio datur Episcopo pro iurisdictione locorum suæ diœcesis ob iuris assistentiam, quam habet.*
Quod fortius procedit si cum iuris assistentia concurrat actuale exercitium. num. 3.
4 *Manutentio non debetur Episcopo pro iurisdictione suorum locorum quando à collitigante redditur turbida eius assistentia.*
Fallit quando cum assistentia concurrunt actus possessionis. num. 5.
6 *Possessio Abbatis exercendi iurisdictionem contra Episcopum non releuat nisi probata immemorabili, & per sententiam in iudicatū transacta canonizata, & num. 7.*
8 *Concilij dispositio non potest per æquipollens adimpleri.*
9 *Episcopi confessiones non præiudicant. Ecclesiæ, & multo magis emanatæ ab vno, eodemque Episcopo & cùm omnes non sint ab eo subscriptæ.*
10 *Immemorabilis per sententiam in iudicatum transactam canonizatam requisita à Concilio sess. 24. cap. 20. de reformat.*
Non dicitur probata stante declaratione Sac. Congr. Concilij, quia etsi habeat vim sententiæ nunquam transiuit in iudicatum.
Amplia quando declaratio ex vi clausulæ in illa adiectæ resoluitur in simplex monitorium. num. 11.
12 *Posth. de manuten. obseru. 45. num. 30. declaratur.*

DECISIO CXXVII.

POstquam tribus decisionibus prima sub die 17. Iunij 1626. coram b. mem. Remboldo, altera sub die 14. Maij 1632. & tertia sub die 14. Maij 1626. coram me firmatnm fuit loca Murci, Musciani, & Notareschi sita esse intra fines Diœcesis Aprutinæ, dubitaui sub die 18. Martij 1637. an D. Episc. Aprutino dandum esset mandatum de manutenēdo in quasi possessione exercendi Iurisdictionem in eisdem locis, & DD. ad fauorem eiusdem Episcopi tunc informantis affirmatiuè responderunt, sed pluries deinde proposita causa super ijsdem, reque informante etiam D. Abate B. Mariæ de Propezzano qui dd. loca sibi esse subiecta prætendit, maiori cum distinctione discussa, quoad causas matrimoniales, & crimi-

nales, licentiam concionandi, approbationem confessariorum, litteras dimissorias, & similia in decisis steterunt; quo verò ad causas ciuiles mandarunt particulariter videri.

Nam quoad partem resolutionis attinet, res visa fuit carere difficultate, quia cum loca, de quibus agitur, sint intra Diœcesim Aprutinam, vt liquet ex iuribus, ac testibus D. Episcopi ponderatis in predd. decisionibus, quæ iuxta Rotæ stylum in hac disputatione supponi debent, & in contrauersiam deduci non valent, vtiq; Episcopus habet intentionem fundatam in quasi possessione exercendi huiusmodi iurisdictionem in dd. loci intra fines suę Diœcesis existentibus, ex
1 dispositione,† ne dum iuris communis *cap. omnes Basilicæ 16. q.7. cap. conquerente de offic Iud. ordinar. sed etiam Concilij Tridentin. sess. 24. cap. 20. de reform in §. ad hæc* ob quam iuris assistentiam
2 eidem Episcopo in iurisdictionalibus † debetur manutentio *Seraph. decis. 1449. num. 1.* vbi dicitur, quod Rota hanc opinionem semper amplexa fuit *decis. 273. num. 1. & decis. 382. n. 1. decis. 493. nu. 2. & dec 501. num 1. part. 2. necentior. Add. ad decis. Greg. XV. 312. num. 4. & ad decis. Buratt. 216. lit. A. idem Butatt. decis. 451. num. 2.*

Eoque magis cum vltra d. iuris assistentiam
3 concurrat † actuale exercitium eiusdem iurisdictionis, vt constat ex iuribus, ac testibus ponderatis in alij decisionibus, *Rot. d. dec. 273. n. 2. & decis. 501. num. 2. & decis. 382. nu. 6. par. 2. rec.*
4 Non obstat quod assistentia iuris † pro D. Episcopo ponderata reddatur turbida ex iuribus ac testibus pro D. Abbate examinatis, quo casu iuris assistentia non suffragatur pro manutentione *Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 11. num. 15. Seraph. decis. 1278. num. 5. Greg. XV. d. decis. 312. num. 1. & ibi Adden. num. 4. vers. limitatur Rota decis. 5. num. 21. par. 4. recent. Adden. ad Buratt. d. decis. 219.* Nam vltra quod suppositis predictis decisionibus super situatione locorum, assistentia iuris pro D. Episcopo remanet indubitata, obiectum procedere posset vbi Episcopus niteretur sola iuris assistentia, secus autem quando
5 prout hic, † cum illa concurrunt etiam actus possessorij, quia tunc Episcopo possidenti datur manutentio, etiamsi iuris assistentia sit turbida, *Rot. dicta decis. 382. num. 5. par. 2. recent. Adden. ad Greg. d. decis. 312. num. 4. vers. limitatur inter alia, Seraph. d. decis. 1437. num. 1.*

Non obstat quasi possessio D. Abbati exercendi huiusmodi iurisdictionem in eisdem locis. Quoniam ex dispositione Sacri Concilij Tridentini *d. sess. 24. cap. 20. de reform. §. ad hæc*
6 *talis possessio*, non releuat, † nisi probetur immemorabilis, eaq; per tres conformes, vel per vnam saltem in iudicatum transactam sit canonizata, adeo vt interim Episcopus sit manutenendus, vt alias declarauit Sacra Congregatio eiusdem Concilij, eiusque declarationem amplexa fuit *Rota in Theatina Iurisdictionis de Atissa 26. Ianuarij 1615. coram Manzanedo* confirmata *in decis. 248. num. 1. p. 2. recent. & in Baren. Iurisdictionis coram Reuerendiss. D. meo Decano rel. dec. 273. p. 2. & decis. 491. n. 11. p. 1. rec.*

Non obstant testes pro D. Abbate examinati, deponentes Abbates pro tempore huiusmodi iurisdictionem in dd. locis ab immemorabili exercuisse. Nam quicquid sit, an immemorabilis sit legitimè probata nec ne, cum ex Concilio Tridentino copulatiuè requiratur imme-
7 morabilis quodque † illa sit, vt supra canonizata, vnum sine altere non suffragatur, ne per consequens D. Episcopo manutentionem impedire valent.

Non obstat quod dicatur assertam immemorabilem fuisse sufficienter iustificatam, ex nonnullis confessionibus Episcopi asserentis dicta loca esse Nullius Diœcesis; Tū quia cū ex dispositione Sac. Concilij pro Canonizatione immemorabilis requirantur tres sententię, vel vna in iudicatum transacta, illa non potest per æqui-
8 pollens adimpleri, † vt proposito similis dispositionis Sacri Concilij firmat *Gonzal. ad reg. 8. gloss. 18. num. 80. & seq. Rota decis. 199. num. 4. par. 2. diuers. & decis. 154. num. 8.* vbi quod assertiones Episcopi non sunt ęqnipollentes *par. 1. recent.*
9 Tum etiam, quia confessiones † Episcopi, non pręiudicant Ecclesię *Seraph. decis. 417. num. 3. Rot. d. decis. 382. nn. 3. par. 2. recent.* & fuit dictum *in Marsicana Iurisdictionis impress. apud Modern. Perus. in tractat de manut. decis. 64. num. 9. & 12. & decis. 327. num. 2. & 4.*

Eoq; minus cum omnes dd. confessiones emanauerint ab vno, eodemq; Episcopo, nempè Iacobo Siluerio de Piccolominibus, neq; omnes sint ab eo subscriptæ, sed earum nonnullæ ab eius Vicario, qui multò minus potuit Ecclesiæ præiudicare.

Tum etiam quia dd. confessiones non concludunt immemorabilem à Concilio requisitam, sed simpliciter enunciant loca controuersa esse nullius Diœcesis, quod tamen non nocet cum in potestate Episcopi non sit statum suę Ecclesię mutare.

Minus pro canonizatione d. immemorabilis
10 visa fuit suffragari † quędam declaratio Sacrę Congregationis eiusdem Concilij vsque de anno 1585. emanata in qua dicitur quoad causas criminales, & matrimoniales non esse molestias inferendas Abbati, tunc Commendatario B. Marię de Propezzano. Nam esto, quod d. declaratio vim haberet sententiæ, cum emanauerit in Concistorio Principis, quod ipsa Sacra Congregatio repræsentat, non constituit rem indicatam ab eodem Concilio, vt supra requisitam nam sententiæ latę in Concistorio Principis in iudicatum non transeunt, cum Princeps possit eas quandocumque reuocare, prout passit videmus in eadem Sacra Congregatione vsu receptum, *Bald. in l. rescripta col. 2. C. de pred. Imper. offer. Abb. con. 209. num. 29.*

Idque facilius procedere visum fuit in præsenti casu, cum d. declaratio habeat in ventre clausulam (& si quid fortasse aduersus ea, quę proponuntur in facto deducere voluerit Sacræ
11 Congregationi rescribet) † quæ operatur vt Episcopo deinde comparente, prout comparuit dicta declaratio resoluatur in simplex monitorium, vt in simili dixit *Rota coram Gregorio XV. dec. 146. n. 6. decis. 105. num. 8. & coram Vrgellen.*

Non obstat quod res indicata, non requiratur, quando aliundè ius Ordinarij inferioris est notorium

torium

torium *Moder. Peruſ. d. tract. de manut. obſer.45. num. 30.* Nam vltra quod ius notorium D. Abbatis ex prædictis nequaquam probari viſum fuit
12 eius † opinio aliqua ratione non nititur, ſed auctoritate dumtaxat nonnullarum Rotæ deciſionum, quæ loquuntur in caſu quo ſolum res iudicata, non autem quando vltra illam, etiam immemorabilis, ex forma Concilij requiritur.

Et ita vtraque, &c.

Deciſiones plures emanatæ in hac cauſa, quæ hic reſeruatur non ſunt impreſſæ, ſolum tamen illa, quæ emanauit ſub die 15. Iunij 1626. eſt apud Ludouic. Poſth. poſt tract. de Manutent. deciſ. 184. cætera habentur infra in Appendice.

REVERENDISSIMO P. D. DVNOZETTO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Saluiani.

Veneris 8. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM.

Venditio facta cum reſeruatione dominij vſque ad integram pretij ſatisfactionem impedit immiſſionem in Saluiano contra creditorem emptoris Iſta dominij reſeruatio in contractu emptionis, & venditionis etiam de iure ineſt.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum non intrat ſuper re, cuius dominium venditor ſibi reſeruauit.*
2 *Reſeruatio dominij facit venditionem tranſire in contractum locationis, & num.3.*
3 *Gabella non debetur ex venditione facta cum reſeruatione dominij.*
4 *Dominium rei venditæ etiam nullo pacto interueniente non poteſt in emptorem tranſire niſi pretio ſoluto, & num. 15.*
5 *Emptor pro rata pretij non ſoluta, dominium rei emptæ non aquirit.*
6 *Pactum reſeruationis dominij operatur illud idem, quod ius commune diſponit.*
7 *Expreſſio eius, quod de iure ineſt nihil amplius operari poteſt.*
8 *Pactum reſeruationis dominij videtur repugnare naturæ contractus emptionis, & venditionis. Emptionis, & venditionis natura eſt quod vendenes ſi eſt dominus transferat dominium in emptorem, num. 8.*
9 *Pactum reſeruationis dominij, ſi eſt conceptum perpetuo non valet, ſecus ſi temporaliter. donec pretium ſoluatur, & num. ſeqq.*
12 *Venditor ſi pro ſatisfactione pretij obtinuit rem venditam ſubbaſtari, non ſibi præiudicat quoad dominij reſeruationem, ſi de illo proteſtatus fuit.*
13 *Venditor vigore reſeruationis dominij poteſt experiri viam ſubbaſtationis in re vendita.*
14 *Contractus venditionis non dicitur ipſo iure reſolutus etiam pretio ſtatuto tempore non ſoluto, ſi ad pretij ſolutionem actum fuit.*
15 *Venditionis natura eſt, vt dominium non transferatur ante ſolutionem pretij.*
16 *Reſeruatio Dominij non operatur pro rata pretij ſoluti. Fallit vt num. ſeqq.*
17 *Dominium de iure in emptorem non transfertur, niſi in integro pretio ſoluto.*
18 *Saluianum exceptione melioramentorum exceditur, & quando.*

DECISIO CXXVIII.

De Anno 1626. Archihoſpitale Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe vendidit Pompeo Parlato domum poſitam in Regione Transtyberina in platea S. Ruffinę pretio ſc. 3000. monetæ ſoluendorum intra biennium cum reſeruatione dominij, & hypothecæ, donec, & quouſq; de eodem pretio eſſet integrè ſatisfactũ, ac reſeruato etiam Beneplacito Sedis Apoſtolicæ; biennio elapſo cum Parlatus medietatem d. pretij tantum modò ſoluiſſet, & propterea remaneret adhuc debitor alterius medietatis, Archihoſpitale pro d. reſiduo obtinuit mandatum executiuum contra ipſum quod fuit executum ſuper d. domo, quæ poſtea fuit ſubhaſtata, ac deliberata Hyeronimo Battaglino pretio ſc. 3100. quorum pars fuit ſoluta Archihoſpitali pro reſiduo d. pretii, reliquum verò fuit depoſitatum penes Sacrum Montem Pietatis ad creditum Pompei Battaglinus poſtea eandem domum ceſſit Archihoſpitali à quo deinde fuit iterũ vendita Vrſo Pullarolo, contrquem Emilius Plattus Ioannes Antonius Piſentes, & Ioſeph Baua aſſerti creditores Parlati primi emptoris in ſcut. 53 7 inſurrexernnt, & Saluianum interdictum ſuper eadem domo intentarunt. Quare Archioſpitale eiuſdem Vrſi neceſſarius defenſor litem in ſe ſuſcepit? Vnde commiſſa mihi cauſa propoſui dubium, An inter Saluianum ad fauorem dd. creditorum; DD. negatiuè reſponderunt, quia cum Archihoſpitale vendiderit domum Parlato reſeruato ſibi dominio, donec integrum pretium fuerit ſolutum, non poteſt intrare Saluianum ſu-
1 per re, cuius † dominium erat ipſius Archihoſpitalis *Put. deciſ. 232. in princ. lib. 3. ſecundum nouiſſimam impreſſionem Card. Seraph. deciſ. 757. nu. 1. Buratt. deciſ. 115. num. 4.*

Dominium autem fuiſſe Archihoſpitalis clarè apparet, quia propter d. reſeruationem dominij illud ſemper remanſit penes venditorem non
2 ſoluto pretio, † & reſeruatio iſta operatur, quod venditio huiuſmodi valeat in vim contractus locationis, *l. cum manuſata 80. in fin. ff. de contrahen. empt. & quod in locationem reſoluatur Magon. deciſ. Lucen. 31. num. 9. & deciſ. Florent. 91. nu. 8. & deciſ. 92. num. 12. Surd. deciſ. 157. num. 3. & dec. 305. num. 39. verſ. ſequitur Azeued. conſ. 32. num. 11.* qui dicit ex huiuſmodi contractu? non deberi
3 gabellam, quoniam non eſt venditio, ſed locatio *Alex. in addit. ad Bart. l. ſancimus 4. C. de Conſulib. lib. 12. Gomes var. tom. 5. c. 2. num. 30. Rota in Romana Vineæ 14. Maij 1639. coram R. P. D. meo Pirouano.* Imò etiam ceſſante iſta reſeruatione expreſsè adhuc dominum non cenſeretur abdicatum ab Archihoſpitali, cum dominium rei venditæ etiam abque aliquo pacto nunquam tranſeat
4 in emptorem, † niſi per eum fuerit ſolutum pretium

tium *l. quod vendidi.* 19. *ff. de contrab. empt.* §. *venditæ Iustit. de rer. diuers. Specul. de act. & petit.*§.*sequitur num.* 24 *ad med vers. secundum pretium*, itaut non sufficiat illud pro parte solui, cum etiam pro
5 rata eiusdem pretij soluti dominium non dicatur acquisitum, *Bart. in l. si fistulas* 78. §.*qui feudum ff. de contrab. empt. Alex. tons.* 121. *numer.* 1. *lib.* 4. *& cons.* 17. *in fin. vers. & licet. dd. conductores lib.* 4. *Ruin. cons.* 66.*nn.*7. *lib.* 4. *Surd. dec.* 220. *num.* 12. *Tiraq. de retract. conue.* §. *fin. numer.* 71. *vbi alios refert. Rot. dec.* 107. *nu.* 5. *par.* 3. *Adden. ad Greg. XV. dec.* 347. *nu.*18.*& fuit dictum in causa Romana Palatij* 4. *Martij* 1625. *coram R.P.D. meo Pirouano*,
6 & huiusmodi pactum continere † illud quod ius commune dicit *Abb.cons* 69. *n.*1. *in. fin. lib.*1.*Surd. d. dec.* 220. *nu.* 13. vbi quod eius expressio nihil
7 operatur † tanquam pretium sit naturale, *Bald. in rubr. C. de contrab. empt. n.* 13.

Non obstat quod Natura venditionis sit, quod vendens si est Dominus transferat dominium in emptorem, & propterea ista reseruatio vi-
8 deatur † repugnare naturę contractus emptionis, & venditionis, quæ requirit dominij translationem *d. l. cum manusata ff. de contrab. empt.*

Quia distinguendum est, quod aut tale pactum & reseruatio fit hac lege, vt dominium rema-
9 neat perpetuò penès venditorem, & † tunc non valet, quia repugnat naturæ contractus emptionis & venditionis, & ita procedit *text. in d. l. cum. manusata ff. de contrahen. emp.* aut apponitur temporaliter, vt dominium remaneat penès vendi-
10 torem, quousque pretium soluatur, † & tunc valet, & non repugnat naturæ contractus, ita *Bald. in rubr. C. de contrh. empt. quęst.* 13. *Corn.* 297. *vol.* 1. quod pactum temporale donec pretium
11 fuerit solutum benè conuenit † naturę contractus, vt dominium non transeat ante pretij solutionem *l. quod vendidit C. de contrahen. empt. cum alijs allegat.*

Non obstat, quod Archihospitale egerit pro satisfactione residui pretij per viam subhastationis contra domum istam tanquam contra rem debitoris, quia vltra quod subhastatio fuit facta cum protestatione expressa, & reseruatione iuriũ
12 Archihospitalis, † propter quam non intellexit abdicare à se domum nisi postquam integrè domus solutum esset pretium *Card. cons.* 8. *vers. non obstat. de regul. Alex. cons.*190.*num.*22. *vers. non obstat sextum lib.*2 licet Archihospitale potuisset sibi præiudicare circa rei vendicationem eligendo
13 viam subhastationis † non tamen sequitur quod non potuerit vigore reseruationis dominij experiri viam subhastationis, vt declarat *Marant. cons.*129.*num.*7. vbi dicit, quod non soluto pretio in tempore statuto, contractus non potest dici
14 resolutus ipso iure † ex reseruatione dominij. Idem dicitur in *dec.* 267. *& decis.* 281 *penes Pacif. secundùm vlt. impress.* & in omnem euentum, vbi etiam Archihospitale malè egisset curandi subhastari domum, non ideò sequitur, quod non soluto integro pretio fuerit translatum dominium in Parlatum, itaut intrat hipotheca ad fauorem creditorum cum natura venditionis fit, vt non
15 transferatur dominium † ante solutum pretium *Surd. consil.*101.*nu.*12. *& decis.* 220.*n.*11. *cum alijs allegat.*

Non obstat, quod † reseruatio dominij non
16 debet † operari pro rata pretij soluta *Soccin. Iun. consil.* 36.*num.*2.*vol.*4. *Manent. cons.* 129. *numer.* 4. *Ciriac. consil.* 55.*num.*9. Tum quia de iure est etiam
17 vt nonnisi soluto integro † pretio acquiratur dominium emptori *ex Tiraq. Surd. & alijs* 5. *alleg.* Tum etiam quia Rota tenet contrarium in *d. Romani Palatij coram R. P. D. meo Pirouano*, & in alijs decisionibus 5. relatis.

Non obstat exceptio melioramentorum, quia illa non sunt liquida, & Archiospitale non recusat illa soluere facta liquidatione, quare illorum
18 respectu † excluditur Saluianum *Crauett. cons.* 298. *nu.* 16. *vers.* 3. *Rota dec.* 128. *n.* 3. *penes Cenc. de censib. in addit. Caual. decis.* 652. *nu.* 3.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CARILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Romana Domus.

Veneris 8. *Aprilis* 1639.

ARGVMENTVM.

Testator, qui in testamento aliquos exclusit cum legato, quod aliud ex sua hæreditate petere non possent, si testamentum fuerit per prædecessum hæredis caducatum, & aliud non fuerit à Testatore confectum, cum facere potuisset, præsumendum est, quod voluerit exclusos ab intestato succedere.

SVMMARIVM.

1 *Testamento caducato per prædecessum hæredis hæreditas deuoluitur ad venientes ab intestato.*
Amplia conclusionem procedere non obstante legato facto ad illorum fauorem cum probibitione, quod amplius petere non possent ibidem.
Prohibitio facta legatario, quod nihil amplius petere posset intelligitur facta fauore hæredis scripti numer. 1.
Prohibitiones factæ in testamento intelliguntur rebus in eodem statu permanentibus, secus cessante causa testati num. 1.
2 *Prohibitio facta indigno pro testatorem repetita censetur etiam in causa intestati.*
3 *Prohibitio facta in testamento habente clausulam codicillarem habet etiam locum testamento caducato ad fauorem venientium ab intestato.*
4 *Prohibitio facta in testamento habente clausulam codicillarem procedit ab intestato, si superest persona, cui hæreditas debeat restitui.*
5 *Inducta ad fauorem vnius non debent in eius odium retorqueri.*
6 *Propositum in mente retentum nihil operatur.*
Multa dicuntur, quæ ad effectum non producuntur, vel ab ijs reciditur num. 6.
7 *Voluntas testatoris non dicitur perfecta donec coram Notario, & testibus fuerit declaratum.*
8 *Testamentum si quis facere cœperit coram Notario, & testibus, sed morte præuentus vlterius vt volebat procedere non potuerit, testamentum dicitur nullum.*

9 *Ex-*

9 *Exclusio per testatorem facta si referri potest, & ad causam odij, & ad prædilectionem hæredis, ad causam prædilectionis semper inferri debet.*
Amplia vt num. seqq.
10 *Determinatio plura respiciens determinabilia æqualiter determinare debet.*
11 *Testator si testamentum per mortem hæredis caducatum in quo aliquos exclusit, non mutauit, cum mutare potuisset censetur exclusionem illis remittere voluisse, & odium si quod conceperat condonasse.*
12 *Testator decedens confessus, & Sacro Viatico munitus odium remisisse censetur.*
13 *Legatum vsusfructus vbi non apparet testatorem, & proprietatem legare voluisse morte ipsius vsufructuarij finitur.*

DECISIO CXXIX.

NOn acquiescentibus DD. Bacciottis resolutioni factę sub die Veneris 12. Nouembris anni præteriti, in qua dictum fuit, testamentum Tulliæ non obstare, & consequenter Franciscæ eius nepti vti venienti ab intestato, dandam esse immissionem super domo, & bonis de quibus agitur. Proposui denuo causam super eisdem, & DD. standum esse in decisis censuerunt.

Nam vera vita fuit conclusio in decisione firmata, quod nempè testamento caducato per prædecessum hæredis instituti, hæreditas deuol-
1 uatur † ad venientes ab intestato, qualis est Francisca in casu præsenti, non obstante, quod legato iuliorum quinque eidem facto per Tulliam testatricem fuerit adiecta prohibitio, vt nihil aliud quauis causa, & occasione prætendere posset, quia talis prohibitio intelligitur apposita fauore hæredis scripti, & rebus in eodem statu permanentibus, secus verò cessante causa testati, vt benè explicat *Bart. in l. quoties §. si duo num. 5. ff. de hæred. instit. Corn. cons. 118. num. 12. lib. 1.* magistraliter firmat *Gabr. in consil. 129. n. 8. & seq. vol. 2.* cum alijs allegatis in decisione causæ *sub §. non obstat.*

Nec aliquid releuare dictum fuit *Caual. decis. 381. num. 10.* vbi firmari videtur similem prohibitionem extendi etiam ad casum intestati, quia
2 in casu d. decis. prohibitio † erat facto indigno, vt patet ex verbis testatoris ibidem ponderatis *sub vers. vltra.* Et propterea non applicari præsenti, vbi Francisca nec per testatricem fuit indigna vocata, nec alibi eam talem fuisse probatur.

Prout nec aduersari potest clausula codicillaris, cuius vigore prætenditur d. prohibitionem
3 vigere † etiam testamento caducato, quoniam id procedere, vel ad fauorem eorumdem venientium ab intestato, vt in casu *Menoch. consil. 482. num. 13.* vel quando superesset aliquis in eodem
4 testamento de directo vocatus, † cui venientes ab intestato possent hæreditatem restituere, in quibus terminis loquuntur *Bald. in cons. 17. numer. 3. lib. 5. Angel. cons. 204. Corn. cons. 133. num. 4. lib. 3.* cum alijs pro Bacciottis allegatis, vt in specie eos referens aduertit, & declarat *Gabr. in d. cons. 129. d num. 10. vsque ad 15.* Cum autem in proposito nullus adsit substitutus in testamento, neque compareant alij venientes ab intestato, præter Franciscam actricem, effectus clausulæ codicillaris ad eius fauorem inductus, non debet in
5 eiusdem † odium retorqueri *l. quod fauore Cod. de legib.*

Nec obstat, quod prohibitio prædicta censeatur facta ex causa odij, quo Tullia illos de Christianis prosequebatur, quod odium sufficienter probatur prætenditur ex testium depositionibus datis *in nouo Summario à num. 4. vsque ad num. 10.* & in eo d. Tulliam vsque ad mortem perseuerasse, eò, quia illi impediuerant eidem matrimonium contrahere, litibus eam vexauerant, ac eiusdem bonorum successioni aspirabant.

Quia DD. rectè ponderatis dd. testium depositionibus, dixerunt ex illis concludenter quidem probari propositum, quod Tullia vsque ad mortem habebat, nihil relinquendi illis de Christianis de suis bonis, sed ex quo in articulo mortis, nec antea nullum aliud confecit testamentum, d. propositum frustratorium remansit, & factus fuit locus successioni ab intestato cum actus in mente retentus nihil operetur, & multa dicuntur,
6 quæ non perducuntur ad effectum, vel ab ijs receditur, vt not. *Bald. in l. multum interest col. 2. Cod. si quis alter vel sib. & in cap. fin. col. fin. de iuram. calumn. Dec. cons. 104. num. 5. versic. vnde testis Rimin. Iun. cons. 296. nu. 2. lib. 3.* nec voluntas testa-
7 toris dicitur perfecta, donec coram Notario, † & testibus rogatis fuerit declarata *Seraph. dec. 1355. nu. 7. & 8.*

Imò, si quis cœperit nuncupatiuè facere testamentum cum omnibus solemnitatibus requisitis, & fecerit institutionem, vel aliqua legata, seu ca-
8 pitula, † & morte præuentus non potuerit vlterius procedere, prout volebat, testamentum dicitur nullum in totum, textus est expressus *in l. is, qui testamentum ff. de testam. l. ex ea scriptura ff. eod. §. eo autem solo instit. quib. mod. testam. infirm.* cum alijs congestis *per Anton. Gom. in l. 3. tauri nu. 18.* Ideoque plerumque accidit hominibus, vt morte præuenti, non possint disponere de rebus suis, prout volebant, & hinc eorum bona transeunt ad personas etiam sibi ipsis inuisas.

Nec facit, quod probato semel, quod Tullia excluserat illos de Christianis vti odiosos hoc sufficiat ad docendum, quod vsque ad mortem durauerit huiusmodi causa odij, ita vt censeatur etiam à successione ab intestato eos voluisse excludere, etenim cum exclusio prædicta potuerit contingere, tam ex causa odij, quam causa prædilectionis Pantasileæ, sororis hæredis institutæ, existimarunt Domini, quod potius ad hanc secundam causam ea referri debeat, cum certum sit illam fuisse factam cum supposito, quod testamentum valeret, & ex eo d. Pantasilea hæres in-
9 stituta succederat, † & ideò nulla ratio suadet, quod extendi debeat extra suum casum in præiudicium venientium ab intestato, vt ex disposit. *tex. in c. odia 15. de reg. iur. in 6.* tenet in puncto *Gabr. d. cons 129. nu. 18.*

Quod eò faciliùs venit dicendum in præsenti ex eo, quod eadem prohibitio legitur facta Marcellæ filię Marij fratris prædefuncti eiusdem testatricis, contra quam nulla causa odij præcedebat, nec quoad illam aliquid deponunt testes pro Bacciottis inducti. Sicuti igitur exclusio d. Marcellæ non

non processit ex odio, ita etiam nec minus odio-
sa dici potest exclusio illorum de Christianis cum
vnica determinatio respiciens plura determina-
10 bilia, omnia æqualiter † determinare debeat,
*argum. text. in l. iam hoc iure ff. de vulgar. & pupil-
lar. Bart. in l. si legatarius §. 1. ff. de leg. 3. Surd. conf. 31.
nu. 15. vol. 1.* Concurrente præcipue vnicitate
orationis *Alex. in d. l. iam hoc iure col. 3. & in l. gal-
lus §. quidam rectè col. 3. ff. de liber. & posthum. Ruin.
cons. 3. num. 20. vol. 2. idem Surd. cons. 45. n. 37. eod.
vol. 1.*

Prædictaque omnia confirmantur optima ra-
tione, siquidem, dum Tullia testatrix superuixit
Pantasileæ hæredi institutæ per integrum ferè an-
num, & nullum aliud confecit testamentum, quo
Franciscam, & alios venientes ab intestato ex-
11 cludere poterat, præsumitur omne odium, si
quod habebat, remisisse, & Franciscæ, & alijs,
si qui essent, successionem ab intestato tacite per-
misisse, vt in specie notant *Doct. in l. fratres 27. C.
de inoffic. testam.* & consuluit in puncto *Cæsar Ma-
nent. in cons.* 515. *num. 3. & seqq. lib.* 2 cum alijs
cumulatis in decisione causæ *sub §. vnde adest* iun-
cto præsertim adminiculo desumpto, ex eo quod
12 dicta Tullia † decessit confessa, & viatico refe-
cta *Bellon. de iure accrescend. cap. 7. qu. 57. num. 20. &
36. Peregr. de iure Fisc. lib. 3. tit. 13. num. 9. Mantic.
de coniect. lib. 6. tit. 10. num. 8. lib. 8. tit. 4. num. 16.*
cum alijs adductis in decis. causæ *in §. tanto
magis*.

Quibus sic stantibus conclusum fuit nullam
esse habendam rationem legati vsusfructus huius
domus relicti Turino auctori illorum de Bacciot-
tis, sub quo prætendebatur fuisse comprehensam
etiam proprietatem, quia verba testamenti sunt
nimis clara, exprimentia solum vsumfructum
ibi, *reliquit vsumfructum domus, in qua ipsa testatrix
inhabitat*. Vnde cum non fuerit legata domus ad
vsufructuandum, sed vsusfructus domus dumta-
13 xat, † legatum restringitur ad vsumfructum for-
malem, qui morte finitur iuxta distinctionem
*Bart. in l. 4. in fin. ff. de alim. legat. Surd. de aliment.
tit. 2. quæst. 1. num. 21.* Nec contrarium colligitur
ex testibus datis pro Bacciottis in eorum *Summ.
n. 10.* deponentibus, quod Testatrix dixerat vel-
le domum Turino relinquere, cum huiusmodi
verba verificentur in legato vsusfructus iam in
testamento relicti.

Et ex his omnibus responderunt Domini stan-
dum esse in decisis vtraque parte audita.

Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 12. Nouembris 1638. coram eodem R. P. D. Carillo est impressa supra in hac eadem parte dec. 82.

R. P. D. CARRILLO

Postea Præside VALLISOLETANO,

Brixineñ Iurisdictionis,

Lunæ 11. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM.

Ecclesia ex quibus præsumatur esse de iurisdictio-
ne Episcopi contra prætendentem illam habere
Territorium separatum egregiè discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Stylus Rotæ est concedere remissoriam in summarijssi-
mo possessorio sine tamen retardatione.*
2 *Episcopus habet intentionem fundatam super iurisdi-
ctione in omnibus locis suæ diœcesis.*
*Fallit quando adsunt aliqua, & vrgentia Episcopi
intentionem turbantia nu. 16.*
3 *Manutentio in iurisdictione locorum suæ diœcesi debe-
tur Episcopo.*
4 *Ecclesia qualibet præsumitur esse in aliqua diœcesi ni-
si probetur habere territorium separatum.*
5 *Ecclesiæ territorium non potest separari nisi à Papa.*
6 *Ecclesia præsumitur de iurisdictione Episcopi vici-
nioris, præsertim si nullus alius Episcopus pro ea
instet.*
*Fortius stante confessione Abbatum pro tempore illius
Ecclesiæ num. 6.*
8 *Enunciatiua etsi emanata à personis interessatis, &
suspectis satis probant quando recipiunt fomentum
ab actu in quo fuerunt enunciatæ.*
9 *Qualitas Enunciantis multum coadiuuat probatio-
nem.*
10 *Confessio concurrentibus adminiculis eo magis pro-
bat.*
11 *Ecclesia ex actibus iurisdictionalibus factis ab Epi-
scopo præsumitur esse de illius iurisdictione.*
12 *Actus qui dicantur iurisdictionales competentes Epi-
scopo in beneficijs, & Ecclesijs suæ Diœcesis refe-
runtur.*
13 *Recognitiones probant dominium contra recognoscen-
tes, & habent vim confessionis.*
14 *Subsidium charitatiuum non soluitur nisi Diœcesano,
& pro Ecclesijs in diœcesis existentibus.*
*Ecclesia ex solutione subsidij charitatiui ab facta Ab-
bate Episcopo præsumitur de illius Episcopi iuris-
dictione num. 14.*
15 *Situatio, & confines probantur coniecturis, & leuio-
ribus probationibus.*
16 *Lis pendens super situatione Ecclesiæ an sit infra, vel
dxtra diœcesim impedit decisionem possessorij.*
17 *Quod non procedit quando pro parte prætendentis
Ecclesiam esse extra diœcesim nil daret, quod turba-
intentionem Episcopi: imo potius apparet contra-
rium.*
19 *Manutentio suarum Ecclesiarum non denegatur Epi-
scopo donec de releuantia priuilegij cognoscatur.*

DECISIO CXXX.

PEtente D. Abbate in Stambs remissoriam ad ef-
fectum probandi Monasterium Stambsense ha-
bere Territorium separatum ab alijs, & exercitium
iurisdictionis spiritualis, & quasi Episcopalis,
regimenque Ecclesiæ S. Ioannis Baptistæ spectare
ad Abbatem pro tempore d. Ecclesiam solere
visitari à Superioribus Ord. Cisterciensis priuati-
uè quoad D. Episcopum Brixinen. Opponebatur
inter alia pro parte eiusdem D. Episcopi fuisse in
actis per cedulam suspensum petitorium, & ideò
Rota habita pro releuanti materia articulata
concessit remissoriam sine tamẽ præiudicio sum-
marijssimi possessorij, vt in decisione coram me
extensa sub die 19. Nouembris anni præteriti,
seruando stylum seruari solitum in hac mate-
ria.

ria possessoria relatum *apud Seraphin. in decis.* 194. *num.* 1.

Hodie autem iuxta præmissa prosequendo disputationem ad instantiam dicti D. Episcopi dubitaui, *An eidem sit dandum mandatum de manutenendo in possessione exercendi in Monasterio eiusque Parochiali Ecclesia Sancti Ioannis Baptistę in Stambs, ea, quæ Ordinarij locorum exercere possunt in Monasterijs, & Parochialibus Regularium sitis in eorum Diœcesibus*, & DD. affirmatiuè responderunt, quia cum Episcopus habeat de iure intentionem fun-
2 datam super exercitio iurisdictionis in † omnibus locis intra fines suæ Diœcesis existentibus, *cap. cum persona 7. in fin. de priuileg. in 6. cap. conquærente 16. de offic. ordin. cap. cum Episcopus eodem tit. in 6. cap. constitutus 6. & c. seqq. de religios. domib. cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7.* & cauetur *in Sac. Concil. Trident. sess. 7. cap. 8. de reformat. & sess. 21. cap. 8.* & aduertit *Rota in decis. 305. num. 1. par. 2. recent.* Ex hac tantum iuris assistentia debet in sua
3 † Episcopali iuridictione manuteneri, vt notant Doctores omnes *in d. cap. cum persona de priuileg. in 6.* & tenuit pluries *Rota apud Verall. decis. 306. num 7. par. 1. & 203. par. 2. & coram Seraphin. dec. 1063. num. 3. & dec. 1104. & dec. 278. nu. 1. & recent. decis. 382. num. 5. & decis. 501. par. 2.* & alibi sæpè.

Quod vero Abbatia, seu Monasterium in Stambs sit intra fines Diœcesis Brixineñ visum fuit constare ex pluribus. Primò ex generali præsumptione, quod quælibet Ecclesia censetur esse
4 in aliqua Diœcesi, † nisi probetur habere Territorium *cap. omnes 16. qu. 7. cap. cum persona de priuil. in 6. Felin. in cap. graue num. 2. vers. imò videtur de offic. ordinar.* & sic cum in præsenti non probe-
5 tur talis territorij separatio, quæ † fieri non potest, nisi à Papa *cap. cum contingat, vbi Butr. numer. 11. vers. de consuetudine Abb. num. 18. de for. competen. Rota decis. 324. num. 2. par. 1. recent.* nec alius Epi-
6 scopus in hac iurisdictione concurrat, † sequitur dicendum, præsumptionem stare pro Domino Episcopo Brixineñ viciniori, vt in terminis dixit *Rot. coram Buratt. dec. 578. nu. 30.*

Secundo ex pluribus confessionibus Abbatum d. Monasterij, & signanter ex illa facta sub die 6. Februarij 1451. *Summario D. Episcopi num.* 7. Vbi apparet, quod Abbas in Stambs tunc temporis non valens personaliter interuenire conuocationi Prælatorum factæ ab Eminentiss. Card. Alemanię Legato suum procuratorem constituit Gerardum Abbatem Monasterij Victoriensis Ordinis, & in principio narratiua fatetur d. Monasterium Stambense esse Diœcesis Brixineñ, ibi, *Nos frater Gregorius Sancti Ioannis Baptistæ in Stambs Ordinis Cisterciensis Brixinen. Diœcesis, &c.* Et huic confessioni adhærent quamplures aliæ similes in alijs, & diuersis actibus emanatæ, vt in d. Summario nempè de anno 1459. num. 10. de annis 1483. & 1519. nu. 16. & de annis 1593. & 1601.
7 num. 20. † quas confessiones esse in hac materia sufficientes, in puncto tenuit *Rot. in d. dec. 577. n. 4. coram Buratto*, vbi refertur, ita quoque alias Rotam respondisse *in Calaguritana iurisdictionis 4. Iunij 1603. coram Penia, & in Fanen. Iurisdictionis 18. Maij 1609. coram Iusto.*

Tertiò ex pluribus enunciatiuis Episcoporum Brixineñ vltra 200. annos in diuersis instrumentis emanatis, vt in Summario num. 4. 6. 8. & 9. & licet illę emanauerint, ab Episcopo interessate, ex quo tamen sunt numero plures, & antiquissimæ, & earum aliquæ emissæ in actu proportionabili iurisdictioni Episcopali. Prima est actus gestus de anno 1491. d. Summ. num. 4. vbi Episcopus petit à Monasterio tamquam sito intra fines suæ Diœcesis subsidium charitatiuum, & altera de eodem anno d. Summ. num. 8. vbi Episcopus petijt, & obtinuit ab Innocentio Papa declarari exceptionem alias concessam Ord. Cisterciensi non suffragari quo minus Monasterium prędictum eiusdem Ord. Episcopo subsidium charitatiuum solueret. suffragantur eidem D. Epi-
8 scopo, quia recipiunt fomentum ab actu in quo fuit † enunciatum *Achil. decis. 1. de confess. & 7. de Iurepat. Rot. dec. 148. num. 3. dec. 224. num. 5. par. 1. recent. & decis. 386. in fin. coram Illustrissimo Domino meo Decano*, vt fuit dictum *in Soana Beneficij 22. Iunij 1624. coram Reuerendo P. D. meo Merlino.*

Quarto ex enunciatiuis Ioannis XXIII. dicto Summ. num. 10. & Innocentij VIII. num. 11. & 13. vbi legitur à prædictis Pontificibus dari licentiam Abbatibus pro tempore Monasterij benedicendi omnia ad cultum Diuinum necessaria, ordinesque minores conferendi Nouitij, & Monachis, & Breuia sunt directa Abbatibus Monasterij Sancti Ioannis Baptistæ in Stabs Cistercien. Ordinis Brixinen. Diœcesis qualitas autem enun-
9 ciantis † multum probationem coadiuuat, *Crot. cons. 332. num. 10. & seqq. lib. 5. Rot. decis. 405. nu. 3.* vbi loquitur de enunciatiua Episcopi *par. 1. recent.* & in terminis enunciatiuæ Papæ, *Corn. cons. 22. num. 5. lib. 3.* quæ omnes enunciatiuæ quatenus de per se non sufficerent, negari non potest, quin deseruiant pro adminiculandis dictis Abba-
10 tum confessionibus, † quæ concurrentibus adminiculis, eò magis probant *ex tradit. per gloss. in cap. dudum il 2. verb. de veritate de elect. Seraphin. dec. 292. n. 3.* & fuit dictum *in Aprutina Iurisdictionis 16. Martij 1624. coram Seleucien.*

Quintò ex actibus Iurisdictionalibus ab Epi-
11 scopo † factis in hoc ipso Monasterio, vt dixit *Rota in Adrien. Iurisdictionis 27. Iunij 1622. & 30. Ianuarij 1623. coram R. P. D. meo Pirouano.* Etenim Episcopus de annis 1572. 1600. & 1608. contulit ordines Monachis huius Monasterij d. Summ. num. 18. & mortuo Suffraganeo, quo vtebatur, concessit Episcopo Curien. pro ea vice dumtaxat, facultatem benedicendi Abbates, & Monachos d. Monasterij ad eorundem Monachorum, & Abbatis preces d. Summ. num. 19. licentiam absoluendi in casibus sibi reseruatis tribuit tribus confessarijs in Ecclesia dicti Monasterij ad supplicationem eiusdem Abbatis, & Monachorum d. Summ. num. 22. ac demum præsentatos à Monachis ad Parochiales vacantes approbauit d. Sum. num. 16. quos actus eidem Episcopo facere non
12 licuisset nisi Monasterium de quo agitur, † esset intra fines Diœcesis Brixinen., cum sint omnes actus iurisdictionales Episcopo in Beneficijs, & Ecclesijs suæ tantum Diœcesis competentes *per tex. in cap. 1. de relig. domib. cap. ex frequentibus de instit. Rot. dec. 2. de concess. præbend. in nou.* & in spe-

ſpecie aduertit *d. dec. 578. nu. 9. coram Buratto*.

Quibus accedunt libri Conſiſtoriales, & Datariæ, in quibus hæc Abbatia deſcribitur, vti ſita intra limites Diœceſis Brixinen., & vlterius recognitiones in Epiſcopum, & Diœceſanum factæ ab eodem Abbate dicto Summ, num. 19. quæ recognitiones dominium contra recognoſcentem
13 probant, † & habent vim confeſſionis *Bart. & Bald. in l. cum falſa C. de iur. & fact. ignorant. Paul. de Caſtr. & Aret. in l. ſi rem aliquam ff. de acquirend. poſſeſſ. Crauett. conſ. 157. num. 7. verſ. ſecus ſi quis*, & quod facit ceſſare in hoc difficultatem, eſt ſolutio charitatiui ſubſidij facta ab Abbate Domino Epiſcopo Brixinen. præuia eiuſdem Epiſcopi citatione, & præcepto dicto num. 9. cum certum
14 ſit ſubſidium † charitatiuum non ſolui, niſi Diœceſano, & pro Eccleſijs in eadem Diœceſi exiſten. *cap. conquerentes, vbi ſcribentes de offic. ordin. Vitalin. in Clem. 1. num. 73. de cenſ. Pariſ. conſ. 27. num. 2. lib. 4.* & in terminis charitatiui ſubſidij dixit *Rota in Calaguritana Iuriſdictionis 16. Iunij 1604. coram Penia relat. per Buratt. in d. dec. 518. num. 10.* & ſequitur *Belencin. in tract. de charit. ſubſid. qu. 1. nu. 1. Barboſ. de iur. Eccleſiaſt. cap. 21. de charitatiu. ſubſid. num. 3.*

Et prædicta omnia viſa fuerunt DD. ſuperabundare cum ad effectum probandi ſituationem,
15 & confines ſufficiant coniecturæ, † & leuiores probationes *Bart. in l. cum alijs num. 20. C. de iur. deliberand. gloſſ. in cap. ſi Papa verb. Probatam de priuil. in 6. Pariſ. conſ. 104. num. 24. lib. 1. Buratt. in ſæpius repet. dec. 578. nu. 13.* Nec applicari *deciſ. 1278. coram Seraph. & dec. in Aprutina Iuriſdict. 19. Martij 1624. coram Seleucien. quæ eſt dec. 184. impreſſ. apud Moder. poſt tractat. de manut.* vbi dicitur non ſuffragari Epiſcopo aſſiſtentiam Iuris quoad loca, quæ eſt dubium; An ſint in Diœceſi, quia tam Deciſiones prædictæ, quam omnes alij auctores aexaduerſò allegati procedunt quando
16 in effectu ad ſunt aliqua, & quidem vrgentia, quæ turbare poſſint intentionem Epiſcopi, vt erant in terminis dictarum deciſionum *Seraph. & Seleucien.* hic vero omnia intentionem Epiſcopi probant, & pro parte Abbatis nihil penitus adducitur.

Non obſtat, quod Abbas prætendat Monaſterium prædictum eſſe extra fines Diœceſis Brixinen. & ſuper hoc pendeat lis, quæ non terminato prius petitorio, impedit deciſionem poſſeſſorij vt fuit ſeruatum *in d. dec. 1278. num. 4. verb. quibus ſic ſtantibus, coram Seraph.* quia vltrà quod lis non pendet ſuper ſituatione Monaſterij, ſed ſuper poſſeſſione deputandi Vicarios ad nutum amonibiles, vel perpetuos in Parochialibus eidem Monaſterio ſubiectis, vt in commiſſione ad inſtantiam Abbatis obtenta, de qua in d. Summ. num. 3. Ceſſat difficultas ex eo, quod pro parte Abbatis
17 nihil datur, † quod turbare poſſit intentionem D. Epiſcopi, vt erat in caſu *dictæ deciſ. 1278. coram Seraph.* Prout patet ex eius lectura, & ſignanter *ſub num. 5. in fin.* & verſa vice ex ſuperius ponderatis conſtat ſituationem d. Monaſterij Sancti Ioann. Baptiſtæ in Stambs eſſe intra fines Diœceſis Brixinen.

Minus releuat remiſſoria ad inſtantiam eiuſdem Abbatis expedita, qua probare prætendit d. Monaſterium habere territorium ſeparatum ab alijs & exercitium iuriſdictionis ſpiritualis, & quaſi Epiſcopalis, Regimenque Eccleſiæ S. Ioannis Baptiſtæ ſpectare ad Abbates pro tempore, & d. Eccleſiam ſolere viſitari à ſuperioribus ordinis Ciſtercien. priuatiuè quoad Epiſcopum Brixinen. Quoniam donec, & quouſque non fuerit diſcuſſa releuantia probationis reſultantis ex d. remiſſoria licet D. Epiſcopus in ſua poſſeſſione defendi, & conſeruari, vt in fortioribus terminis, Idest quando a Prælato inferiori exhiberetur etiam priuilegium ad ſui fauorem, non eſſe Epiſcopo
18 denegan. manutentionem † donec de releuantia priuilegij videatur, dixit *Rot. in deciſ 491. num. 9. & par. 1. recent. Mareſcott. var. lib. 1. cap. 11. num 5. cum alijs relatis per adden. Gregor. XV. in deciſ. 312. num. 4.*

Et ità deciſum vtraque parte informante, & audita.

☞ *Deciſio iſta emanata in hac eadem cauſa ſub die 19. Nouemb. 1638. coram eodem R. P. D. Carillo nunc Præſide Valliſolet. habetur ſupra in hac parte dec. 84.*

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO

Sacræ Rotæ Decano.

Albanen. Vineæ.

Lunæ 11. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM.

Duabus factis donationibus rei emphiteuticæ, quarum prima conſenſum Domini directi non habuit, ſecunda verò ſic, prætertur prima, ea ratione, quia conſenſus ad donationis validitatem non requiritur, eſto quod ad illius poſſeſſionem capiendam ſit neceſſarius.

SVMMARIVM.

1 *Venditionis titulus eſt vnus ex modis transferendi dominium.*
2 *Donatio rei emphyteuticæ facta reſeruato Beneplacito Domini directi, eo non obtento non valet.*
3 *Conſenſus domini directi in alienatione rei emphyteuticæ reſeruatus cum clauſula, quatenus opus ſit, non vitiat alienationem etiam ſi non ſequatur quoties ille neceſſarius non erat, ibidem.*
4 *Conſenſus Domini directi non requiritur in donatione rei emphyteoticæ.*
Dummodo talis donatio iuribus ipſius non præiudicet: ibidem.
Contra, num. 5.
6 *Conſenſus Domini directi non requiritur ad effectum validitatis donationis rei emphyteoticæ.*
Sed ſolùm ad effectum vt donatarius poſſit capere poſſeſſionem, ibidem.
7 *Donatio rei emphyteoticæ ſecundò loco facta præualet primæ.*
Si ſecundus donatarius & obtinuit conſenſum, & accepit poſſeſſionem ante primum, ibid.
8 *Donatio ſecunda facta ſub conditione ſi prima non valuerit non ſubſiſtit prima valida exiſtente.*

DE-

DECISIO CXXXI.

Vinea, de qua agitur sita in Territorio Albani in loco nuncupato *la Valle del Pozzo* fuit de anno 1599. à qu. Marinerio donata Petro Allegre, deindè ab eod. fuit de ann. 1603. donata secunda vice Septimio Petrello; orta controuersia inter Lucretiam filiam, & hæredem Septimij secundi Donatarij, & DD. de Guelphis, qui emerunt vineam à primo donatario, & Venerabilem Ecclesiam B. Mariæ Monserrati causam habentem à Guelphis, fuit datum dubium; Cui esset dandum mandatum de manutenendo, quo sub die 5. Iulij 1638. proposito fuit rescriptum, vt videretur de bono iure, de quo hodie ad fauorem dictorum DD. de Guelphis, & Ecclesiæ constare DD. resoluerunt, quia cum Donatus Marinerius ad quem spectabat hæc vinea, quod non controuertitur inter partes de anno 1599. illam donauerit Petro Allegre, & Petrus illam de anno 1605. de consensu, & cum interuentu eiusdem Marinerij, qui in donatione fructus Vineæ sibi reseruauerat sua vita durante vendiderit Guelphis, à quibus de anno 1606. fuit solutum Domino directo laudemium, satis videtur constare de bono iure dd. de Guelphis & per consequens Ecclesiæ attento
1 d. titulo venditionis, † cum qui est vnus ex modis transferendi dominium, *venditæ Instit. de rer. diuis. Verall. dec. 291. part. 1.*

Non obstat, quod in donatione facta Petro fuerit reseruatum beneplacitum DD. de Sabellis Dominorum directorum, quod non fuit à
2 Petro obtentum, † & propterea ei donatio suffragari non valeat. *Facchin. controu. lib. 3. quæst. 97. vers. contrarium, Loffred. cons. 17. num. 55. & 56. Greg. XV. decis. 192. num. 1. vbi Adden. num. 3.* Quia hoc forsan procedere posset si dictum beneplacitum fuisset reseruatum simpliciter, vt declarat idem *Loffred. d. cons. 17. num. 56. vers. nam retenta*, vel cum clausula, *nec alias, &c.* prout in ca-
3 su decisionis Gregorij, sed cum fuerit † reseruatum cum clausula, *quatenus opus sit*, nec fuerit necesse illud obtinere illius ommissio non irritauit donationem factam Petro, vt in simili firmant. *Bero cons. 51. num. 3. libr. 2. & consil. 14. num. 1. lib. 3. Honded. cons. 2. num. 56. & consil. 68. nu. 11. lib. 2. Surd. cons. 186. num. 10. Rot. decis. 381. n. 2. par. 1. diuers.*

Beneplacitum autem non fuisse necessarium patet, quia vltra quod non probatur istam Vineam fuisse emphyteuticam, recepta est sententia A in donatione rei emphyteuticæ A consensum Do-
4 mini directi non est necessarium, dummodò talis donatio † iuribus eiusdem Domini non præiudicet. *Ruin. cons. 161. num. 22. in princ. lib. 4. Corn. cons. 166. num. 29. lib. 2. Natt. cons. 114. post n. 15. Clar. lib. 4. Sentent. in §. emphyteusis qu. 15. Corbul. de caus. priuat. ob alien. irrequisit. Dom. limit. 13. in princ.* qui omnes attestantur de magis communi *gloss. in l. fin. verb. alijs C. de iure emphyt.* & ibi Ias. qui latè articulum examinat, & pro hac opinione plures DD. allegat, quam etiam *sub num 59. vers. primum vero*, magis communem profitetur,
5 & quamuis alij DD. teneant contrarium † ex allegatis *per Guidopap. dec. 46. num. 1. & seqq.* Tamen distinguendum est quod aut agitur pro validitate donationis, & non est, necessarius assensus Domini directi, & in hunc sensum est intelligenda decisio Guidopap. cum alijs per eum alle-
6 gatis † Aut agitur donatarius possit capere possessionem, & est necessarius iuxtà distinctionem, conciliationem opinionum *Iasonis in d. l. fin. n. 66. & seqq. C. de iur. emphyt* quem sequuntur *Clar. in d. §. emphyteusis quæst. 13. num. 2. vers. quarto, quod priusquam Corbul. in d. tit. de caus. ob alien. irrequisit. dom. limit. 13. num. 5. idem Guidopap. d. decis. 30. ante num. 2. vers. & credo, quod ista sit veritas, Rota coram Gregor. XV. decis. 529. num. 2. & ibi Adden.*

Non obstat quod ante venditionem factam à Petro Guelphis, Marinerius donauerit dictam Vineam Septimio Petrello patri Anghiranæ, qui obtinuit consensum Domini directi, & cœpit possessionem. Vnde dicta Anchirana videtur præfe-
7 renda Petro, qui nec cœperat possessionem neque obtinuerat beneplacitum Domini directi, vt dicit *Guidopap. d. decis. 46. in fin.* Quia respondetur donationem factam Septimio fuisse factam sub conditione videlicet, *quatenus alia dispositio per Marinerium forsan facta exquouis capite non valeat, aut infringi seu annullari possit, & non alias*, & propterea cum Donatio facta Petro valuerit etiam non obstante deficientia consensus Domini directi, ex supradictis sequitur, quod secunda dona-
8 tio † facta Septimio non teneat. *Costa de facti scient. & ignor. inspect. 28. num. 3. & seqq. & de claus. conuent. claus. 108. num. 1. Cephal. cons. 118. n. 14. Rol. à Vall. cons. 63. num. 34. lib. 4. Surd. cons. 143. num. 43. Farin. cons. 122. num. 3. lib. 2.*

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Gallieñ Hæreditatis.

Mercurij 15. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM.

Textus in *l. vltima C. de Codicillis* in hac decisione declaratur an hæres qui ex testamento ex codicillis succedere potest, valeat ex vtroque iure immissionem petere, & an cui plures competunt actiones possit cogi ad declarandum qua in iudicio vti velit.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatem petere ex testamento, & ex codicillis de iure prohibitum est, & num. 4. & seqq. vbi vide.*
2 *Testamentum nullum vigore clausula codicillaris sustinetur, itaut qui alias succederent ab intestato dicantur grauati hæreditatem hæredi scripto restituere.*
3 *Testamentum nullum ob matris præteritionem ex clausula codicillari sustinetur.*
4 *Iudicij exitus pendere non debet à futuro euentu cum præiudicio alterius partis.*
Viam vnam eligens in iudicio ad aliam redire non potest

test si est aduersario præiudicialis, num. 4.
5 *Liberi aut descendentes non prohibentur hæreditatem petere ex testamento, & ex codicillis, & numer. seqq.*
Ecclesijs fauor non est minor fauore liberorum, nu. 5.
6 *Text. in l. vltim. C. de codicillis prohibens petitionem hæreditatis ex testamento, & ex codicillis declaratur.*
Vt procedat vbi agitur de nouo iure quærendo, non de quæsito tuendo, ibid.
7 *Clausula codicillaris ita concepta vt testamentum valeat, & iure testamenti, & iure codicillorum.*
Aperit hæredi facultatem petendi hæreditatem ex vtraque via & num. seq.
8 *Clausula codicillaris concepta vt testamentum, ita valeat iure codicillorum si non potest valere iure testamenti non tribuit hæredi facultatem agendi iure codicillorum, nisi comperto testamento iure testamenti valere non posse, & num. 9.*
10 *Clausula codicillaris, concepta per verba futuri temporis potest conuertere substitutionem directam in fideicommissariam.*
11 *Clausula codicillaris per verba futuri temporis concepta operatur fideicommissum in casum agnationis Posthumi.*
12 *Actor cogi non potest declarare quanam actione vti velit ex pluribus sibi competentibus, & n. seqq.*
13 *Prætensiones diuersas habens vtraque potest vti.*

DECISIO CXXXII.

ORta fuit dubitatio in expeditione huius causę, An Congregatio Patrum Oratorij hæres ex testamento Cæsaris cogi posset eligere alteram ex duabus vijs, quæ ei competebant occasione d. testamenti, quia cum obtinere possent immissionem super ea hæreditate iure directo, & iure obliquo ex tacito fideicommisso, quod continebatur in clausula codicillari, quæ erat in eodem testamento, dicebatur non posse Ecclesiam su-
1 per vtraque via insistere, † sed teneri vni earum adhærere, quod cautum dicebatur *in l. vlt. C. de codicill.* in qua continetur rescriptum D. Theodosij, quod in illius *C. est sub tit. 4. lib. 4.* & in eo expresse prohibetur, vt non possit quis eamdem hæreditatem petere ex testamento, & ex Codicillis, si testator voluerit idem testamentum valere etiam iure Codicillorum, adeò vt electione vnius viæ censeatur alteri renunciatum. Huic exceptioni causam dedit nullitas eiusdem testamenti ex iniusta exhæredatione matris, cuius causa in vltima decisione facta sub die 10. Decembris anni * præteriti dictum fuit, vt quando idem testamentum non posset substineri iure directo, adhuc Ecclesia persequi potuisset eamdem hæreditatem ex vi clausulę Codicillaris, cu-
2 ius occasione censebantur illa restituere ipsi† Ecclesię, qui alias successuri fuissent Cæsari ab intestato, vt deductum fuit in eadem decisione, ex doctrina *Bart. in authentica ex causa num. 24. C. de liber. præterit. & in l. 1. num. 9. ff. de iure Codicillorum*, quibus addi poterit Bald. qui in specie loquitur in casu nullitatis testamēti propter ma-
3 tris † præteritionem in *consil. 191. lib. 4. in fin.* Et ita cum Ecclesia prosequeretur petitionem eiusdem hæreditatis ex testamento dicebatur non debere esse liberum, aut in illius facultate redire ad iura, & viam fideicommissi, quando contingeret declarari nullitatem eiusdem testamenti ne
4 alias exitus Iudicij diceretur pendere † à futuro euentu cum præiudicio alterius partis, *arg. text. in cap. vt quis duas de elect. lib. 6.* & notant *DD. sup. in l. per eadem l. vlt.* & voluit ibi *Bart. num. 2. & Roman. Clodius 96. num. 2. ff. de acquir. hæreditate, Roman. consil. 125. Boer. decis. 33. num. 33.* & tenuit Rota *in decis. 506. num. 4. lib. 3. par. 3. diuers.*

Verum pluribus modis huic exceptioni respōsum fuit, & primo consideratum quod dispositio eius text. limitari debebat in pia causa, quia cum expresse in eo text. declaretur, vt non procedat prohibitio in illo contenta in liberis, &
5 descendentibus † idem dici debebat in Ecclesia, cuius priuilegium, & fauor non erat minor, quā esset fauor liberorum, vt notatur *in authentica si qua mulier, C. de sacrosanctis Eccles.* & tradit ibi *Bald. num. 6. Ias. in l. vlt. num. 7. C. de Codicillis,* & voluerunt *Alexan. in consil. 92. num. 12. lib. 3. Dec. cons. 426. num 6. Abb. cons. 11. col. 3. in princ. lib. 1.* & alij, qui referuntur per *Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 5. tit. 15. num. 36.* & adducitur in eodem text. ratio, quare illius prohibitio non habeat locum in filiis, quia non potest in illis considerari acquisitio alicuius lucri cuius causa censetur adempta facultas variandi, sed potius damnum, siuè amissio eiusdem lucri propter ius, quod eis competit super hæreditate suorum parentum, & ex hac ratione limitat Ar-
6 chid. dispositionem eius text. † generaliter in omnibus casibus, in quibus agatur de iure iam quæsito, non autem de nouo acquirendo in *d. cap. vt quis duos, de elect. lib. 6.* quam sequuti fuerunt *Lap. ibi num. 1. Io. Andr. & Butr. num. 3. Gemin. nu. 5. Franch. n. 3. Prob. in addit. ad Monach. num. 1. Calder. cons. 7. num. 2. eod. tit. de elect.*

Secundò responsum fuit eidē exceptioni quod consideranda erat vis eius clausulæ Codicillaris propter diuersas illius formulas, quibus concipi solet, quia aliquando ita exprimitur in testamento vt apta sit aperire hæredi vtramque viam, dum nimirum illius electioni promittitur vt etiā non rupto Testamento agere possit ex Codicillis, & clausula ita concepta est, vt testamentum va-
7 leat, & vti testamentum, & vti Codicilli, † & hoc casu erit in libertate hæredis eligere quam viam voluerit, cuius fauore prodita sunt hæc duo remedia, vt notatur in *l. si quis seruo, ff. de manumiss. testamento, & in l. recusare, §. Titius hæres, ff. ad Senatuscons. Trebell.* Et in his terminis procedunt disposita *in d. l. vlt.* vt potestas, quam habet hæres eligendi Iudicis officio conuerti debeat in necessitatem, vt aduertit *glos. super eadem l. in verbo potestatem,* & colligitur ex *eod. text.* dum considerat casum, quo testator faciens testamentum iusserit illud valere debere etiam pro Codicillis. Aliud est, quando eadem clausula concepta fuit sub cōditione negatiua, vt si testamentum iure testamenti valere non posset, valere deberet iure Codicillorum, quia hoc casu non potest operari effectum suum, nisi in subsidium, cum scilicet compertum fuerit idem testamentū
8 non valere, † aut substineri posse iure testamenti, & non habebit hoc casu hæres electionem vtriusque

que viæ, vt declarat *glos. super ead. l. in verbo valere, & in verbo præclusisse*, eò quia minus propriè ca dici possit electio, dum vna solum via parere debeat hæredi antequam declarata sit nullitas testamenti, & hanc distinctionem apposité considerauit *Bart. super eadem l. vltima numer. 4. Bald. n.14. & in cons.69. num.3. lib.2.*

In casu verò huius decisionis testator secundo hoc modo expresserat eam clausulam in suo testamento, quia vt ex illius inspectione apparebat ità ille in eo cauerat, quod volebat illud valere in vim testamenti, & quando hoc modo valere non posset volebat illud valere in vim Cudicillorum, seù donationis causa mortis; Vndè videbatur constare de voluntate testatoris, vt effectus eius clausulæ non deberet pendere à potestate,
9 aut electione hæredis, sed à futuro euentu, & casu, qui contingere poterat, vt idem testamentum non subsisteret, vt optimè declarat *Bald. in add. cons. 69. eod. num. 3. argum. text. in l. cum pupillus, §. vlt. ff. de condit. & demonstrat. & in l. si hæredi plures, ff. condit. institut.* quod eo magis, dicendum erat considerata natura eorum verborũ, vt si testamentum eo modo non valeret, valere deberet iure Codicillorum, quia illa tamquam apta sui natura significare tempus futurum poterant exprimere, & referre effectum eius clausulæ ad tempus, quo constaret de nullitate, aut validitate eius testamenti, vt dicitur eadem clausula, quando est ita concepta per verba futuri temporis, vt possit conuertere in fideicommissariam
10 † substitutionem directam, quæ sola continebatur in testamento, vt super ea considerauit *Rip. in l. Lucius, num. 45. ff. de vulgari, Socc. sen. cons. 6. num. 5. lib. 3. Socc. iun. consil. 166. num. 1. ante fin. lib. 2.* Et quod illa ità concepta possit operari ef-
11 fectum fideicommissi in casu agnationis † posthumi ita vt eius natiuitate non rumpatur testamentum voluit *Alex. in cons. 142. num. 9. lib. 2. & cons. 30. num. 1. lib. 3.*

Addebat vnus ex DD. aliam responsionem ex doctrina *Bart. in l. Gallus ff. de liber. & posth.* qui *in §. si eius, in fin. sub num. 5.* voluit quod si diuer-
12 sæ actionum † species se offerant, & dubitetur, quæ actio competat Actori, non possit ille cogi hoc declarare, sed satis esse si relinquatur arbitrio Iudicis qui id definiat, & notauit *Pomat. in addit. ad eumdem Bart. in l. 1. §. 1. ff. quorum legatorum, Alex. consil. 182. num. 4. lib. 2.* quæ confirmari poterant ex deductis in causa *Lunen. Iarsen. Cappellaniæ 20. Iunij 1601. coram Cardinali Sacrato*, in qua decisione firmatum fuit, quod si quis ha-
13 bebat duas prætensiones poterit vtraque vti, † si incertus sit, quam eligere debebat propter ignorantiam iuris tertij, & idem refertur decisum fuisse in vna *Foroliuien. Sancti Mercurialis 10. Iunij 1582. coram Bubalo.*

Et ità, &c.

☞ *Plures quæ in hac causa emanarunt decisiones adnotantur supra in dec. 7. huius octauæ partis.*

R. P. D. GHISILERIO.
Postea Episcopo Terracinen.

Bononieñ Bonorum.
Mercurij 4. May 1639.

ARGVMENTVM.

Appellatio in Iudicio manutentionis datur à sententia continente mixturam petitorij sententia ex quibus dicatur continere petitorium, & quande non Constitutiones Ægidiana, & Iustiniana non habent locum quando agitur de bonis Ecclesiæ, & an derogent Statuto Bononiæ lib. 2. in rub. de appellat.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de immittendo in sententia decretum non potest pendente decendio ad appellan. relaxari, & possessio capta illius vigore est attentata, num. 1.*
2 *Appellatio datur ad vtrumque effectum à sententia quæ continet mixturam petitorij, & possessorij, & num. 7.*
3 *Appellatio datur à mixto possessorio.*
4 *Momentanea possessio intelligitur mera possessio.*
5 *Causa proprietatis vti maior trahit ad se causam possessionis.*
6 *Causa possessionis venit accessoriè ad causam proprietatis vbi agitur petitorio, & possessorio simul, & ideo sequitur eius naturam.*
7 *Res per quæ petitorium potest reuocari non dicitur liberè dimissa.*
8 *Sententia ex quibus verbis cognoscatur comprehendere petitorium, & num. seqq.*
9 *Verba sententiæ in dicto terreno comprahendunt proprietatem secus quando diceret in possessione dicti terreni.*
10 *Sententia danda est super possessione rei non re quando agitur in possessorio.*
11 *Verba sententiæ dimittendo seù restituendo bona intelligenda sunt de dimissione quoad possessionem, quando verba præcedentia sonant in possessionem secus è contra, & num. 12.*
Quod amplia etiam si in libello petitione, & articulis actum esset mero possessorio, ibid. n. 13.
12 *Sententia est inspicienda non libellum, aut petitio seù articuli ad effectum appellationis.*
14 *Possessoria prouenientia à contractu inuestituræ cum habeant annexam causam proprietatis appellationẽ admittunt.*
15 *Quod fortius procedit quando principaliter in sententia exprimitur contractus vti causa immissionis.*
16 *Fructus qui verisimiliter percipi potuerunt nõ debentur à possessore cum titulo, sed solum à violento spoliatore vel attentante.*
Sententia condemnatoria ad fructus, qui verisimiliter percipi potuerunt à possidente cum titulo admittit appellationem.
17 *Constitutiones Aegidiana, & Iustiniana non habent locum quando sententia continet mixturam petitorij.*
Constitutiones Aegidiana, & Iustiniana prohibent appellationem in possessorio ideò non habent locum quando sententia continet mixturam.
18 *Constitutiones Aegidiana, & Iustiniana emanauerunt à legatis habentibus potestatem limitatam.*
19 *Constitutiones Aegidiana, & Iustiniana non habent locum vbi agitur de bonis Ecclesiasticis tam ex defectu potestatis, quam voluntatis constituentium.*

20 Con-

20 *Constitutio Iustiniana ex defectu potestatis non derogat Statuto Bononiæ lib. 2. rub. de appellat. disponenti quod in possessorio liceat semel appellare.*

Statutum Bononiæ lib. 2. rub. de appellat. habet locum etiam in summarijssimo possessorio, numer. 20.

21 *Declaratur decisio Bonon. fideicommissi de Blanchis 14. Ianuarij 1636. coram Roias.*

22 *Appellatio non datur in summarijssimo possessorio.*

23 *Manutentio pro reuocatione attentatorum respectu concessionis conceditur illi qui nunquam se habuit pro spoliato.*

24 *Quis in dubio non præsumitur se habere pro spoliato.*

25 *Immissionem petens fatetur se non possidere.*

Amplia ex hac confessione probari possessionem ex aduerso, & sufficit pro manutentione, ibid.

DECISIO CXXXIII.

PRætendens Eques Aloysius Iunior de Romantijs bona relicta qu. Romantij de Romantijs esse partim subiecta fideicommissis factis per Aloysium, & Balthassarem fratres de Romantijs in eorum testamentis, partim verò emphyteutica Ecclesiastica, & per obitum dicti Romantij de Romantijs absque filijs in sæculo permanentibus esse factum locum vocationi ad eius fauorem introduxit litem coram Auditore generali Bononiæ, à quo vna & eadem die fuerunt latæ tres sententiæ, in prima declarauit euenisse casum, & purificatas fuisse conditiones fideicõmissorum ad fauorem Equitis Aloysij, & condemnauit Monacos Oliuetanos Monasterij S. Michaelis in Busco ex persona D. Lucæ dicti q. Romantij filij in dicta Religione professi, & Moniales Sanctæ Mariæ nouæ ex persona Sor Lauræ Catherinæ dicti q. Romantij filiæ in earum Monasterio professæ ad dimittendum, & cum effectu relaxandum omnia, & singula bona descripta in calce Sententiæ, vna cum fructibus à die motæ litis perceptis, & qui verisimiliter percipi potuerunt, necnon in futurum percipieñ, vsque ad dimissionem, & effectiuam relaxationem. In secunda verò pronunciauit ad commodum dictorum Monasteriorum ex personis prædictis esse deducendas, & faciendas nonnullas detractiones, & in tertia decreuit euenisse casum successionis eiusdem Aloysij in assertus bonis emphyteuticis com condemnatione Monasteriorum ad ea dimitteñ, & cum effectu relaxañ vna cum fructibus à die motæ litis perceptis, & qui verisimiliter percipi poterunt vsque ad effectualem dimissionem, & relaxationem, & quia non obstante appellatione interposita à dd. Sententijs cum ipsemet Aloysius ea ipsa die gratias agendo prima, & vltima interposuerit appellationem à secunda; ex parte vero Monasteriorum fuerit appellatum die sequenti, statim latis sententijs eadem die fuerunt expedita mandata de immitteñ ad fauorem Aloysij, illaque executioni demandata, cum illorum vigore de facto fuerit capta possessio, causa ad Rotam delata suspenso negotio principali fuit dubitatum An cõstaret de attentatis, quæ essent reuocanda, itaut Monasterij esset danda manutentio, & affirmatiuè fuit resolutum.

Non solum quia pendente decendio ad appellandum concessio circa vitium attentatorum nõ
1 poterant relaxari mandata de immittendo † decreta in duabus sententijs ad fauorem Aloysij, nec illorum vigore capi possessio bonorum de quibus in sententijs, *cap. non solum de appellat. in 6. cap. 2. vt lit. pend. eod. lib. Guidobon. decis. 204. Rot. decis. 6. num. 1. & 2. part. 2. diuers. & coram bon. mem. Buratto decis. 625. num. 1.* quod sæpius in pluribus causis fuit per DD. resolutum, sed etiam quia cum dd. sententiæ, vt ex lectura, contineant expressam complicationem, & mixturam
2 possessorij, † & petitorij ab illis ad vtrumque effectum dabatur appellatio, *Bald. in l. vnica n. 8. versic. quæro nunquid sententia lata in possessorio, & sub num. 10. vers. quero quid in conditione, & in fine, ibi, item quia mixtum est Iudicium C. si de momento. & ibi Contard. limit. 2. & limit. 24. Grat. ... & cons. vlt. num. 49. lib. 2. Bald. cons. 141. num. 7. & cons. 330. num. 4. vbi num. 5.* dicit omnes Docto-
3 res tenere quod † in mixto possessorio possit appellari, *& num. 9. versic. & huic 1. memb. vol. 2.*
4 firmat, titulum de momentanea † possessione intelligi de mera possessione, argumento *l. hoc legatum. de legat. 3. Rot. decis. 263. n. 2. & dec. 356. n. 7. par. 1. diuers.* Et ratio est, quia causa proprie-
5 tatis † vti maior trahit ad se causam possessionis vti minorem, vt per *Bald. in d. l. vnica num. 8. &* vbi agitur petitorio, & possessorio simul causa
6 possessionis † venit accessoriè ad causam proprietatis, & ideò sequitur naturam petitorij, quod est principale.

Nec dubitarunt DD. quin dictæ sententiæ essent appellabiles, primo quia continent mixturam possessorij, & petitorij, dum firmant purificationem fideicommissorum ad fauorem Equitis Aloisij, & successionis illius in bonis emphyteuticis cum condemnatione Monasteriorum ad dimittenda, & cum effectu relaxanda omnia, & singula bona, quo casu sentẽtia continet mixtu-
7 ram † cum petitorio, cum non possit dici res libere dimissa, quæ per petitorium potest auocari, *Alex. consil. 96. num. 1. & seqq. vol. 5. Socc. sen. in l. remq. nobis, num. 14. vers. aduerte tamen, ff. de acquir. possess. Scacc. de appell. lib. 3. cap. 2. qu. 17. limit. 6. membr. 9. num. 21. & 78. Rot. d. dec. 310. num. 3. par. 1. diuers.* Et ex verbis sententiæ super purificatione fideicommissi, ibi, *euenisse casum, & purificatas fuisse conditiones fideicommissorum iniunctorum per olim DD. Aloysium, & Balthassarem fratres de Romantijs in eorum testamentis,* & intra in executionem d. declarationis, ibi, *condemnandos esse atque compellendos ad d. D. Equiti Aloysio dimitten. & cum effectu relaxan. omnia, & singula bo-*
8 *na &c.* clarè dignoscitur fuisse † comprænhensam bonorum proprietatem, vt bene distinguit *Alex. consil. 96. num. 3. lib. 5.* vbi quod cum Iudex dixerit *in d. terreno* non autem *in possessione d. terreni*, &
9 apparet fuisse comprænhensam proprietatem, in terminis sententiæ condemnantis reos ad relaxandum prædium, *Dec. cons. 62. sub num. 1. vers. & ista verba conclusionis libelli,* ibi, *nam dum dicit dictam terram, & non possessionem terræ demonstratur, & manifestè patet, quod iudicatum fuit super petitorio*

rio dumtaxat, & non super possessorio allegando Alex. in cons. supra allegato Seraph. decis. 452. nu. 9. & decis. 722. num. 1. vbi quando agitur in posses-
10 sorio tam in libello, quam † in sententia debet sententiari super possessione rei; non super re, Feder. de Sen. consil. 283. num. 2. Vrsill. ad Afflict. decis. 77. num. 8. Bald. consil. 321. sub num. 2. vers. in tantum debet fieri condemnatio lib. 3. Nec facit quod iuxta d. decis. Afflict. 77. num. 7. & 8. verba dimittendo seu restituendo bona intelligantur de dimissione bonorum quoad possessionem, quia
11 † vt benè declarat Vrsill. in n. 10. id procedit quando, verba præcedentia sonant in possessionem, hic verò ex prædictis sonant in petitorium, eo quia in sententijs nullum adest verbum significans merum possessorium, nec vllibi de possessione facta est mentio, vnde etiam si in libello
12 petitione, & articulis actum esset mero † possessorio, attamen cum ad effectum appellationis inspiciantur verba sententiæ, vt per Corn. cons. 10. num. 3. lib. 4. Bald. consil. 367. in fine vers. prætereà si in sententia. lib. 1. Dec. cons. 27. num. 2. Contard. in l. vnica limit. 2. §. 5. num. 17. vers. prout è contra, & num. 18. & 20. C. si de moment. possess. Seraph. d. decis. 452. numer. 1. & 603. num. 1. Rot. decis. 263. par. 1. diuers. & in sententia expri-
13 matur petitorium, hoc sufficit ad hoc, vt sit locus appellationi.

Prædicta magis vrgent quoad sententiam super bonis emphyteuticis cum expressa mentione, & canonizatione inuestiturarum, ibi, ex inuestituris emphyteuticis Ecclesiasticis, alijsque iuribus de quibus omnibus in actis euenisse in personam, & ad fauorem Equitis Aloysii Iunioris de Romantijs Lauri filij in sæculo permanentis casum successionis dictarum em-
14 phyteuticarum concessionum, & inuestiturarum † possessoria enim prouenientia à contractu inuestituræ semper habent annexam causam proprietatis,
15 ideoque appellationem admittunt, † præsertim vbi contractus ipse in sententia principaliter, & vti causa immissionis exprimitur Rota dec. 22. n. 8. post Posthium. in tract. de manut. Adden. ad Buratt. decis. 625. num. 8. & fuit dictum in Asisien. bonorū 26. Iunij 1626. coram bon. mem. Card. Virili decis. 79. par. 5. recent.

Secundo, censuerunt DD. esse locum appellationi, quia in sententijs de quibus agitur condemnantur Monasteria, non solum ad fructus perceptos à die motæ litis, sed etiam ad fructus, qui verisimiliter percipi potuerunt, qui fructus non
16 debentur à possessore cum titulo, sed solum à violento spoliatore, vel attentante Bisignet. decis. 11. de restitut. spoliat. in antiq. Rot. decis. 10. eod. tit. in nou. Cassador. decis. 6. num. 3. de præbend. Put. decis. 283. nu. 2. lib. 1. in Mediolanen. rescissionis contractus 4. Iunij 1601. coram bon. mem. Cardin. Lancell. apud Marches. de commess. par. 1. fol. 144. in fine, & in Romana fructuum 13. Nouembris 1602. coram Litta, apud eundem par. 2. fol. 204. in princ. quæ qualitas non concurrit in Monasterijs contra quæ fuerunt latæ sententiæ.

Vnde non obstant Constitut. Ægydiana, & Iustiniana prohibentes appellationes in possessorijs, quia (vltra quod loquuntur de nudo ac simplici
17 possessorio, nec propterea locum habent, † quando sententiæ continent mixturam petitorij, vt in pluribus decisionibus Rot. post Pacif. de Saluian. quas refert, & sequitur Post. de manut. obseru. 8. num. 80. ex supra deductis versamur in sententijs mixturam proprietatis continentibus) cum d. Constitutiones
18 emanauerint à Legatis habentibus † limitatam potestatem, vrget non solum defectus potestatis cap. Ecclesia S. Mariæ vbi DD. de constit. cap. quod Clericis de for. compet. Corn. cons. 146. num. 4. lib. 5. Paul. de Castr. qui testatur de communi cons. 157. num. 1. lib. 2. sed etiam defectus voluntatis, cum in dd.
19 Constitutionibus nulla † fiat mentio de personis, ac bonis Ecclesiasticis, vt post plures decisiones relatas ex sententia à Rota canonizata latè consuluit Honded. cons. 20. num. 6. & seqq. lib. 2. Adden. ad san. mem. Gregor. XV. decis. 581. num. 8. Buratt.
20 decis. 315. num. 1. & in specie quod † Constitutio Iustiniana ex defectu potestatis non deroget Statuto Bononiæ lib. 2. in rub. de appellationibus, disponenti quod in possessorio semel liceat appellare, fuit firmatum in Bononien. bonorum 18. Februarij 1639. coram R. P. D. meo Dunozetto, quod Statutum habet locum etiam in summarijssimo possessorio, vt tenuit Rot. in Bonon. de Poetis 28. Nouembr. 1594. coram bon. mem. Orano in Bononien. Bonorum 17. Decembris 1607. & 29. Februarij 1608. coram bonæ memor. Cardinali Marcomontio, & in Bononien pecuniaria 23. Ianuarij 1617. quæ est decis. 220. impressa coram bon. mem. Buratto.

Non obstat decis. in Bononien. fideicommissi de
21 Blanchis † 14. Ianuarij 1636. coram R. P. D. meo Rojas, quia vltra responsiones datas in alia superius allegata decis. R. P. D. Dunozetti 18. Februarij
22 præteriti, illa nititur præcipuè † in eo, quod fuerat pronunciatum in summarijssimo, in quo etiā supposita prædicta Constitutione in foro Ecclesiastico non dabatur appellatio Benintend. decis. 79. num. 6. qui non est casus noster ex iam dictis.

Quo verò ad secundam partem dubij censuerunt DD. manutentionem concedendam Monasterijs, quia etiam hoc remedio vti potest pro reuocatione attentatorum respectu possessionis,
23 cum Monasteria nunquam se habuerint pro spoliatis Seraph. decis. 1176. num. 6. san. mem. Greg. XV. decis. 9. num. 6. & decis. 40. num. 3. Rot. decis. 614. nu-
24 mer. 1. par. 1. recent. Et in dubio præsumitur † quod non habuerint se pro spoliatis, Rota coram san. memor. Gregor. XV. decis. 307. num. 10. & 11. & in Colonien. Monastery 5. Decembris 1627. & Elnen. Canonicatus 11. Februarij 1628. coram Eminentiss. Cardin. Vbaldo, nec de eorum possessione potest dubitari cum illa probetur ex supradictis sententijs, & mandatis de immittendo concessis ad fauorem
25 Eq. Aloysij, nam † petens immitti fatetur se non possidere, quæ confessio probat possessionem, & sufficit pro manutentione, iuxta decisiones, quæ passim in similibus allegantur.

Et ita Informantibus tantum Monasterijs fuit resolutum.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Fideicommissi de Incoronatis.

Veneris 13. Maij 1639.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Testatoris voluntas attendi debet in quæstione qua quæritur, An Monasterium habeatur loco filij, & substitutum excludat, ideoque nullum ius pretendere potest, quoties verba à Testatore prolata non sunt apta ad illius inclusionem, puta quia filios legitimos, & naturales, & descendentes in infinitum ad fideicommissum vocauit.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario conceditur immissio in vim l.finalis probatis requisitis ad id necessarijs.*
Fideicommisso nempè, vocatione, & vocationis casu ac demum identitate bonorum.
2 *Bonorum fideicommissariorum identitas probatur ex inuentario per hæredes grauatos confecto.*
3 *Hæredes non possunt venire contra assertionem à suis auctoribus factam.*
4 *Monasterium succedit loco filij, & substitutos excludit, & quare num.seqq.vbi vide.*
5 *Testator si cogitasset suos descendentes religionem ingressuros, vtique substitutos exclusisset.*
6 *Monasterii exclusio, vel vocatio in casu quo aliquis ex institutis efficiatur Monachus pendet à Testatoris voluntate; & num.seqq.*
7 *Verba Testatoris quæ Monasterio adaptari non possunt, Monasterium excludunt, & num.seqq.*
Vt quia vocauit descendentes in infinitum, vel filios legitimos & naturales.
8 *Monasterium non generat in infinitum.*
10 *Monasterium non excludit substitutum, nec habetur loco filii, si testator cogitauit de filiis per naturam natis.*
11 *Testatoris mens talis præsumitur, qualis apparet ex verbis secundum eorum rectum sermonem.*
12 *Legatum factum filiæ pro nuptiis temporalibus, debetur in eadem quantitate etiam quod illa fuerit, Monasterium ingressa.*
13 *Intellige nisi contrarium appareat de contraria Testatoris voluntate.*
14 *Monasterium an excludat substitutum, & an legatum factum filiæ si nupserit debeatur, & quidem in eadem quantitate si illa fuerit Monasterium ingressa, sunt quæstiones differentes.*
Agnationis consideratio contemplata ex prædilectione masculorum & exclusione fœminarum dicitur eadem, quæ verbis expressis fuit à Testatore ordinata.

DECISIO CXXXIV.

Censuerunt DD. dandam esse immissionem D.Angelo in bonis, de quibus agitur, quoniam probat requisita ad hunc effectum necessaria, nempe fideicommissum, vocationem, & vocationis casum in eius personam, ac demum bonorum
1 prætensorum identitatem, quibus † concurrentibus non solet denegari immissio ex remedio, *l. fin.C.de edict.Diu.Adrian.tollen. Peregr.de fideicom. artic.43.nu.44. Fusar.de substit.quæst.614 cum duab. seqq. & cum prædictis Rota transit, vt in decis.368.numer.1. & 408.num.7 par.5.diuers.*

De fideicommisso constat ex Testamento Marcelli de Incoronatis condito vsque de anno 1563. mense Octobris, Dominumque Angelum ex eo vocatum fuisse, iam firmatum fuit in prima decisione * huius causæ, quæ & seu illius fundamenta in hac disputatione in dubium non reuocantur.

Euenisse autem casum eius vocationis concludenter probatur, quoniam defunctis filijs Marcelli in Testamento institutis hæredibus, nempe Cæsare, Ioan.Baptista, Coronato, & Camillo, solus superstes fuit Franciscus eiusdem Marcelli filius, & hæres cum alijs fratribus, qui reliquit post se alium Cæsarem, & Marcellum, & alios duos postea in Dominicana Religione professos, quibus omnibus absque filijs descendentibus defunctis, & nouissimè Religiosis prædictis, nulli dubium, quod factus fuit locus successioni, D.Angelo ex Testamento Marcelli senioris propter vocationem Pauli ipsius Testatoris Nepotis ex fratre omnibus illis extinctis, & Paulo non supraviuente vocati sunt omnes illius filij, & nepotes in infinitum, inter quos D.Angelus proximior in gradu, & superstes reperitur, vt in eadem decisione causæ fuit firmatum.

Identitas denique bonorum prætensorum pro-
2 batur † ex Inuentario per Hæredes grauatos facto per *l.fin. C. Arb. Tutor. & l.Tutor, qui Repertorium, ff.de Administr.Tutor.Peregr.de fideicom.art.44. num.2.Fusar.quæst.618.num.1.Rot decis.407.num 2. par.2. recent. & 42.par.5. diuers.* quæ probatio eo magis certa redditur, dum Cæsar Francisci filius intrando possessionem bonorum in hæreditate paterna repertorum expressè protestatus est quod
3 bona erant Auito fideicommisso subiecta, † contra quam assertionem Religiosi professi tanquam hæredes Cæsaris venire non possunt, *Bald.cons.89 num.3.lib.1.Natt.cons.235.num.11.Peregrin.cons.48. num.5.volum.1.cum aliis per Fusar.allegatis d quæst. 618.num.30.*

Non obstat, quod & si D.Angelus sit vocatus in Testamento Marcelli adhuc fideicommissum ad illius fauorem non sit apertum, dum exclu-tur à Monasterio Professorum, quod dicebatur
4 succedere † loco filiorum in conditione dispositionis Marcelli positorum ad exclusionem substitutorum, *c.in Præsentia de prob.* & seu substitutos
5 excludere † ex præsumpta Testatoris voluntate per rationem quod si Testator Monasterij memor fuisset, & ita masculos suos descendentes Religionem ingressuros, substitutos exclusisset, *Bart.in l.si ita quis, §.fin. num.2. ff.de leg. 2. Dec.consil.426.num.9 Couar.var.resol cap.19.num. [illegible] lib.1. Molin. de Iust. & Iure disput.190. column.10. vers. quando quis.Sanchez in præcept. Decal. lib.7.cap.16. num.52. & 53.*cum alijs infinitis allegatis per *Fusar.quæst.429.num.32 Gam. decis.316. num.2 Rot.in Nouarien.legati 20.Maij 1622.coram D.meo Decano, & in Bonon. Fideicom. de Blanchettis 16. Ianuarij 1632.coram D.meo Verospio.*

Quoniam non recedendo à voluntate Testato-
6 ris, secundum quam hæc † materia exclusionis substituti ex ficta persona Monasterij regulatur, ponderanda sunt verba à Testatore prolata in casum deficientiæ propriæ lineæ, ibi, *Et casu quo omnes supradicti decesserint sine filijs, vel nepotibus, vel pronepotibus, & ex eisdem descendentibus in infinitum legitimis, & naturalibus masculis, fœmininis omnino exclusis,* Vltimo morienti substituit Paulum de In-

corona-

coronatis eiusdem Testatoris Nepotem, si super-uixerit, sin autem eiusdem filios siue nepotes masculos legitimos, & naturales ex eis descendentes, vt supra in infinitum exclusis semper fœminis, quæ dotari debeant, vt supra.

Ex quibus verbis cum appareat de aperta, &
7 expressa voluntate † Testatoris respectu vocatorum per verba, quæ Monasterio adaptari non possunt; nec conuenire videntur, nempè ex eisdem Institutis descendentibus in infinitum, quoniam
8 Monasterium non generat in infinitum, & similiter non conueniunt alia verba, legitimis, & natu-
9 ralibus, ex † quo expressè refragantur Monasterio, quod legitimos, & naturales filios habere possit, meritò quicquid in contrarium piè meditatus fuerit, *Castrens. in Auth. Nisi Rogati, C. ad Trebell.* scilicet, quod & si Testator cogitauerit de filijs
10 per † naturam natis, non tamen apparet, Testatorem cogitasse de ingressu Monasterij, cui lex præsumitur fauere, conclusiuè tenuerunt articulo discusso, & ex veriori pro subtitutis ad exclusionem Monasterij, ea ratione moti, quia verba expressa designant filios natos per naturam, & mens
11 Testatoris talis præsumitur, qualis apparet ex verbis secundum eorum rectum sensum *Mantica*, alijs pro hac opinione, & ratione relatis *de coniect. lib. 11. titul. 7. num. 20. vers. contraria sententia videri potest frequentiori calculo recepta. Menoch. præsumpt. 83. num. 35. & seqq. lib. 4. Peregrin. de fideicom. artic. 28. num. 78. vers. tertius est casus. Fusar. infinitis recensitis, de substit. quæst. 429. num. 35. Maresc. var. resol. lib. 3. cap. 2. num. 69.*

Neque veriori opinioni ex voluntate Testatoris supra firmatæ contradicunt allegati pro Monasterio, & eo minus decisio Nouarien Legati, & Bonoñ fideicommiss. de Blanchettis, quæ in diuersis terminis loquuntur, scilicet in legato facto
12 filiæ pro nuptijs temporalibus, † an in eadem quantitate debeatur filiæ ingredienti Monasterium pro nuptijs spiritualibus, & deberi determinatur ex dispositione, *§. sed hoc præsenti, Auth. de Sanct. Episcop. & Aut. Nisi rogati, C. ad Trebell.* nisi
13 expressè per vrgentes, † & concludentes coniecturas de contraria voluntate Testatoris apparuerit, quæ coniecturæ in prædictis casibus Dominis tales visæ non fuerunt ad exclusionem voluntatis Patris dotantis in casum nuptiarum spiritualium, in præsenti autem agitur de alia quæstione, an
14 Monasterium † excludat substitutos, quo casu diuersis coniecturis agendum est, vt benè se declarat decisio Nouarien Legati.

Præterea eò certior dignoscitur voluntas Testatoris pro substitutis ad exclusionem Monasterij, quia & si in ratione non expresserit, quia volebat, quod bona sua remanerent in sua familia, attamen non deficit propriæ agnationis contemplatio, ex quo omnes descendentes suos masculos vocauit in infinitum, & vltimo masculo morienti substituit ex fratre Nepotes pariter in infinitum in vtroque casu, & seu casibus, semper fœmi-
15 nis exclusis, Vnde † cum non supersint in discensiua, neque in contentiua agnatione alij masculi, quam vocati, eodem modo dicitur contemplata Agnatio in personis, ac si per rationem fuissent genericè expressi, *Rot. decis. 464. num. 16. coram Papa Gregor. XV. & 344. num. 19. par. 2. recent.* Et hoc stante omnes pro vtraque opinione adducti conueniunt Monasterium non excludere substitutos.

Denique non obstat exceptio detractionum; legitimæ, trebellianicæ, & æris alieni, quoniam de illorum releuantia Domini particulariter in separata disputatione voluerunt videre.

Et ità, &c.

Supra in hac eadem parte decis. 41. adest alia decisio in hac causa sub die 19. Maij 1638. coram Card. Panzirolo, alia verò sub die 13. Nouembris 1637. coram eodem R.P.D. Pirouano est in par. 7. decis. 248. vbi adnotantur duæ aliæ decisiones sub diebus 5. Nouembris, & 5. Martij 1640. coram R.P.D. Pirouano.

R. P. D. GHISILERIO

Postea Episcopo Terracineñ.

Bononien. de Nascentorijs.

Veneris 10. Maij 1639.

ARGVMENTVM.

Consilium Oldradi 21. quando non procedat. Fideicommissum quando censeatur purificatum ad fauorem proximioris Testatoris, & non grauati.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio consecutiua deseruit pro interpretandis præcedentibus substitutionibus ad effectum inducendi grauamen.*

2 *Bona fideicommittentis non possunt inter institutos, & substitutos perpetuari, nisi adsit perpetuum, & absolutum fideicommissum.*

3 *Fideicommissum adiectum hæredi instituto in primo gradu si decesserit sint filijs expirat decedente hærede cum filijs.*

Pallit quando cogitauit Testator deficientiam filiorum non solum in hærede: sed in eius filiis cum deficientia lineæ addita clausula vulgariter, puppillariter, & per fideicommissum, num. 4.

5 *Consilium Oldrad. 21. non habet locum quando Testator voluit, quod etsi primi hæredes moriantur cum filiis attamen substituti succedant, & num. 6.*

Quod fortiùs habet locum coniecturis concurrentibus pro fideicommisso, num. 7. vbi recensentur coniecturæ, & num. 8. & num. 29.

8 *Testator ordinans hæreditatem suam integram ambulare ad hæredes institutos, & substitutos afficit omnes descendentes donec ad vltimum hæreditas perueniat.*

Etiamsi præcedat substitutio si sine filiis, ibid.

9 *Onus descendens in descendentes demonstrat hæreditatem grauatam quæ afficitur quocumque vadat.*

10 *Proximitas grauati, & non grauantis attenditur in fideicommissis.*

Fortius si extincta linea transeat Testator ad alteram, num. 14.

11 *Verba,* proximioris agnati, & non extantibus proximioris cognati ipsius Testatoris, *intelligenda sunt de proximiore agnato Testatoris, & num. 12.*

Verba, ipsius Testatoris, *demonstrant ad oculum Testatorem, num. 11.*

12 *Præsumptio prædilectionis lineæ hæredis grauati procedit in descendentibus non autem in transuersalibus Testatoris.*

13 *Substitutus vltimus decedente veniens ad fideicommissum per mortem vltimi hæredis sine liberis dicitur venire ex tunc, non ex nunc.*

16 *Proximitas Testatoris attenditur non vltimi morientis quando linea vltimi defuncti est finita.*

17 *Verba subsequentia in dubio declarantur ex præcedentibus claris, & è contra.*

18 *Appellatione Proximioris agnati venit tam fœmina quam masculus, & idem appellatione proximioris.*

19 *Proximitas Testatoris an grauati sit attendenda stante coniectura dilationis in remotissimum tempus, & num. 20.*

21 *Familiæ nomen & insignia assumens dicitur ciuiliter factus masculus de familia Testatoris, & conseruat illius agnationem.*

22 *Coniecturæ non attenduntur vbi habentur verba expressa Testatoris, & num. 23.*

24 *Quæ sunt in vnica oratione contenta debent æqualiter ac pariformiter determinari.*

26 *Verba*, non extante linea masculorum & fœminarum, *non sunt intelligenda de fœminis, sed de masculis ex fœmina.*

Cum Testator considerauit eas tanquam masculos producentes, num. 27.

28 *Fœminæ quando non sunt comprehensæ in priori parte institutionis non censentur comprehensa in subsequenti conditione substitutionis.*

30 *Dictiones*, tunc, & tunc, & eo casu, *licet habeant vim restrictiuæ non tamen restringunt fideicommissum.*

Quando Testator vlterius procedit, & prohibet amplissimis verbis alienationem.

DECISIO CXXXV.

NOn obstantibus longa seriè in contrarium deductis contra decisionem coram me factam 19. Decembris præteriti. * Iterum in hac tertia positione fuit resolutum, constare de fideicommisso q. Ioannis Rainerij de Nascentorijs, purificato ad fauorem Angeli filij primogeniti Galeatij, proximioris cognati, Ioannis Rainerij Testatoris, & non autem ad fauorem proximioris agnati, Pirrhi vltimi grauati, nec sororum d. Pirrhi professarum in Monasterio S. Mariæ Nouæ.

Nam existentia perpetui fideicommissi q. Ioannis Rainerij, est clara, ex prohibitione alienationis, facta quibuscumque hæredibus institutis, & substitutis, quia Testator voluit suam hæreditatem solidam, & integram ambulare, & permanere ad hæredes suos prædictos institutos, & substitutos ordine prædicto, absque diminutione aliqua; vel retentione Trebellianicæ, quam inhibuit, & vetauit in quocumque casu ex prædictis posse detrahi; Cum enim bona non possint peruenire in perpetuum in substitutos, quales erant primogeniti, seu maiores natu, proximioris agnati, & non extantibus agnatis proximioris cognati ipsius Testatoris, & illorum descendentes, nisi Alexander esset grauatus ad fauorem Emilij, & Emilius ad fauorem Pirrhi, & iste ad fauorem primogeniti proximioris agnati, eoque non extante proximioris cognati, in necessarium antecedens

dicta prohibitio probat dictum grauamen, etiam
si staret consequutiuè, cum prohibitio consequu-
1 tiua deseruiat † pro interpretandis precedentibus
substitutionibus, ad effectum inducendi graua-
men, vt respondit *Rot. decis. 44. num. 5. decis. 105. nu-*
mer. 4. par. 1. recent. coram Reuerendiss. D. meo Decano
decis. 267. num. 1. & 8. decis. 493. num 6. & 7. coram
eod. & in Bononien. fideicommissi de Seccadenariis 11.
Decembris 1623. coram R. P. D. meo Merlino, Alias
2 non possent bona fideicommittentis † inter insti-
tutos, & substitutos perpetuari, nisi adesset perpe-
tuum, & absolutum fideicommissum, *l. cum ita, §. in*
fideicommisso, l. peto, §. fratre, ff. de leg. 2. Curt. iun. con-
sil. 145. num. 9. Surd. cons. 247. num. 25. Rot. diuers. de-
cis. 568. num. 1. & 2. par. 1. decis. 631. num. 1. par. 2. re-
cent. & in Romana fideicommissi de Caetanis 7. Iunii
1654. coram Reuerendissimo Domino meo Decano.
Nec ex eo quod Alexander qui fuit primus
hæres, decessit relicto Æmilio iuniore eius filio,
expirauit fideicommissum adiectum hæredi in-
3 stituto in primo gradu, † si decessit sine filijs, non
autem si decesserit cum filijs iuxta vulgatam
theoricam *Oldradi in cons. 21.* communiter ab om-
nibus receptam *Dec. cons. 39. per totum, & cons. 465.*
num. 24. & 15. Soc. iun. consil. 111. num. 11. vol. 1. Ro-
land. cons. 56. num. 10. & seqq. lib. 5. Hondcd. consil. 90.
num. 40. & seqq. lib. 1. Mantic. de coniect. de. vltim. vo-
lunt. lib. 13. tit. 6. num. 6. Rot. in recent. decis. 486. par. 1.
& alibi sæpiùs. Quia Testator non processit diiun-
ctiuè, separando vnam substitutionem ab alia,
sed cogitauit casum deficientiæ grauati sine fi-
lijs, ac etiam casum deficientiæ eorumdem filio-
rum si sine filijs, prout etiam deficientiam lineæ,
cum clausula vulgariter, pupillariter, & per fidei-
4 commissum, † vnde sequitur, adesse fideicommis-
sum litterale, & vocationem, non solum per vul-
garem, sed etiam per fideicommissariam, vt benè
aduertit *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 2.*
num. 2. Fusar. de substit. quæst. 267. num. 2. cum alijs
in decisionibus allegatis, & licet ad plures gra-
dus, & ordines, seu lineas institutionum, & substi-
tutionum deuenerit sub conditione, si sine filijs,
& descendentibus masculis, & Alexander deces-
5 serit, cum Emilio filio, † qui postea sine filijs de-
cessit. Attamen non potest dici quod fideicom-
missum semel expirauerit, & amplius non reuixe-
rit iuxta supradictam theoricam Oldradi; Si-
quidem in proposito casu Testator expræssè or-
dinauit fideicommissum etiam in casu quo hære-
des grauati cum filijs decesserint, ibi, *quod si in*
aliquo gradu, & ordine successiuo institutionum prædi-
ctarum, instituti, vel institutus, ac hæres postea quando-
cumque decesserint, seu decesserit cum filiis masculis le-
gitimis, & naturalibus vno, vel pluribus ipsos filios,
vnum, vel plures in capita, & illorum descendentes
masculos legitimos & naturales in stirpes in infinitum,
& si absque filiis, & descendentibus huiusmodi deces-
serint, seu decesserit, vocatum, seu vocatos in sequenti
gradu institutionum prædictarum, & illius, seu illorum
filios descendentes masculos legitimos, & naturales in
stirpes, vt supra instituit, & substituit vulgariter, & pu-
pillariter, & per fideicommissum respectiuè, &c. Ex
quibus verbis cum appareat Testatorem voluis-
se, institutos, & substitutos, eorumque descenden-
tes masculos in perpetuum succedere, etiam in
casu quo primi hæredes decesserint cum filijs,
qui

6 qui † postea sine filijs decedant, *d. consil. Oldrad.* eiusque materia locum habere non potest; *Castr. cons. 263. sub num. 3. vers. attamen lib. 2. Dec. cons. 477. sub num. 3. vers. non obstat, Rimin. cons. 171. num. 76.* ita tenuit *Rota in Romana Fideicommissi de Gallis 29. Ianuarii* 1599. *coram bon. mem. Cardin. Pamphilio, & decis. 568. num. 3. 5. & 9. in fin. par. 1. & decis. 494 par. 4. diuers.* Præsertim concurrentibus, tot coniecturis suadentibus Testatoris mentem fuisse, con-
7 stituendi perpetuum, & absolutum † fideicommissum, in duabus decisionibus in hac causa factis, deductis, per quas secundum opinionem Rotæ semper receditur à *d. cons. Oldradi*, nimirum, digressio ad plures gradus substitutionum, fideicommissum masculinum, & perpetuum. Prohibitio alienationis vestita à sua causa, & bona remaneant in familia, præceptum assumendi cognomen, & insignia familia de Nascentorijs, & aliæ similes de quibus in decisione, quæ reuidentur *in §. coniecturæ*, quibus domini censuerunt addendum illam deductam ex eo, quod vt fuit dictum supra, Testator voluit suam hæreditatem solidam, & integram ambulare, & permanere ad hæredes suos prædictos institutos, substitutos ordine prædicto, &c. Quę verba cum sint directa in rem important onus reale, quod propterea vt in rem scriptum af-
8 ficit omnes descendentes, & successores, & ad quoscunque hæreditas, seu bona Testatoris vadant, donec ad vltimum substitutum perueniant, etiamsi præcedat substitutio, si sine filijs, vt in istis terminis tradit *Bald. in leg. precibus num. 65. vers. iudic. &* ibi, *Salicet. num. 26. vers. 6. Testator institutis filiis, C. de impub. & aliis substit.* vbi volunt quod
9 quando onus descendit in descendentes † hæreditas censetur grauata, & grauamen scriptũ in rem, illam afficiat quocunque vadat, *Curt. sen. cons. 42. sub num. 8. vers. accedat ad præmissa, & num. 19. vers. Iacobus hæres institutus, Soccin. sen. cons. 72. num. 10. vers. quorum opinio lib. 3. Fusar. de substit. quæst. 480. num. 37. & seqq. Rota decis. 486. num. 3. par. 1. recent. & coram san. mem. Gregor. XV. decis. 351. num. 13.*

Nec censuerunt Domini obstare, quod deficiente linea masculina Emilij, adsint Camillus, & Comes Io. Thadæus de Blanchis de agnatione Pirrhi vltimi grauati, & quod iuxta magis communem, & veriorem opinionem, etiam à Rota sequuta attendatur proximitas grauati non grauantis, & consequenter d. Camillus, & Io. Thadæus proximiores Pirrhi vltimi grauati veniant sub vocatione filij proximioris agnati. Quia vt latè fuit dictum in decisione, quæ reuidetur confirmata etiam in hac parte Testator deficiente linea Emilij non vocauit agnatos simpliciter, sed primogenitum proximioris agnati, seu cognati ipsius Testatorii, qualis est Angelus filius primogenitus Galeatij de Manzis primogeniti Hieronymæ sororis patruelis Io. Rainerij Testatoris, ex Floriano fratre germano Nascentorij eiusdem Testatoris patre, ibi & non extante linea masculorum, & fœminarum, dicti olim Emilij instituit, & nominauit vt supra filium masculum primogenitum, seu maiorem natu tunc superuiuentem proximioris agnati, & non extantibus agnatis proximioris cognati ipsius Testatoris, &c. Vocatio enim masculi primogeniti proximioris agnati, posita in eadem oratione immediatè ante vocationem primogeniti proximioris cognati ipsius Testatoris, intelligitur de agnato Testatoris, non secus, ac sequens voca-
11 tio cognati, ideoque ex vi verbi ipsius Testatoris, quod personam Testatoris ad oculum demonstrat ex deductis *in d. dec. § non obstat quod supersint*, Præsertim quia non militat maior ratio in proximiore cognati, quam agnati, cur scilicet Testator voluerit potius preferre proximiorem sui agnati, quam cognati, & præsumptio prædilectionis lineæ Alexander de Blanchis hæredis grauati, desumpta ex notatis per *Doct. in l.*
13 *cum auus, ff. de condit. & demonstr.* non † applicatur, quia procedit in eius descendentia, non autem in transuersalibus; *Rot. dec. 693. n. 3. par. 2. rec.* Et accedit transitus à linea masculorum, & fœminarum d. Emilij post eius finem, ad lineas alio-
14 rum, hoc † est ad primogenitum agnati, & in illius defectum, cognati proximioris ipsius Testatoris, quem transitum ad effectum de quo agitur, vltra allegatos in decisione, quæ reuidetur, tenent *Laderch. cons. 47. n. 13. & seqq. Panzirol. cons. 170. n. 5. vers. quibus tamen Rustic. cons. 102. nu. 112. post tract. An, & quando liberi in conditione positi vo-*
15 *centur*, vbi firmat agnatum venientem † ad successionem vltimi, sine masculis descendentis, non venire vt ex nunc, sed prout ex tunc, eo quia proximitas Testatoris est attendenda, † non vltimi morientis in eo casu, in quo linea vltimi defuncti finitur ex traditis per eum *num. 113. cum seqq. Aldouin. cons. 91. num. 48. in fin. vers. minus etiam & seqq. Caball. cons. ciuil. 114. n. 16. & seqq. vol. 2. Fusar. cons. 85. n. 10. vers. nihilominus, & n. 11. Mant. de coniect. lib. 8. tit. 12. n. 31. circa finem. Pereg. de fideicomm. art. 20. n. 7. Rot. d. dec. 693. d. n. 3. p. 2. rec.*

Nec contrarium suadent coniecturæ ponderatæ ab informantibus pro Camillo, & Io. Thadæo, non prima, quod vocatio de nato ex proximiore, intelligenda sit de nato ex proximiore viuente tempore testamenti, vel obitus Testatoris, quia non subsistit quando vocatio fit in tempus ex verisimili non verificandum, nisi longè post qualis, Dominis visa, fuit substitutio de qua agitur, facta non extante linea Emilij, cuius lineæ finis, nonnisi post longissimum tempus verisimiliter à Testatore credi potuit, & cum Testator non vocauerit agnatum, sed filios agnati, & vlterius loqutus fuerit conditionaliter, non extantibus agnatis, parum refert, quod non adessent agnati ipsius Testatoris, & quod ideo de illis non potuerit intelligi, si illis non extantibus succedunt cognati. Secunda coniectura deducta *ex § testamenti* quem quidam filium, &c. ibi tanquam si de ipso Testatore, vel eius fratribus, & agnatis natus est procreatus fuisset, &c. cessat, quia cum filius masculus agnatæ, patris non matris familiam sequatur, ideoque sit cognatus, rectè conuenit filio masculo agnatæ, Testator enim per verba prædicta voluit dicere, quod ita hic per assumptionem nominis familiæ Nascentoriæ ciuilem agnationem assequeretur, ac si natus esset de ipso Testatore, & eius fratribus agnatis, quia eorum filii masculi verè, ac propriè fuissent agnati. Quæ procedunt etiam si idem Testator post illam dictionem (vel eius fratribus) subiiciat (& agnatis) quia istud ver-

bum intelligitur de agnatis masculis iuxta verbum immediatè præcedens (fratribus) † cum in dubio verba subsequentia declarentur ex præcedentibus claris, & è contra, *l. si seruus plurium §. finali, ff. de leg. 1. l. si cum tibi fundum, ff. de verb. signif. Oltrad. cons. 8. n. 8.* & illa dictio, tanquam non excludit filium agnatæ, indigentem dicta ciuili, cum ex origine naturali solam cognitionem habeat, sed demonstrat enixam voluntatem Testatoris conseruandi propriam agnationem, ad quam vult aggregare filios fœminarum, et iste est proprius casus, qui euenit quia Angelus descendit à fœmina agnata, et ideò debet assumere nomen, et arma Testatoris (tanquam) si de ipso Testatore natus, et procreatus fuisset; Tertia coniectura elicita ex præcepto Testatoris iniuncto filio proximioris agnati assumendi arma, et insigna ac nomen familiæ de Nascentorij, nihil facit, quia Testator ex industria exegit qualitatem agnationis in parente, non autem in filio vocato, adhoc, vt originem ducentes à Hieronyma tanquam agnata, præferrent natis ex cognato, cum appellatione proximioris agnati ve-
18 niant, tam fœmina, quam masculus, vt de proximiore tradunt *Bald. cons. 6 n. 1. vol. 2.* & alij cumulati *per Tiraq. de retr. lign. §. glos. 9. n. 203. Fusar. de subst. q. 366. n. 7. Rot. cor. sa. me. Greg. XV. dec. 464. n. 1. vers. non enim*, & de agnato probant *tex. in l. pronunciato, §. fin. ff. de verb. signif. l. voluntas C. d. fideic. Honded. cons. 73. n. 1. & seqq. vol. 1.* vbi plures refert, *Peregr. de fideic. art. 22. n. 25. & cons. 23. n. 10. vol. 3. Fusar. de subst. q. 363. n. 1.* De vtroque verò simul iuncto tradunt, *Curt. iun. in cons. 49. n. 7. vers. accendit, Rub. Alex. cons. 16. num. 4.* Quarta coniectura dilationis in remotissimum tempus, de quo tempore cum posset esse, quod non adessent pro-
19 ximiores Testatoris, non sit verisimile, † quod voluerit illos preferre, quos incertum erat, An de illo tempore essent extituri, vt dixit *Rot. in Bonon. bonorum de Muletis 26. Iunij 1602. coram Emin. Card. Pamphilio*, aliàs sequuta per Rotam similiter cessat, quia in casu isto idem procederet in primogenito proximioris cognati, qui est vocatus etiam post agnatos, & tamen in eo Testator
20 expresse voluit attendi proximitatem † ipsius Testatoris ideoq; idem dicendum est de agnatis *iux. tex. in § pauonum instit. de rerum diuis.* Quinta coniectura prohibitionis alienationis factæ primogenito, & eius descendentibus, vt perpetuo bona remanerent penes illos, & alios successiuè vocatos, non videtur quidquam facere, quia dum grauauit primogenitum onere assumendi nomen familię Nascentoriæ considerauit in eo, et successoribus, per quemdam modum eiusdem conseruationem suæ agnationis, cum per talem
21 conditionem assumendi nomen, † et insignia familię, dicantur ciuiliter facti masculi de familia Testatoris, et consequenter illius agnationem conseruent *Paris. cons. 15. n. 17. & 18. & lib. 2. Menoch. cons. 117. n. 23. Fusar. de subst. q. 490. n. 13. & 14. Rot. decis. 6. in fin. part. 1. diuers. & decis. 319. num. 4. par. 1.*

Nec releuant aliæ coniecturæ ponderatę ad demonstrandum Testatorem intellexisse de agnatis vltimi grauati, quia vbi habemus expressa
22 verba Testatoris † non est recurrendum ad coniecturas *ex l. ille aut ille §. cum in verbis vbi glos. & Doct. ff. de l. 3. l. non aliter, ff. eod. & facit tex. in l. voluntatis vbi glos. verb. Iudic. C. de fideic.* An Testator
23 intellexerit de proximioribus proprijs, vel † grauatis, dum expressa leguntur verba ipsius Testatoris, *Peregr. cons. 20. nu. 2. lib. 2. Rota diuers. dec. 72. n. 2. p. 1. &* fuit firmatum in decisione, illæ enim possent admitti, si versaremur in diuersis dispositionibus, & in periodis diuersis, ac separatis, quæ reguntur diuersis verbis, sed in casu præsenti adest vnica oratio, quæ constituit vnicam pe-
24 riodum, habentem suum principium, † & finem, & sic omnia in d. oratione contenta, debent ęqualiter, ac pariformiter determinari iux. doctr. *Bart. in l. prætor, §. eritque differentia n. 1. vers. nam cum omnia, ff. de bo. rapt. l. fin. ff. de sent. & interlocut. omn. iudic. cum alijs per Rotam in rec. decis. 237. num. 13. par. 5.*

Vnde cum ex deductis tam coram bon. mem. Motman. 18. Decemb. 1637. quàm coram me in dec. quæ reuidetur *in §. quod Angelus, vsque ad §. Respectu verò*, & in alia dec. in hac causa facta 4. Aprilis præteriti, in qua fuit denegata compulsoria specialis, petita à supradictis de Blanchis, & à Monialibus S. Mariæ Nouæ hęredibus Pirrhi vltimi grauati, Angelus primo genitus Galeatij
25 † probet suam descendentiam ex Hieronyma de Nascentorijs, & Ioanne de Manzis, ex supradictis rationibus fideicommissum de quo agitur, ad eius fauorem fuit purificatum per mortem d. Pirrhi vltimi defuncti ex linea masculina Emilij grauati.

Tandem quoad exclusionem supradictarum Monialium professarum in d. Monasterio S. Mariæ Nouæ Domini perstiterunt in decisis, quia Testator nunquam vocauit fœminas, sed filios fœminarum cum dicto onere assumendi nomen, & arma familiæ de Nascentoriis, pro conseruatione aghationis, & licet non extante linea masculorum, & fœminarum Emilij, deuenerit ad substitutionem primogeniti proximioris agnati, ista tamen verba, & fœminarum, intel-
26 liguntur † de masculo ex fœminis supra dispositiuè, vocato, non autem simpliciter de fœmina iux. theor. per *Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 13. in 9.* cum alijs adductis in decisione, non enim meminit de fœminis vt prius vocatis ad successionem, sed propter masculos tantum ab eis descédentes, quos superius dispositiuè vocauit in defectum masculorum d. Emilij, eas consideran-
27 do † vt principium productum linæ fœminę, ex qua germinarent masculi superius vocati iuxta declarationem *Castr. in l. maritus n. 5. vers. & in filia C. de procur. Alex. in l. gallus, §. nunc de lege n. 3. vers. quia linea fœminina, ff de liber. & posth. idem cons. 53. n. 6. vers. vnde vol. 6. Ruin. cons. 4. n. 1. vers. & linea cum seqq. vol. 3.* cum alijs allegatis *per Menoch. cons. 205. n. 19. & 20. vol. 3.* Maximè verò ponderando copulam (& ex qua *Bald. cons. 186. n. 2. vers. sed respondeo lib. 1.* arguit quod si fœminę non sunt cóprehensę in priori parte institutionis † nec etiam
28 debent comprehendi in subsequenti conditione substitutionis, idemque tenuerunt *Ruin. cons. 134. num. 19. & cons. 140. num. 6. lib. 2. cons. 168. n. 13. lib. 2. Soccin. iun. cons. 90. num. 16. lib. 1. Surd. cons. 21 num. 9. & 10. lib. 1. & 564. n. 7. vers. & vbi hæc sententia vol. 4.*

vol.4. Hanc opinionem dicit communem *Peregr. de fideicomm.art.25.n. 30. vers. attamen magis Menoch.cons.95.num.88.*

Nec facit, quod ex quo fideicommissum ad fauorem agnati, vel cognati per defectum conditionis, sub quo eorum vocatio fuit ordinata, expirauit, d. Moniales etiam si inhabiles ad liteam, ex se deducendam, contemplatam à Testatore possint ad commodum Monasterij succedere Pirrho vltimo possessori, quia cum Testator ordinauerit perpetuum, & absolutum fideicommissum, non solum inter filios, & descendentes masuulos primi hæredis, sicque de persona vnius gradus, seu lineæ, sed etiam de gradu ad gradũ
29 inter filios, & descendentes masculos † cuiuslibet gradus, & propterea recedendum sit à *cons. Oldrad.21.* suadentibus etiam coniecturis ponderatis supra, & in dec.quæ reuidetur, non subsistit, qnod Testator *in §.quod si in aliquo, &c.* restrinxerit fideicommissum ad duos casus, alterum vbi instituti cum effectu essent hæredes, & decederent eum filijs, alterum vbi decederent absque filijs, & descendentibus, & dictiones (tunc) (& tunc, & eo casu) sæpius repetitæ, licet habeant vim restrictiuè non restringuntur ad conditionem deficientiæ sine filijs, respectu vnius
30 tantum, quod clarè colligitur, † ex quo Testator vlterius procedit, & postea prohibet amplissimis verbis, alienationem bonorum in quibus terminis loquitur *Curt.iun.cons.106. num.30. lib.1. Surd.cons.344.n.13.lib.3.* Ideoque stante verisimili mente Testatoris, minimè restringunt, ita in proposito considerat *Marzar. cons. 4. num. 19. & Menoch.cons.432.num.32.vbi alios addit.*

Ex his pro existentia fideicommissi, ad fauorem Angeli, contra supradictos de Blanchis, & Moniales Sanctæ Mariæ Nouæ iterum fuit resolutum.

☞ *Decisio ista sub die 19.Decemb.1639. emanata est supra dec.98.hac eadem par.8.recent.vbi aliæ decisiones in hac causa emanatæ cumulantur.*

R. P. D. PAZIROLO.

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Romana Fideicommissi de Alicornis.

Lunæ 16. Maij 1639.

ARGVMENTVM.

Filii positi in conditione in reciproca per Testatorem ordinata, censentur grauati si ex coniecturis constat omnes Testatorem grauare voluisse, eoque magis stante expressa prohibitione alienationis non dependenter à prima substitutione, sed simpliciter facta, quo casu tanquam realis omnes afficit de familia.

SVMMARIVM.

1 *Testator, si in reciproca substitutione filios in conditione posuit ex statuto Vrbis illos expressè vocasse censetur.*

2 *Vocatio tacita inducta à statuto Vrbis non operatur fideicommissum inter ipsos filios in conditione positos.*

3 *Prohibitio alienationis cum dispositione in casu contrauentionis operatur fideicommissum etiam in casum mortis.*

4 *Vocatio proximiorum de domo in casum deficientiæ à Testatore primo loco vocatorum, arguit reci, rocam inter omnes vocatos.*

5 *Prohibitio alienationis dicitur realis, si ad bona est directa, vel perpetua sit.*

6 *Prohibitio alienationis realis comprehendit omne genus alienationis tam inter viuos, quam in vltima voluntate.*

7 *Substitutio aliquibus facta si sine filijs morerentur, expirat si illi cum filijs decesserint, vide num. seqq.*

8 *Prohibitio alienationis principaliter facta, & independenter non expirat grauato cum filijs decedente etiam quod illi eo tantùm casu fuerit demandata restitutio, ibid.*

9 *Consil.Oldrad.21.non habet locum vbi testatoris voluntas est, quod bona ad omnes de familia perueniant.*

10 *Prohibitio alienationis facta in solo casu contrauentionis, trahitur etiam ad casum mortis.*

Si suum non potest habere effectum etiam in casum alienationis nisi intelligatur inducta reciproca inter vocatos.

11 *Prohibitio alienationis non prohibet institutionem hæredis si ille instituitur, qui erat ab intestato successurus.*

12 *Successio fratris defuncti ad fratrem consanguineum, non consobrinum spectat.*

13 *Prohibitio alienationis si est realis prohibet etiam hæredis institutionem.*

14 *Prohibitio alienationis extra familiam non impedit alienationem in familia etiamsi fiat in personam remotioris gradus.*

15 *Prohibitus alienare simpliciter, si alienet substinetur alienatio ipsius vita durante, sed eo mortuo bona deuoluuntur ad vocatos.*

16 *Ordo Testatoris in succedendo fideicommisso ab eo traditus seruari debet.*

17 *Fideicommissum factum ad fauorem familiæ simpliciter, differt à fideicommisso facto ad fauorem aliquorum de familia certo ordine vocatorum, & sup. num 16.*

DECISIO CXXXVI.

TRoianus Alicornus de anno 1552. præuia exclusione omnium suarum filiarum, quas dotibus eis traditis voluit esse contentas, absque eo, quod de bonis suis aliquid aliud petere possent, Ioannem Baptistam, et Faustum filios suos legitimos, et naturales sub modo inferius per eum præscribendo hèredes Vniuersales sibi fecit, illosque inuicem substituit, casu quo alter ex ipsis decederet sine filijs legitimis, aut naturalibus legitimatis; Et in euentum in quem ambo sine filijs morerentur, illis Testator pro ęquali portione proprias filias, sic vt supra exclusas, substituit: Subdens postea hæc verba; *Con patto, e conditione espressa, che ne li prefati Gio. Battista, e Fausto heredi, ne altri à chi peruerrà detta hæredità*

non la possino in alcun tempo, ne in tutto, ne in parte vendere, alienare, distribuire, impegnare, ne distrahere, saluo per casi legitimi, e concessi dalla ragione come prigionia, detentione in mano à Infedeli, & altre strettissime necessità: Et vendendola, donandola, ò alienandola, distribuendola, impegnandola, ò distrahendola, in tutto, ò in parte detta heredità di esso alienante, sia deuoluta in tal caso alli fideicommissarij, se à quel tempo saranno viui, ouero non essendo viui si deuola alli più prossimi parenti maschi della Casa Alicorni, delli quali se per caso non fusse viuo alcuno succedino in detta heredità le sopradette figliuole femine sue, & in difetto loro l'altre femine più prossime della d. famiglia di Casa Alicorni.

Ex Ioann. Baptista nati sunt Troianus iunior iam defunctus, Paulus, et Franciscus, qui Paulus cum vltimo loco obijsset hærede sibi scripta Cornelia consubrina, supradicti Fausti filia cœpit Franciscus prætendere per obitum Pauli fratris fuisse apertum fideicommissum ad illius portionem, et pro immissione vigore *l. finali, C. de edict. Diu. Adr. toll.* instetit: Cum autem partibus ambabus super interpretatione dicti fideicommissi super quo alias coram bon. mem. Peregrino et Litta decisiones Rotales emanauerant, votum Dominorum exquisiuerint, proposui dubium, Cui nam in præsenti casu danda esset immissio, et Francisco dandam esse responsum fuit, idque ex pluribus, et primò quia Testator ex reciproca substitutione inducta inter Ioannem Baptistam, et Faustum casu quo alter illorum decederet sine filijs, censetur *ex statuto Vrbis lib. 1. cap.* 1 142. expressè † vocasse nepotes, ex quibus hodie Franciscus existit vnicus, vt benè tradit *Gabr. cons. 115. in princip. & num. 12. lib. 1. Greg. dec. 337. num. 4.* licet enim regulariter à vocatione actiua ad passiuam non inferatur, et tacita vocatio in- 2 ducta à statuto non possit † operari fideicommissum reciprocum inter ipsos filios in conditione positos, vt latè *Ruin. cons. 141. sub num. 13. vers. postremo, & fortius dico lib. 3. Menoch. præsumpt. 76. num. 87. vers. ex hac declaratione infertur lib. 4. Hondet. cons. 60. num. 43. in fin. lib. 1. Magon. dec. Florent. 71. num. 15. in fin. & seq. Fusar. qui alios cumulat. cons. 65. num. 8. & de substit. quæst. 472. num. 30.* Attamen certum est ab his regulis passim recedi, quando ex coniecturis constat Testatorem voluisse grauare omnes in infinitum.

Secundo, quia dum Testator expressè prohibuit ne bona sua pro parte, neque in totum alienari possent, cum dispositione in casu contrauentionis, puod bona deuoluantur ad fideicommissarios si viuerent, sin autem ad proximiores agna- 3 tos masculos de familia Aliocorna, † censetur induxisse fideicommissum non solùm in casu alienationis, sed etiam in casu obitus inter omnes vocatos *Castr. cons. 447. num 1. ad med. vers. cum velim, lib. 1, Seraph. decis. 1373. num. 4. Rot. dec. 10. num. 2. & decis. 14. num. 4. & 7. & decis. 44. num. 5. vers. negari tamen, & decis. 193. num. 6. ante med. vers. quæ magis par. 1. recent.* & fuit resolutum *in Perusina de Bigazzinis coram Litta, quæ est apud Giouagnon. in cons. 65. num. 71. lib. 1.* & in indiuiduo de hoc fideicommisso, quod verificetur tàm in casu alienationis, quàm in casu obitus, dixit *Rota sub die 2. Martij 1598. coram bon. mem. Peregrino, & 29. Maij 1598. coram bon. mem. Litta:* vbi quod indistinctè comprehendit omnes masculos, & fœminas de domo, & familia de Alicornis, ita vt dispositio Testatoris verificetur etiam in degentibus in alijs mundi partibus, & tàm in natis, quàm in nasciturís.

Tertio, quia si Testator in casu alienationis quatenus nullus supersit ex descendentibus ab ipso vocatis, voluit quod bona sua deferantur ad proximiores masculos, ac fœminas ordine suc- 4 cessiuo, † pernecesse dicendum est fuisse, inductam reciprocam inter omnes præfatos, ex quo prohibitio est comprehensiua omnium possessorum hæreditatis, nam alias absque onere restitutionis respectu omnium bona ad singulos deuenire non possent, pro adimplenda mente Testatoris *Curt. iun. cons. 121. num. 13. versic. qui ad hanc communem Surd. cons. 96. n. 34. & seq. Rimin. iun. cons. 21. n. 36. & versic. Vnde si voluit, Rot. dec. 21. n 10. par. 5. rec.*

Quartò, quia cum prohibitio alienationis non 5 solùm vti directa ad bona, † sed etiam vti perpetua censeatur realis, *Soccin. sen. in leg. qui Romæ §. cohæredes num. 18. vers. & hanc conclusionem, ff. de verb. obligat. Paris. cons. 37. num. 24. lib. 2. cum alijs per Rot. decis. 180. num. 10. par. 5. recent.* apta est comprehendere omne genus alienationis, 6 † tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate *iuxta disposit. in leg. Pater 36. §. quindecim, ff. de leg. 3. Bart. in l. peto 71. §. fratre num. 2. ante fin. versic. venio ad quartam, & num. seq ff. de leg. 2. Rip. in l. filius famil. 118. §. diui num. 66. ff. de leg. 1. Curt. iun. cons. 225. nu. 25. & 26. & cons. 263. num. 35. & 36. Castrens. in leg. voluntas in fin. C. de fideic. Rot. decis. 216. nu. 15. par. 5. recent.*

Quibus non visum est obstare, quod cam Testtor induxerit reciprocam inter Ioannem Baptistam, & Faustum, casu quo decedent sine filijs, 7 † secuto ipsorum obitu cum filijs euanuerit prohibitio alienationis, sicut alia quælibet subsequens dispositio *iuxta vulgat. consil. Oldrad. 21.* Quia hoc consilium habet locum, quando vna dispositio pendet ab alia, & venit consecutiuè ad 8 illam, † non autem quando, prout in casu nostro, adest prohibitio alienationis non dependenter, prout loquitur *Gabr. in consil. 123. ante nu. 1. versic. etenim cum prohibitio lib. 1. Menoch. cons. 148. nu. 43. vers. secundus est casus Rota decis. 180. num. 13. par. 5. recent.* Præterea, quod à dicto Consilio Oldrad. passim recedatur, quando constat Testatoris vo- 9 luntatem † fuisse vt bona sua ad omnes de familia perueniant, tradunt *Surd. consil. 56. n. 14. Menoch. cons. 117. nu. 17. et 18. Dec. consil. 477. Peregr. de fideicom. art. 29. numer. 30. Rot. decis. 193. n. 14. par. 1. rec. et decis. 580. n. 5. par. 4.*

Minus etiam obstare visum fuit, quod cum vocatio proximiorum masculorum, & fœminarum facta fuerit tantummodò in casu alienatio- 10 nis non debet trahi ad casum mortis, quia † cum vocatio pro testatorem facta in casu alienationis non possit habere suum plenarium effectum, nisi intelligatur inducta reciproca inter prius vocatos, etiam in casu mortis, nihil interest, quod Testator proximiores, tàm masculos, quàm fœminas vocauerit in casu alienationis, quia non propterea excluditur, sed potius inducitur inter prius vocatos reciprocum fideicommissum, vt benè

nè ad hoc propositum arguit *Dec. in conf. 23. nu. 2. in princ. & num. 5. ante med. verf. nam & ista voluntas, Curt. iun d. conf. 121. num. 12. in fin. verf. ex quo ergo cum duob. feqq. & præcipuè num. 16. verf. item in prohibitione, Rimin. iun. conf. 21. num. 51. verf. vnde fi voluerit, Castr. conf. 404. in princ. verf. fecundo dico lib. 1.*

Nec releuat, quod prohibita alienatione bonorum non videatur prohibita hæredis institutio
11 vniuerfalis, † quia refponfum fuit hoc habere locum, quando prohibitus alienare illum fibi hæredem Vniuerfalem inftituit, qui ei fuccesfurus erat ab inteftato iuxta communem opinionem, de qua *Alex. conf. 56. num. 6. lib. 1. & conf. 59. nu. 10. & 12. lib. 3. Dec. confil. 23. in princip. verf. & primo motu, & confl. 422. num. 7. Curt. iun. conf. 225. num. 37. verfic. circa fecundum*, & tamen in cafu præfenti Cornelia non erat fuccesfura ab inteſta-
12 to, † fed potius Francifcus frater confanguineus *iuxta tex. in §. fi igitur defunctus il 2. Auth. de hæred. ab inteft. venien. auth. ceffante, vbi Bart. in princ. C. de legit. hæred. Nicolaus de Vbald. de fucceff. ab inteftat. par. 3. num. 1.* Præterquam quod cum prohibitio fit realis, vt fupra oftenfum fuit, intrat conclufio, quod prohibita alienatione per teftatorem
13 cenfetur etiam prohibita † hæredis inftitutio, *Curt. iun. conf. 225. n. 24. verf. vltimo, & fortius, & n. 50. verf. retento igitur, Ancaran. conf. 47. nu. 4. verf. ex quibus omnibus, Rimin. iun. conf. 279. numer. 83. & feqq.*

Et ex his tollitur etiam obiectum, quod ftante prohibitione non alienandi extra familiam, vbi plures in familia fit difparis gradus, posfit prohibitus, vni etiam remotiori relinquere, cum fa-
14 tis fit pro † adimplemento voluntatis teftatoris, quod bona non exeant de familia *ad text. in l. vnū ex familia 69. §. 1. verf. itaque ff. de legat. 2.* quia nos verfamur in cafu, quo teftator non permifit alienationem bonorum in illis de familia, fed
15 fimpliciter illam prohibuit, † & ideò fi prohibitus alienet, fubftinetur alienatio illius vita durante tantum, ac eo mortuo bona deuoluuntur ad vocatum *Natta conf. 110. num 11. ad fin. & feqq. Peregr. conf. 38. num. 8. & conf. 113. nu. 4. & feq. lib. 3. Odd. conf. 48. num. 6. vfque ad 9. & num. 23. & 24. Bellon. iun. conf. 1 num. 92. post med. verf. quarta, & vltima, Fufar. de fubftit. quæft. 380. numer. 1. & feq.* Præfertim attento ordine vocationis factæ per teftatorem, qui in cafu alienationis non vocauit fimpliciter familiam, fed fideicommisfarios, fi viuerent, illis verò non extantibus proximiores agnatos mafculos de familia Alicorna, & in illorum defectu fœminas, ergo vt dicatur fatisfactū teftatoris voluntati, feruandus eft ordo ab ipfo
16 traditus † fuccedendo prius agnati proximiores mafculi de familia, & poft illos fœminæ, vt benè per *Natt. d. conf. 110. num. 11. ad fin. Seraph. dec. 477. num. 9.* vbi fit differentia inter relictum familiæ
17 fimpliciter; † & relictum fub certo verbo ordine vocatorum, *& dec. 874. num. 2.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. PANZIROLO
Poftea S. R. E. Cardinali.
Romana Dotis.
Veneris 20. Maij 1639.

ARGVMENTVM.

Dotis conftitutio per fratrem ad fauorem fororis promisfa pro certo matrimonio contrahendo eo non fecuto, neque minui, neque in pactis, & conuentionibus alterari poteft.

SVMMARIVM.

1 *Bona fubiecta fideicommisso tranfuerfalium non fubiacent difpofitioni auth. res quæ C. comm. de leg.*
2 *Contractus etiam inter alios celebratus acquiritur abfenti, fi pro eo Notarij ftipulatio interuenit, & nu. 10. & 11. idem fauore dotis, ibidem, & numer. 10. & 11.*
3 *Dotis conftitutio fecundo loco facta mulieri præiudicare non poteft, fi eius confenfus non interuenit.*
4 *Dos filiæ à Patre conftituta pro certo matrimonio eo non fecuto fratribus minui non poteft.*
Amplia etiam quod mulier interuenerit, & promisfionem acceptauerit, ibidem.
5 *Ratificatio vt dicatur facta requirit actus illam per necesfè inferentes.*
6 *Confumatio matrimonij inducit ratificationem tractatus ipfius matrimonij, non autem capitulorum.*
7 *Ratificatio in muliere non præfumitur fi agitur de renunciando maiori doti, & acceptando minorem.*
8 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. habet locum etiam in renunciatione à muliere facta.*
Et ob id illa refultans ex tacita ratificatione non fufficit ibidem.
9 *Dotis actio acquiritur marito non vxori pro confequenda dote illi promisfa.*
Intellige, vt num. feqq. vfque ad finem.
10 *Stipulatio dotis facta à Notario vtroque coniuge abfente tribuit actionem non folum marito, fed etiam vxori.*
11 *Amplia fortius ftante claufula,* quorum intereft.
12 *Iuramentum interuentum in promisfione dotis ad fauorem mariti facta, tribuit actionem vxori ad illam petendam.*
13 *Dos non à Patre, fed à fratre, vel altero extraneo promisfa, poteft peti tàm à marito, quàm vxori.*

DECISIO CXXXVII.

Svb die 8. Aprilis 1633. Excellentifs. D. Dux Marius Sfortia per publicum Inftrum Promifit Excellentifs. D. Don Paulo Iordano Vrfini Duci Bracchiani dotare Illuftrisf. D. Conftantiam eiufdem D. Ducis Marij fororem in fcut. 75. mil. hoc modo videlicet in fcutis 25. mil. hic Romæ liberè, & abfque vlla exceptione ab eo foluendis intra terminum ab eodem Excellentifs. D. Bracchiani Duce præfcribendum, in reliquis verò fcutis 10. mill. asfignari à D. Ducisfa Eleonora communi matre, & per eam pariter foluendis intra terminum ab eodem Excellentifs. D. Duce Bracchiani declarandum, & Notarius ftipulatus eft pro abfentibus cum claufula, quorum intereft, vt in Summario D. Conftantiæ num. 3.

Elapfis ferè quatuor annis à die dictæ promisfionis

sionis dictus Excellentiss. D. Dux Marius collocauit in matrimonium prædictam Illustrissimam D. Constantiam cum Illustriss. D. Marchione Cornelio Bentiuolo cum dote scutorum 32500. nulla in Capitulis matrimonialibus facta mentione de supradicta prima dote scutor. 35. mill. & absque eo, quod D. Constantia secundæ dotis constitutioni suum præstiterit consensum.

Cum autem post secutam huius matrimonij consumationem D. Constantiæ innotuisset, quod non solum secunda dos erat minor prima in scutis 2500. sed quod imò illi in hanc causam assignata fuerant scut. 21. mil. in Ciuitate Florentiæ existentia cum pacto, quod ad Vrbem deferri deberent post obtentum super illorum transmissione beneplacitum à Sereniss. D. Magno Duce Etruriæ, qui tamen negauit consentire allegando, quod prædicta quantitas in monte Florentiæ detineri debebat pro cautione Status S. Floræ sibi à d. Duce Mario venditi, vt patet ex eius epistola Summ. num. 4. & insuper cum d. D. Constantia deprehendisset, quod residuum dictæ secundæ dotis non solum ei liberè non promittebatur, sed quod D. Dux Marius loco liberæ solutionis se obligauerat pro currenti quantitate in se accollare tot loca montis, quorum erant debitores Bentiuoli, illorumque fructus montis soluere, donec sequuta fuisset dd. locorum extinctio, pro qua, & pro fructuum solutione assignauerat redditus nonnullorum bonorum in Statu Sereniss. D. Ducis Parmæ existentium, quæ tamen nec tradi, nec assignari poterant in forma durabili post obitum D. Ducis Marij assignantis, cum illa supposita reperiantur fideicommissis transuersalium amplissimis prohibitionibus subiectis,
1 † & propterea non comprehensa sub dispositione *Auth. res quæ C. com. de leg.*

Mouit Iudicium coram me, tàm contra d. D. Ducem Marium fratrem, quam contra possessores pecuniarum prouenientium ex venditione bonorum olim spectañ ad Ioannem Baptistam de Comitibus, & petijt sibi tradi primam dotẽ, quare dubio proposito, ac per duas vices non resoluto, hodie demum firmatum fuit D. Constantiam posse agere ex prima constitutione dotis, & ratio decisionis fuit, quia per stipulationem No-
2 tarij D. Constantiæ licet absentis † ius fuit quæsitum ad primam dotem etiam quod contractus non cum ipsa, sed inter alios celebratus appareat, vt est *text. apertus in l. 1. §. accedit. C. de rei vxor. act. & in l. fin. in princip. C. de iur. dot. Bart. cons. 123. per tot. Dec. cons. 35. sub num. 1. vers. sed breuiter. Rota diuers. decis. 316. num. 2. par. 2. Gratian. discep. 739. num. 9.* & ideo non potuit D. Dux Marius per nouam conuentionem factam cum D. Marchione Cornelio D. Constantiæ nocere, dum ipsa huic
3 nouæ dotis constitutioni non interuenit, † nec illam aliquo pacto approbauit aut ratam habuit, *Text. in l. 1. C. in communi, eademque caus. inter stipulantem in princ. ff. de verb. obligat. Castr. cons. 278. num. 3. lib. 2. Corn. consil. 192. in princ. lib. 2. Gabr. cons. 131. in princ. lib. 2. Grat. discept. 565. num. 40. & seqq. Boer. decis. 3. num. 16 Rot. dec. 160. sub nu. 1. par. 3. recent. & par. 5. dec. 393. num. 9. Greg. dec. 317. nu. 4. in fin.*

Et bene ad hoc propositum videtur facere *Decius in cons. 35. 36. & 37.* in quibus firmatur,
4 quod † si pater constituat filiæ dotem pro certo matrimonio contrahendo, licet illud non sequatur, non tamen possit postea à fratribus dos minui, etiam quod filia stipulationi non interuenerit, nec promissionem acceptauerit, *Alex. in l. si cum dotem in 5. notab. ff. solut. matrim. Crot in l. si constante in 2. lect. num. 19. tit. eodem Menoch. cons. 944. sub num. 74. Gozzad. cons. 42 nu. 19. Mantic. de tacit. lib. 13. titul. 13 num. 30. vers. sed adhuc ego puto, & in decis. 166. num. 14. & dixit Rota in Romana pecuniaria de Albertonijs 14. Decembr. 1620. coram bo. me. Vbaldo.*

Nec obstare visum fuit, quod cum D. Constantia post constitutionem secundæ dotis matrimonium cum D. Marchione Cornelio consumauerit videatur primæ doti renunciasse; nam obiectum tolli ex pluribus visum fuit, & primò quia cum D. Constantia potuerit probabiliter credere se fuisse nuptam sub promissione primæ dotis ad
5 hoc; vt in ea præsumatur ratificatio † secundæ dotis requiruntur actus illam per necesse inferentes, de quibus tamen non apparet, *Bart. in l. si per vim num. 2. C. de his, quæ vi met. caus. fiunt Socin. cons. 24. num. 46. lib. 1. latè Fontanell. de pact. nupt. claus. 13. gloss. 11. num. 11. Greg. decis. 311. num. 17. Rota dec. 89. num. 11. part. 2. diuers.* Etenim per consumationem matrimonij ad sum-
6 mum potest inferri ratificatio tractatus, † non autem approbatio capitulorum, de quibus ipsa nullam habebat notiam iuxta tradita per *gloss. communiter receptam verbo sciuerit in cap. concertationi de appell. in 6. Ruin. cons. 91. num. 10. lib. 1. Rota dec. 95. num. 4 par. 1. recent.*

Secundo quia cum agatur de relinquenda maiori dotis quantitate pro consequenda minori
7 vinculis, ac conditionibus † implicita ratificatio capitulorum in muliere non præsumitur, vt in puncto tradit *Isern. in cap. 1. num 24. versic. quod ex facto viri, & vers. quod ergo de nat. success. feud. Surd. cons. 45. num. 44. vsque ad 51. Gratian. discept. 15. num. 29.*

Tertio demum, quia præsupposita etiam indiuiduali scientia secundæ dotis in D. Constantia & quod ideò per consumationem matrimonij illam acceptare voluerit adhuc tamen acceptatio ista illi non noceret, quia cum hoc casu ratificatio contineat renunciationem sibi præiudicialem
8 non solum in † quantitate, verùm etiam in libera solutione facienda hic Romæ, ac in alijs supra ponderatis debuisset absque dubio adhiberi solemnitas *Statutis Vrbis lib. 1. cap. 151.* quæ cum adhibita non fuerit nihil releuat, *l. si vt proponis C. de nupt. l. nuptiæ ff. de rit. nupt. Rota in puncto d. decis. 160. sub num. 3. vers. vlterius pro responsione part. 3. recent.*

Nec refragatur, quod actio petendæ dotis vigore illius promissionis D. Marchione Cornelio, non autem D. Costantiæ competat, vt est *tex. in l. si pater, C. de dot. promiss.* in quo disponitur,
9 quod si pater marito tuo † stipulanti promiserit dotem non tibi, sed marito contra successores, soceri actio competit, quia dispositio istius textus nullo modo visa est casui nostro posse applicari. Etenim non fuit promissa dos marito, sed D. Dux Marius eam promisit Excellentiss. D. Du-

ci Brac-

ci Bracchiani absenti Notario stipulante pro collocanda in matrimonium D. Constantia, & propterea stipulatio ista † resultat in fauorem ipsius
10 D. Constantiæ, & illi quæsitum fuit ius ad dotem petendam ad quod videtur optimè facere dispositio *tex. in c. dilecti fil. de Iudic.* ibi, *Prouideatis attentius, ne ita subtiliter sicuti à multis fieri solet eiusmodi actio intentetur inquiratis, sed simpliciter, & purè factum ipsum cum rei veritate secundum formam Canonum, & Sanctorum Patrum instituta inuestigaueritis*. Præsertim stante stipulatione Notarij
11 cum clausula, quorum interest, cuius vigore D. Constantiæ benè competit actio ad dotem petendam *Natt. qui de communi cons. 534. num. 8. Corn. cons. 139. num. 6. lib. 3. Paris. cons. 82. nu. 2. lib. 1. Rot. apud Gregor. decis 97. sub num. 2. & seq. vbi Adden. sub num. 6.* referunt alias Rotæ decisio-
12 nes. Ac etiam † accedente iuramento. *Alex. cons. 207. num. 2. in fin. vers. tamen hoc fallit, & num. 3. & cons. 208. num. 1. ante medium vers. & quod ex tali stipulatione lib. 7. Gabr. cons. 129. nu. 9. in princ. vers. & præmissis interuenerit lib. 1.*

Et demum considerabant DD. non intrare dispositionem *text. in d. l. si pater*, quia cum D. Constantiæ non fuerit promissa dos à patre, sed à
13 fratre, & sic ab extraneo, non † solum maritus sed etiam Vxor potest eam petere *d. l. vnica §. accedit, & §. extraneum, C. de rei vxor. act. leg. si pro te, & ibi DD. C. de dot. promiss. Bart. d. cons. 123. sub num. 1. vers. iam in dote Gregor. Lopez. par. 4. tit. 11. lib. 30. gloss. 6.*

Et ità &c.

REVERENDISSIMO P. D. DVNOZETTO SAC. ROT. DECANO.

Mediolanen. Canonicatus Sancti Nazzarij.

Veneris 28. Maij 1639.

ARGVMENTVM.

Præbenda quid requiratur ad hoc, vt dicatur temporalis, & quando dicatur spiritualis.

SVMMARIVM.

1 *Optio non habet locum ex reg. 9. Cancellariæ quando vacatio contingit in mense reseruato.*
2 *Præbenda temporalis non subiacet regulæ reseruatoriæ.*
3 *Præbenda dicitur temporalis quando est separata à Canonicatu, & optatur absque dimissione prioris tituli Canonicatus, & absque noua prouisione.*
Quæ conclusio habet locum quando præbenda separatur ab omni canonicatu, & absque titulo Canoniæ stare potest, num. 4. & 5.
5 *Præbenda ad hoc vt dicatur spiritualis sufficit, quod sit annexa Canonicatibus in genere, licet quoad effectum optandi sit separabilis ab vno, vel altero.*
Quod fortius procedit quando in Ecclesia tot sunt probendæ, quot Canonicatus, num. 6.
7 *Præbendæ quando semper conferuntur Canonicis tunc dicuntur annexæ Canonicatibus in genere.*
8 *Præbendæ separabilitas ad effectum præscribendi consuetudinem optandi sufficit temporanea.*
Sed ad euitandam reseruationem requiritur perpetua separabilitas, & num. 9.
10 *Ius temporale cohærens alicui iuri spirituali sortitur eandem naturam.*

DECISIO CXXXVIII.

IN alia decisione emanata coram me sub die 8. Februarij * præteriti firmarunt DD. gratiam Landriani in omnibus esse iustificatam, & proindè eidem dandam esse immissionem, non obstante optione præbendæ, & domus facta per Capitulares in vim assertæ consuetudinis, quæ
1 quidem optio locum habere non † potest quando (prout hic) vacatio contingit in mense reseruato, quo casu intrat regula 8. hodie 9. reseruatoria mensium, quæ derogat expresse cuicumque consuetudini optandi etiam immemorabili, vt firmatur in dicta decisione.

Reproposita hodie causa super eisdem, informantes pro Capitularibus non ex alio capite decisionem impugnabant, quam ex qualitate præ-
2 bendarum, prætendentes † illas esse merè temporales, & propterea non subiacere regulæ reseruatoriæ, vt firmant *Gonzal. ad regul. 8. glos. 34. num. 34. gloss. 5. §. 1. num. 25. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 457. & seqq. Adden. ad Gregor. XV. decis. 478. num. 6.*

Pro temporalitate autem vnicum allegabatur fundamentum desumptum ex eo, quod præbendæ huius Ecclesiæ non sint annexæ Canonicatibus perpetuò, sed temporaliter, & separabiliter; Adeout possit vna præbenda dimitti altera optari absque dimissione prioris tituli Canonicatus, idque probari; tùm ex pluribus optionibus modo quo supra effectum sortitis, tùm etiam ex testibus explicitè deponentibus de temporalitate earundem præbendarum reddentibus causam scientiæ, quia sunt separatæ à Canonicatu, cum viderint illas optari absque dimissione prioris tituli Canonicatus, & sine noua prouisione, quod
3 videtur sufficiens ad proban.† separabilitatem, & temporalitatem, prout in specie de præbendis istius Ecclesiæ dixit *Rota coram Mobed. decis. 1. de consuetud. coram Put. decis. 196. lib. 2. in correct. & in Mediolanen. domus coram Andrea inter eius impress. decis. 99.*

Cæterum DD. inhærentes resolutioni alias factæ *in Mediolanen. Canonicatus 4. Iulij 1636. coram R. P. D. meo Ghisilerio* contrarium resoluerunt præbendas scilicet esse spirituales eo præcipuè moti fundamento. Quod ad hoc, vt præbenda dicatur merè temporalis, nec cadat sub reseruatione, non sufficit simplex separabilitas ad hoc,
4 vel illo Canonicatu, sed requiritur, quod sit separabilis ab omni Canonicatu; Adeout de per se stare possit absque titulo Canoniæ, vt in specie tenent *Abb. in cap. maioribus num. 4. vers. quandoque, & in cap. dilecto num. 6. vers. procedit enim de præbend. & alias dixit Rota coram Caputaq. dec. 356. num. 1. p. 2. Cassad. decis. 17. num. 9. de præbend. & firmatur in d. decis. Mediolanen. Coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

In Ecclesia autem de qua agitur licet præbendæ sint separabiles ad hoc, vel illo Canonicatu, &

& possint admitti, & aliæ optari, retento Cano-
nicatu, non ideò sequitur, quod sint perpetuò
separabiles adeut possit alteri quam Canonico
conferri, prout ista qualitas perpetuæ, & omni-
modæ separabilitatis probari debet, cum alia suf-
5 ficiat, quod præbendæ † sint annexæ Canonicati-
bus in genere, licet quoad effectum optandi sint
separabiles ab vno, vel altero Canonicatu, vt fir-
mat *Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 25. num. 55.
& seqq. & in d. Mediolanen. coram R. P. D. meo
Ghisilerio.*

Quod facilius procedere DD censuerunt ex eo,
quia in Eccelesia, de qua agitur, tot sunt præben-
6 dæ, quot † sunt Canonicatus, quo casu quæli-
bet dicitur annexa alicui Canonicatui, & quæli-
bet spiritualis censetur, vt firmat *Abb. in d. cap.
maioribus num. 4. de præbend. cum alijs alleg. in d.
Mediolanen. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Nec contrarium visum fuit probari per testes
deponentes præbendas esse temporales, ex quo
sunt separatæ à Canonicatu, & possunt optari abs-
que noua prouisione, quia ratio ista non conclu-
dit omnimodam separabilitatem, de qua supra,
imò ex eisdem testibus contrarium colligitur,
dum concorditer deponunt, quod præbendæ hu-
7 ius Ecclesiæ † semper conferuntur Canonicis,
quod sufficit, vt dicantur annexæ Canonicatibus
in genere.

Prout nec contrarium probatur in decis. Put.
& Mohed. per Capitulares allegatis, quia vtro-
bique agitur de annexione ad effectum præscri-
bendi consuetudinem optandi pro qua sufficit
8 separabilitas temporanea, † non autem ad effe-
ctum euitan. reseruationem, pro quam requiri-
tur omnimoda, & perpetua separabilitas ex iu-
ribus supra relatis.

Denique nec applicari dixerunt *decis. Mediola-
nen. coram bon. mem. Andr.* quia in ea pariter agi-
9 tur de separabilitate ad effectum † optandi, & li-
cet incidenter asseratur per optionem Domus
non acquiri aliquod ius spirituale, sed tempora-
le, non tamen firmatur, quod istud ius tempo-
rale, quod est annexum iuri spirituali, non ha-
beatur pro spirituali, cum ad hunc effectum suf-
10 ficiat, quod temporale cohæreat alicui iuri spiri-
tuali, vt eandem naturam sortiatur, vt *per Lot-
ter de re benef. d. qu. 25. num. 55. & firmatur in d.
decis. coram R. P. D. Ghisilerio.*

Et ita vtraque, &c.

☞ *Hæc Decisio sub die 8. Februarij 1637. erit infra in appendice.*

R. P. D. GHISILRIO

postea Episcopo Tarracineñ.

Romana de Cæsareis.

Lunæ 30. Maij 1639.

ARGVMENTVM.

Fructus percepei tempore litis sunt restituendi à
die præsentatæ commissionis vsque ad actualem
immissionem possessionis fideicommissariorum.
Clausula appellatione remota quando obsit ter-
tio ad causam postea venienti.

SVMMARIVM.

1 *Fructus percepti lite pendente sunt restituendi quia
mala fide percipiuntur.*
2 *Lis dicitur cœpta à die præsentatæ commissionis.*
3 *Fructus percepti lite pendente debentur à die præsen-
tatæ commissionis vsque ad actualem immissionem in
possessionem fideicommissariorum, num. 2.*
4 *Fructus præsumuntur percepti ex re locata ad ratio-
nem de qua cantat locatio.*
*Amplia non esse necessariam concludentem probatio-
nem, sed præsumptiuam ex coniecturis, & consu-
to, num. 5.*
*Cum in materia liquidationis fructuum non attenda-
tur rigor, sed leuior probatio, num. 6.*
7 *Aegydiana seruatur in Vrbe propter confirmationem
Pauli Tertij.*
8 *Iudex respondens de Apostolis testimonialibus non
admittit appellationem.*
9 *Clausula*, appellatione remota *non obest tertio po-
stea veniens ad causam.*
*Fallit quando causa fuit commissa non retardata exe-
cutione, quia tunc illa clausula concessa in prima
instantia censetur repetita in omnibus commissioni-
bus, num. 10.*
*Item fallit quando tertius fuit admissus ad causam in
statu, & in terminis, num. 11.*

DECISIO CXXXIX.

POstquam, præuijs decisionibus emanatis tam
coram bon. mem. Motmanno, quàm coram
☞ me, * per sententiam Rotalem non solum fuit
concessa immissio fratribus de Archileis in pos-
sessionem bonorum, de quibus agitur, sed etiam
fuit condemnatus Petrosius ad restituendum fru-
ctus perceptos ex domo, & apothecis à die mo-
tæ litis, fuit quæsitum in Rota, ad quam sum-
mam sint liquidandi dicti fructus, & Domini de-
tractis creditis Petrosij, dixerunt illos ascendere
ad summam scutorum 604. 45.

1 Quia cum indubitatum sit, fructus † perceptos
lite pendente esse restituendos *l. cum fundus in
princip. ff. si cert. pet. l. 5. ff. de vsur. l. 1. §. ex die
ff. de vi, & vi arm. Faber. in §. retinendæ num. 12.
Inst. de interd. Seraphin. decis. 732. num. 2.* eo quia
percipiens est malæ fidei possessor, *l. videamus §. 1.
vbi Bar. ff. de vsur. Afflict. decis. 59. num. 1. & 2.*
& quoad liquidationem sint liquidandi à die
motæ litis, videlicet a die præsentatæ commis-
sionis, signatæ ad instantiam Petrosij contra
Archileos 9. Ianuarij 1630. per quam saltem
2 † quoad ipsum lis dicitur cœpta, cum ipse de
ea sit certus, ex quo sciuit causam commissam
ad notata per *Host. & Ioan. And. in cap. olim de
accus. Cassad. decis. 7. num. 3. & 5. vers. nihilominus
super reg. nec amplius certiorari debebat, cap. ab ex-
communicato de rescr. cap. eum qui de reg. iur. in 6.
Rot. decis. 6. in lit. pend. in non. & decis. 4. eod. tit.
in antiq.* Illique debeantur vsque ad actualem im-
3 missionem in † possessionem fideicommissario-
rum, quæ fuit de mense Februarij præteriti, de
quo tempore fuit terminata lis, *Rota decis. 10.
vt lit.*

vt lit. pend. in nou. & coram Caputaqu. decis. 171. num. 1. par. 2. & ex locationibus datis probatur domum, & apothecas, de quibus agitur durante lite, fuisse continuò locatas, ad rationem scutor. 250. quolibet anno constituunt summam
4 scutor. 2381. 20. Præsumuntur enim † percepti affictus ex re locata, & ad rationem, de qua cantat locatio, vt fuit dictum *in Romana Palatij 23. Iunij 1634. coram me, in Romana Restitutionis in integrum 7. Maij 1635. coram bon. mem. Buccabella, & in Romana Saluiani 23. Martij præteriti coram Reuerendiss. D. meo Decano*. Idque nedum pro tempore in dictis locationibus expresso, sed pro toto tempore, quo lis durauit, cum in Vrbe regulariter locentur domus, & istæ probentur continuò conductæ à mercatoribus idoneis.

Nec obstat, quod non fuerit concludenter probatum pensiones, de quibus agitur, per Petrosium fuisse perceptas, quia cum de tempore, quo Archilei fuerunt immissi, ipsæ domus, & apothecæ haberent suos conductores, & Petrosius possederit, sufficit probare perceptionem
5 pensionum † ex coniecturis, & à consuetis, vt tenuit *Rota coram san. mem. Gregor. decis. 50. num. 2. & in Romana spolij 9. Iunij 1627. coram R. P. D. Merlino, & in Romana Palatij 23. Iunij 1634. co-*
6 *ram me*, cum in materia liquidationis † fructuum non attendatur rigor, sed leuior probatio, *Bart. in l. 1. C. de fruct. & lit. expens.*

A supradicta summa scutor. 2281. 20. censuerunt Domini detrahenda scuta 1424. 75. debita Petrosio pro residuo dotis Sanctæ, iuxta decisionem coram me factam 24. Nouembris præteriti; necnon annuos canones scut. 28. quibus domus, & apothecæ reperiuntur grauatæ, ascenden. spatio nouem annorum ad scut. 252. quæ partitæ simul iunctæ constituunt summam scut. 1676.75. qua detracta, creditum illorum de Archileis remanet scut. 604. 45. in quibus supradictis est facienda liquidatio.

Nec censuerunt Domini obstare deducta per Petrosium; non Primum, quod vti Clericus potuerit appellare à sententia, de qua agitur, tanquam non subiectus Constitutioni Ægydianæ, sed dispositioni iuris Canonici secundum quam, excepto summarijssimo datur appellatio ad vtrumque effectum, quia cum solùm postquam fuit facta executio, & Archilei immissi in possessionem domus, & apothecarum, & non ante executionem sententiæ in possessorio latè expresserit causam, ob quam eius appellationi deferendum veniret, Iudex potuit non obstante ap-
7 pellatione procedere ad executionem sententiæ, cum regulariter in Vrbe seruetur Ægydiana, *Rota decis. 120. numer. 2. par. 1. diuers. & decis. 296. numer. 13. post modern. de mandat. de manut.* quæ propter confirmationem Pauli III. procedit etiam hic Curia.

Non secundùm, eo quia interposita appellatione, & habito responso de Apostolis testimonialibus, habeat annum ad prosequendum, quia Iudex simpliciter dedit testimoniales de appellatione interposita, non detulit appellationi, nec à se abdicauit iurisdictionem, quia terminus te-
8 stimonialium nihil aliud continet, † nisi attestationem nudi facti toto cælo distantem ab admissione appellationis, vt post *Marant. in suo spec. Vestr. in prax. & alios concludit Scac. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 13. art. 2. num. 6.* & ita nouissimè fuit resolutum *in Corduben. decimarum de Lucerna septima die Februarij currentis anni corã R.P.D. meo Merlino.*

Nec tertium sub prætextu, quod com Archilei venerint ad causam antea pendentem coram Reuerendiss. D. meo Decano, inter Petrosium, & Patres S. Mariæ de Scala, commissam appellatione remota, deducendo ius suum, non ad defensionem alicuius litigantium, sed ad exclusionem vtriusque, non possint iuuari d. clausula,
9 appellatione remota, † quæ non extenditur ad tertium, qui postea se obtulit liti per ea, quæ dicit *Franch. in cap. pastoralis colum. penult. in 7. qu. de appell. Put. decis. 143. lib. 2. in correct.* quia motiuum fuit sublatum, ex duobus, Primo, quia cum Sanctissimus interposita appellatione à sententia Reuerendiss. D. mei Decani, causam
10 commiserit non retardata executione, † clausula appellatione remota, concessa in prima instantia censetur repetita in omnibus alijs commissionibus, *Rota apud Cassad. d. decis. 8. num. 1. & seqq. de rescript. cum alijs in decis. 321. numer. 1. par. 1. diuers. & coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 17. num. 2. & 3.* Nec fuit pronunciatum super domo, & apothecis, de quibus agitur, sed super vineis tantum cum reseruatione, quoad reliqua, super quibus fuit reseruata cognitio modo, & forma, quibus fuerat delegata, nempè appellatione remota. Secundò, quia stante ad-
11 missione illorum † de Archileis ad causam in statu, & terminis, vt in commissione, per d. commissionem omnia illuc vsque acta, & causam ipsam, suam fecerunt, *Mandos. in commiss. admis. ad caus. in verb. statu, & terminis sub vers. quaro supposito, Acchil. decis. 13. de appell. Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 223. num. 23.*

Et ita fuit conclusum fructus esse liquidandos ad summam scut. 604. & 45.

 *Supra in eadem causa habetur altera decis. 86.*

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Meleuitana Antianitatis.

Lunæ 30. Maij 1639.

ARGVMENTVM.

Antianitas Equitis Hierosolymitani, quomodo, & ex quibus probetur plenè discutitur. Declarantur capitula Statuti Hierosolymitani 13. de receptione fratrum, & 11. de Communi Ærario.

SVMMARIVM.

1 *Fundamentum propriæ intentionis est ab actore probandum.*

2 *Antianitas à die antiquioris ingressus dinumerari solet.*

3 *Mandatum de prouidendo non est prouisio.*
4 *Statutum Religionis Hierosolymitanæ, cap. 13. de recept. fratr. prohibet minorem 18. annorum habitu militari decorari.*
5 *Statuta Religionis Hierosolymitanæ cum sint confirmata à Papa non admittunt derogationem ab inferiori factam.*
6 *Assertio facta ex interuallo non suffragatur in præiudicium tertij, cui interim fuit ius quæsitum.*
7 *Declaratio facta à lingua Equitum religionis Hierosolymitanæ non præiudicat non citatis.*
8 *Actus possessorij non tribuunt aliquam posssionem nisi probentur facti sciente, & patiente Aduersario.*
9 *Actus possessorij quando sunt æquiuoci nec dominium, nec possessionem probant.*
10 *Antianitas Equitis Hierosolymitani probatur respectu illorum, quorum primus soluit Passagium, & num. 12.*
11 *Partitæ formiter extractæ ex libris Religionis Hierosolymitanæ faciunt plenam fidem.*
13 *Lex respicit futura non præterita.*
14 *Antianitatis quæstio siue alterius gradus post elapsum quinquennium non potest moueri cōtra Equites Hierosolymitanos.*
Declara, vt num. seqq.
15 *Statutum Relig. Hierosol. cap. 25. de recept. fratrum, & ordinatio capitularis 11. eod. titulo plenè discutitur, & declaratur num. 16.*
16 *Statutum Religion. Hierosolymitanæ cap. 15. de Communi Aerario plenè discutitur.*
17 *Eques Hierosolymitanus mutando statum mutat quoque ius, & effectus.*
Fallit stante clausula sine præiudicio suorum Antianorum per quam reseruantur iura illæsa, & præseruata. num. 18.

DECISIO CXI.

ORta lite super Antianitate inter Equitem Carolum Valdinam ex vna, & Equites Ludouicum Meltium, & Clementem Malabaylam ex altera, fuit lata sententia Melitæ à Consilio Ordinario, qua fuit pronunciatum ipsum Valdinā esse manutenendum in quasi possessione dinumerandi suam Antianitatem à die 23. Martij anni 1588. dictamque Antianitatem esse præscriptam, Appellauit Malabayla à dicta sententia ad consilium completum à quo cum fuisset pronunciatum eius appellationem fuisse desertam, adiuit Signaturam Sanctissimi, à qua causam restitutionis in integrum mihi committi obtinuit, positoque dubio ad instantiam d. Valdinæ sub die 11 Aprilis præteriti, An ei esset danda manutentio, fuit ordinatum, vt videretur de bono Iure, quo hodie vtraque parte informante discusso, Domini ad fauorem Equitis Malabaylæ responderunt.

Constat enim ex Iuribus datis in eius Summ. Capitulum generale Sacr. Religionis Hierosolymitanæ sub die 24. Martij d. anni 1588. Cardinali de Vernala tunc Magno Magistro eiusdem Religionis concessisse facultatem recipiendi in gradum fratrum Militis quadraginta Iuuenes minoris ætatis, qui sic recepti censerentur esse vnius, & eiusdem Passagij dictumque Magnum Magistrum vigore d. facultatis sub die 29. Maij eiusdem anni d. Malabaylam tunc minorem inter fratres milites linguæ Italiæ præuia dispensatione super defectu ætatis recepisse; Constat insuper eumdem Malabaylam sub die 6. Maij eiusdem anni traiectum, (vt dicitur) Passagium communi ærario persoluisse, ac sub die 13. Iunij eiusdem anni probationes suæ nobilitatis coram lingua Italiæ præsentasse, earumque vigore habitum Religionis suscepisse, deindè Carauanas sibi demandatas peregisse, ac tandem sub die 10. Martij 1635. professionem iuxta stabilimenta Religionis emisisse; Ex quibus satis, superque visum fuit constare de bono Iure d. Malabaylæ, non solum quoad prærogatiuam Antianitatis, sed etiam quoad illius anterioritatem respectu dicti Valdinæ, siue illius Antianitas dinumeretur à die, quo Malabayla vigore d. decreti emanati in Capitulo generali receptus fuit, siue commensuretur à die, quo idem Malabayla soluit Passagium, quandoquidem vtroque tempore inspecto, non apparet d. Valdinam ante d. Malabaylam receptum fuisse, ac Passagium persoluisse, vel alia iuxta Religionis stabilimenta, ad effectum consequendi Antianitatem adimpleuisse,
1 prout idem Valdina, qui est Actor † tanquam fundamentum suæ intentionis, cōcludenter probare deberet, *l. 2. ff. de probat. l. Actor C. eodem l. fin. C. de rei vendic. Gratian. discept. 817. num. 3. Canaler. decis. 235. num. 1. & in terminis Præcedentiæ Rot. decis. 327. sub num. 5. par. 3. recent.*

Non obstat, quod Cardinalis de Verdala tunc M. Magister sub die 23. Martij anno 1588. & sic ante receptionem Malabaylæ vigore facultatis sibi competentis *ex statut. 13. de recep. fratr.* receperit Valdinam inter Pueros honorarios eidem M. Magistro inseruientes, Paggi vulgò nuncupatos; Vndè infertur eumdem Valdinam ante Malabaylam receptum fuisse, illiusque Antianitatem à die d. receptionis esse dinumerandam,
2 cum † de iure Antianitas à die antiquioris ingressus dinumerari soleat *c. 1. de maiorit. & obedien. vbi Abb. & alij Natt. conf. 637. num. 38. Seraph. dec. 326. num. 3. Greg. XV. dec. 341. num. 1.*

Nam vltra quod talis receptio inter pueros non probatur, nisi ex eo quod Magnus Magister sub dicta die 23. Martij 1588. mandauerit Receptori Messanę, vt quoties fuisset à d. Valdina requisitus eundem Cingulo militiæ (vt moris est) decoraret, habituq; regulari per fratres milites gestari solito seruata forma Statutorum indueret, quod mandatum non arguit pernecesse d. Valdinam sub eadem die receptum fuisse, cum
3 simplex mandatum † de recipiendo non sit receptio; prout omissis alijs exemplis mandati de prouidendo non est prouisio, *Bellam. decis. 608. Cassad. dec. 1. num. 6.* vt lite pendente, adhuc talis receptio si probaretur facta sub eadem die 23. Martij non esset attendenda, cum ex lectura d. mandati non apparet Valdinam inter huiusmodi Pueros honorarios receptum fuisse, ac multò minus Magnum Magistrum ipsum recipi mandasse, sed solum eum Cingulo militiæ decorari, habituq; per fratres milites gestari solito iuxta formam Statutorum insigniri, quæ cum prohibeant minorem 18. annorum habitu militari de-
4 corari, vt disponitur † *in stat. 53. de recept. fratr.* non

non potuit Magnus Magister d. Valdinam tunc
minorem 18. annorum in gradum militis contra
Statuta eiusdem Religionis cooptare, cum illa
sint à Sede Apostolica confirmata, quibus infe-
5 rior derogare † non valet, *Bart. in l. omnes Popu-*
li n. 83. ff. de Iustit. & iure Abb. in c. dilecti num.
10. de Præb. Rot. decis. 104. num. 2. in fine part. 3.
recent.

Non obstat quod idem magnus Magister sub
die 4. Octob. anni 1592. asseruerit se prædicta
die 13. Martij anni 1588. d. Valdinam inter Pue-
ros sibi inseruientes recipisse, nam omisso, quod
ex prætensa receptione ex d. mandato desumpta
contrarium elicitur, dicta assertio tanquam fa-
cta ex interuallo non visa fuit suffragari in præ-
6 iudicium Malabaylæ, cui † fuit interim ius quæ-
situm *Castren. cons. 338. in fin. lib. 1. Bec. cons. 3.*
num. 44. Surd. cons. 192. num. 30. Rota. coram Gre-
gor. XV. decis. 375. vbi Adden. num. 10. & 12.

Minus obstat, quod Lingua Italiæ sub diebus
27. & 31. Octob. eiusdem anni 1592. declaraue-
rit Antianitatem d. Valdinæ esse dinumerandam
à d. die 23. Martij 1588. Tum quia prædicta de-
claratio se fundat in d. assertione magni Magis-
tri dicentis se d. Valdinam dicta die 23. Martij
inter Pueros recepisse, ideoq; eodem defectu,
7 quo d. assertio laborat, † tum etiam quia illa
emanauit non citato d. Malabayla, cui proin-
de illa præiudicare non debet *Clem. sæpè de verb.*
signif. l. de vnoquoque ff. de re iudic. Socc. Iunior cons.
100. nu. 22. lib. 1. Menoch. cons. 331. numer. 103.
vers. respondetur. 5.

Non obstant nonnulli actus præcedentiæ de-
ducti ab informantibus pro Valdina ad proban-
dum ipsum fuisse constitutum in quasi possessio-
ne antelationis, Tùm quia dd. actus non pro-
bantur gesti sciente, & patiente Malabayla, cō-
8 tra † quem propterea non potuit acquiri aliqua
possessio *Rota decis. 713. num. 14. & decis. 273. n. 5.*
& 6. part. 5. recent. Tùm etiam quia illi potue-
runt fieri intuitu magnæ Crucis, qua Valdina
decoratus fuit, ac propterea, cum non conclu-
dant pernecesse eos intuitu prioris antianitatis
factos fuisse, non merentur attendi, cum actus
9 æquiuoci, nec possessionem, † nec dominium
probare valeant, *Rota coram Seraph. decis. 964.*
sub num. 2. & coram Greg. XV. decis. 310. sub n. 5.

Sed visa fuit cessare omnis difficultas ex eo
quod Malabayla soluit Passagium sub die 6. Ma-
10 ij anni 1588. † & sic ante d. Valdinam, qui illud
soluit sub die 1. Maij. 1589. vt constat ex parti-
tis formiter extractis ex libris eiusdem Religio-
11 nis, † quæ faciunt plenam fidem, vt dixit *Rota*
coram Seraphin. decis. 1390. num. 3. & in Campa-
nien. Prioratus 18. Martij 1618. coram bon. mem.
D. meo Seleucien. & decis. 422. num. 3. coram Reue-
rendiss. Vrgellen.

Vnde manifestè apparet Malabaylam esse ma-
gis antianum Valdina, & cum regulariter antia-
nitas nonnisi à die solutionis passagij dinumera-
12 ri debeat, † vt expresse cauetur in Statuto 15. De
communi ærario passim à Rota canonizato, &
signanter *coram Greg. XV. decis. 341. in fine, &*
decis. 499. num. 2. & coram Reuerendiss. Vrgellen.
decis. 489. num. 2. & in Meleuitana Antianitatis sub
diebus 12. Februarij, & 5. Martij 1635. coram
R. P. D. meo Carillo, & in eadem 16. Nouembris
eiusdem anni coram Reuerendiss. Domino meo Decano.

Nec subsistere visum fuit, quod dicebatur præ-
dictum statutum fuisse conditum de mense No-
uemb. anni 1588. ac propterea non ligare di-
ctum Valdinam, qui (vt prætenditur) fuerat an-
tea receptus, cum natura legis sit respicere fu-
13 tura † non præterita, *l. leges la seconda, C. de le-*
gib. vbi glos. in verbo futuris cum alijs adductis *in*
Spoletana Successionis 8. Martij 1638. coram R. P. D.
meo Verospio, & in terminis statutorum Reli-
gionis Hierosolymitanæ, *Rota decis. 434. num. 1.*
decis. 339. num. 8. vers. Nec prædictis coram Reueren-
dissimo. Vrgellen. quoniam obiectum remoue-
tur ex facto, siquidem ex iuribus datis in Sum-
mario Malabaylæ apparet dictum statutum fuis-
se quidem de mense Nouemb. anni 1588. per q.
Iacobum Bossium ex Latino idiomate in vulgare
traductum, sed constat etiam illud vsque de anno
1584. in Capitulo generali conditum, & publi-
catum, & à fel. record. Sixto Quinto sub die 20.
Martij anni 1588. inter alia confirmatum fuisse.

Non obstat, quod à die receptionis Valdinæ
effluxerint plura quinquennia, & ideò super gra-
du eius antianitatis nulla ei possit moueri quæ-
14 stio, † tàm ex statuto 25. de receptione fructuum
in fine, ibi: *A niuno però passati cinque anni si muo-*
ua lite sopra il suo grado, quàm etiam ex ordina-
tione Capitulari 11. eodem titulo de receptione
fratrum, ibi: *Nulli imposterum post quinquenni-*
nium à die suæ receptionis, &c. aliqua quæstio, aut
lis inferatur super suo statu, receptione, vel gradu
antianitatis.

Nam vltra quod lis, de qua agitur, super gra-
du antianitatis non fuit mota à Malabayla, sed
ab ipsomet Valdina, contra quem propterea dd.
Statuta, & Ordinationes potius retorqueri vi-
dentur, responsum fuit dd. Statuta esse intelli-
genda de lite, vel quæstione, quæ moueri posset
15 equiti super eo, † An is fuerit verè receptus
vel Antianitatem iuxta Religionis stabilimenta
fuerit assequutus, vt (scilicet) soluto passagio
vel transacto quinquennio lis aliqua contra ta-
lem equitem ex defectu ingenuitatis, vel alte-
rius requisiti super eius receptione, gradu, statu,
vel antianitate moueri non possit, non autem
vbi prout hic disceptatur inter duos, vel plures
equites, & dubitatur quis eorum sit prior in
antianitate, cum talis disceptatio etiam soluto
Passagio, vel transacto quinquennio à dd. statutis
nequaquam prohiberi videatur, sed illius ter-
minatio pendeat regulariter à tempore solutio-
nis Passagij, vt (scilicet) is prior sit in antiani-
tate, qui prior fuit in solutione Passagij.

Nec placuit distinctio triū Casuum ex aduerso
ponderata pro intelligentia d. Statuti 15. De
16 communi ærario, † quorum primus erat quan-
do eques receptus statim soluit passagium, &
tunc ipse dinumeret suam antianitatem à die re-
ceptionis iuxta Iuris communis dispositionem;
secundus quando receptus distulit aliquo tempo-
ris spatio solutionem Passagij, & interim sibi
fuit mota lis super antianitate ob non solutum
passagium, & tunc antianitas dinumeretur non
à die receptionis, sed à die solutionis passagij;
tertiùs verò casus erat, quando prout hic recepto

non

non fuit mota lis aliqua ante solutionem Passagij, & tunc solutio illius quocumque temporis facta retrotrahatur ad diem receptionis adeò vt ab eadem die receptionis antianitas eiusdem recepti dinumerari debeat; nam omissa discussione primi, & secundi casus; qui in casu præsenti non applicantur, tertius quatenus applicaretur, non meretur attendi, cum videatur confictus ad eludendam claram dispositionem dicti Statuti expressè, ac distinctè disponentis, vt antianitas numeretur à die solutionis Passagij, ibi, *Percioche vogliamo, che l' Antianità si conti dal giorno, che intieramente haurà pagato il passagio, &c.* Quæ verba satis arguunt intentionem Statuti eam esse, & vt indistinctè is antecellat in antianitate, qui in solutione Passagij præcesserit, quod non contingeret, si posterior solutio Passagij ab altero facta possit retrotrahi ad diem receptionis in præiudicium illius, qui primo soluit.

Denique non obstat, quod Valdina fuerit interim insignitus magna Cruce, ac proinde, cum mutauerit statum, non debeat molestari super gradu antianitatis à Malabayla Equite par-
17 uæ Crucis, cum ex mutatione status † ius quoque, & illius effectus mutari soleat, *Seraphin. decis.* 1445. *num.* 7.

Nam pro responsione sat esse dicebant DD. dignitatem magnæ Crucis fuisse Valdinæ conces-
18 sam sine præiudicio † suorum antianorum, quæ clausula operatur, vt omnia iura competentia Malabaylæ respectu antianitatis, de qua hodie est quæstio præseruata, & illæsa remaneant ex latè traditis *per Adden. ad Gregor. XV. decis.* 332. *sub numer.* 6.

Et ita vtraque, &c.

RERENDISS. P. D. PIROVANO.

Sacræ Rotæ Decano.

Carpentorateñ Restitutionis Ouium.

Lunæ 6. Iulij 1639.

ARGVMENTVM.

Possessor malæ fidei tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum, & quæ verisimiliter percipi potuerant, fallit si mala fides aliquo colore posset euitari, & ex quibus dicta mala fides probetur.

SVMMARIVM.

1 *Possessor non solum violentus, sed etiam malæ fidei tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum, & ad eos, qui percipi potuerunt.*
2 *Mala fides inducitur ex litis contestatione.*
3 *Possessor malæ fidei desumptæ ex litis contestatione si aliquo colore potest sustineri bona fides, non tenetur ad fructus, qui percipi potuerunt.*
4 *Stylus Rotæ est concurrente colore in possidente non condemnandi ad restitutionem fructuum percipiendorum.*
5 *Mandatum non præsumitur relaxatum absque titulo, & iure.*
Executio non præsumitur consumata absque titulo, & iure num. 5.
6 *Executores non habent potestatem capere res vnius pro debito alterius.*
7 *Dominium Ouium probatur ex instrumento ex quo apparet illas precario esse concessas ad pascendum cum pacto de partiendis fructibus.*
8 *Dolus, & fraus spoliandi dominio rerum conuincitur in negante restituere, quod alienum est.*
9 *Captura dicitur violenta quamuis sine armis si est consumata, per famulos creditoris, & res non sit relicta penes depositarium, sed penes ipsum creditorem.*
10 *Fructus etiam percipiendi sunt restituendi à possidente cum dolo, & titulo reprobato, & transgressione legis.*

DECISIO CXLI.

Emanatis in hac causa decisionibus contrarijs in ea parte, in qua fuit dictum faciendam esse restitutionem Ouium cum fructibus etiam qui percipi potuerunt, hodie renouata disputatione, & facti veritate benè ponderata, visum fuit restitutionem esse faciendam cum fructibus, qui percipi potuerunt, recedendo ab vltima decisione 27. Iunij 1636. & persistendo in primario loco 23. Iunij 1635.

Vera namque est iuris conclusio in prima decisione firmata, quod ne dum violentus, sed, &
1 malæ fidei possessor † tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum etiam ad eos, qui percipi potuerunt *cap. grauis* vbi *Abb. Butr. & Imol. de restit. spol. l. ex diuerso in princ. vbi gloss. Bart. & alij, ff. de rei vendic. Boer. decis.* 268. *num.* 1. *Becc. cons.* 95. *num.* 3. *Surd. cons.* 293. *num.* 12. *Laderch. cons.* 99. *num.* 1. *Put. decis.* 373. *num.* 2. *in correctis lib.* 1. dicens, quod malæ fidei possessor sine titulo condemnatur ad fructus, qui percipi potuerunt, & idem admittit *Rota in decis. final. de restit. spoliat. in antiq.*

Similiter est admittenda altera conclusio firmata in secunda decisione, quod vbi mala fides
2 desumitur ex litis contestatione, † per quam verè inducitur *per text. in l. sed, & si lege, §. etiam si ante, ff. de pet. hæred. Butr. & alij in cap. consultationibus de iurepatronat.* si aliquo colore, vel iusta causa sustineri potest bona fides numquam
3 † condemnantur possessores ad restitutionem fructuum, qui percipi potuerunt, *Cassad. decis.* 6. *n.* 3. *de præbend. Rota decis.* 10. *in fin. de restit. spoliat. in antiqu. Put. decis.* 373. *num.* 2. *lib.* 1. *in correctis, &* 552. *num.* 2. *par.* 1. *diuers. &* 551. *num.* 2. *par.* 1.
4 *recentior.* in quibus firmatur stylus nostri, † Tribunalis abstinendi à condemnatione percipiendorum concurrente causa, & colore in possidente.

Ad factum igitur, & iustificationem illius ex processu desumendam, tota difficultas reducitur vt inde de colore, & iusta causa per solam mandati iudicialis relaxationem appareat, & Sebastianus excusari possit.

Ex generalitate mandati per Iudicem relaxati, neque color, neque iusta causa colligi potest, quia indubitatum est Sebastianum egisse contra Custodem, & seù pastorem suum debitorem, non

non autem contra Dominos, & possessores Ouiũ controuersarum vnde absque titulo, & iure non
5 potest præsumi, † relaxatum fuisse mandatum, & eo minus executionem consumatam cum non sit in potestate executorum capere res vnius pro
6 debito † alterius, *l. 1. C. vt nullus exui lib. 11. l. 1. C. ne filius pro patre cap. 1. de iniur. & damn. dat. Alexandr. conf. 6. num. 1. lib. 4. Rom. consil. 4881. num. 1.* Neque dubitari potest de dominio Petri, & fratrum ipsarum Ouium, datur enim instrumentum, ex quo apparet precario concessas fuisse Ludouico pastori ad pascendum cum pacto de
7 partiendis fructibus, & signatis † cum merco, seu stigmate ipsorum fratrum, nempè cruce picea, itaut ab alijs sub custodia pastoris existentibus possent cognosci, & similiter neque descẽdentia Sebastiani, quod non essent pastoris sui debitoris, quia post consumatam executionem in suo posse Oues reduxit, mercum per lanæ tonsionem abrasit, suumque imprimi curauit, interpellatus à Petro, & fratribus Dominis ouium pro earum restitutione negauit dominium, & pertinentiam, & mutato stigmate, & seu merco cœpit prætendere animalia esse propria, ex quibus omnibus ex testibus, & processu formiter probatis, nedum rei alienæ scientia detegitur, sed animus cum dolo, & fraude spoliandi Pe-
8 trum, & fratres dominio rerum suarum, † negando restituere, quod alienum apertissimè constat *l. dolus ff. mandat. l. bonæ fidei, ff. de pecul. l. 1. §. fin. ff. deposit. Paris consil. 74. numer. 34. vol. 1.* quinimò non sine violentia captura huiusmodi
9 videtur facta, quamuis sine † armis, dum executio fuit consumata per proprios famulos Sebastiani, & contra legem municipalem loci, nam statim facta executione abduxit Oues cum tamen in loco capturæ pœnes Depositarium permanere debebat per duodecim dies, atque ita cum intret propria auctoritas legis transgressio, & dolus, & titulus reprobatus, semper est locus restitutioni fructuum percipiendorum *Rot. dec. 10. de restit. spoliat. in antiq. Put. dec. 373. num. 2. lib. 1. cum alijs supra allegatis.*

Et ità vtraque, &c.

Decisiones istæ sub diebus 22. Iunij 1625. & 27. Iunij 1636. coram eodem Pirouano emanatæ erunt infra in Appendice.

R. P. D. GHISILERIO

Posteà Episcopo Terracinen.

Frequentina Decimarum.

Veneris 10. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Plenè agitur de probatione existẽtiæ Terræ in diœcesi ad hoc vt Episcopus possit consequi quartã decimarum, ad quam obtinendum est ei subueniendum officio iudicis nobili si Parochus decimas non exigat.

SVMMARIVM.

1 *Existentia Terræ ad effectum perceptionis quartæ decimarum, vt sit in aliqua diœcesi probatur per testes.*

Deponentes vidisse Episcopos illius diœcesis illam visitasse, & ministrasse Sacramentum Chrismatis.

2 *Quæ existentia leuiores probationes admittit, & sola possessio suffragatur.*

3 *Quod amplia concurrentibus pluribus visitationibus Episcoporum pro tempore illius diœcesis.*

4 *Maximè si legantur factæ ab Episcopis non vti vicinioribus, sed expresso solum nomine dignitatis Episcopalis.*

5 *Nam isto casu concludunt situationem Terræ intra fines.*

6 *Confessio facta in citatione, & Breue appellationis plenè contra confitentem probat.*

7 *Quarta decimarum omnium fructuum in territorio collectorum debetur Episcopo.*

8 *Episcopus Parocho non exigente potest directè à laicis debitoribus exigere quartam decimarum.*

9 *Episcopo subueniendum est officio Iudicis, vt quod suum est consequatur, & num. seqq.*

Imo sunt compellendi Parochiani ad implendum id, ad quod actione adstringi non possunt, nè Episcopus priuetur quarta, & Ecclesiæ præiudicetur, num. 10.

Fortiùs quando Parochus, & Canonici tamquam Parochianorum consanguinei negligunt æquè contra eos pro decimis num. 11.

DECISIO CXLII.

ORta controuersia inter Episcopum Frequentinum, & Homines Terræ Gryptæ Minardæ Diœcesis Frequentinæ, & Auellinæ super solutione integræ quartæ ipsi Episcopo debitæ, in partibus cõtra homines fuerũt latę duę sẽtẽtię in quibus fuit declaratum, ipsos teneri ad solutionem d. integræ quartæ decursæ, & non solutæ, & in futurũ decurreñ de omnibus frugibus frumenti, ordei, & aliorum satorum in Territorio d. Terræ. Causa ad eorum instantiam per appellationem ad Rotam deuoluta dubitaui, An D. Episcopo deberetur quarta, & affirmatiuè fuit resolutum.

Quia cum Terra Criptæ Minardæ sita sit intra fines Diœcesis Frequentinæ, & Auellinæ vt ex depositione testium deponentium de facto proprio, & ex certa scientia, quia (scilicet) viderunt Ecclesias ibidem existentes per Episcopos pro tempore visitari, & Sanctiss. Sacramentum Chrismatis ministrari, nec agatur de existentia principaliter,
1 sed † incidenter ad effectum perceptionis quartæ decimarum, existentia probatur adnotata *in cap. cum olim vbi glos. in verb. per alia, & in verb. instrumenta de conf. Decius conf. 146. num. 14. Seraph. decis. 441. num. 3. Rota in recent decis. 491. num. 3. par. 1. & Hispalen. Decimarum 2. Martij 1635. coram R. P. D. meo Verosp.* cum ad istum effectum leuiores probationes, & sola possessio suffragetur iuxtà *doctr. Bart. in l. quidam in sua ff. de condit. inst.* idemque confirmatur ex pluribus vi-
2 sitationibus † ibidem habitis ab Episcopis Auellinis pro tempore, quibus ad istum effectum multum esse tribuendum tenuit *Rot. in Mediolanen. decimarum 17. Ianuarij 1612. & 4. Decembris 1613. coram Eminentiss. Card. Pamphilio* vbi citatur alia

Medio-

Mediolanen. decimarum 22. *Iunij* 1611. *coram bon. mem. Lugdunen.* Maximè cum legantur factæ ab
4 Episcopis, non vti vicinioribus, qui vigore Concilij Tridentini *sess.* 24. *cap.* 9. *de reform.* possunt visitare Ecclesias etiam quæ sunt nullius, vel Delegatis, sed solum expresso nomine Dignitatis Episcopalis, quæ vti factæ iure ordinario per se con-
5 cludunt hanc situationem intra fines, vt tenuit *Rota coram bon. mem. Buratto decis.* 578. *num.* 6. & in alijs decisionibus cumulatis per *Adden. ad dictam decis.* 578. *num.* 18. Et ista veritas existentiæ intra fines est etiam in confessio apud partes, nam de ea constat in Breui appellationis impetrato pro parte hominum, & in citationibus, & in alijs
6 iuribus de partibus, † quæ sola confessio contra homines d. Terræ plenè probat, *l. cum precum C. de liberal. caus. Gabr. de confess. concl.* 4. *num.* 1. *Rota in Auellina vnionis* 28. *Aprilis* 1595. *coram bon. mem. Gypsio.* hinc sequitur Domino Episcopo ibidem
7 deberi quartam decimarum † omnium fructuum, qui in territorio Terræ Gryptæ Minardæ recolliguntur *c. quoniam, cap. dudum de decim. cap. conquerente de offic. ordin. Rebuff. de decim. qu.* 7. *num.* 11. *Gonzal. super reg.* 8. *gloss.* 6. *num.* 87. & 88. *Rot. diuers. decis.* 31. *nu.* 5. *par.* 2. & *in recent. decis.* 402. *num.* 1. *par.* 2. Quam Episcopus si Parochus negligat, vel alias malitiosè petere differat à laicis
8 exigere, † potest directè à laicis debitoribus, non quidem iure actionis, sed officio Iudicis nobili ita suggerente æquitate, cui innititur, vt in specie notat *Card. in Clem.* 2. *num.* 27. *de iud.* vbi etiam in hac materia exuberat eius officium, ne (scilicet) alioquin negligentia impotentia, & forsan collusio Parrochi Episcopo noceat, & laici iniustè retineant quod Episcopo debetur, vt plenè articulo discusso fuit decisum *in Nouarien. decimarum coram R. P. D. meo Pirouano* 5. *Decembris* 1629. 11. *Martij*, & 19. *Iunij* 1620. & in proposito tradit *Medic. de sepul. p.* 2. *qu.* 23. *num.* 4. *vers. posset enim*, cum quibus Domini transierunt, eo quia ibi allegantur concordantes, & latè respon-
9 detur omnibus contrarijs, est † enim officio Iudicis subueniendum Episcopo, vt quod suum est consequatur, & Parochiani renuentes sunt compellendi ad implendum id, ad quod actione adstringi non possunt, ne Episcopus quarta sibi de iure debita, priuetur, & Ecclesiæ præiudicetur,
10 vt † in dictis Nouarien. eoque magis in isto casu in quo Archipresbyter, Primicerius maior, & minor, & Canonici Collegiatæ prædictæ Terræ in maiori parte, vel consanguinei, vel affines colludentes cum Parochianus in graue præiudi-
11 cium Episcopi, non solum negligunt † agere contra Parochianos, sed ad sonum campanellæ, vt moris est, & loco solito congregati reuocarunt mandatum alias datum ad lites, & in specie in causa decimarum vertente cum Vniuersitate d. Terræ Gryptæ Minardæ. Ex quibus probatur es-
12 se † succurrendum Domino Episcopo officio Iudicis nobili, per quod Parochiani soluendo potius Episcopo, quam Rectori quartam in nullo grauantur, vt ponderauit *Rota in d. Nouarien.* 10. *Iunij* 1630. *coram R. P. D. meo Pirouano.*

Et ita Episcopo informante fuit resolutum.

☞ *Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die* 28. *Nouembr.* 1639. *coram eodem.*

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Episcopo Terracinen.

Gerunden. Sacristiæ.

Veneris 3. *Iunij* 1639.

ARGVMENTVM.

Rescriptum Papæ est adimplendum cum effectu vel ostendendum quod omnis sit adhibita diligentia ad effectum parendi. Fructus pecuniæ legatæ ad effectum inuestiendi debentur absque interpellatione, quia tunc censetur legata pecunia, vt species.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum Papæ est ad vnguem seruandum.*
2 *Rescriptum ad hoc vt dicatur adimpletum est ei parendum cum effectu, vel est ostendendum, quod adhibita sit omnis diligentia ad effectum parendi, & num.* 3. *&* 10.
4 *Contumacia etiam in minimo sufficit ad effectum vt non dicatur sufficienter paritum.*
5 *Rescriptum Papæ super depositione fructuum si non determinat tempus debet intelligi de fructibus de iure debitis.*
Legatum qui in sua creatione nullam habet conditionem est purum. num. 5.
6 *Legatum pecuniæ ad effectum inuestiendi censetur legata pecunia non simpliciter vt pecunia, sed vt species.*
7 *Interpellatio non est necessaria pro consequendis fructibus quando isti non debentur ratione moræ, sed tanquam incrementum rei legatæ.*
Vel ratione damnorum, & interesse si hæres non inuestiuit pecuniam iuxta præceptum testatoris, & num. 8.
9 *Executores testamentarij non possunt prætendere lucrifacere fructus rei legatæ.*
11 *Dictio omnes nihil excludit.*
Paritio non dicitur perfecta donec aliquid superest adimplendum.
12 *Legatum debetur secundum tempus destinatum à testatore.*
13 *Oblatio de fructibus decurendis sufficit ad hoc vt dicatur paritum decreto deponendi.*

DECISIO CXLIII.

Relaxato per Rotam ad instantiam Canonicarum, & Capituli, & Ecclesiæ Gerunden. mandato de deponendo penès Ædem sacram, scilicet Tabulam publicam d. Ciuitatis, omnes, & singulos fructus annui legati sc. 600. per q. Iacobum de Angullana facti dd. Canonicis, & Capitulo ad vtilitatem, & commodum Sacristiæ d. Ecclesiæ decursos, & posterum decurrendos arbitrio Sac. Rotæ insumendos donec causa fuerit terminata iuxtà formam, & tenorem commissionis, & rescripti S. D. N. illoque Executoribus testamentarijs legitimè intimato, & in actis reproducto, fuit dubitatum: An fuerit sufficienter Paritum.

Quo

Quo dubio per me proposito negatiuè fuit resolutum.

Ea ratione quia etiamsi respectu fructuum decursorum in executionem mandati Rotalis fuerint in tabula publica depositorum Ciuitatis depositæ libræ 3189. & pro alijs libr. 2525. fuerint interpellati Sydici eiusdem Ciuitatis debitores dictæ summæ ad illam soluendam, illique responderint, quod ordinabunt Clauarijs, quibus incumbit dictam quantitatem soluere, quod illam soluant, nihilominus quia cum habito respectu ad tempus, quo incœpit deberi legatum, nempè post lapsum quatriennij à die obitus Testatoris, pateat per rationem calculi, quod quantitas deponenda spacio 17. annorum ab anno 1621. vsque ad annum 1638. (de quo tempore emanauit rescriptum Sanctissimi) ascendit ad summam scut. 10200. tale depositum lib. 3189. tamquam
1 minus integrum non releuat, † nec suffragatur ad hoc, vt possit dici satisfactum rescripto, quod ad vnguem seruari debet, *Rot. coram Seraph. dec. 357. num. 6. decis. 215. num. 2. post Cinc. de Censib. decis. 326. num. 2. & 3. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Placentina Decimarum 19. Decemb. 1638. coram R.P.D. meo Pirouano*. Et dum rescriptum limitatur ad deponendum, non autem ad interpellandum debitores, vt soluant, nec interpellatio facta ab Executoribus Testamentarijs Sindicis Ciuitatis debitoribus lib. 2525. sit pecunias deponere, talis interpellatio non sufficit ad parendum sed debent exequutores cum effectu exigere pecunias, vel saltem ostendere se fecisse omnem diligentiam pro illis exigendis, alias non
2 possunt dici adimpleuisse rescriptum Sanctiss. & mandatum Rotale iuxtà textum in *l. sed etsi per Prætorem §. 2. ff. ex quib. caus. maior. Aym. cons. 132. num. 4. Soccin. cons. 275. num. 6. Menoch. cons. 318. num. 3. lib. 3. Rolan. cons. 12. num. 25. vol. 4. Rot. in rec. dec. 253. num. 2. par. 1. & dec. 186. n. 3.*
3 *part. 5.* Quæ requirunt veram, † & realem dispositionem in primis, & ante omnia faciendam, *Seraph. dec. 1113. Rota in Treueren. Bonorum 4. Iunij 1625. coram bon. mem. Vbaldo, in Leodien. Canonicatus S. Pauli 8. Februarij 1622. coram R.P.D. meo Merlino, & in Colonien. Monasterij 4. Aprilis 1629. coram Eminentiss. Card. Vbaldo*. Sed quia adhuc computata ista summa lib. 2525. deficit magna
4 quantitas, contumacia etiam in minimo sufficit, ad effectum, vt non dicatur sufficienter paritum, *Couar. in cap. Alma mater, §. 11. num. 3. de sent. excomm. in 6. Rota decis. 5. de re iudic. in nou. Achill. dec. 1. de sent. excomm.*

Non obstat, quod cum rescriptum Sanctiss. non determinet tempus, à quo inchoari debeat
5 cursus istorum fructuum, † illud propterea sit intelligendum de fructibus de iure debitis ad *text. in l. causam quæ Felin. num. 5. de rescript. cum alijs per Roman. cons. 385. num. 4.* & sic de decursis à die motæ litis quæ fuit 8. Martij 1630. ex eo præcipuè, quod ante motam litem nulla præcessit mora, nec aliqua datur interpellatio; Quia cum versemur in legato puro, & rei fructiferæ puro quia in sui creatione nullam habet conditionem, vt patet ex prima parte testamenti *in §. Volo* quod ex meis bonis ad d. piam institutionem impendantur, & consignentur decem mil. librarum monetæ Barchinonen. in pretio, seu quantitate, & quingentæ libræ, in annua Pensione, quas quingentas libras annui redditus dd. manumissores mei &c. quibus committo hoc onus, vt recipiant, & recipere valeant quolibet anno, ac penes se retineant, & conseruent in loco tuto, quousque ex dd. Pensionibus accumulauerint duo millia librarum, & illa in loco ad eorum cognitionem tuto inuestiant, ad effectum, quod dd. redditus efficere valeant sexcentas libras quolibet anno, quæ ad minimum summa necessaria erit ad dictam pia institutionem &c. ex hac dispositione fuit purè, ac liberè quæsitum dominium rei legatæ Ecclesiæ etiam ante institutionem piæ operæ; Rei fructiferæ, seu pecuniæ in re fructifera inuestiendæ, vt in *d. 1. §. Ibi*. Et illa in loco ad eorum cognitionem tuto &c. quæ reputantur à pari cum ipso reinuestimento ad effectum, vt earum fructus, non secus, ac inuestimenti, seu speciei legatæ debeantur, & consequenter debentur isti fructus à die lapsi quatriennij,
6 quia non fuit legata pecunia, † vt pecunia simpliciter sed pecunia, vt species *Rota in Romana Saluiani coram Orano post 2. volum. cons. Farinac. decis. 85. & latè coram me, in Romana Reinuestimenti 22. Iunij 1629.* vt ex lectura testamenti, in quo, vt dictum est, mandatur reinuestiri certa summa quæ dd. annuas libras 500. in fructibus importaret, quæ annuæ lib. 500. solo spacio quatuor annorum debent reinuestiri ad complendam annuam summam libr. 600. Vnde non obstat defe-
7 ctus interpellationis necessariæ ad constituendos hæredes in mora, quia fructus hi non debentur ratione moræ, sed tamquam incrementum intrinsecum rei legatæ, cuius dominium à die mortis Testatoris, fictione Iuris transit in legatarium, vel ratione damnorum, & interesse, si hæres pecuniam non inuestiuit iuxtà præceptum Testatoris, *Gratian. discept. forens. cap. 932. num. 30. & seqq.*

Minus obstat, quod per executores non steterit, quominus legatum solueretur, quia idte n-
8 dit ad excludendam moram, sed non ideo Legatarius amisit fructus rei sibi legatæ, qui sibi tanquam Domino debentur; Eo magis in isto casu, in quo lis pendet cum Exequtoribus testamentarijs, quos indubitari Iuris est, non posse præten-
9 dere lucri fecisse † fructus rei legatæ; nam alioquin non Exequutores, sed Legatarij dicerentur ex latè traditis per *add. ad sa. me. Greg. XV. decis. 554. num. 42.* vbi de hac materia. Ex quibus sequitur, quod nisi dd. Exequutores deposuerint omnes fructus à quatriennio post mortem Testatoris decursos, non dicantur sufficienter paruis-
10 se, quia dictio vniuersalis, † *omnes*, nihil excludit, & paritio non dicitur perfecta, donec ali-
11 quid superest adimplendum † *Rot. dec. 5. de re iudic in nou. ibi*, Donec plenè fuerit satisfactum.

Pariter non obstat, quod Exequutores testamentarij non teneantur soluere, nisi adimpletis omnibus per testatorem demandatis, quia hodie non agitur de consignatione facienda absolutè ipsis Canonicis, & Capitulo, sed agitur de decreto prouisionali depositi, ne interim penès Exequutores remaneant pecuniæ deponendæ iuxta rescriptum Sanctissimi.

Nec dicatur legatum deberi tantummodò post conditum statutum, & postquam à Sede Apostolica fuit confirmatum, quia statutum non concernit, nec limitat tempus solutionis legati, sed solum respicit modum distribuendi, & ideo circa tempus solutionis Legati non recurrendum ad confectionem statuti, sed ad destinationem Testa-
12 toris, quæ clarè loquitur, vt fiat post quatriennium, *§. disponat. auth. de hæred. & falcid. cap. tua nobis de testam.* Et dum Sanctissimus mandauit deponi omnes, & singulos fructus decursus, & decurrendos arbitrio Rotæ insumendos, donec causa fuerit terminata, deducta ab Exequutoribus de expensis factis pro vtilitate Sacristiæ, & litis non sunt attendenda, nec possunt retineri dd. expensę, sed est faciendum depositum integrum iuxtà rescriptum.

Hæc quoad fructus decursus; Quo verò ad de-
13 currendos † pro paritione sufficit oblatio, *Put. dec. 124. lib. 1. in correct. Mohed. dec. 9. de sent. & re iud. Rot. in Cæsaraugustana distributionum 28. Ianuarij 1636. coram Reuerendiss. D. meo Decano,* vbi aliæ plures decisiones referuntur.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit &c.

R. P. D. ROIAS

Postea Episcopo Tarraconen.

Viterbien Hæreditatis de Chisijs.

Veneris 10. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Immissio ex interdicto quorum bonorum competit hæredi aduersus quemlibet possessorem, etsi agatur de censibus, locis montium alijsque rebus incorporalibus: eaque fuisse à Testatore possessa probatur, si ab illo appareant empta. Statutum exclusiuum fœminarum non habet locum in bonis sitis extra territorium, quamuis statutum loci bonorum, & ipsum pariter fœminas excludat, Renunciatio facta per sororem ad fauorem fratrum non porrigitur ad bona propria ipsorum fratrum etiam stāte statuto fœminarum exclusiuo, sed ad sola bona paterna, & materna restringitur.

SVMMARIVM.

1 *Immissio ex interdicto quorum bonorum datur succedenti ad intestato aduersus possidentem pro hærede, vel pro possessore.*
Amplia, vt num. seqq.
2 *Interdictum quorum bonorum ad fauorem hæredis habet etiam locum in rebus incorporalibus.*
Loca Montium, & Census sunt res incorporales, numer. 2.
3 *Enunciatiua continens tractatum sororitatis probat aliquam esse sororem.*
4 *Soror ad hæreditatem fratris succedit cum nepotibus in stirpes, non autem in capita.*
5 *Loca montium probatur à Testatore possessa, si ab eo fuerint empta.*
6 *Census à Testatore fuisse emptos sufficit, vt de illis dicatur probata possessio Testatoris.*
7 *Hæreditatis aditio inter fratres resultat ex continuatione communionis vltra portionem prius ipsis fratribus competentem.*
8 *Possessio bonorum defuncti probetur ne per aditionem ab hærede factam.*
9 *Statutum exclusiuum fœminarum non habet locum in bonis extra Territorium statuentium, & num. seqq.*
11 *Statutorum combinatio loci, et personarum non admititur in materia exclusionis fœminarum.*
12 *Loca montium dicuntur immobilia illius loci, in quo reperiuntur.*
13 *Census dicuntur esse in eodem loco, vbi existunt fundi, quibus inhærent, & nu. 14.*
15 *Renunciatio de bonis paternis, et maternis per sororem facta ad fauorem fratrum, non comprehendit bona propria ipsorum fratrum, & num. 16. & seqq. vbi amplia.*
18 *Clausulæ generales in renunciatione appositæ renunciationem non alterant, & num. seqq.*
20 *Clausulæ accessoriæ, & consecutiuę non ampliant dispositionem.*
21 *Renunciatio facta per sororem ad fauorem fratrum dicatur ne comprehendere bona propria ipsorum fratrum, quando adest statutum exclusiuum fœminarum, & num. seq.*
23 *Argumentum desumptum à superfluitate dicitur frigidum, & num. seq.*
25 *Renunciatio à minore facta requirit insinuationem vigore Constitutionis Aegidianæ, & num. seqq.*
Constitutio Aegidiana auctoritate Apostolica extenditur ad totum statum Ecclesiasticum, num. 25.

DECISIO CXLIV.

INtroductio iudicio coram bon. mem. Buccabella supra successione in hæreditatem quon. Poggi de Chisijs ab intestato vita functi ad instantiam D. Hieronymæ ex q. Ludouico fratre neptis contra, & aduersus DD Franciscum, & Laurentium ex q. Laurentio altero fratre nepotes fuit primo sub die 29. * Ianuarij 1638. resolutum, dandam esse immissionem Hieronymæ in bonis sitis extra Territorium Viterbij vna cum dd. Francisco, & Laurentio diuidendis inter dictas partes non in stirpes, sed in capita. Et secundo sub die 24. Nouembris * eiusdemmet anni idem responsum quoad alia bona etiam intra dictum Territorium exposita, minimè obstante statuto fœminarum exclusiuo.

Deinde admissa ad causam D. Victoria germana sorore d. q. Poggij, & prosequendo ordinem præfatum fuit ad ipsius instantiam subscriptum dubium; An ei danda sit immissio de bonis extra territorium Viterbij existen, & in quibus & pro qua rata. Quo proposito à me in hac causa subrogato per obitum bon. memor. Buccabellæ DD. responderunt, dandam esse immissionem dictæ Victoriæ in bonis extra Territorium Viterbij, spectantibus ad Poggij hæreditatem, per cōcursum huius sororis quoad dicta bona diuidendam non amplius in capita, sed in stirpes, sicque pro tertia parte medietatis 17. locorum montiū, & 6. censuum constituentium summam in sorte princi-

principali scut. 5400. ex interdicto quorum bono-
1 rum, † quod absque dubio conceditur succedenti ab intestato contra possidentem pro hærede, vel pro possessore, *l. prima ff. quorum bonorum l. 2. C. eod. Menoch. de adipisc. remed. 1. num. 49. & seq.* Quamuis agatur de locis montium, censibus aliisque rebus omnino incorporabilibus ex traditis per *Menoch. d. remed. n. 85. cum cæteris per Buratt. decis. 474. nu. 7.*

Ratio verò resolutionis fuit triplex. Prima nempè quia bene probatur D. Victoriam esse sororem Poggij ex Instrumento dato *Summar. n. 11.* vbi Poggius, cæterisque fratres se fatentur debitores Lucretiæ communis matris ex causa dotis ab ipsa matre solutæ d. Victoriæ eorum sorori,
2 vnde resultat enunciatiua continens tractatum sororitatis, quæ de per se sufficit *Rot. decis. 157. in princ. par. 1 recent. & in Maceraten. Canonicatus 1. Iulij 1626 coram D. meo Merlino.* Ideo tanquam
3 soror Poggij, de cuius hæreditate agitur, † concurrit in successione cum nepotibus in stirpes, & non in capita *iuxtà l. 3. C. de l. hæred. §. si plures instit. de legit agnat. succ. & ibi Aret. n. 2. & reliqui per Thesaur. dec. 162. n. 4.*

Secunda autem ratio fuit, quia apparebat etiā concludenter probatum, quod supradicta bona fuerant possessa à Poggio: Nam quoad loca montium, ex eo, quod fuerunt ab ipso empta, & sub eius nomine descripta in libris dd. Montium, nimirum Montis Fidei loca 3. Montium Columni alia tria, Montis Salis loca 5. & Montis Sabelli
4 loca 6. deinde translata in Montem Burghesium, *Rot. dec. 284. n. 13. par. 5. rec. dec. & 179. in princ. post Modern. de manut.*

Et quoad Census probatur ex eorum Instrumentis, nempè duos primo scut. 3000. & sc. 1000. fuisse eidemmet Poggio vendito à D. Paulo Monaldensi, alium scut. 100. à Ioanne Vrsino, & Paulo Mutio de Celleno, & alterum scut. 400. à
5 Communitate Montis Falisci, † quod sufficere admisit, *Rota coram Durano decis. 197. post princ. & decis. 118. sub num. 2. post addit. Cinc. ad tract. de Censib.*

Respectu verò aliorum duorum d. q. Ludouico venditorum, nempè illius scut. 500. à Communitate Lugnani, & alterius scut. 400. à Communitate Montis Falisci, adducebatur ab informantibus, quod isti tres fratres, quia dum vixerunt in communione omnium, & singulorum bonorum locarunt vnanimiter plura bona Lucretiæ eorum matri, & quod mortuo Ludouico
6 (qui Laurentium, & Poggium alios duos fratres suos instituerat hæredes) Poggius perseuerauit in dicta communione cum Laurentio, eoque defuncto cum eius filijs, prout dicebatur apparere ex Inuentario ab ipso pro indiuiso confecto, & quod tandem post obitum Poggij Tutrix dd. filiorum Laurentij descripsit in Inuentario bonorū hæreditariorum Poggij prædicta bona, vt supra prius locata, non pro tertia parte, sed pro medietate: Vndè sicut posse colligi videtur, quod Poggius post obitum Ludouici perseuerauit in communione vltra suam tertiam portionem ita
7 etiam ex huiusmodi perseuerationi videatur inducta aditio hæreditatis Ludouici, quæ ad medietatem auxit portiones inter Poggium, & Laurentium fratres institutos hæredes ad *Text. l. duos fratres, ff. de acqu. hæred. Bald. consil. 272. ante nu. 3. vers. tertia ratio lib. 3. cum alijs per Rotam coram Greg. decis. 7. num. 5. & par. 2. recent. decis. 638. n. 2. vers. non autem.* Et ex hac aditione consequenter
8 probatur, † quod dd. duo Census acquisiti per Ludouicum fuissent in bonis Poggij eius hæredis, *l. stichum §. aditio de solut. cum similibus per Gratian. discept. 280. nu. 9.*

Tertia denique fuit, quia constabat supra dicta bona esse extra Territorium Viterbij, vndè indubitatum etiam erat statutum Viterbij *Rubr. 18. lib. 2.* in certis casibus exclusiuum fœminarum, ex
9 defectu † potestatis ab ipsa minimè extendere vires suas; Nā vt sit locus huiusmodi statutis requiritur copulatiuè, quod persona excludenda, & bona
10 à quibus excluditur, sint subiecta iurisdictioni statuentium, *vt coram Greg. decis 155. num. 3. Buratt. decis. 188.* neque ad effectum exclusionis admittitur combinatio statutorum, loci, persona-
11 rum, & bonorum, † vt resolutum fuit in *Magistrali decis. in causa Narnien. Successionis coram Domino meo Merlino, quæ est 177. par. 5. recent.* vbi per totam pleno, & plano calamo materia examinatur.

Quod autem sint extra dictum Territorium res est clara quoad loca montium, quæ recensentur
12 inter immobilia Vrbis † tanquam perpetuo in ea mansura, *Peregr. cons. 90. num. 29. post med. vers. etsi in aliquo vol. 1. Thes. Iun. quæst. forens. lib. 2. q. 5. n. 16. vers. idem dicendum Rotam coram Buratt. decis. 474. nu. 1. & decis. 535. in princ. & coram Domino meo Merlino in dicta decis. 177. num. 38. par. 5. recent. et in Auximiana Fideicommissi 4. Martij 1630. coram eodem Merlino.*

Nec erat amplius ambigendum etiam quo ad dd. census impositos in executionem Bullæ san. mem. Pij V. super particul. tenutis in Territorijs prorsus diuersis ab illo Viterb. & ideo taxatiuè constitutos super certa re, & non generaliter etiā super omnibus bonis mobilibus, & immobilibus præsentibus, & futuris, adeout super his non solum possit considerari actio competens in specie supra rem specialiter expressam, & in genere supra cætera alia bona, sed etiam, & principaliter debeat animaduerti formalis cohærentia, quæ
13 velut accidens quoddam, ita inest fundo sibi subiecto, & cum eo identificari sibi etiam oporteat; Vnde placuit DD. resolutio capta in hac eadem causa ad instantiam D. Hieronymæ coram bon. mem. Buccabella sub die 29. Ianuarij 1638.* nēpè quod tales census censeantur esse in eodem
14 loco, vbi existunt fundi, quibus inhærent, prout latiùs *in decis. sub §. Neque etiam visum fuit cum alijs seq.*

Non obstat ad excludendam D. Victoriam ab huiusmodi successione renunciatio per ipsam facta ad fauorem Poggij, aliorumque fratrum
15 quia cum sit restricta ad hæreditatem, & bona paterna, ac materna non comprehendit fraterna,
16 siue bona sint acquisita per eundem fratrem, † siue ad ipsum deuenerint ex successione paterna ex tradit per *Eug. cons. 88. num. 20. & plur. seq. lib. 1.* vbi adducit plures rationes facientes ad proposi-
17 tum atque procedere, siue renunciatum fuerit hæreditati, siue bonis paternis, vt in præsenti, & bene etiam

etiam facit doctr. *Sanch. de præcept. decal. l. 7. cap. 7. num. 6.* cum alijs concordantibus cumulatis *à Rota post Merlin. de leg. dec. 47. & 48. per tot.* in quibus de more articulus egregiè discutitur, & hoc idem alias *coram Andr. dec. 75. num. 7. Durano 121. n. 42. & D. meo Dunozetto in Bononien. Successionis 21. Ianu. 1632. & in eadem causam coram D. meo Merlino 13. Maij 1633.*

Nec quicquam releuare dictum fuit clausulas pregnantissimas positas in renunciat. ibi, *Renunciauit omnibus, & quibuscumque bonis tam paternis, quàm maternis, itaut super ijsdem bonis nil aliud vllo vnquam tempore ex quauis causa, & sub quouis prætextu prætendere possit &c.* Quia omnes clausulæ restringitur ad bona paterna, & materna, & non

18 ad fraterna, † qualia essent adita, vel acquisita per fratrem latè *Eug. d. cons. 88. num. 120.* vbi quod

19 filia renunciauit, vt filia, sed non vt soror fratris defuncti, *& Rota post Merl. dec. 48. num. 7. 8. 9. & 22.* Et regulariter est, quod clausula accessoriæ,

20 a & consecutiuæ non ampliant dispositionem *Osasc. dec. 164. n. 2. Rot. dec. 55. n. 5. par. 1. rec. & coram Greg. dec. 311. n. 5.*

Minus obstat, quod ex quo à dd. bonis paternis Victoria per statutum iam erat exclusa dictæ clausulæ sint saltem virtualiter extendendæ ad successionem quoque fraternam, ne alioquin renunciatio prædicta redderetur superflua. Tum

21 quia cum renunciatio præfata addat nouum vinculum exclusioni statuariæ, non potest dici superfluum, quod efficacius stringit, aut clariùs, & apertiùs explicat *Eug. d. consil. 38. num. 110. cum seq. Rot. post Merl. d. dec. 47. num. 13. & 14.* Tum etiam quia renunciatio prædictæ plurimum operabatur, impediendo, ne Victoria posset succedere Patri, aut matri in bonis extra Territorium Viterbij, à quibus non erat per statutum exclu-

22 sa, aut redire ad eorum bona, vel iure congrui, vel quauis alia ratione, seu causa, quam successionis, quæ sola consideratur à statuto vt latissimè respondet *Eug. dicto cons. 88. à num. 92. vsque ad 118.* vbi animaduertit plures alios similes effectus,

23 & ad euitandam superfluitatem sufficere, quod operatum sit quid minimum, quod secata fuit *Rota post Merlin. d. dec. 47. num. 11. quæ dict. dec. 48. ante num. 7.* Censuit ineptam talem argumentationem, filia non potest quicquam prætendere in bonis paternis, & maternis ergo renunciauit

24 bonis fraternis, † quia semper est frigidum argumentum, quod à superfluitate desumitur *Surd. cons. 325. n. 14. vers. vltra quod, & Rota post Merlin. d. dec. 47. nu. 14.*

Præterea ex abundanti consideratum etiam fuit, quod cum D. Victoria renunciauerit bonis acquisitis per successionem Patri, mortuo ante renunciationem, & nonnullis, à quibus per statotum non erat exclusa, exinde dicta renunciatio non posset obstare tanquam nulla ex defectu insinuationis, quæ in huiusmodi contractu facto per ipsam tunc minorem requirebatur ex disposi-

25 tione Constitutionis Aegidianæ† extensæ auctoritate Apostolica ad totum statum Ecclesiasticum, *Rota in Perusina Hæreditatis 10. Decembris 1628. coram bon. mem. Card. Virili impress. post compend. Gilian. ad stat. Perus. decis. 97.* Fere per totam cuius doctrinæ multò magis viderentur posse procedere hoc casu, in quo dicta Victoria non renunciauit soli iuri futuro ob probabilem spem competen. aut bonis acquirendis, sed iam acquisitis, & nonnullis existentibus extra Territorium Viterbij à quibus per statutum non erat exclusa.

Et ità resolutum, &c.

Supradictæ Decisiones in hac causa factæ coram R. P. D. Buccabella sub diebus 29. Ianuarij, & Nouembr. superioris anni cum non adhuc fuerint impressa erunt infra in appendice huius octauæ partis.

DECISIO CXLV.

R. P. D. BICHIO.
Rauennateñ Saluiani.
Veneris 10. Iunij 1639.
Est impressa apud Bichio in Tom. 1. Decis. 5.

R. P. D. CARRILLO

Postea Præside Vallisoletano.

Romana Domus.

Veneris 10. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Transactio facta pro euitanda lite substinetur, & si de eo super quo fuit transactum dubitetur cum causa finalis sit euitatio litis. Transactionem impugnans restituat recepta.

SVMMARIVM.

1 *Proximior est admittendus ad successionem ab intestato.*

2 *Regressus ad iure non datur illi, qui ea remisit.*

3 *Remissio iurium ex transactione est exceptio litis finitæ, & impedit litis ingressum.*

4 *Transactio stante falsa causa corruit.*

5 *Transactio facta pro euitandis litibus, & expensis substinetur, etsi dubitetur de falsitate causa super qua fuit concepta transactio.*

Prohemium transactionis denotat causam finalem, & intentionem contrahentium, nu. 5.

6 *Timor litis regulariter est vnicum, & principale motiuum transactionis.*

7 *Causa finalis est attendenda pro annullanda transactione.*

8 *Transactio non deficiente causa finali substinetur.*

9 *Timor litis non probatur ex assertione transigentium, sed est aliunde probandum.*

Attamen sufficiunt ad eum probandum coniecturæ, & verisimilitudines, nu. 10.

11 *Agens contra Instrumentum iuratum debet prius obtinere absolutorium à iuramento alias repellitur, & num. 12.*

13 *Transactionem impugnans debet restituere illius occasione recepta.*

14 *Clausula* sublata, & decreto irritanti, & quod de

de subreptione, & obreptione dari non possit, claudit os Iudici, & parti donec à Papa aperitio oris obtineatur.

Quod procedit siue litteræ ad instantiam partis, siue motu proprio obtinentur, nu.15.

16 *Clausula* omni meliori modo *operatur, vt actor obtinere possit ex causa probata, etsi in libello deducta non sit.*

17 *Clausula* quam & quas *efficit vt censeatur deductum in iudicio omne ius actori competens.*

18 *Iudex vigore clausulæ* quam & quas *potest etiam nouum ius canonizare.*

DECISIO CXLVI.

CVm instaretur pro parte Franciscæ de Christianis pro expeditione mandati de immittendo in possessionem domus, & bonorum de quibus agitur, vel neptis, & succedentis ab intestato Tulliæ de Fabianis, non obstantibus exceptionibus DD. de Bacciottis, quæ præuia matura discussione vti irreleuantes fuerunt per Dominos reiectæ ex rationibus adductis in duabus decisionibus coram me emanatis sub diebus 16.& 12.Nouembris 1638.& 8.Aprilis præteriti, Venit* ad causam Marcella de Fabianis pariter neptis eiusdem Tulliæ Testatricis prætendens, vel penitus excludere Franciscam tanquam odiosam Testatrici, vel saltim concurrere cum ea pro medietate hæreditatis vti coniuncta à pari gradu; Ideo Domini mei mandarunt, vt causam iterum super eisdem proponerem citata etiam D. Marcella, quo ordine ad vnguem seruato, hodieque causa reproposita fuit iterum responsum standum esse in decisis non obstantibus, nec exceptionibus DD. de Bacciottis, nec prætensionibus dictæ Marcellæ.

Nam quoad sæpiùs repetitas exceptiones illorum de Bacciottis iam illæ fuerunt satis discussę in dictis duabus Decisionibus, quarum fundamenta visa fuerunt inconcussa remanere, & ideo circa hoc vlterius non est elaborandum; Agitur enim de hæreditate Tulliæ defunctæ ab intestato ad quam DD. Bacciotti, nec ex eorum proprijs personis, neque ex persona eorum auctoris Turini mariti dictæ Pantasileæ sororis d. Tulliæ venire possut, & propterea Francisca vti proximior
1 est admittenda ad successionem † ex dispositione *text.in l.1.vbi scribentes omnes de interquor.bonor.*

Quouerò ad prætensiones dictæ Marcellę, fuit dictum, quod ipsa non potest penitus excludere Franciscam, nec vti odiosam Testatrici, nec cum ea concurrere ad successionem pro æquali portione, quia obstat ei transactio. In qua receptis scut.400.renunciauit ad fauorem Franciscæ, & Io: Baptistæ de Christianis omnia, & quæcumque iura quomodolibet, & qualitercumque sibi competentia de & super hæreditate, & bonis prędictæ Tulliæ, *Summ.Franciscæ n.* 2. Remittentibus
2 autem iura† sua non datur amplius ad ea regressus, *l.quæritur,§.si venditor, ff.de ædil.edict.Crauett. cons.114 num.10.Surd.dec.266.n. 12. Rota dec.382. n.1.par.1.recent.*Cum sit exceptio litis finitæ, ac
3 prohibet, † & impedit litis ingressum, *l. fratris, C.de transact.cap.1.de lit.contestat. in 6. Rota coram sanct.mem.Gregor.XV.decis.3 64.num.1.*

Nec obstat *falsitas causæ transactionis* prouenieus scilicet ex eo, quod Marcella credidit Franciscam, & Io. Baptistam esse heredes pro alia medietate, quod tamen non subsistit, ex quo ipsi odiosi erant exclusi in concursu aliorum venientium ab intestato vigore prohibitionis de vlterius nõ petendo appositæ in testamento Tulliæ, quæ prohibitio etiam caducato testamento substinetur vigore clausulæ codiciliaris ex deductis in secunda decisione causę *in §. Prout nec ad-*
4 *uersarij*. Et propterea stante hac falsa causa † transactio ipsa corruit ex tradit per *Castr. in l. si ex falsis, n.3.C.de transact.ibique Rimin.Sen.num.2. Alciat.n.22 Bellam.cons.77.sub num.10.& seq. & dixit Rota in causa Bononien. Transactionis 25. Februarij præteriti coram R.P.D.meo Merlino.*

Quia quicquid sit de effectu clausulæ codicillaris in præsenti; Præsertim cum in dd. decisionibus causæ firmetur Franciscam, & alios de Christianis non fuisse exclusos propter odium in testamento Tulliæ, sed ratione prædilectionis Pantasileę eiusdem Testatricis sororis, ac heredis institutæ in omnem euentum adhuc dixerunt DD. transactionem obstare D. Marcellæ ex eo, quod causam transactioni dedit non simultanea successio transigentium, sed molestię, & lites
5 cum magno dispendio ineundę pro recuperandis bonis hæreditarijs detentis à legatarijs, & ab alijs personis, vt legitur in prohæmio d. transactionis, à qua, causa finalis, & contrahentium intentio colligitur, *l.final.ff.de hæred. instit. l.1. in princ.ff.ad Maced. Becc. consil. 20. num. 11. Crauett. cons.245.n.5 Rot.dec.403.num.3.par.1.recent.* Regulare enim est, quod timor litis sit principale
6 & vnicum motiuum transactionis, *l.1.ff. de transact.lib.11.§.si pro fundo, C.eod.tit.Rol cons. 28. numer.16.lib.4.Corn.con.167.post num.15.lib.2. Buratt. dec.380.num.11.Greg.XV.dec.280.n.50.*

Vndè dum timor fuerit causa finalis, quæ at-
7 tendi debet† pro annullanda transactione ad not. in *l.domos, ff. de condit. & demonstr. Greg. XV. dec. 149.num.1.*Et ista non defecerit ex hoc tantum
8 fundamento potest † substineri transactio, *l. 1. cum ibi notat.C. de transact. Paris.cons.32.n.18.lib.1. Natt.cons 456.num.20.Becc.cons.100. num. 6.lib.1. Seraph.dec.658.num.6.*vbi dicit sufficere solam suspicionem litis, *Rot.dec.169.num.3.par.2.rec.*Et licet quoad hunc timorem litis non stetur assertio-
9 ni transigentium † sed debet aliundè de eo constarè ex notat.per *Bart.in l.si fortè n.4.ff.de castr.pecul.Dec.cons.351.num.3.& dec.131.nu.20.* Attamen in casu proposito sumus in claris, cum vltra alias, lis diuturna subsequuta cum dictis Bacciottis bonorum hæreditariorum detentoribus prius coram A.C.& postea in hoc sacro Tribunali adhuc durat, & quidem cum non modicis expensis, vt est notum, & sic satis superque fuit probatus timor litium in prohæmio transactionis narratus cum ad hunc effectum sufficeret etiam
10 de eo apparere per coniecturas†& verisimilitudines, *Dec.consil.202.num.6.Crauett.cons.275. num.9. Seraph. dec.737.per totam, & signanter num.5.*

Non obstat lęsio aduersus d. transactionem allegata, quod scilicet hereditas Tulliæ ascendat ad scut.2000. & Marcella receperit tantummodo scut 400. Quoniam in Summario dato pro par-

parte D. Marcellæ, ista prætensa læsio non probatur; Imò stante iuramento apposito in d. transactione debebet † antequam ageret, obtinere absolutoriam à iuramento, *Gabr. consil. 9. per tot. lib. 2. Pic. ad Statut. Vrb. gloss. 23. num. 22. Rota dec. 102. num. 9. par. 7. diuers. Add. ad Greg. XV. in dec. 64. num. 14.* Quod cum non fecerit, repellitur à iudi-
12 cio † exceptione periurij, *l. si quis maior, C. de transact. vbi gloss. in verb. caus. 22. q. 5. specul. at. de act. num. 16. Rota decis. 5. n. 1. par. 2. recent.* Et eo minus
13 d. Marcella audiri potest super asserta lesione non restitutis prius scut. 400. in transactione receptis, *l. diuersa, ff. de transact. Honded. in terminis læsionis cons. 34. lib. 2. Rota coram sanct. mem. Greg. XV. dec. 418. num. 9.* cum alijs allegatis *per Add. ad eundem dec. 354. n. 19.*

Quibus accedit, quod d. transactio est confirmata auctoritate Apostolica cum clausula *sublata, & decreto irritanti, & quod de subreptione, & obreptione dari non possit, vt in dicto Summario Franciscæ num. 5.* Cuius clausulæ natura est claudere
14 os iudici, & parti, donec à Papa aperitio oris obtineatur, siue confirmatio emanauerit motu
15 proprio † siue ad instantiam partis, *Put. dec. 50. lib. 1. Verall. dec. 134. lib. 3. Rota dec. 62. num. 1. & 2. & decis. 461. n. 1. par. 1. in recent.*

Demum non releuet, quod Francisca actrix in principio non deduxerit ius cessionis resultantis ex d. transactione contra illos de Bacciottis. Tum quia etiam illud explicitè comprehenditur in clausulis petitionis, & signanter in clausula *omni*
16 *meliori modo &c.* quæ operatur, vt actor obtinere possit ex causa probata, quamuis in libello deducta non fuerit, *Capic. decis. 96.* Tum etiam quia causa fuit in Rota commissa cum clausula, *quam, & quas &c.* Cuius vigore cen-
17 setur deductum in iudicio † omne ius competens actori, *Sarnen. de infirm. resign. q. 34. vers. & hoc vlterius, Cas. de Grass. dec. 1. num. 2. de iudic. Gregor XV. dec. 270. num. 4. & 5. Rota dec. 360. num. 3. par. 1. recent.* & Iudex in hoc casu potest etiam nouum ius canonizare, *vt per Put. dec. 2. de appellat. Egid. dec. 661. releuat in dec. 47. num. 10. inter impress. Illustriss. D. mei Decani.*

Ex quibus dixerunt DD. standum esse in decisis, & quoad Bacciottos causam esse expediendam, reseruatis tamen iuribus dictæ Marcellę, quę interim, dum non possidet, non valet impedire immissionem Franciscæ ex superiùs deductis, vt fuit seruatum in causa Meliteñ Commendæ de Mozzera contra Equitem Saracenum venientem ad causam pro suo iure, & interesse *sub die 24. Aprilis 1637. coram bo. me. Motmanno.*

Et sic decisum, omnibus partibus auditis &c.

Prima decisio sub die 12. Nouembris 1638. Est supra decisio 82. altera vero sub die 6. Aprilis 1636. est pariter supra decisio 129.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Episcopo Terracinen.

Florentina Parochialis.

Mercurij 17. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Imissio super beneficio de Iurepatronatus vigore gratiosę subrogationis ad partes expeditè conceditur quando fuit probata lis Clericatus, & obitus vltimi defuncti in possessione. Qdomodo ad hunc effectum probetur is obitus, defuncti in possessione. Clausula *sine præiudicio aliorum collitigantium* in subrogatione Prouisionis alicuius beneficij apposita quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore subrogationis ad partes expeditæ non datur non probatis lite Clericatu, & obitus vltimi beneficiati in possessione.*
2 *Lis ex quibus probetur ad effectum obtinendi immissionem beneficij vigore subrogationis.*
Immissio ad effectum subrogationis quando versatur in Iurepatronatu ad hoc vt intret sufficit, quod præsentati inter se contendant.
3 *Lis inter præsentatos dicitur durare, & si alter præmoriatur alter renunciet dummodo alij adsint, qui non renunciarunt.*
Amplia, quod ad effectum gratiosæ subrogationis reliquiæ litis suffragantur, num. 4.
5 *Clericatus probatur ex literis Patentibus Ordinarij in quibus attestatur aliquem ad Presbyteratum promouisse literæ patentes Ordinarij bene probant, quem ordinatum.*
6 *Obitus defuncti in possessione probatur ex quo omnes præsentati veniunt ex eadem vocatione.*
7 *Possessio præsumitur continuata vsque ad mortem dum probatur possessionis adeptio.*
Subrogatus potest allegare possessionem dum appareat ex antea illam defunctus adeptus fuisse, nec alium medio tempore possedisse, num. 7.
Mors probatur ex Testibus, & Parocho deponentibus aliquem mortuum vidisse.
8 *Clausula* sine præiudicio aliorū collitigantium *in subrogatione apposita præseruat iura alterius præsentati.*
9 *Præsentatio à Procuratore nō habente sufficiens mandatum infra quadrimestre ratificata non est attendenda.*
Quod intellige, quoad petitorium secus quoad summarissimum possessorium.
10 *Amplia ex ea non induci conditionem suspensiuam ad effectum retardandæ exequutionis gratiosæ subrogationis iustificatis tribus requisitis.*
11 *Gratia Papa non debet habere contradictorem in ventre.*
12 *Subrogatio gratiosæ si non habet concursum alterius subrogationis gratiosæ agitur exequutiuè.*

DECISIO CXLVIII.

Lite vertente in partibus inter plures pręsentatos à diuersis Patronis super adiudicatione Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ de Verzaia de Iurepatronatus Laicorum vacante de anno 1630. per obitum Curtij Giuberti vltimi possessoris, fuit lata sententia per Vicarium Florentinum ad fauorem Didaci del Seta præsentati ab Octauia Capponia simul cum Laurentio Talduccio, & Simone de Rossis. Et causa per appellationem à dicta sententia ad instantiam Angeli Empoli, & Ioan-

Ioannis Grasceni præsentatorum à Puccis ad Curiam deuoluta, mihique commissa cum clausula *quam & quas* dicti Angelus, & Ioannes obierunt, & Ioannes de Vernaccinis habita notitia præsentationis ad eius fauorem factæ à Puccis renunciauit præsentationi. Et quia alij præsentati à Venturis, nempè Ioan. Baptista Saluinus, Michael de Montonis, & idem Ioannes Vernaccinus non curarunt adhærere Commissioni causæ, nec causam appellationis prosequi spatio septennij, & vltra dictus Laurentius Talduccius præsentatus ab Octauia Capponia superstes, obtinuit à Sanctissimo solitam prouisionem cum subrogatione gratiosa ad partes expedita ad omne ius prædictorum, & ad statum litis, necnon etiam ad possessionem Curtij vltimo defuncti per cuius obitum vacauit Parrochialis. Cum autem fuisset dubitatum in Rota, An Laurentio gratiosè subrogato sit danda immissio affirmatiuè fuit resolutum.

Quia ex deductis à Laurentio in Summario censuerunt Domini probari litem Clericatum, & obi-
1 tum Curtij in possessione requisita † necessaria ad obtineñ immissionem vigore subrogationis ad partes expeditæ, vt passim tenuit *Rota coram san. mem. Gregor XV. decis. 306. num. 1. 307. num. 1. coram bon. mem. Buratto, decis. 31. num. 1. & 209. num. 1.* & in alijs pluribus.

Lis enim probatur ex commissione Rotali cum clausula *quam & quas, &c.* incideñ, &c. ac toto negotio principali, &c. ex inhibitione subsecuta, & ex processu facto coram Vicario Florentino in prima instantia; & sententia desuper subsecuta inter ipsos præsentatos, quæ qualitates sufficiunt
2 etiamsi lis non fuerit super titulo beneficij, † quia cum versemur in iurepatronatus sufficit ad effectum subrogationis quod præsentati inter se contendant, & vnusquisque instet pro institutione, *Seraph. decis. 990. num. 3. Rot. decis. 306. par. 1. recent.* cum alijs plenè deductis *in Piscien. Beneficij 14. Martij 1620. coram R.P.D. meo Verospio, & in Romana Beneficiatus S. Mariæ Maioris 30. Martij 1637. coram R.P.D. meo Panzirolo.* Nec dicta lis potuit extingui ex quo Didacus, & Simon præsentati ab Octauia consecuti fuerunt Beneficium incompatibile, & possessionem acceperunt, Angelus vero, & Ioannes præsentati à Puccis obierunt. Et Ioannes Vernaccinus præsentationi renunciauit. Quia
3 cum præsentati à Venturis, nec obierint, nec renunciauerint † quoad istos ad huc lis dicitur remanere, *Mohed. decis. 14. de caus. possess. & propr. Sarnen. super reg. de annal. quæst. 62. num. 4. Rot. decis. 109 num. 1. par. 1. recent.* & fuit dictum in *Piscien. Cappellæ 17. Septembris 1627. coram R.P.D. meo Merlino, & in dicta Romana Beneficiatus S. Mariæ Maioris coram R.P.D. meo Panzirolo.* Ad effectum enim
4 gratiosè subrogationis solæ reliquiæ † litis suffragantur, & quod non sit facta executio, *Mohed. decis. 3. num. 3. vt lit. pend. Rota in recent. decis. 746. num. 2. vers. præterea addebatur, par. 2. Put. decis. 555. lib. 2. in correct.*

Clericatus Laurentij probatur ex literis paten-
5 tibus Ordinarij in quibus attestatur se promouisse Laurentium Nicolai de Talduccis ad Sac. Presbyteratus ordinem, quæ benè probant *cap. 2. vbi Abb. in 1. notab. de Cler. Peregr. Grammatic. decis. 81. Rota decis. 16. de probat. in antiq.*

6 Obitus Curtij vltimo defuncti in possessione satis probatur ex quo omnes præsentati veniunt ex eadem vocatione, *Ægyd. decis. 269. Caputaquen. decis. 186. num. 1. in manuscript.* Vltra quod datur instrumentum possessionis per ipsum adeptæ quæ
7 præsumitur † continuata vsque ad obitum, dum non apparet alterum possedisse, quam continuationem subrogatus post allegare, *Rot. coram sanct. mem. Gregor. XV. dicta decis. 307. vbi Adden. num. 24.*

Quod autem Simon, & Didacus assecuti fuerint beneficium incompatibile, & illius possessionem acceperint probatur ex datis *in Summario num. 12. & 13.* Renunciatio Ioan. Vernaccini pariter iustificatur ex datis vbi supra *num. 3.* Prout quod Angelus, & Ioannes obierint benè probatur ex attestationibus Parochi, & Testium deponentium quod viderunt illos mortuos, *Summario num. 11.*

Minus censuerunt Domini obstare clausulam *sine præiudicio aliorum collitigantium* appositam in
8 subrogatione † per quam videntur præseruata præsentatorum à Venturis; Quia vltra quod præsentatio non fuit facta iuxta formam mandati procuræ cum fuerit facta à Procuratore constituto ad præsentandum solum Saluianum, *Summario num. 5.* Præsentatio Ioannis Vernaccini, & Michae-
9 lis de Montonis tanquam facta sine mandato, nec ratificata intra quadrimestre ad præsentandum concessum, non est attendeñ, *Lap. allegat. 22. Put. decis. 311 num. 2. lib. 1. in correct. Rot. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 198. num. 9.*

In omnem euentum clausula prædicta præseruat quidem iura in petitorio, sed non in summarijssimo possessorio, & ideo ex illa non inducitur
10 conditio † suspensiua ad effectum retardandi executionem gratiosæ subrogationis iustificatis tribus requisitis supra relatis, ex latè tradit. per *adden. ad sanct. mem. Gregor. XV. decis. 350.* Aliàs Pa-
11 pa frustra concessisset subrogationem, & gratia haberet contradictionem in ventre, quod non est dicendum; Eoque magis in hanc sententiam in-
12 clinarunt Domini dum alij collitigantes † non docent de simili titulo subrogationis gratiosæ, *iuxtà decis. Mantic. 71. num. 7. Caputaquen. decis. 329. par. 1. cum alijs allegat.*

Et ita pro informante fuit resolutum, &c.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Sacræ Rotæ Decano.

Hispaleñ Decimarum de Almonte.

Lunæ 20. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Capitulum habet intentionem fundatam super decimis contra vniuersitatem probata pertinentia decimandi existentia oppidorum intra fine diœcesis, ac qualitate fructuum decimandorum.

SVMMARIVM.

1 *Intentio agendi, & consequendi decimas ex quibus dicatur fundata.*

2 *Habens intentionem fundatam super decimis potest illa*

la consequi, siue ex actione confessoria, siue ex officio Iudicis.

3 *Actio pro decimis non datur contra Vniuersitates non possidentes, nec fructus percipientes.*

Quod fortiùs procedit si decimæ sint personales cum vniuersitas sit persona ficta, quæ non laborat, nec fructus acquirit, num. 4.

Contrarium quando fuit actum contra vniuersitates, non vti corpora vniuersalia, sed vti singulares personas, num. 5.

6 *Vniuersitas nil aliud est quam homines.*

7 *Consuetudo non soluendi decimas liberat ab illarum obligatione.*

8 *Consuetudo non soluendi decimas requiritur de iure quod sit vniuersalis vniformis, & legitimè præscripta.*

9 *Decimæ si præsumuntur de iure spirituales, & fuerint solutæ domino temporali sunt indebitæ solutæ.*

DECISIO CXLIX.

Resolutum fuit, Capitulum quoad Communitates habere intentionem fundatam in decimis, de quibus agitur.

Quoniam pertinentiam iuris decimandi, existentiam Villarum, seu oppidorum decimalium intra fines Diœcesis Hispaleñ, ac demum qualitatem fructuum decimandorum concludenter
1 probat, vt plenè discussa fuere in decisionibus causæ, primo 2. Maij 1635. * coram D. meo Verospio, & deinde coram me 5. Decembris 1636. * quibus concurrentibus dubitari non potest de fundamento intentionis Capituli agendi & consequendi decimas ab Oppidanis, Terras decima-
2 les colentibus, † siue exactione confessoria, *Rosfred. de libell. par. 4. Rub. de act. confess. & negat. Moneta de decim. cap. 8. quæst. 2. num. 38. Seraph. dec. 1436 num. 4.* siue actiones ex Canone per *gloss. in cap. Tua nobis, in verbo Tributa ad finem, vbi etiam Abb. nu. 12 Rebuff. de decim. quæst. 9. num. 13. & Moneta ead. quæst. 2. num. 39.* Ac demum, vt multi tenuerunt, ex officio Iudicis *Anchar. in Clem. Dispendiosam num. 4. de iudic. Moneta eodem cap. 8. num. 76. & Rota admisit in causa Conchen. Decimarum coram bon. mem. Andrea, quæ est 611. num. 5. par. 1. recent.*

Nec sufficere dicatur, competere actionem Capitulo consequendi decimas, nisi insimul probetur, personas contra quas experitur, conueniri posse ad illarum solutionem, quod respectu Vni-
3 uersitatum impugnatur, dum prædia decimanda non possident, nec fructus percipiunt, sed particulares, *cap. 1. c. ad Apostolicæ, c. peruenit de decim. Rebuff. & Monet. eod. tit. Ille quæst. 3. num. 32. Iste cap. 3. num. 6.* & eo minus si personales sunt ex quo Vniuersitas sunt personæ fictæ, quæ non laborant, &
4 consequenter, nec per industriam acquirere possunt, nec soluere, *d. c. ad Apostolicæ cum gloss. de decim. Moneta eod. cap. 3. num. 6.*

Quoniam huiusmodi iudicium directum fuit contra vniuersitates, nedum vti corpora vniuersa-
5 lia, sed vti singulares personas, prædia decimalia possidentes, & operantes, dum alias soluerunt Capitulo, & Duci, vt propterea non mirum si tanquam legitimè citatæ, & probatis per Capitulum requisitis pertinentiæ, existentiæ, qualitatis, & quantitatis fructuum, possint condemnari, dum
6 Vniuersitas non est alia, † nec alius quam homines, vt dicit *Bald. in l. sicut, ff. quod cuiusque Vniuersitatis, Bart. in l. 1. §. actor num. 2. ff. de Iudic. Gabr. eod. tit. num. 2. & seqq.*

Non obstat, quod Capitulum in omnem casum fundatam non habeat intentionem, quoad decimas controuersas, nempè oliuas, cannas, oleum, ficus aridas, & lateres attenta consuetudi-
7 ne eas non soluendi, per quam ab obligatione liberantur, *Rebuff. de decim. quæst. 13. num. 51. Couar. var. lib. 1. cap. 17. num. 8. Monet. de decim. cap. 5. nu. 93* Et probari consuetudinem dicebatur ex confessione Capituli in sua petitione, ex depositione Testium, ac demum ex commissione causæ.

Quia ex actis, quæ allegantur, contrarium conuincitur; Nam petitio, quæ datur hinc indè non dicit, non deberi decimas de supradictis decimis, quinimò totum contrarium concludit, cum contineat conquestionem contra Duces de facto decimas percipientes ab aliquibus annis citra, cum tamen spectarent ad Capitulum, & eodem modo loquuntur articuli, & Testes, ac rescriptum Commissionis, & nihilominus constat ex solutionibus
8 factis non adesse talem consuetudinem † vniuersalem, & vniformem, & legitimè præscriptam, prout de iure requiritur, *Mohed dec. 3. de Decim. & 474 num. 5. par. 1. recent. 645. num. 3. par. 3. recent. & 295. num. 11. par. 5. diuers.*

Neque subleuari possunt supradictæ Vniuersitates, ex eo quod solutiones de prædictis speciebus decimarum factæ fuerint Duci Domino temporali, & pro decima temporali per Canones admissa, itaut ex diuersis non dicatur interrupta consuetudo.

Quia in Decisionibus causæ iam sublatum fuit obiectum, attenta iuris præsumptione, quod huiusmodi decimæ sint spirituales, non autem temporales, & solutæ quidem, sed indebitè propter illarum qualitatem, *Abb. in cap. litteras, num. 3. de iuram. calum. Couar. var. lib. 1. cap. 17. num. 5. Rota decis. 545. num. 2. par. 4. recent.*

Et ità, &c.

R. P. D. GHISILERIO
Postea Episcopo TERRACINEN.

Romana, seu Auximana Donationis.

Lunæ 20. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Donans tenetur erga donatarium pro adimplemento donationis, quando donatio incœpit à promissione, in qua debetur euictio, quando res donata nunquam in donatarium transiuit.

SVMMARIVM.

1 *Donatarius quando agere possit contra hæredem donantis pro æstimatione rei donatæ, & num. 3.*

2 *Hæres donantis tenetur adimplere promissionem factam à donante, illamque veram fuisse docere.*

4 *Donator asserens donata esse sua excusatur ab euictione ex capite doli quando donata non sunt donantis, quia potuit credere esse sua, & num. 5.*

6 Do-

6 *Donator tenetur de euictione, quando donatio incipit à promissione.*
7 *Donator tenetur actione ad complendum promissa, quando res domo promissa non sit facta accipientis, & num. 8.*
9 *Pater in bonis donatis filiis, & nepotibus consequitur plenissimam, & similem Domino administrationem.*
10 *Verba generalia ex adiectis restringuntur.*
11 *Vna pars Instrumenti aliam declarat.*
12 *Dispositio censetur facta respectu illius qui demonstratur.*
13 *Tempus subiunctiuum respicit futurum, & non præteritum.*
14 *Testis patiens pluries exceptiones, & non docto, quod sit omni exceptione maior non tollit fidem, & executionem Instrumenti.*
15 *Instrumentum ad hoc vt annulletur pluralitas Testium requiritur, & quod sint omni exceptione maiores.*
16 *Testis Instrumentarius, qui non recordatur de pluribus actis in Instrumento factis inuerisimile est, quod recordetur de verbis præcisis transeundo prolatis ab vno ex contrahentibus.*
Fortiùs si fuit elapsum tempus obliuionem præsumens, num. 17.

DECISIO CL.

Consulta Rota per R.P.D. meum Argelum Locumtenentem A.C. Proposui dubium; An vigore promissionis bon. mem. Cardinalis Galli donatoris vallatæ obligatione Camerali, sit relaxandum mandatum ad fauorem Antonij Mariæ Galli donatarij, contra Petrum Stephanum Gallum hæredem dicti Cardinalis pro æstimatione Prædiorum Montis Paperi, & Bompiani ab eodem Cardinali dicto Antonio Mariæ ex Fratre Nepoti donatorum, cum assertione dicta prædia esse propria, & ad ipsum spectare, & pertinere, & affirmatiuè fuit resolutum.

Quia ponderatis verbis Instrumenti donationis apertè colligitur, Cardinalem donatorem voluisse ipsam plenam proprietatem, citra vsum fructum in vita sua, & Fælicis fratris donare, & in donatarium transferre, dum disertè in Instrumento promisit prædia donata esse eius propria, & ad se spectare, & pertinere, neminique alteri personæ donasse, vendidisse, cessisse, alienasse, aut aliquid in præiudicium donationis, nec ipsius donatarij fecisse, minusque curari fecisse, & donationem ipsam & omnia, & singula in ea contenta, & expressa semper, & omni tempore habere rata, grata, & firma, contraque non facere, &c. Cum autem donatarius neque possessionem, neque dominium prædiorum assequi vnquam potuerit, & quod plus est, probauerit ex publicis Instrumentis, dicta prædia fuisse empta à Fælice Gallo fratre Cardinalis, & Patre respectiuè, alterum nomine proprio, alterum vero nomine proprio, & vxoris, ac de pecunijs dotalibus vxoris, intrat obligatio Cardinalis, sicque illius vigore relaxatio manda-
1 ti executiui contra hæredem ad fauorem donatarij pro æstimatione prædiorum damni, & interesse, vt tenuit *Rot. in Romana Fideiussionis de Repræsentando 17. Maij 1595. coram Corduba post Cenc. de Censib. decis. 197. num. 5. in Perusina Dotis 5. Decembris 1607. coram Ortembergo apud Marches. par. 2. pag. 588. in Fulginaten. Affictus 13. Februarii 1634. coram R.P. D. meo Pirouano,* & aliàs sæpè, quia in eum transiuit, & onus docendi promissionem prę-
2 dictam esse veram, & illam adimplendi, vt post alios *Adden. ad Galles. de obligat. Camer. quæst. 4. numer. 3. cum seqq. Rota coram R.P.D. meo Pirouano in Ciuitatis Castelli Census 28. Ianuarii 1630.* stante clara, & expressa promissione Cardinalis prædia in Instrumento specificata esse propria, & ad eum spectare & pertinere, & donationes, omniaque & singula in eis contenta, & expresa habendi rata cum promissione obseruandi contenta sub obli-
3 gatione † Camerali, pro cuius implemento dum factum præcisè præstari non potest, intrat relaxatio mandati pro æstimatione loco interesse ex supra allegatis.

Nec intrat quæstio, An donator teneatur de
4 euictione, † à qua Cardinalis posset excusari, si peteretur ex capite doli ex dolosa scilicet assertione, prædia donata esse sua, *iuxt. Text. in l. Aristo, §. fin. vbi gloss. & Doct. ff. de donat.* Quia dolus excluditur, ex quo Cardinalis fortè opinabatur,
5 prædia † ad se spectare, & esse sua, vt in terminis *Seraph dec. 534. num. 3. in fine.* Sed de adimplemento promissionis, pro qua relaxatur mandatum præcisè ad factum, quia cum per clausulam *Constituti,* & reseruationem vsusfructus non potuerit transferri in donatarium possessio, quæ non erat penès ipsum donatorem versamur in terminis donationis incœptæ à promissione in qua debe-
6 tur † euictio iuxta distinctionem glossæ communiter receptam in *d. l. Aristo d. § fin. vbi Bart. num. 1. ff. de euict. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 21. tit. 5. nu. 2. Gozad. cons. 60. num. 4. cum aliis per Rotam apud Cinc. de Censib. decis. 198. num. 12.* Et cum traditio rei dono promissæ non sit sequuta, nec res donata sit
7 facta accipientis, donator tenetur actione ad cōplendum promissa, ad quod facit Text. clarus *in l. qui Concubinam, §. si hæres, ff. de leg. 3. l. Iulianus scribit, §. 1. ff. de verb. obligat. l. qui decem, §. 1. ff. de solut.* Idque non ratione doli, vel credulitatis donatoris, sed quia donator nondum fecit rem accipien-
8 tis, prout facere † tenetur, quæ ratio cessat, vbi semel rem tradidit, licet postea euincatur.

Nec facit, quod post assertionem bona donata ad se spectare Cardinalis prohibuerit Fœlici fratri omnimodam potestatem administrandi prætterquam de fructibus, ex quo aliàs non donasset, vndè prætenditur voluisse, quod vbi frater dominium bonorum donatorum prætendisset donatio resolueretur. Quia ista prohibitio non cantat de dominio, sed de administratione, quàm cum aliàs
9 Fœlix in bonis filijs & nepotibus donatis fuisset plenissimam, & similem Domino consecuturus, *Pinel. in l. 1. C. de bon. matern. par. 2. num. 17. vers. & hinc infero,* donans voluit tollere, vt ostendunt
10 verba, Administrandi, † & ac ministrari faciendi, quæ determinant, & restringunt præcedentia, *Surd. cons. 135. num. 60. Gregor. decis. 114. nu. 5.* Quod confirmatur ex sequentibus verbis aduersatiuè ad dictam prohibitionem positis, sed donatarij essent meri, & liberi administratores, & absque consensu, & auctoritate dicti eorum Patris, & qui
11 possent ad libitum disponere, † quæ declarant prohibitionem præcedentem potestatis admini-

ſtrandi fuiſſe ratione patriæ poteſtatis ad effectũ eandem donatarijs plenè concedendi, *l. 1. ff. de reb. dub. Rot deciſ. 711. numer. 2. part. 3. recent.* Attenta præcipuè qualitate Patris, & aui expreſ-
12 ſa † cuius reſpectu propterea cenſetur facta diſpoſitio, *Bald. in rubr. ff. ſol, matr. num. 8. verſ. aut eſt nomen demonſtratiuum bon.mem. Burat deciſ. 113. num. 4.* Et quod prædicta verba ſubiunctiui tem-
13 poris, † reſpiciunt futurum non præteritum, *Abb. in cap. nonnulli 28. §. Sunt, et alij num. 6. verſic. ergo ſum ſolitus de reſcript. Crauett. conſ. 830. num. 6.*

Minus cenſuerunt Domini habendam rationẽ vnius Teſtis Inſtrumentarij deponentis, Cardinalem in ipſo actu ſtipulationis interrogatum à Notario, An intenderet ſe obligare de euictione rerum donatarum omninò hanc obligationẽ reſpuiſſe, & expreſsè declaraſse nolle ſe teneri de euictione, ſed velle donare dumtaxat iura quæ habebat, quia cum patiatur plures exceptiones per Informantes pro donatario enumeratas,
14 & deponant contra Inſtrumentum, † & promiſſionem claram in eo exiſtentem, non docto, quod ſit omni exceptione maior, non tollit fidem, & exequutionem Inſtrumenti, *Bald. conſ. 166. n. 1. verſ. et quia vnus lib. 2. Crauett. conſ. 56. num. 10.*
15 *verſ. quod tamen.* Ad reprobationem enim † Inſtrumenti pluralitas Teſtium requiritur, & quod ſint omni exceptione maiores, *l. optimam in fin. C. de omitt. vel committ. ſtipul et l. iuriſgentium, §. pactorum, ff. de pact.* Inueriſimile enim eſt, quod dum dictus Teſtis non recordatur ſi fuerunt vnũ, vel plura Inſtrumenta donationum, nec de poſſeſsionibus donatis, neque de conditionibus, & pactis appoſitis, nec de tempore præciſo reddendo rationem, quia erant elapſi anni 18. quod
16 recordetur † de verbis præciſis Cardinalis in actu tranſeuntis ſtipulationis rei non pertinentis ad Teſtem. Et propterea cum non recordetur de ſupradictis non potuit tàm audacter firmare, ſe recordari de verbis præciſis Cardinalis. Præſer-
17 tim † cum interceſserit tantum temporis ſpatiũ quod facit præſumptionem obliuionis, *l. factum, §. fin. et l. ſequenti, ff. de vſucap. Bald. conſil. 37. num. 6. lib. 1. Soccin. conſil. 39. num. 17. verſ. nam per decennium lib. 1. Rota deciſ. 131. num. 3. et 774. num. 4. par. 2. recent.*

Et ex his vtraque parte Informante fuit reſolutum, relaxandum mandatum contra bona hæreditaria Cardinalis Donatoris.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO

Sacræ Rotæ Decano.

Meleuitana Attentatorum.

Lunæ 20. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio dicitur attẽtata ſi ſit capta vigore exequutorialium Rotæ abſque illarum intimatione, & reproductione, & non ſeruatis quatuor terminis, vt eſt de ſtylo Rotæ.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio capta vigore exequutorialium Rotæ abſque intimatione, & reproductione illarum, & non ſeruatis quatuor terminis, eſt attentata.*

Fallit data ſcientia in aduerſario relaxationis dd. exequutorialium, & non impediente poſſeſsionem, quia cenſetur illi conſenſiſſe, num. 4.

4 *Rota ſtylus eſt quod exequutoriales debeant intimari, & reproduci, & poſtea ſeruatis quatuor terminis, & non dato de paritione.*

Rota procedit ad declarationem cenſurarum ſucceſſiuè ad aggrauatoriam, vſque ad implorationem brachij ſæcularis.

Qui ſtylus procedit etſi exequutoriales fuerint relaxatæ in vim rei iudicatæ, num. 3.

5 *Scientia eſt probanda ab eo, qui in illa ſe fundat.*

6 *Attentatorum cauſam proſequens, dicitur impugnare non conſentire poſſeſsioni attentata per aduerſarium captæ.*

7 *Clauſula*, ſine præiudicio legitimæ executionis, *præſeruat ab attentatis intelligi, vt num. 8.*

8 *Clauſula*, ſine præiudicio executionis Litterarum Apoſtolicarum, *in commiſsione appoſita non impedit reuocationem attentatorum, &c.*

DECISIO CLI.

RESolutum fuit conſtaret de attentatis à Ioanne Maria Attardo quoad poſſeſſionem Bonorũ, de quibus agitur, ſpectantes ad hæreditatem quondam Federici eius patrui, quoniam ipſe accepit poſſeſſionem dictorum bonorum vigore litterarum exequutorialium Rotalium, non facta illarum Intimatione, ac reproductione in Rota, nec ſeruatis quatuor terminis de ſtylo ſeruari ſolitis, quo caſu talis poſſeſſio, iuxta Rotæ
1 obſeruantiam, dicitur attentata, vt in † ſpecie aduerterunt *Mohed. deciſ. 3. vt lit. penden. Caſſad. deciſ. 6. num. 10. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Creſcent. deciſ. 1. num. 1. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Sarn. in regul. de ſubrogat. Collit. quæſt. 4. num. 2. verſ. & licet iſta, Lancellott. de attentat. lit. penden. par. 2. cap. 4 in præfat. numer. 306. Veſtr. in prax. lib. 8. cap. vlt. num. 16. verſ. & quamuis. Theodoſ. Rub. ſingul. Rota par. 2. verb. attentata, §. 2. Seraph. deciſ. 1116. num. 2. Rota deciſ. 111. num. 6. par. 5. & deciſ. 53. num. 2. par. 2. recent.*

Notorius quippe Rotæ ſtylus eſt, quod literæ
2 exequutoriales † debent intimari parti, ac in Rota reproduci, quæ ſeruatis quatuor terminis ſubſtantialibus, ac non docto de paritione, procedit ad declaratoriam cenſurarum, & ſucceſſiuè ad aggrauatoriam, vſque ad implorationem brachij ſæcularis, *Felin. in cap. ad probandum, num. 6. de re iudic. Caſſad. dicta deciſ. 6. num. 10. de cauſ. poſſeſſ. & proprietat. Lancellott. de attent. lit. penden. cap. 2. par. 4. numer. 308. Veſtr. in prax. dicto cap. vltimo, num. 16. Rub. ſingul. Rota dicta par. 2. verb. attentata, §. 2. num. 2.* Quem ſtylum procedere etiamſi dd. exequutoriales fuerint prout hic, re-
3 laxatæ in vim rei iudicatæ dixerunt † in ſpecie, *Sarnen. de regul. de annal. quæſt. 44. poſt med. num. 7. verſ. quod etiam ex ſtylo, & Gyg. de intruſ. num. 13. Ioann. Paul. deciſ. 3. & Lancellott. dicto cap. 4. in præfat. num. 309.*

Non

Non obstat, quod Vassallus, & litis consortes sciuerint relaxationem dd. literarum exequutorialium, nec impediuerint dictam possessionem
4 illorum vigore captam, sicque censeantur † illi consensisse, iuxta *decis. 2. Crescent. de lit. penden.* Quoniam vltra quod talis scientia de tempore possessionis non probatur, prout idem Ioann. Maria, qui in ea se fundat, probare deberet,
5 contrarium † dicitur ex commissione causæ super huiusmodi attentatis, eiusque prosecutione pro eorumdem attentatorum reuocatione ex quibus apparet dd. Vassallum, & litis consortes reclamasse, dictamque possessionem, vti atten-
6 tatam potius impugnasse, quam † illi consensisse, vti in simili ponderauit *Rota in Portugallen. Spolij 1. Iunij 1587. coram Bubalo.*

Non obstat, quod causa super huiusmodi at-
7 tentatis fuerit mihi commissa cum clausula sine præiudicio legitimæ executionis; quæ præseruat ab attentatis, *Vant. de nullitat. titul. quot. & quib. mod. null. in iud. num. 30. Rota in Anconitana Dotis coram Cardin. Mellin. post Marches. de commiss. super attentat. par. 2. §. 2. vol. 57.* Quia fuit responsum hodie non agi, An executio fieri posset, necne, in quibus terminis loquuntur auctoritates proxime allegatæ, sed in eo, an scilicet possessio bonorum, de quibus agitur, iam capta sit attentata, necne, quæ cum ex supradictis detegatur talis, dicta clausula non valet impedire, quominus ea hodie possit reuocari, vti minus legitime ca-
8 pta, prout † de simili clausula, sine præiudicio executionis Literarum Apostolicarum, firmat *Mart. de clausul. caus. 160. num. 4. & seq. Garz. de Benef. par. 1. cap. 5. num. 573. & seqq. Rota coram Gregor. XV. decis. 91. num. 11. & ibi Add. num. 13. & coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 414. num. 13. & coram Buratt. decis. 171. num. 8. & decis. 940. num. 10.*

Plures Decisiones in hac Causa emanarunt, & præsertim sub diebus 1. Iulij 1633. coram Reuerendiss. Terracinen. & 26. Ianuarij 1637. coram bon. mem. Card. Panzirolo, & 26. Maij eiusdem anni 1637. coram eodem. Quæ Decisiones habentur infra in Appendice, cum adhuc impressæ non reperiantur.

R. P. D. ROIAS

Postea Episcopo Tarraconen.

Meleuitana Commendæ.

Lunæ 20. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Sententia adiudicans Commendam Equiti Hierosolymitano, ex quibus dicitur in iudicatum trāsacta necne iuxta stabilimenta Religionis Hierosolymitanæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in iudicatum, quando non appellatur in tempore.*

Appellans extra tempus censetur, acquieuisse sententiæ, vt supra num. 1.

2 *Sententia lata contra Equitem Hierosolymitanum, non adimplentem Statutum Religionis, cap. 22. tit. 7. transit in iudicatum.*

3 *Eques Hierosolymitanus habens priora, & potiora iura in petitione Commendæ est præferendus ex statuto Religionis tit. 43. de Commend.*

4 *Petitio Equitis Hierosolymitani de Commenda, si est conditionalis, non dicitur legitima fortius, si fuerit acquisitum ius per alium Equitem, stante petitione anteriori, & num. 5.*

6 *Sententia suspenditur per appellationem, & non facit transitum in iudicatum.*

7 *Equiti Hierosolymitano actu Militiam pro Religione exercenti, non currit tempus ad appellandum.*

8 *Tempus ad appellandum non currit ignoranti.*

9 *Ignorans neque negligit, neque contemnit, & numer. 10. & 11.*

12 *Tertius potest post tres conformes, venire pro suo interesse, tamquam in prima.*

13 *Statutum Religionis Hierosolymitanæ dans formam appellationi, non habet locum quando appellatur ad Sedem Apostolicam.*

14 *Statutum non habens dictionem aliquam taxatiuam, seu exclusiuam appellationis ad Papam, non impedit appellationem ad eundem.*

15 *Appellare ad Papam semper licet.*

16 *Executio de iure communis, solum tribuitur tribus conformibus.*

17 *Casus omissus à statuto, remanet sub dispositione iuris communis.*

18 *Statutum permittens appellationem suspensiuam à prima Sententia, ita debet intelligi de secunda, reuocatoria primæ.*

Ea ratione, vt seruetur æqualitas inter partes, sicut in iudicijs, num. 19.

20 *Causa semel facta appellabilis semper durat appellabilis.*

21 *Sententia adiudicatoria Commendæ Equiti Hierosolymitano, minus antiano in concursu Equitis, magis antiani est iniusta, et num. 24.*

22 *Sententia iniusta, nunquam facit transitum in iudicatum.*

23 *Rota non attendit Sententias aliorum Tribunalium iniustas, et si transactas in iudicatum.*

25 *Smutitio ab Equite Hierosolymitano facienda, non habet tempus præfixum, sed sufficit, quod fiat in lingua.*

26 *Commendarum in collatione Equiti Hierosolymitano facienda, semper attenditur antianitas.*

27 *Habilitas est præsupponenda in quolibet actu.*

Petitio de Commanda facta ab Equite Hierosolymitano, quatenus alij sint incapaces, non est conditionalis, num. 27. et 28.

DECISIO CLII.

PER obitum Equitis Petri Fontenay, vacauit Commenda de Molins, & Loudum Prioratus Aquitaniæ, eaque smutita in lingua Franciæ, pro ea obtinenda petijt primo frater Lygny, vti magis antianus, cui petitioni acquiescentibus alijs Equitibus, qui minus antiani assidebant, suo prætextu incapacitatis Ligny, petijt secundo Eques Marigny, quo petēte, insurrexit Eques

Talluet, qui erat magis antianus omnibus, ex-
cepto Ligny, eamque sibi deberi, dixit in casu
incapacitatis Ligny, vti capaci, & magis antia-
no, in concursu cum dicto Marigny. Commen-
da ob pluralitatem votorum in lingua fuit smu-
tita ad fauorem Ligny, causaque introducta in-
ter istos tres competitores ad Consilium ordina-
rium lata fuit Sententia ad fauorē Equiti Ligny,
confirmatoria smutitionis factæ per linguam,
à qua Sententia fuit appellatum pro parte Equi-
tis Marigny ad Consilium completum, per quod
fuit reuocata sententia Consilij ordinarij, & fuit
dictum, nullum ius competere Equiti Talluet.
Postea intra legitimum tempus à Sententia ap-
pellauit Talluet ad Sanctissimum, mihique Cau-
sa commissa, dedi dubium, An constet de re iu-
dicata, & pro re iudicata adducebantur se-
quentia,

Primò, Equitem Talluet non appellasse in
tempore à Sententia lata per Consilium ordina-
1 rium ad fauorem Equitis Ligny, † ideoque illam
transisse in iudicatum, & censeatur acquieuisse,
l. fin. Cod. de sent. quæ sine cert. quant. Surd. cons. 360.
num. 38.

Secundò, extare *Statutum Religionis cap. 22. in*
2 *tit. 7. de Cons.* in quo disponitur, † quod à sen-
tentia Consilij ordinarij, appelletur ad Comple-
tum, & à completo ad Capitulum generale, cum
hoc quod interim executioni demandetur id to-
tum, quod à completo iudicatum fuit, quod nō
fuit executum per Talluet. Ideoque sententias
contra eum latas transisse in iudicatum.

Tertiò, Equitem Marigny in lingua, prius pe-
tijsset Commendam, ideoque eum habere prio-
3 ra, & † potiora iura, & esse præferendum ex quo
in stabilimentis cauetur in *tit. 43. de Commendis*,
quod quando in smutitione est petita Commen-
da in lingua pro ea vacatione, nihil potest præ-
tendi ab alijs, qui non petierunt. Vlterius peti-
tionem factam per Equitem Talluet fuisse con-
4 ditionalem, † ideoque non fuisse legitimè factam
ex *Regula actus legitimi, ff. de reg. iur.* maximè
stante petitione facta prius per dictum Marigny,
5 per quam fuisse acquisitum ius † ei. Ideoque illi
amplius ius non competere prout in simili, *Boer.*
decis. 176. num. 9.

Quibus tamen non obstantibus, fuit hodie,
absque difficultate resolutum, non constare de
re iudicata.

Ratio resolutionis fuit, quia ex datis in Sum-
mario Equitis Talluet, constat illum appellasse,
tàm à prima Sententia lata ad fauorem Equitis
Ligny per Consilium ordinarium, quàm à secun-
da sententia lata ad fauorem Equitis Marigny
per Consilium completum. A secunda senten-
tia fuit appellatum ad Papam intra legitimum
6 tempus, ideoque † non potuit transire in iudica-
tum, cum ea sit suspensa per appellationem
interpositam, iuxtà *l. 1. §. fin. ff. ad. Turpillian. ibi*
gloss. cap. veniens, de iureiur cap. 1. de iudic.

Quo verò ad primam sententiam ab ea fuit
appellatum à die habitæ notitiæ, ex quo Eques
Talluet infra decennium fuit coactus abire ex
causa necessaria propter Religionem, cum esset
Dux Triremis, quam proprijs expensis detine-
bat, ex quo etiam resultat eius benemerentia,
cuius ratione dicitur adfuisse legitimum impe-
7 dimentum, nec † currebat illi tempus ad appel-
landum, & postea cum primum reuersus fuit ap-
pellauit, prout in *l. 3. C. de testam. mil & in l. si quæ*
mulier, ff. ex quib. caus. maior. Odd. de restit. in in-
tegr. par. 1. q. 6. nu. 5. cum de eo tempore ius
8 † ignorauerit, ingnoranti autem tempus non cur-
9 rit, cum ignorans neque negligat, † neque con-
temnat. *Felin. in cap. cum super de re iudic. nu. 10.*
Bart. & DD. in l. à sententia, ff. de appellat.

Nec rem iudicatam dictum fuit adesse: ex non
appellatione in tempore à sententia lata per
Consilium ordinarium adiudicatoria Commen-
dæ Equiti Ligny magis Antiano, cui lingua pa-
riter Commendam smutiuerat, quia vltra quod
d. sententia lata fuit ad fauorem Ligny magis
omnibus antiano, cui ab initio acquieuerat Tal-
luet, & in smutitione fuit protestatus quatenus
Ligny non esset capax, in tantum optare; Ideo-
que non propterea fuit ei allatum præiudicium,
ita, & taliter vt Commenda veniat adiudicanda
10 Marigny minus antiano, qui † etiam fuerat ex-
clusus à d. sententia, vt in puncto fuit resolutum
vt *Aquitanien. Prioratus 21. Febru. 1625. cor. bon.*
mem. Seleucien. Ideoque benè potuit ius suum
prosequi in Concilio completo tamquam in
prima pro suo interesse pro exclusione Marigny
11 minus antiani, quatenus † Ligny non curaret
obtinere commendam, & litem prosequi, ex d.
decis. Aquitanien. Prioratus 21. Febr. 1625. cum
12 tertius possit tanquam † in prima venire etiam
post tres conformes pro suo interesse, ex *Abb. in*
cap. cum super, nn. 26. de re iudic. Dec. in cap. sua,
nu. 10. de appell. Couarr. pract. quæst. cap. 15. nu. 8. &
dixit Rota decis. 17. num. 5. par. 3. recent.

Nec obstare statutum prædictum, quod dat
formam appellationi, quia responsum fuit, sta-
13 tutum † prædictum non habere locum, quando
appellatur ad Sedem Apostolicam, prout in
præsenti factum fuit, ex *decis. Seraph. 615. sub n. 6.*
quæ in puncto huius statuti, & *decis. 661. num. 4.*
14 *par. 1. recent.* ex quo statutum prædictum † non
habet dictionem aliquam taxatiuam, sed exclu-
siuam appellationis ad Sedem Apostolicam; pro-
pterea non impedit appellationes ad eamdem
Sedem, ex *d. decis. Seraph. eod. n. 6.* ex quo de iu-
15 re communi † ad Papam semper licet appella-
re; Ideoque ista interpretatio in dicto Statuto
sumi debet, ex *Marthes. de commiss. par. 1. cap. 6. in*
fine. Rota d. decis. 661. num. 4. par. 1. recent.

Tum & etiam, ex quo d. Statutum est intelli-
gendum, quando sententia Consilij completi est
confirmatoria sententiæ Consilij ordinarij, quæ
conformitas in præsenti desideratur; & hoc vt
16 minus haberet à iure communi quo † solùm
tribus conformibus executio tribuitur, iuxta
text. in l. 1. C. ne liceat. 3. prouoc. l. cum quæritur, &
l. sequenti, ff. de except. rei iunic. Rota decis. 98. n. 3.
par. recent. & minus iuri communi derogetur, ex
Curt. Iun. cons. 7. nu. 8. Crauet. cons. 259. num. 2.
Rota in recent. decis. 263. nu. 2. & 391. nu. 3. &
461. nu. 4. par. 3. & hic agitur de casu omisso à
17 statuto; Ideoque † remanet sub dispositione iu-
ris communis, *l commodissimè, ff. de lib. & posthum.*
Iuxta quod si permittitur appellatio ad fauorem
actoris suspensiua à prima sententia, eadem

appel-

18 † appellatio à ſecunda ſæntentia reuocatoria primæ eſt concedenda, ex *Rota coram Buratto deciſ.*
19 *22. num. 33. & deciſ. 37.* & hoc † vt ſeruetur æqualitas inter partes, prout in iudicijs ſeruari debet,
20 ex quo cauſa ſemel effecta † appellabilis, ſemper durat appellabilis, iuxta *text. in cap. non licet, & c. in iudicijs, de reg. iur. in 6. Caualer. dec. 158. nu. 4.*

Et facit ceſſare omnem difficultatem, ex quo ſententia lata contra Equitem Talluet detegitur manifeſtè iniuſta, cum ei vti magis antiano,
21 iuxta ſtabilimenta Religionis eſſet † adiudicanda Commenda in concurſu cum Equite Marigny minus antiano, ex *Lotter. de re benef. lib. 2. q. 15. nu. 48.* Ideoque ſententia adiudicatoria Commendæ, lata ad fauorem Marigny fuit manifeſtè iniuſta; Sententias autem notoriè iniuſtas non tranſire
22 in iudicatum, non eſt in † iure nouum, nec Rota ſententias iniuſtas aliorum tribunalium atten-
23 dit, etiam quod † tranſitum fecerint in iudicatum, *Mobed. deciſ. 3. nu. 1. de teſtib. Put. deciſ. 391. lib. 1. in correct. & in recent. deciſ. 385. nu. 1. par. 1.*

Quod autem ſit notoriè iniuſta, conſtat ex eo quia in Sententia adiudicata fuit Commenda Equiti Marigny, fuitque dictum nullum ius in Commenda competere Equiti Talluet, quod detegitur manifeſtè erroneum, ex quo ad eum, vti magis antianum ſpectabat Commenda, quæ
24 † propterea vti iniuſta, non tranſiuit in iudicatum ex ſupradictis.

Tandem non obſtare Equitem Talluet, non fuiſſe ſmutitum in tempore, nec petitionem Equitis Marigny fuiſſe ſecutam ante petitionem Equitis Talluet. Quia in ſtabilimentis reſponſum fuit non reperiri præfixus, nec aſsignatus terminus in ſmutitione facienda, cum dumtaxat ſit diſpoſitum, quod fiat in lingua. Ceſſat
25 † difficultas ex ordine ſeruato, & forma adimpleta in ſmutitione prædicta, prout deciſum fuit in alia *Meleuitana Commendæ de Mazzora 11. April. 1636. & 24. April. 1637. coram b. m. Motmàn.*

Et tollitur omnis ſcrupulus de eo, quod dicitur petitionem in ſmutitione in lingua præceſſiſſe illam Equitis Marigny, qui erat minus antianus, quia non propterea eius ſmutitio prius ſecuta potuit priuare antianitatem aliorum, nec alijs præiudicare, prout in ſtabilimentis ex-
26 preſsè cauetur, maximè † cum ſemper attendatur antianitas in collatione Commendatum, ex *Lotter. de re benef. qu. 15. num. 48. lib. 2.* qui ita de ſtylo Rotæ obſeruari atteſtatur. Ideo non facit, quod ſmutitio facta per Equitem Talluet fuerit quatemus eſſet incapax Ligny, cui lingua à principio, vti magis antiano Commendam adiudicauerat. Ideoque ſtante incapacitate illius declarata per Concilium completum, illa conditio non fuit Talluet præiudicialis, ſed de iure inerat, cum, incapaces non ſint admitten-
27 di ad aliquam dignitatem, cum † in quolibet actu præſupponatur habilitas perſonæ, ex *Innoc. in cap. innotuit, de eo qui furtim ord. ſuſcep. Abb. in cap. in præſenti, nu. 33. de prob. Surd. conſ. 367. n.*
28 *8.* Ideoque petitio † ita concepta, non fuit conditionalis, iuxta *text. in l. hæc verba, ff. de leg. 1. & l. ſi Titio, §. quædam, ff. quando dies leg. ced. l. in conditionibus, §. 1. ff. de cond. & demonſt.*

Et ita reſolutum vtraque parte informante.

DECISIO CLIII.

R. P. D. BICHIO.

Romana diuiſionis.

Veneris 20. Iunij 1639.

Et impreſſa inter Bichio in Tomo 1. Deciſ. 6.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Cambij, ſeù Pecuniaria.

Mercurij 22. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Procurator ſpecialiter conſtitutus ad accipiendum pecunias ad cambium an obliget Dominum, ſi pecunias ſic vt ſupra vigore mandati receptas in proprios vſus conuertat, & latè, & doctè in hac deciſione declarur, cuius occaſione plura de de mandato procuræ dicuntur.

SVMMARIVM.

1 *Validitas decreti reſultat ex reuolutione actorum, in quibus apparet ad praxim neceſſaria fuiſſe ſeruata.*

2 *Apoca originali in inſtrumento inſerta produci non debet, ſi producitur inſtrumentum.*

3 *Recognitio ſcripuuræ in prima inſtantia non oppoſita, non poteſt opponi in ſecunda.*

4 *Dominus obligatur ex contractu procuratoris ad contrahendum conſtituti.*

5 *Paria ſunt facere per ſe ipſum, quam per procuratorem ſpecialem.*

6 *Factum procuratoris dicitur factum Domini conſtituentes.*

7 *Procurator conſtituens ſe precario nomine poſſidere, Dominus dicitur habere præcarium non Procurator.*

8 *Procurator cum libera non poteſt pro Domino fideiubere, ſi ex tali fideiuſſione vtilitas aliqua domino non reſultaret.*

9 *Procurator cum libera non poteſt pro facto proprio Dominum obligare.*

10 *Procurator cum libera non poteſt obligare Dominum pro euictione cenſus, ac fructuum ſolutione.*

11 *Dominus conſtituens procuratorem cum libera plenè quidem mandaſſe cenſetur quatenus tamen res ex fide agatur.*

12 *Contractus plures in eodem inſtrumento celebrari de iure non repugnat.*

13 *Pecuniæ receptæ à Procuratore, dicuntur tranſire in dominium, & poſſeſſionem Domini, non autem procuratoris.*

14 *Procurator nomine Domini recipiens pecunias, nec quidem per momentum illarum dominium habere dicitur.*

Procurator contrahens vigore mandati, obligat Dominum, quamuis poſtea declarauerit ad ſui commodum contraxiſſe, num. 13. 14. & per totam deciſionem.

Minor

15 *Minor qui emit prædia non potest eodem contextu dicta prædia pignori obligare ad fauorem venditoris.*

16 *Minor qui in diuisione multa habuit prædia, possit ne iudicium læsionis super vno tantum intentare.*

17 *Instrumentum falsum respectu vnius rei, non debet censeri falsum respectu altepius rei, quamuis in eodem instrumento contentæ.*

Contractus plures iudicantur, iuxta multiplicitatem rerum, etsi in vno tantum instrumento fuerint celebrati, nu. 17. 18. & num. 20. vbi vide.

18 *Venditione facta plurium rerum, pretio in singulas distributo, qualibet res censetur de per se vendita.*

Contractus plurium rerum pro ea res substinetur pro qua fuit soluta gabella modo pretium fuerit in singulis distributum, num. 18.

Emptor plurium rerum singulariter appretiatarum agit pro læsione vnius, si in vna tantum fuerit læsus, num. 18.

19 *Cambij contractus stipulationem instrumenti de necessitate non requirit.*

20 *Contractus plures in eodem instrumento celebrati quando correspectiuè, & correlatiuè dicantur, & sup. num. anteceden.*

21 *Soluens illi cum quo legitimè contraxit, rectè soluit, quamuis sciat pecunias solutas pertinere ad alium.*

22 *Soluens procuratori constituto ad recipiendum, bene soluit etiam quod seiuerit procuratorem in proprios, non in Domini vsus esse pecuniam conuersurum.*

Declara vt ibidem, & num. seqq.

Soluens vt statim recuperet, non dicitur benè soluere quando à principio interuenerat pactum super restitutione, num. 22. & seqq.

23 *Restitutio pecuniæ in eodem instrumento facta in quo fuit soluta, ex vna conuentione facta dicitur.*

24 *Pactum super restitutione pecuniæ facta eodem tempore, quo fuit soluta, non præsumitur, sed probari debet.*

Et ex quibus illud excludatur, vide sub dicto numero 24.

25 *Depositarius ex natura depositi statim pecunias restituere tenetur.*

26 *Fides bona præsumitur, vbi non cadit spes commodi.*

27 *Verba*, à mio nome, *intelligunt pro me, & idem est dicere pro Titio, quam nomine Titij, & numer. 33.*

28 *Procurator recipiens pecunias vigore mandati, obligat Dominum, quamuis illas in vsus Domini non connertat, & num. 30. & 31.*

29 *Procurator vt pro pecunia accepta vigore mandati, & quam in suos vsus conuertit, obliget Dominum, requiritur mandatum expressum non tacitum.*

30 *Procurator recipiens pecunias vigore mandati, easque in proprios vsus conuertens, tamen obligat Dominum, & num. 28. & 31. cum seqq.*

32 *Dominus obligatur ex facto procuratoris, quando ex verbis mandati, vel ex coniecturis apparet illum obligari voluisse.*

34 *Verba mandati procuræ sufficit non excludere interpretationem illi datam pro sustinendo contractu initi à procuratore.*

35 *Dominùs quando dicatur velle teneri ex contractu à procuratore suo nomine inito, sed in propriam vtilitatem conuerso.*

36 *Voluntas mandantis sufficit quod ex coniecturis probetur.*

37 *Procurator non præsumitur abuti voluisse mandato.*

38 *Contractus initus à procuratore per instrumentum publicè, & palam præsumitur initus secundum voluntatem Domini, non autem contra.*

39 *Identitas summarum deseruit pro interpretatione actus.*

40 *Declaraeio facta à procaratore, si est verisimilis, attenditur.*

41 *Taciturnitas Domini constituentis, deseruit pro interpretatione mandati.*

42 *Negligens nemo præsumitur in re sibi necessaria.*

43 *Negligentia non prasumitur, vbi de proprio commodo agitur.*

44 *Interpretatio in dubio contra illum est facienda, qui legem potuit apertius conscribere.*

45 *Interprgtatio illa semper est facienda per quam delictum excluditur.*

46 *Mandatum sufficit esse obscurum, vt interpretetur contra Dominum, & supra, num. 44. & seqq.*

47 *Solutio facta procuratori putatiuo benè facta dicitur propter obscuritatem mandati.*

DECISIO CLIV.

BON. mem. Paulus Matthæius Cameræ Apostolicæ Clericus, per Chirographum à se subscriptum sub die 24. Septembris 1633. constituit Procuratorem Iulium Crappolinum suum familiarem, ad recipienda scu. 2000. ad Cambium per hæc verba; *Constituisco mio Procuratore Giulio Grappolino, à poter' in mio nome pigliare, riceuere, e riscuotere dal Sig. Marchese Bertoldo Vrsini, ò da qualsiuoglia altra persona, che vorrà darli scudi 2000. di moneta, in vna, ò più partite, e di quelli farne qualsiuoglia quietanza, tanto publica, quanto priuata, e detta somma promettere in mio nome di restituirla frà vn' anno prossimo, e frà tanto, e sino alla total restitutione, dar facoltà à chi darà il danaro, di poter detta somma di propria auttorità, e senzæ alcuna intimatione, pigliare à cambio, e recambio, e recambiare, e continuare sino all'intiera restitutione in forma à tutti cambij, recambij, spese, e prouisioni mie, &c. e sopra di ciò poter fare qualsiuoglia instromento, con qualsiuoglia patti, e clausule necessarie, & obligare me miei hæredi, e beni, nella più ampla forma della Reuer. Camera Apostolica. Et io prometto hauer grato, rato, e valido tutto quel tanto, che detto mio Procuratore farà.*

Huius mandati vigore prædictus Iulius sub die 28. Nouembris eiusdem anni accepit dd. sc. 2000. ad Cambium à Guido Palagio, eisque ad se tractis coram Motario, & testibns d. Palagium quietauit, dictamque pecuniarum summam eidem restituere promisit.

Successiuè idem Iulius, non amplius vti Procurator D. Matthæi, sed proprio, ac particulari nomine huic Cambio, vti principalis, & insolidum, ad fauorem eiusdem Palagij accessit Deinde recognoscens bonam fidem erga d. D. Matthæium

ium declarauit supradicta scu. 2000. sui contemplatione, ac proprio commodo, ad cambium recepta fuisse, ad effectum, scilicet, soluendi scu. 1500. Laurentio Bonincontro ad computum pretij Officij Notariatus Capitolini quod idem Iulius à d. Bonincontro emerat, residuum verò sc. 500. pro alijs expensis occasione eiusdem Officij factis. Postea idem Iulius illicò ex d. summa sc. 2000. deposuit penes eumdem Palagium scu. 1500. ad effectum illa soluendi d. Bonincontro, vt supra, ac vltra generalem omnium bonorum obligationem idem Officium, eiusque emolumenta, ad fauorem d. Palagij specialiter obligauit, vt latius in Instrumento camerali obligatione vallato, continetur.

Verum quia post hęc idem Palagius declarauit se in contractu d. Cambij nudum, dumtaxat nomen habuisse, illudque ad D. Franciscum Rubeum, cuius erant pecuniæ, pertinere. Ideo d. Rubeus egit mensibus elapsis contra d. bon. me. D. Matthæum pro restitutione sortis eiusdem Cambij cor. R. P. D. meo Bichio, tunc A. C. Locumtenente, qui mandatum contra ipsum relaxauit, à quo interiecta appellatione, & causa mihi commissa, cum clausula, *Si quid exequendum*, dedi dubium, An dictum mandatum esset exequendum, eoque quater proposito. Tandem hodie, informantibus etiam hæredibus d. D. Matthæi interim prædefuncti, DD. pro maiori parte, stante eius validitate, & iustitia pro exequutione responderunt.

Validitas siquidem patet ex reuolutione actorum, in quibus apparet omnia requisita interuc-
1 nisse, iuxtà † passim receptam *decis. Caputaq. 260. part. 2.*

Non obstat prætensa nullitas d. mandati ex eo deducta, quod in actis non fuerit productum originale Chirographum manu D. Matthæi subscriptum, minusque illud fuerit recognitum, prout requiri dicebatur, ex eo quod idem D. Mathæius protestatus fuerat coram A. C. nihil fieri nisi ser. ser. ac ver. ver. Nam quoad productionem Chirographi sat esse dicebant DD. fuisse in actis productum Instrumentum publicum extra-
2 ctum à Notario rogato, † in quo tenor eiusdem Chirographi originalis insertur fuit, vt elicitur ex lectura d. instrumenti. Quo verò ad illius recognitionem, cum D. Matthæus fuerit citatus coram A. C. ad dicendum contra iura producta, & repetita, videndum iurare super illorum recognitione, quatenus opus sit admitti, & mandari restitui dimissa copia, iuxta notorium stylum, nec in specie opposuerit recognitionem d. Chi-
3 rographi, hæc oppositio non visa fuit † hodie releuare in hac secunda instantia ad not. per *Socc. in auth. si quis in aliquo, in fin. C. de eden. Put. decis. 19. lib. 2. Caputaq. decis. 5. sub num. 4. vers. accedat, par. 3. Caualer. decis. 142. num. 6. Gregor. XV. decis. 292. num. 3. & ibi Add. sub num. 6. & fuit dictum in Rauennaten. Pecuniaria 11. Maij. 1619. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Iustitia verò liquet, quia cum d. D. Matthæus constitueri d. Iulium suum specialem Procuratorem ad recipiendum eius nomine dd. scu. 2000. ad cambium à quacumque persona, dictusque Iulius, vigore d. mandati, nomine eiusdem constituentis dd. pecuniarum summam à d. Palagio
4 ad cambium receperit, † vtique D. Matthæius remansit ex contractu eiusdem cambij obligatus, *l. Iulianus 13. § si procurator, ff. de act. emp. l. procurator, qu. 67. vbi gloss. in verb. recusat. ff. de procurat. & in l. procurator. 11. in verb. admisit, ff. de dol. mal. except.* Cum paria sint aliquid facere per se
5 ipsum, vel † per procuratorem specialiter constitutum, *l. ossa, in fin. ff. de relig. & sump. fun. l. 1. §. deiecisse, & ibi gloss. in verb. quoties, ff. de vi, & vi arm. cap. qui per alium, de reg. iur. in 6.* adeout fa-
6 ctum procuratoris censeatur factum † Domini Constitueutis, *l. certe, §. si procurator, ff. de precar.*
7 ibi, si procurator meus mandante, vel † ratum habeate precarium rogauit ego precario propriè habere dicor, *§. fin. Instit. quod cum eo, Bald. in l. vnic §. ne autem, n. 9. vers. ex isto, & nu. 19. vers. item nota, ff. de caduc. toll. Rota dec. 557. num. 3. in fin. par. 3. recent.*

Non obstat quod prædictus Iulius in Instrumento, in quo contraxit Cambium, fideiusserit ad fauorem Palagij, ac declarauerit pecunias suimet contemplatione, ac proprio commodo pro solutione, scilicet, pretij d. Officij Notariatus ad Cambium receptas fuisse; Vnde infertur ipsum Iulium fines mandati excessisse, & consequenter D. Matthæium mandantem non remansisse ex contractu d. Cambij obligatum, cum procurator etiam cum libera facultate constitutus non possit pro Domino fideiubere; quando
8 ex tali fideiussione, vtilitas † aliqua eidem Domino non resultat, *Castr. in l. contra iuris 29. §. filiusfamilias, num. 2. vers. eadem ratione, ff. de pact. Ruin. cons. 140. num. 6. lib. 1. Rota decis. 375. n. 13. par. 1. & dec. 132 num. 9 & 20. par. 2. diuers. & fuit dictum in Romana Pecuniaria 14. Maij 1636. co-*
9 *ram R. P. D. meo Ghisilerio*, nec possit pro † facto & commodo proproprio ipsum Dominum obligare, *l. creditor 60. §. Lucius, & ibi, Bart. num. 2. Salic. num. 3. Bald. in addit. vers. vnde qui habet, Fulgos. ibid. ante num 1. vers. neque ff. mand. l. in persona 30. §. quia pecuniam cum, vers. quod si quasi ff. de pact. Dec. cons. 493. num. 11. Caputaq. dec. 34. lib. 3. in manuscript.* Et in similibus terminis, quod
10 procurator etiam cum libera † non possit obligare Dominum pro euictione Census ac fructuum solutione, dixit *Rota in Rauennaten. Census 31. Ianuarij 160. coram Card. Millino post Cenc. de cens. decis. 140. num. 1. & decis. 103. num. 19. part. 5. recent.* Ea ratione quia Dominus plenè quidem
11 mandasse videtur, † sed quatenus res commissa ex fide agatur, vt inquit *tex. in d. l. creditor, §. Lucius, in fin. & notat. gloss. §. fin. eiusdem legis verb. obligat. Bald. in fin. vers & aduerte.*

Etenim pro responsione aduertebant DD. in instrumento de quo agitur, plures eosque distinctos, ac separatos contineri contractus inter se
12 compatibiles, quos † in eodem instrumento celebratos fuisse de iure non repugnat, *l. scire debemus 29. ff. de verb. oblig. l. cum eiusdem, ff. de adil. edict. Alb. cons. 45. per tot. Lancell. Gall. cons. 40. num. 6. & seqq. Mantic de tacit. lib. 2. tit. 3. & seqq. Put. decis. 214. nu. 2. lib. 3. Rota decis. 763. n. 3. & seqq. par. 1. diuers.*

Primus namque contractus erat Cambij, quo Iulius tanquam specialis Procurator D. Matthæi, reci-

recipit eius nomine sc. 2000. ad cambium à Palagio, eisque iam ad se tractis, dictum Palagium quietauit.

Secundus, erat fideiussionis, quo Iulius non amplius vti Procurator D. Matthæi, sed proprio, ac particulari nomine supradicto Cambio, ad fauorem eiusdem Palagij accessit.

Tertius, recognitionis bonæ fidei, quo idem Iulius declarauit prædictam summam sc. 2000. vt supra acceptam ad Cambium nomine D. Matthæi, sui contemplatione acceptam fuisse.

Quartus denique erat depositi, quo idem Iulius ex dd. scut. 2000. sic, vt suprà ad Cambium acceptis restituit, seù deposuit sc. 1500. penes dictum Palagium, ad effectum illa persoluendi Bonincontro venditori dicti Officij.

Qui quidem contractus, cum sint distincti, ac diuerso nomine gesti, adeo, vt eorum quilibet non habeat necessariam dependentiam ab altero, sequitur D. Matthæum remansisse obligatum ex primo contractu Cambij statim atque idem contractus perfectus, & absolutus fuit, mediante receptione pecuniarum facta à Iulio Procuratore D. Matthæi, per quam receptionem dominium, & possessio dd. pecuniarum illicò penes ipsum
13 Matthæum constituentem † translata fuerunt, *Rum. cons. 143. num. 2 & 3. vol. 5. Hect. Felic. alleg. 32. num. 13. par. 1. post Castr. in l. singularia num. 16. ff. si cert. pet.* vbi quod nec per momentum tem-
14 poris dominium, & possessio pecuniæ dicuntur remanere penes Procuratorem, qui illam nomine Domini recepit *Rot. dec. 123. num. 4. post Cenc. de cens.* vnde quamuis idem Iulius in eodem instrumento post contractum d. Cambij iam perfectum non amplius, vti Procurator D. Matthæi, sed vti principalis, ac proprio nomine declarauerit dd. pecuniarum quantitatem sui contemplatione ad Cambium receptam fuisse, eamque reuera in proprios vsus conuertit aliosque contractus celebrauerit. Nihilominus d. declaratio, alijque contractus subsequentes non impediunt quin D. Matthæus remanserit obligatus ex primo contractu Cambij, qui nihil commune cum illis habuit, sed independenter ab illis consumptus fuit argumento, *tex. in l. 1. §. ibi glos. ff. de reb. eor.* vbi
15 cauetur † minorem, qui emit prædia, eorumque dominium acquisiuit non potuisse eodem contextu dd. prædia pignori obligare ad fauorem venditoris, ea ratione, quia dominium prædiorum iam erat ipsi minori acquisitum, & facit *Bald. cons. 91. num. 1. lib. 2.* vbi quod si in diuisione bonorum obuenerunt minori multa prædia singula-
16 riter æstimata, & minor sit in vno læsus, † poterit, quoad illud tantum lesionem deducere, idem *Bald. cons. 66. num. num. 1. lib. 3.* vbi quod Instru-
17 mentum respectu vnius rei falsum, non † censeri debet falsum respectu alterius id eodem Instrumento contentæ, cum iuxtà multiplicitatem rerum plures censeantur esse contractus, & in *l. fin. §. præterea, num. 6. C. de iur. dot.* vbi quod si in eodem instrumento plures res vendatur precio in singulas distincto, quælibet res censetur de per se vendita, & plures intelliguntur esse contra-
18 ctus, † inferens quod si pro vna resoluta sit gabella substinetur contractus quo ad illam, & si contingat emptorem in vna re esse læsum, poterit pro illa agere, eumque sequuntur, *Dec. cons. 421. incip. plenè, & subtiliter n. 2. vers. sed in tali conclusione, Surd. cons. 101. n. 38. lib. 1.*

Nec dicatur omnes hos contractus, vt celebratos vnico contextu censeri correspectiuos eosque non nisi post vnicam stipulationem Notarij, quæ conclusa fuit sub clausula, *Actum*, absolutos fuisse, ac perfectionem insimul recepisse; Etenim
19 omisso, quod in contractu Cambij stipulatio † Instrumenti non videtur necessaria, iuxtà traditper *Scac. de commer. & camb. §. 1. quæst. 5. num. 10. & seqq.* fuit responsum prædicta posse procedere, quando subiecta materia suaderet vnum contra-
20 ctum, non posse sine alio substinere, † secus autem quando, prout hic, contractus sunt diuersæ naturæ, quorum vnus non habet necessariam dependentiam ab altero, quia tunc non dicuntur correspectiui, vel correlatiui, nec pro vno habentur, quamuis in eodem instrumento, ac sub vnica stipulatione celebrentur, quia tot censentur esse stipulationes, quot sunt res in stipulationem deductæ, *d. l. scire debemus, & ibi DD. ff. de verb. oblig. Alb. cons. 45. n. 3. Surd. d. cons. 101. nu. 39. lib. 1. Menoch. lib. 6. præsumpt. 12. n. 39. Ciriac. contr. 90. nu. 20. & seqq.*

Nec releuat, quod Palagius scinerit dd. pecunias receptas ad cambium nomine D. Matthæi non fore vertendas in vtilitatem eiusdem D. Matthæi, sed etiam Iulio inseruisse, vnde infertur Palagium fuisse in mala fide, & consequenter perperam contraxisse; Quia pro parte Palagij negatur huiusmodi scientia de tempore, quo Iulius recepit pecunias, & contrarium suaderi videtur ex prædicta serie facti, sed dato etiam, quod probaretur, adhuc tamen dicebant DD. illam non obstare ipsi Palagio, seu Rubeo creditori, quominus agere possit pro restitutione dd. pecuniarum; Tum quia Palagius dedit pecunias ad cambium d. Iulio tanquam legitimo Procuratori D. Matthæi, ac illius nomine eas recipienti, cum soluens illi, cum quo legitimè contraxit, rectè sol-
21 uisse dicatur, † quamuis sciat pecunias solutas ad alium pertinere, *Anchar. Regien. quæst. famil. lib. 2. quæst. 31. num. 5. Surd. decis. 229. num. 10. et 11. Borgnin. de tut. & cur. num. 272. Strac. de adiect. par. 3. num. 42.* Tum etiam quia sola scientia d. Palagij, quod Iulius pecunias acceptas ad Cambium nomine D. Matthæi mandantis ipsimet Palagio pro solutione pretij d. Officij esset redditus,
22 & † sic in eius vtilitatem conuersurus non releuaret, nisi constaret inter eosdem Palagium, & Iulium procuratorum, pactum ab initio super huiusmodi restitutione facienda eidem Palagio soluenti præcessisse; iuxtà doctrinam eiusdem *Castren. exaduerso allegat. in d. l. sed Iulianus, §. non solum, num. 3. vers. tu aduerte ff. ad Sen. Cons. Macedon. in eius lecturis Lugduni de ann. 1553. impress. Bar. in d. l. singularia, num. 24. vers. iuxta prædicta quæro. Alex. ibid. num. 35. Ias. num. 56. Bolognet. ibid. num. 113.* subdens quod cessante d. pacto actus re-
23 stitutionis præsumitur † ex noua voluntate superuenisse, etiamsi in continenti in eodem instrumento fuerit subsequutus. Idemque firmat *Bart. in d. l. qui sic soluit, nu. 1. vers. contra hoc, Castr. ibid. in fin. ff. de solut. Bald. in l. si tibi pecuniam, sub n. 2. vers. oppono, & ibi Ang. & Fulgos. in fin. ff. si cert. pet.*

pet. Rota post Cenc. de cens. dec. 123. n. 5. Gratian. discept. 962. nu. 39.

Quæ tamen conuentio in proposito non probatur, prout exaduerso probari deberet, illaque
24 in dubio † non præsumitur præcessisse, Bart. in l. si quis duos, nu. 1. de solut. & ibid. Castr. in fin. Angel. in d. l. si pecuniam, in fin. Bolog. in d. l. singularia, nu. 113. Rota d. dec. 123. nu. 8.

Non obstat, quod Iulius ex d. sum. scut. 2000. quam recepit ad Cambium, deposuit penes eundem Palagium scut. 1500. ad effectum illa persoluendi Bonincontro venditori Officij, cum clausulis, & non alias, &c. quia sic, &c. ex quibus inferebatur Palagium ex præcedenti pacto inito cum eodem Iulio dd. pecuniarum quantitatem penes se retinuisse; Siquidem obiectum remouetur, ex verbis eiusdem Instrumenti, cuius verba sunt huius tenoris; Et ne de identitate dd. pecuniarum dubitari contingat D. Iulius dd. scut. 1500. per ipsum manualiter recepta &c. deposuit, & dimisit penes bancum d. Palagij præsentis, &c. & dd. scuta mille, & quingenta monetæ in depositum recipientis, ad effectum illa persoluendi d. D. Laurentio Bonincontro, cum ordine dicti Iulij, in computum pretij d. Officij, et non alias, &c. quia sic &c. Quæ verba posita in recognitione bonæ fidei satis arguunt Iulium non vigore alicuius pacti præcedentis, sed sponte pecunias iam acceptas ad Cambium penes d. Palagium, non vti creditorem, sed potius vti Mercatorem deposuisse, ad effectum illas persoluendi Bonincontro, cum ordine eiusdem Iulij, ad computum pretij d. Officij, quod etiam sponte pro huiusmodi credito specialiter obligauit, adeout sensus dd. clausurarum, & non alias, &c. quia sic, &c. ille sit, vt Palagius teneretur pecunias penes se depositas persoluere Bonincontro, de ordine eiusdem Iulij, & pro solutione pretij d. Officij. Vnde cum Palagius deberet dd. pecunias illico
25 relaxare tam ex natura † contractus depositi, iuxtà l. fin. ff. deposit. quam ex speciali conuentione in instrumento adiecta, & sic nullam ex tali deposito esset percepturus vtilitatem, apertè colligitur ipsum bona fide contraxisse, nam vbi non
26 cadit spes † commodi præsumitur bona fides, Decian. cons. 37. n. 36. lib. 3. Grauet. cons. 8. n. 4. Menoch. lib. 5. præs. 3. nu. 18.

Non obstat pariter, quod Iulius fuerit constitutus procurator ad recipiendum scut. 2000. ad Cambium non simpliciter, sed nomine eiusdem D. Matthæi constituentis, ibi, A poter pigliare à mio nome, &c. Vnde cum d. Iulius declarauerit se recepisse dd. pecunias ad cambium pro se ipso, ac suimet commodo, videatur fines dicti mandati excessisse, cum verba, à mio nome, videantur
27 † intelligenda pro me, iuxta doctrin. Bart. in l. 1. §. nunciatio, num. 17. de oper. nou. nunciat. vbi ait idem esse dicere pro Titio, & nomine Titij. Siquidem pro responsione sat esse dicebant DD. dictum Iulium non proprio, ac principali nomine, sed procuratorio nomine eiusdem D. Matthæi constituentis dd. pecunias ad cambiũ recepisse, vt liquet ex lectura eiusdem Instrumenti. Vnde satis apparet ipsum fines mãdati sibi data nequaquam excessisse, sed formam ad vnguem adimpleuisse, & consequenter D. Matthæum constituentem va-
28 lidè obligasse, etiamsi † idem Iulius dd. pecunias nomine D. Matthæi ad cambium acceptas in vtilitatem eiusdem Domini non conuerterit iuxtà tradita per Bart. in l. ciuitas, num. 7. Alex. ibi ad fin. vers. subdit etiam, & alij communiter scrib. ff. si cert. pet. Bald. in auth. hoc ius porrectum, sub num. 9. C. de Sacros. Eccl. Mastrill. decis. 204. num. 28. & 29. Mant. de tacit. lib. 8. tit. 11. num. 16. vers. procurator autem, & num. 17. in fin. vbi hoc intelligit in habente speciale, & expressum mandatum ad mutuo recipiendum pecuniam, vt in casu nostro
29 non autem in habente tacitum, quam † distinctionem ante eum fecerat, Dec. cons. 330. nu. 24. Et procedit ista conclusio etiam, quod procurator in suam propriam vtilitatem pecuniam nomine
30 Domini habitam † conuertisse probaretur, vt in indiuiduo tradunt Mastrill. d. decis. 204. n. 29. circa med. Alb. 452. n. 10. in fin. 11. 12. & 14. Rota Genuen. dec. 14. nu. 14.

Præterea fuit responsum Nos, non versari in terminis quæstionis. An Procurator etiam cum libera facultate constitutus possit obligare Dominum pro facto proprio, in quibus terminis videntur procedere iura exaduerso allegata, sed in terminis quæstionis. An Procurator specialiter constitutus ad recipiendum nomine constituentis certam pecuniarum quantitatem obliget Dominum, si eam nomine quidem Domini receperit, quamuis in eius propriam vtilitatem conuerterit, in qua, vltra quod opinio affirmatiua est verior, ex allegatis supra adhuc admissa
31 contraria sententia, illa † non procedit quando Procurator contraxit bona fide, ac sine dolo, vt declaranr Bald. in d. l. creditor, §. Lucius, ff. mandati in summario, & in additione, atque ibidem Fulgos. & videtur sensisse Rota dec. 103. num. 20. & 29. part. 5. recent. Eoque magis quando ex verbis mandati,
32 vel † ex alijs coniecturis apparet ipsum Dominum in tali casu obligari voluisse, vel facto Pro-
33 curatoris † consensisse. Castren. in l. fin. num. 2. prope fin. vers. idem sequitur, ff. de exercit. act. Dec. cons. 437. incipien. quæritur breuiter, sub num. 2. vers. non obstat, Rot. diu. dec. 132. num. 6. par. 2. In proposito autem tantum abest, quod probetur dolus Iulij quinimo tam ex verbis mandati, quam ex pluribus coniecturis apparet conuersionem pecuniarum in vtilitatem Iulij Procuratoris, aliaque in dicto Instrumento contenta processisse de consensu, ac præambula voluntate eiusdem D. Matthæi Constituentis, ipsumque ex contractu Cambij etiamsi pecuniæ in eius vtilitatem non essent vertendæ obligari voluisse; ex tenore siquidem, ac verbis d. mandati in prædicta serie facti relatis elicitur D. Matthæium voluisse d. Iulio suum commodare nomen, ad hoc vt ipse, qui tamquam persona priuata, & vulgaris conditionis d. pecuniarum quantitatem pro solutione pretij d. Officij Capitolini proptio nomine ad Cambium non reperisset, eam suo nomine reperire, ac recipere potuisset; Id namque suadere videntur nedum illa verba Constituisco mio Procuratore il Signor Giulio Grappolino, à potere in mio nome pigliare, &c. ò da qualsiuoglia altra persona, che vorrà darli scudi 2000. moneta, &c. e detta somma promettere in mio
34 nome di restituirla, &c. cum verba in mio nome, † idem significare videantur, ac loco mei, Par. s. cons. 107. nu. 24. lib. 3.

Verum etiam verba sequentia, *Di poter fare qualsiuoglia Instromento con qualsiuoglia patto, clausula, & obligar me, miei beni, & heredi, &c.* & inferiùs; *& io prometto hauer grato, rato, e valido tutto quel tanto, che detto mio Procuratore farà.* Quæ verba arguunt voluntatem D. Mattheij eam fuisse, vt dans pecunias ad cambium d. Iulio suo nomine recipienti, non aliter respiceret in quam causam, vel in cuius vtilitatem illæ cedere debuissent; Iulius verò easdē pecunias suo nomine receptas in eius propriam vtilitatem pro solutione, scilicet, pretij dicti officij erogare posset; Nam suffi-
34 cit verba dicti mandati sic esse concepta, † vt hanc interpretationem non excludant, vt in similibus dixit *Rot. coram Seraph. decis.* 1124. *nu.* 4. *vers. contrariam tamen sententiam, & num.* 5. Stantibus præsertim alijs verbis, *e dar facoltà à chi darà il danaro di poter detta somma &c. pigliare à cambio, e recambio, e recambiare, e continuare sino all'intiera restitutione, à tutti cambij, e recambij, spese, e prouisioni mie, &c.* quod verbum *mie*, satis arguit mentem D. Mattheij fuisse se velle de proprio
35 teneri ex contractu cambij† etiamsi pecuniæ eius nomine accipiendę commodo, & vtilitati eiusdē Iulij recipientis cederent, nam alias frustrà dictum fuisset, *à spese, e prouisioni mie*, si contractus d. Cambij nonnisi commodo Constituentis cedere debuisset, prout etiam ponderauit *Rota coram Seraph. d. dec.* 1124. *n.* 6. *vers. præterea.*

Ex coniecturis pariter prædicta voluntas elici
36 visa fuit, † quas ad istum effectum sufficere apertè sensit *Rota in Bononien. Computorum coram Corduba, quæ est decis.* 189. *num.* 4. *& seqq. penes Cenc. de cens.* quarum prima desumitur ex declaratione eiusdem Iulij, qui receptis iam pecunijs nomine d. Constituentis agnouit bonam fidem, apertèque fassus fuit dd. pecunias sui intuitu, & contē-
37 platione receptas fuisse, quam declarationem ipse verisimiliter non fecisset, nisi præuio consensu eiusdem Constituentis illas pro sua vtilitate recipere potuisset, cum abusus mandati non præsumatur. *Seraph. vbi supra num.* 13.

Secunda coniectura elicitur ex actu per publicum Instrumentum, publicasque rationes bancarias gesto, qui propterea cum facilè detegi po-
38 tuisset, † verisimiliter non est Iulium dd. pecunias in proprios vsus contra voluntatem D. Matthei Constituentis concurrere voluisse ad *text. in l. cum ipsi vbi gloss. magna Bart. & alij, ff. de contrah. empt. Ias. in l.* 1. §. *fuit quæsitum num.* 19. *&* 29. *ff. ad Trebell.*

Tertia dicitur ex eo, quia mandatum D. Mattheij ad recipiendum pecunias ad cambium continet eandem prorsus summam scut. 2000. quibus Iulius Procurator tunc indigebat, nimirum, scut. 1500. ad computum d. Officij, quod emit, & scut. 500. pro alijs expensis occasione eiusdem Officij necessarij, vt elicitur ex tenore eiusdem
39 Instrumenti, ex hac † namquè indigentia Iulij Procuratoris in eadem summa pro qua dictum mandatum conceptum fuit, non leuis elicitur coniectura suadens Iulium potuisse dd. pecunias in emptionem d. Officij conuertere, & in simili aduertit, *Rot. d. dec.* 189. *nu.* 4. *post Cenc. de cens.* & super hoc valdè attendi debet declaratio per ipsum
40 Procuratorem facta, † cum sit verisimilis, vt in specie *Rot. Ianuen. dec.* 8. *num.* 5.

Quarta denique ex taciturnitate D. Matthei spatio quadriennij à die mandati facti pro re, de qua vti gesta per publica Instrumenta, ac rationes bancharias facilè potuit informari, hæc namque
41 taciturnitas maximè † deseruit pro interpretatione mandati, *Aym. cons.* 914. *num.* 9. *vers. ex Instrumento, & seq.* Nec est verisimile, quod si D. Mattheus indiguisset, pecunia ad cambium accipienda, tanto temporis spatio eam exigere, vel de ea inquirere neglixisset, cum nemo præsu-
42 matur fuisse negligens in re sibi necessaria † *Alb.*
43 *cons.* 289. *num.* 24. nec vbi de proprio † commodo agebatur. *Rot. dec.* 3. *tit. de concessione præbendæ in nouiss. Menoch. lib.* 6. *præsump.* 77.

Et in omnem euentum, cum dictum mandatum sit obscurum, ex eo quod non declarat in cuius vtilitatem pecuniæ essent conuertendæ, quinimò ex prædictis non leuis inducatur præsumptio d. Iulium potuisse dd. pecunias in propriam vtilitatem conuertere, omnis æquitas suadet, vt illa capiatur interpretatio, ob quam ille qui bona fide contraxit, suasque pecunias credidit, à damno releuetur, suumque creditum consequatur, cum interpretatio regulariter fiat con-
44 tra † illum, qui legem potuit apertius conscribere *l. veteribus, ff. de pact. Alex. consil.* 13. *num.* 5. *lib.* 2. *Aldobr. cons.* 3. *num.* 5. *lib.* 1. *Grat. discept.* 2. *num.* 18. illaque in dubio sit accipienda, ob quam
45 † delictum excludatur *l. merito, ff pro socio Alex. cons.* 15. *num.* 7. *lib.* 3. *Surd. consil.* 175. *num.* 53. *vers. quia, vt dixit Mantic. de tacit. lib.* 5. *tit.* 5. *numer.* 42. *Rota decis.* 166. *num.* 8. *part.* 2. *recent.* Et in puncto,
46 quod sufficiat mandatum† esse obscurum *Seraph. vbi supra num.* 4. *in fin.* atque ideò benè dicatur
47 solutum Procuratori † putatiuo propter obscuritatem mandati *Alex. consil.* 103. *num.* 14. *vers. secundo respondeo lib.* 2. *Card. Tusch. Litt. S. conf.* 336. *num.* 5.

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Sacræ Rotæ Decano.

Mutineñ Bonorum.

Mercurij 22. *Iunij* 1639.

ARGVMENTVM.

Rector Ecclesiæ potest venire contra proprium factum stante præiudicio Ecclesiæ. Bona Ecclesiæ solita locari probantur, vel per vnicam solemnem locationem, vel per duas effectum sortitas, & obseruatas per spatium quadraginta annorum.

SVMMARIVM.

1 *Rector Ecclesiæ potest venire contra proprium factum attenta nullitate actus ex defectu potestatis præiudicandi propriæ Ecclesiæ.*
2 *Alienatio bonorum Ecclesiæ sine legitimis solemnitatibus facta non tenet.*
3 *Obligatio de bonis Ecclesiæ reseruato beneplacito Apo-*

Apostolico est intelligenda quatenus beneplacitum de iure requiratur.

4 *Beneplacitum Apostolicum non requiritur in locatione bonorum Ecclesiæ solitorum locari, quia non egent solemnitate iuris si non alterantur inuestituræ.*

5 *Bona Ecclesiæ, quod sint solita locari probatur, vel per vnicam locationem solemnem, & à principio validam, & num. 7.*

Vel per duas concessiones effectum sortitas, & obseruatas per spatium 40. annorum.

6 *Beneplacitum Papæ præsumitur ex cursu 58. annorum, & minus, & quando non procedat.*

7 *Locatio Ecclesiæ ad hoc, vt dicatur solemnis non sufficit præsumptio solemnitatis ex cursu temporis, sed verè requiruntur solemnitates.*

Item nec sufficit attestatio Rectoris Ecclesiæ dicentis audiuisse, & vidisse beneplacitum, n. 8.

DECISIO CLV.

Censuerunt Domini, sententiam Rotalem esse confirmandam, in qua modernus Rector simplicis beneficij S. Siluestri in Ecclesia Cathedrali Mutinen. liberatur à promissione, & consensu renouandi emphyteusim bonorum d. beneficij in Iuniperam Belloncinam, & vlterius declarantur nullæ, & inualidæ concessionis bonorum in emphyteusim factæ vsque de anno 1566. per Gasparem Salingardum in personam Bernardini eius fratris germani, & aliarum per Paulum in alios factarum.

De iustitia primæ partis sententiæ non fuit dubitatum, si quidem fundatio huiusmodi beneficij, quæ contingit de anno 1402. omninò prohibet alienationem, permutationem, donationem, locationem vltra annum bonorum beneficij controuersi, & tamen Gaspar tunc beneficij Rector de anno 1566. locat omnia bona beneficij Bernardino fratri pro se, & hæredibus suis quibuscumque. Vnde cum sententiæ de partibus condemnet modernum Rectorem ad renouationem Inuestituræ, & concessionem bonorum Ecclesiæ Iuniperæ venditorum in perpetuum contrà formam erectionis, & iuris, ac Canonum §. *Emphyteusis, Auth. de non alien. &c. 1. & 2. de reb. Eccles. non alien. in Extran. Pauli II.* Meritò non obstante eius consensu, & licentia concessa Francisco vendendi melioramenta, & iura vtilia huius benefi-
1 cij potuit venire contra proprium factum, † attenta nullitate actus ex defectu potestatis præiudicandi propriæ Ecclesiæ *Redoan. de reb. Eccles. non alien. quæst. 77. cap. 1. num. 10. & decis. 116. numer. 1. coram Papa Gregorio XV.* & plenius fuit firmatum *in Feretrana Parochialis 11. Februarij 1628. coram bon. mem. Card. Virili.* Maximè, quia verba licentiæ, quæ dantur Sum. Francisci *num. 1.* non inferunt liberam facultatem vendendi, sed conditione apposita, quod emptores iuxtà tenorem antiquarum inuestiturarum teneantur cum beneplacito Apostolico accipere nouam Inuestituram, & debitum capsoldum persoluere; nec per Franciscum, aut Iuniperam adimpleta fuerit, non potuit per Iudices de partibus compelli ad nouam inuestituram faciendam.

De iustitia pariter secundæ partis sententiæ declarantis nullas, & inualidas concessiones tam anni 1566. quam subsequentes; apertè etiam constat, dum beneplacita Sedis Apostolicæ in omnibus concessionibus ex pacto requisita non dantur, nec aliter constet de iusta causa euidentis vtilitatis, vel necessitatis Ecclesiæ legitima solē-
2 nitate, † sine quibus ad alienationem bonorum Ecclesiæ deueniri non potest, *cap. de reb. Eccles. non alienand. Clem. 1. eodem tit. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17. num. 2. & decis. 430. num. 4. par. 2. rec. & in Rom. Domus quæ est 240. coram Episcopo Vrgellen. inter eius impressas,* vbi firmatur, quamlibet vtilitatem non sufficere; sed esse debet euidens, & realis, quod Ecclesiæ conditio melior efficiatur explicitè, non autem obscurè, & sub dubio.

Non obstat, quod huiusmodi noua inuestitura requisita respectiuè per Franciscum, & Iuniperam Venditores, & Emptores, ex promissione, & obligatione moderni Rectoris non egebat beneplacito Apostolico, quamuis in consensu apposito, cum illud intelligatur quatenus de iure
3 † necessarium sit. *Corn. consil. 11. num. 10. lib. 3.* quod idem dicebatur firmatum in ea *Montis Regalis iurisdictionis 16. Decembris 1605. coram bon. me. Penia*: Non esse autem necessarium prætendebatur, cum agatur de bonis solitis locari, quæ non
4 egent solemnitate Iuris, vbi, non alterantur inuestituræ *cap. 2. de reb. Eccles. non alien. Clar. in §. Emphyteusis quæst. 6. & in §. feudum quæst. 13. vers. nunc quæso. Put. decis. 1. de reb. Eccles. non alienan. d. Cæsar de Graff. eodem tit. decis. 3. nu. 14. & dec. 4. num. 20.*

Quia vera est conclusio, sed difficultas est in probando solito dandi bona in emphyteusim, quod altero de duobus modis posse tantummodo probare; omnes conueniunt, vel per vnicam locationem solemnem, & à principio validam, quæ non egeat cursu temporis pro illius validita-
5 te sustinenda, † vel per duas concessionis effectum sortitas, & obseruatas per spatium 40. annorum, *Put. & Clar. supra alleg. Hond. cons. 55. numer. 41. lib. 1.* & plenè fuit firmatum *in Roman. deuolutionis Domus 22. Maij 1619. coram bon. mem. Francisco Vbaldo,* & in alia *Rom. Domus n. 18. coram Episcopo Vrgellen. inter eius impressas 250.* De prima concessione facta per Gasparem non est agendum, quia caret beneplacito, & alijs solemnitatibus, duæ autem informes cum obseruantia 40. annorū non dantur, ex quibus possit desumi solitum Ecclesiæ inuestiendi.

Neque dicatur, quod prima anni 1566. tueatur ex decursu quinquaginta octo annorum, quo
6 tempore, † & minori etiam beneplacitum soleat præsumi *Seraph. dec. 671. num. 1. & 792. num. 5. cum allegatis.*

Quia adhunc effectum probandi vnicam solēnem concessionem non est agendum de suffragio decursus temporis, sed à principio debet esse solemnis, vel secundum requisita de iure, vel cum beneplacito Apostolico, & Iudicis executoris sen-
7 tentia, † quæ confirmet gratiam super euidenti vtilitate Ecclesiæ fundatam, & ità absque eo, quod sint demenda tempora vitæ Rectoris, vel alia impedimenta ad sustinendam negatiuam decursis temporis 30. annorum, quæ non conueniunt casui, de quo agitur, in his terminis fuit distin-

distinctum, & responsum apud *Seraph. decis. 434. 1451. num. 3. & in allegata Romana Domus 250. num. 18. coram Episcopo Vrgellen. & in Forosempronien. seu Eugubina bonorum 17.... 1638. coram D. meo Decano*, & ratione quidem manifesta, quia si solemnitas posset iuuari decursu temporis quoad vnicam, non esset recurrendum ad duas eum tempore 40. annorum obseruatas, dum vna semper sufficeret cum præsumptione beneplati Apostolici ex decursu 30. annorum.

Denique non obstat, quod constet de beneplacito Apostolico, & iudiciali confirmatione executoris gratiæ sine euidenti respectu Inuestituræ anni 1566. & quæ iustificatio desumitur ex confessione moderni Rectoris in positionibus emanata, quia illius responsio dicit se audiuisse, & vidisse, quæ non conuincit existentiam beneplaciti cum scientia confirmatoria de iure requisita ad constituendum solemnem primam concessionem, vt benè firmatur in allegata *dec. 250. num. 18. coram Episcopo Vrgellen.*

Et ità, &c.

R. P. D. ROIAS.

Posteà Episcopo Tarraconen.

Bononien. Fideicommissi de Glauarinis.

Mercurij 22. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Mandatum ad sustinendum iudicium, & sententiam probatur coniecturis, quæ plenè recensentur.

SVMMARIVM.

1 *Scientia, & patientia habetur pro mandato.*
2 *Mandatum probatur coniecturis etiam ad substinendum iudicium, & sententiam, & numer. 20. & 21.*
3 *Inhibitionem obtinens asserendo in illa, quod in curia fuit tractus videtur fateri esse executas citationes contra legitimum procuratorem ex quo inducitur mandatum tacitum.*
Et hoc procedit si dicta inhibitio loquatur de prædio in lite contento num. 4.
5 *Lis dicitur specificata in indiuiduo super prædio in inhibitione contento, & si fuerit expressa tantummodo lis quando super alio verificari non potest.*
6 *Productio iurium existentium penès principalem inducunt mandatum, & num. 8.*
7 *Scriptura existens penès aliquem ante motam litem præsumitur penès eumdem esse tempore motæ litis nisi de medio contrarium doceatur.*
8 *Scriptura præsumitur à fratre transmissa fratre in curia ad defendendam communem litem.*
9 *Productio iurium restringitur ad factum, & partem producentis.*
Fallit si fuit producta nomine plurium nu. 10.
11 *Mandatum præsumitur ex magna impensa.*
12 *Mandatum præsumitur in fratre in vno negotio quando etiam iudicialiter in alijs agit suo, & fratris nomine.*
13 *Mandatum præsumitur in fratre, ex sanguine, ex communione bonorum, ex longa lite, & magnitudine negotij, ex quibus inducitur scientia, & numer. 17.*
Præsertim si tempore litis frater pluries fuerit in Curia, & lis communi fratrum nomine agatur, num. 14.
15 *Ignorantia quando non est verisimilis induritur scientia, & dicitur probatio vera, & non præsumpta.*
16 *Scientia debet esse indubitata in præiudicialibus.*
18 *Actus ad hoc vt dicatur fauorabilis est considerandum initium non exitus.*
19 *Iudicium non debet claudicare.*
20 *Mandatum stante scientia, & paticutia ex coniecturis absque scrupulo præsumitur, & num. 22.*
21 *Nullitas ex defectu mandati attendi non debet si est turbida, ac dubia.*

DECISIO CLVI.

FVIT resolutum sub die 8. Martij * 1638. sententiam Rotalem pro immissione latam ad fauorem fideicommissariorum de Glauarinis quoad Demetrium esse nullam ex defectu citationis illius, vel eius legitimi Procuratoris, & quoad eum non intrare Aegidianam.

Hodiè proposita causa super eisdem Domini à decisis recesserunt, moti primo, quia constitit de scientia in d. Demetrio, quod hæc lis agebatur in Rota per Petrum fratrem communi nomine qua scientia in eo stante eoque non contradicente intrat præsumptio taciti mandati in personam dicti Petri, ita, & taliter vt videatur ei con-
1 sensisse † cum scientia, & patientia pro mandato habeatur, & ideò intrare theoricam *Innoc. in cap. ex parte Decani. num 2.* & ibi *Abb. num. 9. de rescript.* idem *Abb. in cap. cum olim num. 8. circa med. de offic. deleg. Aldobr. cons. 48. num. 9. lib. 1. Bisignett. dec. 13. de proc.* Secundò, quia constitit de mandato d. Demetrij saltem tacitò, & præsumpto in personam Petri fratris ex coniecturis, qui fuit citatus tam nomine proprio, quam nomine d. Demetrij fratris, ac vti eius Procurator, contra quem fuit sententia executioni demandata; coniecturis mandatum probari etiam ad effectum sustinendi
2 iudicium, † & sententiam contra aliquem vti Procuratorem latam sæpius firmauit, *Rot. vt apud Cassad dec. 3. num. 4. de Procur. & dec 32. num. 2. par. 2. & 350 num. 1. par. 4. diuers. & dec. 440. num. 5. par. 2. & 174. num. 3. in fin. & 322. nu. 4. par. 3. recent. Seraph. dec. 1326. num. 2. Gregor. dec. 44.* Coniecturæ adductæ pro parte fideicommissariorum ad probandam tam scientiam in Demetrio, quam tacitum mandatum in personam Petri fratris, quæ Domini placuerunt erant sequentes.

Prima, quæ visa fuit alias superare deductā fuit ex inhibitione obtenta per dictum Demetriū ab Eminentiss. D. Cardinali Antonio Almæ Domus Lauretanæ Protectore vti ministrum dictæ Almæ Domus sub narratiua, quod quidam ipsum in Curia in iudicium trahere ausi sunt, per
3 quam† confessionem in necessarium antecedens, si tractus fuit in iudicium fatetur executas esse citationes contra legitimum Procuratorem alias non posset dici tractus in iudicium cum dicta inhibitio

4 hibitio loquatur in indiuiduo de Villa Cadriani
contenta in hac lite ad trad.per Cresc.dec.2.num.3.
de iudic.Bellam.dec.603.num.1.Capic.dec.86.num.1.
& fuit dictum in Messanen.fœudi 22.Iunij 1635. co-
ram D.meo Verospio.

Nec obstat, quod in dicta inhibitione non
fuit specificata ista lis in specie, ex quo in ea ex-
pressa fuit lis in Curia, fuitque contra Glauari-
nos præsentata, specificatur dicta Villa Cadria-
5 ni, ex quibus dicitur specificasse † hanc litem in
indiuiduo cum in alia verificari non possit. Cæph.
cons.622.num.54.lib.5.Honded.cons.30.num.60.lib.1
Castill.de vsufruct.cap.39.num.29.Giurb.dec.45.nu-
mer.9.Greg.dec.90.num.3.

Secunda coniectura deducta fuit ex productio
ne iurium, inter, quæ adest apoca emptionis pre-
dij, de quo agitur, quam Demetrius in partibus
exhibuit, & recognitionem à tergo adnotari cu-
rauit, quæ solum sufficeret ad hunc effectum,
Surd. cons. 54. num.20.Gregor.dec.44.n.4. & dec.8.
num.8.par.2.diuers.& dec.440.num.7. par. 2. recent.
Vndè verisimiliter, ex quo dicta scriptura exta-
bat penès ipsum de anno 1630.ità apud eumdem
Demetrium d.apocæ existentia præsumitur de
7 tempore motæ † litis, nisi de medio contrario
doceatur, de quo non constat ad text.in l.siue pos-
sidetis C.de probat.Gratian.discept.262.num.12.eum
quoque illam transmisisse Petro præsenti in Cu-
ria ad effectum defendendi hanc causam vti com-
8 mune interesse præsumitur, † cum eam non aliun-
de Petrus, quàm è Demetrij manibus habere
potuerit, indeque vera mandati probatio resul-
tat Decian.cons.36.num.8.Gozzad.cons.11.num.5.&
13.Rot.in antiq.dec.3.de caus.possess.& propr. Cæs. de
Graff.dec.2.num.5.de reb. Eccles. & plenè per Greg.
XV.dec.176.num.8.Duran.dec.9.num.24.

Nec dictum fuit obstare, quod productio Iu-
rium restringatur ad factum, & partem produ-
centis, quia benè procederet si productio simpli-
citer ab vno tantum facta fuisset, quo casu præ-
9 sumeretur proprio † nomine potius facta, quam
alieno iux.not.per Greg.dec.472.num.4. sed quia iu-
ra, & apoca fuerunt producta nomine vtriusque
fratris, sicut vtriusque nomine lis fuit defensa,&
10 apoca prædicta verisimiliter † fuit transmissa à
fratre vt supra, propterea firma remanet præ-
sumptio mandati.

Tertia coniectura deducta fuit ex magis im-
pensis desumptis ex pluribus disputationibus
causæ, litisque defensione, quas de communi
11 negocio Petrum † fecisse sine participatione, &
contributione Demetrij fratris non est præsu-
mendum ex quibus etiam mandatum probari di-
xit Rota apud Seraph.dec.933.num.2.& in recent.de-
cis.808.num.6.par.1.& 440.num.6 part.2. Caual. de-
cis.590.num.10.

Quarta deducta fuit mandati præsumptio ex
eo quod Petrus in alijs negocijs, & etiam iudi-
cialiter occasione istius prædij egit similiter suo,
& fratris nomine, ideoque cum hæc causa etiam
12 contra Demetrium † fuerit commissa, & eodem
modo pariter actum fuerit non est verisimile,
quod fuerit neglecta defensio præsertim à solito
adnotat.per Bald.in l.fassus in 12. col. C. de fruct. lit.
Alex.in l.sæpè num.94.ff.de re iudic. Rot. in S. Marci
pensionis coram Sacrato apud Marches. de com-
miss. part. 2. fol. 486. numer. 7.

13 Qui ta eliciebatur ex arcta sanguinis † con-
iunctione propter fraternitatem, & bonorum
communionem, ac longam, & acerrimam dis-
cussionem, continuationem litis, longitudinem
temporis, quo lis agitata fuit, magnitudinem
negocij, prætensionum fideicommissariorum,
quibus omnibus concurrentibus dicebant Domi-
ni esse incredibile Petrum in re tam graui De-
metrium de omnibus certiorem non fecisse, præ-
sertim quia pluries dictus Petrus occasione huius
litis Patriam reuersus Romam redijt, quæ om-
nia simul iuncta sufficiunt ad inducendam scien-
14 tiam, stante quod hæc lis communi fratrum †
nomine agebatur iuxta trad.per Surd.cons. 355. nu-
mer.20.& 24.Cephal.cons.314.num.19.& seqq. Rot.
dec.74.num.2.par.2.recent.& fuit resolutum in Ro-
mana Saluiani 1.Martij 1627. coram Eminentiss. D.
15 Card.Vbaldo, & quia igorantia non est verisimilis
præsumitur scientia, & ideò probatio dicitur ve-
ra; & non præsumpta, Rot.dec.3 6.num. 4. par.2.
recent.& post 2.vol. cons.Farin.dec.208.num. 7.

Nec obstare, quod agatur in præiudicialibus,
16 quo casu scientia debebat esse certa, † & indu-
bitata ex adductis in dicta decisione 8. Martij
1638.quia stante arcta sanguinis coniunctione
inter Petrum, & Demetrium grauitate negocij,
alijsque facti circumstantijs sufficere visum fuit
17 scientiam † prasumptam deductam ex tot con-
iecturis supra ponderatis ex allegatis per Ruin.
cons.101.sub num.14.lib.1.Rot cons.4 num.32.lib. 2.
Surd.cons.315.num.20.Rot.dec.32.num. 5. par. 2. di-
uers.Gregor.decis.44. non facta differentia, quod
supradicta omnia procedant in fauorabilibus,
non autem in præiudicialibus, quia Demetrio
fuit fauorabile, vt Petrus frater defensionem su-
18 sciperet in hoc iudicio quamuis succubuerit, †
ex quo non exitus, sed initium debet attendi, vt
post Angel.tradit Alexan.in l.sæpè num.87. vers. non
obstat ratio,ff.de re iudic.alioquin dicendum esset,
quod si sententia lata fuerit pro absente iudicium
19 sustineretur ex præsumpto mandato, si verò con-
tra secus consequenter iudicium claudicaret con-
trà expressas iuris regulas, de quibus in cap. non
debet de reg.iur.in 6.l.non debet ff.eod.l.fin.ff.de fruct.
& lit.expens.Menoch.cons.267.num. 29. & dixerunt
dictam Theoricam Innoc.in d.cap.ex parte Decani,
20 procedere absque aliquo scrupulo † concurrenti-
bus supradictis coniecturis Gab. qui testatur de
comm.cons.149.num.65.lib.2.Mantic.de tacit.d. tit.7.
num.4 in fin.Abb.cons.7.num.7.par.2.Cassad. dec.33.
num.5.& de reo loquitur dec.350. par. 4. diuers. &
dec.165.num.7.par.4.rec.

Sexta deducta fuit ex quo constat de iustitia
sententiæ, ac immissionis concessæ fideicommis-
sarijs, quæ fuit confirmata per duas decisiones
coram me vtraque parte informante, vnumque,
& idem ius existat ipsorum fratrum, eademque
causa defensionis proueniens ex prædicta apoca
venditionis, qua Petrus emit nomine suo, ac
Demetrij fratris, nec quidquam prorsus dedu-
catur ab vno, quod ab altero non fuerit allega-
tum, quibus stantibus dictum fuit satis esse osten-
21 dere prætensam nullitatem † ex defe o sufficien-
tis mandati esse saltem turbidam, ac dubiam, vt
attendi non debeat, Franc.Monald.cons.87.& cons.
143.nu-

143. num. 25. lib. 1. Parlad. lib. 2. verum quotid. cap. fin. par. 1. §. 1. num. 10. Viu. dec. 331. num. 2. Rot. Ianuen. dec. 23. nu. 16. Mich. Ferrer. 3. p. obser. cap. 288. Anton. Oliban. de action. num. 4. Codex Fabr. lib. 3. tit. 12. de iurisdict. omn. Iudic. Thes. dec. 228. Rot. dec. 536. nu. 5. par. 4. recentior. cum semper in iudicio stet præsumptio pro validitate; In præsenti verò non tantum sumus in dubio, sed potius in claris, cum ex tot coniecturis supra ponderatis constet de scientia in Demetrio, quod hæc in lis agebatur
22 per Petrum communi nomine, † & nunquam reclamauit, ex quibus omnibus oritur mandatum, ac ratificatio iuxtà supradictam theoricam *Innocentij in d. cap. ex parte Decano num. 2. de rescript.* cum alijs supra adductis, quæ Dominis placuerunt.

Et ita resolutum vtraque parte informante &c.

DECISIO CLVII.

R. P. D. BICHIO.

Bononien. Fideicommissi.

Mercurij 22. Iunij 1639.

Est impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 7.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Fanen. Prædij.

Lunæ 27. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Peritus electus ad mensurandum, & existimandum prædium vtique censetur habere facultatem illud terminandi, cum absque terminatione non possit nec mensurari, nec extimari.

SVMMARIVM.

1 *Peritus facultatem sibi concessam excedere non potest.*
2 *Peritus non dicitur excedere facultatem sibi concessam ea faciendo, quæ necessario debent præcedere ad peragendum id ad quod fuit deputatus, & numer. 3.*
4 *Electio peritorum, & acquiescentia in gestis ab eis arguit fuisse illis facultatem concessam.*
5 *Peritus electus ad faciendum actum præsentibus, vel absentibus dicitur habere facultatem illud faciendi parte absente, & non citata.*
6 *Producens scripturam acceptat in ea contenta.*
7 *Fouea sæpè viuida munita deseruit pro termino, quod procedit, & si fouea tota prædij terminandi cum vltima linea deseruiat.*
8 *Deponere non est soluere.*
9 *Depositum si non est liberum, & integrum non suffragatur.*

DECISIO CLVIII.

ITerum hodiè proposita causa super decisione sub die 10. Decembris * anni præteriti, emanata, in qua firmatum fuit, Petro Paulo Leonardo venditori prædij, de quo agitur, non obstare prætensam exceptionem, non implementi, respectu terminationis eiusdem prædij, quominus ipse agere possit pro solutione ratæ pretij, ac fructuum recompensatiuorum contra Petrum Aloysium de Monteueteri illius emptorem, Domini steterunt in decisis ex eisdem fundamentis in prima decisione deductis, quæ adhuc sistere visa fuerunt.

Non obstant, quæ iterum hodiè opponebantur ad probandum, terminationem dicti prædij fuisse nullam, & imperfectam, & propterea non posse d. Leonardo suffragari; Quoniam respectu primæ nullitatis desumptæ, ex eo, quod Peritus, qui dictum prædium terminauit, fuerit simpliciter electus ad mensurandum; & æstimandum, non autem ad terminandum, ac proindè non potue-
1 rit, fines facultatis excedere, dictoque prædio terminos apponere, *ad l. non distinguimus §. de officio l. si cum dies §. plenum, ff. de recept. arbitr. cum alegatis*; Illa cessat ex eo, quia cum mensuratio, & æstimatio d. prædij fieri non potuisset, nisi præcedenti determinatione confinium ex quibus dignosceretur, quanta, quæue res esset, quæ men-
2 surari, & æstimari debuisset, † iuxta ea, quæ in proposito notant *Hieron. de Mont. tract. de finib. cap. 15. num. 3. & cap. 88. num. 1. Rim. Sen. cons. 252. nu. 12.* vtique concessa facultate mensurandi, & æstimandi; sequitur, facultatem etiam terminandi,
3 quæ necessario præcedere debuit, demandatam fuisse, *l. ad. legatum ff. de procurat. Castrens. cons. 12. num. 4. vol. 1. Mantic. de tacit. libr. 7. tit. 15. numer. 29.*

Præsertim, quia dicti contrahentes iam conuenerant inter se quoad terminationem, mensurationem, & æstimationem dicti prędij faciendam, cuius conuentionis vigore Peritos ad mensurandum, & æstimandum, elegerunt; deindeque passi fuerunt, eosdem ad terminationem dicti prædij deuenire, nec reclamarunt, ob quam
4 electionem, & acquiescentiam, † censentur, eisdem Peritis, facultatem etiam terminandi, concessisse, *ex not. per Innoc. in cap. ex parte num. 13. de rescript. Greg. XV. dec. 44. num. 2. & ibidem addeu. cum alijs alleg. in decis.*

Respectu verò alterius assertæ nullitatis deductæ ex defectu interuentus d. Aloysi emptoris, qui in actu terminationis interuenire, vel saltem citari debuisset, dicebatur, illa non visa fuit releuare i nam esto, quod d. Aloysius in actu d. terminationis re vera non interuenisset d. terminatio visa fuit valida, quia Periti fuerunt electi ad mensurandum, & æstimandum, & sic etiam ad terminandum ex supra allegatis, cum clausula quandocunque, partibus præsentibus, vel absentibus, in omni die, hora, loco, & tempore, *vt in Summario* aliàs dato *num. 2.* quæ clausula operatur, vt dicti periti potuerint, facultatem sibi demandatam, exercere, etiam parte absente
5 † & non citata prout in simili de arbitrio firmat *Blanch. de comprom. q. 9. princ. nu. 6. tom. 3. p. 1. fol. 191.*

Carp.

Carp.ad Stat.Mediolan.p.1.cap.109.num.207. vers.1. si ex forma.

Prædictaque facilius procedere visa fuerunt, tum quia Aloysius emit prædium de quo agitur, pretio æstimando à d.peritis, dictumque pretium promisit soluere ad rationem mensuræ faciendæ; Vnde si forte in appositione terminorum, eo absente, aliquid detractum fuisset, tanto minus idem emptor, soluere debuisset. Tum etiam, quia idem Aloysius relationem periti in iudicio produxit, eamque recognosci curauit ob quam productionem, censetur, terminationem in ea con-
6 tentam † acceptasse, *ex cumulat.per Hond.cons.78. n.8.vol.1.Surd.cons.151.n.6.vol.1.Greg.XV.dec.238 n.5.& ibi adden.n.5.*

Nec pariter obstat, quod prædicta terminatio fuerit saltem imperfecta ex defectu appositionis termini in ea parte dicti prædij, quę inhæret alteri prædio vicino; Etenim, cum ex relatione eiusdem periti, ac positionibus datis ab eodem Aloysio emptore, appareat, in parte, de qua agitur, existere foueam manufactam, eamque in eminentiori margine esse munitam sæpe, vepribus viuida, non fuit necessaria appositio alterius termini, cum ipsamet fouea pro termino deseruisset. *Hier.de Mont.tract.de finib.cap.17.num.5. par.2.Franc.Marc.dec.111. num.5.par.2.cum alijs allegatis in decisione, quæ reuidetur.*

Nec dicatur, prædicta procedere in fouea, quæ esset communis vtrique prædio, & sic diuisoria, secus verò, quando illa, prout hic est posita totaliter in vno prædio, sicque alteri prædio cohæreret; tunc enim non videtur pro termino eiusdem prædij deseruire, cum terminus debeat esse extra rem terminatam; Nam placuit responsio data in d. decisione, quod licet ista fouea sit posita totaliter in prędio vendito, non tamen excluditur, quin vltima linea, seu extremitas eiusdem foueæ, possit esse terminus eiusdem prædij terminati.

Nec releuat exaduersò allegata consuetudo illarum partium, quod vbi fouea totaliter sita est in vno prædio, tunc extremitas, seu vltima linea dictæ foueæ, non potest deseruire pro termino, cum dicta fouea debeat habere distantiam vnius palmi, vltra suam extremitatem, ad hoc, vt illa occasione repletionis expurgari possit.

Quoniam, vltra quod asserta consuetudo non probatur concludenter, prout probari deberet à d.Aloysio, qui in ea se fundat, adhuc militat supradicta responsio, nimirum, extremitatem eiusdem palmi, qui se extenderet vltra foueam, fore terminum eiusdem prædij, cum vtrobique militet eadem proportionis ratio.

Denique non obstat prætensum depositum ratæ dicti pretij exaduersò allegatum pro euitanda solutione fructuum recompensatiuorum, quia
8 vltra † quod, deponere, non est soluere *Bart.in l. item liberat.§.1.ff.quib.mod.pign.vel hypot.solu.* cum alijs relatis *à Tiraq.de retract.lignag.§.9.gloss.3.n.3 Greg.XV.dec.146.n.1.vbi adden.nu.20.Rot.dec.149. num.8.par.2.rec.* Cum illud dicatur, non fuisse integrum, neque liberum; † non suffragatur, *Alex.cons.75.num.9.vol.7.Aym.cons.105.nu.. Gregor.XV.dec.505.num.6.& ibi latè adden.num.11.*

Et ita vtraque parte informante fuit decisum.

☞ *Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 10. Decembr.1638. coram bon.mem. Dunozetto, est supra in hac parte dec.95.*

R. P. D. ROIAS

Postea Episcopo Tarraconeñ.

Faneñ Commendæ.

Lunæ 27. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Religio SS. Mauritij, & Lazzari non potest vti expectatiuis in collatione commendarum cum expectatiuæ, & à concilio, & constitutionibus Pontificum sint reuocatæ Constitutiones. Pontificiæ sicuti nec expresse ita nec tacitè tolli possint.

SVMMARIVM.

1 *Commendæ collatia ad hoc, vt valeat debet doceri de potestate conferentis, & de capacitate illius cui confertur, & de alijs requisitis contentis in Bulla Pij IV.*

2 *Dispensatio ætatis pro obtinenda commenda cum sit de reseruatis Papæ non potest ab inferiori concedi.*

3 *Gratia expectatiuæ est contra ius, & contra Concilium Tridentinum per quod fuerunt reuocata priuilegia expectatiuarum.*

4 *Gratia expectatiuæ si non habet clausulam ex tunc expirat per mortem concedentis.*

5 *Habens omnimodam dispositionem concedendi beneficia est intelligend.de dispositione legitima iuxta leges non de expectatiuis.*

6 *Testator qui de iure potest ad libitum de rebus suis disponere, non potest contra legum præcepta disponere.*

7 *Constitutio Pij V. in ordine 28. reuocatur per Constitutionem 73. tamquam posteriorem.*

8 *Derogatio Constitutionis Pontificiæ restringitur ad expressa, & non extenditur de casu ad casum.*

9 *Concilium ligat à die publicationis, & sic Constitutiones Pontificum præsumuntur vsu receptæ, vt saltem à die insertionis in Bullario.*

Constitutiones Apostolicæ non possunt tolli per non vsum nisi data scientia, & consensu Papæ, numer. 9.

10 *Constitutiones Pontificis sicuti non possunt expresse ita nec tacite abrogari.*

11 *Scientia Pontificis non arguitur ex scientia Nuncij maximè in præiudicialibus.*

12 *Non vsus Constitutionis Papæ est probandus per præscriptionem 40.annorum cum existentia contradictoris.*

DECISIO CLIX.

Dvbitaui hodiè, an sit standum, vel recedendum à decisis sub die 28. Februarij præteriti, in qua * dictum fuit Commēdam Ord.SS.Mauritij, & Lazzari vacantem per obitum q. Equitis Bolognini nunc possessam per Equitem Carolum Emanuelem Manellum esse adiudicandam Equi-

Equiti Manzino; & fuit resolutum standum esse in decisis; Ratio resolutionis fuit, quia subsistunt omnia motiua prædictæ decisionis, cum Manzinus docuerit de collatione ad eius fauoré facta per Serenissimum Magnum Magistrum habentem ius conferendi, & de eius capacitate propter professionem emissam, vt ex publico Instrumento professionis doctum fuit concurrenti-
1 bus etiam omnibus † requisitis, de quibus in Bulla fel. record. Pij IV. & aliorum Summorum Pontificum de iure illi Commendæ adiudicatio competit *ex cap. dilectus, vbi gloss. de off. deleg. Ferrett. cons. 33. num. 4. Rota decis. 337. num. 1. par. 2. recent. cum in alijs in d. decis. adductis*.

Non obstare DD. dixerunt gratiam Equitis Manelli obtentæ expectatiuæ de hac Commenda à Serenissimo Duce Carolo.

Quia fuit multipliciter responsum, & primo quod tempore obtentæ expectatiuæ per Carolum ipse erat infans, & incapax ratione ætatis requisitæ per stabilimenta Religionis; Ideoque erat
2 necessaria † dispensatio Apostolica, nec sufficiebat dispensatio Serenissimi Duci cum sit de reseruatis Papæ, & inferior ab eo illam non potest concedere ex *Gambar. de off. & potest. legat. lib. 2. tit. de var. ordin. nom. numer. 197. Azor. Instit. moral. par. 2. lib. 2. cap. 5. num. 9. Garz. de benef. par. 7. cap. 3. num. 8.*

3 Secundò responsum fuit gratiam † expectatiuæ esse contra ius, vt in *cap. 2. de concess. præb. in 6.* contra dispositionem Sac. Concil. Trid. *sess. 24. cap. 19. de reform. notat. Paris. de resig. libr. 3. quæst. 6. num. 14. & ex Const. 73. san. mem. Pij V. in Bullar. nouo tom. 2.* vbi fuit facta expressa mentio de militia S. Lazzari *in §. Quinto* reuocat omnia, & quæcumque priuilegia Magistris, & Conuentibus Militiarum, data concedendi expectatiuas, ex quibus oritur, quod Magnus Magister SS. Mauritij, & Lazzari non habeat talem facultatem.

Tertiò, & in omnem casum, ex quo in d. expectatiua non adest clausula, ex nunc prout ex tunc. Ideò illa expirauit per mortem Sereniss.
4 Ducis Caroli Magni † Magistri concedentis *iux. tex. in cap. si cui nulli de præben. in 6.* cum alijs adductis *per Garz. de benef. part. 6. cap. 2. numer. 301. & 305.*

Nec *d. Constitutio Pij V.* sublata remanet per aliam eiusdem Summi Pontificis Constitutionem, quæ est in ordine *la* 28. §. 22. vbi Pontifex dat Magno Magistro Militiæ S. Lazzari super Prioratibus, & Præceptorijs plenariam, & omnimodam etiam meri, & mixti Imperij iurisdictionem, & superioritatem, quia placuit responsio data, quod quatenus exindè inferri posset ad liberam dispositionem conferendi benefi-
5 cia talis dispositio venit intelligeñ † de dispositione legitima, & iuxtà leges, & consequenter non de expectatiuis, quæ sunt contra leges ex prædictis, prout in simili dicimus, quod facultas amplissima concessa Testatori, vt ad libitum
6 de rebus fuit disponat † *iux. § disponat auth. de nuptijs*, non propterea efficitur, vt possit contrà legum præcepta disponere per *text. in l. nemo potest, ff. de reg. iur.* & cessat difficultas, quia *dicta Constit. 28.* edita Pontificatus Pij V. anno primo, reuocatur per *d. Constit. 73.* eiusdem Pontificis
7 editam anno 7. & consequenter posteriorem *iux. dec. Caual. 627. num. 7. & 8.*

Nec minus prædicta *Constit. 73. Pij V.* dici potest abolita, & reuocata *per Constit. 102. Clement. VIII. in Bullar. nouo tom. 3. in §. 17.* Nam ibi solum disponitur de vnione Religionum S. Mauritij, & S. Lazzari, eorumque reseruatione, & in hoc derogatur alteri *Constitutioni Pij V.* æditæ 7. Kal. Februarij, quæ non est *Constitut.* prædicta 73. ità, & taliter, vt nullo modo possit
8 inferri ad † alterius Constitutionis derogationem, quæ restringitur semper ad præmissa, & de casu ad casum non extenditur, vt dictum fuit *in Valentina subsidij 4. Maij 1611. coram bon. mem. Pœnia.*

Nec obstant, duo Testes inducti ad probandum vsum expectitiuarum in d. Religione, & non vsum S. Concilij, necnon d. Constitutionis Pij V. quia, & Concilium ligat à die publica-
9 tionis, & Constitut. Pij V. præsumitur vsu recepta ab ipsa die publicationis, vel saltem insertionis in Bullario, cum nec Constitutiones Apostolicæ tolli possint per non vsum, nisi concurrat scientia positiua, & consensus Papæ, nam sicuti Principes sæculares, & Populus non possunt Constitutionem Pontificis abrogare expressè, ità
10 nec tacitè per non vsum, *Aym. consil. 811. versic. proindè quoties, Caual. decis. 85. sub num. 2. & 423. num. 2. & alias in recent. dec. 297. nu. 3. & 4. par. 1.* & optimè *in Maioricen. Indultorum 11. April. 1639. coram D. meo Merlino.*

Nec scientia prædicta positiua remanet probata per testes post *d. decis.* 28. Februarij in hac causa factam examinatos, imò secundus testis explicitè ait nescire, An Sedes Apost. siue eius Ministri scientiam præcisè habuerint harum expectatiuarum; Et quantumuis primus dicat fuisse introductam litem occasione cuiusdam expectatiuæ, litemque fuisse agitatam coram Nuncio Apost. non tamen dicit Nuncium sententiasse canonizando expectatiuam; Imò expectatiuá non fuisse effectuatam. Prætereà ex scientia
11 † Nuncij non infertur necessario ad scientiam Summi Pontificis maximè in præiudicialibus *iux. tex. in l. quod vulgo, ff. pro empt. Alex. cons. 84. num. 4. & 5. lib. 1. Natt. consil. 636. numer. 19.*
12 *& seqq.* & assertus non vsus esset † probandus per præscriptionem 40. annorum in casu indiuiduo, & quod adfuisset contradictor, prout in præsenti, *Rol. cons. 53. num. 39. vers. vlt. dicitur Gregor. XV. dec. 269. num. 4. Rot. dec. 697. num. 4. par. 1. recent.* quæ probationes non adsunt.

Quæ verò opponuntur ad nõ ius Equitis Manzini ex defectu legitimę probationis professionis emissæ, & non subscriptionis Equitum, seu Ducis viuentis difficultas remansit sublata in alia decisione in hac causa sub d. die 28. Februarij præteriti, vbi plenè fuit responsum huic motiuo.

Et ità resolutum vtraque parte informante.

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 18. February 1638. est supra in hac parte decis. 114. & infra habetur altera sub die 6. Febr. 1640.

R.P.D.

R. P. D. PANZIROLO.

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Romana, seù Ianuen. Quarti Dotalis.

Lunæ 27. Iulij 1639.

ARGVMENTVM.

In Restitutione Dotis, & lucri attenditur statutum domicilij viri, & locus ad quem sponsi sunt ituri non autem locus, in quo contrahitur matrimonium.

SVMMARIVM.

1 *Ciuem Romanum quem esse ex quibus dignoscatur.*
2 *Restitutio dotis, & solutio quarti facienda est in loco ad quem sponsi sunt ituri, & in quo adest domicilium mariti non autem in quo fuit celebratum matrimonium.*
3 *Restitutio dotis est facienda secundum statutum loci, in quo celebratur Matrimonium, & quis vti ciuis illius loci contrahit.*
Contrarium verius num.4.
5 *Lucrum dotis iuxtà statutum Vrbis debetur etsi nulla de eo sit facta mentio.*
6 *Constitutio Sixti Papæ V. 52. declaratur.*
7 *Prouisio facta à Papa in fauorem subditorum non est in eorum perniciem retorquenda.*
8 *Solemnitates statutariæ in constractibus minorum, Mulierum, & Ecclesiæ non requiruntur in contractibus fauorabilibus.*
9 *Statutum prohibens Maritum legare vxori, & è contra non comprehendit Vxorem forensem legantem Marito subdito.*
10 *Via executiua competit pro dote, donatione propter nuptias, & lucro dotalis etiam contra tertios possessores ex stat. Vrbis lib.1.cap.85.*
11 *A.C. procedit executiuè in causis in quibus alij tribunales Vrbis executiuè procedunt.*
12 *Obligatio in forma Cameræ continet stipulationem ad fauorem omnium quorum interest.*
13 *Via executiua proceditur contra obligatum in forma Cameræ.*

DECISIO CLX.

CVM D. Eugenia Spinula de anno 1590. in Ciuitate Ianuæ cum dote sc. 22. mil. auri stamparum nupta fuerit bon. mem. Marchioni Vincentio Iustiniano, sequuto ipsius obitu sine filijs ann. prox.præt. petijt à D. Marchione Andrea hærede instituto vna cum dote quartum etiam dotale, iuxtà dispositionem Statuti Vrbis lib. 1. cap. 131. sed cum d. D. Marchio Andreas quartum soluere recusasset, habito recursu per D. Eugeniam ad A. C. mandatum ad sui fauorem relaxari obtinuit, à quo decreto, cum pro parte D. Marchionis Andreæ fuisset appellatum, Sanctiss. D. N. in Signatura Gratiæ communicatis mihi facultatibus A. C. rescripsit cum clausula si quid exequendum; Vndè cum hodiè disputauerim, an mandatum prædictum sit exequutioni demandandum, vel de nouò relaxandum, Domini pro noua illius relaxatione responderunt, cum verba Statuti clarè disponant, quod si vir prædecedat liberis non extantibus, sicut è contra vxor tam quoad vsumfructum, quam quoad proprietatem quartam partem dotis lucretur.

Nec obstare visum fuit, quod circa lucrum dotale in casu præsenti non sit attendendum statutum Vrbis, sed Statutum Ianuæ, in qua contractus fuit celebratus, quia cum Ioseph Iustinianus, qui fuit Pater Marchionis Vincentij, post redactam Insulam Chios in Turcarum potestaté Romam cum filijs, totaque familia deuenerit, ibique domicilium, non solum longa habitatione contraxerit, sed de anno 1580. & sic ante initum matrimonium inter Vincentium filium, & D. Eugeniam Ciuem Romanum fieri obti-
1 nuerit, † vt constat ex fide authentica Secretarij ipsius Populi Romani, & de anno 1588. & sic ante etiam dictum matrimonium Casale in Territorio Romano Palidorum nuncupatum pretio scutor. 80. mil. emerit; vt patet ex publico Instrumento, ac successiuè Palatium pro scut. 18. mil. Vineamque extrà Portam Flaminiam pro scut. 2500. vt constat ex partitis librorum ipsius Iosephi comparauerit, tres filias tribus nobilibus Romanis Ciuibus in matrimonium collocauerit, itaut dubitandi locus non sit, quin etiam Marchio Vincentius ipsius filius de tempore matrimonij Vrbis Incola diceretur, prout postea id euidentius comprobauit Marchionatum comparando, Cappellam in Ecclesia B.M. supra Mineruam magno sumptu construendo, ibique sibi, & posteris sepulturam eligendo, & alia similia gerendo, quæ ad verum Romanum Ciuem spectant, vt toti Curiæ notissimum est, existimarunt Domini nullatenus esse attendendum locũ vbi contractus fuit celebratus, sed potius ipsius Marchionis Vincentij ituri domicilij locum ad quem coniuges erant ituri, & in quem propte-
2 reà collata censetur restitutio dotis, † & consequenter solutio quarti dotalis, iuxtà tex. in l. exigere dotem ibique *Doct. ff. de Iudic. Archidiacon. in cap. illud num. 7. 12. distinct. Butr. in cap. 1. nu. 12. vers. sed in casibus vbi Abb. num. 11. Felin. num. 24. de sponsalib. Bart. in l. cunctos Populos numer. 18. in fin. vers Statutum est de summa Trinitate, vbi Fulg. num. 19.* dicit hoc sibi contigisse cum est Placentinus, & duxisset vxorem Papiæ, *Caccialup. sub num. 117. & 124. & seqq. lib. 7. Roderic. Suarez. ad leg. Regn. tit. delas ganantias num. 43. post med. vers. est verum, pulchrè Alex. consil. 100. sub n. 9. & seqq. lib. 3. Cuman. consil. 26. Ruin. consil. 59. num. 8. in fin. vers. quia etiamsi, & num. 9. & seq. lib.3. Surd.cons.483.nu.1. Mantic.qui plures cumulat de tacit.lib.3.tit.14.per tot. Roland. de Lucr. dot. q. 21. Giurb. de constit. Messanen. cap 1. gloss. 1. num. 65 Grat. discept. forens. 609. sub num. 24. & seqq. Seraphin. dec. 504. sub nu. 5. Valasc. dec. 175. num. 22.* & fuit resolutum *in Bononien. dotis 7. Febr. 1620. coram R.P.D. meo Ghisilerio.*

Nec visum est releuare, quod Marchio Vincentius contraxerit matrimonium Ianuæ tanquã
3 Ciuis Ianuensis, & non † tanquam forensis, & ideò debeat attendi Statutum Ianuæ iuxtà opinionem *Barbat. in cons. 4. numer. 7. lib. 2. cum quo transit Phanuc. de lucr. dotal. glos. 9. num. 26. vers.* istum

istam Barbatiæ opinionem, qui voluit, quod si habitans Bonon. in Patria sua Florentina ducat vxorem Florentinam attendatur Statutum Florentiæ, non autem Bononiæ; Nam vltrà quod Domini ponderabant Marchionem Vincentium non fuisse Ciuem Ianuen. originarium, sed tantum ex priuilegio, vt ipsemet asserit in suo testamento, adhuc tamē responsum fuit contra Barbat. extare commu-
4 nem opinionem in contrarium, ipsumque † ab omnibus alijs reprobari, vt tradit *Caccialup. in d. l. cunctos populos C. de summ. Trinit. vbi sub numer.* 114. proposita controuersia dicit se in eo casu requisitum à Florentinis de sua sententia secundum conscientiam suam ita respondisse; *Et Rodriq. Suarez. vbi supra n. 44. dicit fundamenta Barbatiæ esse debilia, & spernenda, nec esse recedendum à communi opinione, & contra Barbat. in eod. casu consulit Alex. d. cons. 100. qui etiam testatur de veriori sententia.*

Minus visum est releuare, quod Marchio Vincentius in contractu dotis promiserit illam restituere nulla facta mentione de quarto dotali, ex quo videtur posse inferri, quod noluerit teneri ad solutionem quarti, quia hoc obiectum cessat ex lectura ipsius Statuti Vrbis d. cap. 131. vbi disponitur pactum de lucrando quartum semper in instrumentis dotalibus censeri appositum, &
5 stipulatum, nisi expressè de partium † contrahentium voluntate fuerit remissum, aut aliter conuentum prout in simili dicit *Menoch. in consil. 256. num. 13. & seqq. Aym. consil. 880. num. 8.* semper enim intelligitur præseruata clausula lucri delata per Statutum *Dec. cons. 402. sub n. 4. Natt. cons. 103. num. 3. Roland. de lucr. dotal. q. 37. num. 9. & seqq.*

Nec pariter visa est releuare Constitutio Sixti
6 Papæ V. 52. super reductione † dotium ad summam scut. 5500. quia in eius editione intentio Papæ sola fuit reformare excessiuos sumptus Ciuium Romanorum, ne illis mediantibus quotidiè pauperiores fierent, & propterea non solum dotes, verum etiam conuiuia occasione nuptiarum fieri solita reformauit, vestesque sumptuosas tam viris, quam mulieribus prohibuit, quapropter cum dos de qua agitur non fuerit constituta, neque in Ciuitate Romæ, nec à Romano Ciue, Domini censuerunt nullo pacto compræhendi debere sub dicta prohibitione, alias enim sequeretur quod dum Papa prouideri voluit, ne Ciues Romani propter excessiuas dotes depauperarentur, vnico etiam contextu statuere voluerit, quominus ditiores fierent recipiēdo ab exteris dotis ingentis quantitatis, ad Vrbem traducendo, & sic prouisio facta à Papa fauore subditorum retorqueretur in ipsorum perni-
7 ciem, † & damnum, quod tamen non est attendendum ad *tex. in l. quod fauore C. de legib. cum vulg.* pro quo videtur facere, quod dicitur de Statutis circa solemnia in contractibus mulierum, vel Ecclesiæ, quæ non habent locum quan-
8 do ipsi acquirunt, vel vtiliter contrahunt, † vt latè *Tiraquell. de legib. connub. gloss. 8. numer. 56. 76. & 85. Surd. cons. 9. num. 11. & seqq. cons. 523. num. 1. Rimin. Iun consil. 140. num. 4.* Principes enim summoperè gaudent, quando ipsorum subditi non minus occasione delatæ hæreditatis in aliena ditione sitæ, quam receptionis magnæ dotis ab alienigenis amplioribus facultatibus affluunt; Et facit simile de statuto, quo prohibetur, quod vir non possit legare vxori, & è
9 contra, † quod non capiat vxorem forensem, quæ legat marito subdito propter cessationem rationis ipsius Statuti, *Riminal. cons. 171. num. 32. & seq. ad trad. per Surd. cons. 305. num. 5.*

Demum non obstat quod Marchio Vincentius non se obligauerit in forma Cameræ, & sic D. Eugeniæ pro consequutione quarti non competat via exequutiua, quia vltrà quod pro dotibus, & donationibus propter nuptias, seu pro lucro dotis Statutum Vrbis lib. 1. cap. 85. concedit viam executiuam, etiam contra tertios posses-
10 sores, vt † dixit *Rot. decis. 161. num. 4. part. 4. recent.* & A. C. cuius facultates mihi sunt concessæ, procedit executiuè in causis, in quibus
11 in alijs Tribunalibus Vrbis executiuè proceditur, prout *Rota firmauit decis. 103. num. 4. in fin. par. 1. recent. & in Lucana dotis 19. Ianuarij 1629. coram bon. mem. Card. Virili;* Responsum fuit, quod cū Marchio Vincentius mandauerit, quod statim sequuta eius morte satisfieret D. Eugeniæ de toto eo, quod illi deberetur, & D. Marchio hæres omnia contenta in testamento promiserit obseruare in forma Cameræ, quæ continet stipulationem ad fauorem omnium quorum interest,
12 † & sic D. Eugeniæ *Rot. decis. 796. num. 1. par. 4. diu. & apud Zacch. de oblig. Cam. decis. 97. num. 1. Gratian. discept. 204. num. 43.* Videtur executiuè
13 contra ipsum esse procedendum, † tanquam in forma Cameræ ad fauorem D. Eugeniæ obligatum, vt per *Gales. ad form. Cam. quæst. 37. num. 7. Rot. dec. 626. num. 2. par. 1. diu.*

Et sic vtraque parte &c.

R. P. D. BICHIO.

Augustana Decimarum.

Lunæ 27. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Vnicus Testis in possessorio quando non sufficiat. Episcopus ex quibus excludatur à lite vertente inter Parochum, & Vicarium. Confessio Prælati quando non noceat Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Vnicus testis sufficit in summarissimo possessorio cum leuiores requirat probationes.*
Fallit quando aliquid releuans deducitur in contrarium num. 2 & 5.
Ea ratione quia probatio per vnicum testem eliditur contraria quamuis minus plena num. 4. & 5.
3 *Testis vnicus regulariter pro inducente non probat.*
5 *Reus quando non ad elidendam sed offuscandam intentionem actoris tenuit, non indiget paribus probationibus.*
6 *Parochus super decimatione in parochia priuatiue ad Vicarium habet assistentiam iuris.*
7 *Sententia lata in iudicio moto per alium afficit etiam*

etiam alterum ad causam in statu, & terminis admissum.
8 *Instrumentum præualet testibus, & fortius vnico.*
9 *Possessio pendet ab animo.*
10 *Vicarius non potest præiudicare possessioni Vicariæ.*
11 *Cura animarum formaliter residet in Parocho Episcopo debetur quarta decimarum num. 12.*
12 *Episcopus quartam decimarum exigere potest à Parocho.*
13 *Cathedraticum est certum, & consistit in duobus solidis siue magis pingue, siue minus sit beneficium.*
14 *Episcopus non potest comparere tamquam defensor suarum Ecclesiarum quando lis non cum laicis, sed cum alia Ecclesia agitur.*
15 *Instrumentum ad vitam non suffragatur successoribus.*
16 *Possessio alicuius rei quando sumitur, censetur sumpta, & omnium iurium ad rem spectantium.*
17 *Res inter alios acta non nocet.*
18 *Confessio Prælati contra monasterium non valet voluntaria, sed debet esse coacta.*
19 *Confessio etsi iudicialis non dicitur coacta, quando nullo præcedente mandato, aut iussu Iudicis emissa est.*

DECISIO CLXI.

Reposita ap instantiam Reuerendiss. D. Episcopi Augustani causa hac, alias decisa sub die 18. Iunij & 19. Nouemb. 1635. * coram Illustriss. D. meo Ferrarien. Domini steterent, in secundo loco decisis, videlicet Vicario dandum esse mandatum de manutenendo in possessione duorum pratorum in Veidach. & Monsanger existentium, necnon in quasi possessione exigendi sex nummos pro quolibet prato, nouiter ad culturam redacto in Froschensee, in reliquis verò denegandum, ex quo non probatur Vicarij possessio.

Nec releuat nonus testis, qui de tali possessione deponit, & videtur sufficere in summarijssimo
1 possessorio, † quia leuiores probationes requirit, *Menoch. de retinen. remed. vlt. num. 34. Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis. 438. num. 2. & decis. 160. vbi add. num. 3.*

Non placuit responsio secundæ decisionis, quod neq; in summarijssimo manutentionis suffi-
2 cit vnicus testis, † quando aliquid releuans in contrarium deducitur, vt fuit alias dictum in *Boianen. Pensionis 27. Octobris 1616. coram bon. me. Penia impress. apud Marches. tom. 1. fol. 618. in fin.* & ratio est, quia probatio per vnicum testem quæ
3 regulariter imperfecta † est etiam contra ipsum inducentem, *Hond. cons. 84. num. 49. & seqq. lib. 2. Farinac. de test. qu. 62. num. 241. Greg. XV. decis. 215. num. 5. Rota decis. 407. nn. 34. par. 2. re-*
4 *cent.* eliditur contraria quamuis † minus plena probatione rei, iuxta *Theoric. Bart. in l. admonendi num. 50. & 51. ff. iur. iur.* quem sequitur *Aym. de antiq. temp. par. 3. §. 1. num. 30. Rot. decis. 238. num. 24. in fin. par. 1. diuers. dec. 664. nu. 3. par. 1. recent.* neque reus eget paribus probationibus quando tendit, non ad elidendam intentionem actoris, sed ad offuscandam illius probationem,
5 vt † benè distinguit *Surd. cons. 505. sub nu. 6. vers. nec dicatur,* vbi quod tunc satis est reo dubiam aliquo modo reddere probationem actoris, *Bald. cons. 79. num. 7. lib. 2. ex Text. in cap. cum partium de reg. iur. in 6. Aym. cons. 6. num. 147.*

In casu autem nostro contra dictum noni testis deducitur primo assistentia Iuris, quæ stat pro Monasterio B. Magni tanquam Parocho su-
6 per decimatione † vniuersali in tota Parochia priuatiuè ad Vicarium, *Card. in clement. 1. nu. 10. de off. Vicar. Rot. dec. 710. num. 3. par. 2. recent. & in Aurien. Decimarum 14. Maij 1708. coram bo. me. Ortembergo cum alijs alleg. in prima dec. §. 1.* Secundo sententia Rotalis declarans integas decimas Monasterio deberi, quæ licet lata in iudicio moto à Communitate Fiessen. afficit etiam Vica-
7 rium ad eandem causam in statu, † & terminis admissam, vt benè aduertit prima decisio ibidem.

Tertiò, Instrumentum celebratum anno 1452. in quo fuerunt assignata Vicario duo illa prata in Veidach, & Monsanger, & sex nummi pro quolibet prato ad culturam redacto in Froschensee, adiecta protestatione, quod Vicarij nihil decimarum vltrà exigant, nec quis ad aliquid vltra persoluendum obligatus esse debeat,
8 quod Instrumentum præualet testibus, † & multò magis testi vnico *l. census, ff. de probat. gloss in c. 3. loco verb. testium eod. tit. Roman. cons. 319. num. 1. Casanatt. cons. 16. num. 1. Rot. interm. decim. dec. 64. num. 17. par. 5. recent.*

Et accedit expressa declaratio moderni Vicarij, *Summario Monasterij num. 4.* continens, quod ille nesciuit eius nomine transmissum ad curiam mandatum ad lites, quodque nec vult nec potest litigare cum Monasterio signum euidens, quod non possidet, itaut neque Episcopus, neque alius quispiam allegare possit Vicarij possessionem obstante eiusdem Vicarij contraria declaratione,
9 quia possessio pendet ab animo, † & animus possidendi excluditur per dictam declarationem, *Canall. decis. 531. num. 5. Add. ad Gregor. XV. decis. 307. sub n. 24.* & fuit dictum *in Varmien. Canonicatus 27. Maij 1610. coram bo. me. Card. Sacrato, & in Leodien. Beneficij 17. Decembris. 1619. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Non obstat, quod Vicarius non possit præiu-
10 dicare possessioni Vicariæ, † *Seraph. decis. 1417. num. 3. cum alijs alleg. per Add. ad Greg. XV. decis. 116. nu. 5.* quodque Episcopus compareat, quia primum procederet si de possessione Vicariæ aliundè constaret. Episcopus verò ex persona propria nullum habet interesse, non super iure decimandi, quia ipsi ius resistit in concursu cum Monasterio, penes quod, vti Parochum curà
11 animarum formaliter † residet, *Rebuff. de decimis q. 7. nu. 5. Gonzal. super reg. 8. gloss. 6. nu. 85. Rota dec. 309. num. 4. par. 2. diuers.* Non ratione quartæ decimarum sibi debitæ ex dispositione *c. quoniam, & cap. dudum de decimis* quia illam prout de iure exigere poterit à Monasterio, cui deci-
12 mas † deberi iam Rota pronunciauit. Non ratione Cathedratici, quia illud est certum, & con-
13 sistit in duobus solidis, † siue beneficium sit magis pingue, siue minus *in cap. placuit in princ. 10. qu. 3. Gratian. discept. 620. num. 3.* Non etiam Episcopus comparere potest, vti defensor Eccle-
14 siarum suæ Diœcesis, † quia iis non agitur cum laicis

laicis, sed cum alia Ecclesia eiusdem Diœcesis, & quod plus est possessio Vicarij non probatur.

Non obstant, quæ adminiculandum nonum testem adducuntur, Nam omissis Instrumentis disponentibus generaliter, quod Vicario assignetur congrua, & alijs loquentibus de pratis in Veidab. Mossanger, & Fronchensee. Instrumenta celebrata cum Moyse Hug. de anno 1580. cum Adam Biber anno 1582. cum Andrea Volcheman anno 1596. cum Georgio Stamach an. 1598. *Summario Episcopi num.* 5. negantur effectuata, & cum personalia sint ad vitam cuiuslibet ipsorum, vt patet ibi, *Quamdiù Parochiam curauerit, & infrà tempore sui Vicariatus, vel dum Parochiam curat*
35 successoribus † Vicarijs non suffragantur, ad *Text. in l. idem duobus, §. personale, l. iuris gentium, §. pactorum. ff. pact. Riminal. Iun. cons. 465. num. 9. Rot. dec. 459. num. 34.* Et personalia fuisse dicta Instrumenta vltro conuincitur ex pluralitate ipsorum quæ scilicet inania fuissent, si iura ibidem contenta spectarent ad Vicariam, nam apprehensa illius possessione omnium iurium ad Vicariam spectantium possessio in singulos Vicarios
36 absque reiteratione similis Instrumenti transijsse, *Anchar. in cap. Beneficium num. 11. vers. ego dico de reg. iur. in 6. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 16. n. 13. Rot. dec. 322. num. 3. par. 1. rec. & coram Reuerendiss. D. meo Decano dec. 30. num. 2.*

Instrumentum celebratum inter Vicarium, & Communitatem Fiessen., tanquam res inter alios
37 acta, † non obstat Monasterio, *Rot. in simil. term. decis. 108. num. 7. par. 1. recent.* Repetio noni testis, seù articulus loco libelli datus coram Iudice secundæ instantiæ, *Summar. Episcopi num.* 4. pariter non præiudicat Monasterio, quia emanauit à Procuratore, cuius confessio licet iudicialis, Monasterium non afficit, nisi simul sit coacta, vt be-
38 nè inter confessionem voluntariam, † & coactam distinguit in terminis confessionis Prælati, *Abb. in cap. vlt. sub num. 44. de præscript. Menoch. in eisdem term. cons. 31. num. 35. & 36. Guttier. de tut. par. 3. cap. 1. num. 77. Rot. dec. 3. num. 2. de Confess. in nou. dec. 177. per tot. par. 2. diuers.* & in eisdem terminis intelligenda est decisio *Rot. in Leodien. Decimarum 30. Maij 1633. coram R.P.D. meo Verospio*, coacta autem non dicitur confessio, quæ in iudicio quidem, sed nullo præcedente
39 iussu, † vel mandato Iudicis emissa est, *Alexand. cons. 222. num. 16. lib. 2. Paris. cons. 115. num. 21. lib. 1. Rot. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 460. num. 5.*

Et ita decisum vtraque, &c.

☞ *Decisiones in hac eadem causa emanata sub diebus 18. Iunij 1635. & 19. Nouembris eiusdem anni cocotam bon. mem. Cardin. Macchiauello, sunt suprà in præcedenti par. 7. recent. decis. 304. & 75.*

R. P. D. GHISILERIO

postea Episcopo Tarracineñ.

Bononieñ Prædij.

Lunæ 27. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Venditor euictione sequuta tenetur ad liberationem rei, restitutionem prædij, & ad id quod interest. Emptor stante iustitia euictionis non tenetur nec appellare, nec intimare litem venditori. Hæres quando possit impugnare factum defuncti.

SVMMARIVM.

1 *Euictio dicitur sequuta per immissionem alteri concessam.*
2 *Venditor euictione sequuta tenetur ne dum ad liberationem rei verum etiam ad restitutionem pretij, & ad id quod interest, & num. 3.*
4 *Clausula constituti secundum Formularium Bononien. extenditur, quod venditor non obseruans teneatur ad duplum pretij.*
5 *Intimatio litis, & molestiæ non attenditur quando constat de iustitia euictionis.*
6 *Emptor cui res fuit euicta non tenetur appellare, quando constat de iustitia euictionis, quia nullum potest considerari præiudicium venditoris.*
7 *Euictionis iustitia probatur ex immissione vigore fideicommissi clari concessa.*
Immissio conceditur probatis fideicommisso, identitatem bonorum, & possessione fideicommittentis. num. 8.
9 *Intimatio litis est facienda ab emptore auctori.*
10 *Filius ergo hæres non valet consequentia.*
11 *Hæres in vim fideicommissi potest vindicare prædium ab auctore alienatum si in fideicommisso sit prohibita alienatio sub pœna nullitatis. & num. 12. 13.*
12 *Hæres potest impugnare factum defuncti nullum, & inualidum, & num. 13.*
14 *Hæres potest impugnare factum defuncti, quando succedit iure proprio, vt vocatus ad fideicommissum.*
15 *Probibitio expressa alienandi impedit translationem dominij in emptorem.*
16 *Prædium obnoxium fideicommisso, & prohibitioni alienationis perindè est, ac si fuerit euictum.*
17 *Emptor prædij obnoxij probibitioni alienationis habet iustam causam agendi pro rescissione contractus & pretij restitutione.*

DECISIO CLXII.

Concessa Immissione in possessionem prædij, de quo agitur, Ludouico de Sabatinis vocato post mortem Alphonsi patris ad fideicommissum, seù primogenituram constitutam à Marco Antonio de Sabatinis de anno 1591. Domini recesserunt à resolutionibus antea factis coram me in hac causa 5. Decemb. 1636. * & 18. Iunij superioris anni ☞ quia cum Marchio Fontana venditor teneri voluerit de euictione erga Dominos de Ghellis sequuta euictione, de qua hodie non dubitatur, factus est locus stipulationi, & cessant omnia fundamenta decisionum consistentia in eo, quod per associationem concessam Olympię Ceulæ ad possessione prædij controuersi, donec ex fructibus satisfieret de suo credito dotis non esset sequuta euictio. Ideoque Ghellis non competere actionem ad pretij restitutionem, sed tantum actio-

nem

nem empto ad interesse pro sola liberatione a
molestijs Olympiæ, quæ non continent totalem
auocationem prædij in perpetuum, sed ad tempus
hoc est, donec ex fructibus esset satisfacta de suo
credito, & sic ad valorem fructuum per Saluia-
num auocatorum, in quibus consistit interesse
emptoris, & ad quos semper restringitur obliga-
tio de tradendo rem liberam, seù deliberando à
molestijs, vt ex allegatis in vtraque decisione.
Cum autem per immisionem concessam ab
Auditore Cameræ Ludouico in vim fideicommis-
si, seù primogenituræ factæ a Marco Antonio
1 fuerit euicta possessio prædij venditi, † vtique
dicitur sequuta euictio, *l. emptor. §. idem Neratius
ff. de act. empt. l. si seruus venditus, §. 1. l. habere li-
cere, ff. de euict. Rot. coram sa. mem. Gregor. XV.
decis. 25. num. 1. & 2. coram bon. mem. Buratt. dec.
240. num.* 10. & venditor tenetur nedum ad deli-
berationem rei, verum etiam ad restitutionem
2 pretij, † & ad id, quod interest, tum ex disposi-
tionis iuris communis, vt inquit *Text. in l. euicta
re, la seconda*, ibi, non ad pretium dumtaxat re-
cipiendum, sed ad id, quod interest, *ff. de euict l.
Titius cum decederet, circa finem*, ibi, non enim
pretium continet tantum, sed omne, quod inte-
rest emptoris, *ff. de act. empt. l. si controuersia*, ibi,
sin autem euictum fuerit à venditore, successorue
eius consequeris quanti tua interest, *& l. cum suc-
cessores*, ibi, quod siue præsentibus his, fundus,
3 quem emisti fuerit † euictus, siue absentibus
postea quanti tua interest rem euictam non
esse teneri, non quantum pretij nomine dedi-
sti, publicè notum est, & ibi, *gloss. in verb.
Non quantum*, idest non solum ad pretium, sed
etiam ad interesse, *C. de euict. Rot. dec. 170. n. 1.
par. 1. & dec. 390. nu. 10. par. 5. recent.* Tum ex
speciali pacto apposito in instrumento venditio-
4 nis, in quo partes voluerunt † venditorem non
obseruantem teneri ad duplum pretij, prout ha-
betur in extensione clausulæ constituti secundum
formularium Bononien.
Nec facit quod iudicium immisionis Ludoui-
ci prosequutum fuerit coram Auditore Cameræ
Iudice incompetenti, stante speciali commisio-
ne Sanctissimi Dñi Nostri causarum fideicom-
missi Marci Antonij Eminentissimo Vicario ad
instantia eiusdem Ludouici, quia commisio da-
ta in Summario est restricta ad solam prosequu-
tionem derogationis fideicommissi, non capit
iudicia realia contra tertios possessores bonorum
fideicommissi, & iudicium fuit à Ludouico prin-
cipaliter motum contrà Ghellos, non compre-
hensos in dicta commisione. Prout pariter non
obstat, quod dictum iudicium, & molestiæ non
fuerint intimatæ Marchioni venditori, quia de
contrario constat ex productione monitorij, &
tatione personaliter contrà illum exequuta cum
interpellatione ad suscipiendam litem, & libe-
randum à molestijs. Et vbi constat de iustitia
5 euictionis, per quam Venditori etiam denuncia-
to nulla † competijsset defensio non attenditur
an fuerit vel ne denunciatum, adnotata *in l. He-
renn. Modestinus ff. de euict.* vbi quod nec etiam te-
netur emptor appellare, quia cessat causa, ob
6 quam emptor venditorem requirere tenetur, &
dum venditori nulla potest superesse † defensio,
nullum venditoris præiudicium considerari po-
test, ità scribunt *Alex. in l. non solum. §. morte nu.
46. ff. de nou. oper. nunciat & cons. 63. num. 12.
lib. 6. Rip. in cap. cum M. Ferrarien. nu. 166. vers.
quarto fallit de const. Soccin. Iun. cons. 462. num. 8.
lib. 2. Rot. in recent. decis. 552. num. 11. ad fin. de-
cis. 368. num. 5. par. 3. & dec. 390. num. 2 par. 5.*
Quod autem constet de bono iure, & iustitia im-
misionis obtentæ per Ludouicum, satis superque
probatur ex primogenitura, seù fideicommisso
iniuncto à Marco Antonio Patruo magno vnde-
7 quaque claro † nullam detractionem permittente
purificato ad eius fauorem, ex probatione iden-
titatis bonorum, & possessione fideicommitten-
tis, requisita necessaria ad obtinenda immisio-
nem vigore, *l. fin. de edict. Diu. Adrian. toll.*
Nec facit, quod iudicij moti à Ludouico nul-
la probetur facta denunciatio Comm. Buschetto,
qui permutauit prædium, de quo agitur, cum
March. Fontana admisso ad causam pendentem
8 inter Ghellos, & Fontanam tanquam † necessa-
rius defensor Marchionis Fontanæ, quia cum
Ghelli nunquam contraxerint cum Buschetto non
habent illum auctorem, sed tantummodò Fonta-
nam, qui promisit prædium venditum esse liberũ,
& expeditum, & pro tali illud tradere, atque in
eius possessione Ghellos emptores manutenere.
Nec admisio Buschetti ad causam quicquam
9 operatur, cum agatur de noua lite † mota per Lu-
douicum contrà Ghellos tertios possessores, cu-
ius intimatio erat ab illis faciendæ Fontanæ im-
mediato eorum auctori.
Tandem non obstat, quod Ludouicus tenea-
tur stare alienationi factæ per Alphonsum cuius
est filius, & hæres, quia probatur quidem filius,
10 sed non hæres, † nec valet consequentia, filius er-
sto hæres stante beneficio Prætoris, quo filius po-
test se abstinere ab hæreditate paterna, nec illi se
immiscere.
Immo dato etiam Ludouicum fuisse hæredem
ad huc tamen potuisset vindicare prædium, de
quo agitur, in vim fideicommissi, seù primoge-
nituræ ad illius fauorem factæ cum prohibitione
expressa cuiuscumque venditionis distractionis
hypothecę, dationis in solutum, aut alienatio-
11 nis latissimè sumpto vocabulo, † & declaratione,
quod omnis alienatio, permutatio, locatio, ven-
ditio, hypotheca, census impositio, & quæcum-
que obligatio irritæ sint, & nullæ, ac nullius ro-
boris, & momenti. Quia cum propter huiusmo-
12 di prohibitionem alienationis † venditionis fue-
rit ipso iure nulla, potest hæres impugnare fa-
ctum defuncti nullum, & inualidum, vt in spe-
13 cie de hærede † defuncti alienare prohibiti, re-
soluit *Rota in decis. 110. num. 1. & seqq. part. 2. di-
uers.* & quod tunc obligatio defuncti minimè
transeat in hæredem, *Bald. in l. cum à Matre nu. 4.
in fin. C. de bon. Matern.* dixit *in decis. 176. nu. 48.
& seqq. par. 5. recent.* quemadmodum etiam hæ-
14 redi permissum est † impugnare factum defun-
cti, quando succedit vti vocatus ad fideicom-
missum iure proprio (prout in præsenti succedit
Ludouicus) non autem in iure hæreditario alie-
nantis, ex cumulatis *in decis. 363. num. 12. eadem
part. 5. in recent.*
Quæ dicuntur de collusione inter Ludouicum,
&

& Ghellos facilè tolluntur, tam ex iustitia sen-
tentiæ, & liquido fideicommisso ad fauorem Lu-
douici cum prohibitione prædicta, quam ex eo,
quod Ghelli agentes ad restitutionem pretij vtun-
tur iure suo, nedum ratione sequutæ euictionis,
sed etiam quia constito de fideicommisso, & pro-
15 hibitione expressa alienandi, quæ impedit trans-
lationem dominij in Emptorem, contractus ab
initio fuit nullus, & prædium fideicommisso, &
16 prohibitioni alienationis obnoxium, eo quod
non possit tradi liberum, perindè est, ac si fuerit
euictum, & consequenter Ghelli Emptores eo
magis iustam habent causam agendi pro resciss-
17 sione contractus, & compellendi Fontanam ven-
ditorem ad restitutionem pretij, iuxtà firmata
per *Rot. in decis. 304. num. 1. & 2. par. 4. diuers.*
& in alij alleg. *per Peni. in Bononnien. Census 20.
Martij 1600. quæ est decis. 46. post. Cenc. de cen-
sibus*.

Et propterea cum post emanatas supradictas
decisiones prædium venditum fuerit euictum
Ghellis per immissionem obtentam à Ludouico
Sabatino in vim fideicommissi, seù primogenitu-
ræ Marci Antonij mediante sententia ab Audito-
re Cameræ lata, & actuali possessionis apprehen-
sione, ex nouiter deductis contrà Fontanam, &
Boschettum informantes fuit resolutum esse lo-
cum rescissioni contractus, & Dñis de Ghellis sol-
uendum pretium vnà cum fructibus, quos perci-
pere non potuerunt.

Et ita, &c.

☞ *Decisio ista emanata sub die 5. Decembris 1635. est
in præcedenti par. 7. recent. decis. 179.*

R. P. D. CARRILLO

Postea Præside Vallisoletano.

Barchinoneñ Parochialis, seù Vicariæ.

Lunæ 27. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Subrogatio gratiosa ad hoc, vt intrèt, quidnam
probandum veniat. Et lis, ad effectum, vt red-
dat beneficium litigiosum qualis, & super quo
probanda veniat. Clausula, *quam, & quas*, po-
sita in Commissione, quidnam importet collatio
beneficiorum vnitorum ad quem spectet.

SVMMARIVM.

1 *Lis dicitur introducta, ex citatione, legitimè executa, ac in actis reproducta. & nu. 2.*
3 *Beneficium, quando docetur esse litigiosum, tunc collitiganti superstiti datur subrogatio gratiosa.*
Et hoc ne detur nouus collitigans.
4 *Actio merè personalis non facit beneficium letigiosum.*
5 *Lite deficiente super titulo beneficij, cessat, quæ in his terminis beneficij litigiosi est ordinatum.*
6 *Subrogationi gratiosæ non est locus, quando lis, non est super titulo beneficij.*
7 *Lis potest dici super titulo beneficij, licet institutio in eo adhuc non fuerit habita, & quando id probanda.*
10 *Clausula,* quam, & quas, *posita in commissione, operatur, vt etiam petitorium in iudicio dicatur introductum.*
11 *Lis super titulo beneficij dicitur introducta, etiam in prima instantia si fuerit actum remedio possessorij, &c. quando id procedat.*
12 *Seraph.* decis. 990. num. 3. *quo casu loquatur.*
13 *Lis introducta super optione beneficij non facit beneficium litigiosum,*
14 *Lis introducta vigore subreptionis, non suffragatur ad obtinendam subrogationem gratiosam. nu. 15.*
16 *Commissio etiam subreptitia in Curia tribuit iurisdictionem.*
17 *Lis iniusta, & calumniosa impedit concessionem subrogationis gratiosæ.*
18 *Lis ad effectum obtinendi subrogationem gratiosam, non releuat, dum titulus fuit habitus, à non habente titulum.*
19 *Collatio Vicariæ vnitæ ad quem spectet, & nu. 20.*
21 *Decretum irritans, irritat quamcumque possessionem contrariam,*
22 *Titulus etiam coloratus sufficit ad effectum obtinendi subrogationem gratiosam.*
23 *Probationes rigorosæ non requiruntur ad effectum probationis boni iuris, vt obtineatur subrogatio gratiosa.*
24 *Imò sufficit probare coloratam causam litigandi ad effectum excludendi calumniam.*
25 *Mensis Ianuarij est fixus, & Sedi Apost. reseruatus.*
26 *Beneficia, quando sunt vnita collatio eorum spectat ad eos, cui fuit facta vnio.*

DECISIO CLXIII.

VAcante de mense Ianuarij 1638. per obitum
Petri Boix Parochiali seù Vicaria, de qua
agitur Archidiaconus Maior, & Præcentor Ec-
clesiæ Cathedralis Barchinoneñ prætendentes il-
lam eorum dignitatibus esse vnitam præsenta-
runt ad eam D. Franciscum Sau, vt in eius *Summ.*
num. 1. E contrà verò Ordinarius concursum in-
dixit, & inter concurrentes elegit Valentinum
Valligatina, appellarunt tam prætensi Patroni,
quam D. Franciscus, & causam in Rota commi-
serunt cum clausula, *quam, & quas*, cum omni-
bus suis incidentibus dependentibus, & emer-
gentibus annexis, & connexis totoque negotio
principali, vt in commissione, de qua in *d. Summ.*
num. 2. Post hæc obijt D. Valentinus, & Fran-
ciscus præfatus petijt subrogationem gratiosam
in iuribus collitigantis defuncti vigore regulæ de
subrogandis; sed quia se opposuit Antonius Boss
de eodem beneficio prouisus ab Ordinario, *pla-
cuit Illustriss. D. Datario disputationem huiusmodi
concessionis ad Rotam reijcere, & proposito dubio co-
ram R. P. D. bo. me. Buccabella sua die 28. Martij*
1639. An Francisco esset concedenda subroga-
tio, resolutioneque dilata. Interim ab humanis
decessit d. D. Buccabella, in cuius locum subroga-
tus causam super eisdem reproposui, & post se-
cundam repropositionem fuit responsum D. Fran-
cisco dandam esse subrogationem gratiosam.

Quoniam de eius clericatu, & de obitu dicti
Valentini in possessione, constat ex datis in *Sum-
mario*, & inter partes non conuertitur & de lite
1 apparet ex ipsa commissione, † citatione cum
inhibitione d. Valentino personaliter præsentata,
d. Summ.

d. Summ. num. 3. ex illius reproductione in actis, *d. Summ. num.*4. & tandem ex comparitione legitimi Procuratoris eiusdem Valentini protestantis in causa nihil fieri, nisi ipso citato *d. Summ. nu.* 6. Quibus stantibus visum fuit dubitari non posse quin lis fuerit introducta, cum ad hunc effectum
2 sufficiat sola citatio † legitimè executa, ac in actis reproducta, vt notatur *in Clem.* 2. *vt lit. pend. Felin. in cap. super literis num.* 13. *de rescriptis, Cassad. decis.* 1. *num.*4. *vt lit. pend. Vestr. rn prax. lib.*4. *cap.* 1. *num.* 1. & docto de lite passim conceditur subrogatio, iuxtà dispositionem dictæ regulæ de
3 subrogandis, in qua cauetur † ad effectum succidendi anfranctus, & ne detur collitiganti nouus aduersarius, & superstes collitigans in iuribus prædefuncti subrogetur, & ex *Textus in cap. vt lit. pend. in* 6. *Seraph. dec.* 1165. *num.* 1. *Greg. XV. in dec.* 27. *&* 125. *vtrobique num.* 1.

Non obstat quod d. Franciscus fuerit solum præsentatus à Præcentore, & Archidiacono ad dictum beneficium, & ideò non obtenta institutione ab Ordinario non possit idem beneficium
4 petere tanquam suum, sed vt † sibi debitum, quæ actio cum sit merè personalis non facit beneficium litigiosum quoad titulum, *Innoc. in cap. cum M. Ferrariensis num.* 9. *de const. Bald. in auth. litigiosa num.* 1. *C. de litigiosis, Greg. dec.* 305. *n.* 6. *& ibi latè adden. num.* 7. & consequenter deficien-
5 te lite super titulo, quæ † facit vt Ordinarius nec alius inferior possit se intromittere, *Vitalin. in Clem.* 2. *num.* 72. *vt lit. penden. Gamb. de offic.*
6 *legati lib.* 3. *nu.* 475. non sit locus gratiosæ † subrogationi, vt respondit *Rota coram Gregor. XV. in decis.* 335. *num.* 1. *&* 2.

Quia ex tenore dictæ commissionis causæ tollitur difficultas dum in ea legitur, quod Franciscus præsentatus à dignitatibus petebat committi causam suæ appellationis à collatione facta de dicto beneficio ab Ordinario ad fauorem d. Valentini defuncti cum tamen vt ille ibidem dicebat, non debuisset propter sua prouisionem
7 à nemine molestari, † propterea cum hoc beneficium petierit sibi tradi,& actionem in rem ipsam dicere, vt lis efformata dicitur super titulo etsi institutionem nondum habuerit, prout explicat *Seraph. in dec.* 990. *num.* 3. & sequitur *Lotther. de re beneficiali lib.* 2, *qu.* 20. *num.* 35. *Sarnen. in regul. de subrog. qu.* 13. & licet dicta commissio causæ videatur obtenta super statu beneficij, an scilicet esset de Iurepatronatus dictarum dignitatum,
8 quæ d. Franciscum præsentarunt, ex quo in ea idem Franciscus † titulum suæ prouisionis expressit vti prouenientem ex dictarum dignitatum præsentatione, tamen cum talis expressio fuerit facta ad effectum canonizand. eiusdem Francisci
9 prouisionem, & ad excludendum d. Valentinum prouisum † ab Episcopo lis dicitur introducta super titulo, & prouisione beneficij, vt in simili dixit *Rota in Caputaq. Abbatiæ* 25. *Maij* 1630. *coram bon. mem. Seleucien.*

Maximè stante clausula, *quam, & quas*, cum omnibus incidentibus dependentibus, & emer-
10 gentibus in d. commissione apposita, † quæ operatur, vt in iudicio etiam petitorium deductum censeantur, & consequenter lis super titulo beneficij introducta dicatur, *Cassad. dec.* 9. *num.* 13. *de caus. possess. & propr. Rot. dec.* 342. *num.* 2. *par.* 1. *recent.* vbi firmatur litem esse super titulo benefi-
11 cij introductam etiam † quod in prima instantia fuerit actum remedio possessorij, dummodò in commissione appellationis fuerint apposita verba *illa*, cum incidentibus, & emergentibus, &c. *Mandos. super dicta reg. de subrogan. d. qu.* 14. *n.* 7. & fuit dictum *in Lucana Parochialis de Ripafratta* 18. *Apr.* 1633. *coram Illustrissimo D. meo Decano*, benè *Lotther. supra in d. q.* 20. *num* 43. 44. *&* 45. *cum seqq.* qui ibidem *sub num.* 36. declarat doctrinam *Innoc. in d. cap. cum M. Ferrariensis*, & aliorum procedere in casu in quo præsentatus petat tantum ab Ordinario institutionem, & super ea litem introduxerit; secus verò quando lis est inter præsentatum, & electum ab Ordinario, seù ab illo prouisum, nam primo casu beneficium petitur ab Episcopo, qui non tenetur nisi ad factum, & sic en actio mera personalis, §. *omnium autem instit. de act.* In secundo autem in quo nos versamur, actio dirigitur in rem ipsam contra competitorem, vel coellectum, vt patet ex lectura dictæ commissionis, & tunc idem *Innoc.* non negat imò vult contrahi litigiosum, *vt in vers. secus est autem, Lotther. sup. num* 38. *cum seqq.* & præcipuè *sub num.* 42. *vers. Et ideò, Bonifacius Seraph. in d. dec.* 990. *num.* 3. vbi loquitur de subroga-
12 tione ad fauorem præsentati non habentis † institutionem contra Ordinarium existentem in possessione conferendi, & ex his patet non applicari, *decis. Illerden. Præcentoriæ* 21. *Maij* 1627.
13 *coram bo. me. Manzanedo*, ex quo ibi † agebatur de lite introducta super optione, quæ non tangit neque mutat titulum, *Rota decis.* 604. *num.* 2. *par.* 4. *diuers.*

Neque releuat, quod prædicta commissio dicatur subreptitia, ex quo in ea narratur collationem huius Parochialis fuisse factam ab Episcopo, qui tamen non collationem, sed dumtaxat ad
14 fauorem d. Valentini fecit quà † subreptione stante litem fuisse introductam dici nequeat ad effectum obtinendi subrogationem, *Sarnen. super d. reg. de subrogan. qu.* 11. quia præterquam quod collatio est nomen genericum, & comprehendit
15 etiam electionem, † & nominationem, & sic in illa sola verificari potest, vt per *Gonzal. gloss.* 16. *num.*9. *Greg. XV. dec.* 66. *num.* 2. *&* 3. cessare vi-
16 sa fuit difficultas ex eo, quod in Curia † etiam commissio subreptitia iurisdictionem tribuit, *cap. cæterum, & cap. ad audientiam de rescript. Seraph. dec.* 513. *num.* 7. & in specie aduertit *Mandos. super d. reg. de subrogan. qu.*9. *nu.*3. & demonstratur *in Carpen. Bonorum* 10. *Aprilis* 1617. *coram Sacrato, & coram Greg. XV. decis.*435. *num.*5.

Minus obstat, quod pro parte D. Francisci non doceatur Parochialem, de qua agitur esse vnitam dignitatibus Archidiaconatus, & Præcentoriæ, qui ipsum præsentarunt, imò potius contrarium appareat tam ex iuris præsumptione, quam ex pluribus collationibus eiusdem Parochialis factis ab Ordinarijs pro tempore ab anno 1574. vsque ad annum 1623. *vt in Summ. Antonij dato sub die* 28. *Martij præteriti coram D. Buccabella*
17 *sub num.* 3. *& seqq.* quibus stantibus lis † detegitur iniusta, & calumniosa, quæ impedit concessionem subrogationis, *Bisignet. decis.* 2. *in fine de rer.*

ver. permut. Cassad. decis. 7. de dol. & contum. & fuit dictum *in Cæsaraugustana de Maella 11. Maij 1636. coram Illustriss. D. meo Decano*, quotiescumque
18 apparet collitigantem habere titulum † à non habente facultatem præsentandi, seu instituendi non dicitur lis introducta ad effectum obtinendi subrogationem, *Mandos. super d. reg. quæst. 4. nu. 2. Sarnen. super ead. reg. quæst. 4. & super reg. de trienn. q. 47. Rot. dec. 336. nu. 4. par. 3. recent.*

Nam ex datis in hodierno *Summ. num. 1. & 2. cum seqq.* constat de anno 1324. d. Archidiaconatui fuisse vnitam inter alia Parochialem Ecclesiã S. Baudilij de Lupricato; Præcentoriæ autem vnitam fuisse Ecclesiam Parochialem S. Eulaliæ *del Hospitalet* cum reseruatione Iuris præsentandi ad fauorem earumdem Dignitatum, & vlterius apparet de an. 1544. Paulum III. prò commoditate populi loci *del Prat*, dismembrasse Ecclesiam, de qua agitur ex d. Ecclesijs S. Baudilij, & S. Eulaliæ, ex quibus fuerunt separatæ decimæ primitiæ, & oblationes, quæ hodie deseruiunt pro sustentatione d. Vicariæ *del Prat*. Vndè sequitur, quod
19 sicut vigore prædictæ † vnionis collatio dictarũ Ecclesiarum remansit sub dispositione dd. Dignitatum, absque eo, quod debeat fieri concursus in earum prouisione iuxtà Constitutionem san. mem. Pij V. *in antiq. Bullar. 46. §. Volumus*, & latè tradit *Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 289. cum seqq.* & præcipuè *sub num. 291. §. Et confirmat*, & fuit in specie resolutum *in Barchionen. Vicariæ S. Baudilij 9. Februarij, & 17. Maij 1624. coram R. P. D. meo*
20 *Merlino*, ita hæc Ecclesia, † de qua agitur, pari modo tanquam fundata intrà limites dd. Ecclesiarum, & dotata de illarum bonis, & redditibus fuit effecta eiusdem naturæ, & remansit vnita, ac subiecta earundem Dignitatum dispositioni, iuxtà not. *in cap. ad audientiam il primo, de Ecclesiis ædifican.* vbi *Innoc. & Hostien. in fin. Mandos. in addit. cap allegat. 65. sub litt. N. Gonzal. super regul. 8. gloss. 10. num. 8.* & fuit dictum *in Leodien. Parochialis de Spa. 27. Ianuar. & 5. Maii 1627. coram R. P. D. meo Pirouano*, non obstantibus prædictis collationibus de ea per Ordinarios pro tempore factis,
21 quia Bulla præfata Pij V. reseruans† præsentationem ad fauorem illorum, quibus vnio facta fuit ob decretum irritans in ea appositum inficit quãcumque contrariam possessionem, vt in puncto dictæ Constitutionis respondit *Rot. in decis. 710. nu. 6. par. 2. & dec. 352 nu. 9. par. 4. recent.*

Tanto magis, quia in proposito dici non potest constare de notorio non iure Francisci cum ex supra deductis satis appareat de illius titulo;
22 qui etiam coloratus † sufficeret in hac materia, in qua non requiruntur ita rigorosæ probationes boni iuris pro parte petentis subrogationem, *Rebuff. super hac regul. de subrogan. gloss. 7. numer. 3.* & declarat *Achill. decis. 7. vt lit. pend. Gregor. decis. 426. num. 11. ibique Adden. & in decis. 27. num. 6.* vbi
23 dictum fuit sufficere probabilem, & † coloratam causam litigandi ad euitandam calumniam, ad effectum obtinendi subrogationem, *Buratt. decis. 927. nu. 12.*

Demum nihil facit, quod vacatio huius Ec[...] contingerit de mense Ianuarij, qui est fixus, [...]postolicæ reseruatus, quia supposito, [...]lia sit vnita, vt suprà fuit firmatum eo
25 ipso † excipitur à regula Cancellariæ vigore dictæ Constitutionis Pij V. quę mandat vt omnes
26 Vicariæ vnitæ prouideri debeant † ab illis quorum Ecclesijs vnitæ reperiuntur, *Garz. de benefic. d. par. 9. cap. 2. num. 291. & 294.* vbi refert declarationem Congregationis Sac. Concilij interpretum cum alijs pluribus relatis per *Buratt. in decis. 214. nu. 2. ibique Adden. sub litt. A.*

Et sic decisum vtraque parte informante, &c.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO

Sacræ Rotæ Decano.

Rauennaten Census.

Lunæ 27. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Censum emens pro persona nominanda, & declarans, se de pecunia illius personæ emisse, tunc secuta nominatione illius, euanescit mandatum nominantis, cum censeatur se tanquam Procurator, & quid si d. Procurator exegerit sortem d. census, cum tunc remaneat obligatus Domino, pro dicta sorte, & an hoc casu intret præscriptio, & alia plura circà prædictam materiam.

SVMMARIVM.

1 *Censum emens pro persona nominanda, secuta nominatione, dicitur acquisitum ius, illi, qui nominatus fuit.*
2 *Census sortem, spectan. ad alium exigens, tenetur eam restituere Domino, vel eius hæredibus.*
3 *Scriptura etiam priuata, & informis probat iunctis adminiculis.*
4 *Partitæ extractæ ex libris alicuius, quando probent contrà consocium, & etiam contrà tertium, & numer. 5.*
6 *Et quid si fuerint extractæ post relaxatum mandatum.*
Probatio, quando non est noua, sed anterioris iam factæ corroboratio admittitur etiam post relaxatum mandatum. nu. 6.
7 *Fides mala auctoris operatur, vt nec illius hæres præscribere valeat.*
8 *Litis, quando alicui fuit mota, tunc non currit amplius præscriptio.*
9 *Præscriptio nulla potest incipere contra eos, qui non fuerunt negligentes.*
10 *Restitutio in integrum ex capite probabilis ignorantiæ datur etiam contrà præscriptionem 30. annorum.*
11 *Statutum loci destinatæ solutionis quidem est attendendum.*
12 *Statutum Vrbis de præscription. non tollit actionem, sed tantum inducit solutionis præsumptionem.*
13 *Censum emens pro persona nominanda, et declarans se de eiusdem pecunia emere.*
14 *Secuta nominatione, perindè est, ac si nominatus ipse ab initio contraxisset, & ac si dominum nunquam fuisset penès nominantem, et num. 15.*
16 *Via executiua pro restitutione sortis intrat, quando eo sit loco damnorum, et interesse, et qualiter id intelligatur.*
17 *Tem-*

17 *Tempus præteritum, vel præsens regulariter non trahitur ad futurum.*
18 *Via executiua vigore obligationis Cameralis competit pro omnibus, quæ veniunt ex natura contractus.*
20 *Verba consecutiua non alterat principalem dispositionem.*
21 *Principaliter, quod actum est attendendi debet, et non quod consecutiuè.*
22 *Debitoris nomen, quando quis assignauit alicui, si deinde illud exigat, dicitur assignationi contrauenire.*
23 *Assignatio nominis debitoris longè differt à nominatione personæ.*
24 *Obligationis Cameralis extensio comprehendit, quod obligatus promittat omnia, et singula contenta in Instrumento attendere, obseruare, etc. & num. 25.*

DECISIO CLXIV.

Communitas Rauennæ imposuit de mense Maij 1591. * super certis eius bonis annuum censum scu. 400. quæ pretio scu. 5000. vendit q. Philippo Rauennæ, qui d. censum asseruit emere pro persona nominanda in actis Cataloni Notarij A. C. deindè de mense Iunij eiusdem anni nominauit Ioannem Baptistam Fliscum, declarauitque d. census ad ipsius Io. Baptistæ fauorem impositum, ac de proprijs illus pecunijs emptum fuisse, promisitque d. nominationem, ac declarationem fuisse, & esse bonas, validas, ac legitimè factas, alias voluit teneri ad omnia damna, & interesse, vt in Instrumento obligatione Camerali vallato continetur; quam nominationem, ac declarationem successiuè idem Fliscus acceptauit; ac deindè post aliquot annos egit pro solutione fructuum d. census contrà d. Communitatem, quæ cum ostendisset se d. census vsque de anno 1592. extinxisse ac sortem vnà cum fructibus eidem Philippo persoluisse, sententiam absolutoriam ab A.C. reportauit, à qua cum d. Fliscus appellasset, causam in Rota Card. Millino tunc Auditori committi obtinuit coram quo disputato dubio, An d. solutio facta Filippo esset legitimè facta, nec ne, itaut Communitas esset liberata, fuit ordinatum, vt videretur an fuerit necesse intimatio d. nominationis Communitati, ad hoc vt ipsa non posset soluere Philippo.

Decessit interim Fliscus de anno 1605. hærede sibi instituto D. Iacobo Raggio eius nepote, qui pariter obijt de anno 1629. relictus hæredibus testamentarijs DD. Laurentio, & fratribus de Ragijs, qui cum nuper egisset coram A.C. contrà Franciscum vti filium, & hæredem Philippi pro restitutione sortis d. census ab ipso exactæ mandatum executiuum ab eo obtinuerunt, a quo Franciscus appellauit, causamque mihi cum clausula, *si quid exequendum*, committi obtinuit quocirca dedi dubium an d. mandatum esset exequendum, in cuius dubij positione informantes pro D. Francisco tria præcipuè contrà validitatem, & iustitiam d. mandati opponebant.

Et primò, quod non constaret Philippum eius Patrem sortem d. censum à Communitate extincti percepisse.

Secundò, opponebant præscriptionem nedum iuris communis ex lapsu 30. annorum, sed etiam Statutariam Vrbis ex lapsu 16. annorum, & vltrà à die d. exactionis.

Tertiò, tandem opponebant non potuisse agi via exequutiua contrà d. Philippum, vel illius hæredes pro restitutione sortis di census.

Cœterum DD. his exceptionibus maturè discussis censuerunt hæredes Philippi teneri pro restitutione sortis d. census, sed contrà eos nonnisi via ordinaria agi posse.

Et quoad primam partem resolutionis attinet res visa fuit carere difficultate, siquidem cum Philippus emerit censum, de quo agitur, pro persona nominanda, deindèque nominauerit Ioannem Baptistam Fliscum, ac d. censum de
1 illius pecunijs † emisse declarauerit, vtique sequuta d. nominatione census iste fuit acquisitus eidem Flisco nominato, *Alex. consil. 325. num. 14. & 18. Surd. decis. 226. num. 1. & decis. 182. nu. 18. Mantic. decis. 236. sub nu. 1. vers. & post factam, Rot. decis. 170. nu. 1. post Cenc. de cens. & decis. 81. num. 2. post Galles. de oblig. Camer. Greg. XV. decis. 157. nu. 7 & ibi Adden. & decis. 227. n. 6. in fin.* Vndè cum posteà idem Philippus sortem d. census spectantis ad Fliscum exegerit
2 † à Communitate, vtique remansit debitor eiusdem sortis, illamque proindè ipse, seù illius hæredes tenentur restituere DD. de Raggijs Flisci hæredibus, *lex mandato, §. si ex fundo, & §. idem labeo, & ff. mandat. Petr. Iacob. in sua prax. rubr. de act. mand. direct. vers. Item rectè dicitur Paris. cons. 8. nu. 16. lib. 4. Honded. cons. 38. nu. 3. lib. 2. Rot. decis. 149. num. 3. par. 1. recent.*

Quod autem Philippus receperit à Communitate sortem d. census post factam nominationem Flisci, & sic cesset primum obiectum exaduerso excitatum, visum fuit probari concludenter ex quietantia eiusdem Philippi facta in calce mandati bo. mem. Cardinalis Caetani tunc Camerarij sub die 2. Septembris 1592. directi Io. Enriquez Erreræ, Octauio Costæ, Alexandro Dono, & eidem Philippo Rauennæ emptoribus montis Communitatum, quibus demandata fuit solutio scut. 5437. monetæ eiusdem Philippo pro sorte, & fructibus istius ab eadem Communitate, quæ illum imposuerat, extincti, quæ quidem quietantia, licet non fuerit recognita, nihilominus cum illa sit adminiculata, nedum ex eo quod dicta Communitas ab indè citrà fructus d. census nunquam soluit, sed etiam ex sententia absolutoria lata ab A. C. ad fauorem eiusdem Communitatis, necnon ex decisione facta sub die 13. Iunij. 1607. coram Caualerio, in qua extinctio, ac solutio d. census facta d. Philippo pro certo supponuntur, sufficienter
3 probat, † cum etiam scriptura priuata, & informis iunctis adminiculis probet, *l. Instrumenta, C. de probat. Decian. respons. 33. num. 116. lib. 1. Rot. decis. 437. nu. 4. par. 4. recent. & coram Gregor. XV. dec. 442. in fin.*

Eoque magis cum vltrà d. quietãtiam concurrat etiam partita formiter extracta ex libris dicti Doni, in qua legitur eandem summam scutorum 5437. pro extintione d. census reuera vigore prædicti mandati facti à Cardinali Camerario eidem Philippo persolutam fuisse, quæ partita iun-

4 iunctis adminiculis † supra ponderatis etiam
pro tertio & sic pro Raggijs contrà d. Philippum
& illius hæredes, *Seraph. decis. 450. num. 4. Rot.
decis. 613. nu. 5. par. 3. recent. & decis. 360. nu. 3. co-
ram bo. me. Buratto, & decis 197. num. 2. coram Re-
uerendiss. Vrgellen.*

Quinimò cum d. Pilippus esset socius Doni
in emptione d. montis, partita tanquam ex-
5 tracta † ex libris socialibus plenè probat contrà
d. Philippum consocium, & illius hæredes etiam
pro tertio *Alex. cons. 186. nu. 1. lib. 2. Corn. cons.
319. nu. 14. lib. 3. Rot. dec. 540. sub. nu. 1. par. 2. rec.*
etiam quod illa fuerit extracta post d. mandatum
6 relaxatum ab A.C. cum non dicatur noua† pro-
batio, sed anterioris iam factæ corroboratio,
Gregor. XV. decis. 272. nu. 9. & fuit dictum *in Ti-
burtina Pratorum 8. Iulij. anni præteriti coram bonæ
me. Buccobella.*

Non obstat prætensa præscriptio iuris com-
7 munis 30. annorum; Tum quia Philippus post-
quàm sequuta nominatione Flisci recepit à Com-
munitate sortem d. census, fuit constitutus † in
mala fide, quæ operatur, vt nec etiam illius hæ-
redes præscribere possit, *l. cum hæres, ff. de diuers.
& tempor. præscript. cap. possessor de reg. Iur. in 6.
Castill. de vsufruct. cap. 67. nu. 20. & 22. Caball.
cons. 178. nu. 10. & seq. lib. 1. Cenc. de cens. quæst.
117. n. 12. iuxtà modern. impress.* Tum etiam, quia
Fliscus creditor d. census litem mouit contrà
Communitatem pro solutione fructuum illius
vsque de anno 1598. eamq; prosequutus fuit,
8 dum vixit, nempè† vsque ad annũ 1605. eo autem
defuncto, Iacobus illius hæres, vsque ad annum
1607. vt elicitur tam ex *d. decis. Caualerij*, quam
ex alijs iuribus datis *in Summ. Francisci.* Vnde
nulla potuit incipere præscriptio ab eis, quibus
9 nulla potest † imputari negligentia, *Bald. in auth.
nisi trienale ante num. 1. C. de bon. matern. Bald. de
præscript. 1. par. 6. & vlt. princ. nu. 19. vers. Vltrà
quem addo.*

A d. autem anno 1607. vsque ad obitum d.
Iacobi, qui successit de anno 1629. prout est in
confesso inter partes non intercesserunt nisi anni
22. vndè vel præscriptio 30. annorum non fuit
completa contrà d. Iacobum, vel quatenus com-
10 pleta fuisset saltem contrà Raggios illius † hæ-
redes, daretur illius restitutio ex capite proba-
bilis ignorantiæ, *Alex. cons. 71. nu. 2. & 3. lib. 1.
Rot. decis. 621. nu. 3. par. 1. recent.* & post *tract. de
Salu. decis. 259. nu. 5. & 6.* & post *cenc. de cens. de-
cis. 158. nu. 12. & dec. 265. nu. 6. & dec. 366. nu. 1.
& 2 Buratt. decis. 458. numer. 2. Gratian descept.
403. num. 38.*

Minus obstat præscriptio statutaria 16. anno-
rum nedum, quia solutio tam sortis quam fru-
ctum huius census destinata fuit in Ciuitate Ra-
11 uennæ, ac proindè non Statutum Vrbis, † sed
potius loci destinatæ solutionis attendi debet,
*Bart. in l. cunctos populos nu. 16. C. de Summ. Trinit.
Rot. decis. 602. num. 2. par. 2. diuers.* & fuit dictum
in Interamnen. affictus 13. Maij 1596. coram Litta
sed etiam quia nec Philippus, nec illius hæredes
huiusmodi debitum vnquam agnouerunt, sed
illud acriter impugnarunt; Vndè non videtur esse
locus Statuto Vrbis, cum illud non tollat actio-
12 nem, sed inducat solutionis † præsumptionem,
quæ proculdubio cessat in eo, qui negat se debi-
torem, cum cessante confessione debiti, cesset
quoque solutionis præsumptio.

Quo verò ad secundam partem resolutionis,
qua fuit firmatum esse agendum via ordinaria,
non autem via exequutiua moti fuerunt DD. ex
eo quod Philippus, vt in prædicta serie facti di-
ctum fuit, emit censum, de quo agitur, non
pro se, sed pro persona nominanda, ac successi-
uè nominauit Fliscum, declarauitque d. censum
emptum fuisse ex pecunijs eiusdem Flisci, qui
deindè d. nominationem, ac declarationem ac-
13 ceptauit; Vndè cum Philippus in emptione † d.
census censeatur se gessisse tanquam Procurator
eiusdem Flisci, iuxtà *consil Anchar. 127. sub. n. 1.
col. 2.* vtique facta nominatione eius officium
vel ministerium expirauit, omniaq; iura d. cen-
14 sus censentur eidem Flisco acquisita † ex prima-
uo contractu, perindè, ac si ipsemet ab initio
contraxisset, ac nominatus fuisset, *Alex. d. cons.
132. n. 3. in fin. & seq. lib. 6. Anchar. d. consil. 127.
num. 6. Rimin. Iun. consil. 167. per tot.* & præser-
tim *numer. 11. Surd. decis. 182. nu. 17. & 18.* vbi
15 quod facta nominatione dominium rei † emptæ
nullo tempore dicitur fuisse penès nominantem,
Rot. decis. 125. nu. 5. post Cenc. de cens. Quapro-
pter cum Philippus, qui post dictam nomina-
tionem nullum ius habebat in dicto censu, iam-
que fructus erat suo ministerio, sortem illius, ac
fructus exegerit, vtique non amplius vt Procura-
tor Flisci, sed tanquam altera persona conside-
ratur, quæ in exactione d. census se immiscere
voluit, contrà quem proptereà, siue illius hære-
des Raggij creditores non possunt agere via exe-
cutiua pro restitutione d. sortis vigore obligatio-
nis Cameralis adiectæ in Instrumento d. nomi-
nationis, quæ longè ante d. exactionem adim-
pleta fuit, sed debent implorare officium Iudi-
cis via ordinaria pro restitutione eiusdem sortis
post nominationem perfectam indebitè perceptæ
ad notat. per *Roman. cons. 503. num. 11. & seq. Surd.
cons. 70. nu. 18. in fin. lib. 1.* & fuit dictum *in Rea-
tina Iuris. Redimen. post tract. de manut. decis. 247. n. 16.*

Non obstat, quod Philippus in Instrumento
d. nominationis promiserit nominationem ac
cessionem iurium d. census fuisse, & esse bonas,
validas, ac legitimè factas, nihilq; in præiudi-
cium iurium cessorum fecisse; alias teneri voluit
sub obligatione Camerali ad damna, & interes-
16 se, † Vndè inferebatur intrare viam executiuam
pro restitutione sortis eiusdem census, quæ suc-
cedit loco damnorum, & interesse, *Bald. in d.
l. traditio in 4. quæst. nu. 7. C. de act. empt. Greg. XV.
decis. 88. nu 3. & decis. 119. nu. 4. Rot. in Romana
seù Cornetana Dotis impress. per Salustium in prax.
cap. 38. lib. 1.* Quoniam verba illa, nominatio-
nem, declarationem, ac cessionem fuisse, & es-
se bonas, validas, ac legitimè factas, nihilque
in præiudicium iurium cessorum fecisse, tanquam
præteriti, ac præsentis temporis, non visa fue-
runt comprehendere tempus futurum, quo idem
Philippus sortem d. census exegit, ideòque suffi-
cit d. promissionem tunc temporis adimpletam
17 fuisse, cum regulariter tempus præteritum, † vel
præsens ad futurum non trahatur, *l. verbum erit,
ff. de verb. signific. Iason. in l. cum stipulamur num. 8.
ff. de*

ff. de verb.oblig. Hond. cons.6?. nu.62. lib.1. Adden. ad Gregor. XV. decis. 338. num. 18.

Non obstant verba *illa cessi, & transtulit*, aliaque similia in Instrumento d. nominationis ap-
18 posita, † ex quibus infertur d. Philippum tanquam cedentem remansisse obligatum præstare d. census tam de præsenti, quam de futuro, *Dec. consil.* 102. *in fin. Surd. decis.* 326. *nu.* 45. *Seraph. decis.* 321. *num.* 8. & consequenter pro illius
19 restitutione competere viam executiuam† vigore obligationis Cameralis, quæ videtur competere pro omnibus, quæ veniunt ex natura contractus, & in eius necessariam consequentiam *Seraph. decis.* 955. *nu.*2. & fuit dictum *in Romana Fideicommissi de Guidis* 27. *Iunij* 1633. *coram me*. Quia fuit responsum nos non versari in terminis puræ, ac veræ cessionis, in quibus terminis videntur procedere iura supra allegata, sed principaliter in terminis nominationis factæ pro persona nominanda, pro qua suppresso nomine, census iste ab initio emptus fuit; Vndè cum Instrumentum, cuius vigore agitur, contineat principaliter nominationem Flisci, dd. verba
20 *cessit, & transtulit*, † & similia, tanquam consecutiua non alterant contractum d. nominationis nec veram cessionem important, cum id attendi
21 debeat, quod † principaliter actum fuit, vt in simili dixit *Rot.post Cenc.de cens.dec.*180.*n.* 6. *& decis.*45.*sum num.*4.*versic.Nec obstat in addit.iuxt. antiq. impress.*

22 Non obstat, *dec.*5.*Greg.XV.num.*7.† vbi, dicitur quod is, qui assignauit nomen debitori, si deindè illud exigat dicitur assignationi contrauenire; Quoniam vltra, quod assignatio nominis debitoris longè differt à nominatione personę
23 non ideò dicta decisio firmat posse agi via exequutiua.

Non obstat, quod extensio obligationis Cameralis comprehendat, quod obligatus dicta forma promittat omnia, & singula contenta in Instru-
24 mento tenere, attendere, complere, & † inuiolabiliter obseruare; contraque ea seu eorum aliqua non facere, dicere, vel venire de iure, vel de facto, quouis quæsito colore, vt per *Galles. in princ.tract.in formula, quæ nunc est in vsu num.* 8. Quoniam d. extensio regulatur à promissione principaliter facta in Instrumento, adeòut verba
25 *illa*, tenere, attendere, complere, & † irreuocabiliter obseruare, &c. congrue referantur ad nominationem Flisci principaliter factam, non autem ad exactionem census postea subsequutam. Et ita vtraque, &c.

Infrà in eadem causa habetur altera decisio sub die Sabbati 27. Nouembris 1639. coram eodem bonæ memoriæ Dunozetto.

R. P. D. ROIAS

Postea Episcopo Tarraconen.

Bononień Fideicommissi.

Lunæ 27. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Fœminæ, quando non dicantur exclusæ à principaliter mogenitura, & hoc quantumuis aliquæ coniecturæ videantur militare pro exclusione, quia in hac materia totum facit, ac regit voluntas ipsa disponentis, qua stante in vanum laboratur per obscuram viam per coniecturas in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Successio non defertur per saltus, & nunquam fit transitus de vna linea ad aliam nisi constet de mente Testatoris.*
2 *Fœminæ ex quibus verbis dicantur inclusæ in fideicommisso.*
3 *Primogenitura, si sit ingressa in lineam vnius, quando descendens ex fœmina, non possit excludi, per masculos alterius lineæ.*
4 *Fœminæ etiam comprehenduntur sub nomine primogeniti.*
5 *Quod procedit, quando non adsunt masculi eiusdem lineæ, & non agitur de primogenitura facta pro conseruanda agnatione.*
6 *Fœminæ etiam comprehenduntur sub collectiuo nomine, progenie, in progeniem.*
7 *Fœminas descendentes si Testator vocauerit, cessat ratio conseruandæ agnationis, cum illa non sit expressa.*
8 *Testator dum voluit, vt penès vnicum vnigenitum conseruarentur bona, fœminæ non sunt exclusæ.*
9 *In primogenitura, quando non fuit considerata ratio conseruandæ agnationis, tunc conueniunt etiam fœminis.*
10 *Agnationis conseruandæ ratio, quando clare apparet non fuisse habitam ad nihil deseruiunt coniecturæ in contrarium & num.*11.
*Et amplia num.*12.
13 *Verba, quando fuerunt apposita accessoriè, & qualificatiuè, non ita stringunt, sicuti quando apponuntur independenter, & num.*14.
15 *Gerundium sine copula, qualificat tantum verba quibus adiungitur.*
16 *Vndè conditio, seù modus sic conceptus, non operatur effectus dispositionis, sed nudi facti, num.* 17.
18 *Fœmina, quando est expressè vocata, nec vlla fuit habita ratio conseruandæ agnationis, tunc est admittenda ad fideicommissum, & num.*19.*&* 20.
21 *Testamenti vna pars declarat aliam.*
22 *Verba*, semper intennendo de maschi, *qualiter sint intelligenda, vt exclusæ non dicantur fœminæ.*
23 *Masculorum appellatione, quando non veniant omnes descendentes, & num.*24.
25 *Fideicommissi extensio non est facienda.*
26 *Masculinitatis præsumptio non admittitur, stante diuersitate rationis, & personarum.*
27 *Dictio*, semper, *posita in clausulis non dispositiuis, non dicitur mutare suam naturam.*

DECISIO CLXV.

PRæuijs pluribus decisionibus coram R P D meo Pirouano vti deputato ab A.C. fuit lata sententia ad fauorem D. Comitissæ Iuliæ de Pepulis,

pulis, filiæ Io: Pauli filij Cæsaris primogeniti,
filij Isabellæ, & Fabij de Pepulis, mihique in
gradu appellationis commissa, dubitaui hodie,
An sententia sit confirmanda, vel infirmanda, &
Domini absque vlla penitus difficultate resolue-
runt sententiam esse confirmandam.

Fundamentum resolutionis fuit, quia illa est
valida, & iusta, de validitate constat ex reuolu-
tione actorum ex quibus patet in ea concurrere
omnia requisita, tradita per *Caputaquen.dec.260.
part.2.* Iustitia verò deducta fuit ex decisionib. in
hac causa factis sub die 27. Nouembris 1637. &
18. Iunij 1638. coram D. meo Pirouano, in qui-
bus dictum fuit constare de fideicommisso siue
potius de primogenitura instituta ad fauorem
dictæ D. Comitissæ Iuliæ de Pepulis per q. Ioan-
nem Paulum Manphronium, inter eius filios, &
descendentes masculos quousque extabunt, sub
his verbis: *Nelli altri tutti miei beni, eleggo, & vo-
glio, che siano miei heredi li figliuoli maschi, che di
me, & di legitimo matrimonio nasceranno, tra'quali
voglio per la facoltà mia, sia strettissimo Fideicommis-
so, di modo, che vadi da'figliuoli in nepoti, & da'ne-
poti in pronepoti in infinito &c.* deficientibus verò
filijs, alijsque descendentibus masculis, vt su-
pra vocatis; Idem Paulus Manphronius Testator
ad effectum conseruandi eius hæreditatem pe-
nès vnicum hæredem ex corpore suo descenden-
tem instituit primogenituram inter eius filias
fœminas, earumque descendentes primogenitos
secundum gradus prærogatiuam sub hoc pacto:
*Voglio, che la Signora Isabella mia figliuola sia dota-
ta, hauendo fratelli de ducati cinque mila, & non ha-
uendo fratelli maschi nel tempo della mia morte, &
non vi essendo alcuno mio descendente maschio voglio,
che ella sia mia herede vniuersale; Voglio ancora che
in difetto de i miei descendenti maschi, e morendo det-
ta mia figliola, che la mia facoltà vada al primogeni-
tò di detta mia figliuola, e di cosi di progenie in pro-
genie alli primogeniti de Nepoti, & Pronepoti in in-
finito di detta mia figliuola, & mancando lei senza
figliuoli intendendo sempre de'maschi, voglio che suc-
ceda l'altra secondagenita, &c.*

Obijt dictus Ioannes Paulus Manphronius abs-
que filijs, & descendentibus masculis superstite
Isabella filia primogenita, ac hærede ex qua
natus fuit Marchio Cæsar Pepulus primogeni-
tus ex Marchione Cæsare Ioannes Paulus ex eo
D. Comitissa Iulia de Pepulis, ad cuius fauorem
fuit lata sententia ex quo per obitum Marchio-
nis Ioannis Pauli eius patris, non factus sit lo-
cus vocationi ad fauorem lineæ secundogenitæ
Isabellæ, ex eo quia secundum regulas primo-
genituræ numquam fœminæ descendentes ex vl-
timo possessore excluduntur per masculos alte-
1 rius lineæ, † nec fit transitus de linea ad lineam,
nisi expressè dicatur, vel adsint euidentissimæ
coniecturæ, & indubitabiles cum quibus Testa-
tor se conformare videatur, *Valenz.cons. 97. nu-
mer.78.cum seqq.Molin.de Hispan.Primogen.lib.3.ca-
pit.3.n.31.& 32,& cap.5, n. 71,* quam sententiam
secuti fuerunt, *Couar.Mierez, Auendag.Mantic,Par-
lad.Fusar.& Castill.* quos refert, & sequitur *Addi-
tio ad Molin.* vbi proximè, Ideoque cum D. Iulia
sit de vocatis ad primogenituram, vt patet ex
verbis: *Voglio che la mia facoltà vada al primogeni-
to di detta mia figliuola, e cosi di progenie in progenie
alli primogeniti de'figliuoli nepoti, & pronepoti in in-
2 finito di detta mia figliuola,* † quę verba indubitan-
ter comprehendunt fœminas *Cephal.cons.511.nu-
mer.25* & post alios apertè dixit *Fusar. quæst. 335.
num.5. Ramon.consil.vltim.num.388.*

Ex quibus optimè firmatum fuit in decisio-
nibus prædictis, quod dum primogenitura in-
gressa est lineam Pauli primogeniti non potest
3 D. Iulia ex illo † descendens excludi per mascu-
los lineæ Lucretij secundogeniti Isabellæ sine al-
terius, vt præter relatos in decisionibus firmat
etiam *Thes.Iun.lib.2.quæst. 12. num 13. cum tribus
seqq.Ramon.dicto cons.vltimo num.483.Ludou.Bellus
cons.1.num.157.& seqq.* & præsertim cum nomine
4 primogeniti contineantur † etiam fœminæ, quan-
do, prout in præsenti non agitur de primogeni-
tura constituta pro conseruatione Agnationis,
5 nec adsunt masculi † eiusdem lineæ, & ex tradit.
per *Fusar.de substit.quæst.335.num.9.& 13.Ludouic.
Bellus dicto cons.1.num.187.& Rota dec.666.nu.10.
par.2.recent.* ex eo quia vocato masculo ex fœmi-
na, à quo primogenitura ingressa est in lineam
Pauli non amplius mentionem fecit de masculis
6 † sed de primogenito, & de progenie in proge-
niem sub quo termino collectiuo etiam fœminæ
comprehenduntur, *ex Fusar. de substit. quæst. 335.
num.5. Ramon.cons.100.num.388.*

Quod autem in præsenti cesset ratio contem-
plationis agnationis patet ex eo; Primò, quia
Testator ad differentiam fideicommissi instituti
inter proprios filios, & descendentes masculos
solum contemplatus fuit conseruationem hære-
ditatis penès vnicum hæredem ex corpore suo
descendentem; Secundò, quia vocauit etiam
7 filias, † & descendentes fœminas ex quarum vo-
catione, & admissione quamuis masculi repeti-
ta oratione essent vocati cessat tamen ratio con-
seruandæ Agnationis, cum illa non sit expressa,
*Castill.lib.2.controuers.cap.4.num.25.45. & nu.100.
Ramon dicto consil.100.num.372.Menoch.cons. 309.
num.90.Ludouic Bellus cons.1.num.212.* & tantum
mens Testatoris fuit, vt penès vnicum primoge-
8 nitum † eius hæreditas perueniret, quo casu fœ-
minæ non sunt exclusę, *Crauett.cons.150. num. 1.
& 306.n.5 Molin.de Primog. lib.3. cap.5. num. 50.*
cum in primogenitura instituta nulla possit con-
siderari ratio conseruandæ Agnationis, sed for-
9 tasse in fideicommisso, † & nos versamur hodie
in primogenitura purificata, & quę conuenit
etiam fœminis, *ex Rota dec.21. num. 4. par. 1. re-
cent.*

Nec exclusio fœminarum resultat ex illis ver-
bis, *e mancando lei* (loquendo de Isabella) *senza
figliuoli, intendendo sempre de maschi, voglio che
succeda la seconda genita.* Quia placuerunt Do-
minis responsiones datę, quod cum dicta verba,
Intendendo, &c. sint adiectiuè prolata ad casum
deficientię Isabellę sine masculis non possunt in-
seruire ad casum non præuisum, quo Isabella
10 masculos suscepisset, & successiuè masculus pri-
mogenitus fœminam † tantum reliquisset neque
directè, neque extensiuè, ex quo extensioni re-
pugnant tritę Iuris regulę dum non apparet ma-
nifestè habitam fuisse prædictam rationem con-
11 seruandæ† agnationis, *Rota dec.486.n.4.par.1.&
decis.*

decis.538.num.3.& 667.num.10. par.2.recent.& præ-
22 sertim cum hic agatur de faciendo† transire primogenituram de linea, quam est ingressa contra illius descendentes, *Cels.Vgo cons.120. nu. 14. Mantic.de coniect. vltim.volunt. lib.8. tit. 18. num.2. Francisc.Milan.dec.9. num.1. lib.1. Rota dec. 209.numer.1.par.2.diuers.*

Nec in casu præsenti fuerunt apposita verba
13 illa per modum regulæ, & independenter sed † accessoriè, & qualificatiuè ad conditionem obitus primogenitæ sine filijs, quo casu vocata extitit secundogenita, quod euidenter patet, tùm quia non fuerunt apposita in principio, vel fine
14 dispositionis, sed in medio substitutionis † factæ Isabellæ de prædicta secondogentita ad quam propterea qualificandam dicuntur posita, vt admittit *Casanatt. in cons. 53. num. 39. vsque ad 47.*
15 Tùm ex eo, quia gerundium sine † copula habet istam naturam qualificandi tantùm verba quibus adiungitur, *Bald.cons.212.num. 4. lib.3. Alexand. cons.1.num.22.lib.2.Corn.cons.105.num.11.lib.3.Rota decis.257.num.3. par. 5. rec.* & declarat optimè
16 *Castill.par.4.cap.55.num.13.* Vndè conditio, † seù modus ità conceptus non operatur effectum dispositionis, sed nudi facti, *Casanatt.cons.48. nu.6. & Castill.* interpretando illa verba: *Preferiendo siempre los varones à las Embras, cap.8.num. 71. & 72.* cum hic ponantur relatiuè ad obitum Isabel-
17 læ sine filijs, & tanquam † limitatè prolata ad eam tantum conditionem restringenda sunt, *ex Rot.dec.257.num.2.par.5.recent.*

Ex quibus cum fœmina sit expresè vocata,
18 nec vlla fuerit habita prædicta† ratio agnationis, prout ex verbis Testatoris manifestè constat; Ideò D. Iuliam esse merito admittendo vti proximiorem vltimi possessoris Dominis placuit, nulla habita in consideratione masculorum prælatio, ex quo non sunt in eodem gradu, nec descendant
19 ex eodem stipite, à quo descendit D.Iulia, † sed masculus descendat ex secundogenito Isabellæ vocato post extinctionem lineæ primogeniti, vt expresè respondit *Ramon. d. consil. vltimo nu.693. vsque ad 500.* vbi dictam dictionem *semper*, restringit ad substitutiones præcedentes secundum
20 † subiectam materiam, & fœminarum ex vltimo possessore esse meritò præfereñ musculo alterius lineæ determinat cũ alijs pluribus cõcordantibus.

Et cessat omnis scrupulus aduertendo, quòd Testator in vocatione secundogenitæ, eiusque lineæ primò vocauit eius filios masculos, ibi: *E suoi figliuoli maschi*, & successiuè etiam fœminas eiusdem lineæ antequam ad masculos tertiogenitæ hæreditas perueniat, ibi: *Et non essendo succedino le femine intendendo sempre de' primogeniti, & primogenie,& non mancando la secondagenita, succeda la terzagenita nelli predetti modi*, ex quibus verbis clarè deducitur; Primò quod Testator progressum primogeniture voluit etiam fieri ad fęminas descendentes ex masculis lineæ in qua fideicommissum est ingressum, nec voluit excludi per masculos alterius lineæ durante prima linea vocata, & quamuis id legatur dispositum in linea secundo-
21 genitæ ad excludendam lineam tertiogenitæ, eadem tamen vtrobique militat affectio, † & ratio, & præsertim cum vna pars Testamenti aliam declaret *ad text. in l. si seruus plurium, §. fin. ff.de leg. primo, & l.qui filiabus, ff. de leg.tertio, Dec. cons.193. n.1.Menoch.cons.220.n.89.Greg.XV.dec.236.nu.13. & decis.514.nu.8.*

Ex prædictis satis extat declaratum, quod verba illa: *Intendendo sempre de maschi*, referuntur tantùm ad masculos primi gradus contemplatos pro ingressu fideicommissi, ex quo in sequentibus gradibus præferuntur fœminæ descendentes ex
22 masculis, quæ † etiam absque tali declaratione, & prælatione succederent, quia non dependent à persona exclusa, sed potius à masculis expresè vocatis, vt declarat *Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. num. 32. Greg. Lopez in l. 2.tit.3 par.6. in glos. verb. mugeres col. 7. & 8.* Et præsertim cum immediatè antea Testator locutus fuerit de filijs nepotibus, & pro nepotibus in infinitum ex Isabella descendentibus ex verbis illis, *Et mancando lei senza figliuoli intendendo sempre de maschi*, & sic verbum; *De maschi*, refertur ad *figliuoli*, quorum appella-
23 tione † non veniunt omnes descendentes ab Isabella, quando Testator de vlteriori gradu nominatim mentionem non fecit, *Surd. decis.322.n.2.*,
24 cum hic separatim † mentionem fecerit de nepotibus, *Soccin. iun.cons.128.nu.71.volum.1.Simon. de Pret. de interpret. vltim. volunt. lib. 3. interpret. 3. dub. 4. solut.1.num.43. Crauett. in cons. 677.num.3.*
25 & præsertim† ad extensionem fideicommissi, *Rota dec. 693.num.4. par. 2.recent.*

Nec aliquo modo intrare repititionem masculinitatis in sequentibus gradibus ex quo adest diuersitas personarum, & rationis impeditiua re-
26 petitionis † præsumptæ, vt præter allegatos in decisionibus dixit *Peregr. de fideicom.art.25.nu.33. Menoch. præsumpt. 84.num.7. lib.4. Rota in Romana Fideicommissi de Vipera 24. Ianuarij 1619. coram bon.mem.Card. Virili*, eoque magis stante expressa nominatione fœminarum, vt suprà deductum fuit.

Minùs facere dicebant Domini verbum *semper*, denotans perpetuitatem, quia placuerunt respõnsiones datæ in prædictis duabus decisionibus coram D. meo Pirouano, ne primogenitura posset vnquam incipere à fœminis prouenientibus nedum à prima, sed etiam à secunda, & tertiagenita. Ideòque cum primogenitura cœperit habere suum effectum intrando lineam Cæsaris masculi filij Isabellæ, vt in hoc casu Testator non cogitauit alterare ordinem primogeniturę in succedendo à iure determinatum, ita, & taliter, donec in ea linea extent descendentes, nullo modo possint vocari descendentes ex linea secundogeniti, siue tertiogeniti Isabellæ, ex prædictis, & cũ
27 dictio, † *semper*, posita sit in clausulis non dispositiuis, prout in præsenti; Ideò non dicitur mutare suam naturam iuxtà modum, & terminos dispositionis; vel conditionis, cui accessoriè adijcitur, vt dixerunt *Alex. consil. 139.nu. 3. lib.6. Bologn. cons. 15. numer.53. Boer. decis. 158. num. 9. Rauden. de analog. lib. 1. cap. 15. numer.315. Surd. cons. 448.num.26. Menoch. cons. 399. numer.10. Ramon. dicto consil.100.num.494.& 500.Rota dec.265. num. 3. par.1. diuers.* Ideòque cum ex supradictis intentio Testatoris clara fuerit, vt primogenitura à se instituta semper quousque extarent de linea primogenitæ si masculos procreasset de filio in nepotem deueniret, & iam fuerit effectuata

cum

cum filius masculus à primogenita fuerit consecutus à quo hodie descendendit D. Comitissa Iulia meritò quousque ista linea primogeniti extabit, non deueniet dicta primogenitura ad fauorē lineæ secundogeniti, vel tertiogeniti, eiusdem Isabellæ, ex supracitatis.

Et ità resolutum, &c.

Decisiones istæ in hac causa emanatæ coram bon. me. Pirouano sub diebus 27. Nouembris 1637. & 18. Iunij 1638. habentur suprà, & prima est in par. 7. recent. decis. 249. altera verò supra in hac parte decisio 65.

R. P. D. GHISILERIO

Postea Episcopo TERRACINEN.

Callieñ Hæreditatis.

Veneris 1. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Plenè agitur de probanda voluntate Testatoris in dispositionibus ad pias causas, vbi quod per verba enunciatiua, & epistolas probatur. Testamentum Clerici non subiacet querelæ inofficiosi, aut iuri dicendi nullum præcipuè si pia causa sit instituta.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum fauore piæ causæ valet sine solemnitatibus, & nu. 2. & 5. & nu. 19. & 20.*

3 *Argumentum de filijs ad pias causas valet.*

4 *Testamentum ad pias causas valet absque vllo teste, sicut etiam inter liberos, & num. 6. & 19.*

7 *Sententia dicitur nulla ex defectu actionis, quando actor non declarat an vti velit Testamento iure directo, an indirecto ex clausula codicillari. vide num. 13.*

8 *Pia causa à pari procedit cum liberis, & n. 9.*

10 *Piæ causæ magis, quam filijs fauetur excepta legitima.*

11 *Dominium hæreditatis, vel fideicommissi vniuersalis transit ipso iure in Ecclesiam, & nu. 12*

14 *Testamentum si non substinetur, vt Testamentum substinetur, vt codicilli quando hoc Testator dixit, præcipuè si verba importent futurum, quæ verba sunt imposita non vt sit in potestate hæredis, sed quod pendeat à futuro casu validitatis Testamenti. ibidem.*

15 *Restitutio in integrum ob probabilem ignorantiam competit Ecclesiæ præsertim stante dubietate iuris articuli. nu. 16.*

17 *Ignorantia iuris non excusat à rigore*, l. final. C. de codicillis.

18 *Ignorantia iuris in articulo controuerso excusat, & æquiparatur ignorantia facti.*

21 *Testes non examinati formiter faciunt adminiculum.*

22 *Piæ causæ ad fauorem sufficit probatio voluntatis etiam per coniecturas.*

23 *Testamenti exemplum non sufficit, nisi ostendatur originale.*

Quæ conclusio non procedit fauore piæ causæ. n. 24. 26. 27. 30.

25 *Piæ causæ fauore sufficit probatio voluntatis Testatoris quoquo modo probata, etiam per verba enunciatiua de præterito.*

27 *Exemplum Testamenti ab ipso Testatorem scriptum probat fauore piæ causæ, & num. 28.*

29 *Copia scripta ab eo qui scripsit originali sicuti probat alia negotia ita probat Testamentum, & numer. 30.*

Fortius si fuit transmissa à Testatore animo propalandi suam voluntatem. nu. 31. & 32.

33 *Verba*, io N. scrissi, e deposi come sopra, *in Testamento adhibita, & si careat solemnitatibus ostendunt perfectam, & deliberatam voluntatem.*

35 *Testamentum quando probant sine testibus tunc per testium contradictiones non potest.*

36 *Confessio Testomenti facti à Testatore per illius scriptionem, & subscriptionem, & per mentionem in epistolis probat contra eum, & contra habentes ab eo causam.*

37 *Clericus potest testari de aduentitijs.*

38 *Testamentum Clerici non subiacet quærelæ inofficiosi nec ex præteritione potest dici nullum.*

Sed solum parentes, vel filij illius conditione ex lege possunt petere legitimam, & nu. 39.

40 *Legitima non debetur Matri præcedenti Filio.*

41 *Testamenti tempus attenditur tempore mortis Testatoris, non autem quo fuit conditum.*

42 *Testamentum sumit robur à die obitus Testatoris.*

43 *Epistola in qua enunciatur Testamentum factum à Clerico valet, & sufficit pro Testamento ad pias causas.*

44 *Declaratio voluntatis substinet Testamentum Clerici conditum ante Clericatum.*

45 *Testamentum militis conditum ante militiam substinetur si Testator in eadem voluntate permanet, & num. 46.*

47 *Argumentum à militia terrestri ad cælestem valet.*

48 *Clericatus ex quibus probetur.*

49 *Testamentum Clerici si est instituta pia causa non subiacet quærelæ inofficiosi, & nu. 50. & seqq.*

54 *Testamentum non substinetur si Mater exhæredetur, vide nu. 56 & 57. & seqq.*

55 *Quærela inofficiosi quando competit aliud remedium non habet locum.*

56 *Mater, & si præterita potest consequi legitimam conditionem.*

60 *Fauor piæ causæ præualet fauori viuentium ab intestato.*

61 *Clausula codicillaris operatur, vt venientes ab intestato censeantur grauati restituere hæredi scripto, et num. 62 et 63.*

64 *Donatio non reuocat Testamentum si sit reseruata pars bonorum.*

65 *Testamentum attenditur tempore mortis respectu bonorum.*

66 *Actus equiuocus non concludit.*

67 *Reuocatio testamenti debet iustificari.*

68 *Testes varij, & sibi contrarij non probant.*

69 *Testes singulares non probant.*

70 *Testis deponens, quod alius altero viuente fructus bonorum illius viuentis recipiat, non per hoc excludit, quod bona illius post eius mortem deuolui debeant ad hæredes scriptos.*

71 *Be-*

71 *Beneuolentia erga animam propriam præsumitur maior omnibus.*
72 *Paria sunt non esse, et non apparere.*
73 *Epistola non potest suffragari loco testamenti, si non habet solemnitates in testamento necessarias.*
74 *Successio ab intestato non defertur non proximiori.*
75 Text. in l. Sancimus C.de testam. *declaratur, & num. seqq.*
80 *Testes ad probandam voluntatis mutationem pro reuocatione testamenti debent esse omni exceptione maiores.*
81 *Testes deponentes aliquem voluisse, quod mater & eius filia, & nepotes fruerentur sua hæreditate dicuntur deponere de effectu consecutiuo donationis factæ matri.*
Quia bona ipsi donata possunt transire ad filiam, & nepotes.
82 *Qui potuit facere, & non fecit signum est, quod efficaciter voluit.*
83 *Epistola scripta, & suprascripta à testatore cofirmat testamentum, et excludit reuocationem.*
Epistola continens actus spectantes ad scribentem probat contra eum, et si sit subscripta ab alio n. 83.
84 *Epistolæ, quæ potest inseruire pro testamento fauore piæ causæ multo fortius deseruit pro perseuerantia voluntatis testatoris probanda.*
Fortius concurrentibus testibus adminiculantibus dictam perseuerantiam nu. 85.

DECISIO CLXVI.

Proposita à me per duas vices hac causa. Sub die prima Iulij articulo maturè discusso, fuit resolutum sententiam Rotalem latam ad fauorẽ Patrum Congregetionis Oratorij Camerini Hæredum institutorum in testamento quondam Cæsaris Ignatij Sacerdotis eiusdem Congregationis super immissione in possessionem omniũ, & singulorum bonorum, & rerum stabilium, mobilium, & se mouentium, & Censuum, locorum Montium, Creditorum, Officiorum, Societatum Officiorum, & aliorum iurium quorumcumque hæreditariorum dictique Cæsaris, esse confirmandam non obstantibus contra illum deductis, tam ex capite nullitatis, quam iniustitiæ, Quia Patres Oratorij habent intentionem fundatam in testamento scripto, & subscripto manu Cæsaris testatoris, & ad illos transmisso, quod
1 sufficit, etiamsi careat † solitis solemnitatibus cum sit fauore piæ causæ, & plenè contrarijs omnibus respondens firmauit *Rot. decis. 74. per tot. par. 2. diu.* amplectendo veriorem, æquiorem,
2 tutiorem, † ac etiam communiorem sententiam, aliàs antea per Rotam sequutam coram *Caputaq. in eadem causa, 7. Maij 1548. relata vbi supra n. 12. Achill. de Graff. decis. 1. num. 1. de testam.* vt latè fuit dictum *coram bon. mem. Buratto decis. 475.* vbi aliæ resolutiones Rotales in similibus referuntur, & *coram bon. mem. Card. Caualer. decis. 553. num. 1.*
3 attento quod valet argumentum de filijs † ad piã causam, & der multa similia tradit *Dec. in l. licet C. de pact.* & propterea valere testamentum ad
4 pias causas † etiam quod nullus adsit testis sicut, & inter liberos tenuerunt. *Alex. cons. 4. num. 10. & seqq. volum. 7. Iason. cons. 61. num. 18. vol. 1. Ruin. cons. 71. num. 12. et seqq. vol. 3. vbi num. 18.* concludit, quod in dispositione ad pias causas at-
5 tenditur tantum ius naturale, & diuinum, sicut in testamento Militis, non autem attenditur aliqua solemnitas iuris positi, vt per omnes *in cap. cum, esset, et in cap. relatum de testam. et in l 1. C. de Sacros. iuncta l. 1. et l. Lucius ff. de testam. milit. ita Aretin. in l. si his qui, seu si quis 25. testam. vol. 2. post med. vers. in primo casu, et ibi Imol. num. 6.* quem sequuntur communiter *Moder. et idem Imola in cap. 2. et in cap. cum esses, de testam.* idemque firmauit *Castren. cons. 25. num. 2. circa finem vers. præterea si scriptura lib. 2.* inquiens scripturam
6 testamenti manu testatoris confectam sufficere ad piam causam, sicut inter liberos per *auth. quod sine C. de test. cum alijs coll. per Tiraquell. de priu. piæ caus. priuil. 4.*

Nec censuerunt Domini obstare nullitatem deductam, aduersus sententiam Rotalem, ex de-
7 fectu actionis, ex quo Patres Oratorij actores nõ declarauerint, an vellent vti iure directo testamenti, An indirecto ex clausula codicillari *iuxta textum in l. final. C. de codicillis*, quia sicuti *in d. l. excipiuntur liberi ita, et pia causa,* quæ saltem à pa-
8 ri procedit cum † liberis, ex iuribus, & auctoritatibus supra allegatis, non quidem ex identitate rationis, vtrobique concurrente, sed fauore animæ, & vt Ecclesia habeat bona defuncti, ob quã
9 rationem *Ias. in d. l. final. n. 7. in fin. vers. nisi dicas non est ausus affirmare contrarium*, & excepta
10 legitima † magis fauetur piæ causę, quam filijs, vt probat *textus in auth. si qua mulier, iuncto principio et fine, vbi Bald. et Iason. de Sacros. Ecclesijs*, & cum agatur de iure quæsito Ecclesiæ, quia
11 Dominium hæreditatis, † vel fideicommissi vniuersalis transit ipso iure in Ecclesiam *Tiraq. de priuil. piæ causæ priuil. 39. Surd. decis. 25. nu. 18. cum alijs per Fusarium cons. 61. num. 9.* non est locus dis-
12 positioni *dictæ l. finalis, vt per Fulgos. ibidem n. 14. Archidiaconus in cap. vt quis duas num. 1. post princ. vers. istud obtinet. de elect.* & dum Patres petierunt hæreditatem ex testamento, quod Rota declarauit esse validum, hæreditatemque deberi iure
13 directo, † & in hac instantia prosequuntur idem iudicium, non est opus alia declaratione nisi in euentum, quod testamentum declaretur nullum, & Patres vellent conuolare ad codicillos.

Nec est verum, quod sententia de cuius confirmatione agitur; tribuat Patribus Ius succedendi, tam ex testamento, quam ex codicillis, quia potius ex decisionibus Domini mei Verospij in prima instantia dat illis immissionem, vigore testamenti, quod dicit esse perfectum, & quando in decisionibus fit mentio de clausula codicillari, non firmatur, quod Patribus ex hoc iure detur immissio, sed solum dicitur, quod quando
14 cessaret via testamenti, † aperiretur altera codicillorum, ex quo testator disposuit, quod si testamentum non valet iure testamenti valet iure codicillorum, siue quocumque alio titulo, ex quibus verbis, respicientibus tempus futurum, probatur, constaret de voluntate testatoris, quod effectus clausulæ codicillaris non pendeat à potestate, aut electione hæredis, sed à futuro casu quatenus testamentum non substineretur, vel per iudicem super illius nullitate pronunciaretur. Et
15 quatenus opus esset † competeret Ecclesię restitutio

tutio in integrum ex capite probabilis ignoran-
tiæ, vt firmat *Bart. in d. l. final. num. 4. C. de Codicill. Soccin. Iun. conſ. 104. num. 40. ante finem lib. 2.* quæ
16 ſemper datur præſertim in dubio iuris articulo,
Antonius Fab. in ſuo Cod. lib. 6. tit. 5. de teſtam. in fin. cum gloſ. num. 18. et 19. vt eſt ille de teſtam. Cleri-
17 ci ex doctrina *Surd. Crott, et aliorum*, † & quam-
uis plerique velint ignorantiam iuris non excuſa-
re à rigore *dictæ l. final. C. de Codicillis*, ſed ſolum
iuſtam ignorantiam facti, tamen negari nequit,
quin ex caſibus, in quibus incidunt concluſiones,
aut communes, aut rationibus, & auctoritatibus
18 vndique fundatæ, ignorantia iuris controuerſi
excuſet, & æquiparetur ignorantiæ facti *Felin. in cap. de quarta n. 27. de præſcript. Capicc. dec. 10. n. 19. et 20. Rota deciſ. 268. num. 3. et 608. nu. 14. par. 2. recent.*

Pariter exiſtimarunt Domini, tres exceptiones
aliàs oppoſitas contra teſtamentum Cæſaris non
releuare, ad hoc, vt ex capite iniuſtitiæ, ſenten-
tia de cuius confirmatione, agitur ſit reuocanda;
Non prima quod teſtamentum Cæſaris ſit copia
19 ſimplex, † quia cum agatur de fauore piæ cauſæ,
quo caſu ſtatur etiam ſcripturæ, ſine teſtibus, vel
alijs ſolemnitatibus *Gratian. diſcept. foren. 895. in princ. et num. 21. et 42. Peregr. conſ. 63. num. 17. et ſeq. Rota d. deciſ. 74. par. 2. diuerſ. et in cauſa Mediolanen. de Cuſanis 4. Februar. 1606. coram bon. me. Iuſto*, & habeamus exemplum teſtamenti ſcri-
20 ptum manu ipſius Cæſaris teſtatoris, † recognitũ
à teſtibus habentibus notam manum, hoc ſufficit
Rota in punct. de teſtam. ad pias cauſ. deciſ. 124. n. 2. par. 2. diuerſ. et deciſ. 192. par. 3. recent. in dicta Mediolanen. de Cuſanis coram Iuſto, et coram bon. mem. Card. Caualerio deciſ. 553. num. 2. maximè cum
concurrant plura adminicula, deducta. Ex epi-
ſtola ipſius Cæſaris, cum qua tranſmiſit copiam
teſtamenti Patribus Oratorij, ex alia Epiſtola
ſcripta ab eodem teſtatore de an. 1621. & ſic poſt
quindecim annos à die conditi teſtamenti, in
qua enunciat, & confirmat teſtamentum, & de-
clarat, ei non obſtare donationem poſtmodum
factam, ſed velle permanere in eadem voluntate;
Ex eo quia teſtator coram duobus teſtibus rati-
ficauit ſe condidiſſe teſtamentum, & copiam
tranſmiſiſſe, ex relationibus teſtium metu ex-
communicationis examinatorum, & præſertim
vnius quid deponit vidiſſe teſtamentum origina-
le in manibus Ioannis Baptiſtæ Domberti Nota-
21 rij rogati, † qui licet non ſint formiter exami-
nati, tamen deſeruiunt pro adminiculo, & quia
teſtator in vltima ætate, expleto exercitio artis
medicinæ ſe contulit ad Congregationem Patrũ
Oratorij, vbi honorificè receptus vſque ad mor-
tem permanſit, quæ omnia ſimul iuncta non ſo-
lum deſeruiunt pro adminiculanda recognitione
dictæ ſcripturæ teſtamenti, ſed pro ſubſtantia il-
lius, cum fauore liberorum, & piæ cauſæ ſuffi-
ciat probatio voluntatis, etiam per coniecturas,
22 & inditia *Alex. conſil. 4. numer. 13. & 18. lib. 6. Iaſ. conſ. 61. prope fin. num. 6. lib. 2. Rota d. dec. 74. num. 13. par. 2. diuerſ.*

Non obſtat, quod ſcriptura ſit exemplum teſta-
menti quod non ſufficit niſi oſtendatur originale
per tex. in l. 1. §. ſi quis in duobus verſ. ſed ſi vnum fecerit, ff. de bon. poſſ. ſecundum tab. quia diſpoſi-
23 tio illius textus non † habet locum in diſpoſitio-
ne facta fauore piæ cauſæ, cui ſufficit nuda vo-
24 luntas teſtatoris, † quoquomodo probata, etiam
per verba enunciatiua de præterito *Socc. Iun. conſil. 289. num. 20. & 93. lib. 3. Odd. conſ. 64. num. 5.*
25 *Caſtil. controu. quotid. par. 4. cap. 46. numer. 27. Gratian. vbi ſupra num. 26. & 27.* Et cum in teſta-
26 mento ad pias † cauſas ſtetur ſimplici ſcripturæ,
vt dictum eſt, ceſſat ratio ponderata, quia eſſet
in diſpoſitione partis elidere diſpoſitionem iuris
communis vt tenet *Paul. de Caſtr. in l. hæredes palam in princ. num. 10. ff. de teſt. vbi Imol. numer. 4. poſt med. verſ. & per hoc patet Rota deciſ. 772. n. 2. & 104. par. 1. diuerſ.* & hæc tanto magis proce-
27 dunt, cum agatur de exemplo ſcripto † ab ipſo-
met teſtatore, quia ſicuti crederetur ſcripturæ
ſimpliciter factæ ab ipſo teſtatore, ita credere-
tur etiam exemplo ſcripto ab ipſo teſtatore, vt
28 creditur ſcripturis exemplatis à Notario Actua-
rio, & quemadmodum copia de iure communi
29 regulariter, quoad alia negotia probat, † quan-
do fuit ſcripta ab eodem qui ſcripſit originale
vti firmauit, *Rota in Beneuentana Molend. 28. Iulij 1634. coram R. P. D. Merlino*, ita debet pariter
30 probare † vltimam voluntatem pro pia cauſa, vt
arguit *Rota deciſ. 321. num. 2. ante finem verſic. & proinde par. 4. recent.* Nec ſumus in ſimplici exem-
plo, ſeù copia fortuito caſu reperta, ſed in copia
animo deliberato tranſmiſſa ab eodem Cæſare
teſtatore, Patribus Oratorij, ad effectum propa-
31 landi eius voluntatem, † quæ propterea non ob-
ſtante, quod Cæſar illam appellauerit copiam,
non poteſt dici copia, ſeù exemplum prioris vo-
luntatis, ſed expreſſio eiuſdem voluntatis, quæ
fuerat expreſſa in teſtamento prius condito, &
32 ſic eſt illa eadem voluntas, vt in his terminis
firmat *Odd. d. conſ. 64. num. 47.*

Nihil facit, quod teſtes in dicta ſcriptura no-
minati, depoſuerint non interueniſſe teſtamento,
quia omiſſis mendacijs, & exceptionibus perſo-
nalibus, Patres non fundant intentionem ſuam
ſuper ſcriptura deperdita, in qua dicti teſtes ad-
hibiti fuerunt, ſed ſuper vltima ſcriptura à Cæ-
ſare ſubſcripta, & Patribus tranſmiſſa, abſque
interuentu teſtium pro ſua deliberata voluntate
ibi, *io Ceſare Ignatio ſcriſſi, e diſpoſi, come ſopra,*
33 quæ † verba etiamſi careant ſolemnitatibus,
oſtendunt perfectam, & deliberatam voluntatem
Caſtr. in l. ſi his qui num. 4. verſ. ex his apparet ff. de teſtam. Caball. conſ. deciſiuo 106. par. 2. numer. 32. Pariſ. conſ. 29. num. 18. lib. 2. Menoch. conſil. 224. num. 3. lib. 3. Surd. conſ. 187. num. 24. & 22. lib. 2. Rota coram bon. mem. Buratto deciſ. 475. num. 16.
34 cum fauore piæ cauſæ ſufficiat † docere de vo-
luntate teſtatoris, per quamcumque ſcripturam,
etiam informam ex ſupra allegatis, & quemad-
35 modum dicta vltima ſcriptura † ſine teſtibus
probat ita dicendum non poſſe dd. contradictio-
nes teſtium infringi per ea quæ latè tradit *Bart. deciſ. 118. num. 27.* & ex quo teſtator confeſſus
fuit teſtamentum, dũ illud ſcripſit, & ſubſcripſit
manu propria, & in epiſtolis, & coram teſtibus
36 de illo pluries mentionem fecit † huiuſmodi cõ-
feſſio contra ipſum, & cauſam ab ipſo habentẽ,
præualet mille teſtibus contrarium deponenti-
bus *Gabr. qui alios allegat de teſtibus concluſione*
quarta

quarta num. 75. *Roman. consil.* 391. *num.* 8. *Caputaq. decis.* 283. *num.*6. *par.*3. *Seraph. dec.*433. *n.*7. *& decis.*1316. *num.*1.

Non secunda quod contineat dispositionem nullam ob iniustam Eleonoræ Matris testatoris exhæredationem, quia cum agatur de testamen-
37 to Clerici qui † potest testari de aduentitijs, ita ut eius testamentum ex causa exhæredationis nō subiaceat quærelæ inofficiosi, nec ex preteritione possit dici nullum, vt in *cap. quia nos de testam.* vbi dicitur, Clericum liberè posse testari de bo-
38 nis, quæ ad eum peruenerunt, & liberum dicatur testamentum, quod non admitti quærelam *l. si filiam tuam vbi Bald. C. de inof. testam. gloss. vltim. in auth. Presbyteros vbi Burtigar. & Bald. C. de Episc.& Cleric. Angel.Corn. & alij relati Surd. consil.* 259. *num.* 10. *lib.* 2. communis opinio est testamentum Clerici ob præteritionem, vel exhæredationem non subiacere quærelæ, vt per
39 *Surd. d. loco* & solum parentes, & filios Clericorum conditione ex lege posse petere legitimam, *vt per gloss. in d. auth. Presbyter. cum alijs allegatis per Surd. vbi supra*, & cum Mater prædecesserit
40 filio cessat petitio legitimæ, † conditione ex lege, & testamentum, in omnibus etiam respectu legitimæ substinetur, est enim attendendum testamentum, de tempore mortis Cæsaris non au-
41 tem de tempore quo idem testamentum fuit conditum, quia à die obitus Vires sumit, &
42 propterea sufficit patribus, quod probetur Clericatus de tempore secundæ Epistolæ scriptæ ab eo, in qua post 15. annos idem testamentum enunciauit, quæ, vel sola sufficit pro testamen-
43 to, dum in ea testator illud enunciat, & confirmat *cap. fin. de success.* ab intestato, vel negari non potest, quin exinde testator declarauerit voluntatem, quod testamentum præcedens valeret; Hæc namque declaratio voluntatis substi-
44 net † testamentum Clerici, conditum ante Clericatum, & testamentum ante Clericatum factū gaudet eisdem priuilegijs quibus gauderet si factum fuisset post Clericatum ad instar testamenti militis conditi ante militiam dummodo tamen
45 testator in eadem voluntate permaneat *ad text. in l. Titius ff. de milit. test.* ibi constitutionibus enim Principum, non militum testamenta, sed quæ à militibus facta sunt confirmantur, sed
46 planè fecisse testamentum eum interprætandum est, qui se velle testamentum, quod ante fecerat valere aliquo modo declarauit, valere autem ar-
47 gumentum à militia terrestri † ad cœlestem; satis patet vltra quod ex deductis ab informantibus pro patribus censuerunt DD. contrarium probari; nam primo quod Cæsar de Mense Iunij 1606. quo condidit testamentum, de quo agitur esset Clericus ex instrumento impositionis census rogato ad eius fauorem de mēse Martij eiusdem Anni in ædibus oratorij Camerini, in qui-
48 bus vti vnus ex dictis Clericis morabatur; † Ex fide Sacerdotum, qui de dicto anno 1606. morabantur in oratorio, ex epistola eiusdem Cæsaris, cum qua de dicto An. 1606. transmissit Patribus oratorij copiam; Nec non ex eo quod de an. 1613. Cæsar erat Canonicus cum præbenda Theologali Ecclesiæ Cathedralis Calliceñ, & erat Sacerdos.

Nec veritas supradictæ conclusionis, quod testamentum Clerici non subiaceat, quærelæ inofficiosi, aut iuri dicendi nullum, præcipuè
49 quando in eo † instituta est pia causa, desumptæ *ex d. auth. presbyteros C. de Episcopis, & Clericis, & d. cap. quia nos de testam.* potest controuerti ex deductis per *Salicet. in d. auth. Presbyteros, & in auth. ex causa numer.* 18. *C. de liber. præter Vasquez de success. creat. lib.* 3. §. 22. *limit.* 17. *n.* 37. *Azor. instit. moral. par.* 2. *lib.* 2. *cap.*23. *vers. sed certe verior Fulgos. & Barbat. quos sequitur Couar. in d. cap. quia nos, numer.* 8. *&* 9. *Sanchez ad præcepta decal. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 17. *&* 18. *Nouar. coment.* 2. *de regul. num.* 44. *in fine*, quia de eorum dictis non est habenta ratio contra communem fauore Cle-
50 ricorum, & ipsimet illam fatentur communem, & præcipuè *Couar. in d. cap. quia nos in fine, Vasquez vbi supra Sanchez & Nauar.* non loquuntur de hac quæstione, sed de testamento nouitij de quo loquitur *d. auth. Presbyteros, nec Azor.* loquitur de testatore Clerico, sed de filio familias testante de Castrensi, se quasi inter quos *Angel. in l.*1. *num.*1. *ff. de inoffic. testam. & Fulgos. in l. final. in fine, C. eodem constituunt differentiam*, eo quia dicta authentica Presbyteros loquitur solum de Clericis, & quamuis *Azor. in quæst.* de milite as-
51 serat communem contra testamentum, vti etiam asserit *Couar.* non propterea sequitur idem dicēdum in quæstione diuersa de Clerico, in qua dantur rationes particulares, & in qua vt fuit
52 dictum supra, ipsemet *Couar.* agnoscit communem pro testamento, & vt distinguunt supradicti Angelus, & Fulgos; Ius dicendi nullum testa-
53 mentum, † aut quærelandi competit contra testamentum aliorum testantium de Castren. seu quasi, conditio autem ex lege competit contra testamentum Clericorum de quibus solis loquitur auth. Presbyteros.

Non obstat quod exhæredatio Matris sapiat
54 iniquitatem, † & ideo testamentum non substineatur ex *Bart. in l.* 1. *num.* 61. *C. de sacros. Eccles. cum alijs alleg.* quia cum quærela inofficio si
55 non habeat locum vbi competit † aliud remedium, vt in verbis disponit *text. in §. tam autem naturales instituta de inoffic. testam.* & mater nō ob-
56 stante preteritione possit peruenire ad consequtionem legitimæ alio iure scilicet conditione ex lege *per d. text. in auth. Presbyteros C. de Episcop. & Cleric.* dum testator erat Clericus iuxta communem supra probatam, & sic mater præterita
57 alio iure possit venire ad partem hereditatis, ex facto cessat ratio iniquitatis contra pietatem, vndè sequitur quamuis, mater fuerit præterita adhuc testamentum substineri.

58 Sed cum mater predecesserit, † cessat ratio iniquitatis per DD. consideratā, vt per *Thesau. decis.* 141. *num* 16. & testamentum fuit conualidatum ex morte matris ante testatorem, vt per *Bart. in l. posthumus num.* 3. quem ceteri sequuntur *ff. de iniust. testam.* sumpto argumento à fauo-
59 re venientium ab † intestato ad fauorem piæ causæ, quæ maius habet priuilegium *Rota dicta decis.* 74. *num.* 17. *& seqq. par.* 2. *diu.* & fauorem
60 piæ causæ preualeret † fauore venientium ab intestato firmant *Abb. cons.*11. *col.*3. *in princip. vers. non obstat lib.*1. *Tiraq. de priuil. piæ causæ priuil.* 52. *per*

per tot Et ex clauſula codicillari etiam ſi prætendebatur matre prædefuncta non operari grauamen aliorum venientium ab inteſtato ſubſtinetur teſtamentum, quia per eam venientes ab in-
61 teſtato, cenſentur fideicommiſſo † grauati reſtituere piæ cauſæ hæredi inſtitutæ, vt ex pluribus cumulatis firmauit *Rot. deciſ.* 568. *numer.* 3. *par.* 1. *deciſ.* 373. *num* 6. *par.* 2. *& deciſ.* 27. *n.* 11. *& ſeqq. par.* 5. *recent.* Eoque ita ſuffragatur, vt
62 nedum mater ſit grauata reſtituere, † ſed etiam venientes ab inteſtato, *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 32. *numer.* 18. *Fuſar. de ſubſtit quæſt.* 566. *num.* 7. *& quæſt* 569. *num.* 4. *Peregr. de fideicomm.*
63 *artic.* 2. *num.* 8. & in terminis pie † cauſæ faciunt tradita per *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 603. *nu.* 14. *& ſeqq.*

Quoad ad tertiam, & vltimam exceptionem circa pretenſam reuocationem teſtamenti Ceſaris Domini dixerunt illam nullatenus probari, vt firmatur *in dec. Domini mei Veroſpij* 10. *Decembris ſuperioris Anni,* Nec ex donatione facta matri, nec ex actibus poſitiuis ponderatis ab informantibus, nec ex teſtibus.

Non ex donatione facta matri, quia eſt compatibilis cum precedenti teſtamento, dùm teſta-
64 † mentum remanet efficax in reſeruatis non comprehenſis in donatione, *Menoch. præſumpt.* 167. *num.* 10. *lib.* 4. & ſtante poſta retrodonatione facta à matre, omnia bona etiam retrodonata re-
65 incidunt ſub teſtamento, cum † in ſucceſſione attendatur tempus mortis teſtatoris reſpectu bonorum, etiamſi teſtator eadem bona tempore teſtamenti non haberet, ſed poſtea acquiſiuerit *Caſtr. in l. ſancimus* 27. *num.* 1. *cap. de teſtament.* Non ex actibus poſitiuis, quia ſunt equiuoci, &
66 non † concludunt voluntatem deliberatam diſponendi ad fauorem venientium ab inteſtato, nec diſpoſitionem reuocandi, prius factam, prout plenè, & concludenter debet conſtare per verba reuocatoria, clara, & rotunda, cum ratio-
67 ne expreſſa, vel tacita, quod voluerit etiam decedere ab inteſtato, quod tamen nullibi iuſtificatur prout de iure requiritur, vt reuocatio ſubſtineatur, & ſuffragetur, *Cor. conſil.* 39. *num.* 5. *verſic. quando autem lib.* 2. *Alex. conſil.* 104. *in fine lib.* 2. *conſil.* 50. *num.* 3. *lib.* 3. *& conſil.* 159. *nu.* 5. *& ſeqq. lib.* 7. *Dec. conſil.* 58. *num.* 1. *Socc. Iun. conſil.* 62. *num.* 1. *lib.* 3. Minus probatur dicta
68 † reuocatio ex teſtibus, quia ſunt varij, & in aliquibus ſibi contrarij; Alij teſtes *Summ. Portiæ*
69 *num.* 3. † ſunt ſingulares, taleſque ſunt etiam teſtes *ſumm. num.* 5. qui præterea deponunt de verbis Cæſaris ad excluſionem cameræ, ſed non Patrum Oratorij; teſtes *ſumm num.* 7. deponunt, quod Portia Hipolyta, & Eleonora viuente Ce-
70 ſare † percipiebant fructus eius bonorum, ſed hoc non excludit, quin poſt mortem Cæſaris, & fructus, & capitale deuolui deberent ad PP. Oratorij hæredes ſcriptos, nàm vt fuit dictum ſupra, teſtamentum non ſortitur effectum, niſi à die mortis teſtatoris, & teſtes *ſumm. num.* 8. deponentes de beneuolentia, & magna affectione Ceſaris erga conſanguineos non faciunt ad rem,
71 quia maior præſumitur beneuolentia † erga animam propriam, in cuius vtil tatem diſpoſuerat inſtituendo, piam cauſam, prout nec etiam ex epiſtolis ipſius Cæſaris, quia in illis nullum verbum de reuocatione prioris diſpoſitionis, & ferè omnes ſonant in actum de futuro, vel ſunt códitionales, vel continent tantum mentionem certæ rei particularis puta officij nepotis nomine empti, vel aliquarum pecuniarum, nec facit quidquam epiſtola in qua in fine Cæſar mandat ſtatim conburi, quia ex hoc apertè dignoſcitur quod voluit illam haberi, ac ſi ſcripta non eſſet,
72 † cum non eſſe, & non apparere paria ſint, Minus releuat alia epiſtola, in qua Cæſar dixit, *che partendo, ò morendo vi laſcio con la mia robba, e beneditione,* quia dicta verba, vel non important vltimam voluntatem, ſed ſolum commiſſionem cuſtodiæ bonorum, vel quatenus exinde poſſet colligi aliqua diſpoſitio ad fauorem Franciſci
73 ad quem fuit epiſtola directa, † non ſuffragatur cum non habeat ſolemnitates in teſtamento neceſſarias, & ſic tamquam minus ſolemnis non deroget præcedenti teſtamento, & præſertim
74 quia Franciſcus vti habens matrem in gradu anteriorem non ſuccedebat ab inteſtato vt per *Corn. conſ.* 149. *num.* 6. *lib.* 2.

Hinc ſequitur non applicari *text. in l. ſancimus*
75 *C. de teſtam.* quia in eo requiritur curſus † decennij, reuocatio expreſſa prioris teſtamenti, vti ibi per *Corn. num.* 18. *& ſeqq. Caſtr. num.* 5. *in fine, & conſil.* 155. *num.* 1. *verſ. tunc eſt verum lib.* 1. vbi quod requiritur, teſtatorem contrariam volun-
76 tatem declarare † ex propoſito, & animo reuocandi teſtamentum, *Pedroch. conſil.* 17. *num.* 58. 98. 121. *&* 124. *Menoch. conſ.* 857. *num.* 5. *& ſeq. Ruin. conſ.* 9. *num.* 10. *lib.* 3. *Eug. conſ.* 77. *nu.* 41.
77 *lib.* 1. & vlterius, quod ad minus tres teſtes † deponant de reuocatione fauore venientium ab inteſtato, vt obſeruat idem *Corn. vbi ſupra num.* 6. *verſ. tamen cogita,* quæ qualitates in iſto caſu non concurrunt.

Nec ſubſiſtit, quòd ex duobus teſtibus deponentibus de mutatione voluntatis Cæſaris, de-
78 clarata coram ipſis, † & Notario, ſit probata declaratio contrariæ voluntatis, quia ponderatis verbis text. ibi (Et hoc) vel per teſtes idoneos, non minus tribus, apparet Imperatorem eſſe ſo-
79 licitum, ne minus † tribus teſtibus hæc voluntas probetur; hic autem ſolùm duo extant, & Notarius non eſt computandus, vndè fit etiam defi-
80 cere † aliud ex requiſitis *l. ſancimus* vlterius ad probandam hanc voluntatis mutationem, teſtes
81 debent eſſe omni exceptione maiores *auth. de teſtib.* §. *ſancimus in fine,* & ad hoc ipſum rogati, *d. auth. de teſtibus,* §. *& licet,* quemadmodum ſint *Aretin. in* § *in eo inteſt. quib. mod. teſtamentum infirm. Merend. controu. Iuris lib.* 3. *cap.* 45. *numer.* 7. *&* 8.

Sed ex duobus ceſſat omnis difficultas, Primo quia, dum ſupradictis teſtes loquuntur de voluntate Cæſaris, *che la ſua robba, & hæredità volena che la godeſſe la madre, la figlia, & nepoti,* deponunt ſolum de effectibus conſequutiuis ad ipſam
82 donationem, quia ſi donabat matri poterant bona donata tranſire ad filiam; & nepotes ab inteſtato ipſius matris ſucceſſores, nam ſi Ceſar habuiſſet animum, & voluntatem reuocandi teſtamentum, vel donandi nepotibus, vtique loco donationis potuiſſet facere aliud teſtamentum,

dero-

derogando priori dispositioni, cum non minus de vno, quam de alio actu Notarius potuisset rogari, vel in ipso instrumento donationis donare etiam nepotibus, quod tamen cum non fecerit, & solum obiter dixerit, de hac sua volun-
83 tate, † signum clarum est, quod efficaciter noluit; Vnde ista aperitio voluntatis concomitatur donationem, & sublata donatione, prout certũ est fuisse reuocatam, reuocatus etiam fuit actus ille aperitionis voluntatis, *che la robba sua, & heredità voleua, che la godesse la madre, la figlia, & i nepoti*, cum enim agatur de reuocando testamẽ-
84 to, requiritur † actus deliberatus, non autem perfunctoriè, & in transitu factus, Secundo tollitur difficultas ex epistola de anno 1621. scripta, & suprascripta manu propria Cæsaris testatoris, eiusque sigillo munita, quæ probant confirmationem testamenti, & exclusionem reuocationis, nulla habita ratione, quod non ab eo,
85 sed à Mario Alippio fuerit subscripta, † quia cũ sit scripta ab ipso Cæsare, & contineat actus ad eum spectantes, vtique probat contra ipsum, & habentem causam ab eo ad *textum in l. si fideiussor §. Pater ff. de pignor.* & in istis terminis facit resolutio *Rot. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 368. num. 1.* Atque ita si vigore istius epistolæ scriptæ manu Cæsaris, eius sigillo munitæ daretur immissio Patribus, vel posset inseruire pro testa-
86 mento ad fauorem † piæ causæ, multo magis potest inseruire ad probationem perseuerantiæ testatoris in primo testamento, maximè attentis depositionibus plurium testium asserentium, Cæsarem testatorem vsque ad obitum perseuerasse in beneuolentia erga Patres congregationis Oratorij, pluriesque recensisse institutionem factam
87 ad eorum fauorem, signum euidens † voluisse cum eadem institutione decedere, non autem ab ea recedere, iuxta sententiam Rotæ, & ex quo Cæsar in vltimo suę vitæ spiritu voluit vinere apud Patres Congregationis, ibique mori, ac tumulari ista consideratio multum facit in hac testium pro vtraque parte depositione.

Et ita pro confirmatione sententiæ Rotalis fuit resolutum.

Decisiones in hac causa emanatæ habentur supra ad decisionem.

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Romana Filiationis.

Veneris 1. Iulij 1639.

ARGVMENTVM.

Filiatio ex quibus probetur, & ex quibus excludatur plenè discutitur.

SVMMARIVM.

1 Filiatio pendente lite super negotio principali probatur qualibet leui probatione ad effectum consequendi alimenta.

Sed quando agitur de ea probanda ad litem terminandam tunc est exactè probanda vti fundamentum intentionis num. 2.

3 Filiatio probatur præsumptionibus, & coniecturis.

4 Testes deponentes ad fama quando tempus est de substantia debent specifice, & cum omnibus requisitis deponere.

5 Testes deponentes de commercio cum matre ad effectum probandi filiationem non releuant si non percutiunt tempus conceptionis.

6 Testes nulliter examinati non probant.

7 Testes deponens de facto proprio plenè probat contra inducentem.

8 Filiatio non probatur ex eo, quod quis in locutionibus cum puella eam filiam vocet cum sint verba causa blandiendi, & sæpe soleant adpellare filij, qui amantur num. 9.

10 Filiatio non probatur per verba enunciatiua quæ etiã extraneo conuenire possunt.

11 Testis Vnicus non probat.

12 Confessio extraiudicialis adhoc, vt præiudicet est probanda per testes contestes de loco, & tempore.

13 Filiatio non probatur per similitudinem.

14 Singula quæ non prosunt simul vnita iuuant.

15 Coniecturæ cum sint in se imperfectæ nempe quælibet de per se, non possunt coniungi.

Fortius si adsint coniecturæ contrariæ, num. 16.

17 Filiationis probatio redditur æquiuoca quando plures versantur in domo matris.

18 Falsitatis suspicio oritur quando quis ante incboationem litis expectat mortem informatorum.

19 Pietas Paterna abscondi non potest.

Filiatio excluditur quando præsumptus pater nullum signum filiationis erga filiam ostendit num. 19.

20 Filiationis signa quæ sint.

21 Filiationis præsumptio excluditur ex eo, quod Pater alterum vti alios filios naturales non tractauit.

22 Filiatio excluditur stante præcepto Patris ne puella describatur in libro baptizatorum vti eius filia.

Et ex ista prohibitione destruitur fama ad effectum ne resultet quasi possessio.

23 Filiationis præsumptio excluditur ex non præstatione alimentorum, & præteritione in testamento.

Pater pro exoneratione suæ conscientiæ tenetur filios naturales alere num. 23.

DECISIO CLXVII.

IN hac causa sub die 11. Ianuarij 1631. fuit dictũ constare quod Martia esset filia bo. me. Octauij de Clementinis, ad effectum consequendi alimenta, vt in decisione emanata coram Reuerendiss. D. meo Pampilonen. in cuius locum postea suffectus, dubium præfatum repropo sui, ad effectum ei assignandi dotem, & terminandi litem in petitorio, & Domini in hac septima positione, illud negatiuè resoluerunt.

Ea moti ratione, quia quando agitur de probanda filiatione incidenter, ad effectum consequendi alimenta per modum prouisionis, lite pendente super negocio principali, sufficit quæ-
1 libet leuis probatio, † *ex congest. per Surd. in cons. 1. num. 9. & in tract. de alimen. tit. 1. quæst. 112. n. 11.* & dixit *Rot. in decis. 289. num. 1. par. 1. recent.* Quando vero agitur de ea principaliter, in petitorio ad effectum decidendi litem, prout in pro-

proposito, tunc est illa magis exactè probanda,
2 vti fundamentum intentionis Agentis, † *l. non ignoret vbi Bart. C. qui accusar. non poss. & notat Angel. in l. liberorum in princ. ff. de his, qui not. infam. Abb. in cap. peruenit, vbi Dec. num. 4. qui fil. sint legit. Alciat. reg. 3. præsumpt. 58. num. 6. & 7. Couar. de sponsal. par. 2. col. 8. §. 3. num. 6.* & sic distinguendo tenuit *Rota in d. decis. 289. nu. 1. par. 1. & in dec. 164. num. 4. in fin. par. 3. recent.*

Et quamuis in hac materia sit standum præsumptionibus, & coniecturis, cum in ea alia
3 certa probatio dari nequeat, † *glos. in l. Lucius ff. de condit. & demonstr. glos. in l. 1. ff. de probat. Ancharan. cons. 225. num. 6. Menoch. de arbitr. cas. 89. num. 2. Surd. d. cons. 1. num. 39. & 40.* Attamen existimarunt Domini, ex testibus validè examinatis, qui dantur in Summario illorum de Clementinis, non resultare tales præsumptiones, & coniecturas, itaut ex illis d. filiatio probata dici possit.

Nam prima desumpta ex fama inter vicinos, non releuat, cum testes de ea deponentes, non dicant à quo tempore, & à quibus hæc fama ortam habuerit, possibile enim est, quod orta fuerit post motam litem, & quod ipsamet Iulia mater Martiæ eam publicauerit, quando autem tempus est de substantia, debent testes super fama deponere specificè, & cum omnibus re-
4 quisitis, † alias non suffragantur *Ruin. consil. 52. num. 6. & 7. lib. 5. Gozzadin. cons. 3. num. 29. Petr. de fideicomm quæst. 11. num. 376. Rot. d. decis. 164. n. 8. par. 3. recent.*

Secunda deprompta ex consuetudine d. Octauij cum dicta Iulia matre Martiæ, nullius est momenti, quia testes de ea deponentes, non per-
5 cutiunt tempus conceptionis, † prout requiritur *Salicet. in l. vlt. in fin. ff. de probat. Castr. consil. 115. num. 1. & 3. lib. 5. Petra de fideicomm. d. quæst 11. num. 40. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 53. num. 19. in 6. declarat.*

Tertia elicita ex educatione dictę Martię sumptibus eiusdem Octauij, non subsistit, quia resultat ex dictis testium nulliter examinatorum,
6 & sic nihil nocet, *l. si quando C. de testib. Paris. consil. 53. num. 23. lib. 4. Caputaq. decis. 209. n. 7. par. 2. Rota coram Buratt. decis. 45. num. 2.* vltra quod contrarium conuincitur ex depositione Nutricis eiusdem Martiæ, formiter eximinatæ, quæ asserit alimenta, & salarium semper recepisse à d. Iulia, cui propterea, vti inductæ à dicta Martia, & deponenti de facto proprio plena
7 est fides adhibenda *Surd. in consil. 550. n. 3. lib. 4.*

Quarta deducta ex eo, quod dictus Octauius dum loquebatur cum dicta Martia in infantili ætate, appellaret illam filiam, nec etiam concludit, quia illa nominatio videtur facta inci-
8 denter, causa blandiendi, vt fieri solet, † & non ad effectum approbandi veritatem, *l. nemo, §. 1. ff. de hæred. instit. Decian. in cap. per tuas, num. 8. de prob. Paris. consil. 10. num. 15. 49. & 86. lib. 2.* Solemus enim sæpe filij vocabulo vocare eos
9 † quos diligimus, vt ait *Surd. de alim. tit. 1. dicta quæst 112. num. 9.* vbi refert *Crauett. in cons. 249. num. 10.* & alios concordantes quando autem nominatio facta fuit per verba enunciatiuè prolata, & in actu, qui æque conuenire potem etiam
10 extraneo, † non præbet legitimam coniecturam ad effectum probandi filiationem *glos. in d. cap. per tuas, de probat. Dec. consil. 462. num. 10. Petra de fideicomm. dict. quæst. 11. num. 261. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 53. num. 38. & 39. lib. 6. Surd.* vbi supra *dict. num. 9. Gratian. discept. for. cap. 562. numer. 5. 6. & 7.* & sensit *Rota apud Buratt. in decis. 725. num. 6.*

Quinta fundata in confessione dicti Octauij
11 super defloratione d. Martiæ minus afficit, † quia de ea deponit tantum vnicus testis, qui de iure nihil probat, *cap. licet il primo, cap. veniens il primo de test. Gabr. eod. tit. concl. 1. num. 1.* & ad hoc, vt confessio extraiudicialis præiudicet, debet probari per testes contestes de loco, & tem-
12 pore, vt notant *DD. in cap. licet ex quadam, extra de testib. Paris. cons. 60. num. 45. Castr. consil. 96. num. 3. vol. 1. Afflict. decis. 364 num. 4. vers. ista tamen confessio, Rot. decis. 700. num. 33. par. 2. recent.*

Sexta denique coniectura resultans ex similitudine dictæ Martiæ cum dicto Octauio, & Hieronymo eius filio legitimo, & naturali, super quo deponit testis vltimo loco examinatus, nec illa aduersatur, quoniam argumentum proue-
13 niens ex hac similitudine est multum fallax, † & propterea vti de per se nullius ruputatur momenti, *Gulielm. Benend. in cap. Rainutius in 3. par. verb. filium ex eo suscipiens num. 6. de testib. Curt. Iun. cons. 31. col. 7. Gabr. concl. 14. num. 7. de probat. Menoch. de arbitr lib. 2. cas. 80. num. 7. & de præsumpt. lib. 6. d. præsumpt. 53. num. 47. Mohed. dec. 1. num. 2. tit. qui fil. sint legit.*

Neque visum fuit Dominis istas coniecturas posse coniungi, adeo vt intrare debeat regula
14 quod quæ non prosunt singula, † simul iuncta iuuent *cap. cum causam, vbi glos. & DD. de probat. Surd. d. cons. 1. ante n. 53. vers & quamuis.*

Quia cum quælibet ex coniecturis supra relatis sic in se imperfecta, earum coniunctio fieri
15 † nequit *Bald. in l. si quis ex argentarys, §. 1. nu. 2. & seqq. ff. de eden. Alex. consil. 11. numer. 3. & 5. lib. 4. Gabr. de probat. concl. 1. num. 33. Mant. decis. 307. num. 11. Rot. decis. 519. num. 7. part. 2. recent.* maximè cum plures in contrarium vrgeāt,
16 potentiores pro exclusione filiationis, † quæ præfatas destruunt *l. Diuus de in integr. restit. minor. Abb. in cap. transmissa qui fil. sint legit. in fin.* & in terminis filiationis, *Gabr. consil. 25. num. 6. lib. 1.*

Et quidem prima prouenit ex eo, quod (vltra accessum cuiusdam medici) Martinus famulus dicti Octauij continuò versabatur in domo dictę Iuliæ de die, & de nocte tam in publico, quam in secreto, vt deponunt testes *d. Summ. num. 4.*
17 vnde fit, † quod probatio Patris æquiuoca remanet *per text. in l. vulgo concepti, vbi glos. Bald. & alij, ff de stat. hom. §. si aduersus instit. de nupt. Rot. d. dec. 289. n. 2. par. 1. recen.*

Secunda resultat ex taciturnitate dictæ Iuliæ, & Martiæ viginti annorum spatio, quo ausæ non fuerunt huiusmodi litem excitare, sed expectarunt obitum dictorum Octauij, & Martini famuli, qui de hoc erant bene informati, quando autem ad agendum ex pectatur mors informato-
18 torũ, ex hac tarditate oritur vehemens † suspicio falli-

falsitatis, *argum. cap. 3. loco de probat. l. consensu, §. super plagijs, C. de diuort. Aym. cons. 28. n. 5. & 7. Rot. dec. 366. nu. 7. post 2. vol. cons. Farinac.*

Tertia deducitur ex quo dictus Octauius post matrimonium dictæ Iuliæ penitus deseruit ipsam & Martiam absque quod tanto temporis spatio aliquod filiationis signum erga dictam Martiam ostenderit, quod esset contra pietatem paternam,
19 quæ † abscondi non potest iuxta, *notat. per Bald. in cap. per tuas numer. 4. vers. dicit glos. de probat.* maior enim amicus mundi est Pater *leg. quidam cum filium, ff. de hæred instit* & signa per quæ quis dicitur tractari vti filius, sunt illa, quæ consueuerunt circa filium exerceri vtpote ipsum in domo alere, ad scholas mittere, in testamento illum instituere, facere sibi vestimenta necessaria, eum-
20 que scribere in natalibus filiorum, † & similia prout recenset *Abb. in d. cap. per tuas num. 5. de probat.* quorum nullum in proposito concurrit.

Quarta colligitur ex eo, quod dictus Octauius alios filios naturales agnouit, & illos vti tales tractauit, & educauit, eosque filijs legitimis etiam commendauit, vt dicunt testes *d. Summar. num. 15.* quod cum non fecerit similiter cum dict. Martia,
21 præsumendum † est eam filiam suam non esse, *gloss. in d. cap. transmissa, verb. mota, qui sunt fil. legitim. Felin. in d. cap. per tuas, num. 17. de probat. Alex. cons. 88. nu. 9. lib. 1. Rot. d. dec. 289. num. 6. p. recent.*

Quinta depromitur ex præcepto dicti Octauij, ne dicta Martia describeretur in libro baptizatorum, vti ipsius filia, *d. Summ. num. 1.* ex qua pro-
22 hibitione destruihitur fama, † itaut ex illa resultare non possit, quasi possesio filiationis *Petra de fideicomm. in d. qu. 11. num. 453. Mascard. de probat. concl. 791. num. 13. cum alijs relat. per Menoch. in d. præsumpt. 53. num. 44. lib. 6.*

Sexta, & vltima coniectura oritur ex eo, quod dictus Octauius, non solum toto tempore eius vitæ non præstauit dictæ Martiæ alimenta, sed illam etiam præteriuit in testamento, & tamen certum est, quod Pater filios naturales tenetur
23 saltem alere † pro exoneratione suæ conscientiæ, *cap. cum haberet in fin. cum ibi notat per DD. de eo, qui duxit in matrim.* & sequuntur infiniti relati per *Surd. de alim. tit. 1. qu. 9. per tot. & signanter, sub num. 6.*

Ex quibus cum constet non adesse sufficientem probationem pro dicta Martia, resultantem ex depositionibus testium ritè, & rectè examinatorum responderunt Domini non constare de filiatione, & alij testes dati in summario dictæ Martiæ præter præfatos datos in summario illorumque de Clementinis, tamquam nulliter examinati, non fuerunt habiti in considesatione.

Et ita vtraque parte, &c.

Decisio ista sub die 11. Ianuarij 1631. coram Reuerendissimo Pampilonen. emanata habetur, infra in Appendice.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Cambiorum.

Veneris 1. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Mandata relaxata contra procuratorem dominum litis effectum mortuo mandante post se relicto herede infante substinentur si in mandato adest clausula releuans, &c. Euictio quæ precedit ex facto meo non tribuit mihi actionem contra vendentem.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua validitatis probatur ex reuolutione actorum.*

2 *Contra procuratorem dominum litis effectum non valide proceditur mortuo mandante quando hæres est infans.*

Fallit existente in mandato procuræ clausula releuans, &c. num. 3.

3 *Clausula releuans, &c. in mandato procuræ quomodo extendatur.*

4 *Emptor stante euictione non tenetur ad pretium.*

5 *Emptor non potest agere de euictione contra vendentem quando vendens prius emerat ab ipso emptore cuius causa procedit euictio.*

Euictio si procedit ex facto meo non possum agere contra vendentem, num. 5.

DECISIO CLXVIII.

Mandata contra DD. Nappios fuerunt per A. C. relaxata pro scutis quinq; millibus ratæ sortis, & pro solutione aliorum scutorum 7700. pro cambijs totius sortis. Causa ad Rotam deuoluta cum clausula *si quid exequendum* eadem mandata executioni fore de mandanda ordinatum fuit, prout D. meus Verospius, ponens relaxauit. Admissa postmodum tertia instantia per signaturam. Hodie quæritur, an *Rotale exequatur* sit confirmandum, vel infirmandum, & eadem mandata esse exequenda fuit per DD. responsum.

Quoniam de validitate mandatorum, tam ab A. C. quam à Iudice Rotali relaxatorum ex reuolutione actorum sufficienter probatur qui est verus modus probandi negatiuam validitatis eo-
1 rumdem † quatenus à parte opponatur *Bart. in l. fin. C. de reb. Cred. Herculan. de probat. negat. num. 167. & 176. Surd. cons. 21. num. 1. & decis. 231. num. 1. & 300. num. 11.* Et quæ hodie excitatur ex defectu mandati, & nihil releuat, dum diceba-tur, mortuo Carolo, superstite filio infanti, & herede illius non potuisse validè procedi contra Procuratorem Dominum litis effectum propter mutationem mentis de persona Caroli mandan-
2 tis † ad personam hæredis infantis *Socc. Sen. cons. 112. num. 12. volum. 1. Ancbar. qu. 23. n. 1. par. 1. Gratian. discept. 352. num. 2.* cum alijs per *Bursatt. cons. 412. num. 25. vol. 4.* Nam Virginia, quæ enunciatur filia Caroli, & hæres non potest concurrere cum D. Petro, fratre Caroli, hærede pariter tanquam exclusa à Statuto Ferrariensi, & nihilominus si adhuc prima causa succedendi conseruaretur in Virginia, non impeditur effectus mandati Procuratoris, quin mortuo mandante remaneat Dominus litis ad sustinendam validi-
3 tatem Iudicij contra Minorem infantem † propter clausulam in mandato appositam, ibi, *Releuans &c.*

&c. quæ extenditur in hunc modum, releuans ab
omni onere satisdationis de iudicio Sixti, & iu-
dicato soluendo, & prædicta obligatione, & fi-
deiussione stante mandatum morte mandantis
non dicitur extinctum *Bald. in l. si Defunctus n. 3.
de Procur.* & cum d. clausula, & in his terminis
Domini responderunt pro validitate sententiæ in
causa Leodien. Castrorum 15. Decembris 1634.
coram bo. me. Mormanno.

Iustitia mandatorum similiter est patens ex ra-
tionibus, & fundamentis in quatuor decisionibus
causæ coram D. meo Verospio factis.

Quibus non obstant, quæ hodie replicantur de
correspectiuitate Contractuum, vt non sint exe-
quenda mandata, nisi tunc demum iustificatis
omnibus creditis, cum quibus fuit conflata sum-
ma scutor. 44. mil. iuxta obligationem Baccello-
rum in vltimo instrumento positam.

Quia sufficienter, & concludenter fuit respon-
sum in supradictis decisionibus, & ne eadem re-
petantur, DD. transierunt cum eisdem rationibus
& responsionibus in remouendo huiusmodi obie-
cto, tantummodo addentes credita enunciata
per Baccellos, & iam remanere iustificata ex de-
cisionibus causæ 31. Martij 1634. 15. Iunij 1635.
& 17. Iunij præsentis anni 1639.

Similiter neque releuat exceptio euictionis bo-
norum de quibus agitur promissæ per Baccellos,
& secutæ ad instantiam Montistarum Montis Six-
4 ti, in quem casum Nappi empeores † sicuti non
tenentur ad pretium per *l. si post perfectam vendi-
tionem, C. de Euict.* ita nec teneri dicebant ad sor-
tem, & cambia promissa, quæ ad pretium fuerunt
subrogata.

Quoniam promissio per Baccellos non fuit fa-
cta in omnem casum, sed restricta pro eorum da-
to, & facto tantum, propterea cum euictio, seu
bonorum occupatio per Montistas secuta fuerit
ex facto DD. de Nappis, qui bona vendiderunt,
dum non curarunt pro tempore quo possederunt
bona, satisfacere Monti, cui erant obligati, merito
Bacelli Emptores de aliqua euictione non tenen-
tur per *l. fundum meum ff. de Euict.* Vbi termina-
tur præsens quæstio, quod si fundum obligaui,
5 deindè vendidi tibi † qui mox reuendidisti mihi,
non agam contra Te de euictione, si is, cui pri-
mo obligaueram fundum, euincat à me, quia
causatur euictio ex facto meo quem, *Text. magni
faciunt Bar. in l. qui Romæ, §. Duo fratres num. 10.
ff. de verb. oblig. Dec. cons. 24. num. 21. Bertran.
cons. 88. num. 3. vol. 1. Rolan. cons. 41. num. 19. vo-
lum. 4. Surd. cons. 15. nu. 24. & seqq. vol. 1. Ioseph.
Ludou. decis. Lucen. 29. num. 72. affirmantes*, ita li-
mitari regulam *l. si vendicationem, ff. de Euict*,

Et ità, &c.

Vide sequentem Decisionem.

REVERENDISS. D. PIROVANO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Cambiorum.

Veneris 29. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Promissio tradendi bona libera est diuersa ab Eui-
ctionis promissione, quæ si non legitur expressa
non præsumitur in venditione interuenisse. Euic-
tio est probanda nec possum ex ea agere si ex fa-
cto meo euenit.

SVMMARIVM.

1 *Promissio tradendi bona vendita libera, & manutene-
re est diuersa à promissione euictionis.*
2 *Aequitas non suadet vt emptor teneatur soluere pre-
tium, & spolietur bonis à creditore anteriore dum
non præcedit pactum de ammissione pretij.*
3 *Pretium licitum est retinere donec fuerit idonee cau-
tum de euictione.*
4 *Promissio tradendi bona libera, & disbrigata non
præsumitur interuenisse in venditione nisi expri-
matur.*
Euictio venit ex natura contractus venditionis. n. 4.
5 *Dominium pecuniarum solutarum in contanti ex ven-
ditione transit in instanti ad venditorem.*
6 *Debitum ex obligatione Camerali inuito creditore re-
tineri non potest.*
7 *Creditor ex obligatione Camerali potest agere executi-
uè contra debitorem etsi ipse debitor sit creditor, sed
per viam ordinariam.*
8 *De Euictione non potest agi illa non probata.*
9 *Prouisio Iudicialis, & sic necessaria non priuat pos-
sessorem sua possessione.*
10 *Euictio sequuta ex causa, & facto emptoris non de-
betur, & num. 11.*

DECISIO CLXIX.

IN relationibus causarum, dum Baccelli petebant
expeditionem, seu executionem mandatorum
per A. C. relaxatorum, & per Rotam mandar
exequi iam coram D. meo Verospio ordinatum,
opposuerunt se DD. de Nappis asserendo.

Primo quod cum Baccelli bona de quibus agi-
tur, vendiderint Carolo, & Petro de Nappis, te-
nerentur eadem bona libera tradere, & manu-
tenere, nec posse compelli ad pretij solutionem,
eis non liberatis, & disbrigatis, etiam quod de
euictione non teneantur, cum huiusmodi promis-
1 sio, † & obligatio sit diuersa ab obligatione
euictionis *Bart. in l. Meuius, §. fundo num. 6. ff. de
leg. 2. Gozad. cons. 24. num. 3. & coram bon. mem.
Buratt. dec. 399. nu.2.* negari autem non posse di-
cebatur quin bona huiusmodi vedita subiaceant
hypothecis ad fauorem Montistarum Montis Six-
ti, dum id publicis pateat instrumentis, & mole-
stationes vrgeant.

Secundo quod dum Cambium huiusmodi
cum Baccellis fuit factum ad effectum remanen-
di bona per ipsos Carolum, & Petrum, vt hære-
des beneficiatos Alexandri fratris data in solu-
tum pro creditis, quæ habeant Baccelli contra
bona hæreditaria Alexandri, & superuenerit euic-
tio huiusmodi bonorum ad instantiam Montista-
rum, seu Congregationis Montium pro securita-
te Montistarum, dicebatur non obstante, quod
Baccelli in instrumento venditionis expresse ca-
uerint se velle teneri pro eorum dato, & facto
tan-

tantum & non alias adhuc teneri ad pretij restitutionem cum æquitati non conueniat, vt Nappi in proprio acquirentes, bonis spolientur per hypothecarios anteriores, & pretium soluere te-
2 neantur, † pacto non præcedente de ammissione pretij *l. emptorem, §. fin. ff de Act. Empt. Surd. cons. 36. num. 22. Mant. de Contract. lib. 4. tit. 24. n. 4. cum alijs allegatis in supradicta dec. 399. num. 4.* Et pretio non soluto, prout in præsenti eodem mo-
3 do licere pretium retinere, † donec idoneè caueatur de euictione, *l. post perfectam, C. de euict. Bald. in l. non idcirco, ff. de contrah. empt.* cum alijs allegatis per *Surd. d. cons. 36. num. 14.* qua cautione, aut securitate non data, non posse Nappos compelli ad pretium bonorum persoluendum.

Prædictis tamen non obstantibus visum fuit non esse retardardandam mandatorum executionem.

Prima namque oppositio ex facto euitatur, quia instrumentum venditionis non continet promissionem tradendi bona libera, disbrigata, aut nemini obligata, minusque promissionem facere, consentire omnem personam interesse habentem, sed aliam formulam, nempè promittens d. D. Baccellus venditionem huiusmodi pro dato, & facto suo tantum, & non alias, esse bonam, & validam, beneque, & legitimè factam ipsi occasione dicti instrumenti dationis in solutum tantum, & non alias facere licuisse, & licere, quæ verba cum non includant promissionem tradendi bona libera neque subintelligantur ex
4 natura Contractus venditionis, † prout euictio, nunquam interuenisse præsumuntur, nisi exprimantur, *Bald. in cap. cum in iure Peritus num. 7. in fine de off. de leg. Mant de contract. lib. 4. tit. 24. num. 1. & seqq.*

Quoad secundam dixerunt DD. de facultate retinendi pretium per viam exceptionis, non esse agendum, quandoquidem ex eodem instrumento venditionis apparet, Carolum, & Petrum emisse bona à Thoma Baccello pro pretio scut. 44. mil. quam summam respectiuè Nappi, & Bacellus coram Not. in contanti, & manualiter soluerunt & recuperant quietatione subsecuta, quarum pecu-
5 niarum dominium, † cum in instanti transierit ad Baccellos per *l. 1. §. fin. ff. de reb. eorum, Rota decis. 123. post. Cenc. quæ est Bonon. Census 24. Aprilis 1600. coram Card. Hieronymo Pampbilio*, retineri non poterit, quod iam exiuit, eorum dominium, & possessionem, & replicatio quod sors, & cambia hodie petita subrogata fuerint loco pretij bonorum ad hunc effectum retentionis, deseruire non potest, quia cambium quidem fuit factum, & cum vinculo ne ad alium finem pecuniæ amoueri possent de banco, vbi erant depositatæ, nisi pro solutione pretij bonorum huiusmodi, sed non inde sequitur, quod sint ex vi subrogationis eædemmet pecuniæ ratione dominij, sed magis aliud pro alio retinere, nempe pro euictione prætensa, nondum iustificata, retinere debitum sub obligatione Camerali persoluendum,
6 quod inuito Creditore fieri non potest † per *l. 2. §. mutui datio, ff. si cert. pet. vbi Ias. & Dec. Surd. & Dec. Surd. dec. 187. num. 9.*

Per viam igitur actionis quatenus Nappi expelli voluerint pro consecutione pretij euictionis non nisi iustificata euictione, & via ordinaria siue agant de euictione siue exempto, siue ex
7 stipulatu † interim autem viæ executiuæ locus erit propter obligationem Cameralem. *Galles. de oblig. Cam. vbi Add. quæst. 28. Rota decis. 415. num. 3. par. 1. rec. & prima apud Zacch. de oblig. Camer. num. 16.*

Et nihilominus si quæratur de euictione secu-
8 ta; illa non probatur per Nappos siue de perpetua agatur ratione dominij per *l. euictis, ff. de Euict.* siue de temporali ratione possessionis auocatæ per anteriores Creditores per *l. Empt. §. ff. de Act. Empt.* & vlterius probata non releuaret in casu, de quo agitur.

Nam ex veritate facti vtraque tam perpetua, quam temporalis non conuincitur, quia Alexander de anno 1613. fuit admissus in Monte Sixti pro locis 485. cum solitis clausulis, obligationibus, vinculis, hypothecis in similibus contractibus adhiberi solitis, cui accessit vti principalis, & principaliter, & insolidum obligatus Carolus eius frater, decedente post modum eodem Alexandro de anno 1625. Carolus, & Petrus fratres adiuerunt illius hereditatem cum beneficio legis, & inuentarij, descripto inter cætera onera in Inuentario hoc ipso soluendi Montistis fructus locorum 485. qui ab Alexandro pro tempore suæ vitæ persoluti reperiuntur. Exindè autem cum nulli aut pauci fructus dictorum locorum montium soluerentur, de anno 1632. quinquennio post quo prædicti fratres, & hæredes beneficiati bona hæreditaria Alexandri in proprio bonificationi subiecta, & Monti obnoxia emerunt, per congregationem Montium fuit auocata administratio dictorum bonorum, & alteri concessa, cum onere de fructibus percipiendis reddendi rationem, & cum assistentia dictorũ fratrum, quæ iudicialis prouisio necessaria, & non, voluntaria
9 ex partium consensu, † cum non priuet possessorem sua possessione *Bart. in l. interesse Puto num. 4. ff. de acquir. posse Feln. in cap. examinata num. 10. de iudic. Gail. obser. 5. num. 10. lib. 1.* merito casus euictionis temporalis allegari non potest, & eo minus releuans ad effectum, de quo quæritur, vbi semper excipi potest de facto proprio hæredum prædictorum, qui post aditam hæreditatem fructus locorum Montium integrè non soluerunt,
10 quod sufficit † ad sustinendam limitationem obligationis Baccellorum in instrumento retro venditionis bonorum controuersorum vt teneantur de eorum dato, & factæ tantum per *l. fundum meum, ff. de Euict. in vlt. decis. causæ allegatam & Surd. cons. 15. num. 24. Ioseph. Lud. decis. Lucen. 29. num. 72.* Nec per consequens ad prætensam pretij restitutionem, dum emerunt bona ab
11 per quos euictio causatur † qui proculdubio de euictione agere non possunt, pacto etiam non addito, vt non teneantur, nisi pro eorum dato, & facto tantum *Bart. in l. qui Romæ, §. Duo fratres num. 10. ff. de verb. oblig. Surd. d. cons. 15. n. 24. & decis. 22. num. 7.*

Et ita pro executione mandatorum fuit responsum.

 *Vide præcedentem decisionem.*

R. P. D.

R. P. D. PIROVANO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Dotis.

Veneris 21. Octobris 1639.

ARGVMENTVM.

Attentatorum ad exclusionem dicitur inhibitionem obtentam à persona non legitima, & mandato carente illa causare non posse, maximè vbi diuersa sunt, iudicium, causa, & actio. Hæres pendente tempore confectionis inuentarij rectè conueniri potest quoties agitur actione reali. Renunciatio facta à filia, quod dote contenta, nihil aliud petet, si caret solemnitatibus non valet.

SVMMARIVM.

1 *Possessor Iudicis auctoritate, ritè & rectè procedentis immissus, acquirit naturale, ciuilem possessionem.*

Immissio à iudice rite, & rectè procedente concessa priuat antiquum possessorem naturali, & ciuili possessione, num 1.

2 *Manutentio datur possidenti.*

3 *Iudex iniustè procedens, non priuat reum conuentum sua anteriori possessione.*

4 *Decretum Iudicis, vbi est attentatum debet ante omnia cum omnibus indè secutis reuocari.*

5 *Mantentio non potest fundari super titulo inualido.*

6 *Attentata non dicuntur, facta in spretum inhibitionis à procuratore sine mandato obtentæ.*

Lis non dicitur extare si fuerit introducta à procuratore non habente mandatum, num. 6.

Acta facta à persona non legitima vsque à principio reddunt processum inualidum, num. 6.

7 *Nullitas processus potest opponi quandocumque etiam vsque ad mille annos.*

8 *Attentata sine lite non dantur.*

9 *Attentata non dantur vbi diuersa sunt, iudicium, causa, & actio.*

10 *Filia dotem maternam à Patre vsufructuario, & administratore vendicare potest si ille vergit ad inopiam.*

11 *Filia mortuo patre agit aduersus illius hæredes ad recuperationem dotis materna.*

12 *Iudex procedens contra hæredem beneficiatum pendente termino ad conficiendum inuentarum nulliter procedit lim. vt num. 14. & 15.*

13 *Termino confectionis inuentarij pendente lis contestari non potest.*

14 *Creditor non potest pendente termino confectionis inuentarij agere contra hæredem.*

15 *Creditor conuenit hæredem tempore confectionis inuentarij pendente vti possessorem non vti hæredem.*

16 *Filia à patre dotata cum hoc quod non aliud petat, nec causa dotis maternæ non sibi præiudicat si solemnitates statuti non fuerunt seruatæ.*

17 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 1, 1. *in contractu filiæ vltra Patris consensum requirit interuentum duorum proximiorum ex latere materno, vel Curatoris in defectum eorum.*

18 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 151. *prohibet obligationem mulieris ne dum expressa, sed fortius tacitam.*

19 *Cohæres partem cohæredis sibi bppropriare neque potere potest.*

20 *Renunciatio facta à filia Monasterium ingressa ad fauorem patris eiusque descendentium suffragatur omnibus.*

Descendentium appellatione quæuis fœmina continetur num. 20.

21 *Excessus reddit sententiam nullam limita vt nu. seqq.*

22 *Mandatum quamuis excessiuum pro summa debita substinetur, si executio non fuerit pro tota summa consumata.*

DECISIO CLXX.

FAustina agens pro consecutione Dotis maternæ contra M. Antonium Boncompagnum hæredem beneficiatum Lepidi Cataldi eiusdem Faustinæ patris obtinuit mandatum de associando contra bona hæreditaria Lepidi supradicti Causa in gradu appellationis ad Rotam deuoluta cum clausula *sine præiudicio legitimæ executionis*. Quæsitum fuit. An Faustinæ vel Hæredi excipienti contra associationem de nullitate, & iniustitia esset danda manutentio in sua anteriori possessione, & Faustinæ dandum esse mandatum de manutenendo fuit responsum.

Quia docet de sua possessione auctore Prætore ritè, & rectè procedente capta, quæ est tantæ potentiæ, vt ingressus possessionem, naturalem, &
1 ciuilem acquirat, & vtraque priuet præcedentem possessorem, *l. qui vniuersas, §. item cum prætor iniustè possidet, ff. de acquir. possess. Angel. & Ias. in l. clam. possidere, §. qui ad nundinas cod. tit. Molin. dec. 4 num. 6. de rest. spol. & 802. num. 7. par. 1.*
2 *diuers.* & ea substinente, semper possidenti † datur manutentio vulgato, §. *retinendæ instit. de interd.*

Non obstat, quod supra allegati firment quidem conclusionem, sed amittant etiam declara-
3 tionem, Iudicem, nulliter, † & iniustè procedentem non priuare reum conuentum sua anteriori possessione, & de nullitate decreti sufficienter constare.

Primo dicebatur, quia emanauit à Iudice attentante in spretum iurisdictionis Iudicis Rotalis, cui adhuc Lepido patre viuente per Faustinam commissa fuerat causa contra Patrem super auocatione Dotis Camillæ d. Faustinæ matris in
4 summa scut. 8. mil. & vltra, † quod decretum cum in primis, & ante omnia cum omnibus inde secutis veniat reuocandum *tot. tit nil. nouare lite pend. & decis. 6. vt lit. pend. in antiq. & 10. cod. tit.*
5 *in nou.* super eo tanquam inualido † non potest fundari petita manutentio.

Verum quia causa supradicta non fuit inchoata per Faustinam, sed per eius procuratorem, de cuius mandato non constat, & cum promissione de rato, quæ ratificatio in actis nunquam fuit viuente patre præsentata, inde de lite constare non
6 potest, quia quæcunque actitata † tanquam à persona non legitima vsque à principio reddunt processum inualidum, *l. licet, C. de procur. cap. in nostra in fine cod. tit. l. licet de appellat. in 6.* & quan-
7 documque vsque ad † mille annos potest apponi *Bald. in l. 2. C. si ex fals. instr. Vant. de nullit. ex defe-*

defectu mandati num. 59. & 60. Rot. decis. 264. n.1. coram Papa Greg. XV. & sine lite non dantur at-
8 tentata Lancellott. de attent. lit. pend. cap. 4. lim. 2. nu. 16. Cassad. super reg. decis. 6. num. 2.
9 Præterea eadem attentata non † dantur vbi versamur in diuerso iudicio, causa, & actione Lancell. de attent. ad limit. 2. num. 3. & 8. Caputaq. decis. 59. par. 1. & 345. n. 1. coram Papa Greg. XV. Cassad. dec. 6. super reg. n. 2. & diuersitatem supra allegatam esse manifestam colligebatur ex eo, quod viuente patre actum fuerat officio Iudicis contra eum pro assecuratione Dotis ob timorem dilapidationis proprij patrimonij, super quo Dos prædicta reperiebatur assecurata, & quæ alia de causa ab ipso patre vendicari non poterat ipso
10 vsufructuario, & administratore existente Signor. cons. 135. n. 3. & seqq. Bald. Nouell. in l. si constante n. 59. ff. solut. matrim. Papien. in forma libelli quo vxor agit ad Dotem in verbo proprio nomine n. 27. In præsenti autem actum fuit actione ex stipulatu, & vigore pacti dotalis instrumenti pro restitutione illius conditione obitus mariti purificata, quæ respectiuè consignatio ex causa, & restitutio ex
11 pacto non implicant, quia per obitum † patris potuit Faustina absque probatione dilapidationis vendicare ab hæredibus Lepidi patris dotem sibi debitam, & tanquam ex iure superuenienti iuuari per l. si rem alienam, ff. de pignor. act. l. si mandauero tibi, ff. mand. l. si Titius, ff. de verb. oblig. Bart. in l. 1. n. 9. ff. de except. Surd. decis. 44. n. 22.

Neque etiam obstat secunda nullitas ex defectu iurisdictionis Iudicis procedentis contra hære-
12 dem † beneficiatum durante termino ad conficiendum inuentarium per l. fin. §. donec vbi Bart. & Bald. ac alij, C. de iur. delib. Fachin. controuer. iuris lib. 6. cap. 27. & Salust. in sua praxi lib. 1. cap. 52. n. 7. admittentes litem contestari non posse termino
13 pendente.

Quia vbi agitur, prout in præsenti fuit actum reali actione, non denegatur Creditorem experiri posse contra hæredem saltem vti bonorum controuersorum possessorem, etiam pendente
14 tempore † ad conficiendum inuentarium secundum veriorem, quam probarunt Bald. in d. §. donec num. 3. dicens, licere, qua illum non conuenit
15 vti hæredem, sed vti possessorem, & Bald. secuti sunt Angel. Castr. & Alex. in cod. §. donec. Suarez in l. post rem iudicatam ampl. 1. n. 7. ff. de re iud. Merlin. de legit. tit. 3. qu. 5. n. 2. Crass. de success. §. inuentarium qu. 16. n. 1. Franc. dec. 352. n. 2. & 3. cum alijs alleg. per Giurb. in consuet. Messan. cap. 9. glos. 5. par. 1. num. 20.

Iustitia pariter visa fuit patens, & obiecta contra eam non releuare.

Non enim obstat, quod dum Faustina fuit à Lepido eius patre nuptui tradita, in capitulis matrimonialibus ab eodem subscriptis, conuentum fuerit, vt præter dotem scut. 4500. eidem constitutam, nihil aliud prætendere posset ex causa dotis maternæ, & vlterius in actu stipulationis instrumenti dotalis teneretur ad patris fauorem renunciare omnibus, & quibuscumque prætensionibus.

Quia obligationes prædictæ quomodocumque
16 contractæ fuerit semper † inualidæ deteguntur, cessantibus solemnitatibus ex Statuto Vrbis c. 151.
17 lib. 1. requisitis, quæ ideo à statuentibus † desiderate fuerunt, quia de patre non confidebant, vt propterea vltra patris præsentiam, & consensum voluerint etiam consensum duorum proximiorum ex latere materno, vel Curatoris in eorum defectum, vt in contextu legitur, & benè aduertunt Pic. ad idem stat. glos. 7. n. 204. & Rot. in Roman. hæredit. & Paragij qu 120. n. 31. coram bon. mem. Buratto inter eius impress. quæ nullitas non ideo reualidari potuit ex superuenienti consensu eiusdem Faustinæ, dum postea matrimonium contraxit cum eisdem capitulis, quia si statuentes noluerunt mulieres posse sibi ipsis præiudicare expresse contrahendo, & consentiendo, multo minus
18 † dicendum videtur eisdem permissum fuisse tacite præiudicium admittendo propter inhabilitatis ignorantiam, vt in his terminis ponderatum fuit in dec. 160. num. 4. par. 3. recent. & in Rom. Dotis, 20. Maij præsentis anni 1639. coram D. meo Panzirolo.

Neque pariter obstat iniustitia decreti, quod Faustina associata fuerit pro toto credito dotali & tamen dubitari non possit de existentia alterius eius sororis nempè Virginiæ Monialis professæ, cuius dotis portionem tanquam illi à lege
19 delatam † non potest Faustina, alio non probato, sibi appropriare per l. primam, & sec. C. si pars hæred. per Thes. dec. 4. n. 8. Surd. cons. 415. n. 12. pluribus comprobans hanc conclusionem

Quia ex quo Virginia ante ingressum Monasterij renunciauit bonis maternis ad fauorem
20 Lepidi patris non quidem simpliciter, & sed pro Lepido, & descendentibus quibuscumque, & ex descendentibus Lepidi Faustina sola sit superstes, & appellatione descendentium quæuis fœmina compræhendatur, Natt. cons. 64. n. 8. lib. 1. cum allegatis per Fusar. de subst. q. 325. num. 1. sequitur optimo iure Faustinam integram dotem petere potuisse, & seu associationis decretum decerni debere vti sibi pro vtraque portione debitam.

Denique non obstat allegatus excessus summæ petitæ scut. 8000. & vltra, ne dum quia eadem Faustina pro dote receperit sc. 500. tempore nuptiarum cum Missino, sed etiam quia pro dote spirituali Virginiæ Lepidus pater exbursauerit scuta bis mille, & vltra, qui solus pro nul-
21 litate † sententiæ sufficere dicebatur Contard. in l. vnic. C. si de moment poss. fuerit appell. limit. 19. & Rota decis. 480. n. 5. & 485. num. 4. coram Papa Gregor. XV.

Quia cum summæ fuerint in executione mandati diuersæ, & pro omnibus mandata non fuerint consumata semper substinetur illorum vali-
22 ditas † pro summa, & quantitate debita Capic. dec. 51. n. 7. & idem fuit admissum in causa Rom. Pecuniaria 21. Apr. 1613. coram Archiepisc. Seleucien. & in Rom. dotis 14. Iannar. 1631. coram bon. mem. Motmanno.

Et ità &c.

R. P. D. PIROVANO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Fideicommissi de Incoronatis.

Sabbati 5. Nouembris 1639.

ARGVMENTVM.

Donatione alicui facta, & filijs ex certo matrimonio nascituris, acquiritur ius filijs ex propria persona independenter à Persona Patris, quando vel ex mente, vel in verbis principaliter fuit habita ratio filiorum, secus verò si impulsiuè tantum, & mediante persona patris Renunciatio facta à volente ingredi Monasterium comprehendit etiam bona non expressa vi verborum vniuersalium.

SVMMARIVM.

1 *Successio Patrui de iure ab intestato solo fratri defertur, non autem nepotibus vna cum Patre.*

2 *Donatio contemplatione certi matrimonij facta alicui eiusque filijs, acquiritur filijs ex propria persona independenter à Patre.*

3 *Contrarium vbi filii neque in verbis, neque ex mente vocati reperiuntur, sed solum adsunt verba impulsiue non finaliter fauorem filiorum denotantia.*

4 *Renunciatio facta à fratre Monasterium ingrediente comprehendit etiam successiones non specificatas attentis clausulis amplissimis, & generalissimis.*

5 *Renunciatio facta de bonis alicuius non expirat vita functa persona in renunciatione contemplata, sed ad illius transit successores.*

6 *Ratio conseruationis agnationis in fine posita etiam sola sufficit ad constituendum fideicommissum perpetuum inter illos de familia.*

7 *Proximiorum nomine primo loco veniunt agnati de familia ad exclusionem agnatorum transuersalium.*

8 *Limita si fuit habita ratio conseruationis agnationis.*

Religiosi professi non dicuntur habiles ad conseruandam agnationem n.8.

9 *Inuentarium contra conficientem plenè probat.*

10 *Retentio datur hæredi grauato aduersus fideicommissarium ratione expensarum, & melioramentorum in bonis fideicommissi factorum.*

11 *Exceptione melioramentorum, & expensarum si sunt illiquidæ, vel appareant alienationes non valent impedire immissionem per fideicommissarios petitam.*

DECISIO CLXXI.

IN disputatione 13. Maij * præteriti responsum fut dandam esse immissionem D. Angelo, nisi obstent Detractiones, de quibus particulariter reseruatum fuit videri. Hodie posita parte reseruata, dictum fuit, Detractiones non obstare.

Successerunt Marcello fideicommittenti Cæsar, Io. Baptista Coronatus, Camillus, & Franciscus eius filij, quorum tres, mortuo iam Cæsare, nempe Ioannes Baptista Coronatus, & Camillus donarunt Francisco omnia sua bona intuitu, causa, & fauore Matrimonij, & liberorum procreandorum Franciscus ex eodem matrimonio in donatione sibi facta contemplato, suscepit duas fœminas, & quatuor masculos. Fœminæ illæ nupserunt in Domino, Hieronymus verò, & Franciscus ex masculis Religionem Sancti Dominici ingressi, professionem emiserunt, præuia solemni, & amplissima donatione, & seu renunciatione. Et existentibus adhuc in seculo Marcello, & Cæsare, Franciscus pater donauit omnia bona sua Cæsari filio, eoque decedente sine masculis, voluit ea reuerti ad Marcellum eiusque descendentes. Extincta exinde linea masculina Marcelli, vocauit proximiores sibi in gradu cum clausula, quia intentio ipsius fuit, & est, vt bona permaneant in domo, & familia ipsius Testatoris.

Si igitur agendum est de detractionibus, quæ filijs primi gradus competere poterant in bonis, & hæreditate fideicommittentis, non possunt professi ex eorum persona quidquam prætendere, quia Cæsar, Ioannes Baptista Coronatus, Camillus decesserunt superstite Francisco, quorum Patruorum non probant se hæredes ex testamento,
1 to, & ab intestato lex non defert † hæreditatem illorum simultaneè, & fratri, & nepotibus vna cum Patre *Auth. fratres, C. de legit. hæred. Couar. de success. ab intest. concl. 6. vers. Tertio est notandum n. 5. Grass. eodem tract. concl. 23. num. 4.*

Quod si nitantur donatione trium fratrum Francisci eidem Francisco facta de omnibus bonis præsentibus, & futuris, in qua legitur, quod titulo puræ, perfectæ, & irreuocabilis donationis dederunt, & concesserunt Francisco eorum fratri pro se, & suis, intuitu, causa, & fauore matrimonij contrahendi cum Iulia de Caualerijs & liberorum ex eo, Deo dante procreandorum,
2 in quorum liberorum † numero professi repe-
riuntur, & ad illorum successionem admitti prætendant tanquam vocati iure proprio, & independenter à patre, *Bertrand. cons. 76. num. 4. lib. 3. Grat. discept. 924. n. 32. & 33. Fontanell. de pact. nupt. clausula 4. glos. 9. par. 1. num. 7. Franc. Molin. de rit. nupt. lib. 3 qu. 10. num. 28. Seraph. dec. 1108. Franc. à Ponte cons. 19. n. 20 Castill. dec. 106. num. 8. & in Romana de Castellanis coram D. meo Decano die 10. Maij 1632.*

Contrarium Domini amplexi sunt opinionem vti veriorem in casu proposito, in quo filij, ne-
3 que † in verbis ex pacto, neque ex mente per
coniecturas vocati dici possunt, quam probarunt *Dec. cons. 216. n. 5.* dicens, verba illa fauore filiorum prolata non respicere causam finalem, sed impulsiuam ad demonstrandum illud, quod futurum fuisset, quod talia bona peruentura fuissent in liberos secundùm commune votum parentum, *Alexand. cons. 7. in fin. tom. 3. lib. 8. secundum vltimam impressionem*, qui allegat, & sequitur *Dec. in alleg. cons. 216.* sæpè in Rota canonizatum *vt in Romana Donationis de Cupis 5. Iunii 1602. coram Card. Panphilio, quæ est 22. inter impressas per Pic. ad Statut. Vrb. & in Interamnen. donationis 861. n. 8. coram bon. mem Buratto, & in Sancti Seuerini Dotis 2. Iunij 16?1. coram D. meo Merlino*, & prædictę opinioni filiorum exclusiuæ non contradicunt allegati pro vocatione, quoniam si bene perlegantur in eorum respectiuè casibus mouentur ex vocatione expressa, vel ex pacto, aut ex coniecturis fideicommissum successiuum inducentibus, quorum omnium concursus excluditur ex contextu donationis huiusmodi, in quo dicitur tantummodò contemplatione matrimonij cum Iulia de Caualerijs, & liberorum procrean-

creandorum; qui si procreari non fuissent, non propterea donatio corruebat, dum ex alijs causis narratis valida remanebat.

Sed propterea dum professi in ingressu Religionis omnibus, & quibuscumque bonis renunciarunt nedum paternis, maternis, & auitis, sed etiam patruis, & fraternis, tàm ex testamento, quam ab intestato, & vigore cuiusuis fideicommissi, et substitutionum purificatarum, quam purificandarum non possunt hodie sub prętextu purificatę vocationis redire ad bona renunciata, quia vltra amplissimas, et generalissimas clau-
4 sulas aptas comprehendere † quascumque successiones etiam non specificatas, *Menoch.cons.* 335.*num.*15.*Honded.cons.*49.*n.*14 *lib.* 1. *Surd. cons.* 267.*n.*20.*Rota dec.*714.*n.*1.*& seqq.par.*2.*rec.&* 109 *n.*1.*par.*5.*diuers.*In specie legitur renunciatio de bonis Patruorum titulo pura, et irreuocabilis donationis inter viuos, quæ non expirat etiam vita functis illis, quorum contemplatione dona-
5 tio reperitur † facta, sed ad illorum successores quouis titulo vocatos transit, *Achill.dec. vnic. de donat.Put.dec.*274.*num.*4.*lib.*3.*&* 587.*num.* 1.*par.*1. *recent.*

Si verò attenta consolidatione bonorum liberorum dd.Patruorum in personam Francisci eorum fratris, & Professorum Patris per supradictam donationem quæratur de detractionibus ex persona Francisci, Professi competentibus, semper obstat donatio per eundem facta Cæsari filio ipsorum exclusiua, dum titulo puræ, & irreuocabilis donationis inter viuos dedit, concessit, & transtulit Cæsari filio præsenti, & acceptandi pro se, filijs, nepotibus, & pronepotibus, in perpetuum exclusis fœminis, & masculis non existentibus bona donanda reuertantur ad Marcellum, & eius filios, & nepotes masculos in perpetuum. Extincta postmodum linea masculina, reuertantur ad proximiores in gradu ipsius Testatoris, prohibita tam Cęsari quam Marcello fratri alienatione, & omnibus detractionibus cum clausula, quia intentio ipsius testatoris fuit & est, quod bona donanda permaneant in domo, & familia ipsius testatoris, ex quibus verbis patet, purificatis conditionibus non existentiæ filiorum masculorum dictorum fratrum, apertum remanere fideicommissum ad fauorem proximiorum in gradu ipsius testatoris, & talium, qui apti sint ad conseruandam agnationem, & familiam testatoris, prout sunt D. Angelus, & eius filij, & quæ sola ratio conseruandæ agna-
6 tionis in fine posita sufficit ad constituendum perpetuum, absolutum, † & reciprocum fideicommissum inter illos de familia secundum veriorem, de qua per *Soccin.iun.cons.*140.*num.*7.*vol.* 3.*Osasch dec.*50.*in fine, Mantic. de coniect. lib.* 6. *tit.* 14.*num.*24.*Surd.cons.*96.*num.* 23. *vulum.* 1. *Peregr. cons.*49.*n.*9.*volum.*3.*Fusar.alios referens qu.*277.*n.*6. & sæpè apud nos idem fuit firmatum *dec.*125. *numer.*4.143.*num.*6.*par.*1.*recent.*

Neque dicatur professos fuisse expresè vocatos sub nomine proximiorum deficiente linea masculina Cæsaris, & Marcelli, cum obtineant
7 primum gradum † ipsius donantis in succedendo exclusiuè ad agnatos transuersales. *Peregr. de fideicommiss. art.* 22. *num.* 26. *Menoch. præsumpt.* 83. *num.* 4. *lib.* 4. *Fusar. quæst.* 348. *num.* 4.

Quia vltra, quod in discretiua locutione donationis apertè colligitur donatorem non sensisse de professis filijs sibi proximioribus, dum de Cæsare, & Marcello mentionem fecit, & in longissimo tempore post filios, nepotes, pronepotes in perpetuum vocauit proximiores ex propria verbi significatione transuersales enunciando, etiam addita fuit ratio conseruandæ agnationis, quæ non conuenit personæ professorum
8 † in quibus deficit habilitata conseruandæ agnationis, *Paris.cons.*22.*num.*9.*lib.*3.*Couar. var. lib.*1. *cap.*10 *num.*11.*Peregr.de fideicomm.art.*8.*num.*26.*&* 81.*Mantic.de coniect.lib.*11.*tit.*7.*num.*21. *Menoch. de præsumpt.*83.*lib.*4.*num.*5. cum quibus eandem consequentiam firmauit *Rota in Romana fideicommissi,* 1.*Martij* 1613.*coram Patriarcha Manzanedo*. Nec assumenda disputatio, an substitutio de proximioribus sit vulgaris, & adita hæreditate, vel donatione acceptata, expirauerit, quia ex allegata ratione conseruandi familiam constitutum fuit fideicommissum successiuum, perpetuum, & reciprocum, vt supra probatum fuit.

Neque pariter possunt Professi prætendere aliquid detrahere ex persona Marcelli fratris Cęsaris, qui ab intestato, factus iam Sacerdos obijt de anno 1626.ex fide obitus, quæ data fuit, quia cum obierit viuo Francisco Patre Cęsar autem de anno 1636.mortuo iam Patre, aut inanis, aut vacua est illius successio, aut Professi attenta amplissima renunciatione Cæsari facta etiam de bonis fraternis ex quacumque causa etiam de futuro, nihil deducere possunt ex supra allegatis.

Demum mortuo Cæsare sine filijs, & ab intestato, aditaque illius hæreditate per fratres professos de duplici patrimonio posset haberi ratio. Primum respicit omnia bona per Franciscum possessa, & acquisita, tàm respectu dotis Iuliæ Vxoris fideicommittentis, & respectiuè matris ipsius Francisci, & aliorum filiorum, quæ ad ipsum Franciscum, non autem ad eius filios à lege delata fuerunt, ac etiam donata sub vinculo fideicommissi ad fauorem proximiorum, et familię, inter quæ comprehenduntur portiones aliorum fratrum consolidatæ ex prima donatione. Secundum vero respicit proprium ipsius Cęsaris patrimonium. De primo sicuti Cæsar nihil detrahere poterat, prohibendo Donator omnem detractionem, & alienationem bonorum donatorum, etiam latissimo sumpto vocabulo; ita nec pariter illius hæredes aliquid detrahere poterunt.

De secundo denique patrimonio ipsius Cæsaris cum apparet ex inuentario per Professos, seu per Monasterium facto nihil superesse, & contra describentes probat *l.fin.C.de arbitr. Tutor.Bart.in l.Tutor.qui repertorium num.*12.*ff.de administr. Tutor.Peregr.de fideicomm.artic.*44.*num.*2 *Rot.dec.* 559. *num.*4.*par.*1.*&* 762.*num.*1.*par.*2.*recent.* Visum fuit non esse retardandam immissionem.

Neque obstat, quod in patrimonio Cæsaris extent credita ex impensa funeris Francisci patris, & debita testatoris fideicommittentis solu-
9 ta, † ac demum expensæ melioramentorum in Palatio huius familiæ per Cæsarem facta exce-

dentia scuta 11. mill. pro quibus Monasterio dã-
30 da est retentio, † donec fuerit satisfactum per *l. quamdiù, C. de Distiact. Pignor. & l. Creditoris ff. eodem tit.*

Quia impensa funeris Francisci in quantitate non probatur. Debita verò Marcelli, à quo vel à quibus fuerint soluta, non apparet, & de melioramentis non dantur probationes, quod à Cæsare fuerint facta, & præterea cum appareant ex instrumentis datis plures alienationes ex bonis fideicommissi descriptis in inuentario hæreditatis Marcelli per Iuliam matrem Francisci respectiuè vxorem Marcelli semper remanent prætensiones
31 Monasterij illiquidæ, † & inefficaces ad impediendam immissionem per fideicommissarios petitam, vt in proximis terminis fuit resolutum *in Romana legatorum de Columna, quæ est 509. par. 1. recent.*

Et ita, &c.

Decisio ista est in hac causa emanata sub die 13. Maij præteriti est supra in hac parte decis. 134. vbi aliæ decisiones in fine in eadem causa emanatæ referuntur.

R. P. D. PANZIROLO

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana, seu Ianueñ Quarti Dotalis.

Lunæ 14. Nouembris 1639.

ARGVMENTVM.

Statutum loci, in quo vir habuit domicilium tempore restitute dotis attendi debet in materia lucri, etiam quod alibi nuptiæ fuissent celebratæ. Domicilium contrahitur per decennium, & plures in hac materia. Constitutio san. mem. Pij V. super moderatione dotium locum habere non potest attenta matrimonij duratione per spatium annorum 30. & vltra.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum dotis debetur coniugi superstite ad formam Statuti loci, in quo coniuges de tempore restitutionis domicilium habebant, & num. seqq.*
Amplia etiam, quod contractus fuerit alibi celebratus ibidem, & num. seqq.
2 *Vxor desponsata in loco originis petit lucrum dotis ad formam statuti loci, in quo Vir obijt, dummodò Maritus non habuerit animum in loco originis permanendi.*
Maritus si post secutas nuptias in loco originis alibi ad habitandum cum tota familia se contulit dicitur habuisse animum mutandi domicilium num. 2.
3 *Habitatio per decennium in aliquo loco facit acquirere domicilium absque alia animi declaratione.*
4 *Domicilium acquirendi signa sunt, habitatio translatio familiæ, ac bonorum stabilium emptio.*
5 *Roma est communis Patria.*
6 *Romana in Vrbe facile præsumitur aliquem habuisse animum perpetuò permanendi, ac domicilium acquirendi.*
7 *Animus contrahentis domicilium ex euentu subsecuto facilè desumitur, & nu. 13.*
Conferens se in aliquem locum ad habitandum, si nunquam habitationem mutauit dicitur principio habuisse animum ibi permanendi, nu. 7.
8 *Pro incolatu in dubio pronunciari debet.*
9 *Negotiatio non excludit animum acquirendi domicilium stante decennali habitatione, translatione familiæ, & bonorum emptione.*
10 *Filius dicitur habere domicilium Patris.*
11 *Ciuis plurium locorum eodem tempore quis esse potest.*
12 *Ciuis alicuius loci quis esse potest, & habere domicilium, & incolatum in alia.*
13 *Animus in præcedentibus qualis fuerit ex subsequentibus colligitur.*
14 *Constitutionis Pij V. Dotium moderatoriæ, qualis fuerit ratio.*
14 *Incertitudo lucri dotis, per quem scilicet lucrari debeat, facit quod minori, sic contrahenti denegetur in integrum restitutio.*
16 *Beneplacitum Apostolicum præsumitur in alienatione bonorum Ecclesiæ per lapsum annorum 30.*
17 *Intellige si cum lapsum temporis concurrit obseruantia.*
18 *Beneplacitum Apostolicum super Constitutione Pij V. dotium moderatoria præsumitur spatio annorum 30. & magis 40.*
19 *Dispensationis aduersus Constitutionem Pij V. dotium moderatoriam facillimè conceduntur, ac nomini denegantur.*
20 *Constitutio Pij V. dotium moderatorium cum habeat decretum irritans ligat etiam quod non fuerit obseruata, vel fuerit spatio temporis præscripta.*
21 *Solemnitates in alienatione bonorum Ecclesiæ præsumuntur spatio 40. annorum, etiam quod Constitutiones Apostolicæ habeant decretum irritans.*
22 *Solutio facta cum præseruatione iurium nullum iudicii iussu præcedente dicitur voluntaria.*

DECISIO CLXXII.

Decisum fuit coram me sub die 27. Iunij præteriti, D. Eugeniæ Spinulæ deberi quartum dotale, stante obitu bon. me. Marchionis Vincentij Iustiniani eius Viri sine filijs, iuxta dispositionem Statuti Vrbis lib. 1. cap. 131. & sic pro illius consequutione esse relaxandum mandatum executiuum contra D. Marchionem Andream hæredem Marchionis Vincentij: Hodie causa repropoſita super ijsdem Domini responderunt standum esse in decisis moti prout etiam in alia, quia Marchio Vincentius de tempore contracti matrimonij cum D. Eugenia habebat domicilium, fixasque ædes hic Romæ, vnde cum euenerit casus restitutionis dotis, & solutionis lu-
1 cri dotalis; † Vrbis Statutum debet attendi, non obstante, quod in Ciuitate Ianuæ fuerit celebratus contractus, *iuxta text. in l. exigere dotem, ibique Doctores ff. de Iudic. Butr. in cap. 1. num. 11. vers. sed in casibus, vbi Abb. num. 11. Felin. num. 24. de sponsal. Fulgos. in l. cunctos populos sub num. 19. C. de Summ. Trinit. & fid. Cath.* vbi dicit hoc sibi contigisse, cum esset Placentinus, & duxisset vxorem Papię, *Barbos. in d. l. exigere dotem numer. 174. & seqq. Rimin. Iun. in cons. 16. num. 23. Roland. de lucr. dotis quæst. 13. per totam. Thesaur. Iun. qu. 6. num. 6. lib. 2. Rot. in Rom. lucri dotis 8. Martij 1624.*

coram

coram Reuerendiss. D. meo Decano, vltra alios in precerita decisione cumulatos.

Quod procedit etiam si vir vxorem duxerit in loco originis, dummodò non habuerit animum
2 illic permanendi, † prout verè non habuit Marchio Vincentius, dum post sequutas nuptias in Ciuitate Ianuæ, non quidem in domo propria, vel à se ad istum effectum conducta, sed in domo Patris Dominæ Eugeniæ; statim cum Vxore ad Vrbem reuersus est, vt reprobata opinione Barbatiæ contrarium sentientis, tradunt vltra *Caccialup. in d. l. cunctos populus sub n. 117. & 124. & seqq. lib. 7. Alexan. in consil.* 100 qui scripsit contra *Barbat. & testatur de comm. lib. 3. & Roderic. Suarez. ad leg. Regni tit. de las ganantias nu. 43. post med. vers. est verum*, qui fuerunt in præterita allegati; tenent etiam *Purpurat. in d. l. cunctos populos num. 123. vers. tertio infertur C. de Summ. Trinit. fid. Cathol. Iason. in l. si arrogator nu. 44. & 48. ff. de adopt. Barbos. in d. l. exigere dotem n. 142. & seq. Ruin. cons. 58. n. 7. lib. 3. Gratian. discept. for. cap. 609. n. 26. & seqq. Velasc. decis. 175. nu. 12.*

Quod vero Marchio Vincentius habuerit domicilium in Vrbe de tempore, quo contraxit matrimonium cum Domina Eugenia, constat nedum ex præcedenti ipsius habitatione per decennium, & vltra ante sequutas nuptias prædictas,
3 quæ habitatio † facit vt dicatur acquisitum domicilium absque alia animi declaratione *Roland. cons. 79. num. 51. & 52. lib. 3. Surd. consil. 371. nu. 47. Add. ad Greg. XV. decis. 279. num. 26. Rota in Romana Societatis coram Comitulo impress. apud Marchesde comm. par. 2. fol. 226. num. 1. vers. cum enim ambo, & decis. 137. num. 5. par. 5. recent.* Verum etiam ex quo per 20. ferè annos ante contractum dictum matrimonium Iosephus Pater ex Insula Chios cum tota familia, & bonis se transtulerat ad Vrbem, tres filias fœminas Romanis Ciuibus nuptui tradiderat, quas omnes verisimile non est voluisse alibi nubere, quam vbi ipsimet Pater Domicilium haberet; Cappellam à suis maioribus extructam, ornauit, ac dotauit in eaque sepulchrum sibi, & posteris extruxit, & denique Palatium pro pretio scutorum 18. mil. eodem anno sequutarum nuptiarum filij cum Domina Eugenia, emit, itaut concurrant omnia signa voluntatis acquirendi Domicilium, nempe ha-
4 bitatio, translatio familiæ, † ab bonorum stabilium emptio, *vt tradit Soccin. in cap. vlt. sub n. 15. de for. compet. Surd. cons. 174. num. 10. vers. cum Accedamus Rota in Romana Officij scriptoriæ coram Comitulo impress. apud Marchesan. de commiss. tom. 2. fol. 531. n. 3. & est Votum Penia relatum per Fenson. ad Statut. Vrbis fol. 82. n. 14. & plur. seqq.*

Quod eo facilius debet admitti in casu nostro; Tum quia Insula Chios, in qua Ioseph Domicilium, & iurisdictionem habebat, redacta fuerat in Turcharum potestatem; Tum quia agitur de
5 domicilio Vrbis Romæ, † In qua (vti in communi Patria *l. Roma, ff. ad muncipal.*) de facili præsumitur quis habere animum perpetuo per-
6 manendi, † & acquirendi domilium, vt firmauit *Rota in dicta Romana Officij Scriptoriæ coram Comitulo num. 5. & in Voto bon. mem. Peniæ sub num. 19.* maximè cum ex euentu subsequuto clarè colliga-
7 tur † qualis fuerit animus Iosephi dum de anno 1563. quo huc primum accessit, nunquam domicilium, nec habitationem mutauit *ad trad. per*
8 *Greg. dec. 163. n. 3.* Vltra quod in dubio esset pro † incolatu pronunciandum, prout dicit *Penia in d. suo Voto num. 11.*

Nec releuat, quod accessus ad Vrbem Iosephi videatur fuisse solum causa negotiandi propter lucrum, ex quo instituit rationem bancariam, plures appaltus accepit, & continuo dedit operam diuersis negocijs.

Quia concurrentibus decennali habitatione translatione familiæ, & bonorum emptione, vt
9 supra dictum est † negotiatio non excludit animum acquirendi domicilium, cum ista duo optimè inter se compatiantur, *Paris. consi. 12. nu. 16. & 20. lib. 3. Rota in d. Romana Societatis coram Comitulo num. 1. & d. decis. 137. num. 10. par. 5. rec. vbi sub num. 11.* exemplificat in Præfecto arcis, Scolari, & Curiali, qui dicuntur Incolæ ex decennali habitatione quando emerunt sibi bona, & contraxerunt matrimonium. Cum ergo ex prædictis firmatum remaneat domicilium, & incolatus Iosephi Patris in Vrbe, videtur etiam probatur Domicilium Vincentij filij, ex quo do-
10 micilium, quod habet Pater dicitur, † & habere filius *Bald. cons. 234. num. 1. vers. nisi ille, lib. 1. Bertaz. claus. 18. glos. 3. num. 2. Greg. decis. 279. nu. 18. & seqq.*

Quibus non obstat, quod Marchio Vincentius se multoties nobilem Ianuensem in Instrumentis enunciauerit. Quia cum quis Ciuis plu-
11 rium locorum † eodem tempore esse possit, vt per *Buratt. dec. 804. num. 3.* stant simul, quod Marchio se Ianuensem nuncupauerit, & adhuc in
12 Vrbe domicilium, † & incolatum contraxerit, vt ponderauit *Rota d. decis. 137. nu. 12. & seq. par. 5. recent.* vbi de Mercatore, qui pluries protestatus fuerat se esse Bergomensem, & velle mori Bergomensem.

Quæ omnia maximè comprobantur ex quo successiuè d. Marchio Vincentius Castrum, & alia bona stabilia acquisiuit in suburbijs, & Vrbis districtu, ex quibus, quamuis subsequutus post
13 matrimonium, † satis elicitur, quod etiam ante, & semper voluerit in Vrbe domicilium acquirere, nam ex subsequentibus colligitur qualis fuerit animus in præcedentibus *l. aut facta l. euentus, ff. de pœn. facit Mant. decis. 313. n. 7.*

Demum non obstat Pragmatica Sixti V. moderatoria dotium ad summam scut. 500. ex qua inferebatur quartum dotale tantummodo deberi pro hac summa, non autem pro sc. 22. mill. auri, in qua dos constituta fuit. Hoc enim obiectum duplici responsione optimè tolli visum est quarum prima est, quod d. Constitutio visa est non comprehendere dotes extra Vrbem ab exteris constituta ex rationibus latè deductis in alia decisione ponderando, præsertim esse penitus inuerisimile, quod animus constituenti fuerit non admittere dotes opulentas earum Puellarum, quæ in alijs ditionibus morantes Romani Ciuibus nuberent, & ad Vrbem essent venturæ, cum hoc sit contra omnem Politicæ Regulam, secundum quam Principes potius sedulò curant, vt diuitiæ apud exteros sitæ in eorum dominium trãsferantur, & subditi fiant locupletes, ac diuitijs affluen-

affluentes, ea præcipua ratione, quia ex opulenta subditorum resultat potentia, & magnitudo Principum, vnde licet constitutio videatur in verbis comprehendere etiam forenses, intelligenda est de forensibus hic in Vrbe contrahentibus, non autem de ijs, qui sub aliena ditione degentes ibi contrahunt, & pecunias ad Vrbem trahunt, vt ditiores efficiantur, & quamuis pro D. Marchione Andrea replicaretur, quod ratio d. Constitutionis fuit ne Ciues Romani de pauperentur propter excessiuas dotes, quæ ratio etiam videtur vigere in casu restitutionis quarti dota-
14 lis facienda forensi; † Attamen, quicquid sit, an ista fuerit ratio finalis d. Constitutionis, an verò vt facilius fœminæ nuberent, & matrimonia frequenterentur, prout videtur sensisse *Rota decis. 117. per tot. par. 1. diuers.* Ratio prædictę de pauperationis haberet locum si fuisset certum quod
15 D. Eugenia † debuisset superlucrari quartum dotalem, secus autem quando adfuit par incertitudo quisnam coniugum esset illud superlucraturus per mortem alterius sine filijs, & propterea cum depauperatio, sed damnum pendiderit à futuro euentu, non habetur in consideratione, in tãtum quod minori taliter contrahenti denegetur beneficium restitutionis in integrum *l. de fideicommisso 11. C. de transact. Decian. cons. 39. num. 112. lib. 2. Surd. cons. 451. num. 4. & seqq. Pic. ad Statut. Vrb. gloss. 7. num. 112. Rota decis. 24. num. 13. par. 5. recent.* & fuit dictum *in Bononien. Census 11. Martij 1637. coram me.*

Secunda vero responsio, quam ferè omnes Domini amplexi sunt, & ex qua crediderunt tolli penitus omnem amaritudinem ea est, quod sicut in alienatione bonorum Ecclesiæ, quæ habet
16 maximam Iuris resistentiam, † ex lapsu 30. annorum præsumitur Beneplacitum Apostolicum *Alex. in l. qui in aliena num. 11. ff. acquir. hæred. & in cons. 17. num. 8. lib. 4. Anchar. consil. 113. Gemin. cons. 87. col. fin. Dec. cons. 38. num. 8. Rota decis. 179. num. 1. par. 2. diuers. & in recent. decis. 694. num. 5. par. 1. Gregor. decis. 354. numer. 15. in fine, & ibi*
17 *Add. num.* 18. Dum modo cum lapsu temporis concurrat obseruantia, *Gabr. cons. 36. num. 52. vers. sed si possessio lib. 1. Put. decis. 7. de præsumpt. Rota d. decis. 694. sub num. 5. par. 1. rec. Greg. d. decis. 354. sub num. 18. vers. aduertendum tamen est.* Ita vt multò facilius ex spatio 40. & vltra annorum, quo matrimonium prędictum durauit præsumen-
18 dum sit, † quod dd. Coniuges obtinuerint dispensationem prædictæ Constitutionis stante præsertim, quod constat de obseruantia continuata, nempe receptionis retentionis, & restitutionis integræ dotis scutorum 22. mill. auri, absque eo, quod Marchio Vincentius spatio tanti temporis aliquam molestiam senserit à Populo, Romano, vel ab ijs, quibus in casu contrauentionis illud, in quod dos excedit per Constitutionem applicatur; idque tanto magis præsumendum
19 est, ex quo dispensationes contra d. † Constitutionem dotium facillimè concedantur, ac nemini denegentur, vt firmauit *Rota in Romana dotis 26. Iunij 1637. coram bo. me. Buccabella.*

Nec obstare visum fuit, quod d. Constitutio contineat decretum irritans, per quod tolluntur omnes in actus in contrarium facti, quia D. Eu-
20 genia non prætendit Constitutionem fuisse † abrogatam, seu non vsu receptam, aut spatio temporis obseruantiam ipsius fuisse præscriptam, & propterea potuisse contrahere contra formã Constitutionis, in quibus terminis videntur procedere decisiones emanatæ *in causa Maioricen. Indultorum 11. Aprili, & 27. Iunij præsentis anni coram R. P. D. meo Merlino*, sed solum dicit ex spatio 40. annorum præsumi deberi debitas solemnitates interuenisse pro illius derogatione, sicuti hoc
21 etiam præsumitur in terminis † extrauagantis *Ambitiosæ* non obstante, quod etiam ipsa sit munita decreto irritanti, vt benè per *Seraph. decis. 1042. nu. 2.*

Nec releuat si dicatur, quod obseruantia in casu nostro reddatur turbida, ex quo restitutio dotis per D. Marchionem Andream fuit facta cum reseruatione suorum iurium, quid præseruatio iurium non refertur ad dotem restitutam, sed ad localia, & alia bona, quæ per D. Marchionem Andream prætendebantur à D. Eugenia prout d. Marchio satis se inducialiter declarauit in actis A. C. dum obtulit dotem, & citauit D. Eugeniam ad illam recipiendam; vt euidenter patet ex lectura extractus fol. 33. & 47. Vltra quod si protestatio prædicta facta fuisset ad reddendam turbidam obseruantiam nihil penitus releuasset, quia cum illa iam fuerit completa per spatium annorum 40. & vltra in vita Marchionis Vincentijs, protestatio Marchionis Andreæ non fuisset apta ea tollere, aut turbidam reddere. Cui responsioni etiam addebatur, quod clausula præseruatiua, cum fuerit reciproca ad fauorem D. Marchionis Andreæ, & D. Eugeniæ, non po-
22 tuisset efficere, † vt restitutio nullo Iudicis iussu, & præcedente facta non diceretur voluntaria, & pacifica *ad trad. per Greg. dec. 460. num. 6. & fuit* solutum *in Augustana Decimarum 27. Iunij præteriti coram R. P. D. meo Bichio.*

Et ita vtraque &c.

☞ *Ista decisio sub die 27. Iunij præsentis anni emanata est supra in hac eadem par. dec. 160.*

R. P. D. PIROVANO,

Sacræ Rotæ DECANO.

Placentina Census.

Mercurij 16. Nouembris 1639.

ARGVMENTVM.

Constitutio census per plures facta super fundo vnius ex constituentibus valet ad differentiam census ab vno tantum constitui super suo prædio, cuius pretium fuit deinde, & ipsi constituenti, & alijs exbursatum, qui se ad solutionem census obligarunt, quasi tunc respectu illorum census dicatur consistere super obligatione personali tantum.

SVMMARIVM.

1 *Census ad formam Bullæ san. mem. Pij V. constitui debet super fundo certis limitibus designato, fructifero,*

fero, & in pecunia numerata.

2 *Census constitutio peccans in forma, solemnitate, & incompatibilitate personarum sustineri nequit.*

3 *Census ab aliquo super suo fundo constitutus, cuius pretium fuit postea pluribus numeratum, qui se ad fauorem emptoris obligarunt non valet.*

4 *Secus verò si plures insolidum censum ad fauorem emptoris constituunt, omnesque pecunias recipiunt, & num. 5.*

5 *Census constitutio de forma fieri debet super fundo, qui censui remaneat subiugatus, non autem super persona constituentium.*

6 *Census constitui potest super fundo alieno, si dominus tacitè, vel expressè consentit.*

7 *Res aliena consentiente domino vendi potest.*

Amplia, qui multo magis hypothecari, & obligari, ibidem.

8 *Census ab vno constitutus, si postea alij pro illius solutione se obligant, respectu illorum dicitur tantùm consistere super obligatione personali.*

Intellige, vt num. seq.

9 *Accessio, & obligatio aliarum personarum in censu vigore Bullæ non est prohibita.*

10 *Census à pluribus personis constitutus non requirit, quod omnes proprium prædium censui supponant, & quod singuli integrum prætium recipiant.*

Sed sufficit vnicum prædium, & quod pretium ab omnibus simul recipiatur, si tamen vnicus tantùm fuerit census num. 11.

In censu personæ, & obligationes conuenire debent, num. 10.

11 *Census à pluribus personis constitutus vnicus est nec tot sunt obligationes, quot sunt personæ.*

12 *Census a pluribus personis constitutus possit ne ab vnoquoque pro rata redimi, & extingui.*

Quid vigore pacti nu. 13,

Conuenditori census nihil refert soluere censum emptori, vel socio, iura census acquirenti translatiuè, num. 13.

DECISIO CLXXIII.

Pro validitate Census, de quo agitur, Censuario tantummodo informante fuit resolutum, Quoniam de illius constitutione clarè apparet ex Instrumento contractus dum Census fuit impositus super fundo certis limitibus designa-
1 to, de sui † natura fructifero, & in pecunia numerata, prout Bulla san. mem. Pij V. de Censibus desiderat *Thes. forens. q. 69. nu. 5. lib. 1. Cenc. de Cens. par. 1. cap. 3. quæst. 3. art. 1. n. 22. Rota decis. 353. num. 1. & 2. par. 1. recent. Surd. cons. 511. num. 5.*

Non obstat, quod Census huiusmodi, prout legitur in Instrumento contractus sustineri non
2 possit † defectu formę, & solemnitatis, ac incomparabilitatis personarum, quæ in acquisitione concurrunt ex allegatis, & ponderatis per *Surd. cons. 318. 421. & 511.*

Quia defectus in forma facilè euitatur ex facti diuersitate; nam census, super quo *Surd. consuluit,*
3 *ponitur in principio consil.* 421. † quod Antonellus constituit annuum censum super vno suo prædio, illum vendidit, Io. Petro pretio conuento, quod pretium fuit solutum quatuor personis, eiusdem Antonello, Ioanni Fregosio, Alphonso, & Bartolomæo, qui se obligarunt in solidum erga emptorem pro solutione census, & quod ipsi in solidum obligati possint se libera-
4 re à dicto Censu, & illum extinguere. † Census verò, super quo cadit hodierna disputatio legitur constitutus per Pontium, Ructum, Albertum insolidum, & nomine Fabritij creando censum annuum librarum 300. futuro Emptori dicti Census soluendarum, super vno petio terræ perticarum 170. finibus designato, illumque insolidum vendiderunt Maluicino pretio librarum 14000. quas similiter ab eodem Emptore insolidum fassi sunt manualiter recepisse, ex quibus patet primo casu solum Antonellum censum constituisse, & pretium solutum fuisse quatuor personis, quæ se obligarunt in solidum erga Emptorem. In secundo verò casu quatuor simul, & semel insolidum ab initio censum constituisse, & insolidum pretium præsentialiter recepisse.

Vnde omissa discussione primi casus, in quo Surdus cōsuluit, qui non est noster visū fuit, secūdum, de quo agitur, non peccare in forma præceptiua in Bulla, vt scilicet, impositores centum fundum finibus designatum supponant, & subiugent, & census non remaneat super per-
5 sona Constituentium, † sed super ipsa re subiugata interemptioni obnoxia, quę formam respicere adnotarunt ex verbis eiusdem Bullæ, *Nauar. in cap si frenaueris 14. qu. 3. nu. 85. vers. glo. 2. Redoan. de reb. Eccles. non alien. q. 18. nu. 1. Lup. in l. 2. in 2. Comment. §. 2. num. 63. cum. alijs alleg. eundem Surd. d. cons. 421. num. 2. & 511. num. 2.*

Nam omnes quatuor supra nominati censum super petio terræ perticarum 170. finibus designato imposuerunt, & vendiderunt, qui fundus licet esset solius Pontij, itaut quoad alias tres personas census videatur inpositus super re aliena, & redditus alieni fundus vendi non
6 possunt, Attamen † quia Pontius præsens fuit, & consensit impositioni, admittendo alios simultaneè ad creandum censum, & vendendum, & pretium pro rata cuiusque recipiendo, sufficit pro validitate census, quia & res aliena Domino consentiente, vendi potest, & multo magis
7 subiugare, quod minus est *l. rem alienam, ff. de contrahen. empt. Nauar. de Vsur. num. 131. Maresc. var. lib. 3. cap. 15. decis. 138. nu. 5. post Perus. de Cens. Vrbeuetana Census 21. Maij 1635. coram D. meo Dunozetto.*

Neque dicatur, quod alij tres interuenerint sola obligatione solidali erga Emptorem ad-
8 stricti, dum tantummodo se † obligarunt insolidum solutione censuum, atq; ita super personali dicatur census constitutus Bulla resistente *Nauar. sup. Redoan. & alij alleg. per. Surd. suo consil. 421. num. 2.*

Quia & si accesserit omnium obligatio solutioni Censuum pro securitate emptoris, prius tamen legitur Census impositus super fundo
9 perticatum 170. † & subsecuta exindè est accessio, quæ ex Bulla non est prohibita, *Molin. de contract. par. 2. disp. 391. num. 1. Felician. de Cens. tom. 1. lib. 1. cap. 4. num. 3. Roder. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 12. nu. 9. Perus. in consimili tractatu de Cens. par. 2. quæst. 2. num. 3. & 14.* Dicens hanc quęstio-

tionem sæpè in Rota fuisse determinatam, allegando *decis. Anconitana Censuum in fine sui tractatus positam* 137. & *Seraphin. decis.* 1187. *num.* 1. idemque fuit admissum *in Vrbeuetana Census supra allegata*. Concurrente autem fundi suppositione, idem *Surd.* non audet conclusionem impugnare, sed excipit de inualiditate suppositionis ad effectum solemnitatis.

Quo igitur ad solemnitates ex eadem Bulla requisitas non obstat, quod illæmet, quæ requirebantur in Pontio, Domino fundi, desiderantur, & in vno quoque ex alijs tribus no-
10 minatis, idest vt omnes † proprium prædium Censui supponant, omnesq; integrum pretium recipiant, & indè personæ, & obligationes inter se conueniant per *l. eandem*, §. *fin. ff. de duob. reis*, & *alijs. comprobat Surd. suo cons.* 318. *num.* 13. *vol.* 3.

Quia aduerterunt Domini, vnicum esse Censum, non autem plures, qui diuisibilis est pro vnaquaque rata, & ideo vnumquemq; eorum super fundo, consentiente, & permittente Pontio imposuisse, & sicuti plures fundi distincti non requiruntur in solemnitate Constitutionis Census, sed vnus ex præscripto Bullæ sufficiant ita nec etiam sunt multiplicandæ obligationes, & pro illarum validitate solemnitates, quæ nihilominus desiderantur respectu personarum, vt puta, si forent minores, vel alias inhabiles ad contrahendum, non autem respectu contractus pro effectuatione obligationis contractæ.
11 † dum vnica est obligatio, & non sunt tot obligationes, quot personæ, & benè probat *Mastrill. dec.* 141. *n.* 10. & *seqq.* & *Perus. de Cens. par.* 2. *cap.* 1. *quæst.* 2. *num.* 15. & 19.

Denique neque incompatibilitas personarum, quæ in constituendo censu, concurrunt, quidquam obstare videtur, quasi vnus, & non omnes, & alijs dissentientibus, possit redimere portionem sui Census, & Emptorem cogere
12 dimidiatam sortem recipere, † vel Venditorem non posse ratam suam recuperare, & extinguere contra eiusdem Bullæ præscriptum, vt ponderat idem *Surd. suo cons.* 511. *num.* 1.

Quoniam ex pacto prouisum est, vt venditores in solidum, vel aliquis eorum possit redimere, liberare, & affrancare censum, mediante solutione totius sortis, & in vna vice tantum atq; ita respectu Emptoris cesset præiudicium
13 † & respectu Conuenditorum nihil referat soluere Censum Emptori, vel socio acquirenti translatiuè iura census, vt ponderat idem *Perus. de Cens. par.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 2. *art.* 5. *numer.* 9. & *seqq.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CARILLO

Posteà Præside Vallisoletano.

Romana Palatij.

Mercurij 16. Nouembris 1639.

ARGVMENTVM.

Donans, etiam quod rem donatam ciuiliter tantum donationis tempore possideret transfert in donatarium, vigore clausulæ, *Constituti*, suam ciuilem possessionem, & hęc est apta ad manutentionem obtinendam habita ratione status rei tempore litis.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, Constituti, *transfert possessionem in Constitutarios.*
2 *Remedium retinendæ competit Constitutario aduersus constituentem, & habentem causam ab eo.*
3 *Possessio capta per donatarium propria auctoritate suffragatur si ei fuit data facultas talem possessionem capiendi.*
4 *Donans possessionem rei donatæ si non habebat vigore clausula*, Constituti *in donatarium transferre non potuit.*
5 *Venditio facta durante vita emptoris illi non tribuit nisi ius vtendi, & fruendi, quoad ipse vixerit.*
6 *Possessionem ciuilem penès se retinuisse dicitur, qui in alium solum ius vtendi, & fruendi transtulit.*
7 *Possessio ciuilis virtutæ clausulæ*, Constituti, *transferri potest in Constitutarios.*
8 *Manutentionem ad obtinendam sufficit sola possessio ciuilis etiam virtute clausulæ*, Constituti, *quæsita.*
9 *Plures possunt eandem rem diuersis respectibus possidere, vnus scilicet quoad vsumfructum, alter verò quoad proprietatem.*
10 *Manutentio quod alius possidet ratione vsufructus alius verò ratione proprietatis conceditur ad statum tempore motæ litis.*

DECISIO CLXXIV

Dominus Donatus Antonius Sanctorius duas ex tribus partibus Palatij positi in Vrbe ad Montem Citoruum, quas titulo donationis irreuocabilis inter viuos cum clausula, *Constituti*, & præcarij acquisiuerat à bon. memor. Paulo Aemilio Archiepiscopo Vrbinateñ Patruo, & Nicolao Antonio Patre respectiuè, vti hæredibus bon. memor. Card. S. Seuerinæ donauit RR. Patribus Collegij Sancti Demetrij Congregationis Somaschæ, qui post adeptam dd. portionum Palatij possessionem causam iactationum in Rota committi obtinuerunt contra heredes dicti Archiepiscopi donantis, & alios, & dum pro parte PP. instabatur pro propositione dubij super negotio principali, An scilicet donationes factæ per Donatum Antonium eis suffragarentur, se opposuerunt d. Donatus Antonius hęredes dicti Archiepiscopi, & alij de Sanctorij petentes disputari dub. An, & cui danda sit manutentio, quod cum obtinuissent fuit hodie propositum, & DD. dd. Patribus S. Demetrij dandam esse manutentionem responderunt.

Quia de eorum possessione visum fuit constare tàm ex vtraque donatiune facta per dictum Donatum Antonium ad eorum fauorem cum clau-
1 sula, *constituti*, Sum. *num.* 4. & 5. quæ † tranfert possessionem in Constitutarios, *l. quod meo, l. infer.*

terdum, ff. de acquir. possess. Roland. cons. 79. num. 43. Rota decis. 551. num. 4. par. 2. recent. Greg. XV. decis. 437. num. 1. cuius possessionis vigore contra
2 d. Donatum Antonium, † & contra alios prætendentes Ius habere ab illis, qui anteà eidem donarunt cum eadem clausula competit remed. retinendæ, vt trad. *Faber. in §. retinenda numer. 7 Instit. de interdict. Bald. cons. 436. num. 4. lib. 3. Rota decis. 299. num. 1. post Pacif. de Salu. interd. et apud Picum decis. 153. num. 4. Adden. ad Greg. in d. decis. 437. num. 6. Ofasch. decis. 133. num. 7.* Quam ex actuali possessione capta per Procuratorem specialem d. Collegij, vt in publico Instrumento d. Sum. num. 7. quæ suffragatur ad hunc effectum
3 † quando prout hic in Instrumento donationis fuit attributa facultas possessionem capiēdi propria auctoritate *Bart. in l. 3. §. 1. de pignorib. Rip. in cap. sæpe num. 85. vers. secundo intellige, de re iudicata, Menoch. de recup. possess. remed. 9. num. 208. Surd. cons. 221. num. 22. Paris. cons. 5. nu. 27. lib. 4. cum alijs relatis per Pacif. de Salu. interdict. inspect. 3. c. 4. num. 698.*

Nec obstare dictum fuit, quod tempore dictarum donationum possessio totius huius Palatij fuisset, & adhuc sit penès Eminentiss. Card. Caponum vigore venditionis sibi de eo factę ab hæredibus d. Card. S. Seuerinæ, ad quos illud iure hæreditario spectabat, & sic per constitutum postea appositum in eorundem hæredum donario-
4 nibus † non potuerit transferri aliqua possessio in donatarios Constitutarios ex latè trad. *per Tiraquell. de Iure constit. possessorij limit. 1. nu. 1. & seqq. pag. 205.*

Quoniam vltra quod hæc exceptio non potest opponi ab Aduersarijs dum ipsi petunt manutentionem, quæ competere non posset nisi possessio remansisset penès eorum Authores venditio facta d. Eminentissimo Capponio fuit pro eius vita
5 durante, † & propterea in eum non fuit translatum, nisi Ius vtendi, & fruendi, quoad ipse vixerit, vt notant *Castren. in l. de fideicomm. num. 3. C. de transact. Bald. in l. 1. nu. 3. vers. quando aliquid, C. de fructibus, & lit. expens. Menoch. lib. 4. præsump. 133. num. 12. Rota decis. 537. num. 2. par. 2. recentior.* Qui autem in alium transtulit tantummodò ius
6 vtendi, & † fruendi penès se Ciuilem possessionē retinuisse censetur, *Gloss. in l. quisquis, verbo, credatur, C. de donationibus* relata per *Tiraquell. in tract. Le mort. saiset. le vif. par. 3. in 1. declarat. nu. 1. 2 & 4. in fin. Natt. consil. 419. nu. 1. Cuman. cons. 173. n. 3. in fin. cum seqq.*

Quæ Ciuilis etiam possessio potuit transferri
7 vigore clausulæ constituti in constitutarios, *Bart. in d. l. quod meo in princip. num. 3. versic. secundo pone, & ibi Alexan. num. 17. ff. de acquiren. possess. Cuman. cons. 54. num. 1. in fin. Corneus consil. 173. n. 25. lib. 2. Ruin. cons. 177. num. 3. vers. imò si quis, lib. 1.*
8 & ipsa sola sufficit ad obtinendum † manutentionem quoad dictarum portionum Palatij proprietatem, *Gloss. in l. 1. §. finali, verbo possidet, ff. de acquiren. possess. Bald. in l. si de proprietate num. 15. in fin. cap. si non à competenti Iud. Alex. consil. 80. nu. 7. lib. 2.* quos & alios plures congerit *Menoch. de retinend. remed. 3. numer. 22.* cum quilibet pos-
9 sit possidere diuersis respectibus vnus † scilicet quoad vsumfructum, & alter quoad proprie-

tatem, *Rip. in l. ait Prætor §. si Iudex. num. 15. ff. de re iudic. Bart. in l. si duo, sub num. 4. ff. vti possidetis Cæs. de Grass. dec. 5. num. 7. de causa possessionis, & proprietatis, Rota decis. 500. num. 10. par. 2. recent.* & interim quo vsusfructus cum proprietate con-
10 solidetur conceditur manutentio † ad statum in quo res reperitur tempore motæ litis, prout fieri solet, *l. Aquilius vbi Castrens. num. 5. de donat. Rota decis. 512. nu. 1. par. 1. recentior. & coram Gregorio dec. 569. n. 3. Buratt. dec. 904. n. 1.*

Et ita resolutum fuit PP. Sancti Demetrij tantùm informantibus altera parte sæpè sæpiùs citata.

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Romana Fideicommissi de Ceulis.

Sabbati 26. Nouembris 1639.

Rota Martiniana.

ARGVMENTVM.

Pater potest filium fideicommisso grauare, & si nollet paternæ dispositioni consentire eum in sola legitima instituere, & tunc n filius hæreditatem acceptat, non potest postea legitimam de fideicommisso detrahere. Transactio inita de ordine Papæ coram probis viris, puta Rotæ Auditoribus, vel Cardinali, dicitur facta bona fide, & seruari debet, maximè attenta obseruantia.

SVMMARIVM.

1 *Filius grauatus onere fideicommissi alias in sola legitima institutus, si hæreditatem acceptat, non potest deinde legitimam petere.*
2 *Filius potest declarare velle potius legitimam liberam, quam bona sibi sub fideicommisso relicta.*
3 *Clausula*, in omnibus, & per omnia, *habet vim expressæ renunctiationis etiam de legitima.*
4 *Renunciantibus iura sua, non datur amplius ad ea regressus.*
5 *Transactio dicitur exceptio litis finitæ, & prohibet, ac impeditis litis ingressum.*
6 *Transactio præiudicat transigenti, & habenti ab eo causam.*
7 *Transactio facta per hæredem grauatum mediante tractatu personarum illustrium dicitur facta bona fide.*
8 *Transactio facta de ordine Rotæ, & mandato Papæ dicitur facta bona fide, & nu. 7.*
Consanguineos proximiores adesse probare non sufficit, sed probari debet eorum præsentia in Vrbe de tempore contractus, & quod illi potuissent etiam commodè internenire,
9 *Principis auctoritas supplet defectum omnium solemnitatum.*
10 *Transactio facta de ordine Papæ coram Cardinali, aut alijs probis viris non subiacet solemnitatibus, nu. 9. & 10.*
11 *Transactionis obseruantia per plures annos secuta operatur, vt illa debeat attendi.*

12 *Obseruantia transactionis, alias dubiæ deseruit pro interprete.*

13 *Obseruantia vocatur regina omnium interpretationum.*

Obseruantia contractus arguit in eo omnia necessaria interuenisse. nu. 13.

14 *Beneplacitum Apostolicum, in transactione diù obseruata reseruatum præsumitur interueniſſe.*

15 *Præsumptio Beneplaciti Apostolici deducta ex cursu temporis, non tollit per simplicem commissionem ab altera partium aduersus contractum obtentam.*

Si postea ad alios actus non deuenit, quinimò contractum approbauit, ibidem.

Præscriptio non interrumpitur per litem, in qua quis succumbit nu. 15.

16 *Minor ætas non deducitur, vbi agitur de præsumptione Beneplaciti Apostolici deducta ex cursu temporis.*

17 *De euictione quem tenet actio, eumdem agentem repellit exceptio.*

18 *Euictionis promissio facta inter fratres in diuisione bonorum fideicommissariorum referri debet ad alia bona, vel iura, non autem ad bona fideicommissaria.*

19 *Filius pro restitutione dotis suæ vxoris obligare potest bona fideicommisso paterno subiecta.*

20 *Dispositio*, auth. res quæ de Comm. de legat. *habet locum tàm in constitutione, quàm in dotis restitutione.*

DECISIO CLXXV.

Hieronymus Ceulus hæredem instituit Iulium Cæsarem filium in duobus officijs vacabilibus; in suppellectibilibus, & mobilibus, quæ idem Iulius Cæsar in sua habitatione retinebat, in Casalibus Radicicoli, & Pollinis subrogatis in locū Casalis Scurani, & Floræ in domo S. Marci, subijciendo prædicta stabilia perpetuò fideicommisso ad fauorem Fabij, & Tiberij senioris eorumque descendentium masculorum in defectum lineæ masculinę d. Iulij Cæsaris cum prohibitione detractionum Falcidiæ, Legitimæ, & Trebellianicę, conditione etiam adiecta, quod quatenus d. hæres non acquiesceret d. dispositioni, illū in sola legitima instituebat, & reliqua bona ad alios cohæredes spectare voluit, vt ex testamento, & codicillis respectiuè Sum. D. Abbatis, & aliorum *nu. 1. 2. & 3.*

De anno 1579. vita functo d. Hieronymo testatore d. Iulius Cæsar possidens dd. omnia bona sibi relicta vsque ad an. 1581. tunc sub prætextu, quod esset defrandatus in dd. testamento, & codicillis, causam super nullitate dispositionis paternę, & super supplemento legitimæ in Rota committi obtinuit contra d. Tiberium seniorem eius fratrem, & vniuersalem hæredem, cum quo tamen de ordine Sanctiss. tunc Greg. XIII. & assistentia, ac interuentu clar. me. Card. Petri Donati Cesij, & Blanhetti tunc Rotæ Auditoris, & Iudicis causæ, & bon. me. Pauli Odescalchi tunc Episcopi Pennensis ad concordiam deuenit, in qua receptis scutis 7200. monetæ cessit liti prætensi supplimenti, & alijs quibuscumque prætensionibus prouenientibus tàm ex causa dotis Artemisiæ suæ vxoris peruentæ in manibus d. Testatoris quàm ex causa successionis in bonis maternis approbando, & emologando testamentum, & codicillos d. Hieronymi patris in omnibus, & per omnia, vt in d. Sum. *num. 5.*

Modò verò cum per obitum Francisci vltimi ex filijs, & descendentibus lineæ Masculinæ dicti Iulij Cæsaris fuerit purificatum fideicommissum ad fauorem DD. Abbatis Angeli Fabij, & Tiberij Iuniorum de Ceulis pronepotum dicti Hieronymi fideicommittentis, fuit ad istorum instantiam commissa causa Illustrissimo D. meo Thesaurario super immissione in bonis, de quibus agitur cum clausulis, *de voto Rotæ, & appellatione remota*, contra DD. Mariam Eleonoram Pescariam, & alios d. Francisci hæredes prætendentes hæc bona retinere pro detractionibus debitis d. Iulio Cæsari eorum Auctori in bonis paternis, & concordato inter partes dubio infrascripto, videlicet; *Præsupposita existentia fideicommissi, & descendentia DD. de Ceulis, ac reseruato iure videndi de alijs detractionibus, quatenus competant. An legitima sit detrahenda super bonis de quibus agitur*, hodie in secunda causæ repropositione DD. non esse locum detractioni legitimæ resoluerunt.

Moti ex eo, quia quando pater reliquit filio certa bona, & eum fideicommisso grauauit, & dixit, quod si filius nollet ea bona habere cum onere fideicommissi, habeat suam legitimam,

1 alio hærede instituto, vel substituto, † tunc si filius accepit relictum (prout hic) non potuerit deindè de fideicommisso legitimam deducere, vt tenet *Cagnol. in l. Papinianus §. meminisse nu. 17. ff. de inoff. testam. Pic. in l. quartam num. 271. ff. ad l. falcid. Sccin. iun. communiter approbatus consil. 121. lib. 1. Peregr. de fideicom. artic. 36. num. 61. & 9. Bursatt. consil. 385. lib. 3. Natt. cons. 321. numer. Menoch. cons. 303. nu. 5. Surd. decis. 21. n. 20. cum alijs allegat. per Fusar. de substit. q. 296. n. 61. & seqq. Rota decis. 206. nu. 4. & 479. n. 8. & 653. n. 13 par. 1. & decis. 342. nu. 11. par. 1. recent.*

Cui fundamento non aduersari dictum fuit, quod d. Iulius Cæsar postea petierit supplementum legitimæ, & Rota resoluerit dispositionē d. Hieronymi factam in codicillis non sustineri super mutatione Casalis Scurani relicti in testamento, vt in decisione emanata sub die 9. Iunij 1581. coram dicto Cardinali Blanchetto.

Quoniam in transactione subsecuta 23. Ianuarij 1585. solutis dd. scutis 7200 ipse, & eius filij recesserunt à d. lite, & à quibuscumque alijs prætensionibus approbando expresse testamentum, & codicillos d. Hieronymi, vt clarè denotant verba d. transactionis, ibi: *recesserunt ab omnibus, & quibuscumque litibus, & controuersijs causis, illiusque supplementi legitimæ ipsius Equiti Iulij Cæsaris, Item bonorum maternorum dotisque maternæ ac dotis Artemisiæ suæ vxoris, &c. & in executionem huiusmodi transactionis, &c. acceptarunt, & approbarunt, & vnusquisque ipsorum acceptauit, emologauit, & approbauit, &c. vltimum testamentum à d. bon. me. D. Hieronymo eorum patro, & Auo paterno respectiuè factum, &c. & omnes codicillos, &c. in omnibus, & per omnia, &c.*

Vnde sequitur, quod licet dispositio paterna de

de iure subsistere non potuisset, quoad subrogationem Casalis Scurani, vt fuit firmatum in d. decisione Card Blanchetti, & filij declarare potuissent velle potius eorum legitimam liberam,
2 † quam bona relicta sub vinculo fideicommissi acceptare, vt in terminis eiusdem dispositionis adsunt etiam *decis.* 200. *part.* 1. *& 242. par.* 3. *recentior.* Attamen ex voluntate ipsius Iulij Cæsaris, & filiorum fuit postea approbata in transactione, ponderata præcipuè clausula illa, *in om-*
3 *nibus, & per omnia, &c.* † quæ de per se sola, quatenus in dicta transactione non fuisset expressa renunciatio legitimæ, haberet vim illius specificæ expressionis, vt ex *cap. vt circa §. 1. de elect. in 6. & Ias. in l. titia, §. fin. ff. de verb. oblig aduertunt in specie Surd. cons.* 412. *num.* 27. *Peregr. de fideic. d. art.* 36. *num.* 89. *quos, & alios refert, & sequitur Merlin. de legitim. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 9. *nu.* 38. Remit-
4 tentibus autem iura † sua non datur amplius ad ea regressus, *l. quæritur, §. si venditor ff. de edilict. edict. Crauett. cons.* 24. *num.* 4. *& cons.* 114. *num.* 10. *Surdus dec.* 266. *num.* 12. *Rota decis.* 382. *num.* 1. *par.* 1. *recent.* Et transactio dicitur exceptio litis finitæ,
5 † ac prohibet, & impedit litis ingressum, *l. fratris, C. de transact. cap.* 1. *de lit. contest. in* 6. *Rota corã san. mem. Greg. XV.* 354. *num.* 1.

Quæ quidem transactio sicut eidem Iulio Cæ-
6 sari, & eius filijs transigentibus nocet, † ita & quoque nocere debet d. Mariæ, & litis consortibus causam ab eis habentibus, *l. cum à matre, C. rei vendicat. l. si ab eo, C. de liber. caus. l. ex qua persona, ff. de regul. iur. Rot. decis.* 325. *numer.* 1. *par.* 3. *recent. & coram Caual. decis.* 270. *numer.* 2. maximè cum fuerit tractata, & facta de ordine Papæ, & rescripto Rotæ mediantibus viris tan-
7 tæ spectatæ virtutis, † quo fit vt dicatur bona fide, & consultò per grauatum conclusa ex notat. *per glos. in l. Titio fundus* 73. *verb. actiones versic. respondetur ff. de condit. & demonstr. Alex. consil.* 75. *num.* 10. *lib.* 5. *Soccin. sen. consil.* 11. *nu-*
8 *mer.* 9. *lib.* 3. & in terminis transactionis † factæ per duos Rotæ Auditores adest *dec.* 337. *num.* 17. *par.* 5. *recent.*

Neque obstare visum fuit, quod d. Iulio Cæsari tanquam prodigo fuisset per san. mem. Gregor. XIII. interdicta administratio suorum bonorum, vt ex motu proprio Summ. d. Mariæ, & litis consort. *num.* 7. & sic ipse transactionem prædictam validè facere minimè potuerit; Quia administratio non fuit ei simpliciter interdicta, sed solùm sub conditione quatenus administraret sine consensu duorum proximiorum, qui cũ in d. transactione interuenerint, vt patet ex eius lectura satisfactum fuit conditioni in d. motu proprio contentæ. Nec placuit id, quod replicabatur de existentia aliorum propinquiorum, Mutij scilicet, & Fabij germanorum fratrum d. Iulij Cæsaris, quia non probatur eorum præ-
9 sentia in Vrbe de tempore transactionis, & quod possent actui interuenire, † prout hoc alleganti incumbit onus, & quidem concludenter probandi, *Curt. iun. l.* 1. *num.* 22. *circa fin. C. vnde vir. & vxor. Paul. de Castr. cons.* 124. *num.* 2. *lib.* 1. *Rot. decis.* 103. *numer.* 6. *& decis.* 469. *num.* 1. *par.* 3. *recent & coram san. me Greg. XV. dec.* 406. *n.* 6. *ibique Adden. n.* 19. vbi aliæ concordantes referuntur.

Minus releuare existimatum fuit aliud obiectũ nempe quod dd. proximiores non interueneri[n]t ad integrandam personam d. Iulij Cæsaris, sed ad effectum, vt eius filij minores validè contraherent; Nàm placuit responsio, quod contractus fuit factus pro interesse omnium præuia narratiua prætensionem d. Iulij Cæsaris, & proximiores adhibiti iurarunt *transactionem non tendere in damnum, vel præiudicium ipsius Iulij Cæsaris filiorum, ac aliorum vocatorum ad d. fideicommissum,* quod sufficere visum fuit etiam respectu eiusdem Iulij Cæsaris, quia interuentus duorum proximiorum non requirebatur ad integrandam eius personam cum ipse non esset minor, sed tantum ad effectum, vt bona non delapidaret prout apparet ex lectura d. Motus proprij, qui vt videre est emanauit in specie pro conseruatione huius fideicommissi Hieronymi.

Vltra quod aduertebant Domini, quod nec etiam fuerit necessarius consensus duorum proximiorum in præsenti casu, ex quo d. transactio fuit facta, vt supra dictum est de ordine Papæ inhærentis decreto Rotali mediantibus Deputatis ab eodem Sanctiss. in plena Signatura delegatis, & ideò intrat conclusio, quod authoritas Prin-
9 cipis † supplet omnes solemnitatum defectus, *l. omnium, C. de testamen. lib.* 2. *vbi Bald. in Sum. C. quando decret. opus non est Abb. consil.* 41. *numer.* 3. *vers. item omnis lib.* 1. *Paris. consil.* 24. *lib.* 4. *num.* 4. *Dec. cons.* 341. *nu.* 12. *vers. & quando concessio Oldrad. cons.* 257. *num.* 13. *Rot. dec.* 461. *num.* 13. *par.* 9. *recent. & fuit dictum in S. Seuerini dotis* 1. *Iulij* 1620. *coram bon. mem. Vbaldo Seniore,* & in terminis transactio-
10 nis factæ coram † Cardinali interueniente de ordine Papæ adest *decis.* 316. *in fin. & numer.* 19. *par.* 2. *diuers.*

Quibus accedit, quod d. Franciscus, & alij filij eiusdem Iulij Cæsaris eo defuncto onus d. fideicommissi iterum agnouerunt, describendo Casalia, de quorum pretio agitur in inuentario, vti subiecta fideicommisso Hieronymi, & fideicommissum in sententia Card. Blanchetti ad eorum fauorem lata confirmari obtinuerunt, & in sententia Card. Vicarij Casale Radicicoli eidem fideicommisso subiacere declarari fecerunt, & in eorum bonorum possessione spatio annorum 30. & vltra continuarunt, ac pluries actus vigore eiusdem transactionis gesserunt, & in specie idẽ Franciscus, à quo dd. Maria, & litis consortes causam habent, eadem Casalia præuia derogatione d. fideicommissi vendidit, ac partem pretij pro reintegrando fideicommisso ex lege d. derogationis reinuestiuit, vt de his omnibus constat *in d. Summ. n.* 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. *&* 14. Vnde resultat longæua transactionis obseruan-
11 tia, † quæ operatur, vt illa non solùm eò magis sit obseruanda, & attendenda, *cap. cum contingit de transact. facit text. in cap. audita de restit. spoliat. Crauett. cons.* 42. *num.* 4. *Decian. cons.* 28. *num.* 11. *lib.* 3.
12 & quatenus esset dubia deseruiret † ista pro interprete, *l. si de interpretatione, & l. minimè ff. de legib. Natt. consil.* 362. *num.* 10. vbi obseruantia
13 vocatur regina omnium interpretationum, † sed etiam arguit omnia necessaria in ea interuenisse *Iuxta notat. per glos. in cap. peruenit tibi Imol. nu.* 10. *de empt. & vend. Felin. in cap. illud num.* 6. *de testib. Ale-*

Alexan.conf.13. num.8.lib.4. Put.decis.365. num.2. lib.2. præsertim cum in huiusmodi transactione
14 fuerit expressè reseruatum Beneplacitum† Apostolicum, vt in terminis transactionis dixit *Rota in decis.51.num.2.par.4.recent.*

Nec prædictam obseruantiam interrumpere valuit commissio obtenta per d. Franciscum de anno 1606. super consecutione eiusdem legitimæ, vt *in Summ. dd. Mariæ, & litis consor. num.6.* quia cum ipse postea nil aliud fecerit in causa, imò d. transactionem obseruare continuauerit alienando Casale Pollinis de anno 1607. vigore derogationis d. fideicommissi *d. Summ. Abb. & aliorum d. num. 9.* dictamque transactionem, & fideicommissum approbauerit in alia concordia facta cum Lelio filio, & hærede d. Tiberij illiusque vigore egerit coram Thesaurario obtinendo sententia eiusdem fideicommissi canonizatoriam ad effectum recuperandi bona fideicommissaria, aliosque actus gesserit in eiusdem transactionis conformitatem, & in eodem *Sum. d. num.12. 13.*
15 *&* 14. dicta † sola commissio sufficiens dici nequit ad interrumpendum cursum temporis requisiti pro beneplaciti præsumptione, prout dicitur de lite, in qua quis succubuit, quod per illam non interrumpatur præscriptio, *Felin. d. cap.illud col.final,de præscript. Rot. coram Seraph. decis.1027. num.14.& 1085. num.6.*

Absque quod ex d. tempore elapso cum diuturna obseruantia sit deducendum spatium, quo d. Franciscus erat minor, vt exaduersò prætendebatur, cum nos non versemur in præscriptione, sed in præsumptione beneplaciti Apostolici,
16 quo casu † stante obseruantia non est facienda aliqua temporis deductio, *Rot. decis.463. num.8. par. 4. recent. & coram Seraphin. d. dec.1027. n.13. & fuit dictum in Messanen. Feudi 22.Iunij 1635. coram R.P.D.meo Verospio §.super altera, & in eadem sub die 15. Februarij 1636.coram R.P.D. meo Merlino in §. quoniam.*

Et ex his cum constet de validitate d. transactionis visa fuerunt etiam tolli ea, quæ adducebantur per informantes dd. Mariæ, & litis cõsort. ad ostendendum, quod Casalia, de quorum pretio agitur, fuerint assignata d. Iulio Cæsari in eadem transactione ad computum legitimæ.

Quando quidem prætensa assignatio in Instrumento transactionis nullibi legitur, quinimò potiùs ex eius lectura contrarium conuincitur, dum d. Iulius Cęsar acceptauit eorundem Casalium subrogationem factam in codicillis Patris in locum alterius relicti in testamento emologãdo in omnibus, & per omnia dispositionem Testatoris, & in specie fideicommissum reciprocum inter ipsos cohæredes ordinatum, vt patet ex illis verbis, ibi: *Salua d. subrogatione Casalium Pollinis, & Radicicoli in locum Scurani, quam vt supra acceptarunt, & absque renunciatione mutuo, seù reciproco fideicommisso facto, & inducto in d. testamento.* Non enim posset dici adesse fideicommissum reciprocum ex parte d. Iulij Cæsaris, si ipse Casalia, quæ non possidebat ex dispositione paterna restituere non debebat, vt patet ad sensum. Nec aliquid facit promissio euictionis in d. transactione facta per Tiberium ad fauorem d. Iulij Cæsaris, quasi quòd ea mediante idem Tiberius d. fideicommisso renunciasset ex vulg. reg. quem
17 de euictione † tenet actio eundem agentem repellit exceptio, *l. vendicantem ff. de euict. Rolan. cons. 34. num. 19. vol. 4.* Quia dum expressè in d. transactioue fuit fideicommissum reciprocum paternum acceptatum, & D.Tiberius in ea liberauit d. Iulium Cæsarem à solutione debitorum Testatoris d. promissio euictionis debet referri
18 † ad molestias, quas d. Iulius Cæsar pati poterat occasione debitorum paternorum non autem ad euictionem prouenientem ex natura rei suppositæ fideicommisso communis Patris, vt declarat *Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres numer. 13. Alex. num. 33. Alciat. numer. 37. ff. de verb. oblig. Socc. sen. consil. 31. num. 7. in 4. Rolan. consil. 51. num. 19. vbi respondet d. regulæ, l. vendicantem de euict. Peregrin. de fideicomm. art. 52. num. 69. Rot. decis. 211. num. 1. par. 2. diuers. & coram Burall. decis. 89. num. 8.*

Prout non vrget, quod dictus Iulius Cęsar hypothecauerit dotem suę vxoris in dictis casalibus quoniam non inde sequitur, quod propterea eadem Casalia fuerint ipsi data in computum legitimæ itaut non dicantur supposita fideicommisso. Siquidem cum dictus Iulius Cęsar alia bona stabilia libera non possideret, beuè poterat obligare bona prouenientia ex fideicommisso pater-
19 no pro † restitutione dotis suæ vxoris ex dispositione *auth. Res quæ, C.comm. de legat.* quæ habet
20 locum tàm in dotis constitutione, † quam in eius restitutiohe, vt notat *glos.* & sequitur *Bart. cum alijs in dicta auth. res quæ Paris. consil. 52. n.51. lib. 2. Rota coram Seraphin. decis. 678. numer. 5. &* alibi sæpè.

Et ita vtraque, &c.

Infra in eadem causa habentur aliæ decisiones in eadem causa emanatæ sub diebus 14. Ianuarij 1641. & 16. Maij 1642. coram eodem Reuerendissimo Cerillo.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Rauennateñ Census.

Sabbathi 26. Nouembris 1639.

ARGVMENTVM.

Duo in hac decisione firmantur. Primum quod emens censum pro persona nominanda, si postea aliquem nominauit, cuius deinde secuta fuerit acceptatio, talis nominatio operatur, vt dictus census à principio fuerit illi nominato acquisitus, vt nec quidem per momentum temporis penès nominantem extitisse dicatur. Alterum, quod si nominans post nominationem, & respectiuè acceptationem, sortem eiusdem census exegerit, non executiuè, sed ordinariè à persona nominata conueniri possit.

SVMMARIVM.

1 *Census constitutus pro persona nominanda, sequuta nomi-*

nominatione, & acceptatione personæ nominatæ illi acquiritur, & num. 9. & seq.

2 *Exigens pecuniam alterius illam domino, vel eius hæredi restituere tenetur.*

3 *Mala Fide auctoris operatur, vt nec eius hæredes beneficio præscriptionis valeant se tueri.*

4 *Præscriptio cessante negligentia creditoris currere non potest.*

5 *Statutum loci destinatæ solutionis, non initi contractus attenditur in materia præscriptionis.*

6 *Instrumentum, in quo aliquis fuit nominatus sequitur naturam instrumenti principalis celebrati pro persona nominanda.*

7 *Statutum Vrbis de præscriptionibus non perimit actionem, sed inducit præscriptionem solutionis ex cursu temporis.*

Solutionis præsumptio inducta à statuto Vrbis locum habere non potest in eo, qui debitum agnouit num. 7.

8 *Confessio præiudicat confitenti, & eius hæredibus.*

9 *Census emptus pro persona nominanda sæquuta nominatione, & acceptatione acquiritur personæ nominatæ, ac si ipse à principio contraxisset, & sup. num. 1. & 10.*

10 *Contractus initus pro persona nominanda secuta nominatione, & acceptatione acquiritur personæ nominatæ, itaut nullo temporis interuallo dicatur illius dominium fuisse penes nominantem ibidem.*

11 *Census per persona nominanda constitutus, si nominatione secuta fuerit à nominante redemptus.*

Ille non via executiua, sed ordinaria pro restitutione conueniri debet.

12 *Cessionis natura ea est, vt cedens teneatur rem cessam etiam in futurum præstare.*

13 *Principaliter quod fuit actum attendi debet.*

14 *Emens rem pro alio tenetur actione mandati, vel negociorum gestorum rem emptam illi tradere.*

Vendens rem pro alio ad quid teneatur, num. 14.

15 *Emens rem incorporalem pro alio sufficit, quod cedat ad fauorem veri emptoris, quod emit, nec ad aliam traditionem tenetur.*

Cessio, seù nominatio cum acceptatione in incorporalibus habet vim veræ traditionis absque alia apprehensione num. 15.

16 *Cessio, seù nominatio in iuribus incorporalibus idem operatur, quod operatur perfecta traditio in rebus corporalibus.*

17 *Promissio rem cessam esse bonam, & validam sufficit, quod verificetur tempore cessionis absque eo, quod talia verba ad tempus futurum non extendantur.*

18 *Assignans nomen debitoris, si deinde illud exigit dicitur assignationi contrauenire.*

DECISIO CLXXVI.

PRoposito dubio die 27. Iunij * præteriti, An mandatum A.C. relaxatum ad fauorem Dominorum Laurentij, & fratrum de Raggijs contra D. Franciscum Rauennam, vti filium, hæredem q. Philippi pro restitutione sortis census, de quo agitur esset exequendum, Rota censuit d. Franciscum teneri, sed via ordinaria; Causa hodie iterum proposita super ijsdem DD. steterunt in decisis.

Nam quoad illam partem decisionis, in qua fuit firmatum hæredes d. q. Philippi teneri ad restitutionem sortis d. Census, fundamenta eiusdem decisionis visa fuerunt adhuc subsistere, cum enim d. q. Philippus emerit Censum, de quo agitur à Communitate Rauennæ, ac successiuè nominauerit Io: Baptistam Fliscum, de cuius pecunijs d. Censum emisse declarauit clarè sequitur dictum censum sequuta nominatione
1 Flisci, eiusque † successiua acceptatione fuisse statim eisdem Flisco nominato acquisitum *Anchar. consil. 127. num. 3. Surd. decis. 328. num. 4. Gratian. discept. 138. num. 37. Gabr. de verb. oblig. concl. 2. num. 1. & 3.* & consequenter d. Philippum, qui deindè sortem eiusdem Census spectantem ad Fliscum exegit à Communitate, vt constat ex quietantia eiusdem Philippi, alijsque iuribus in d. decisione ponderatis remansisse de-
2 bitorem eiusdem sortis indebitè perceptę, † proindeque ipsum, vel illius hæredes teneri illam restituere DD. Raggijs hæredibus eiusdem Flisci ex persona q. Iacobi eorum auctoris *l. ex mandato, §. si ex fundo, & §. idem habeo ff. mandati, Hond. d. consil. 39. nu. 3.* cum alijs in d. decisione relatis.

Non obstat prætensa præscriptio, siue deducatur ex iure communi, siue ex Statuto Vrbis: Non quidem deducta ex iure communi propter lapsũ 30. annorũ, & vltra ab anno 1596. quo d. Philippus sortem Census exegit, tum quia mala fi-
3 des d. Philippi operatur, † vt nec etiam illius hæredes beneficio præscriptionis se tueri valeant *cap. possessor de reg. iur. in 6. Castil. de vsufr. cap. 67. numer. 22. Cenc. de cens. quæst. 117. num. 12. iuxta modern. impress.* Tum etiam quia Fliscus litem mouit contra Communitatem pro solutione fructuum d. Census vsque de anno 1598. eamque prosequutus fuit vsque ad annum 1605. eoque defuncto d. Iacobus illius hæres vsque ad annum
4 1607. contra quos cessante negligentia, † nulla profectò potuit currere præscriptio *Balb. de præscript. prima parte, 6. & vltim. princip. num. 19. vers. vltra quem addo.*

Non etiam Vrbis desumpta ex Statuto Vrbis ob lapsum 16. annorum, & vltra à dicto anno 1607. citra, quia cum solutio tàm sortis quàm fructuum eiusdem Census fuerit destinata in Ci-
5 uitate Rauennæ, † Statutum eiusdem loci destinatæ solutionis, non autem Statutum Vrbis est attendendum *iuxta doctrin. in l. cunctos populos num. 16. C. de Summ. Trinit. Rota decis. 602. n. 2. par. 1. diuers.*

Nec dicatur quod hodie non agatur vigore Instrumenti impositionis Census contra Communitatem, quæ sortem, ac fructus illius in Ciuitate Rauennæ soluere promisit, sed agatur vigore Instrumenti nominationis eiusdem Census factæ ad fauorem Flisci à d. Philippo; ac proindè Statutum Vrbis, in qua Instrumentum d. nominationis rogatum fuit, non autem Statutum Rauennæ attendi debeat. Quia vltra quod instrumentum d. nominationis factę pro Flisco tã-
6 quam accessorium, † & consecutiuum ad Instrumentum impositionis eiusdem Census sequi videtur naturam eiusdem Instrumenti principalis *l. etiam, C. de iur. dot. Put. decis. 1. num. 2. lib. 1. Surd. decis. 88. nu. 10. Menoch. decis. Bononien. 27. num. 4.*

num. 4. placuit DD. altera responsio data in decisione *in §. Minus obstat præscriptio, vers. sed etiam quia*: nimirum, nec Philippum, nec illius hæredes hoc debitum vnquam agnouisse, imò illud expresè negasse, & propterea contendisse Statutum Vrbis suffragari non posse, cum illud perimat actionem,
7 † sed iudicat præsumptam solutionem ex cursu temporis, quæ solutionis præsumptio prorsus excluditur in eo, qui debitum nunquam extitisse contendit cum solutio supponat debitum, eiusque agnitionem inducat, *Rota decis.* 511. *num.* 1. *in fin par.* 2. *recent.*

Non obstat, quod Philippus alias emerit 50. Loca montium Prouinciarum pro eodem Flisco, & ideò præsumatur ex pecunijs in d. emptione erogatis, sortem census, de quo agitur restituisse. Quoniam omisso, quod emptio dd. Locorum facta fuit sub die 10. Iulij 1592. & sic præcessit exactionem d. census sequutam de mense Septéb. eiusdem anni, nec summa pecuniarum erogata im emptione dd. locorum concordat cum summa acta ex d. censu; cum illa ascendat ad scut. 5. mill. ista verò ad sc. 5437. obiectum remouetur ex confessione eiusdem Philippi emanata in instrumento d. emptionis, in quo apertis verbis profitetur emptionem dd. Locorum ex proprijs pecunijs eiusdem Flisci factam fuisse, quæ confessio, cum ostendant pecunias erogatas in emptione dd. Locorum non potuisse deseruire pro restitutione sortis d. census debitæ eidem Flisco,
8 † præiudicat tàm ipsi Philippo, quàm eius hæredibus, *Buratt. dec.* 733. *num.* 5.

Quo verò ad alteram partem eiusdem decisionis, qua dictum fuit hæredes Philippi teneri via ordinaria, non autem executiua, adhuc placuerunt DD. illius fundamenta, cum enim d. Philippus emerit d. censum non pro se, sed pro persona nominanda vtique sequuta nominatione Flisci,
9 eiusque successiua acceptatione, † vt elicitur *ex decis.* 3. *Caualer. inter eius impress.* dominium d. census statim fuit acquisitum eidem Flisco nominato, perindè ac si ipsemet ab initio contraxisset, ac nominatus fuisset *Anchar. d. cons.* 127. *num.* 6. *Alexand. cons.* 132. *num.* 3. adeout nullo
10 tempore illud dicatur fuisse † penes d. Philippum nominantem *Surd. decis.* 182. *num.* 17. *&* 18. & consequenter cum idem Philippus, qui iam erat functus suo ministerio, sortem eiusmodi census à Communitate, quæ illum extinxerat, exegerit non amplius vti Dominus Census, vel Flisci Procurator, sed vel tertius, ac altera persona considerari debet contra quem propterea siue illius hæredes DD. de Raggijs creditores non via executiua vigore obligationis Cameralis adiectæ in instrumento d. nominationis, quæ iam adimpleta fuit ante exactionem dicti census, sed offi-
11 cio † Iudicis, & sic via ordinaria sua iura experiri debent pro restitutione sortis eiusdem Census indebitè perceptæ, *l. si me, & Titium, ff. si cert. per Roman. cons.* 563. *num.* 11. *& seqq. Rota in Reatina Iuris redimendi post Posth. in tract. de manut. dec.* 147. *num.* 16. cum alijs in d. decisione relatis.

Non obstant ea, quæ per informantes pro DD. ste Raggijs deducebantur ad impugnandum huiusmodi motiuum, & in primis non obstat, quod Philippus in instrumento d. nominationis cesserit omnia iura d. Census, promiseritque sub obligatione Camerali d. nominationem, & cessionem fuisse, & esse bonas, & validas, ac proindè remanserit obligatus præstare d. eensum eidem Flisco cessum, semper bonum, validum, ac legi-
12 timum, cum natura cessionis ea esse videatur, † vt cedens teneatur præstare rem cessam etiam in futurum, *Dec. cons.* 102. *num.* 4. *Surd. decis.* 326. *num.* 45. & consequenter idem Philippus, vel illius hæredes teneantur etiam via executiua sortem d. census indebitè perceptam restituere vigore d. obligationis Cameralis, quæ competit pro omnibus quæ veniunt ex natura contractus ex allegatis in eadem decisione. Quoniam huic obiecto fuit alias responsum nos non versari in terminis puræ, ac veræ cessionis, sed principaliter in terminis nominationis factæ pro Flisco, adeò, vt verba, *cessit, & transtulit*, & similia tanquam consecutiua ad ipsam nominationem principaliter factam non alterent eius naturam, sed ad illa regulentur, ideòque sufficit d. nominationem, & sic cessionem iurium illi accessoriam, iam effectum sortitam fuisse ante exactionem d. census adhoc, vt promissio eiusdem Philippi nominantis adimpleta dicatur, cum id quod
13 principaliter † actum fuit attendi debeat. *Rota post Cenc. de cens. decis.* 180. *num.* 6. *& decis.* 45. *sub num.* 4.

Secundò minus obstat, quod emens rem pro
14 alio, teneatur actione mandati, vel negotiorum gestorum rem emptam realiter illi tradere, sicut teneretur ipse venditor, *l. res ex mandato* 59. *ff. de acquir. rer. domin. Castr. in l. si ita quis promiserit* 134. *§. Seia cauit num.* 2. *de verb. obligat. Grat. discept.* 160. *num.* 1. Vndè inferebatur Philippum, qui emit censum, de quo agitur, pro persona nominanda, non fuisse liberatum per solam nominationem Flisci, sed ex natura emptionis factæ pro alio remansisse quoque obligatum censum emptum realiter tradere eidem Flisco nominato, & consequenter hæredes eiusdem Philippi, qui d. censum realiter non tradidit, teneri via executiua pro restitutione eiusdem sortis, vel saltem pretij loco damnorum, & interesse, vigore scilicet eiusdem obligationis Cameralis, quæ vt dictum est, competit pro omnibus quæ veniunt ex natura contractus, & in necessariam consequentiam; Quia fuit responsum obiectum posse procedere in emptione rei corporalis, in quibus terminis pro-
15 cedunt iura superius allegata, secus † autem in emptione rei incorporalis qualis est census facta prout hic, pro persona nominanda, quia tunc sola cessio, vel nominatio sequuta illius acceptatione, habet vim veræ traditionis absque alia apprehensione, *Natt. cons.* 398. *num.* 38. *lib.* 2. *Menoch. de retinen. rem.* 3. *num.* 29. *& seqq. Cenc. de cens. par.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 5. *art.* 3. *num.* 9. cum idem operetur nominatio, vel cessio in iuribus incor-
16 poralibus, † quod operatur perfecta traditio in rebus corporalibus, *Cenc. de censib. d. dict quæst.* 5. *artic.* 3, *num.* 9 *Rot. decis.* 99. *nu.* 3. *& decis.* 614. *num.* 2. *par.* 1. *recent.*

Tertiò pariter non obstat, quod Philippus promiserit sub obligatione Camerali nominationem & cessionem d. census fuisse, & esse bonas, & validas, & ideò cum d. censum exegerit, videatur

eius

eius promissioni contrauenisse, & consequenter illius hæredes teneatur via executiua ad restitutionem eiusdem Census exacti vigore obligationis Cameralis, cuius extensio continet, quod obligatus teneatur omnia, & singula contenta in instrumento tenere, complere; inuiolabiliter obseruare, contraque ea, vel eorum aliqua non face, dicere, vel venire, de iure, vel de facto quouis quæsito; Quia, vt fuit responsum in decisione verba d. extensionis non visa fuerunt applicari casui, de quo agitur, cum illa, & similia aptè referantur ad nominationem Flisci principaliter factam, non autem ad exactionem census postea
17 subsequutam, † & ideò sufficit nominationem, ac cessionem iurium dict. census bonas, ac validas fuisse, & esse; easque ante exactionem eiusdem census effectum sortitas fuisse, ad hoc, vt obliahatio Philippi per verba præteriti, ac præsentis temporis concepta ad futurum tempus dictæ exactionis non extendatur, *l. verbum erit, ff. de verb. sign. Add. ad Greg. XV. dec. 338. num. 18.*

Quartò demum non obstat, quod assignans no-
18 men debitoris si deindè illud exigat † dicatur assignationi contrauenire, *ex Greg. XV. decis. 1. n. 7.* Nam vltra responsionem alias datam dictum fuit d. decisionem non applicari, quia ibi nomen debitoris fuerat datum in solutum creditori, cumque assignans nomen eiusdem debitoris exegisset dicta assignatione adhuc effectum non sortita, meritò interedatur illum d. assignationi contrauenisse. At secus est in casu, de quo agitur, in quo Philippus nominauit Fliscum, eiusque nominatio cum cessione iurium illi facta iam fuerat sortita effectum ante exactionem d. census, nec apparet illum dictæ nominationi, vel cessioni contrauenisse, cum exigendo sortem d. census fecerit actum separatum ab ipsa nominatione.

Et ità vtraque, &c.

Decisio ista sub die 17. Iunij proximè præteriti in eadem causa emanata est supra in hac parte dec. 164. decis. 16.

R. P. D. BICHIO.

Rossanen Decimarum.

Lunæ 28. Nouembris 1639.

DECISIO CLXXVII.

Et impressa inter Bichio in Tomo 1. Decis. 12.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Episcopo Terracinen.

Florentina Parochialis.

Veneris 2. Decembris. 1639.

ARGVMENTVM.

Subrogatio gratiosa ab vno ex præsentatis obtenta facta mentione litis inter præsentatos suffragatur etiam quod compatroni fuerint in causa, & qualis mentio litis in hac materia sit necessaria videas ex decisione.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio gratiosa subrogato suffragi non valet lite inter præsentatos super institutione.*
Ac inter compatronos super pertinentia Iurispatronatus existente, & vide nu. 4. & 6.
2 *Præsentantis ius rapit in se ius præsentati, siue præsentatus sit mortuus, siue superstes.*
3 *Litem ad effectum subrogationis sufficit adesse inter præsentatos.*
4 *Amplia etiam si Patroni essent in causa.*
5 *Clausulæ generales in commissione appositæ, ac clausula, quam, & quas, omnia sub lite compræhendunt.*
7 *Subrogatio gratiosa absque mentione litis inter compatronos dicitur subreptitia.*
Papa si litem inter compatronos sciuisset, vel subrogationem gratiosam non concessisset, vel difficilius. num. 7. & seqq.
8 *Papa difficile est, quod voluerit præiudicare sententiæ in iudicatum transactæ, & num seq. vbi vide.*
9 *Rei iudicatæ mentio facienda est per impetrantem gratiam, alias gratia, vel rescriptum est ipso iure nullum, & supra num. 8. & seqq. vbi vide.*
13 *Mentio litis, & sententiæ per verba generalia sufficit. cum clausula,* cuius statum, *vt gratia dicatur valida.*
14 *Instantia super re iudicata non potest dici deserta nisi adsit sententia super illius desertione.*
15 *Sententia, à qua fuit appellatum non firmat statum, cum in alia instantia possit reuocari.*
16 *De non Iure alicuius constat solum, vel per confessionem partis, vel per rem iudicatam.*
17 *Præsentato ad effectum subrogationis gratiosæ sufficit quicumque titulus etiam coloratus, & causa litigandi.*
18 *Causa litigandi inter præsentatos sat esse dicitur si pro aliqua parte adest sententia pro institutione alicuius.*
20 *Sententia lata super statu facit ius quoad omnes.*
Intellige, vt num. seqq.
22 *Partitæ extractæ ex libris mortuorum plenè probant si fuerunt recognitæ.*
23 *Depositiones testium iunctis partitis ex libris mortuorum extractis plenè probant mortem.*

DECISIO CLXXVIII.

PRoposito bis dubio alias resoluto ad fauorem Laurentij Talduccij in decisione coram me facta 17. Iunij præteriti, * in qua fuit resolutum Laurentio gratiosè subrogato esse dandam immissionem Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ de Verzaia, eo quia probauit requisita necessaria ad illam obtinendam vigore subrogationis ad partes expeditæ. Hodie Domini audito Ioanne Baptista Saluino supradictam resolutionem confirmarunt, quia de lite, de Clericatu Laurentij subrogati, & obitu Curtij Guibetti vltimi possessoris in possessione Parochialis, de qua agitur non potest dubitari, & consequenter Laurentio non potest denegari immissio quemadmodum fuit firmatum in decisione quæ reuidetur.

Nec censuerunt Domini obstare, quod cum adsit lis non solum inter præsentatos super insti-
1 tutione, † sed etiam inter Compatronos super

per

pertinentia Iurispatronatus subrogatio nullo pacto suffragetur Laurentio, iuxtà *decis. Rotæ* 427. *n.4 & 5. par.1. rec. Lotther. de re benef. lib.2. q.20. n.4. & 5. par.1. rec.* Ea ratione, quia ius præsentantis, ra-
2 pit† in se ius præsentati, siue de mortui, siue superstis. Nam vltra quod respectu istius Ecclesię Patro-
3 ni non sunt in causa responsum fuit,† quod adsit lis inter præsentatos, & quod causa fuerit commissa in Rota ad instantiam Angeli Empoli, & Ioannis Grasceni præsentatorum à Puccis contrà alios Compresentatos, quo casu etiam si Compatroni essent in causa, sufficit lis inter Præsentatos, iuxtà *Text. in cap. 1. vt lit. pend. in 6.* quod habet locum etiam in præsentatione, vt tenuit *Rota in Romana Beneficiatus S. Mariæ Maioris* 30. *Martij* 1637. *coram R.P.D. meo Panzirolo*, cum alijs in decisione
4 allegatis, maximè stantibus clausulis generalibus in commissione ad instantiam Pręsentatorum ibi: *Cum omnibus eorum inciden. dependend. emergen. annexis, atque connexis, totoque negocio principali, ac*
5 *quam, † & quas, &c.* per quas censentur omnia deducta in litem, *Rot. in recent. decis.* 342. *num.* 2. *par.1.* & latè *in Lucana Parochialis de Ripafratta* 18. *Aprilis* 1633. *coram Illustriss. D. meo Decano.* Nec in contrarium allegata *dec.* 427. *par.* 1. applica-
6 tur huic casui, quia procedit in † casu in quo lis erat inter Ordinarium, & Patronos super pertinentia Iurispatronatus.

Nec censuerunt subsistere, quod subrogatio sit subreptititia, eo quia in ea non fuerit facta mentio litis inter Compatronos, & sententiæ Rotalis (quæ per lapsum quinquennij fecit transitum in
7 indicatum) latæ † super pertinentia Iurispatronatus ad fauorem illorum de Venturis à quibus fuit Præsentatus Ioannes Baptista Saluinus contra Octauiam Capponiam, quæ præsentauit Lau-
8 rentium; si Papa sciuisset dictam sententiam,† vel non concessisset gratiosam subrogationem in iuribus supradictorum, vel se difficiliorem reddidisset, vt in istis terminis resoluit *Rota in Nouarien. Canonicatus* 12. *Februarij* 1593. *coram bo. mem. Card. Pamphilio in Vrgell. Archidiaconatus* 13. *Aprilis* 1592. *coram Penia apud Marches. de commiss. par. 2. fol.* 294. *nu.2. & coram bo. me. Buratto dec.* 187.
9 *nu.* 1, tanto magis cum fecerit † transitum in iudicatum, *Felin. in cap. super litteris n.14. de rescrip. Berou. ibid. n.72. Menoch. de arbitr. cas.* 201. *n.* 46. Et sit facienda mentio rei iudicatæ alias gratia vel rescriptum impetratum est subreptitium, † siquidem Princeps in dubio nunquam censetur velle præiudicare rei iudicatæ, vt plenè per *Aym. cons* 172. *num.* 3. & 4. *Rot. in Abullen. Cappellaniæ* 1. *Iulij* 1602. *coram Card. Lancellot.* Quia supradicta non procedunt in isto casu in quo non erat facienda mentio sententię latæ inter diuersas per-
10 sonas, & super diuerso beneficio, † nempè super Patronatu, & institutione Ecclesiæ S. Bartholomæi à Sala, quæ propterea non extenditur ad hanc Parochialem S. Mariæ de Verzaia, neque erat facienda mentio de sententia lata in lite, in qua non fuit nominatus, nec citatus Talduccius
11 sed cum res iudicata † esset in controuersiam deducta, eo quia causa appellationis, & nullitatis, ac restitutionis in integrum fuit alteri in Rota commissa coram quo fuit disputata, & pendet indecisa, non subsistit, quod sententia fecerit transitum in iudicatum, & consequenter donec pen-
12 det † ista controuersia; An sententia transiuerit, vel ne in iudicatum non erat de illa facienda mentio in subrogatione gratiosa, sed sufficit fuis-
13 se † factam mentionem litis, & sententiæ per verba generalia contenta in supplicatione, & litteris cum clausula, *cuius litis statum*, vt benè declarant *Adden. ad san. me. Greg. XV. decis.* 2. *num* 18. *& ad d. dec. Burratt.* 187. *litt. A. in fine*, neque illa instantia potest dici deserta nisi adsit sententia
14 super † illius desertione sine qua res iudicata remanet in suspenso, vt tenuit *Rota coram Cardin. Caual. dec.* 333. *nu.4. & 6.* Vnde sequitur non releuare dictam sententiam Rotalem suspensam per appellationem commissam alteri, nec firmare
15 statum huius † Iurispatrunatus nec elidere ius Compatronorum, qui possunt in alia instantia obtinere senientiam reuocatoriam præcedentis, *Rota coram Burrat. decis.* 127. *num.* 9. *&* 11. vbi quod Rota passim sequitur *decis. Aegid.* 103. vt
16 non dicatur † constare de non iure alicuius nisi per confessionem eiusdem, vel per rem iudicatam *Rot. dec.* 269. *n.7. par.2. diuers. Seraph. dec.* 73. *n.1. & dec.* 983. *n.* 6. & ad effectum sumbrogationis suf-
17 ficit † Præsentatis quicumque titulus coloratus, & causa litigandi, *Rebuff. regul. de subrog. gloss.* 7. *n.3. Achil. dec.7. vt litt. pend. Rot dec.* 306. *n.2. par.1. rec. dec.*426 *coram san. me. Greg. XV. vbi Adden. n.* 11. *& dec.* 927. *coram Buratt. n.*10. quæ causa concurrit in præsenti stante sententia lata ab Ordinario Florentino contra Saluinum pro institutione Didaci
18 ad hanc † Parochialē in vt in cuius ius fuit subrogatus Talduccius, vt in specie aduertit *Rota d. dec.* 306. *nu.* 2. *in fin. Mantic. dec.* 71. *n.*5. quæ transiuit in iudicatum ob lapsum decennij, sicque non potest dici, quod clarè constet de non iure Octauiæ à qua habet causam Talduccius, & de eorum
19 calumnia † cum potius constet de contrario ex ipsa sententia, & re iudicata habente pro se præsumptionem validitatis.

20 Nec facit quod sententia lata super statu † faciat ius quoad omnes, *ad Text. in l. ingenuum*, cum ibi notatis *per Doct. ff. de statu homin.* quia dispositio dictæ legis procedit respectu eiusdem beneficij non autem respectu omnium, ideò licet omnia ista beneficia comprehendantur sub donatione facta Antonio Puccio, & fundamenta, quæ militent in vno releuent quoad aliud; Attamen cum
21 non † fuerint omnia comprehensa sub eadem commissione sententia lata super vno beneficio non potest comprehendere aliud penitus diuersum nec ab vno beneficio ad aliud potest inferri.

Quæ dicebantur de obitu Angeli Empoli, et Ioannis Grasceni Collitigantium Præsentatorum à Puccis narrato in subrogatione, quod non fuerit sufficienter probatus non subsistunt,
22 quia † fuerunt datæ partitæ extractæ ex libris mortuorum sufficienter recognitæ, quæ plenè probant iuxtà *dec. Rot.* 162. *num.* 1. 605. *n.4. par.2. & dec.* 34. *num.*5. *&* 6. *par.*5. *recent. & coram sanct. mem. Gregor. XV. dec.* 359. *num.*5. *vbi Adden.* iunctis præ-
23 sertim depositionibus † Testium ex quibus omnibus simul iunctis resultat plena probatio, *Caputaquen. dec.* 334. *par.* 1. *Rota in recent. dec.* 389. *numer.* 3. *par.*1.

Vndè ex his, et alijs deductis in alia decisione di-

ne dixerunt Domini Ioannem Baptistam Saluinum non habentem partem titulum non posse impedire immissionem Laurentio Talduccio gratiosè subrogato.

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 17. Iunij 1639. habetur in hac parte decis. 148.

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside Vallisoletano.

Romana Successionis.

Veneris 2. Decembris 1639.

ARGVMENTVM.

Relictum à Marito vxori etiam cum facultate liberè disponendi, censetur quoad solum vsumfructum vxori relictum ea ad secundas nuptias conuolante, itaut filijs primi matrimonij totum relinquere teneatur. Pœna secundarum nuptiarum non censetur remissa per filium non contradicentem matimonio Matris, nec per Maritum eidem facultatem concedendi liberè disponendi.

SVMMARIVM.

1 *Mulier quartum dotale acquisitum sibi quoad vsumfructum vigore Statuti Vrbis, non potest alteri, quam filijs relinquere.*
Etiam quod esset licentia Mariti de eo liberè disponendi, ibidem.
Pater in re propria filiorum illis præiudicare nequit num. 1.
2 *Mulier quidquid titulo lucratiuo à Marito recipit tenetur reseruare filijs præcedentis coniugij, & numer seqq.*
3 *Mulier transiens ad secunda vota ipso iure priuatur dominin omnium lucrorum sibi à Marito obuenitorum.*
Illudque applicatur communibus filijs retento solo vsufructu ad fauorem Matris. ibidem, & nu. seqq.
4 *Mulier in penam secundarum nuptiarum priuatur dominio lucrorum à coniuge defuncto perceptorum.*
5 *Dispositio*, l. fœminæ, & l. hac edictali, C. de secundis nuptijs, *non procedit stante filiorum consensu.*
6 *Non contradicens actui quem impedire non valet, nullum sibi parat præiudicium, nec consentire censetur.*
7 *Filius non contradicens secundis nuptijs à Matre contractis non censetur illarum pœnam condonare voluisse.*
8 *Taciturnitas sola in præiudicialibus non inducit consensum.*
9 *Dispositio*, l. fœminæ, C. de secundis nuptijs, *locum habere non potest vbi constat de voluntate primi viri in contrarium.*
10 *Vsusfructus finitur morte vsufructuarij, & cum proprietate consolidatur.*
11 *Maritus concedens vxor libertatem disponendi de aliqua bonorum parte, non ex indè sequitur, quod secundis nuptijs consenserit.*
12 *Maritus permittens facultatem vxori de certis bonis disponendi, non præsumitur voluisse potiùs illa ad extraneos, quam proprios filios peruenire.*
13 *Concessio generalis non trahitur ad ea, quæ sunt speciali nota digna.*
Item nec ad ea de quibus si disponens cogitasset non esset verisimiliter dispositurus. ibidem.
14 *Facultas disponendi vxori concessa non implicat, quod tacitè inerat de iure communi.*
15 *Facultatem disponendi Maritus vxori concedens censetur, nihilominus se conformare voluisse cum dispositione*, l. fœminæ, C. de secundis nupt.
16 *Acquisitio ab vxore facta titulo oneroso de bonis primi viri non subiacet pœnæ secundarum nuptiarum.*
17 *Mulier ad obsequia maritalia tenetur.*
18 *Acquisitio, quam facit vxor de bonis primi viri ob præstationem maritalis obsequij non euitat dispositionem.* l. fœminæ, C. de secundis nuptijs.
19 *Verba*, pro bonis seruitijs *apposita in donatione per virum vxori facta, dicuntur apposita in fraudem. & ad colorandam donationem, seù legatum.*
20 *Assertio Mariti in donatione, seù relicto facto vxori filijs non præiudicat.*

DECISIO CLXXIX.

NVpsit Clementia de anno 1608. cum dote scutorum 500. quam Iosephus maritus de anno 1617. auxit in scu. 1500. vna cum omnibus massaritijs domus pro omni, & toto eo quod dicta Clementia prætendere posset pro augmento suæ dotis secundum dispositionem legum, & statutorum conditione adiecta, quod respectu scut. 1500. ipsa haberet vsumfructum sua vita durante, sed post eius obitum eædem pecuniæ spectarent ad eos, quibus idem Iosephus in Testamento relinqueret, respectu verò massaritiarum ipsa esset absoluta Domina, & Patrona, ac de illis disponere posset pro amore Dei, *Summario Antonij num.* 1. & vlterius in Testamento posteà condito confirmauit dictam dispositionem sub eisdem conditionibus mandans post obitum dictæ Clementiæ solui scuta 500. Fabricæ S. Petri, & hæredem vniuersalem instituit Antonium eius filium, *vt in dicto Summario num* 2.

Postmodum cum dicta Clementia transierit ad secunda vota cum Simone eumque hæredem vniuersalem fecerit dicto Antonio filio ex primo matrimonio solum in legitima instituto dubitaui ad instantiam eiusdem Antonij, An dicta Clementia de acquisitis ex primo matrimonio potuerit disponere ad fauorem d. Simonis, & Dñi negatiuam sunt amplexi.

Quia quoad summam quarti dotalis dixerunt habere locum Statutum Vrbis *cap.* 131. *lib.* 1. vbi cauetur, quod si Maritus vxore superstite cum liberis decedat vxor quartam partem dotis ad vsumfructum tantum de bonis Mariti lucretur data cautione, quod vsufructu finito illam restituet quibus de iure debet;
1 † dum autem de iure quartum dotale vsufructu finito restituendum erat dicto Antonio filio primi matrimonij non potuit posteà illud relinqui secundo Marito etiamsi adesset expressa licentia primi viri cum ille filijs in eorum re propria præiudicare nequeat, vt tradit *Faber. lib.* 5. *tit.* 5. *definit.* 7. *in fin. &* 8. & hanc opinionem sequuntur *Thesaur. lib.* 1. *quæst. forens. quæst.* 30.

quæst. 30. n. 4. & Ioann. Baptista Hodierno in l. hac
edictali quæst. 21. num. 26. C. de secund. nupt.
Quo verò ad residuum iudicarunt intrare cla-
ram dispositionem, *Textus in l. fœminæ, C. de se-*
2 *cund. nupt.* vbi disponitur, † quod vxor quid quo-
cumque titulo lucratiuo à Marito receperit siue
ex donatione inter viuos, siue ex vltima volunta-
te, siue ex quouis munificæ liberalitatis premio,
id totum integrum ad filios præcedentis Coniu-
gij transmittere debeat & idem habetur *in l. hac*
edictali, §. his illud, C. eod. titul. & l. 2. C. de indict.
viduit. & l. Mater ad Tertull. & auth. de nupt. §. si
verò expectet collat. 4. adeòut conuolans ad secun-
das nuptias statim ipso iure priuetur dominio
3 omnium locorum, † quæ à Coniuge defuncto
perceperat, & applicatur communibus filijs re-
tento sibi dum vixerit solo vsufructu, *l. generaliter*
C. eod. tit. Sanch. de matrim. lib. 7. disputat. 89. n. 2.
latè *Anton. Gomes. in l. 15. Tauri num. 3. Ioann.*
Baptista Hodierna in dicta l. edictali qu. 20. num. 1.
4 & hoc in pœnam ob iniuriam priori viro, † & fi-
lijs illatam per transitum ad secunda vota, *d. Auth.*
de nupt. §. fin. autem tutelam, vers. Nos autem, &
Authen. de non eligen. secund. nupt. §. quæ verò nunc
sequitur, vers. Non igitur. & versic. Qui igitur, cum
alijs ibidem per gloss. & DD. alleg.
Quibus non obstare visum fuit, quod Anto-
nius non reclamauerit, quando Mater secundò
nupsit, & ex hacquiescientia eliciatur eius taci-
5 tus consensus † quo stante excluditur dispositio,
dicta leg. fœminæ ex allegat. per Decian. consil. 206.
num. 4. & 5. volum. 1. & Rolan. in consil. 81. n. 13.
volum. 3.
Nam quicquid sit an per tacitum consensum
filiorum excludatur dispositio, *dicta l. fœminæ,*
fuit responsum, quod in proposito, talis consen-
sus non probatur, & sola acquiescientia de tem-
pore contracti matrimonij non sufficit, quia filius
6 matrimonium impedire non valet, † qui autem
non contradicit actui, qui absque eo geri potest
non censetur consentire, & nullum sibi parat præ-
iudicium *l. cuius cum ibi notat. ff. de pignorat. act. l.*
quæ dotis, ff. solut. matrimon. Tiraquell. de retract.
7 *lignag. §. 1. glos. 9. nu. 149. & seqq.* & in † ter-
minis ratiocinatur *Sanch. dicto libr. 7. dispu. 89.*
num. 43. versic. Ducitur autem, & num. 44. in fin.
subiungit quod in rebus præiudicium inferenti-
8 bus † ex sola taciturnitate non oriatur signum
consensus allegans, *Garronem in rubr. Cod. de*
secund. nupt. ad euitan. pœnas secund. nubenti, &
alios.
Neque obstat, quod dispositio *dictæ l. fœminæ,*
9 limitetur † quotiescumque constet voluntatem
primi viri eam fuisse, vt mulier etiam transiens
ad seunda vota vonsequatur legatum à se illi fa-
ctum, *ex congest per Purpurat. in cons. 308. num 1.*
Quoniam dictum fuit dictam limitationem in
præsenti casu locum habere non posse nec respe-
ctu pecuniarum, nec mobilium.
Non quidem respectu pecuniarum, quia d. Io-
sephus primus Maritus reliquit tantum d. Cle-
mentiæ eius vita durante vsumfructum dd. scut.
1500. eaque defuncta voluit, quod illa peruени-
rent ad eos quibus ipse relinqueret in Testamen-
to, & sic cum postea in Testamento ex dd. scutis
1500. legauerit scuta 500. Fabricæ S. Petri, hæ-
redem verò vniuersalem instituerit d. Antonium
eius filium sequitur dicendum quod dicta Cle-
mentia non potuerit habere nisi vsumfructum eius
vita durante in reliquis scut. 1000. & consequen-
ter, quod illorum proprietas post eiusdem Cle-
mentiæ obitum vna cum vsufructu ad fauorem d.
Antonij consolidata fuerit ex natura relicti vsum-
10 fructus formalis, † qui morte finitur, & cum pro-
prietate consolidatur, *§. finitur, vbi gloss. instit. de*
vsufruct. Gabr. cons. 124. num. 5. lib. 2. Natt. cons.
419. num. 3. Rot dec. 5 . . num. 3. par. 4. recent.
Nec etiam respectu mobilium quoniam, & si
d. Iosephus quoad ista dederit d. Clementiæ am-
plam facultatem disponendi, vt patet ex illis ver-
bis, ibi: *Mà in quanto alle massaritie di casa ne sia*
Signora, e Padrona, &c. e ne possa fare, e disporre
11 *quello che gli parerà,* † non indè tamen sequitur,
quod voluerit consentire, vt vxor ad secunda vo-
ta conuolaret, & ex eo casu priuaret communes
filios eorumdem mobilium proprietate, vt tra-
dunt *Rip. in repetit. d. l. fœminæ in nou. edit. qu. 12.*
n. 25. Gabr. de secund. nupt. concl. 1. nu. 11. Ber-
trand cons. 306. n. 2. vol. 2 Fulgos. cons. 6 nu. 1.
& 3. vers. Ad id autem, quos sequitur *Sanch. in d.*
lib. 7. disput. 89. num. 5. vbi loquitur in facultate
disponendi concessa in vita, & in morte.
Quandoquidem verisimile non est, quod d. Io-
sephus voluerit, vt mobilia vxori relicta sua vita
durante post illius obitum ad extraneos potius
12 quam ad proprium † filium peruenirent, *ad Text.*
in l. generaliter, §. cum autem, C. de institut. & sub-
stit. & l. cum Auus, de condit & demonstr. Alexand.
cons. 130. vol. 2. col. 2. Afflict. dec 44. num. 2. &
quatenus hoc voluisset debebat explicitè decla-
rare cum in generali concessione non veniant ea,
quæ sunt speciali nota digna, & de quibus si dis-
13 ponens † cogitasset non esset verisimiliter dispo-
siturus, *C. final. de offic. Vicar in 6.* & ideò verba
prædicta quantumuis ampla quibus datur facul-
14 tas disponendi non implicant, † sed tantum ex-
primunt, quod tacitè inerat de iure communi,
l. in re mandata, C. mandat. cum alijs relat. per Rip.
loco supra citat. num. 27. maximè quia simul stare
potest, quod d. Clementia pro tempore suæ vitæ
esset Domina, & Patrona dd. mobilium, & quod
15 transiens ad secundas nuptias † illorum proprie-
tatem reseruare deberet pro filio primi matrimo-
nij, iuxtà sensum *Text. d. l. fœminæ,* cum quo
disponens se voluisse conformare præsumitur, *l.*
hæredes mei, §. cum ita, ff ad Trebell. l. pete, ff de
de legat. 2. Gallus, § quidam rectè, ff. de liber. &
Posthum. Alex. cons. 55. n. 2. lib 4. Gregor. dec. 56.
nu. 5. & dec. 301. num. 6.
Minus aduersari existimatum fuit, quod pri-
mus maritus disposuerit de dd. bonis ad fauorem
vxoris pro remuneratione seruitiorum, vt ibi:
Volendo hora il medesimo Signor Gioseppe ricordeuole
de' seruitij riceuuti, e per far cosa grata à detta sua
Consorte acciò per l'auuenire gli si mostri più affettio-
nata, e porti maggior beneuolenza, &c. vndè infer-
ri prætendebatur, quod d. acquisitio prouenerit
16 ex titulo oneroso, † quo casu non habet locum,
d. l. fœminæ, vt tradunt *Io. Lup. rubr. de donat. §. 67. n.*
17. vers. sed reuera, Molin. to. 2. de iust. & iur. tract. 2.
disp. 431. §. contrarium, Valas. cons 19. n. 7. to. 1. Sanch.
de matrim. lib. 6. disput. 41. nu. 1. vers. Hæc autem.
Siqui-

Siquidem seruitia sicut supra narrata dicuntur
17 obsequia maritalia † ad quorum præstationem mulier, tenetur *Bald. in l. si vxorem, C. de condit in ser. Pinell. de bon. mater. lib. 1. par. 3. nam. 61. vers. Sed prædicti viri, cap. hac imago, & cap. est ordo 33. qu. 5. Sanch. d. lib. 6. nu. 1. & 13.* & ideò acquisitio bonorum mediantibus illis facta non potest dici sequuta ex titulo oneroso, & consequenter
18 dispositio *d. l. fœminæ*. impediri nequit, † vt in specie aduertit, *Vinc. de Franc. dec. 428. num. 4. in fin.* vltrà alias rationes concluditur quod verba illa, *pro bonis seruitijs*, non obstant cum cen-
19 seantur apposita ad colorem donationis, seù legati, *ex doctr. Dec. in leg. si donatione in 2. limitat. C. de collat.*

Demum nihil releuare visa fuerunt alia subsequentia verba, ibi: *Che ne possa disporre e lasciar per l'amor di Dio, &c. & il tutto lo fà per scarico dell'anima di esso Signor Gioseppe*, quia vltrà quod Clementia pro amore Dei, idest in piam causam nihil disposuit dixernnt Domini d. assertionem à marito emissa nullatenus esse attendendam in
20 præiudicium communis † filij cum non probetur causa ob quam maritus proprietatem dd. bonorum vxori relinquere teneretur pro exoneratione suæ conscientiæ, & ita quicquid à marito assertum fuerit includitur sub generalitate verborum, *d. l. fœminæ, C. de 2. nupt.*

Et ita decisum vtraque, &c.

Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 21. Iunij 1641. coram eodem R.P.D. Carillo, & sequenti aderunt aliæ.

R. P. D. ROIAS,

Posteà Episcopo Tarraconen.

Macerateñ Hæreditatis.

Veneris 2. Decembris 1639.

ARGVMENTVM.

Iudicium agitatum contra minorem comparentem tàm nomine proprio, quàm vti aliorum Procuratore, absque eo, quod illi fueri Curator deputatus dicitur nullum quoad omnes. Minor in possessorijs habet habilitatem in iudicio comparendi absque Curatore si agit, secus si conuenitur. Ratificatio nunquam intelligitur de actu nullo, & exclusiuo iurium ratificantis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia data contrà minorem absque eo, quod ei fuerit datus Curator dicitur ipso iure nulla.*
2 *Minor sicuti pro se ipso sine Curatore in iudicio stare non potest, ita nec pro alijs pupillis potest vti Procurator conueniri.*
3 *Minoris inhabilitas ad comparendum in iudicio sine Curatore prouenit à iure naturæ, vel ciuili.*
4 *Minor annorum 17. ad negotia potest esse Procurator, ad iudicia verò non nisi sit maior annorum 25.*
5 *Minor potest in possessorio absque Curatore stare in iudicio. Intellige, vt num. 7.*
6 *Minor potest etiam pro alijs sine Curatore stare in iudicio vbi de solo possessorio agitur.*
7 *Intellige supradictas conclusiones procedere vbi minor agit pro recuperanda, vel retinenda possessione.*
8 *Secus verò si minor conuenitur ad priuationem sue possessionis, quia tunc sine Curatore in iudicio stare non potest.*
9 *Dispositum in fauorem alicuius, non debet in illius odium retorqueri.*
10 *Illatio non fit ex diuersis.*
11 *Ratificans generaliter actus pro se gestos, actus validos, non autem inualidos ratificare censetur.*
12 *Ratificans actus pro se gestos, adhoc, vt etiam actus nullos ratificasse dicatur requiritur sententia specifica de nullitatibus.*
13 *Ratificatio nunquam trahitur ad id per quod inducatur renunciatio iuris in præiudicium ratificantis.*
14 *Ratificatio generica non trahitur ad id quod ante, & post ratificationem fuit impugnatum.*
15 *Ratificatio ab aliquo facta Tertio, & in ratificatione non non nominato prodesse non potest.*
16 *Nostrum quod est non potest sine facto nostro à nobis tolli.*
17 *Sententia nulla quoad vnum, dicitur nulla etiam quoad alium ratione eiusdem interesse, & defensionis.*
18 *Sententia lata contrà minores, & pupillos indefensos, dicitur nulla etiam quod aliquis tanquam Tutor fuerit citatus.*
Intellige si ille non comparuit, nec de illius tutela constabat. ibidem.
19 *Nullitas insanabilis oritur si quis ad sententiam non fuit citatus.*
20 *Iudex appellationis confirmans sententiam nullam, de cuius nullitate fuit coram eo disputatum, dicitur nulliter, & iniustè procedere. & num. 21.*
Sententia nulla etiam confirmata vbi de nullitate fuit disceptatum non remanet libera à vitio nullitatis. num. 20.

DECISIO CLXXX.

Vita functo ab intestato Iacobo de Leonardis, Marcellus de Arcangelis, tam nomine proprio, quam nomine suorum fratruum abseñ necnon Iosephi, & Ascentiæ de Bernabeis pupillorum, & minorum probata proximioritate, ac obitum prædicti Iacobi, possessione vacante obtinuit immissionem ab A. C. in bonis, & hereditate eiusdem Iacobi, prout ex datis in *Summario num. 1.* Qua immissione, ac pacifica possessione sequuta, insurrexerunt Curtius, & Flamminius de Bidullis, qui proximiores esse prætendentes, & hæreditatem, de qua agitur, ad eos consequenter spectate, introduxerunt iudicium coram eodem A.C. contrà prædictum Marcellum de Anchangelis minore, tam vti principalem, quam vti Procuratorem fratrum abseñ. & sententiam diffinitiuam super immissione obtinuerunt; A qua sententia appellarunt Archangeli, causaque commissa R.D. Cecchino, qui sententiam A.C. latam ad fauorem dictorum de Bidullis confirmauit: A qua denuò pro parte eorundem de Archangelis fuit appellatum, causaque commissa R.D. de Rosis, cum facultate manutenen. quem de iure, qui manuten-

tentionem hæreditatis prædicti Iacobi concessit Archangelis, & Bernabeis, reuocando tam sententiam A.C. quam illam D.Cecchini.

Ab hac sententia appellarunt Bibulli, causaque commissa in hoc Tribunali bonæ mem. D. Bucabellæ cum eadem facultate manutenendi quem de iure, coram quo disputato dubio sub die 10. Decembris 1635. cui esset dandum mandatum de manutenendo, & resolutum dandum esse Bidullis. Postmodum Rota ordinauit disputari dubiũ: An sententiæ sint cõfirmãdæ, vel infirmãdæ etiãad effectũ manutẽtion., & interim in possessorio supersederi, quo dubio proposito coram bo: me: Buccabella sub die 26. Maij 1636. informan. tantum illis de Bidullis, fuit ad eorum fauorem resolutum, vt in decisione data: Et vita functo D.Buccabella, fui in eius locum subrogatus, & prosequuta disputatione iam cœpta super eisdem, articulo maturè discusso; Domini tandem responderunt sententias A.C.& D. Cecchini esse nullas.

Nullitas Dominis visa fuit patens, & notoria ex defectu citationis cum fuerit processum contrà Archangelus, & litis consortes (qui sunt Marcellus, Camillus, Pulenix, Antonius Franciscus & Bastianus de Archangelis, necnon Ioseph, & Ascentia de Bernabeis) omnes pupillos, & minores indefensos, in iudicio passiuo ad priuationem eorum possessionis sine Tutoribus, Curatoribus, citato dumtaxat Marcello de Archangelis, tam vti principali, & quam vti Procuratore fratrum absentium.

Et in primis quoad dictum Marcellum, iudicium, & sententia contra ipsum fuerunt ipso iure nulla, ex quo de tempore inchoati Iudicij passiui, & latæ sententiæ contrà eam erat minor, vt ex fide Baptismi, *Summario eorum de Archan-*
1 *gelis num.*5. nec fuit ei datus † Curator, prout requiritur pro validitate iudicij, iuxtà *Text. express. in l. admone adolescentem, C. qui petant Tutor. l. cum., & minores, C. si aduersus rem iudic. l. acta, §. contrà, & l. contrà pupillum, ff. de re iudic. Ruin. consil. 36. num. 4. vol. 5. Berou. cons. 75. num. 24. vol. 3. Decian. cons. 18. num. 174. lib. 1. Roland. consil 68. num. 33. & consil. 85. num. 28. lib. 1. Crescent. decis. 9. per tot. de re iudic. Duran. decis. 142. num. 1. Buratt. decis. 393. num. 4.*

Rursus fuit nulla prędicta sententia A. C. lata contrà fratres Marcelli absentes pupillos, &
2 minores, † citato dicto Marcello vti eorum Procuratore, ex eo quod si ipse Marcellus vti minor pro se sine Curatore in iudicio passiuo stare non potuit, multò minus valuit in eodem iudicio pro alij pupillis, & minoribus vti Procurator conueniri, iuxtà notata per *Cyn in l. exigendi sub num. 10. circà fin. vers. Alia tamen est opinio communis, C. de procur.* vbi etiam *Bald. nu. 4. Cur. Iun. num. 88. cum seqq. Cor. nu. 3. vers. Exceptis ergo Iason. nu. 19. Alex. nu. 23.* vbi de communi, *Vant. de nullit. ex defectu inhabilit. nu. 134.* vbi assignat rationem, ex quod inhabilitas minorum
3 ad compatendum sine Curatore † prou enit à iure naturæ, vel ciuili funditus inhabilitante, & resistente potentiæ comparen, *Rota in antiq. decis. vltim. de procur. Put. decis. 151. lib. 1. in correct. Rota in Imolen. Præceptoriæ 14. Maij 1607. coram Manzanedo, quæ est apud Post. decis 48. num. 2. cum seqq.* & est *Text. ad litt. in cap. qui generaliter. §. fin d. procur. in 6.* vbi, quod minor an-
4 norum 17. ad negotia potest † esse Procurator ad iudicia verò, nisi sit maior 25. deputari nequibit.

Non obstat primum obiectum deductum pro
5 parte eorum de Bidullis, quod sicuti † poterat Marcellus pro se ipso stare in iudicio possessorio absque Curatore, iuxtà *Text. in l. final. C. qui legitimam personam standi in iudicio, &c.* ita etiam
6 pot erat pro alijs, † quam consequen, approbat *Bart. in l. Diuus, §. Curatorem, ff. qui petant Tutor, Franc. in cap. final. in vlt. notab. de feud. lib. 6.* & admittit etiam *Rota in d. Imolen. Præceptoriæ nu. 4. cum seqq.* Quia fuit responsum conclusionem procedere quando minor agit in possessorio pro
7 recuperanda, † vel retinenda possessione, iuxtà *gloss. in l. fin.* verbo, *Per quamcumque &c.* secus verò, quando prout in casu isto, minor conueni-
8 tur † ad priuationem possessionis, quo casu non habet legitimam personam standi in iudicio possessorio sine Curatore *ex doctr. Cast. in dicta l. final. num. 2. & 4.* & dixerunt anteà *Cyn. ibidem nu. 4. Bart. & Bald. eod. num. 4. Salyc. num. 3. C. qui legitimam personam standi in iudicio, &c.* afferentes rationem, quia Imperator in hac lege disposuit fauore minorum, vt actores in iudicijs possessorijs esse possint, ideòque non debet in eorum
9 odium retorqueri ita, † & taliter, vt conueniri valeant, *cap. quod ob gratiam de reg. iur. in 6. Bertrad. qui de vertori testatur cons. 87. num. 2.* vbi quod ab ea non est recedendum in iudicando *lib. 1. p. 2. Maindan. de interdict. coment. 16. num. 113. versic. Et verò licet*, & tradit *Rota in dicta Imolen. Præceptoriæ apud Posthum. decis. 48. num. 6. cum seqq.*

Minus releuat secundum obiectum desumptum, ex eo quod, tam Archangeli, quam consortes effecti maiores, ratificando omnia gesta per Marcellum dicantur ratificasse etiam supradictas nullitates citationis, & mandati. Quia primò dicebant Domini, ratificationem, de qua in Insttumento per Bidullos producto non loqui de ratificatione nullitatum, sed de ratificatione gestorum in allegando suspectum D. Gentilem Iudicem commissarium deputatum, tam nomine proprio, quam nomine fratrum, ac consortium absen, pro quibus etiam promiserat de rato: Et hęc est ratificatio contenta in Instrumento producto per Bidullos, quod nihil commune habet cum nullitatibus citationis; & mandati oppositis, & impugnatis per dictos de
10 Arcangelis, † ex regula quod ex diuersis non fit illatio, vulgata *leg. Papinianus exul. ff. de minor.*

Secundò responsum fuit, regulare esse, quod ratificans genericè actus per alium gestos, sem-
11 per actus validos per se factos † supponit ratificare; non autem inualidos, & præiudiciales, vt benè considerauit *Rot. decis. 492. num. 10. par. 1. recent.* in qua dicitur, quod cessante hoc supposito, cessat, & ipsa ratificatio.

Tertiò replicatum fuit, quod adhoc, vt Archangeli, & consortes dicerentur ratificasse has nullitates, necesse erat, vt sciuissent in specie, & indiuiduo nullitates quas ratificare voluissent,

quæ

12 quæ scientia debet esse specifica iuris, & facti, † alias non posset dici, quod ratificauerint, & approbauerint dictas nullitates, *Surd. consil. 49. num. 33. & seqq. lib. 1. Gabr. consil. 146. num. 14. lib. 1. Gregor. decis. 179. num. 6. & 7. decis. 437. nu. 2. Rot. decis. 5 5 5. num. 12. par. 1. recent. & decis. 662. n. 6. par. 2. Caualer. decis. 612. num. 27. & 28.*

Quartò dictum fuit ratificationem nunquam posse referri ad id, per quod inducatur renuncia-
13 tio † iuris in præiudicium ratificantis, *Anchar. consil. 105. Crauett. consil. 257. sub num. 4. vers. octauo si dicimus, Greg. decis. 317. num. 6.* Vlterius ratificationem in casu de quo agitur, eo ipso excludi, quo Archangeli nullitatem citationis, & man-
14 dati expresse impugnarunt, † ante dictam ratificationem, immò per sententiam R. D. de Rosis dictæ nullitates fuerunt canonizatæ, & hodie in hoc Sacr. Tribunali expresse impugnatæ, *Natt. cons. 101. num. 12. Surd. consil. 167. num. 3. Caualer. decis. 612. num. 26. & seqq.*

Quintò fuit responsum, quod adhoc, vt ratificatio prædicta nullitatum, possit Bidullis pro-
15 desse, † necesse erat, vt Instrumentum confectum super d. nullitatibus ratificatis, fuisset celebratum inter Archangelos, & ipsos de Bidullis, alias ipsi iuuari non possunt dicta ratificatione, *Aretin. cons. 128. num. 6. Gabr. cons. 36. num. 57. lib. 1. Rot. decis. 535. num. 13. circa fin. par. 1. rec.*

Tandem, & vltimò fuit responsum, quod facit cessare omnem difficultatē ex quo dato millies, Camillum Pulenicem, & Alcentiam, qui exprimuntur in prædicto Instrumento ratificasse in specie nullitates citationis, & mandati (quod verè, non subsistit) nihilominus, cum adhuc remaneant quatuor, qui sunt in causa scilicet, Marcellus, Antonius Franciscus, Sebastianus, & Ioseph, qui non leguntur in prædicto Instrumento, dici nequit, quod per dictam ratificationem fuerit istis ius sublatum ad effectum dicendi de nullitate ex defectu citationis, & mandati, ex
16 trita illa regula, id quod † nostrum est, sine facto nostro, nemo tollit à nobis, *l. id quod nostrũ, ff. de regulis iuris, l. Pomponius, ff. de acquiren. rerum dominio*: Præsertim quia iudicium hoc, prout, & sententia, cum emanauerit etiam contra illos quatuor, qui non ratificarunt, dicatur etiam nulla, quoad illos ratificantes ratione indiui-
17 duitatis, cum omnes † habeant idem interesse, & omnibus competat æqualis defensio, *per Text. in l. in hoc iudicio, vbi gloss. & DD. ff. familiæ Erciscundæ Put. decis. 115. lib. 1. in correct. Rot. dec. 451. num. 7. par. 2. recent. Gregor. XV. decis. 319. num. 2. & ibi Adden. num. 7. Caualer. dec. 396. num. 2. Buratt. decis. 368. num. 7. & 8.*

Denique dictum fuit, nullam fuisse prædictam sententiam A. C. etiam quoad illos de Bernabeis absen. pupillos pariter, & minores, pro quibus in hoc iudicio passiuo nullam personam legitimam fuisse citatam, nec pro eorum defensione comparuisse constat. Licet enim pro eius fuerit in toto hoc iudicio passiuo citatus quidam Baldus Pianus, vti eorum Tutor, & Curator. Tamen iste nunquam comparuit pro defensione horum pupillorum, immò nec doctum fuit de suscepta tu-
18 tela, & cura, † & per consequens iudicium, ac sententia subsequuta fuit ipso iure nulla, vti lata contrà indefensos, *l. cum & minores. C. si aduersus rem iudic. l. contra pupillum, ff. de re iudic. l. generaliter, ff. de administr. Tutor. Rimin. Iun. cons. 233. num. 114. lib. 3. Ruin. cons. 36. num. 4. vol. 1. Roland. cons. 63. num 33. & cons. 85. num. 25. & seq. lib. 2. Rota dec. 557. num. 5. par. 1. recent. Gregor. decis. 485.* & latè *coram Reuerendiss. D. meo Decano in Romana Domus de Olfis 28. Octobris 1613.* Vltra quod nec iste ass. Tutor, siue Curator fuit ci-
19 tatus ad sententiam, ex qua nullitas † oritur insanabilis, vt firmat *Rota apud Post. dec. 282. nu. 9. & in recent. par. dec. 340.*

Ex quibus cum euidenter constet de nullitate sententiæ A. C. ob non legitimam citationem Marcelli tam nomine proprio, quam procuratorio fratrum, ex quo neutro nomine Marcellus poterat stare in iudicio absque legitimo Curatore, nec pariter Bernabei, consequenter eædem nullitates influunt in sententiam D. Cecchini, qui confirmando prædictam sententiam A. C. euidenter nullam, Archangelis coram eo de dictis nullitatibus semper in specie opponentibus, vt in regestro coram D. Cecchino fol. 332. 337. 379.
20 non solum idem Iudex nulliter processit, † sed etiam iniuste, *Cæsar. de Grass. dec. 9. de causa possessionis, & proprietatis, & dec. 11. de senten. & re iudic. Rot. dec. 486. num 9. par. 2. recent.* vbi quod
21 Iudex confirmans † sententiam nullam, si coram eo fuit oppositum de nullitate facit etiam iniustitiam, *& dec. 129. n. 8. & dec. 346. nu. 4. eadem part. 1. recent. Gregor. dec. 555. num. 5. & 6.* Et id totum bene exitus probauit, stante sententia D. de Rosis reuocatoria dd. sententiarum.

Ex quibus Domini dixerunt sententias prædictas esse nullas etiam ad effectum manutentionis. Vtraque parte sæpius informante.

R. P. D. PIROVANO.

Sacræ Rotæ Decano.

Meleuitana Commendæ de Mazzara.

Veneris 9. Decembris 1639.

ARGVMENTVM.

Subrogatus in iuribus defuncti, eiusque vigore faciens se ad causam cum clausula, *parito*, commissam admittere tenetur ad restitutionem fructuum etiam, quod illos non perceperit, et quod in sua subrogatione adsit clausula, siue quouis modo vacauerit beneficium, dummodò de alia vacatione non doceatur; Insuper traditur differentia, quando quis non per viam subrogationis sed impugnatiuè venit ad iura vtriusque collitigantis.

SVMMARIVM.

1 *Interesse ad effectum obtinendi audientiam sufficit aliqualiter iustificare reseruata pleniori probatione in diffinitiua obtinenda.*

2 *Clausula* parito, *suspendit ante paritionem omnem Iurisdictionem aduersus quemcumque ad causam venientem.*

Clau-

Clausula, parito, *importat restitutionem fructuum, & expensarum, num.2.*

3 *Subrogatus in iuribus defuncti quoad ius, & litem dicitur successor illius.*

4 *Subrogatus in iuribus defuncti, contrà quem fuerat obtenta clausula*, parito, *non potest euitare restitutionem fructuum, etiam quod illos non perceperit, & num.6.& seqq.*

5 *Commissio sine citatione ad dicendum contra non tribuit iurisdictionem, & habetur perindè, ac si obtenta non fuisset.*

Commissionem obtinens si ad dicendum contra non citauit, potest, & non vti, num. 5.

6 *Admissus ad causam per rem iudicatam terminatam & indè per appellationem, cum clausula*, parito, *commissam.*

Effectum dictæ clausulæ nullo modo potest euitare ibidem, & num.seqq.

7 *Veniens ad causam commissam cum clausula*, parito, *si venit ex proprio iure non tenetur ad restitutionem fructuum, & expensarum.*

8 *Tertius comparens ad exclusionem vtriusque collitigantis impugnando iura vtriusque, non afficitur sententijs inter ipsos latis.*

Secus verò si simpliciter se fecit ad causam admittere quia tunc intelligitur in statu, & terminis, num. 9. & 10.

9 *Subrogatus in locum alicuius, dicitur successor illius.*

10 *Admissio ad causam simpliciter facta semper intelligitur in statu, & terminis.*

11 *Subrogatus in iuribus defuncti cum clausula*, siue quouis modo beneficium vacauerit, *potest se tueri etiam ex nouo iure, quam ex obitu defuncti.*

12 *Intellige si doceatur de alia, & diuersa vacatione ab ea, quæ contigit per obitum defuncti, alias secus.*

DECISIO CLXXXI.

DVo fuerunt proposita discutienda, An constet de interesse Equitis Brancifortis, vt indè sit audiendus, et eo casu, An obstet illi clausula, *parito*, apposita in rescripto appellationis, et seu restitutionis in integrum aduersus rem iudicatam per Equitem Grimaldum præsentatum.

Quoad primam partem dictum fuit constare de interesse de quo sufficit apparenter docere ad
1 hunc effectum reseruata † pleniori probatione in diffinitiua obtinenda, *Bart.in l.à Diuo Pio, §. si super rebus n.3.ff.de re iudic. Felin. in cap. cum super n.16.eod.tit.& in cap.veniens il secondo n.13.de testibus, Rot.dec.11.de iudic. in antiq.*et idem fuit firmatum in hac causa quoad Commendatorem Saracenum 20. *Iunij 1636. coram bonæ mem. Motmanno.*

De interesse autem supradicti Equitis Bracifortis videbatur sufficienter constare ex illius prouisione, et literis in actis productis, nec referre videtur, quod hodie non sit agendum de vacatione per obitum Grimaldi, dum adhuc eo viuente determinatum fuerit per sententias Rotales, & rem iudicatam, eumdem nullum ius habere, quia renouata instantia per Grimaldum super restitutione in integrum de iuribus Brancifortis subrogati in locum Grimaldi plenius erit cognoscendum.

Ad secundam partem fuit responsum, obstare eidem Equiti Branciforti clausulam, *parito*, quoniam ante paritionem in restituendo possessionem, fructus, & expensas suspendit iurisdictionem aduersus quemcumque ad causam venien-
2 tem † propter implicitam conditionem, *cap.cum dilecta de rescript.Put. dec. 283. lib. 2. Compostellana Parochialis 16.Decembris 1596 coram Orano*, relata per extensum per *Marches de commiss.par.1.fol.4?? & dec.36.num.2.coram Papa Gregor.XV.& 68.n.2. par.1.recent.*Vndè cum hodie Brancifortes in suis literis magistralibus fuerit subrogatus in iuribus Bailiui Grimaldis defuncti quoad ius, & litem,
3 & dicatur † successor illius, *Caputaq.dec.227.nu.1. par.3.& 870.par.4.recent.* & vigore dictæ subrogationis fecerit se admitti ad causam contra Cacciam, ad cuius fauorem fuit in rescripto apposita clausula, *parito*, non potest euitare onus pa-
4 rendi † integraliter, etiam quod fructus non perceperit, vt in eadem *decisione 68.& 47.nu.17. inter impressas D. Decani* fuit firmatum.

Neque dicatur, quod prædicta clausula, *parito*, fuit apposita in commissione Grimaldi, quæ cum non fuerit effecta communis ob defectum
5 citationis ad dicendum contra, Perindè habeatur, ac si non esset in rerum natura, nec tribuat iurisdictionem, cum obtinens possit ea non vti, vt in *dec.169.inter impressas D. mei Decani, & coram me in Romana Pecuniaria de Guicciardinis 19. Nouembris* 1610.

Quia aut Brancifortes vult admitti ad causam, & absque noua commissione, Grimaldi nulla lis reperitur quam possit pro suo interesse prosequi contra Cacciam habentem sententias, & rem iudicatam iam executione demandatam;
6 Aut vult adhærere commissioni Grimaldi, † & tunc semper illi obstat clausula, *parito*, et hæc distinctio fuit admissa in supradicta, *Compostellana Parochialis num.1.*

Non obstat, quod Brancifortes veniat ad causam vti tertius ex proprio iure, et independenter à collitigantibus ex magistrali prouisione, et clausula, *Non tantummodo prædicto scilicet, per obitum Grimaldi, sed & quouis alio modo*, itaut dum impugnatiuè, et tanquam in prima venit ad pa-
7 ritionem per † dimissionem possessionis, fructuumque restitutionem, et expensarum non teneatur, *Couar.pract.quæstion. cap. 13. Seraph. decis. 906.num.1.705.par. 1. recent.* et plenius comprobatur *in Toletana Decimarum coram bonæ memoriæ Cardin.Hieronymo Pamphilio* relata per extensum per *Marches.de Commiss.parte prima fol.679.*

Quia ex facti diuersitate cessant opposita, nam Brancifortes non obtinuit rescriptum commissionis contra Grimaldum, et Cacciam collitigantes, impugnando iura vtriusque, prout erat necessarium, † vt indè sententiæ illum non afficerent secundum veriorem, de qua per *Put. decis. 71.lib.3.*receptam *in causa Montis Regalis Iurisdictionis 10.Iunij 1602.coram bon mem. Card. Millino*, quæ legitur apud *Marches.de Commiss.par.2.fol.265.* sed ad causam restitutionis in integrum iam per Grimaldum commissam obtinuit per rescriptum admit-

admitti, et non simpliciter, sed cum clausula, *constito de interesse*, pro cuius iustificatione produxit suam prouisionem per obitum Grimaldi, & cum subrogatione in iuribus eiusdem quoad ius, et litem, vndè ex ipsa iudicij subordinatione non potest impugnare sententias, et rem iudicatam ante paritionem, ex quo venit vtendo iuribus Grimaldi, non proprijs ad impugnandam rem iudicatam, aque ita adhærendo, et per con-
9 sequens in statu, et terminis, † cum dicatur successor Grimaldi per subrogationem, *Caputaq. dec. 227. par. 3.* et simplex admissio ad causam semper
10 intelligitur in statu, † et terminus, nisi aliud exprimatur, *Put dec. 71. n. 1. & 343. num. 3. par. 3. & 441. num. 3. par. 4. diuers.* vt propterea facilè euitentur rationes, *Couarr. & Toletan. Decimarum suprà alleg.* dum loquuntur de Tertio comparente ad exclusionem vtriusque collitigantis ex proprio iure, et persona, non autem ex iure alterius eorum, et prout in hac eadem causa venit Eques Saracenus qui commisit causam coram D. meo Ghisilerio, excludendo Equitem Ceccìam, vti in Lingua smutitum in antianitate ei inferiorem, et Grimaldum nulliter, et iniustè Commendam de Mazzara possidentem, cui admissio ad causam non potest opponi de clausula, *parito*, sed quidem Branciforti adhærenti iuribus Grimaldi in iudicio restitutionis in integrum ante paritionem, qui repellendus est per supradicta.

Nec mouit Dominos clausula apposita in literis Magni Magistri, siuè quouis modo vacaue-
11 rit Commenda de Mazzara, † quasi ex nouo iure creato ex diuerso modo vacandi, quam per obitum Grimaldi possit se tueri secundum rationes decisionis *primæ de rescript. in nou.*

Quia cum non allegetur, nec ad speciem deducatur alia, et diuersa vacatio ab ea, quæ contigit per obitum Grimaldi in cuius iuribus, et
12 lite fuit Brancifortes subrogatus † clausula prædicta interim nihil operatur ad euitandam paritionem in conditione Rescripti positam, *Seraphin. decis. 1309. num. 3. & in Clusina Prioratus 15. Februarij 1591. coram Orano,* quæ etiam euitari non posset ex possibilitate noui iuris creati producendi, cum interim circumscripto iure Grimaldi, de nullo interesse Brancifortis constare dicatur, et ab audientia esset repellendus.

Et ita, etc.

Vide suprà in præcedenti parte 7. recent. decis. 116. vbi cumulaui plures decisiones in hac causa factas.

DECISIO CLXXXII.

R. P. D. BICHIO.

Regieñ Beneficij.

Veneris 9. Decembris 1639.

Est impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 13.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Romana Hæreditatis de Zimenes.

Lunæ 22. Decembris 1639.

ARGVMENTVM.

Filia per statutum exclusa ab hæreditate parentum, si ab illis fuerit concedenter dotata, vel frater sit paratus eam dotare, si pater eam æqualiter cum alis masculis hæredem instituat, censetur habilitata, non solum ad hæreditatem patris, sed matris etiam dummodò frater sub prætextu æqualis institutionis in bonis patris eidem dotem assignare recuset.

SVMMARIVM.

1 *Filij tam masculi, quam fœminæ de iure communi succedunt in hæreditate ascendentium ab intestato defunctorum.*

2 *Statutum Vrbis de successione ab intestato* cap. 145. lib. 1. *excludit fœminas ab hæreditate ascendentium non tamen simpliciter, sed in certis tantum casibus in eodem statuto expressis ibidem.*

Statuti requisita probari debent ab eo qui in statuto se fundat n. 2.

3 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 145. *excludens filias à successione parentum ab intestato decedentium, non habet locum in illis cum testamento defunctis.*

Verba Statuti, cui non conueniunt, nec illius dispositio conuenire potest num. 3.

4 *Filia hæres à Patre instituta dicitur virtualiter dotata.*

5 *Dotis debitum pro ea rata pro qua filia instituitur hæres dicitur extinctum.*

6 *Pater fœminas cum masculis instituens dicitur voluisse à statutu fœminarum exclusiue recedere.*

7 *Statutum excludens filiam dotatam non comprehendit filiam mediante successione dotatam.*

8 *Verba*, idem iuris, *denotant iuris identitatem, quamuis facti diuersitatem.*

9 *Fœmina ab Aua, vel Patruo dotata perindè est, ac si fuerit à patre, vel fratre dotata.*

10 *Dos data fœminæ ab Auo, vel Patruo licet importet donationem Patris, vel fratris, non tamen importat ab illorum hæreditate exclusionem.*

Si à Patre, vel fratre fuerit filia hæres instituta ibidem.

11 *Dictio*, alioquin, *in statuto apposita dispositionem resoluit si omnes qualitates in statuto enumeratæ non concurrunt, & num. seq.*

12 *Statutum si mandat filiam à Patre, vel fratre non succedere non procedit vbi filia mediantibus alijs personis fuerit dotata.*

13 *Dictio*, prædicti, *de sui natura non refertur, nisi ad personas nominatas.*

14 *Frater dicitur non fuisse paratus dotare sororem, si contradixit sub prætextu, quod illa haberet aliundè.*

15 *Oblatio facta per fratrem de dotandn sorore, si fuit facta de re propria ipsius sororis puta de parte successionis sibi obuente, non operatur illius exclusionem.*

16 *Relatiuum, quæ refert dispositionem ad personas supranominatas cum omnibus suis qualitatibus.*

17 *Statutum excludens fœminas sub duplici qualitate non sibi locum vendicat si vna tantum qualitas concurrat.*

18 *Dilectio fit ad proximè præcedentia, non ad remota.*

19 *Statutum dispones continuato sermone, & verbis relatiuis vtens eodem iure quoad omnes illius partes determinari debet.*

20 *Statutum excludens filiam ab hæreditate matris si illa fuerit à patre dotata; fortius procedit si Pater filiam hæredem instituat.*

Verisimilitudo attenditur in statutis num. 20.

21 *Verisimilitudo attenditur in statutis, si sunt fauorabilia, vel constat de mente statuentium.*

22 *Quod secus est in statuto iuris communis correctorio, & apparet de contraria mente statuentium.*

23 *Exclusio filiæ ab hæreditate matris pendere non debet à patris arbitrio.*

24 *Ius commune alias à statuto correctum in materia successionis fœminarum in aliquo casu non reperiatur, per statutum immutatum, concedit fœminis facultatem succedenti vno cum masculis.*

25 *Statutum exclusiuum fœminarum, & si fauore agnationis dicatur conditum, non per hoc trahi debet ad casus non expressos.*

Sed intelligi debet secundum casus specificatos, & quos propria verborum significatio comprehendit.

DECISIO CLXXXIII.

SEntentiam Rotalem, * qua fuit pronunciatum D. Iuliæ Zimenes deberi portionem hæreditatis quondam Margaritæ matris, ab intestato defunctæ, ac Dominum Thimothæum illius germanum fratrem, teneri ad restitutionem fructuum ex eadem portione perceptorum, vti validam, & iustam, dixerunt DD. esse confirmandam, cum validitas illius non controuertatur, & iustitia liqueat ex euidenti iuris dispo-
1 sitione, quę indistinctè liberos, tam masculos, quam fœminas, ad successionem parentum ab intestato decedentium, æqualiter admittit, *§. Cęterum instit. de legit. agnat. success. l. maximum vitium, C. de lib. præter l. penult. C. de legit. hær. auth. in successionem, C. de suis, & legit. §. Si verò, vers. Nullam auth. de hæred. ab intest. venien.*

Non obstat *Statutum Vrbis de success. ab intest. capit. 145. lib. 1. in fin.* excludens fœminas à successione matris, vel auię per hæc verba. *Quæ filiæ; vel neptes, ab vna ex prædictis personis dotatæ, vel si vna ex prædictis personis sit parata eas dotare, in casibus supradictis, nec matri, nec auiæ ab intestato*
2 *succedant*. Quia cum † dictum statutum fœminas à successione matris, vel auiæ non excludat simpliciter, sed in certis casibus in eodem statuto expressis, onus probandi requisita statuti incumbit ei qui in eodem statuto se fundat, *l. Diuus ff. de milit. testam. Bart. ibid. n. 1. Bald. in l. si quis non dicam, C. de Epis. & Cleric. Clem. fin. vbi glos. & DD. de rescript. Corn. cons. 144. sub num. 2. vers. & qui se fundat in statuto lib. 1.*

In proposito autem dictus Thimothæus, qui prætendit excludere dictam Iuliã sororem à successione communis matris, vigore dicti statuti, non probat casum, de quo agitur, esse comprehensum in dicto statuto. Pro cuius intellectu ponderabant DD. illud tres præcipuas, quamuis inter se connexas, habere partes.

Quartum prima continet casum, in quo pater, vel auus decessit intestatus, relictis filiabus, vna vel pluribus, maritatis, ac dotatis, & in isto casu, statutum excludit filias à successione patris, earumque dotibus vult esse contentas.

Secundò verò, ibi: *idem iuris esse volumus, &c.* continet casum, in quo pater, vel auus decessit, relictis filiabus, vel neptibus, non maritatis, nec dotatis, quibus, nimirum, idem pater, vel auus dotem in vltima voluntate non constituit, & in isto casu statutum illas pariter excludit à successione patris, vel aui, dummodo frater germanus, vel patruus sit paratus eas cum effectu dotare, alioquin illas vna cum masculis, iuxtà iuris communis dispositionem, ad successionem admittit.

Tertia denique, ibi, *Quæ filiæ, vel neptes &c.* tanquam relatiua, & consecutiua ad filias, vel neptes habentes qualitates in prima, vel secunda parte eiusdem statuti requisitas, dotatas, nimirum, ab auo, vel patre, vel quas frater, vel patruus, paratus esset cum effectu dotare, & consequenter exclusas in dictis casibus à successione patris, vel aui, continet exclusionem earumdem fœminarum in eisdem casibus, etiam à successione matris, vel auiæ.

Quibus ità præmissis, dicebant DD. Iuliam in dictis casibus, vel eorum altero non esse exclusam, vigore dicti statuti à successione matris.

Non quidem in primo, quia pater ipsius Iuliæ non decessit intestata, sed cum Testamento, nec decessit relicta dicta Iulia, & alijs filiabus
3 maritatis, & dotatis, sed innuptis, & indotatis, vnde tantum abest quod versemur in casu statuti, quinimmò illi contrario, & sic cum non conueniant verba statuti, minus conuenire potest illius dispositio, *l. 1. §. loquitur, ff. de aqu. quotid. & æstiu. Gratian. discept. 930. n. 10. Rota dec. 697. num. 6. par. 1. recent.*

Nou etiam in secundo, quia non apparet patrem, vel Auum dictæ Iuliæ dotem illi in vltima voluntate constituisse, nec minus Thimothæum fratrem, vel patruum, eam cum effectu dotare voluisse.

4 Non obstat, quod † Iulia fuurit instituta hæres in Testamento patris, & sic dicatur virtualiter dotata à patre in vltima voluntate, vel per viam compensationis, adnotata *per Castren. in l. si cum dotem 23. §. si pater num. 2. circa med. ff. solut. matr. & in l. pater filiam 14. num. 3. col. 2. post vers. quod non videtur, Alexandr. ibidem numer. 4. vers. sed videtur, ff. ad l. falcid.* vel per viam imaginariæ solutionis, quasi debitum dotis, per
5 viam confusionis † extinguatur, pro ea rata, in qua

qua pater filiam hæredem instituit, *iuxt. doctr. Bart. in l. peculim, ff. de pecul. & in l. si ei cui, §. si is cui, ff. de euict. cum alijs congestis per Giouagn. cons. 73. num. 18. lib. 1.*

Quia dicta institutio, esto, quod operetur extinctionem iuris, quod haberet d. Iulia pro consequenda dote in bonis patris, ad hoc, vt vltra portionem hæreditatis sibi obuentæ ex paterno Testamento, nil aliud occasione dotis, in eisdem bonis consequi posset, non tamen operatur dotationem, cum qualitate exclusionis à statuto requisitam, cum tali exclusioni repugnet voluntas eiusdem patris, qui dictam Iuliam hæredem æqualiter cum fratribus instituens, non videtur eam agnouisse vti talem, cui dos deberetur, & per consequens, vti exclusam per statutum ab illius successione, cum repugnet, vno, eodemque tempore filiam esse hæredem patris, & à paterna hæreditate exclusam, sed potius videtur, recedenedo à disposione statuti, illam, median-
6 te dicta vniuersali institutione, ad suam successionem vocare voluisse, *Becc. consil. 107. num. 20. lib. 1. Merlin. de legit. lib. 1. quæst. 6. tit. 4. num. 17. & 19. & dixit Rot. decis. 408. num. 3. vers. testator enim par. 2. recent.* statutum autem excludens filiam dotatam, non verificatur in filia dotata cũ
7 qualitate successionis, *Surd. consil. 457. sub n. 47. versic. ad argumentum, & num. 48. vsque ad versic. respondeo 2 lib. 4.*

Quod autem dotatio filiæ à statuto requisita, habeat etiam qualitatem exclusionis à patre, clarè deducitur, tam ex prima parte, quæ disponens de filiabus maritatis, & dotatis, apertè illas excludit à successione patris, ibi, *in nihilo succedant patri*, quam etiam ex altera parte, quæ loquens de filiabus, vel neptibus, quibus pater, vel auus dotem in vltima voluntate non constituit, quas tamen frater germanus, vel patruus est paratus cum effectu dotare, idem disposuit, ibi, *& idem iuris esse volumus de filiabus, vel nepti-*
8 *bus non maritatis, nec dotatis, &c.* & sic eas quoque à successione patris excludere voluit cum verba (idem iuris) denotent identitatem iuris, quamuis facti diuersitatem, *l. idem est, ff. si ager. vestigal. Glossat. antiq. super regul. Cancell. quæst. 33. post princ. vers. & ponderandum est.*

Neque ebstare dixerunt DD. quod Thimothæus senior, frater Consobrinus patris d. Iuliæ, reliquerit in suo testamento eidem Iuliæ scut. 3. mil. pro dote, vnde inferebatur, legatum d. dotis relictum fuisse d. Iuliæ, contemplatione sui
9 patris, & consequenter perindè haberi, ac si pater ipse dotasset, † prout in similibus terminis dotis relictæ à patruo filiæ fratris dixerunt *Castren. consil. 96. num. 2. vers. de altera verò par. 2. Alex. consil. 179. num. 1. & seqq. & num. 13. vers. hinc etiam consulendo, vol. 5. Ruin. consil. 196. n. 5. in fine vers. vel secundo vol. 2. Soccin. iunior. cons. 33. num. 2. Alciat. consil. 46. num. 1. vers. sed tamen lib. 8.* Quia etiamsi dictum legatum dotis factum Iuliæ à Consobrino patris, operari posset dotationem, quam Pater ipse fecisset in Testamento, non tamen operari posset exclusionem eiusdem Iuliæ à
10 portione hæreditatis paternæ, † in qua pater voluit eam cum alijs filijs æqualiter succedere, cum statutum sibi locum non vendicet, cessante qualitate exclusionis à successione in bonis patris, ex vi dictæ Dictionis, alioquin, ibi, *Alioquin succedant dictæ mulieres vna cum masculis, prout iura*
11 *disponunt*, quæ resoluit † dispositionem, si omnes qualitates præcedentes, in casibus enumeratis non concurrant, vt in terminis statuti *Tiraq. de retract. lignag. §. 8. gloss. 6. nu. 1. & 2. Cened. pract. & Canon. quæst. sing. 3. num. 3. & 4. Barbos. Dictio 10. num. 2. in verbo alioquin.*

Prætereà fuit responsum, quod dictum statutum, postquam in prima, & secunda parte expressit certas personas ob quarum dotationem voluit filias dotatas excludere à bonis patris, subdidit prædicta verba, *Alioquin succedant dd. mulieres cum masculis, prout iura disponunt*, quæ
12 verba operantur, vt fęminæ non dicantur exclusæ, si fuerint dotatæ ab alijs personis in statuto non nominatis, vt fuit dictum *in Romana Vineæ de Corbinellis 25. Maij 1614. & 18. Martij 1619. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Eoque magis, cum in postrema parte statuti exclusiua fęminarum à successione matris, & Auiæ, addita fuerit dictio, *prædictis*, ibi, *Quæ filiæ, vel neptes ab vna ex prædictis personis dotatæ, vel si vna ex prædictis personis sit parata eas dotare.*
13 Quæ dictio † *prædictis* de sui natura, non nisi ad personas nominatas in eodem statuto, nõ autẽ ad alias, referri debet, *Gozzadin cõs. 29. n. 15. Ias. cõs. 15 num. 2. lib. 1. Rot. dec. 714. nu. 2. & 3. par. 1. & dec. 247. num. 25. par. 5. recent.* & fuit dictum *in decis. in ista causa factis 5. Martij, & 16 Nouembris 1636. coram bon. mem. Motmanno.*

Non denique DD. visum fuit dictam Iuliam versari in tertio casu statuti, in illius secunda parte comprehenso, in quo scilicet, filia indotata, excluditur à paterna hæreditate, quando frater germanus, vel patruus, est paratus cum effectu eam dotare. Quia omisso patruo, de quo non est quæstio, quoad Timothæum fratrem, tantum abest quod ille ostenderit se paratum d. Iuliam cum effectu dotare, quinimò ex iudicio
14 introducto in Rota coram † bon. mem. Motmanno, probatur ipsum, prætextu, quod Iulia posset, aliundè se dotare, dotem illi tradere recusasse vt constat ex decisione in d. causa emanata 28. *Iunij 1630. coram eadem Motmanno, quæ est decis. 398. par. 5. recent.*

Nec releuat asserta oblatio dotandi d. Iuliam nomine d. Thimothæi, iudicialiter facta, tum quia illa fuit verbalis, non autem realis, & cum effectu, prout requirit statutum, tum etiam, quia facta fuit à Procuratore non habente mandatum ad dotandum d. Iuliam iuxtà formam d. statuti, sed ad tradendum illi portionem hæreditati sibi obuentam ex æquali institutione patris, & sic dicta oblatio tanquam facta de re propria eius-
15 dem Iuliç, † non operatur exclusionem à successione patris, prout in terminis similis statuti voluerunt *Anchar. in cap. canonum statuta col. 49. in fin. vers. prosequor nunc num. 255. in fin. de constit. Dec. cons. 589. alias 588. num. 8. & 9. alij cumulati per Gratian. discep. 504. per tot.*

Firmato igitur dictam Iuliam non esse comprehensam in prima, & secunda parte dicti statuti

tuti, clarè sequitur eam non esse exclusam à suc-
cessione matris ab intestato, cum tertia pars
eiusdem statuti exclusiua fęminarum ab hæredi-
tate matris, ibi, *Quæ filiæ, vel neptes &c.* non
excludat filias simpliciter, nec filias solummodo
dotatas, vel quas frater germanus, aut patruus,
est paratus cum effectu dotare, sed filias dota-
tas, vel quas frater germanus, aut patruus est para-
tus dotare, & exclusas insimul à succesＳone pa-
tris.

Quod autem filia vigore dicti statuti in dicta
tertia parte, eatenus sit exclusa à successione ma-
tris ab intestato, quatenus scilicet sit dotata, &
exclusa respectiuè à successione patris, clarè de-
ducitur ex verbis eiusdem tertiæ partis, quæ sunt
relatiua ad filias nominatas, tam in prima parte
statuti, dotatas nimirum, & exclusas à succes-
sione patris, quam etiam in secunda parte eius-
dem statuti, eas scilicet, quæ per dotationem
factam à patre, vel auo in vltima eorum volun-
tate, vel oblationem dotandi factam à fratre,
vel patruo, non successerant patri, vt ibi. *Quæ*
16 *filiæ, vel neptes*, quod relatiuum, *quæ*, refert †
dispositionem ad filias in duabus prioribus par-
tibus statuti nominatas, cum omnibus suis qua-
litatibus *Surd. consil. 402. num. 1. in fin. & seqq.
& consil. 127. num. 47. Menoch. cons. 177. num. 22.*
& fuit dictum in dictis decisionibus factis in hac
causa coram bon. mem. Motmanno, adeout non
sufficiat filiam habere qualitatem dotationis, ni-
si quoque in ea concurrat qualitas exclusionis à
paterna successione, cum statutum excludens fę-
17 minas sub duplici qualitate, † sibi locum non
vendicet, si vna tantum qualitas concurrat,
*Natt. de statut. quod stan. masc. quæst. 2. nu. 9. Brun.
in eod. tractat. art. 6. princ. num. 321. Surd. cons. 45.
num. 31. & seqq.*

Nec dicatur, quod dicta verba. *Quæ filiæ, vel
neptes &c.* sint referenda ad secundam partem
statuti proximè præcedentem, ibi. *Et idem iuris
esse volumus &c.* non autem ad primam quoque
partem, exclusiuam fęminarum dotatarum à
successione patris, ex regula quod relatio fit ad
18 † proximè præcedentia, non autem ad remota,
*gloss. in l. 1. ff. delegat. præstan. Bart. Castr. & alij in
l. hæredes, palam §. sed si notum, ff. de testam. Rot.
decis. 33. num. 3. coram Gregor. XV.* tum quia di-
ctum statutum disponit continuato sermone, &
19 vtitur verbis illis † *in casibus supradictis*, quæ vti
indefinitè prolata, ad omnes casus statuti referri
ri debent, & sic etiam ad casum primæ partis,
in quo filiæ dotatæ à patre, vel ab auo viuenti-
bus, à paterna successione excluduntur, vt in
his terminis ponderauit *Rota decis. 405. sub n. 18.
vers. hęc enim distinctio par. 5. recent.* Tum etiam
quia dicta vltima pars statuti, exclusiua ab hæ-
reditate matris, disponit non solum de filiabus
indotatis, quas frater germanus, vel patruus
sunt parati cum effectu dotare, comprehensis in
dicta secunda parte statuti. Verum etiam de fi-
liabus dotatis, comprehensis in prima, vt ibi,
ab vna ex prædictis personis dotatæ, ex quibus aper-
tè colligitur, statuentes in vltima parte dicti sta-
tuti, non solùm ad secundam partem, ibi, *idem
iuris &c.* sed etiam ad primam partem se referre
voluisse, nam alias de filiabus tantum indotatis,
quas frater germanus, vel patruus, esset paratus
dotare, non autem etiam de filiabus dotatis
disposuisset.

Sed visa fuit cessare difficultas, quia etiamsi
ad secundam partem dumtaxat, vltima pars ex-
cludens ab hæreditate matris, vel Auiæ, esset re-
ferenda, adhuc verificari deberet, qualitas ex-
clusionis ab hæreditate patris, cum non tantum
primaj, verum etiam ista secunda pas dictam
qualitatem exquirat, dum voluit, idem iuris esse
20 de filiabus non maritatis, nec dotatis, dum-
modo frater germanus, seù patruus cum effectu
illas dotare, quod dispositum fuit in prima parte
de filiabus maritatis, & dotatis quæ expreȿsè re-
periuntur exclusæ à successione patris.

Nec dicatur quod statuentes, dum voluerunt
excludere filiam à successione matris, quando
illa fuit dotata à patre, tanto magis censeantur
eandem excludere voluisse, quando fuit hæres
instituta in Testamento patris, quasi voluntas
statuentium videatur pinguiùs adimpleta, vbi,
vt in proposito, pater filiam hæredem vna cum
fratribus instituit, quam si illi dotem titulo par-
ticulari reliquisset, cum in statutis verisimilitu-
do attendi soleat, *Ruin. consil. 43. num. 6. lib. 3.*
Quia obiectum procederet si versaremur in sta-
tuto fauorabili, & dicta verisimilis mens statuen-
21 tium † colligeretur ex ipso statuto, vel ex verbis
illius *Tob. Non. consil. 16. num. 15. vers. quia re-
sponderetur. Honded. consil. 1. num. 61. lib. 1.* Se-
cus verò dicendum est quando, prout hic statu-
22 tum est iuris communis Correctorium, † & ve-
risimilis mens ex illo non solum non colligi-
tur; Verum ex verbis contraria mens depromi-
tur. *Honded. dicto consil. 1. numer. 61. versic. hę
verò lib. 1.*

Neque obstat, quod in successione fęminarum
in bonis matris, non sit inspicienda voluntas pa-
tris, cum irrationabile videatur, quod successio
fęminarum ab intestato in hæreditate matris,
23 pendere debeat à voluntate † patris. Quia in
terminis statuti de quo agitur, non est pater qui
filiam admittit ad succedendum matri defunctæ
ab intestato; pater enim instituendo filias æqua-
liter cum fratribus, nihil disponit de hæreditate
matris, sed est ius commune, quod cum in casu
æqualis institutionis fęminarum cum masculis
facta à patre, non reperiatur correctum à statu-
to, tribuit filiabus, vna cum fratribus successio-
24 nem in bonis matris defunctæ ab intestato, *iuxta
§. si verò §. cæterum instit. de legit. agnat. success.
l. pe. versic. nullum auth. de hæred. ab intest. venien.
C. de legit. hæredit. l. maximum vitium, C. de
lib. præter.*

Denique non releuat, quod huiusmodi statu-
25 tum emanauerit fauore conseruandæ agnatio-
nis, quia non inde sequitur illius dispositionem
esse trahendam ad alios casus in eo formaliter
non expressos, sed est intelligenda in casibus in
eo specificatis, quos propria verborum significa-
tio comprehendit, *Soccin. iun. consil. 13. num. 15.
lib. 4. Rim. iun. consil. 110. numer. 65. lib. 1. Paris.
consil. 54. num. 39. lib. 2. Dec. consil. 451. num. 8. & 10.
Hond. d. cons. 1. num. 53. lib. 1. Surd. decis 9. num. 16.
vers.*

verſ. non etiam obſtat, & dixit Rota deciſ.388. n.29. & 30. par.5. recent.
Et ita vtraque, &c.

Vide in præcedenti par.7. recent. deciſ.110. quæ deciſio emanauit in eadem cauſa in altera inſtantia coram bon. mem. Motmanno, vbi in fine congeſſi alias deciſiones in hac eadem cauſa emanatas.

REVERENDISS. P. D. COCCINO

Sacræ Rotæ Decano.

Barchinoneñ Vicariæ S. Eulaliæ de Hoſpitaleto.

Lunæ 12. Decembris 1639.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum, & ſi informe dum fuit obſeruatum per 100. annos, & vltra non poteſt tamquam informe excludi. Concurſus non requiritur in Vicaria vnita, quãdo penès Vicarium reſidet exercitium curæ.

SVMMARIVM.

1 *Legalitas, & auctoritas ſcripturæ reſultat ab extractione facta ab Archiuio à Notario pro illius cuſtodia deputato.*
2 *Obſeruantia inſtrumenti vltra centum annos excludit obiectum quod inſtrumentum non ſit in forma probanti.*
3 *Obſeruantia operatur, vt ſcripturæ etiam informi detur fides.*
4 *Obſeruantia præſumitur ſubſecuta ex præambulo titulo.*
5 *Rector Parochianus, & Vicarius ſunt inter ſe ſynonima, & Vicarius etiam largo modo dicitur Parochianus, & Rector dum habet exercitium curæ animarum.*
6 *Concurſus non requiritur in conceſſione Vicariæ vnitę quando per vnionem non transfertur cura, ſed ſolum exercitium curæ, & num.8.*
7 *Obſeruantia vnionis declarat quid in illa actum fuerit.*
9 *Concurſus quando non debet fieri ſi factus ſit præſumitur factus per errorem non ex neceſſitate.*
10 *Veritas non recipit præiudicium ex actu alias facto, quam fieri debet.*

DECISIO CLXXXIV.

Propoſui dubium die 28 Nouembris præteriti, an Io. Petro eſſet danda remiſſoria, & DD ordinarunt, quod videretur de vnione quia ſi conſtabat de vnione, remiſſoria erat irreleuans, & ideò non concedenda, dubitaui ergò hodiè, an conſtaret de dicta vnione, & prædictam Vicariã eſſe adiudicandam Stephano.

Vnio enim probatur per ſcripturam factam de anno 1324. quæ continet Eccleſiam S. Eulalię, alias in Prouenzana, ſeù de Hoſpitaleto fuiſſe vnitam Pręcentoriæ Eccleſiæ Barchinonen. & ad ſunt in huiuſmodi vnionis conformitatem præſentationes, & effectuationes vltrà centum annos. De anno namque 1509. fuit reſignata d. Vicaria conſentiente Præcentore vti Patrono, & collata Gaſpari Oliuo, & de anno 1565. per obitum d. Gaſparis cum conſenſu eiuſdem Præcentoris fuit prouiſus Ioannes Carnicer, & iterum de eodem anno 1565. per reſignationem Carnicer, & de conſenſu eiuſdem Præcentoris fuit facta collatio Gaſpari Masferrer, & per obitum Gaſparis ad præſentationem Præcentoris prouiſus fuit Ioannes Caluo ex cuius perſona iterum inducta vacatione de anno 1596. ad præſentationem d. Præcentoris Ordinarius prouidit Iacobum Barteolã, qui de anno 1600, auctoritate Apoſtolica permutauit Vicariam prædictam cum Monſerrato præuia derogatione iuris præſentandi, & per obitum d. Monſerrati de anno 1636. fuit præſentatus Ioannes Manegat qui collationem obtinuit à Sede Apoſtolica, & de eius poſſeſſione ſatis conſtat ex concurſu facto de anno 1638. in quo hoc aſſeritur, vt patet ex prouiſione eiuſdemmet Ioannis Petri Prouiſi per eius obitum, ſicuti per eiuſdem Manegat obitum præſentatus fuit à Pręcentore Stephanus, qui fuit approbatus ab examinatoribus Vrbis, & obtinuit prouiſionem Apoſtolicam tanquam de Vicaria vnita Præcentoriæ ex ſupradictis.

Non obſtat, quod dicatur Inſtrumentum publicum probans d. vnionem non eſſe in forma probanti, quia vltrà dictæ ſcripturę auctoritatem, & legalitatem reſultantem ab eo, quod extracta
1 fuit ab Archiuio † Capitulari per Notarium deputatum ad cuſtodiendum ſcripturas eiuſdem Archiuij, *Rot. in Burgen. Quindenniorum 8. Martij coram bon. mem. Litta*, ceſſat omne obiectum ex
2 obſeruantia† vltra centum annos ſequuta, vt conſtat ex dd. præſentationibus effectuatis *iuxt. conſ. Oldrad.* 229. & latè *ſan. mem. Gregor. deciſ.215.n.1.*
3 quæ obſeruantia operatur, quod † etiam ſcripturæ informi detur fides, *Cin. inter conſ. Bald. conſ.400. num. 5. lib.4. Bald. conſ.46. in fin. Aym. conſ.101. n.4. & eſt deciſ. mea impreſſa* 128. *num.* 7. *&* 258. *in fin.*
4 *in qua deciſ.128. num. 8.* † dicitur quod obſeruantia præſumitur ſubſecuta ex præambulo titulo *iuxt. conſil. Aym.* 10. *n.9. et conſ.118. n.2.* cum alijs ibidem allegatis.

Nec prædicta eliduntur ex eo, quod aliquando fuerit facta prouiſio huius Eccleſię ſub nomine Rectoris Parochiani, & Vicarij, quia hæc ſunt in-
5 ter ſe ſynonima, & Vicarius etiam largo modo dicitur Parochianus, & Rector, dum habet exercitium Curæ animarum *Rota deciſ.37. num. 9. par. 4. recent. & deciſ.887. num. 7. coram bon. mem. Buratto.*

Quod verò d. Vicaria ſit adiudicanda Stephano dicebant Domini ex eo, quod conſtat de illius Clericatu per litteras patentes, & de idoneitate per relationem examinatorum Vrbis necnon de valore annuorum ducatorum 190. ex conſimili expreſſione facta in ſupplicatione Petri Gra collitigantis, & in duabus prouiſionibus Apoſtolicis, videlicet d. Manegat vltimi poſſeſſoris, & Monſerrati eius prædeceſſoris ſicuti, & beneficium grauatum eſſe penſione annua librarum 50. conſtat ex confeſſione facta per Petrum Gra in ſua ſupplicatione, & in prouiſione d. Manegat,
6 & quia non fuit opus facere concurſum dum verſamur

samur in Vicaria, vt dixi vnita, & per cuius vnionem non fuit translata Cura, sed solum exercitiũ curæ vt patet, ex quo in vnione ius præsentandi fuit reseruatum Præcentori, & obseruantia sub-
7 sequta † hoc idem declarauit, & considerauit super hac eadem vnione *Rot. in decis. 214. nu. 6. coram bon. mem. Buratto*, & respectu alterius Ecclesiæ in eadem vnione comprænhensæ fuit dictum in *Barchinonen. Vicariæ S. Baudilij 17. Martij 1624. coram R. P. D. Merlino*. Propterea inquam non fuit
8 opus concursu, quia hoc non requiritur † iuxta dispositionem *Concilij Tridentini*, *neque ex Bulla san. memor. Pij V. §. Volumus, Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 289. & 291.* sed sufficit in hoc casu, quod Vicarius præsentetur coram Episcopo, qui præuio examine illum approbet, vt in *d. decis. bon. mem. Buratt. 214. nu. 1. & 923. n. 2. Rot. dec. 710. nu. 6. par. 2. in recent. Caual. decis. 595. n. 5.* & latè deducitur *in d Barchionen. Sancti Baudilij coram R. P. D. meo Merlino*.

Neque refert, quod in vacatione anni 1575. & 1596. Episcopus publicauerit edicta, & fecerit concursum, & posteà Præcentor præsentauerit approbatum in concursu, quia concursus non debuerit fieri in prædictis, & si fuit factus cense-
9 tur potius factus per † errorem, quam ex necessitate *Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 31. num. 15.* Veri-
10 tati enim rei præiudicari non potest † aliter faciendo, quam fieri debet *iuxta not. per Crescent. in dec. 4. in fin. de priuileg.*

Et ità conclusum vtraque parte informante &c.

Infrà in eadem causa habetur infra altera decisio sub die 2. Martij 1640. coram bon. memor. Coccino.

REVERENDISS. D. PIROVANO.

Sacræ Rotæ Decano.

Illerdeñ Decimarum.

Veneris 16. Decembris 1639.

ARGVMENTVM.

De sola litis contestatione agitur in præsenti decisione, quod cum scilicet illa sine animo non inducatur, an ex responsione rei dicatur non solum inducta super actione ab actore in iudicium proposita, verum etiam super exceptione eiusdem rei.

SVMMARIVM.

1 *Litis contestatio nunquam censetur inducta deficiente animo vbi verba non sunt apta ad illius illationem.*
2 *Lis ab auctore introducta contestari potest, & contestata dicitur ex responsione rei conuenti*
3 *Verba, & eo nomine, dicuntur habere naturam relationis.*
4 *Facultas generalis alicui competere quoad illum, qui tantum particularem habet.*
5 *Producens processum dicitur facere omnia acta sua. Rem iudicatam solo verbo euitare voluisse dicitur, qui acta prioris instantiæ reproduxit nu. 5.*
6 *Verba, in præmissis, & verba, dictum ius, non patitur extensionem vltra narrata.*
7 *Sententia plus tribuere voluisse creditur, quam fuerit petitum.*
8 *Responsio rei conuenti operatur solum contestationem, quoad actorem, si per illum non fuit impugnata.*
9 *Reus veniens ad iudicium excipiendo contra prætensionem actoris non potest prætendere contestationem lites super actione contraria actioni per actorem intentatæ.*
10 *Excipere qui semel elegit interim agere non potest, & num. 11.*
11 *Actio in iudicium per modum exceptionis proposita non perpetuatur tanquam per modum exceptionis.*
Intellige nisi tendat ad eumdem finem, quo tendit exceptio, & cum ea se compatiatur ibidem.

DECISIO CLXXXV.

PRæsens causa ad punctum litis contestatæ restricta de anno 1631. * 23. Iunij ad fauorẽ Carlani fuit resoluta, nempè defectum ætatis testium non obstare, quippe qui de anno 1612. fuerunt recepti lite iã contestata de anno 1617. itaut in dispositione immemorabilis per quadraginta annos de visu poterant esse eius ætatis, vt per omnia requisita *glos. in cap. 1. de præscript. in 6.* concluderent immemorabilem, cum qua exinde recessum fuit à decisis fauore Capituli 15. Martij 1630. & 7. Februarij * 1631. Causa postmodum reproposita 18. Februarij anni currentis 1639. recessum fuit ab* vltimo loco decisis, supponendo litem super vniuersali decimatione fuisse contestatam de anno 1593. & seù 1594. de quo tempore excludebatur possibilis ætas Testium Carlani in conclusione quadragenariæ de visu, qua sublata per consequens corruebat probatio immemorabilis, in qua se fundat Carlanus. Hodiè parte instante, concessa noua audientia, quæ non ità de facili in hoc Sacro Tribunali solet denegari, quandoquidem veritas primo releuatur minus perfectè, posteà perfectius, visum fuit, recedendum esse ab vltimo loco decisis, & standum primo loco.

Quia nunquam fuit de intentione Capituli litem contestari super vniuersali iure decimandi contra Carlanum loci de Albeida, neque expressè, aut tacitè assentiri responsioni, aut nouæ petitioni eiusdem Carlani super huiusmodi litis
1 contestatione, quibus † cessantibus, quia deficit animus, & verba non sunt apta ad animi motum explicandum, nunquam potest inferri ad prætensam litis contestationem *cap. vnic. cum gloss. de lit. contest. Specul. eodem tit. num. 6. Rota in nou. decis. 2. eodem pariter tit. de lit. contest. Bald. in l. 1. num. 5. de lit. contest. Castr. cons. 401. nu. 2. par. 1. Ferrett. consil. 114. nu. 3. lib. 1.*

Non quidem ex petitione sub die 3. Iulij 1593. quia colligitur dumtaxat supplicatio contra Incolas, & habitatores loci de Albelda, vt cogantur, & compellantur ad denunciandum, & capibreuiandum Terras, & Domos franchitatem habentes

habentes, & non descriptas in libro manifesti, & confitendum se talis Terras habere, & per suas confrontationes designare, & ex consequenti decimam debentis Ecclesiæ Vincentij, quæ petitio in omnibus concordat cum arbitramentali sententia anni 1418. per Capitulum producta, & ab ipsis partibus in vim rei iudicatæ acceptata. Dempta noua prætensione de cogendo Incolas ad denunciandum, & describendum, vt fortè inferatur ad francas non descriptas, quæ petitio non pertinet ad prætensionem iuris vniuersalis decimandi, sed potius contrarium infert propter decimas non exemptas, & in narratiua exceptuatas.

Neque ex responsione Carlani sub die 28. Februarij 1594. talis consensus desumi potest, quia lis quidem super petitis per Capitulum potuit
2 contestari, † aut dici contestata ex responsione rei conuenti *l. rem non nouam §. Patroni C. de iudic. l. 2. §. 1. C. de iuram. calum. glos. & Bart. in l. 1. C. de lit. contest. Marian. Soc. in cap. vnic. num. 67. eod. tit. Corn. cons. 332. num. 1. vol. 1. Rota decis. 6. num. 2. de lit. contest. in nou.* sed huiusmodi lis non pertinet ad ius vniuersale decimandi, sed tantummodò respicit petita per Capitulum, nempè Capibreuiationem, denunciationem, & confessionem decimarum exemptarum, siue illæ sint descriptæ siue non.

Si verò è contra prætendatur litem esse contestatam super petitis per Carlanum in sua responsione, & ità ius vniuersale decimandi fuisse in petitione inclusum, visum fuit ponderatis omnibus partibus, & tenore responsionis litem non fuisse contestatam, neque per Carlanum potuisse contestari absque expresso, vel tacito assensu Capituli.

Nam Franciscus Gilabert in tenore responsionis primo narrat se Carlanum loci de Albelda, & ex suis legitimis titulis esse in possessione, vel quasi percipiendi decimas fructuum in termino de Albelda, & eo nomine esse generalem decimatorem, sicut, & illius Prædecessores in eadem scilicet possessione fuerunt, & omnimodam exclusionem prætensionum Prioris, & aliorum Clericorum. Hucusque narratiua prædicta non concludit ius vniuersale decimandi, quia assertiua, quod ipse sit generalis Decimator non est sim-
3 plex, sed ei anteponuntur verba, ibi, † *& eo nomine*, quæ naturam relationis continent, *l. Lucius ff. ad manicipalem. Rebuff. in l. Nominis 6. vers. eo nomine ff. de verb. signif.* Et postponuntur alia verba, ibi, *& in omnimodam exclusionem prætensionum Prioris, & aliorum Clericorum*, quæ nunquam fuerint de Decimis vniuersalibus, neque de non franchis, aut exemptis tanquam per sententiam arbitramentalem anni 1418. & per rem iudicatam à Patribus enunciatam, & acceptatam in sententia Ordinarij 1616. determinante, sed de Decimis, quæ non reperiebantur descriptæ in libro estimi, & de consuetudine franchæ, & exemptæ prætendebantur; Indè clarè colligitur sensus illorum verborum, quod ipse Carlanus sit generalis Decimator Domorum, & Terrarum loci de Albelda, exemptis, franchis, & seù exemptis, non autem iuris vniuersalis decimandi prætensor, quoniam legitimi tituli suprà relati deducebantur ex sententia arbitramentali diuidente, & separante decimas fœudales à decimis franchis, & ex longæua possessione Antecessorum, & ipsius Carlani, quorum titulorum nomine nuncupauit Carlanus se generalem Decimatorem, & prætensiones Prioris, & Clericorum omnimodè excludebantur, quæ non erant de iure vniuersali decimandi, sed de iustificandis ex consuetudine vltra descriptas in libris vti franchas, vt propterea non mirum si asseruit se generalem Decimatorem res-
4 pectiuè ad Capitulum, à quo † tantummodò exemptæ percipiebantur, conseraando terminum exclusiuum Capituli in reliquis per *cap. cum personæ de priuil. in 6. Caputaq. decis. 306. par. 1. et 491. par. 1. recent.* Neque dicatur Carlanum non adhæsisse sententiæ arbitramentali expresse, neque tacitè, dum voluit esse generalem Decimatorem, & excludere omnimodas Capituli prætensiones, quia reproduxit processum inchoatum per Capitulum, in quo sententia arbitramentalis contine-
5 batur, & reproducendo, † fecit omnia acta sua, vndè solo verbo voluit euitare rem iudicatam, nec potuit *l. idem C. de re iud. cap. 1. de lit. contest. in 6. Marian. Soc. in d. cap. 1. num. 16. de lit. contest.*

Successiuè non concludunt ius vniuersale decimandi sequentia verba responsionis, ibi, *quod Prior, & Clerici ausi sint prætendere in prædictis decimis ius habere, & in ius vocare singulares, & Vniuersitates loci de Albelda*, à quibus Gilabert decimas percipit, quæ nullatenus Capitulo debentur, nec ius aliquod ei competit, quia narratiua legitur cum dictione, *Prædictis, & cum effectu capibreuiandis*, quæ non conueniunt iuri vniuersali decimandi, sed diuisioni decimarum fœudalium, & exemptarum,

Denique verba petitionis subordinantur ad narratas decimas, primo vt cognoscatur de exceptionibus eidem Gilabert & seù Carlano competentibus. Secundo vt declaretur d. Communitati Clericorum in præmissis ius non competere. Tertio vt pronuncietur liberè pertinere, & spectare dictum ius percipiendi decimas ad d. Gilbert, quę omnia non capiunt ius vniuersale decimandi, tanquam ralatiua ad narratiuam, & restricta per verba, *dictum ius*, & per verba *in præ-*
6 *missis*, † quæ non permittunt regulariter extensionem, vltra narrata *Bald. cons. 138. num. 3. volum. 5. Card. cons. 59. num. 1. Put. decis. 512. num. 4. lib. 2. in correct. Crau. cons. 98. num. 8. Rol. cons. 34. numer. 30. vol. 4. Hond. cons. 49. num. 15. vol. 2.* Et cum eodem sensu, & intellectu est respicienda sententia Ordinarij 1616. quæ plus tribuere non voluit, quam
7 fuerit petitum, & † eo maximè petita restrictiuè sunt intelligenda, dum subordinantur pro responsione ad iactata per Capitulum, quæ aliud non continent, quam diuisionem, & distinctionem decimarum fœudalium, & exemptarum, quæ quidem responsio operatur litis contestationem super petitis per Capitulum, vt supra dictum
8 † fuit, non autem ex parte Carlani super fundamentum exceptionis, dum pro parte Capituli ex reuolutione actorum non fuit impugnata, aut negata responsio, *l. 1. C. de lit. contest. cap. 1. eodem tit. Rom. cons. 174. numer. 5. Castr. cons. 401. num. 2. lib. 1.*

Cæterum si verba responsionis, ac petitionis, & sen-

& sententię sub æquiuoco, aut dubio de comprehensione iuris vniuersalis decimationis possent interpretari, quod tamen contrarium visum fuit Dominis, non tamen potuisset Carlanus, Capitulo expresse, vel tacite assentiente, litem contestari, quia certum est, quod Carlanus venit ad iudicium excipiendo contrà prætensionem Capi-
9 tuli; † Vnde non potuit per incidentem quæstionem Vniuersalitatis decimandi cumulare nouam actionem contrariam actioni per Capitulum intentate super diuisione, & distinctione decimarũ fœudalium, & exemptarum propter præiudicialitatem respectiuè incidentis, & principalis actionis *Anchar. cons.146.num.3.* & semper obstat litis pendentia aduersus excipientem, contra quem vbi quis semel eligit excipere, interim non po-
10 test agere, † vt benè determinat *Bal. in cons.187. num.4. lib.1.* dicens legem alternatiuè loqui, aut excipiat, aut agat atque ita Carlano permissum erat, vel excipere contra Capitulum de non iure illius, vel agere pro iure vniuersali decimarum, sed vtrumque simul, & semel prosequi non potuit propter manifestam contrarietatem totius, & partis iuris decimandi in eadem persona Car-
11 lani, † & clarius hoc ipsum videtur sensisse *Bart. in l. omnes actiones ff. de reg. iur. & in l. sin autem §. fin. ff. de neg. gest.* dum quærit quid si per modum exceptionis actio est in iudicium proposita, an perpetuetur tanquam per modum exceptionis in illo iudicio inclusa, & negatiuè determinat; scilicet non includi, nisi tendat ad eundem finem cum actione, prout est compensatio, quæ se compatitur cum solutione ad extinctionem eius, quod debetur creditori, quod in præsenti non conuenit de exceptione partis ad inclusionem totius iuris decimandi. De assensu verò Prioris, & Capituli ex actis non colligitur, sed de manifesto dissensu, quia sepiùs citati, & per censuras communicati pro contestatione litis, & primo sub die 13. Iulij 1594. Procurator Capituli respondit non teneri, quia procedit summariè, & die 19. Ianuarij 1596. idem Procurator Capituli nihil respondit; ac demum die 1. Februarij eiusdẽ anni 1596. idem Procurator nomine Capituli nõ consensit in petitis per partem, sed postmodum per Capitulum in causa fuit processum ad positiones, & articulos, & examen testium, & sententiam, non determinata per Iudicem petitione Carlani super litis contestatione petita.

Ex quibus omnibus patet responsio ad fundamenta vltimæ decisionis, quæ cum posita sint in cortice generalitatis verborum responsionis Carlani, & sententiæ Ordinarij, & sensus eorumdem satis clarè ex supra dictis fuerit explicatus visum fuit non esse immorandum super vlteriori responsione.

Et ita &c.

☞ *Plures decisiones in hac causa emanatas, quæ supra citantur sub diebus 15. Martij 1630. 7. Februarij, & 23. Iunij 1635. ac sub die 18. Februarij anni proximè præteriti, vide supra in par.5. rec. vbi congessi ferè omnes decisiones in hac causa emanatas.*

REVERENDISS. P. D. PIRQVANO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana liberatione à molestijs.

Lunæ 19. Decembris 1639.

ARGVMENTVM.

Transactio inita cum obligatione de faciendo consentire omnem personam, & liberando alteram partem à molestijs operatur, vt illis venientibus transigens suam obligntionem adimplere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Transigentes non possunt plus in eo cum quibus transiguut transferre, quam ipsi habeant.*
2 *Clausulæ generales transactionis de liberando à molestijs, & faciendo consentire omnem personam.*
Compræhendunt omnes personas in transactione nominatas, & omnes molestias tam de iure, quam de facto, siue agendo, siue excipiendo.
3 *Transigentes tenentur personas cum quibus transigunt à molestijs liberare, siue directè, siue indirectè aut mediatè, vel immediatè contingant.*
Molestiæ cessionarijs prouentis semper à cedentibus prouenire dicuntur num. 3.
4 *Monitorij executio, etiam quod illud non fuerit reproductum benè probatur ex negatione facta per illum contra quem fuit executum.*
5 *Citatio ad dicendum contra iura etiam sola sufficit pro contestatione litis.*
6 *Hæres tenetur de euictione bonorum per suum auctorem vendita.*
Hæredi interest eum, qui à defuncto emit non molestari, ne ipse molestetur num 6.
7 *Verba contractus sunt strictè intelligenda.*
8 *Facultates A. C. Rotæ Auditori communicatæ, semper intrat, quoties agitur de contractu obligatione camerali vallato.*
Transactio cum obligatione camerali habet viam executiuam num. 8.

DECISIO CLXXXVI.

FLaminius Iugulus post acquisitionem Tenutæ Turris Lupariæ in Agro Nomentano in donatione facta Ignatio, & Ioanni Federico filijs, subiecit illam perpetuò fideicommisso, vocando post obitum filiorum prædictorum, & descendentium ab eis, filias fœminas proprias pro dimidia, & pro alia dimidia proximiores de Familia Iugula. Aperto postmodum fideicommisso per obitum Ignatij, hærede ab eodem instituto Ioanne Baptista Naldino, Lauinia filia, & Ioannes Baptista proximior, lite mota contrà hæredem transegerunt, receptis scutis 3300. cum amplissima cessione iurium fideicommissi ad fauorem hæredis competentium super credito Vrsinorum scutorum 13. mil. *promittentes cessionem fore bonam, & eam manutenere, & facere consentire omnes, & quascumque personas ius, & actionem habentes. Item litem non inferre, nec inferenti quomodolibet consentire;*

tire, seù adhærere, quinimò ab alijs mouendas in quocumque iudicio suscipere, & penitus, ac omninò defendere, & liberare. Cœtera verò iura fideicommissi cesserunt Ioanni Modesto, Carolo Romanino, & Plautillæ Thomasonæ, qui primo obtinuerunt ab A. C. relaxari mandatum contra bona hæreditaria Ignatij obligati pro inuestimento scutorum 12. mill. prouenientium ex pretio Tenutæ supradictæ, & idem mandatum per DD. fuit resolutum 28. Maij 1638. esse exequendum, non tamen super credito cesso scut. 13. mill. Cessionarij prædicti postmodum ommissa hac via, actionem direxerunt contra Illustris. Abbatem Perettum Tenutæ controuersæ possessorem, & fructuum census pro d. summa sc. 13. mill. Naldino debitorem, & intimatis eidem Naldino molestijs, quæsitum fuit, an constet de molestijs illatis Naldino per comprehensos in commissionibus, pro quibus veniat relaxandum mandatum, & affirmatiuè fuit resolutum.

Quoniam verba instrumenti obligant Transigentes, nempè Lauiniam, & Ioannem Baptistam hæredes fideicommissarios ad liberandum Naldinum à molestijs. Secundò quia molestiæ sunt claræ, & indubitatæ. Demum quia iurisdictio non deficit executiuè agendi contra eosdem pro liberatione à molestijs.

De præcisa obligatione dubitari non potest, quia Lauinia, & Ioannes Baptista transigendo cum Naldino super credito Vrsinorum scut. 13. mill. (*promiserunt, cessionem, fore bonam, & eam manutenere, & facere consentire omnes, & quascumque personas Ius, & actionem habentes, litem non inferre, defendere, & liberare*.) Vndè sicuti ex vi dictæ promissionis Lauinia, & Iugulus contra iura cessa venire non possunt, sed tenentur stare transactioni, & alienationi per ipsos factæ de credito Vrsinorum scut. 13. mill. Ita, & quascumq;
1 personas molestias inferrentes remouere, † in quos plus iuris transferri non potuit, quam ipsi transigentes haberent *l. emptor, vbi Bald. C. de hæred. vel act. vend. l. nemo plus ff. de reg. iur. Surd. cons. 22. num. 16. &* 523. *num.* 9. & clausulæ supra-
2 dictæ benè comprehendunt, † & personas, & molestias siue de iure, siue de facto, siue agendo, siue excipiendo, *Alex. cons. 32. num. 2. lib. 2. Rol. cons. 68. num. 7. lib. 2. Ruin. cons. 77. num. 6. lib. 2. Surd. consil. 143. num 27. &* 506. *num.* 13. Et insuper siuè directè, siue per indirectum, siue mediatè, siue immediatè quandoquidem semper ab ipsis
3 † cedentibus prouenire dicuntur *l. fin. in fin. cum glos. in verbo compellantur, C. de vsur. rei iud. l. aduersus ff. de recept. arbitr. l. si quis decedens, §. nunc de effectu vers. alioquin, ff. de lib. leg. si ex duobus, ff. de neg. gest.* & comprobant *Alciat. in l. stipulatio n.* 10. *ff. de verb. oblig. Bald. cons.* 145. *num.* 1. *lib.* 2. *Rip. resp. 3 nu, 8. Surd. cons.* 150. *nu.* 15.

Molestiæ pariter sunt certæ, & indubitatę, nam Cessionarij molestias iudiciales tentarunt contra D. Abbatem Perettum Tenutæ S. Margheritæ possessorem, litem mouendo per viam Monitorij, iura producendo cum citatione ad dicendum cōtra iura producta, cum quibus prætendebant fundare intentionem super vendicatione d. Tenutæ vigorè fideicommissi Flaminij, purificati per obitum Io. Federici, & Ignatij ad fauorem pro medietate Lauiniæ filię eiusdem fideicommittentis, & Io. Baptistæ Iuguli Agnati, à quibus Cessionarij hodie ius eorum deducunt successiuè pro parte eiusdem D. Abbatis, citatus fuit Naldinus, vti hæres Ioannis Federici, & Ignatij de Iugulis ad liberandum à molestijs, sibi illatis per Carolum Romaninum, & Ioannem Modestum, vti assertos Cessionarios Flaminij de Iugulis, & obtentum fuit mandatum, in cuius termino fuit declaratum in vim regressus aliorumque iurium d. D. Abbati competentium, & alias omni meliori modo velle retinere censum scut. 9500. illiusque fructus, alias Naldino assignatum per Vrsinos, donecfuerit à molestijs (*temere*) illatis per Ioannem Modestum, liberatus, ac fecerit illos consentire.

Quæ molestiæ euitari non possunt ex eo, quod Monitorium non fuit reproductum, quoniam
4 illius executio† sufficienter probatur ex negatione facta per D. Abbatem *Rot. decis. 94. num. 6. coram Papa Gregor. XV.* & ex citatione ad dicendum contra iura producta, quæ sola sufficit pro contestatione litis per *Clem. 2. vt lit. penden. Lancell. de attent. in præf. num. 3. & 30. Caputaq. dec. 260. par. 2.*

Neque obstat, quod molestiæ prædictæ necessariò non inferant molestias contra Naldinum in exactione fructuum sui census, debitorum per D. Abbatem, sed alio tendant, quoad bona fideicommissaria, non comprehensa in cessione, inter quæ bona fideicommissaria est Tenuta Sanctæ Margheritæ, possessa per D. Abbatem non autem per Naldinum primum Cessionarium.

Quoniam, & si (*temere*) prosequatur iudicium ex iuribus fideicommissi acquisitis ad vendicandum huiusmodi tenutam à vinculis, & hypotecis totaliter liberatam (*ex indulto Clementis VIII.*) & super pretio Tenutæ translatis, & eo magis contra Naldinum partem pretij eiusdem Tenutæ possidentem, prout in alia decisione huius causæ fuit resolutum. Attamen quia census Naldini est pars pretij huiusmodi Tenutæ, & Abbas habet regressum contra illud pro sui releuatione, & indemnitate, semper molestiæ D. Abbatis erunt molestiæ Naldini, dum tanquam hæres Ignatij, & Ioannis Federici pro bonis ex eorum hæreditate acquisitis, tenetur de euictione Tenutæ su-
6 pradictæ, † & sua interest alios non pulsari, ne ipse molestetur *Ronchegal. in l. eandem, §. sed si quis nu. 42. & 44. de duobus reis Rip. resp. 3. in ord. num. 8. Franch dec. 476. n. 15. Rot. dec. 373. n. 70. par. 4. rec. & prout molestari non debere pro summa cessa sc. 13 mil. fuit resolutum* contra vltimos Cessionarios in supradicta decisione causæ.

Neque dicatur transactionem super credito Vrsinorum non continere cessionem totius crediti, sed dumtaxat iurium, quæ habebant transigentes, & ipsis competebant, & talia qualia, neque promisisse creditum manutenere, facereque consentire, ac liberare à litibus, aut aliqua euictione, sed quoad iura cessa super credito, inferendo propterea, molestias non probari super
7 iuribus, quamuis credito motæ dici possint † inhærendo verbis, quæ sunt strictè intelligenda *l. quicquid adstringendo ff. de verb. oblig. cum allegatis*.

Quia

Quia huiusmodi verbalis differentias de credito, & de iuribus super credito non merubatur allegari, vti ratione carens. Nam certum est, quod Lauinia, & Iugulus, vt fideicommissarij Flaminij creditum scut. 13. mil. non habebant in bonis vinculatis, sed illud impugnabant contra hæredes grauati, qui est Naldinus, tanquam non liberum Ignatij, & Ioannis Federici, & quod de pretio Tenutæ vinculatæ separari non posset. Propterea transigendo cedendo iura prædicta, & subrogando personam Naldini in personas transigentium, & renouando litem super auocatione Tenutæ per quam Cessionarius impeditur exercere iura cessa, exigendo fructus pretij scut. 13. mil. satis dicitur pati molestias absque eo, quod lis super iuribus non fuerit contestata, quandoquidem creditum non habebant, sed iura tantum prætensa non admittendi, creditum.

Et eo minus releuat non etiam litem obstare super credito, vti etiam extincto per exactionem eiusdem Naldini ab eisdem Vrsinis partim in contanti, partim per assignationem census scut. 9500. debiti per D. Abbatem quasi promissiones non se extendant de credito ad censum in satisfactionem crediti receptum.

Quoniam si census de pretio Tenutæ est conflatus, prout non dubitatur, & D. Abbas ad illum potest habere regressum, semper molestiæ contra eum motæ reincidunt in Naldinum Cessionatium, qui non potest iura cessa exercere in exigendo fructus sui census.

Denique iurisdictio non deficit executiuè agendi ex nouo rescripto producto, in quo facultates A. C. communicantur Auditori, quatenùs illis locus sit, & esse non dubitetur, dum transa-
8 ctio roborata legitur obligatione Camerali, continente viam executiuam, *Galles. de oblig. Cam. q. 27. Rot. dec. 415. n. 3. par. 1. rec. et 112. nu. 1. coram Episcopo Vrgellen.*

Non obstat, quod Commissiones prædictæ sint restrictæ ad molestias personarum in contextu illarum nominatarum, inter quas non legitur D. Abbas, à quo prætendit Naldinus molestari, quia iam fuit supra firmatum sufficere eas prouenire originaliter à transigentibus molestando habentes regressum contra Naldinum, vt inde dicantur ab ipsis in commissione nominatis illatæ.

Et ità &c.

R. P. D. PIROVANO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Census.

Lunæ 19. Decembris 1639.

ARGVMENTVM.

Census creatus à minore sine solemnitatibus cum promissione de illum ratificando maior effectus, si deinde completa ætate fuerunt ad ipso soluti fructus, & de nullitate contractus scientiam habebat, dicitur ratificatus, & approbatus, ac successiuo effectuata promissio.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio cameralis habet executionem paratam, vbi de credito non dubitatur.*
2 *Minor contrahens sine solemnitatibus, & se obligans maior factus contractum ratificare.*
Si deindè post maiorem ætatem fructus soluit dicitur promissionem effectuasse, contractum ratificasse ibidem.
3 *Effectuatio, & successiua ratificatio contractus per minorem initi plenè, & concludenter probari debet.*
4 *Testis vnicus non sufficit ad probandam reualidationem obligationis minoris.*
5 *Testis dicitur nulliter examinatus sine citatione ad videndum iurare Testes.*
6 *Testes duo in qualibet materia sufficiunt.*
7 *Testes deponentes de facto proprio ac per relationem ad libros defuncti creditoris plenè probant.*
8 *Contractus à minore celebratus sine solemnitatibus ratificatus non dicitur ex successiua fructuum solutione.*
9 *Quando minor de scientia nullitatis non erat conscius, quod secus est è contra.*

DECISIO CLXXXVII.

CEnsuerunt Domini standum in decisis 5. Iulij 1638. * scilicet mandata relaxata per A. C. contrà bona hæreditaria Com. Iulij Cæsaris Stellæ esse exequenda.

Quia de obligatione eiusdem non dubitatur, dum accessit constitutioni census, & venditioni factæ per Martium Iordanum ad fauorem Darij Stanchæ emptoris, cuius est Cessionarius D. Ferrantes Serronus, & ex obligatione camerali
1 agens, quæ semper habet † executionem paratam vbi de credito non hęsitatur *Mohed. dec. 13. vt lite pend. Cassad. dec. 8. de rescript. 120. n. 17. coram Papa Greg. XV. & 519. nu. 1. par. 2. rec.*

Neque de validitate obligationis Co. Iulij Cæsaris dubitatum fuit ex eo quod in eodem instrumento accessionis dixerit se non attigisse vigesimum suæ ætatis annum pro maioritate ad contrahendum absque solemnitate *à Statuto Vrbis cap. 151. lib. 1.* indulta, & per consequens eodem statuto resistente, Minor non potuerit obligari, non adhibitis requisitis solemnitatibus, quæ in d. instrumento non leguntur, quia vltra narratiuam suæ minoritatis viginti annorum, addidit sequuta, verba, *Et nihilominus promisit, completo 20. suæ ætatis anno* obligationem prædictam acceptare, & ratificare, ac confirmare, & ad ratificandum, & confirmandum posse compelli, & teneri velle, quæ ratificatio secuta fuit cum effectu ipsius minoris promittentis, dum factus ma-
2 ior fructus † Census semper persoluit eidem Dario Stanchæ, & inualidè reualidata remansit obligatio ex scientia nullitatis, & subsequentis, & effectuatæ promissionis, *Socc. sen. cons. 46. nu. 3. Menoch. cons. 551. n. 12. Gratian. discept. 711. nu. 63. Mantic. dec. 13. nu. 9.*

Non obstat, quod ista obseruantia, & effectuatio solutionis ab ipso Com. Julio Cæsare
3 nō probetur plenè, † & concludenter, prout requiritur *Crauett. cons. 905. n. 5. Menoch. cons. 389. nu. 10.* sed

sed tantummodo per vnum Testem, qui non
4 † sufficit ad hunc effectum reualidationis obligationis *Bart. in l. fin. §. qui sine nu. 7. ff. de quæst. Verall. decis. 212. par. 2.* & quidem nec etiam validè
5 examinatum, non præcedente citatione † ad videndum iurare *cap. 2. de Test. Surd. cons. 129. n. 33. cum alleg.*

Quia difficultas esset releuans nisi depositio duorum testium examinatorum concurreret nam repetitus testis, vt supra asseritur inualidè examinatus, & quidem ser. ser. de facto proprio testatur se pluries soluisse fructus census controuersi de ordine DD. de Stellis Dario Stanchæ, & scire, Co. Iulium Cæsarem Stellam sępius fructus eiusdem census soluisse propria manu, & ordines ab eodem teste conscriptos, & per eundem Co. Iulium Cæsarem subscriptos direxisse pensionantibus, & seu Affictuarijs domus censuatæ pro dictis fructibus soluendis. Alter testis, qui est filius Darij Stanchæ deponit, & ipse super secundo, se sæpiùs exegisse à Co. Iulio Cæsare fructus huiusmodi census, ita mandante Dario patre suo per ordines eidem datos ad exigendum, & pro adminiculo sui dicti asserens ex libro Darij patris sui apparere de solutionibus continuatis per Com. Iulium Cæsaris factis, recognoscendo librum exhibitum, & productum, & partitas in eodem
6 descriptas; Vndè cum hæc ratificatio per actus positiuos † probetur per duos testes, quorum numerus in quacumque materia sufficiens est *l. vbi numerus ff. de Test.* Et insuper de facto proprio deponentes, ac per relationem ad libros defuncti Creditoris de concludenti probationi non videtur posse dubitari, *Seraph. decis. 889. n. 3. & 113. nu. 9. par. 5. diuers. Cas. de Grass. decis. 2. n. 1. de empt. & vendit.*

Denique non releuat, quod probatis etiam solutionibus factis, & continuatis per Co. Iulium Cæsarem, adhuc non probetur sufficiens ratificatio pro reualidatione obligationis nullæ,
8 & inualidæ, dum constat de vitioso initio, vt dicitur resolutum *in Romana Census, quæ est 543. n. 20. impressa per Cenc. de cens.*

Quia in casu d. decisionis non constat de scientia nullitatis contractus, prout in hac specie pro-
9 posita constat, † qua non obstante voluit soluere, & exindè teneri, & posse compelli, & cum hac distinctione scientiæ, & ignorantiæ Domini transierunt in decisione, quæ reuidetur sequendo decisionem *Rom. Lucri Dotis apud Mant. 13. in eius impressis*, & respondendo *decisioni Caputaq. prim. par. 3. & Vrbeuet. Census 23. Iunij 1634. coram bon. mem. Motmanno.*

Hac decisio sub die 5. Iulij proximè præteriti anni habetur supra decisio 81.

REVERENDISS. P. D. CERRO,

Sacræ Rotæ DECANO.

Romana Computorum.

Lunæ 23. Ianuarij 1640.

ARGVMENTVM.

Rationes semel redditæ cum quietatione generali amplissimis clausulis concepta amplius reuideri non possunt, nec etiam sub prætextu erroris calculi, de quo vltrà probationem perfectam, quæ fieri debet, cum confusa, & generica non sufficiat, obstat tamen exceptio solidationis iuramento firmata, & hæc afficit heredem.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas iustificatur ex reuolutione actorum.*
2 *Ratio dicitur sufficienter reddita ex solidationem computorum administratori facta.*
3 *Ratio semel reddita iterum reddi non debet.*
4 *Ratio semel reddita ex causa erroris potest pluries reuideri, & retractari.*
5 *Ratio semel reddita ad hoc vt ex causa erroris reuideri, & retractari possit debet de errore constare in specie, non in genere.*
6 *Ratio semel reddita habet pro se præsumptionem veritatis, & validitatis.*
Rationem semel redditam impugnans clarissimis probationibus errorem, dolum, & collusionem probare tenetur num. 6.
7 *Dolum in redditione rationis interuenisse non sufficit præsumptiuè probare, sed necesse est, quod de vero dolo constet.*
8 *Calculus solidatus, & per quietantiam amplissimis clausulis conceptam approbatus, non potest ex causa solius erroris reuideri.*
9 *Calculi errori, & computorum reuisioni potest renunciari.*
10 *Hæres seruare tenetur iuramentum defuncti approbantis solidationem computorum.*
Iuramentum semper seruari debet, quoties absque interitu salutis æternæ seruari potest num. 10.

DECISIO CLXXXVIII.

CVm Io. Venturellus coram Gubernatore peteret à D. Felice Zacchia vti hærede bon. mem. Cardin. Zacchiæ salarium multorum annorum ratione seruitij per eum præstiti eidem Cardinali in officio Magistri Domus fuit ab ea reconuentus ad reddendam rationem suæ administrationis, & restricta ad id disputatione, lata fuit sententia absolutoria ad fauorem d. Ioannis, declarans eum benè, & sufficienter reddidisse rationem.

Fuit ab ista sententia appellatum, & causa commissa bon. mem. Buccabellæ, in cuius locum suffectus dubitaui, an, dicta sententia esset confirmanda, vel infirmanda, & Domini dixerunt esse confirmandam.

Quia de eius validitate constat ex reuolutione actorum, *Caputaq. decis. 260. par. 2.* Iustitiæ verò nulla potest haberi iustificatio melior ea quæ datur; Nam Ioannes ostendit Instrumentum publicum in quo idem Cardinalis cum iuramento asseruit adequasse, reuidisse, & solidasse computa, ac de omnibus, & singulis rebus, & bonis per eum administratis vsque, & per totum an-

num 1636. æquiparato dato cum accepto, & compensatis, inuicemque reputatis partitis introitus, & exitus, inuenisse Ioannem in nihilo teneri, eumque in aliquo non repertum debitorem amplissimè quietauit, liberauit ac penitus absoluit; Renuncians pariter cum iuramento cuicumque exceptioni erroris calculi, ac alterius cuiuscumque reuisionis computorum, ac expresse declarans, & volens huiusmodi quietantiam comprehendisse, & comprehendere in genere, & in specie quæcumque gesta, procurata, negociata, exacta, & administrata, & extendi ad cognita, & incognita, & cogitata, & non cogitata, expressa & non expressa etiamsi necessariò, & de iure exprimenda fuissent.

Pro alio tempore verò subsequenti vsque ad mortem Cardinalis quod fuit octo mensium, & pro alio mense, & diebus 13. in quibus post illius obitum administrauit; dantur solidationes computorum singulis mensibus factæ cum d. D. hærede & ab ea subscriptæ, ex quarum vltima apparet quod illi restituit scuta decem, quæ pœnes ipsum erant reliqua, vti Summario Ioannis *num. 3.*

Ex quibas cum appareat Ioannem rectam, &
2 sufficientem rationem † reddidisse *iuxtà text. in l. cum seruus 81. ff. de cond. & demonstr.* intrat vulga-
3 ris Regula. † Quod ratio semel reddita, iterum reddi non debet *l. semel. C. de pub. apoc. lib. 10. Io. Monach. in cap. vnic. n. 9. de Cler. ægrot. in 6.* & ibidem notant *Archid. nu. 11. Io. Andr. nu. 3. Card. in clem. 2, §. illi nu. 4. de relig. dom. Soccin. sen cons. 92. n. 1. lib. 4. Paris. cons. 89. n. 1. lib. 1. Rot. Ianuen. dec. 256. n. 4. par. 4. recent,* & fuit dictum *in Meliten. Reuisionis Computorum coram bon. mem. Cardinal. Pamphilio, quæ est decis. 101. post 2. vol. cons. Farinac. num, 1.*

Non obstat quod ex causa erroris ratio semel
4 reddita possit pluries reuideri,† & rectrari, *l. vnic. & ibi DD. C. de error. cal.* quia ad hoc vt prætextu erroris rationes ad petitionem partis possint iterum reuideri, debet prius constare Iudici qualiter in eis erratum fuit, idque in specie non au-
5 tem in genere allegatis, & probatis erroribus, vt notant *DD. in d. l. vnic. C. de error. cal. Neuizan. cons. 94. ad fin. Rol. à Val. cons. 94. n. 50. lib. 1. Soccin. sen, cons. 190. num. 3, vers. sed quia alleganti lib. 3. Guttierz de iur. confir. par. 1. cap. 40. num. 15. Bodadill. lib. 5. Pol. cap, 4. nu. 76. ad fin.* & ratio huius conclusionis ea est, quia cum rationes semel calculatæ habeant pro se præsumptionem, quod ritè, & rectè dispunctæ fuerint, qui contrarium
6 dicere intendit † perspicuis, & clarissimis probationibus de errore, dolo, & collusione, quam dicit in illis interuenisse docere debet *Dec. cons. 94. n. 4. post, med. vers. quia respondetur Menoch. de arbitr. iud. cas. 209. num. 40.* vbi post alios dicit quod non sufficit probare dolum præsumptiuè,
7 sed † opus est vt de vero dolo constet, & sequitur *Escobar. de ratioc. adminis. cap. 41. nu. 28. & seqq.* vbi latè *Rot. d. dec. 184. nu. 4. p. 2. recent. & in d. Meliten. Reuisionis computorum num. 4.*

Quæ fortiùs procedunt hic, quia non interuenit sola, & simplex redditio rationis, sed vlterius post redditas rationes, & post perfectam calculationem Cardinalis fecit quietantiam generalissimis, & amplissimis clausulis conceptam, & iuramento firmatum cum pacto, & promissione de illi semper, & perpetuò stando, & de non contrauueniendo tacitè, vel expressè, directè, vel indirectè sub quouis prætextu, ingenio, titulo, & quæsito colore vt in instrumento dato eodem *Summar. num. 1.* Quo fit vt ex causa solius erroris non pos-
8 sit vlterius † calculus reuideri, & computatio retractari, *glos. & DD. in l. emptor, §. Lucius ff. de pact. & in d. l. vnic. C. de error. cal. Bart. in l. 2. nu. 10. vers. si verò contineret pactum C. de iur. fisc. libr. 10.* quem sequitur *Soccin. sen. d. cons. 190. num. 5. lib. 2. Paris. cons. 89. num. 6. & 11. lib. 1. Decian. in d. l. vnic. n. 3. C. de error. calc. & latè Mascard. de probat. conclus. 253. num. 10. & 11. & num. 21. cum duobus seqq. Menoch. de arbitr. iud. d. casu 209. num. 37. & 38. Rot. dec. 184. par. 2. & decis. 257. num. 1. par. 4. recent. & in dicta Meliten. reuisionis computorum num. 2.*

Et cessat omnis difficultas, cum fuerit renunciatum cum iuramento exceptioni erroris calculi
9 & † reuisionis computorum, quibus renunciari potest, vt probat *text. in l. Lucius in fin.* in illis verbis *nisi, & hoc specialiter ei remissum esset ff. de lib. leg. Thesaur. dec. 260. nu. 7 Escobar de ratiocinat. dicto cap. 41. sub num. 34. vers. & pro hac sententia.* Vndè dict. D. hæredi quatenus prætextu erroris peteret iteratam reuisionem computorum, obstat
10 semper dicta renunciatio, & iuramentum, † quod omninò seruandum est, cum illud absque interitu salutis ęternæ seruari possit, *Faber. in Auth. iubemus in princ.* ibi, *& hoc nisi iurauerit C. de iudic. Ruin. cons. 134. num. 3. & cons. 135. num. 3. lib. 1. Mascard. dict. conclus. 253. num. 27. Thesaur. dict. decis. 260. num. 11.*

Et ita, &c.

☞ *Infra habetur altera decisio sub die 20. Aprilis 1640. coram eodem Reuerendissimo Domino Decano.*

R. P. D. PANZIROLO

Postea S. R. E. Cardinali.

Colonien. Matrimonij.

Lunæ 23. Ianuarij 1639.

ARGVMENTVM.

Apoca inter coniuges contracta super Matrimonio cum verbis denotantibus promissionem de præsenti obligat ad illius obseruationem, ita vt coniux renuens compelli debeat.

SVMMARIVM.

1 *Consensus vtriusque coniugis est causa efficiens, ac substantialis matrimonij.*

2 *Copula ad effectum matrimonij non est necessaria stante consensu.*

3 *Matrimonium ad ad probandum sufficit, quod verba possint importare mutuum consensum vtriusque coniugis, inspecta earum significatione.*

4 *Matrimonium ad contrahendum de iure certa forma non est determinata, sed sat est quomodo exprimatur consensus.*

5 *Ma-*

5 *Matrimonij, siue consumati essentia est duratio vsque ad mortem.*

Matrimonium per verba de præsenti contractum dicitur, si coniuges ius per mortem separari noluerunt num. 5.

6 *Responsio mutua inter coniuges alteri per alterum, facta de contrahendo matrimonium importat matrimonium de præsenti, non de futuro.*

7 *Verba matrimonij cum dictionibus* inuicem, & vicissim, *dicuntur importare matrimonium de præsenti non in futurum.*

Pro Matrimonio in dubio est pronunciandum, n. 7.

8 *Verba obscurè prolata ad communem intelligentiam reduci debent.*

Verba obscurè proferens cogitur postea iuxtà communem eorum sensum consentire, nu. 8.

9 *Matrimonium contractum iuxtà dispositionem iuris antiqui, sufficit in illis partibus in quibus non seruatur Concilium.*

10 *Coniuges etiam volentes à matrimonio recedere nequeunt, cum ab illorum potestate non pendeat.*

Deus quos coniunxit, homo non separet, procedit etiam ipsis coniugibus volentibus, num. 10.

11 *Matrimonium iam contractum non potest transactione rescindi.*

DECISIO CLXXXIX.

Degenardus, & Margarita apocam exararunt per hæc verba, *Nos Degenardus à Buiren, & Margarita à Bauruuinchkel profitemur coram Deo, & hominibus quod nobis inuicem matrimonium adducimus & contrahimus, nec nos separaturos quousque nos Deus, & mors separet, quod promitto ego Margarita, vicissim ego Degenardus sub priuatione salutis vtriusque nostrum, atque ita commendamus nos inuicem in fidem, & Patrocinium Altissimi &c.* Quam apocam propria manu scripserunt.

Cum autem Degenardus instaret, quod Margarita sibi vti verò coniugi obsequia pręstaret, Margarita verò prætenderet quod Apoca solum contineret promissionem de contrahendo, non autem Matrimonium ratum, Degenardus eam conuenit coram Officiali Colonien., qui ser. ser. pronunciauit apocam prædictam continere matrimonium ratum non autem promissionem de contrahendo, quæ sententia fuit postea tam à D. Nuntio Apost. ibi degente, quam tertio loco ab Episc. Ruremundensi confirmata ac demum illatum executio Archiepisc. Moguntino in vim rescripti Sanctiss. de mandata quatenus ei constaret de tribus, prout de illis constare pronunciauit.

Verum quia prædictis non obstantibus Margarita causam mihi committi obtinuit sub prætextu restitutionis in integrum ex capite notoriæ iniustitiæ dedi dubium an inter prædictos constaret de matrimonio valido, & post plures causæ propositiones, pro affirmatiua responsum fuit; quia ex d. apoca vtriusque manu scripta, visum est apparere de mutuò eorundem consensu importante matrimonium, qui consensus est illius

1 causa efficiens, ac substantialis, *cap. cum locum, cap. cum tuæ desponsf. & matr. can. sufficiat 27. quæst. 2. Card. in cap. ad id num. 1. vers. ratio decidendi, vbi Abb. num. 4. de sponsal. l. nuptias. ff. de reg. iur. Paris. cons. 86. num. 30. lib. 3. Spinusin. spec. testam. glos. 1. num. 1. & seqq. Sanchez de matr. lib. 2. disput. 1. nu. 4. Guttier. eod. tract. cap. 46. n. 1. Mantic. de tacit. lib. 20. tit. 1. num. 8. & tit. 3. nu. 7. Grat. discept. 754. num. 39. Rota dec. 687. num. 2. par. 2.*

2 *recent.* Itaut stante consensu copula non requiratur *l. nuptias ff. de reg. iur. Abb. in cap. licet nu. 4. de sponf. duorum, Caual. dec. 166. num. 4.*

Quod autem apoca contineat mutuum consensum importantem matrimonium de præsenti ex deducebatur quod coniuges vtuntur his verbis, *Nobis inuicem Matrimonium addicimus, & contrabimus &c.* qui autem coram Deo profitetur se matrimonium contrahere, dicitur præstare consensum actui de præsenti, non autem promittere actum de futuro, ad probandum enim matrimo-

3 nium sufficit † quod verba inter coniuges prolata possint importare mutuum consensum inspecta earum significatione *iuxt. text. in cap. ex parte, cap. ex litteris, cap. tuæ de sponsal. glos. in cap. si quis 30. qu. 1. & dixit Rota in Granaten. Matrimonij 28. Aprilis 1636. coram R. P. D. meo Verospio*, ea ratione quia cum ad contrahendum matrimonium de

4 iure non sit determinata certa forma, † satis sit, quod consensus quoquomodo exprimatur *Cardin. in clem. vnic. n. 10. ad fin. vers. quia nulla sunt de consang. & affin. Lap. alleg. 56. num. 17. Rot. decis. 74. num. 2. ante med. vers. nulla enim, par. 4. rec.*

Prætereà ponderabatur, quod statim post verbum (*contrahimus*) subdunt coniuges illa verba (*nec nos separaturos quousque nos Deus, & mors separet &c.*) dum enim nolunt se posse separari ab alio quam à morte, signum est, quod se indisso-

5 lubiliter in matrimonium † coniunxerunt, cum de essentia matrimonij tam rati, quam consumati sit durare vsque ad mortem, *vt in c. vnic. de voto in 6. & statuit Sac. Conc. Trid. sess. 24. de matrim.* latè *Sanchez in suo tract. lib. 2. disputat. 13. sub num. 4.*

Quem etiam intellectum fortius confirmant illa verba Apocæ, ibi, *quod promitto ego Margarita me obseruaturam; vicissim ego Degenardus sub priuatione salutis vtriusque nostrum;* hęc enim mutua

6 responsio † inter contrahentes videtur importare matrimonium de præsenti non autem sponsalia *iuxta trad. per doct. in cap. ex parte de sponsal. Ias. in l. actione sub num. 4. vers. item ad prædicta vbi Dec. sub num. 7. testatur de communi, C. de transact. Alex. de Neuo cons. 8. n. 4. vers. qui deponunt Dec. cons. 162. num. 1. vers. non ne estis, lib. 1. Ferrett cons. 79. n. 7. in fin. cum seqq. lib. 1. Caputaq. dec. 24. lib. 2. in manuscript. Seraphin. dec. 270. num. 1.* vbi etiam de communi, & reprobat opinionem *Couar.* contrarium tenentis.

Vlterius mutuus cōsensus inter prædictos clarè videbatur elici ex dictionibus *inuicem, & vicissim*, sæpius in tam breui apoca repetitis, ibi, *inuicem matrimonium addicimus*, & ibi, *vicissim ego Degenardus*, & ibi, *atque ita commendamus nos inuicem &c.* itaut de mutuo consensu non liceat

7 dubitare, cum simus in matrimonio, & in dubio pro eo sit præsumendum vt est *Butr. in d. cap. ex parte nu. 10. post med. vers. si sine dictione, de sponsal. trad. Menoch. lib. 3. præsumpt. 3. in fin.*

Non obstat, quod apoca de qua agitur cum sit Germanico sermone concepta verbum (*ver-*

trauuen) in ea appositum à scribentibus pro Margarita dicatur importare sponsalia, non autem matrimonium, quia vltra quod ex tribus sententijs cõformibus prolatis in partibus ad fauorem Degenardi constat de contraria d. verbi intelligentia, Nihilominus cum agatur de causa matrimoniali pro cuius decisione nulla diligentia videtur superuacanea. Domini ordinarunt, vt apoca à duobus viris omni exceptione maioribus de partium consensu eligendis interpretaretur, prout partes vnanimi consensu ad hoc elegerunt Patrem Assistentem Germaniæ Societ. IESV, ac Patrem Pœnitentiarum inferioris Germaniæ in Ecclesia S. Petri de Vrbe cum facultate in casu discordiæ eligendi tertiũ Peritũ de partibus vicinis Coloniæ, qui Patres vnanimi voto apocam interpretati sunt, prout superiùs posita fuit, affirmantes insuper dictam vocem Germanicam (*vertruuen*) se non esse interpretatos per verbum (*desponsamus*) quod latiùs patet quam Idiotissimus Patriæ, hoc est Germaniæ inferioris patiatur, sed per verbum (*contrahimus*) quod dictionis (*vertrauuen*) propriam, ac genuinam significationem in materia consensus in matrimonium ex vsu Patriæ plenè reddit, & exhaurit, & proindè idiotæ præsertim, & vulgares homines malint hoc sermone (*vertrauuen*) in matrimonij contrahendi vti, quam alijs quibusuis plenioribus, & simplicioribus verbis puta *in vxorem, & maritum accipere*; Postquam interpretationem cum scribente pro Margarita allegauerit, quod prędicti Patres interpretati quidem fuerint apocam, quæ reperitur in processu confecto in prima instantia coram Officiali Colonieñ non autem illam quę est in processu coram me producto, Domini ordinarunt, vt ad interpretationem apocæ coram me deueniretur, quo circa Patres prædicti retulerunt singrapham Germanicam ab ipsis interpretatam esse eiusdem omnino tenoris, & de verbo ad verbum concordare cum alia quæ reperitur in processu coram me producto, ita vt eadem interpretatio vtrique conueniat; Quapropter cum ex verbis apocæ resultet matrimonium ratum non autem sponsalia, vt supra firmatum fuit, procedendum est iuxta terminos *cap. ex litteris il primo despons. & matr.* vbi quod verba ob-
8 scurè prolata ad cõmunem intelligentiam † sunt reducenda, itaut qui illa protulerunt cogantur postea in eo sensu retinere, & facit *text. in l. non aliter, ff. de leg. 3. Couar. in epit. super 4. decret. cap. 4. §. 1. num. 4. vers. vel si communis, Guttier. can. quæst. lib. 1. cap. 21. num. 3.* vbi de communi *Sanchez de matrim. lib. 1, disput. 18. in fin. & n. 26. Rot. decis. 121. num. 23. vel quando part. 1. diuers. Seraph. dec. 40.*

Nec refragatur cum hoc matrimonium non fuerit contractum iuxta formam præscriptam *à Sac. Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. de reform.* non videatur attendendum; quia cum in Ducatu Montensi Archiepiscopatus Coloniæ Concilium non fuerit publicatum vt constat ex attestatione in forma autentica transmissa, Concil. dispositio non ligat vt habetur in fine decreti publica-
9 tionis in eo appositi, † & ideò sufficit si matrimonium sit contractum iuxta dispositionem iuris antiqui, ita *Sanch. de matr. lib. 3. disput. 18. num. 1. Pont. de León. eod. tract. cap. 7. numer. 7. lib. 5. Seraph. decis. 183. num. 3. Rot. decis. 610. num. 4. par. 5. recent.*

Minus releuat, quod Margarita à Degenardo non requisita sponte aliam apocam confecerit ex qua videtur colligi quod inter ipsos non intercessit matrimonium de præsenti, sed tantum sponsalia, quia apoca prædicta videtur potius continere transactionem super lite facta occasione d. matrimonij quam recessum à matrimonio, idque euidenter ex eo constat, quod Degenardus post assert. cõcordiam litem prosequutus est, & pro validitate sui matrimonij tres sententias fauorabiles reportauit, & in Rota illarum confirmationem ac executionem instanter petit, vltra quod quando etiam Degenardus à matrimonio recedere voluisset, non potuisset, cum non sit in potestate partium à matrimonio recedere,
10 iuxta † vulgat. quos Deus coniunxit homo non separet, *§. 1. instit. de nupt. cap. illud in fin. de præsumpt. cap. super eo, de eo qui cognouit consang. Sanchez de matrim. lib. 2. disput. 1 numer. 1. & 8. Mant. de tacit. lib. 12. tit. 17. num. 7. cum seq. &* in terminis quod non possit transigi super ma-
11 trimonio iam contracto † ad illud disoluendum est *text. in cap. fin. & ibi glos. verb. Sacram. de transact.*

Non obstat, quod si Margarita verè com Degenardo matrimonium contraxisset ad alias nuptias non conuolasset, nec cum alio se carnaliter copulasset; quia credulitas Margaritæ quod primæ non essent nuptiæ sed sponsiones non facit quod ipsa licitè ad secundum matrimonium deuenire potuerit, cum in hac materia, non opinio partium, sed veritas per Ecclesiæ iudicium sit attendenda.

Et ita, &c.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Romana Saluiani.

Veneris 27. Ianuarij 1639.

ARGVMENTVM.

Census impositus super bonis minoris sine solemnitatibus etiam ad fauorem alterius minoris, & pro soluenda dote sorori dicitur nullus. Dos in quibus dicatur specialiter priuilegiata quoad eius obligationem vbi agitur de muliere, vel minore.

SVMMARIVM.

1 *Census impositus super bonis minoris sine solemnitatibus à statuto requisitis in alienatione bonorũ illius dicitur nullus.*

Census impositio dicitur species alienationis, n. 1.

2 *Statutum requirens certas solemnitates in alienatione bonorum minoris non compræhendit causas priuilegiatas.*

3 *Dotium priuilegia operatur tantum in casibus à iure expressis.*

Dos

Dos dicitur specialiter priuilegiata quoad obligationem mulieris maioris, itaut solemnitates non requirantur, num. 3.

4 *Secus verò quoad obligationem minorum, & pupillorum, hoc enim casu non dicitur specialiter priuilegiata.*

Statutum requirens solemnitates in contractu minoris habet locum etiam vbi minor se obligat fauore dotis, num. 4.

5 *Solemnitates à statuto requisitæ in contractibus minorum non requiruntur vbi causa est necessaria.*

6 *Bona minoris non possunt vendi pro illius ære alieno nisi creditores actu instent, & vrgeant.*

7 *Minor non potest alienare bona etiam pro soluenda dote, nisi creditor eum conuenerit, & petierit sibi solui.*

8 *Minoris bona, vt rectè possint alienari pro solutione æris alieni vltra creditorum instantiam requiritur quod pecuniæ conuertantur in extinctionem illius.*

9 *Contrahens cum minore, vel persona priuilegiata non tenetur esse sollicitus de versione, sed sufficit causam fuisse veram.*

Intellige conclusionem procedere, in alienatione voluntaria, secus si ex causa æris alieni, ibid.

10 *Assertio tutoris in alienatione bonorum minoris quod creditores insteterant, non probat.*

Cum de ea constare debeat aliunde.

11 *Creditor pupilli si longè post alienationem bonorum illius appareat satisfactus.*

Ex inde apparet pecunias ex venditione bonorum redactas non fuisse in eius vtilitatem conuersas, ibid.

12 *Priuilegiatus non vtitur suo Priuilegio aduersus æque priuilegiatum.*

Priuilegia inter pariter priuilegiatos conquassantur, num. 12.

Causa illius qui damnum sentit potior est, pari causa num. 12.

13 *Pupilli simul sine solemnitate contrahentes eius potior est causa, qui agit de damno vitando, quam eius qui agit de lucro captando, & supra n. 12.*

DECISIO CXC.

IO: Baptista Raymundus vnus ex quatuor tutoribus Testamentarijs Ioannis Petri de Lilijs fil. & hæredis q. Io: Bapt. de anno 1582. imposuit annuum censum sc. 15. monetæ super quadam domo eiusdem Io. Petri tunc pupilli ad effectum tunc persoluendi, vt dixit residuum dotis debitum Catharinæ de Lilijs sorori d. q. Io: Baptistæ, illumque vendidit pretio sc. 200. in sorte q. Fideli Raymundæ vti matri, ac tutrici D. æq. Ludouici Cassiani tunc pariter pupilli.

De anno 1590. d. Io: Petrus ingressus fuit Religionem Reformatorum S. Francisci condito prius testamento, in quo in primis, & ante omnia absoluendo d. Io. Baptistam Raymundũ à redditione rationis administrationis d. tutelæ, reliquit eidem vsumfructum omnium bonorum per triennium, hæredem vero vniuersalem instituit Hortentiam suam sororem, quæ cũ de anno 1592. ingressa fuisset Monasterium S. Apolloniæ de Vrbe donauit ante missam professionẽ omnia sua bona eidem Io. Baptistæ Raymundo, possessione subsecuta, quo defuncto, Cipriana eius vxor institit pro restitutione suæ dotis, ac citato D. Eq. Cassiano obtinuit à bo. mem. Card. Pamphilio Iudice delegato sibi adiudicari ad computum dictæ dotis Domum prædictam, quam deinde vendidit q. Mauritio Capponio, cui successit P. Iosephus eius filius qui Ven. Soc. Iesuitarũ ingressus omnia bona sua inter quæ aderat prædicta domus eidem Societ. donauit.

Post nonnullos annos elapsos d. Eq. Ludouicus prætendens se creditorem fructuum d. census alias, ad eius fauorem super eadem domo impositi, mouit iudicium Saluiani coram A. C. contra Ven. Collegium Romanum d. Societatis Iesu eiusdem domus ex persona d. Iosephi professoris, sententiamque fauorabilem reportauit, quæ deinde in secunda instantia per R. P. D. Prosperum Spinolam fuit confirmata, postmodum in tertia instantia R. P. D. Aliferus has duas sententias reuocauit. Ab huiusmodi sententia reuocatoria d. Eques appellauit, & causam suæ appellationis obtinuit committi bon. mem. Card. Magalotto tunc Prælato, qui priores duas sententias confirmauit, & alteram R. P. D. Aliferi reuocauit. Hinc etiam cum pro parte d. Collegij appellatũ extitisset, causa commissa fuit R. P. D. Mangiono cum clausula, quod constito de tribus conformibus illas exequeretur, sin minus causam appellationis cognosceret, qui tandem dd. tres sententias ad fauorem d. Equitis prolatas reuocauit, illamque R. P. D. Aliferi ad fauorem Collegij confirmauit, ab ista d. Mangioni d. Eques pariter appellauit, causaque ex rescripto Signaturæ commissa, R. P. D. Signio de voto Rotæ, fuit dubitatum coram bon. mem. Vbaldo sub die 26. Februarij 1625. An, & quæ sententiæ essent confirmandæ vel infirmandæ in cuius dubij positione, quia pro parte Collegij inter alia opponebatur d. censum esse nullum, vti impositum absque solemnitatibus requisitis à Statuto Vrbis *cap. 113. & lib. 1.* in contractibus minorum, seu pupillorum, Rota mandauit, Strictè informari an in d. census impositione essent necessariæ solemnitates d. Statuti, iuxta cuius ordinem causa, proposita sub die 16. Nouembr. 1626. dictum fuit non liquere, hodie reassumpta disputatione eiusdem dubij super confirmatione dictarum sententiarum coram me vti d. bon. mem. Vbaldo subrogato, DD. sequentes mentem Rotæ alias habitam in ista causa firmarunt pro nunc d. censum non substineri, de reliquis autem mandarũt videri in alia disputatione.

Ratio resolutionis fuit, quia cum d. census fuerit impositus super domo d. Io. Petri tunc pupilli, seu minoris sine solemnitatibus requisitis à d. Statuto Vrb. *cap. 113. & 151. lib. 1.* in alienatione rerum pupillorum, seu minorum, sequi-
1 tur illum nõ posse substineri ex dispositione eiusdem Statuti annullantis contractus aliter factos, quod habere locum in census impositione, cum hoc sit species alienationis pluries *Rota respondit, & signanter in dec. 687. num. 2. par. 1. rec. & decis. 98. num. 1. & seq. par. 6. rec. & dec. 410. num. 3. coram bo. me. Buratto*, cum alijs relatis à *Cenc. de cens. par. 1. cap. 2 qu. 1. art. 2. num. 3.* late *Rub. in singul. to. 2. par. 6. circa statutorum interpratationem ad c. 113. incipiens præsens capitulum num. 2. & seq. fol. 654.*

Non

Non obstat, quod d. census fuerit impositus
pro soluenda dote d. Catharinæ, & sic ex causa
priuilegiata, quàm statutum requirens certas so-
2 lemnitates † comprehendere non solet ex relatis
à *Bertaz. de clauf. instr. clauf. 7. glos. 19. n. 19.* quia
fuit responsum priuilegium dotis operari tantùm
3 in casibus à iure expressis, nimirum † quoad
obligationes mulierum maiorum, quarum res-
pectu dos specialiter priuilegiata reperitur *l. pro-
mittendo, ff. de iur. dot. l. fin. C. ad Vellean.* Secus au-
tem quoad obligationes pupillorum, seù mino-
rum respectu quorum cum dos non reperiatur
4 specialiter priuilegiata, † statutum indistinctè
loquens comprehendit etiam causam dotis *An-
char. cons. 94. Dec. cons. 5. per tot. & cons. 301. n. 6. vers.
4. hoc sensit. Tiraq. de retr. consang. §. 1. glos. 14. n. 96.
Socc. iun. cons. 12. n. 12. lib. 2. Lambert. de contract. glos.
2. n. 4. & seq. Surd. dec. 287. n. 4. & 5. Rot. dec. 177. nu-
mer. 11. p. 1. rec.*

Minus obstat, quod dictus census fuerit im-
positus pro solutione eiusdem dotis, & sic ex
5 causa æris alieni necessaria, † quo casu statuti
solemnitates requiri non solent. *Alexan. cons. 125.
n. 7. lib. 6. Verall. dec. 199. n. 2. p. 3. Put. dec. 160. n. 2. lib.
3. Cenc. de censib. d. p. 1. cap. 2. q. 1. n. 30.* Quia existen-
tia æris alieni non sufficit, ad hoc, vt bona sta-
bilia pupilli, vel minoris absque solemnitatibus
obligari, vel alienari possint, nisi duo inter alia
6 concurrant. † Primum, quod creditores vrgeāt,
& actu instent contra pupillum, vel minorem
debitores, aut contra eorum Tutores, vel cura-
tores pro eiusdem æris solutione, vt colligitur
ex l. magis puto, §. non passim, ibi *si modo vrgeat cre-
ditor, & in §. si æs alienum,* ibi *si æs alienum immi-
neat,* & paulò infra, *sed ita demum si vrgeat æs alie-
num, ff. de reb. eorum, vbi Bart. notat.* expresè re-
quiri, quod creditor actu instet, & petat sibi sol-
ui *Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 6. n. 6. & 8.* & in termi-
7 nis alienationum rem minorum † ex causa dotis
latè comprobant *Bero. cons. 183. num. 1. & seq. lib. 1.
Paris. cons. 98. n. 2. & 3. lib. 1. Rolan. cons. 33. n. 2. lib. 1.*
Alterum, & secundum quod pecunię vertantur
in extinctionem eiusdem æris alieni ob quam
facta fuit alienatio. Nam licet contrahens cum
minore, vel alia persona priuilegiata regulariter
non teneatur curare, quod pecuniæ vertantur in
causam expressam, sed sufficiat illam esse veram,
9 & iustam, † d. tamen conclusio procedit in alie-
natione facta ex causa voluntaria, secus autem
in alienatione facta, vt hic prætenditur, ex cau-
sa æris alieni necessaria iuxta distinctionem
quam in his terminis firmauit *Rot. post Cenc. de
censib. dec. 25. n. 2. & dec. 287. n. 4. & 5. & dec 678.
n. 6. vers. quia ad huiusmodi effectum par. 1. & d. de. 98.
n. 22. p. 6. rec.*

In proposito autem non constat d. Cathari-
nam, siuè eius maritum de tempore impositio-
nis dicti census instetisse pro solutione d. dotis
10 prout constare deberet aliunde † quam ex asser-
tione tutoris contrahentis cum in hoc illi non
credatur, *Dec. cons. 403. n. 12. vers. & ideo non est
creden. Paris. cons. 98. n. 3. in fin. lib. 1. Rol. cons. 33. n. 3
lib. 1. Mant. de tac. lib. 4. tit. 6. n. 8.* ac multo minus
pecunias acceptas ad censum de quo agitur, in
solutione eiusdem dotis conuersas fuisse, imò
ex iuribus datis in Summ. Collegij contrarium
colligitur nimirum, d. Catharinam siuè eius ma-
ritum non nisi de anno 1593. & sic decennio post
impositionem d. census egisse iudicio Saluiani
contra bona hæreditaria d. q. Io: Baptistæ pro
consecutione d. dotis, illamque ex pensionibus
alterius domus hæreditariæ eiusdem Io: Baptistæ
11 persolutam fuisse, † quæ manifestè indicant d.
pecunias acceptas ad censum in solutione d. do-
tis erogatas non fuisse, vt in his terminis pon-
derant *Corn. cons. 207. n. 2. vers. sed ista alienatio lib.
3. Vrsill. ad Afflict. dec. 249. n. 16. vers. per quæ, & alij*
vbi alias refert Doctorum auctoritates.

Non obstat, quod d. census fuerit impositus
ad fauorem d. Eq. Ludouici tunc pupilli, & ideo
contra illum vti æque priuilegiatum non posse
opponi exceptio nullitatis d. census, ex regula
12 † quod inter duos priuilegiatos conquassentur
priuilegia, & potior sit causa illius, qui dam-
num sentit *Rot. post Cenc. de cens. dec. 19. n. 2. & dec.
57. n. 4. post Pic. ad Stat. Vrb.* quoniam quicquid sit
in casu quo constaret pecunias re vera fuisse ver-
sas in vtilitatem pupilli debitoris ne tunc dicatur
eum cum iactura alterius pupilli, qui pecunias
credidit, locupletiorem effectum fuisse in quibus
terminis loquuntur prædictæ decisiones, cessare
videtur difficultas quando prout hic apparet pe-
cunias in vtilitatem pupilli alienantis non fuisse
conuersas. Quia tunc cum ipse quoq; damnum
patiatur, potior est causa eiusdem pupilli, qui
13 agit de † damno vitando, quam alterius, qui
agit de lucro captando *Couar. pract. qu. cap 7. nu.
vers. 2. quia, Gabr. cons. 20. nu. 24. lib. 2. Cenc. de cens.
par. 1. cap. 2. q. 1. art. 2. n. 8. & 9. Rot. post dict. tract. de-
cis. 18. n. 7. coram Gregor. XV. dec. 164. n. 6.* & ibi *Add.
nu. 12. vers. hoc non procedit, & coram Buratto dec.*
480. n. 11. & ibi *Add. n. 24.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CARILLO

Posteà Præside Vallisoletano.

Rossanen. Exemptionis.

Veneris 27. Ianuarij 1640.

ARGVMENTVM.

Priuilegium à Notario, & Viceecancellario Aposto-
lico scriptum, cum subscriptione Papæ, & ali-
quorum Cardinalium dicitur in forma probanti,
maximè si agatur de re antiqua, & aliæ concur-
rant præsumptiones, & adminicula, quibus exi-
stentibus datur fides etiam scripturę informi,
quod sine difficultate procedit si etiam obser-
uantia concurrat.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet fundatam intentionem super exerci-
tio iurisdictionis Monasterij siti intra fines suæ Diœ-
cesis.*
2 *Priuilegium Apostolicum scriptum per manus Nota-
rij Apostolici continens diem, & annum cum sub-
scriptione Papæ, & aliquorum Cardinalium dici-
tur authenticum.*
*Scriptura authentica dicitur si appareat ab authenti-
ca*

ea persona conscripta, & annum contineat, ac diem num.2.

3 *Transumptum de cuius matrice, vel originali non constat fidem non meretur.*

Transumpti in extractione, vt illud probet seruari debet forma tradita in cap.fin.de fide instr. numer.3.

4 *Magister Raynaldus erat Notarius, & Viceeancellarius Innocentij III.*

5 *Notarius, & Vicecancellarius potest dare sumptum scripturæ.*

Scripturæ sumptum datum à Notario, seu Vicecancellario probat, ac ipsum originale, n.5.

6 *Scriptura exemplata stante temporis antiquitate præsumitur cum omnibus requisitis exemplata.*

7 *Scriptura etiam informis adminiculata probat.*

8 *Scriptura informis si est obseruata probat absque aliqua recognitione, & nu.seq.*

10 *Solutiones factæ ad formam priuilegij post illius concessionem, in executionem illius factæ præsumuntur etiam quod de priuilegio nullam faciant mentionem.*

11 *Obseruantia subsequuta præsumitur ex præambulo titulo puta priuilegij concessi.*

12 *Scripturæ informi fides adhibetur concurrentibus adminiculis, & obseruantia.*

DECISIO CXCI.

PRætendens D.Paulus Æmilius Siluestris Abbas S. Mariæ de Patyro in vim Priuilegiorum Apostolicorum eiusdem Abbatiæ Monasteriũ cum cappellis omnibus, & tenimentis nulli esse subiectum, præter quam Sacrosanctæ Rom. Eccles. causam super hoc in Rota mihi committi obtinuit contra Reuerendiss.D. Archiepisc. Rossanen. asserentem d. Monasterium esse situm intra fines suæ Diœcesis, & de prætensa exemptione non
1 constare, ac propterea ipsum habere in eo intentionem fundatam super exercitio iurisdictionis ex *cap.cum personæ 7. in fin.de priuileg.in 6. & cap. omnes Basilicæ 19.qu.7.* quare proposui dubium, An constet de exemptione (& quia informantes pro parte d.D.Archiepiscopi principaliter negabant priuilegium Innocent. III.) à quo originem trahit d.exemptio (esse in forma probanti) placuit Dominis pro nunc respondere d.priuilegium esse in forma probanti, & quod de exemptione particulariter videatur.

Ratio autem, quæ mouit Dominos ad respondendum pro forma probanti resultauit, ex eiusdem priuilegij oculari inspectione cum appareat scriptum in pergameno antiquissimo per manus
2 Notarij Apostolici, & contineat † diem, mensem, & annum cum subscriptione Papæ, & quamplurium Cardinalium, quæ requisita omnia conueniunt authenticæ scripturæ ad tradit per DD. *in cap.1.& in c.cum P.Tabellio de fid.instrum.Aym. cons.216.nu.5. Couar. pract. quæst. 20. numer. 3.& seqq.*

Et licet videatur scriptum, & subscriptum eodem caractere, itaut magis reputari debeat transumptum, quam originale, & vti transumpto nulla fides sit ei adhibenda ex quo non constat de
3 matrice, † seu scriptura originali, nec fuerit seruata forma requisita *in c.fin. vbi Abb. & alij DD. de fid. instr. Cagn. in auth. si quis in aliquo num. 36. Alex. cons. 112. num. 1. lib. 4. Burat. dec. 472.n.3.& 4.*

Attamen dixerunt Domini, hoc priuilegium esse authenticum etiam quod non sit prima scriptura, quia est nimis antiquum cum fuerit concessum de anno 1198.& scriptum à Mag. Ray-
4 naldo, † qui erat Notarius, & tanquam Vicecancellarius Papæ Innoc.III. in primo, & secundo anno eius Pontific.vt testatur *Ciacc. in vita eiusdem Innoc.tom.1.fol.651. col. 1. verb. Cancellar.* & propterea potuit dare sumptum autenticum,
5 quod † habetur æquè originale sicut prima scriptura ex notat per *Felin.in cap.cum P. Tabellio n.7. de fid.instr. Rota dec.1.eod.tit.in nou.Caputaq.dec.170 p.1.& in rec.dec.603.n.2.par.2.* & stante temporis
6 antiquitate præsumitur exemplatum, † cum omnibus iuris requisitis, vt notat *Menoch.de præsumpt. lib. 2 præsumpt. 80. num.2.Caldas Periera de empt.& vendit.cap.55.nu.10.Tiraq.de præscript.fol. 62.vers.37.Barbos.* qui alios plures refert *in d.cap. cum P. Tabellio n.3.& 4.*

Et quatenus circa hoc adesse posset aliqua hesitatio, visa fuit pœnitus tolli ex eo, quod sumus in priuilegio concesso ante 400. annos adminiculato ex confirmationibus 4. Summorum Pontific.*Sum.d.Abbati n.2.3.& 4.*ac obseruato spatio 200.& vltra annor.prout probatur ex solutionibus vnius vnciæ auri C.A.& trium cereorum, & cannatæ mellis mensæ Archiepiscopali Rossanensi iuxta formam expressam in eodem priuilegio, de quo *in d.Summ.num.1.* & de solutionibus *n.5.6. & 7.*& ideò intrat conclusio, quod scriptura etiã informis probet quando est adminiculata, *Menoch.cons.928.n.35.Verall.dec.234.par.1.Seraph. decis.1192.num.2.Rota dec.418.n.5. par. 2. recent. &*
7 *dec.396.n 9.par.5.diuers.*& eo magis † quando est obseruata, vt tradit *Cin.inter cons. Bald. cons. 400. n.5.lib.4.relat.per Aym.in cons.101.n.4.& cons.158. nu.1.& in tract.de antiq.tempor.par.1.§. 4. limitatur*
8 *n.14.† Rot.coram Reuerendiss. D. meo Decano decis.*
9 *128.n.7.inter eius impress.* etiam absque † alia recognitione *Soccin.cons.187.col.4. vers.ad secundum respondeo vol.2.Aym.in d.tract.de antiq.temp. par. 1. n.316. Put.dec.196.lib.1.*

Nec existimarunt Domini aduersari posse ea, quæ deducebantur contra solutiones prędictas, tam vnciæ auri, quam cereorum, & cannatæ mellis, nempè, quod quietantiæ solutionum vnciæ auri nullam mentionem faciunt d. priuilegij Innocent. III. & ita dicendum sit eas factas fuisse in recognitionem directi dominij, quasi quod Abbatia, de qua agitur sit feudum Apostolicum, & quod solutiones cereorum, & cannatæ mellis fieri consueuerant Ecclesiæ Rossanen. ante concessionem d.priuilegij, vt patet ex eius lectura, ac propterea ex his nulla resultare possit obseruantia, quæ d. Abbati suffragetur.

Quoniam fuit responsum nullibi apparere quod hæc Abbatia fuerit concessa in feudum, quinimò in d.priuilegio Innocentij expresè constare, quod solutio vnciæ auri fieri debeat Sedi Apostolicæ ex quo Summus Pontifex specialiter recipiebat sub protectione B. Petri d. Abbatiæ Monasterium, Cappellas, eiusque tenimenta, & ideò solutiones, quæ dantur continuatę licet men-

10 mentionem non faciant de dicto priuilegio, † tamen dicuntur factæ in eius executionem *argum. tex in l. quædam mulier cum ibi notat. ff. de rei vendit. Caual. dec. 406. & num. 2.* & consequenter probant eiusdem priuilegij validitatem, & obseruan-
11 tiam, quæ præsumitur subsequuta † ex præambulo titulo huius priuilegij, *Aym. conf. 10. n. 9. & conf. 118. n. 2. Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 24 & dixit Rota coram Reuerendissimo D. meo Decano in dicta dec. 128. n. 8.*

Eademque responsio militat, & in alijs solutionibus cereorum, & cannatæ mellis, nam quamuis istæ possint dici factæ iure antiquo, quod competebat Ecclesiæ Rossan. ante d. priuilegium, nihilominus cum de eis quoque fuerit facta mentio in eodem priuilegio negari non potest, quin saltem adminiculent eiusdem priuilegij obseruantiam, & veritatem, concurrentibus
12 verò adminiculis, & obseruantia datur † fides scripturæ etiam informi ex superius allegatis, & firmauit etiam *Rota coram Caual. dec. 122. n. 3. & 4. & inter rec. dec. 230. n. 5. par. 5.* vbi loquitur in terminis Bullarum Apostolicarum.

Et ita decisum vtraque.

Infra in eadem causa sub die 20. Aprilis, & 22. Iunij pariter 1640. coram eodem R. P. D. Carillo aliæ ad sunt decisiones.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Laudi.

Lunæ 30. Ianuar. 1640.

ARGVMENTVM.

Reciproca substitutio inter plures vocatos facta non dicitur, si omnibus, & cuilibet ipsorum fuerit in casum mortis alius substitutus; hinc plures in hac materia coniecturæ discutiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio reciproca nunquam inducitur nisi fuerit expressa verbis, vel ex coniecturis necessarijs resultet.*

2 *Substitutio facta in causam obitus plurium personarum, & alterius ipsarum, vno decedente dicitur factus locus portioni illius.*

3 *Substitutio reciproca inter plures honoratos facta dicitur requisitis concurrentibus.*

Nempe quod omnes sint vocati, quod illa in tota hereditate, & vltimo morienti facta fuerit, ibidem.

4 *Plures personæ simul institutæ, sed qualibet in sua rata vna non censetur vocata in portionem alterius.*

Ius accrescendi cessat pluribus institutis diuisa in quolibet sua portione, n. 4.

Plures simul instituti cum diuisione quantitatis, vel ratæ in vnoquoque, verbis non autem re dicuntur coniuncti, n. 4.

5 *Reciproca cessat inter plures simul vocatos, sed diuisim quilibet in sua portione.*

In accrescendi est tacita quædam substitutio reciproca nu. 5.

6 *Dictio*, in detti, *repetit singula superius expressa singulariter non simul iuncta, & nu. seqq.*

Substitutio facta per verba repetitiua censetur eodem modo facta, quo præcedens institutio, n. 6.

7 *Dictio*, in detti, *repetit superius expressa simul iuncta, non singulariter, vbi supra ita posita fuerint & n. 6.*

8 *Substitutio ad hoc vt dicatur vltimo morienti facta non requiritur, quod illi expressè fiat.*

9 *Substitutio fideicommissaria inter plures honoratos facta reciprocam inter ipsos non inducit.*

Sed in singularitate resoluitur perindè, ac si cuilibet ipsorum facta fuisset, ibidem.

10 *Amplia conclusionem fortius, & sine difficultate procedere, vbi agitur inter extraneos.*

11 *Reciproca inter plures honoratos excluditur, si in casum omnium, vel alterius ipsorum fuerit altera persona vocata.*

12 *Oratio si alias esset imperfecta, aut resultaret perplexitas in dispositione, verba necessaria suppleri debent.*

13 *Numerus pluralis vno contentus non est,*

14 *Testatoris voluntas ità interpretari debet vt substitutio in pluribus casibus ab eo ordinata locum habere possit.*

15 *Conditio substitutioni adiecta ita differt à casu substitutionis, prout ab ipsa substitutione.*

16 *Reciproca substitutio etiam semotis illis tribus requisitis necessarijs, quandoque ex alijs coniecturis inducitur.*

17 *Intellige vbi concurrunt coniecturæ vrgentissimæ, & necessariæ.*

18 *Ita vt qualibet in suo genere sit apta ad reciprocam inducendam.*

19 *Reciproca inducta inter substitutos, & inter institutos pariter inducta censetur.*

20 *Aduerte, quod coniectura ista non concludit, quinimo apud plures est reiecta, & ex illa contrarium firmant.*

21 *Reciprocam ad inducendam non omnis prædilectio admittitur, sed illa solum, quæ consideratur in liberis vel descendentibus.*

22 *Relictum fœminis ab ipsarum consanguineis, pro illarum congrua dote relictum præsumitur.*

DECISIO CXCII.

QVondam Iacobus Antonius Mannellus in testamento, sub quo decessit, reliquit Felici & Mariæ ex sorore pronepotibus scuta mille monete, pro qualibet ipsarum, eisque Franciscum aliosque germanos fratres, ac respectiuè pronepotes, per hac verba substituit.

Lascio per ragione di legato à Felice, e Maria Forniè mie pronepoti scudi mille di moneta per ciascheduna di esse &c. & in detti scudi mille per ciascheduna di esse &c. instituisco dette Felice, e Maria pronepoti heredi vniuersali di maniera, che dalla mia heredità, e beni non possano pretendere altro, e morendo in qualsiuoglia tempo dette Felice, e Maria senz'esser monacate, ò maritate, ouero alcuna di esse monacata ò maritata, ò senza figliuoli legitimi, e naturali ... det-

detti scudi due mila voglio che succedino Francesco, Paolo, Pietro, Gio. Battista, Girolamo, e Tomaso Foruia fratelli di dette Felice, Maria, e miei pronepoti, quali tutti sustituisco in detto legato ne' casi predetti per eguale portione, morendo l'uno senza legitimi figliuoli, e naturali, succedano gli altri per egual portione parimente.

Obijt Felix vna ex dictis legatarijs adhuc innupta, Maria altera sorore superstite inter quam, & prædictos fratres nonnullis ortis controuersis super successione in portione dictæ Felicis præ defunctæ, eisque in arbitrum compromissis, emanauit Laudum, quo inter alia declaratum fuit in legato sc. mille eidem Felici relicto successisse Mariam sororem, in cuius executionem A. C. mandatum relaxauit, sed adita pro parte dd. fratrum Signatura, causaque appellationis quoad effectum deuolutiuum mihi commissa, dedi dubium, An in d. legato sc. 2000. adesset reciproca substitutio inter dictas Felicem, & Mariam, eoque pluries posito, tandem hodiè negatiuè responsum fuit.

1 Quia substitutio reciproca fideicommissaria nunquam resultat, † nisi fuerit expressa verbis, vel ex coniecturis necessarijs tacitè inducatur. *Ias. in l. potest quis nu. 8. & seqq. ff. de vul. & pupill. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita n. 558. & n. 694. ff. ad Trebell. Ceph. cons. 401. n. 28. Peregr. cons. 47. n. 7. cons. 54. n. 1. & 11. cons. 55. n. 8. lib. 1. & cons. 30. n. 1. & cons. 33. n. 11. lib. 3. Menoch. cons. 85. n. 65. Bursatt. cons. 372. n. 12. lib. 4. Peregr. de fideic. art. 13. n. 4. & n. 73. Fusar. de substit. q. 471. n. 1.*

In proposita autem facti specie reciproca substitutio inter dictas sorores in legato de quo agitur, neque verbis expressa, neque tacita ex coniecturis resultare visa fuit.

Non quidem expressa verbis, cum talis in testamento non legatur, imò contrarium ex illis eliciatur; Cum enim Testator reliquerit dictis Felici, & Mariæ sc. 1000. pro qualibet ipsarum, eisque quouis tempore decedentibus non monacatis, neque maritatis, aut earum alteri non monacatæ, neque maritatæ, aut sine filijs legitimis, & naturalibus superstitibus substituerit d. Franciscum aliosque earum germanos fratres, a-

2 pertè colligitur testatorem vocasse dd. fratres in casu obitus tam vtriusque quam etiam alterius ex dd. sororibus sub altera ex dd. conditionibus prædefunctæ, & consequenter defuncta d. Felice sine filijs sequitur in illius portione factũ fuisse locum substitutionis ad fauorẽ dd. fratrum ex adduct. per *Menoch. præsum. 186. n. 6. lib. 4. Pereg. de fideic. d. art. 13. n. 29. Fusar de substit. q. 473. n. 13.*

3 Neque etiam tacita, quia licet illa inducatur inter plures honoratos, quando concurrunt illa tria requisita, nempe quod omnes sint honorati, quod substitutio sit facta in toto, & quod illa sit facta vltimo morienti *iuxt. text. in l. Titia, §. Seia libertis, & ibi Doct. ff. de leg. 2* de quibus latè per *Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 5. n. 15. Odd. cons. 45. n. 41. Surd. cons. 329. n. 6. Fusar: cons. 17. n. 17. & seqq. Rot. dec. 266 n. 21. & dec. 300. n. 9.* cum alijs relatis *in Florentina fideicomm. 28. Iunij 1638. coram R. P. D. meo Carillo*; Nihilominus prædicta tria requisita in præsenti casu nequaquam concurrere visa fuerunt.

Non quidem primum, quia & si Testator vocauerit tam Felicem, quam Mariam nomine collectiuo, & sic eas coniunxerit verbis, attamen cum illis non reliquerit scuta his mille, sed scuta mille pro qualibet ipsarum, & sic eas non coniunxerit re, vtique ex ista diuisione quantitatis, vnaquæque ipsarum dicitur vocata, ad sc. mille tantum, non autem ad portionem sororis, & propterea qua ratione inter eas cessat ius accrescendi propter diuisionem quantitatis, vtrique earum relectæ, vt aduertunt *Ias. in l. re coniuncti numer. 100. ff. de leg. 3. Crass. de success. §. ius accrescendi quæst. 8. numer. 5. vers. sed Bart. contrarium Mant. de coniect. lib. 10. tit. 3. num. 29.* ea pariter ratione videtur cessare reciproca quoad portionem alterutrius, in qua altera vocata non fuit, cum ius accrescendi sit tacita quæ-

5 dam † substitutio reciprocæ similis, *l. Titio & Mæuio, §. Iulian. ff. de leg. 2.* cum alijs relatis *per Surd. dec. 152. num. 2.* Nec etiam secundum, quia licet substitutio ad fauorem dd. fratrum per hæc verba, concepta fuerit: *In detti scudi 2000. voglio che succedino &c.* nihilominus in toto legato facta non videtur, Quia cum Testator d. substitutionem fecerit non simpliciter *in scudi 2000.* sed cum dictione repetitiua, ibi, *in detti scudi 2000.* censetur d. substitutionem fecisse eodem modo, quo dd. Felicem, Mariam instituit. Vnde cum non integram quantitatem scut. 2000. sed scut. 1000. earum cuilibet reliquerit, vtique. Sequens substitutio in dd. scut. 2000. censetur facta non simpliciter, sed in scu. 2000. si vtraque ex dd sororibus; in scu. verò 1000. si altera ex eis non monacata, aut innupta, aut sine filijs decessisset, virtute d. dictionis repetitiuæ, *in detti*, quæ repetit

6 singula superius † expressa singulariter non autem simul iuncta, *l. Lucius Titius 83. §. Lucius, ff. de l. 2. Bald. in l. vlt. num. 7. C. de impub. & alijs substit. cum alijs congestis à Peregr. d. art. 13. num. 33. circa princ. Fusar. d. qu. 413. num. 25.* Prout è conuerso si in præcedenti oratione facta fuisset mentio de integra quantitate scu. 2000. ac postea in d. quantitate substitutio facta fuisset, diceretur inducta

7 tacita reciproca, virtute pariter d. dictionis, † *in dicta*, quæ argueret, substitutionem in tota quantitate scu. 2000. factam fuisse *Barz. dec. Bon. 5. num. 38.* cum alijs cumulatis per *Menoch. præsumption. 62. num. 14. libr. 4. & Fusar. dicta quæst. 472. num. 62.*

Tertium denique requisitum nimirum quod substitutio sit facta vltimo morienti, adhuc defi-

8 cere visum fuit, † nam licet ad hunc effectum non requiratur quod substitutio sit facta verbis expressis vltimo morienti *Peregrin. cons. 62. nu. 25. lib. 1. Maresc. var. lib. 1. cap. 66. num. 10. Fusar. d. qu. 472. num. 82. Rot. d. dec. 266. num. 24. vers. & non est necesse, & 4. d. dec. 300. num. 12. vers. vltra quod non est opus, & dec. 361. num. 16. p. 1. rec. Reuerendiss. D. meo Decanus d. dec. 494. num. 11.* Nihilominus contrarium censuerunt Domini in casu isto, nedum ex verbis illis simpliciter prolatis, ibi *E morendo dd. Felice, e Maria &c. voglio che succedino, &c.* cum substitutio fideicommissaria simpliciter facta post mortem plurium hono-

9 ratorum † non inducat inter eosdem honoratos reciprocam, sed resoluatur in suas singularitates

 per-

perinde ac si cuilibet ex honoratis illa facta fuis-
set *l. pater filium, §. duobus & ibi Ang. col. 1. in fin.
vers. sequitur in tex. & alij DD. ff. ad l. falcid. Me-
noch. d. præsump. 62. num. 30. lib. 4. Peregr. de fideic.
d. art. 13. num. 36.* vbi ait id procedere absque
10 difficultate † quando, prout hic, agitur inter
extraneos *Intrigl. de subst. centur. 2. qu. 83. n. 35.*
cum alijs relatis à *Gabr. commun. opin. tit. de sub-
stit. concl. 1. & Fusar. d. qu. 472. num. 1. & 2.*

Verum etiam ex alijs verbis subsequentibus, *ò
verò vna di esse monacata, ò maritata ò senza figli,
&c.* quæ verba alternatiuè concepta apertè indi-
cant testatorem vocasse d. fratres in casu quo vtra-
que soror, vel altera ex eis non effecta monial:s,
aut innupta, aut sine filijs decederet, & consequen-
ter talis substitutio eo facilius excludit recipro-
11 cam † inter dd. sorores institutas, cum per obi-
tum vnius, vel alterius sub vna ex dd. conditio-
nibus intret substitutio ad fauorem dd. fratrum,
*Rip. in d. l. hæredes mei, §. cum ita n. 87. & seq. ff.
ad Trebell. Socc. iun. cons. 148. num. 24. lib. 3. Me-
noch. d. præsumpt. 186. nu. 10. lib. 4. Intrigl. cent. 3.
qu. 48. in fine Peregr. d. art. 13. num. 34.*

Nec placuit intellectus quod d. alternatiua
Ouero alcuna di esse, sit referenda non ad casum
mortis dd. sororum, sed ad qualitatem nuptia-
rum spiritualium, vel temporalium; Quando-
quidem talis intellectus videtur repugnare, ver-
bis eiusdem legati vnica oratione, ac verborum
structura conceptis, ex quibus apparet d. alternati-
uam non posse referri, nisi ad casum mortis vtrius-
que sororis, vel alicuius ex eis sine aliqua ex dd.
qualitatibus decedentis; Quia cum Testator di-
xerit. *E morendo dette Felice, e Maria senz'esser mo-
nacate, ò maritate, ò vero alcuna di esse maritata, ò mo-
nacata, ò senza figli*, tanquam defectiua, & imper-
fecta non potest intelligi de per se, nisi reguletur
à verbis antedictis. *E morendo dd. Felice, e Maria,*
& sic ad casum mortis tam vtriusque quam ali-
cuius ex eis perinde, ac si Testator dixisset: *E mo-
rendo dd. Felice, e Maria, ò alcuna di esse senz'esser
monacata, ò maritata senza figli*; Nam quando ora-
12 tio † est imperfecta, vel alias resultaret perple-
xitas in dispositione testatoris, supplenda sunt
verba necessaria *Peregr. de fideic. art. 11. n. 28. & seq.
Fusar. de subst. qu. 228. n. 3. & seqq.*

Et videbatur in hac re cessare omnis ratio du-
bitandi ex aperta Testatoris declaratione resul-
tante ex verbis adiectis post substitutionem mas-
culorum, ibi, *Quali tutti sustituisco in d. legato ne
casi predetti*, ex quibus colligitur Testatorem
fecisse plures, & adminus duos casus substitu-
13 tionum † quia pluralis numerus non est con-
tentus vno *l. vbi numerus ff. de test. cum alleg. per
Surd. cons. 31. num. 23. Peregr. de fideic. art. 20. sub
num. 20. & Rot. dec. 194. num. 53. p. 5. recentior.*
Cum autem d. pluralitas casuum verificari non
possit admissa reciproca, quia vnico tantum ca-
su, quo vtraque soror mortua esset sine filijs, vel
alijs conditionibus supradictis masculi succede-
rent, è conuerso autem recepto supradicto intel-
lectu quod masculi sint vocati, tam in casu mor-
tis vtriusque quam alterius earum, bene intra-
ret substitutio masculorum in pluribus casibus.
Hinc propterea Testatoris volũtas ita venit inter-
pretanda, vt substitutio, in pluribus casibus ab
14 eo † ordinata locum habere possit *l. fin. ff. ad Tre-
bell.* & latè *per Surd. & Peregr. in dd. locis.*

Nec dici valet substitutionem in pluribus pos-
se verificari in diuersitate substitutionum in
quibus masculi sunt vocati, nempe si neptes mo-
rerentur non monacatæ, vel non maritatæ, vel i-
ne ne filijs, quia istæ sunt conditiones, sub qui-
bus Testator substituit, non casus substitutionis,
qui alij non sunt præter illos obitus ambarum,
vel etiam alterius ex eis sine aliqua ex prædictis
conditionibus, conditio autem à casu substitutio-
15 nis longè differt, † prout differre ab ipsa substi-
tutione dixit *Rota dicta dec. 594. nu. 53. ad fin. &
seqq. par. 5. recent.*

Minus obstant aliæ coniecturæ exaduerso pon-
deratæ, ex quibus etiam circumscriptis dd. re-
16 quisitis, † tacita reciproca resultare dicebatur
*Rot. d. dec. 266. n. 24. par. 3. rec. Reuerendiss. D. meus
Decanus d. dec. 493. n. 9.* cum alijs relatis *à Rub. in
Singular. ad dec. in Vrbeuetana Fideicomm. 28. Apri-
lis 1586. coram Card. Pamphil. sen.* Quia omissa
disputatione; An dicta conclusio indistinctè pro-
cedat inter descendentes in quibus terminis pro-
cedunt dd. decisiones, siue prout hic inter extra-
neos, illæ visæ fuerunt satis leues, cum tamen v-
17 gentissimæ, ac necessariæ requirantur, ad hoc vt
reciproca ex illis resultare valeat *Rot. dec. 14. num.
7. par. 1. recent. Bursatt. cons. 371. num. 12. & nu. 33.
cum seqq.* qui nedum vult coniecturas esse neces-
18 sarias, † sed quamlibet de per se esse aptam ad
reciprocam inducendam *Peregr. de fideicomm. art.
13. n. 4. & 73. Fusar. 47. n. 1. & seqq.*

Prima namq; coniectura desumpta ex eo quod
inter dd. fratres substitutos, inducta sit recipro-
19 ca, † quæ proindè etiam inter dd. sorores insti-
tutas facta præsumitur ex relat. *à Fusar. d. quæst.
472. num. 24.* non concludit, nec est admodum
recepta relat. *per Fusar. d. qu. 472. num. 25.* Imò
20 d. † coniectura visa fuit potius retorqueri. Nam
sicuti Testator inter dd. fratres substitutos reci-
procam, quam voluit, expressis, sic pariter inter
dd. Felicem, & Mariam eorum sorores, & in
æquales in gradu, si voluisset expressisset.

Secunda vero ducta ex maiori dilectione Te-
statoris erga dd. Felicem, & Mariam, vti prius
honoratas, ac puellas indotatas, quam erga dd.
fratres, qui tanquam masculi aliundè sibi prospi-
cere potuissent, visa fuit irreleuans ad effectum re-
ciprocæ, de qua agitur; Tum quia ad hunc effectũ
21 non omnis prædilectio admittitur, † sed illa so-
lum, quæ consideratur in liberis, vel descendenti-
bus à Testatore inter quos dd. mulieres non exi-
stunt *Peregr. d. art. 13. nu. 45. & seqq. Fusar. dict.
qu. 473. num. 35. & seqq.* Tum quia Testator re-
linquens dd. pronepotibus suis scu. 1000. pro
22 qualibet, † præsumitur hanc summam pro con-
grua dote cuiuslibet ipsarum reliquisse *argum. l.
quod autem,* & ibi, *Bart. ff. de iur. dot. Ias. in l. hu-
iusmodi, §. cum pater num. 17. ff. de leg. 1.* Vndè in-
trat potiùs coniectura suadens Testatorem, vna
dd. sororibus defuncta sine filijs, voluisse in por-
tione d. legati præferri potius dd. substitutos,
qui nihil ex illius hæreditate habuerant, quam
alteram proneptem superstitem, quæ cum d. lega-
to scutor. mille ei relicto congruè dotari poterat.

Reliquæ verò coniecturæ desumptæ ex digressu
ad

ad plures gradus substitutionum compendiosa, & ablatiuis absolutis, quibus illa concepta fuit; visæ fuerunt æquiuocæ, nec applicari casui de quo agitur.

Et ita vtraque &c.

R.P.D. HIERONIMO VEROSPIO

Postea S.R.E. Cardinali.

Meliteñ Hæreditatis.

Lunæ 6. Februarij 1639.

ARGVMENTVM.

Procurator in aliqua causa constitutus lite per sententiam terminata, non potest sine nouo mandato comparere, & quando hoc procedat contradictarum iudicium agitatur procuratore constituto absente etiam ex causa recreationis. Tertius qui lite pendente emit à debitore contrahit litigiosi vitium, siuè fuerit actum actione reale, siuè alienatio fuerit facta in fraudem, & quæ fraus in hac materia requiratur, ac quomodò probetur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum procuræ expirat post rem iudicatam, & nouo mandato opus est.*
2 *Intellige vbi petitur illius executio coram alio Iudice, secus coram Iudice qui sententiam tulit, & num. seqq.*
3 *Executio sententiæ vbi petitur coram alio Iudice prima lis dicitur perempta, quando verò petitur coram Iudice, qui sententiam tulit, tunc dicuntur remanere vestigia prioris iudicij.*
4 *Restitutio in integrum aduersus rem iudicatam nominatim scilicet aduersus talem sententiam petita, nouum procuræ mandatum non requirit.*
Secus verò si petatur principaliter atque in genere, quia eo casu non sufficit primum mandatum, sed nouo opus est, ibidem.
5 *Restitutio in integrum petita nominatim aduersus aliquam sententiam dicitur appendix prioris iudicij.*
6 *Procuræ mandatum probatur ex impensis, à procuratore factis.*
Procurator præsumitur impendisse cum scientia, & de ordine principalis, num. 6.
7 *Procuratore de cuius mandato penès acta constat non citato per contradictas procedi non potest.*
Scientia mandati procuræ satis dicitur, si illud in actis extabat. n. 7.
8 *Contradictarum processus dicitur validus, etiam vbi adest procuratur, si ille absens reperitur.*
9 *Citatio per contradictas substinetur procuratore absente, etiam quod ille non longi abesset recreationis causa.*
10 *Nullitas à parte renunciata non potest à tertijs possessoribus allegari.*
11 *Sententia etiam in iudicatum transacta non potest executioni demandari contra non citatum, nec in sententiæ condemnatum.*
12 *Executio facta contra tertium non citatum, nec in sententia condemnatum potest peti vt illico reuocetur.*
Executio nulliter facta absque alio processu, & eodem modo quo facta fuit reuocatur. n. 12.
Tertius timens executionem sententiæ contra alium latæ, fieri super suis bonis, potest petere à Iudice, vt creditorem inhibeat num. 12. & 13.
Vbi quod hæc Angeli cautela appellatur.
14 *Tertius qui lite pendente emit à debitore, nè possit per creditorem conueniri, requiritur, quod bona iusta causa in ipsum fuerint alienata.*
15 *Alienatio facta ex causa necessaria etiam pendente lite dicitur facta in casu permisso, & ex iuris dispositione.*
16 *Alienatio rei litigiosæ ex pluribus causis fieri permittitur absque vitio, & in specie assignatur causa legati, & infra n. 25.*
17 *Tertius possessor, qui emit lite pendente conueniri potest sine nouo processu, & eadem sententia.*
Quoties per creditorem fuit actum actione reali.
18 *Sententia emptoris rei litigiosæ non requiritur, vt ipse possit eadem sententia coueniri intellige, vt num. seq.*
Vitium litigiosi transit ipso iure in successorem, num. 18.
19 *Vitium litigiosi etiam sine scientia transit in successorem, si fuit actum actione reali, secus si personali.*
Litigiosa nunquam res efficitur in actione personali, num. 19.
20 *Exequutio sententiæ permittitur fieri contra tertium etiam in actione personali, vbi probatur alienatio facta in fraudem.*
21 *Intellige vbi probatur fraus ad retardandam exequutionem iam ceptam, siue impediendam illam, quæ actu imminebat.*
Secus verò in fraude quæ respicit solum interesse creditoris, cuius damno res perijt, ibid.
22 *Alienationes plures si omnes fuerunt factæ post litem motam, fraudolenter præsumuntur.*
Et potest agi contra tertios etiam quod fuerit actione personali processum, ibid.
23 *Tertins qui emit lite pendente, satis probatur sciens si lis per totam Ciuitatem, in qua agebatur, vulgata erat.*
Scientia etiam ad effectum litigiosi vitij probatur indicijs, & coniecturis, nu. 23.
24 *Scientia quod probetur coniecturis, & indicijs generale est in qualibet materia.*
25 *Prohibitio alienationis rei litigiosæ non compræhendit causam necessariam.*
Scilicet quæ habuit originem à contractu, vel debito antecedenti, ibid. & sup. num. 16.
26 *Hæreditas non potest dici debitrix sortis principalis census, propter qualitatem illius.*
27 *Fructus census solui debent ex fructibus fundi censiti.*
Fundus census ex iuris præsumptione dicitur capax ad solutionem annui census, n. 27.
28 *Testator si mandauit legata ex fructibus solui, multo magis censendum est, quod voluerit etiam debitis ex fructibus satisfieri.*
Solutio debitorum, & æris alieni prius facienda est quam adimpleantur legata, n. 28.

DECISIO CXCIII.

CVm lata fuiſſet ſententia contra Monaſteriũ
& Moniales pœnitentes Ciuitatis Melitæ,
quæ poſteà tranſitu fecit in rem iudicatã. Propo-
ſui hodie dubium, An eſſet exequendum man-
datum, & litteræ decretæ in exequutionem
eiuſdem ſententiæ contra Ioannem, & alios, in
quos alienata fuerunt à Monaſterio aliqua bona,
pendente hac lite. Cum verò ad impediendam
exequutionem plura opponerentur pro parte
Ioannis, & aliorum poſſeſſorum tàm contra
validitatem proceſſus facti pro executione
d. ſententiæ, quàm contra ipſam exequutionem
quæ negatur poſſe fieri cõtra eoſdem poſſeſſores,
viſum fuit Dominis examinare ſingulas illorum
exceptiones, à quibus pendere poterat deciſio
huius dubij.

Et prima exceptio reſpiciebat validitatem
proceſſus, quia dicebatur in eo deficere manda-
tum Dominici, qui comparebat nomine fami-
liæ de Chiantar, cuius fauore lata fuerat eadem
ſententia, Cui exceptioni ſatisfactum fuit, quia
non negatur abſolutè illius mandatum, quod
neque negari poterat, cum reperiretur in actis
cauſæ, ſed dicebatur expiraſſe poſt rem iudica-
1 tam, & † indè inferebatur quod nouo manda-
to opus fuiſſet in illius perſona adducendo *text.
in l. 1. ff. de re iudic. & in l. terminato, C. de fructi-
bus, & lit. expenſis*, & dicebatur tenuiſſe *Bart. in
l. ſi procurator n. 2. ff. de ſolut.* quæ iura, & autho-
ritates intelligendæ erant in caſu, quo ageretur
2 actione iudicati coram alio Iudice, † non au-
tem dum illius exequutio petebatur coram eo-
dem Iudice, qui ſententiam tulit; Nam primo
caſu exiſtimari debebat lis tanquàm perempta,
3 & extincta; † in ſecundo verò videbantur rema-
nere veſtigia prioris iudicij, pro quibus etiam
cenſebatur datum mandatum, & ità declarauit
Rot. cor. Puteo dec. 366. n. 4. lib. 1. limitando regu-
lam ſuperiùs poſitam, quam adduxit *in ead. dec.
Mohed. dec. 3. vt lit. pen. n. 1.* & notant *Doct. in l.
qui proprio 46. §. item quæſitum, ff. de procur.* vbi
eodem modo diſtinguũt in caſu quo petatur reſ-
titutio in integrum aduerſus rem iudicatam,
4 quia ſolum opus erit nouo mandato, † ſi reſti-
tutio petatur principaliter atque in genere, non
autem ſi petatur nominatim aduerſus talem
ſententiam, quæ dicatur habere effectum rei iudi-
catæ, & tradit ibi *Bart. poſt gloſ. in verb. item Bald.
n. 9. Caſtr. n. 6.* & mouentur eadem ratione quod
5 ſecundo hoc caſu reſtitutio † dicatur eſſe appen-
dix, & de incidentibus primi iudicij, & idem
tradit *Iaſ. in l. inuitus, C. de procur. n. 4. in 4. limit.
Curt. iun. in l. diligentèr, nu. 5. ff. mandat.* & tenuit
Rot. apud Caſſad dec. 2. n. 3. in procur. Præterea pote-
rat nouum mandatum præſumi in perſona Do-
minici, qui petebat d. exequutionem ex pluri-
6 bus impenſis, † quas oſtendebatur illum feciſſe
pro ea obtinenda cum omne hæ impenſæ præſu-
mi deberent factæ cum ſcientia, & mandato fa-
miliæ cuius intererat illas fieri *arg. text. in l. cum
de indebito, ff. de probat. & in cap. cum ſuper. hoc de
renunc.* & tenuit *Rot. coram Put. dec. 348. n. 5. lib. 1.
Caſſad. dec. 3. n. 4. de procur. Menoch. de præſump.
lib. 2. præſum. 33. n. 3* Et poterat eadem exequu-
tio ſubſtineri ex proprio iure, & intereſſe qu
debebat idem Dominicus in hac cauſa, qu
ille erat ex eadem familia, & tanquàm ta
ſemper eandem cauſam defendit, & ità etiam
nominatus fuit in ſententia Rotali vndè re
petere potuit exequutionem eiuſdem ſenten
ratione proprij intereſſe pro quo non hab
bat opus mandato aliarum perſonarum, q
tanquàm ſingulæ non habebant maius ius in
cauſa quam ipſi competeret.

Alia exceptio oppoſita fuit contra validita-
tem proceſſus, quod deeſſet in illo citatio co
trà Procuratorem Monaſterij, quamuis eiuſdem
7 mandatum extaret in actis, † & indè etiam di
cebatur, quod non potuiſſet procedi contra Mo
naſterium per contradictas, ſicuti factum fu
dum aderat perſona quæ citari poterat, illa
erat nota partibus propter certitudinem, q
oriebatur ex eiuſdem actis, *vt notat. in cap. vlt.
elect. lib. 6.* & tenuit *Rota apud Mohed. dec. vlt.
iudic. & apud Aegid. dec. 155.* Sed etiam hæc nu
litas tollebatur quia ille Procurator appare
reuocatus propter aliud mandatum quod à Mo
naſterio poſteà datũ fuit Eq. Viruillæ, qui dei
dè ſẽper cõparuit in cauſa, & ita probata abſ
Equitis rectè actum fuit contra Monaſterium p
8 audientiam contradictarũ, neq; † ex hoc capi
poteſt impugnari proceſſus tanquam inualidus,
quia etiam quod duraſſet mandatum primi pro
curatoris potuiſſet illo abſente citari Monaſte
rium, *vt voluit Rota apud Caſſad. dec. 6. n. 2.
lit. pen. & in dec. 5. de iudic. in nou.* vbi quod ſub
9 ſtinetur talis citatio † quamuis procurator ab
et non longè ab Vrbe animi, aut honeſtæ ob
ctationis cauſa *idemq; tradit Vant. in tit. de null.
ex defectu citationis n. 115. Veſtr. in prax. lib. 1. c.
n. 4.* & non poterat obſtare hęc nullitas, quia
Monaſterium paruerat ſententia dimittendo
partem bonorum, ad quorum reſtitutionem in
ea condemnabatur, & ità cum Monaſterium
10 videretur renunciaſſe tali nullitati † non po
rat illa adduci à Tertijs poſſeſſoribus in quos
lienata fuit reliqua pars eorundem bonorum
per quibus petitur exequutio *arg. text. in l. loc
corpus, §. competit. ff. ſi ſeruit. vend. & in l. ſi prior
§. ſi ſimpliciter, ff qui potior in pign. habeant
gloſ. in l. ità tamen, ff ſi ager. vectigal. Bart. in l. 1. n.
ff. eod. tit. & tenuit Rot. cor. Greg. dec. 582. num. 6*
quod præcipuè dicendum erat, dum ipſi ha
bent cauſam à Monaſterio, cuius fauore potuiſ
ſet ſententia eſſe nulla.

Alia exceptio reſpiciebat exequutionem, &
negabatur illam potuiſſe fieri contra poſſeſſores
dictorum bonorum, dum contra eos actum non
fuit *in primo iudicio*, neque illi condemnati fue
11 runt in ſententia, , quæ hodie dicitur habere
vim rei iudicatæ *argum. text. in l. 1. C. res inter alios*
& notant ibi *Doctores, & in l. ſæpè, ff. de re iudicat.
& in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. eodem tit.
vbi Bart. num. 6. & 7. Alexan. num. 8. Iaſ. num. 9.
Bald. in l. ob maritorum, C. ne vxor pro marito n. 1.*
& ità notant Doctores poſſe hoc caſu poſſeſſo-
rem, qui timet moleſtias ſuper bonis à ſe poſ-
ſeſſis proteſtari creditori, vt non procedat ad
exequutionem ſuper talibus bonis, & quatenus
exequutio facta ſit, obtinere à Iudice, vt illa
pro

12 † pro Imperio reuocetur illicò, & sine alio processu eodē modo quo facta fuit, vt *voluit in specie Baldus in d.l.ob maritorum in princ.Ias.in d.l.à Diuo Pio,§.si sup.reb.nu. 9.ff.de re iudic.Imol n.* 15.& fuit
13 cautela excogitata primò † *ab Angelo in d.§. si super rebus n.1.*& eā sequuta fuit *Rota in Anconitana coram R. P.D. meo Dunoz.* & adducebatur in casu huius decisionis etiā iustitia causæ propter quàm deuentum fuerat ad alienationem eorundem
14 bonorum, † quod etiam considerant Doctores ad effectum, vt agi non possit contra Tertium possessorem, in quem fuerunt translata bona pendente lite, *& voluit in specie Castrens. in d.§. si super reb. nu.8. in fin.* nàm aliqua ex ijs bonis vendita fuerunt vt ex eorum pretio soluerentur legata, quæ relinquerat Testatrix, quædam vt solueretur æs alienum quod repertum fuit in illius hæreditate,quæ causę tamquam
15 necessariæ † efficiebant, vt alienatio dici deberet facta in casu permisso ex dispositione iuris *arg. text. in l. fil. famil. §. diui, ff. de legat. 1. & in l. peto, §. peculium, ff. de legat. 2.& probat text. in l.vlt.C.de litigios.*vbi enumerantur plures causæ quę non comprehenduntur sub generali prohibi-
16 tione legis, † & in specie causa legati, *& tradit Ripa in d. l. filius fam. §. diui, ff. de legat.1. Bart.in l.si quis missum, §. Iudex, ff. de damn. infect.nu. 4. in fin. & tenuit Rota in Montis Falisci bonorum* 12. *Maij* 1598. *coram Card. Pamphil.*

Verum hæc exceptio visa fuit tolli vnica responsione, quia sententia, quam obtinuerat Familia de Chiantar, & cuius exequutio hodiè petitur tanquam habentis rei iudicatæ lata fuerat in actione mere reali nimirum actione petitionis hæreditatis in qua cum actum fuisset de dominio eiusdem hæreditatis effecta fuerunt illius bona litigiosa, vndè non potuerunt posteà alienari, aut
17 transferri in nouos possessores contra quos † rectè hodie agi potest sine nouo processu ex vi, & actione descendente ex eadem sententia, *vt notatur in l. 2.& in l.vltim ff.de litig.& in authen. litig.C. eod. tit.* tradit *Speculat. in tit. de appellat. §. 11. in princ. in vers. si verò non agitur, & num.17. Bart. in l. 3 num. 23.C. de pignor. Alexand. in d. §. si super rebus num.11. Anchar. in cap. quia 9. de Iudic.num.6. & ibi etiam Aretin. num. 13. Butr. num. 12.* adeò vt neque hoc casu requiratur scientia ex parte illius
18 in quem fuerunt bona alienata † cum agatur de reuocanda alienatione rei litigiosæ, cuius vitium transit ipso iure in successorem, *vt probat text.in l. censemus, C. de litig.* & notat *ibi gloss. Bart.super eadem lege num. 1. & in l.1. §. vlt.ff.eodem tit.num. 3. & in l. 3.num.23.C. de pignor.* & latè declarat *Couar. pract. quæst.cap.15. num. 7.* reiecta contraria opinione *Angeli in aut. litig. C.de litig.* qui censuit semper requiri scientiam Emptoris nulla habita
19 ratione vtrum actum fuerit actione reali, † in qua contrahitur vitium litigiosi siuè potiùs actione personali in qua res nunquam litigiosa efficitur, & eamdem opinionem contrariam *opinioni Angeli sequutus fuit Menoch.in consil.319.numer.4. relato Couarr. Ceuall.commun.opin.cap.820.num 33. Gaill. pract. obseru. cap. 118.num. 2. Rota in Romana Vineæ 15. Decembris 1632. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 364.inter alias impressas sub num.23.*

Præterea etiam in actione personali censetur permissa exequutio in bonis possessis à Tertio, si
20 † illa probetur facta in fraudem, *vt notant Doctores in d.§ si super rebus, ff. de re iudic.* & tradit *ibi Castr. num. 8.* vbi sequutus fuit *Bald.in d.l.ob maritorum, C. ne vxor pro marit. Ias. num. 10. Cuman. num. 5. & tradit idem Bald. in l. exequutorem n. 27. C. de exequut. rei iudic. Rip.in l. 1. §. si hæres nu.21. ff. ad Sen. cons. Trebell. Couar. pract. quæst. cap.15. num. 7.* Et licèt adhunc affectum non possit satis esse quæcumque fraus, nisi etiam probetur, quod illa commissa fuerit ad retardandam exequutionem iam cęptam, siuè ad impediendam eam,
21 † quę imminebat, vndè *Bald. in d.l.ob maritorum,* tenuit non sufficere eam fraudem, quæ respiciat solùm interesse Creditoris, cuius damno perierit quod alienatum fuit ex bonis debitoris authoritate *text.in l.Chirographis, §.vltim. ff.de administrat. tutor.* & referendo Baldum dixit *Rip. in d. §.si hæres eod. num.21.Curt. sen. cons. 72. num. 9.*& tenuit *Rota in Albanen. pecuniaria 10. Martij* 1593. *coram Mantic.* & inter impressas *decis.218. num. 11.& in Romana legitimæ 5.Decembris 1614.coram bon.mem. Vbaldo inter recent. decis. 609. num. 2.par.2.* Tamen non deerat hoc genus fraudis, cum omnes alienationes factæ fuissent à Monasterio post litem
22 motam, † quod satis esse putauit *Castrens.*vt possit agi actione personali contra Tertium *in d.§. si super rebus num. 8. Ias. num. 10. Ripa in §. si hæres num. 21. Capicc. decis. 128. num. 11.*& tenuit *Rota in Veneta donationis 18. Aprilis 1612. coram bon.me. Buratto inter impress. decis. 166. num. 3. & apud Egid. decis. 709.Crescent.decis. 16. num. 1. & decis. 20.num. 2.de sent. & re iudic.* Sicut ex qualitate eius litis probabatur scientia Emptorum, quæ etiam requirebatur ad præsumendam fraudem, quia illa erat vulgata, ac publica Insula Melitæ, vndè non erat verisimile, quod ipsi Emptores nō
23 habuissent illius notitiam, † & hæc verisimilitudo satis erat, cum ad probationem talis scientiæ potuissent sufficere etiam coniecturæ, & indicia, *vt voluit Rip. in d. §. si hæres num. 22. Giurb. decis. Sicil. cap. 2.num. 12. & 14. Put. decis.348.lib. 3.*&
24 generaliter regulam † firmat *Bart. in l.qui Romæ §. duo fratres num. 13. ff. de verb. oblig. Dec.in l.eius qui in prouincia, §. quid si stipulatus num.9. ff. de reb. cred.*

Neque poterat aliquid prodesse causa, ob quam dicebatur deuētum fuisse ab alienationem eorum bonorum,quia licèt ea prohibitio inducta à lege nè bona alienentur pendente lite non comprehē-
25 dat causam, quæ necessaria sit, † qualis communiter existimari solet ea quæ habeat originem ex contractu, aut debito antecedenti, *vt constat ex traditis in l. vlt. C. de litig, & probat. text. in l. alienationes, ff. famil. ercisc. & in l. Diuus, ff.de petit. hæreditat.* tamen non subsistebat aliqua earum causarum, quæ adducebantur pro substinendis dictis alienationibus. Quia prima causa solutionis legatorum erat contraria voluntati Testatricis, quæ mandauit in testamento, vt eadem legata soluerentur ex fructibus suæ hæreditatis, alia verò causa æris alieni non subsistebat, dum ex pretio bonorum venditorum redemptus fuit annuus census scut. septingentorum, cuius non poterat dici debitrix hæreditas ex qualitate eius
26 contractus, † qui tamquàm de sui natura perpetuus

tuus efficiebat, vt ipsa hæreditas nunquàm potuisset cogi ad restitutionem sortis eiusdem census, *vt pluribus probat Nauar. in comment. de vsur. num. 97. gloss. 16. & num. 122. in 33. quæst.* & idem dici poterat de fructibus eiusdem census, qui etiam soluti fuerunt ex pretio eorum bonorum, quia vel illi soluendi erant ex redditibus fundi
27 censuati, qui ex iuris† præsumptione existimari debebant sufficientes ad eam solutionem *argum. text. in l. 2. C. de pign.* & notat *ibi Salyc. post gloss. in verb. redigere, Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 18. n. 1.* & tenuit *Rota in decis. 702. num. 1. par. 1. diuers. & in Beneuentana Saluiani 1. Febr. 1616. coram bon. mem. Buratto*, vel quando ijdem redditus non potuissent satis esse pro hoc debito debuissent solui ex redditibus aliorum bonorum hæreditatis secundum voluntatem ipsius Testatricis, quia dum illa ex redditibus eorum bonorum mandauit solui legata, & vetuit pro eorum solutione alienari
28 proprietatem bonorum suæ hæreditatis † multò magis censendum erat fuisse eius voluntatis, vt non liceret alienari proprietatem eorundem bonorum pro solutione debitorum, & æris alieni cui prius satisfaciendum erat, quàm legatis *argum. textus in l. si vniuersa, C. de legat. & in l. 1. §. si is, qui quadringenta, ff. ad Senat. cons. Trebell.* & tradit *ibi gloss. in verbo ex hæreditate, & in l. ratione, §. quod vulgò in verbo nimirùm, ff. de ad l. falcid.*

Et ità &c.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO.

Sacræ Rotæ Decano.

Faneñ Commendæ.

Lunæ 6. Februarij 1640.

ARGVMENTVM.

Gratiæ expectatiuæ, quæ hodie ex Constit. Pontificum, & Sacri Oecumanici Concilij prohibentur, non est necessarium, quod exprimantur in supplicatione ad validitatem illius esto quod alicubi, vt in Religione Hierosolymitana prætenditur concedi soleant; quippe quod illius vsus quatenùs adesset, non vsus, sed corruptela dici debeat.

SVMMARIVM.

1 *Professio probatur ex publico instrumento, & num. seqq.*

Instrumentum publicum facit probationem probatam, num. 1.

2 *Instrumentum publicum iunctis adminiculis plenè probat professionem.*

M. Magister verisimiliter dicitur habere notitiam illorum Equitum, quos prouidit, nu. 2.

3 *Gratia non dicitur nulla, si in ea non fuit facta mentio alicuius gratiæ nullæ.*

Omissio expectatiuæ ab alio impetratæ non vitiat gratiam omittentes, num. 3.

4 *Gratiæ expectatiuæ dicuntur nullæ tanquam contra formam Concil. & Constit. Apost. concessæ.*

5 *Gratia expectatiua nulla non habetur in consideratione.*

6 *Constitutio Pontificis, quæ posterior est antecedentem modificat.*

7 *Expectatiuæ, quæ alicubi conceduntur tanquàm contra Pont. & Concil. Constit. dicuntur corruptelæ.*

Corruptelæ attendi non debet, nu. 7.

8 *Testes deponentes de consuetudine contra formam Constit. Pontific. non probant obseruantiam.*

Nisi vlterius de scientia Sedis Apost. appareat.

DECISIO CXCIV.

SEntentiam Rotalem adiudicantem Eq. Manzino Commendam de qua agitur, tanquam validam, & iustam, & DD. dixerunt esse confirmandam.

Validitas, vltra quod non controuertitur, benè remanet iustificata ex reuolutione actorum.

Iustitia verò patet, cum in ea adiudicata fuerit d. Commenda Eq. Manzino habenti omnes qualitates requisitas adhunc effectum, vt benè deducitur in duabus decisionibus 28. *Februarij, &* 27. *Iunij præteriti coram* * *R. P. D. meo Royas emanatis.*

Nec releuant ea, quæ alias fuerunt deducta, & hodie iterum in hac secunda instantia iaculantur. Et primo non obstat, quod Manzinus non probet suam professionem, sine qua ei non potuit conferri Commenda; quia obiectum cessat ex facto, ex quo de d. professione constat ex publico
1 instrumento, † quod facit probationem probatam *Bald. in l. Imperator num. 1. ff. de stat. homin. & in l. quoties in fine C. de Iudic. Grammat. decis. 45. n. 9. Greg. XV. decis. 180. num. 1. & decis. 195. num. 1.* Maximè cum sit adminiculatum ex attestatione Notarij, ex gestatione habitus per dictum Manzinum, & ex promissione ad eius fauorem facta
2 per M. Magistrum, † qui verisimiliter notitiam habebat qualitatum dicti Eq. Manzini, vt fuit ponderatum in prima decis. Reu. P. Dom. mei Rojas.

Secundò non obstat, quod in prouisioni Eq. Manzini non fuit facta mentio gratiæ expectatiuæ antea concessę Eq. Manello; quia cum d. ex-
3 pectatiua esset nulla † non fuit opus de illa facere mentionem, nec illius omissio causauit obreptionem *Felin. in c. ex tenore n. 2. de rescrip. Rot. decis. 69. eod. tit. in antiq. Caputaq. dec. 217. n. 2. p. 2. Gonzal. super reg. 8. glos. 57. n. 22.*

Expectatiuam autem concessam Eq. Manello
4 fuisse nullam, † patet quia illa fuit concessa contra expressam dispositionem *Sac. Concil. Trident. sess. 24. cap. 19. de reform. & Bullæ san. mem. Pij V. 73. in Bullar. nouo in §. 6.* In dicta siquidem Constitutione Papa reuocat facultates transferendi pensiones quibuscumque Collegijs, & Officialibus Rom. Curiæ concessas: in §. 2. reuocat easdem facultates concessas Religionibus militaribus, & in §. 6. reuocat expectatiuas. Vnde stante huiusmodi reuocatione ex probatiua concessa
5 Manello † vti nulla non erat in consideratione habenda, *l. si aut nullum C. de legit. hæred. l. non dubium C. de legib.* cum alijs in proposito, adductis per *Gonz. d. glos. 57. nu. 29. & seqq.*

Neque obstat alia Constitutio ejusdem Pontificis

ficis Pij Quinti 28. Quia quicquid disponat dicta Constitutio, aduerterunt DD illam emanasse de anno 1567. Constitutionem verò 73. fuisse editam de anno 1568. vnde tanquam posterior
6 † modificat Concessionem de qua in dicta Constitutione 28.

Nec pariter obstat Constitutiò san. mem. Clementis Octaui, quia vt apparet in §. 10. omnia priuilegia istius Religionis approbat, saluis modificationibus de quibus in ipsa Constitutione, & alijs contentis in d. Constitutione Pij Quinti, Vnde hæc Bulla potius confirmat contenta in d. Constitutione Pij V. quàm reuocat.

Neque obstant testes adducti pro parte Equiti Manelli ad probandum in hac Religione Sancti Mauritij expectatiuas concedi solere: Quia vltra responsiones datas in vltima decisione Reu. P.D. mei Rojas, quas hodie adhuc subsistere censuit
7 Rota, ista est corruptela, † & propterea non attendenda *cap. mala autem Consuetudo 8. dist. de action. Gratian. discept. 88. num. 19.* & fuit dictum in *Monasterien. Testam. 4. Iunij* 1604. *coram Litta*, & & obstat decretum irritans positum in dicta Bulla 73. san. mem. Pij Quinti cum alijs amplissimis clausulis, adeout nullum fieri possit fundamentũ in depositione dd. Testium ad probandum obser-
8 uantiam, dum non constat de scientia Sedis Apostolicæ *Abb. in cap. 1. num. 4 vers. Vnde ibi, de tregua & pace Præpos. in cap. in istis §. leges numer. 3. vers. nisi dato consensu Papæ 4. dist. Caualer. dec. 77. num. 3. decis. 85. num. 2. decis. 91. num. 8. & dec. 111. num. 1.*

Reliquis obiectionibus benè satisfaciunt responsiones datæ in decisionibus Reu. P. D. mei Rojas, quæ hodie etiam DD. placuerunt.

Et ità &c.

Supradictæ decisiones in hac causa emanatæ sub diebus nempè 28. Februarij, 27. & Iunij anni proximè præteriti coram Reuerendiss. Tarraconen. habentur supra decis. 114. & 159.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO.

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Tricarriceñ Territorij.

Veneris 10. Februarij 1640.

ARGVMENTVM.

Confinium probatio, cum sit materia, quæ non nisi per rusticos, & agros circumcolentes fieri possit, eo magis validior dicitur, quo magis per viliores personas afficitur. Fouea manu facta censetur habens ripas, quæ nupperimæ excauatæ noscuntur cum solis, & quidem paruis arundinibus, vbi verò fluuius censetur ille cuius ripæ peruetustis muniuntur arboribus, & latus & alueus inspicitur.

SVMMARIVM.

1 *Testes experti, et versati in iis regionibus, de quorum territorio deponunt plurimum probant, quamuis rustici.*
2 *Amplia quia eo magis sunt rustici, ac viliores, eo magis probant.*
3 *Confinia, & probationes, quæ probari non possunt, nisi per rusticos ac personas, dd. loca incolere solitas, rectè per illos probantur.*
4 *Testes etiam minus idonei admittuntur in probationibus, quæ per alios fieri non possunt.*
5 *Testes per eumdem præmeditatum sermonem deponentes ac per verba concepta, si sunt numero plures; præbent aliis adminiculum.*
6 *Testium depositiones, si in aliquo deficiunt supplentur adminiculis, & coniecturis.*
7 *Fluuius non foueus manu factus dicitur si est latus, & altus insulas in se continens, & in cuius ripis adsunt arbores proceræ, & veteres.*
8 *Fossum, & quidem nuper excauatum, dicitur, si aggeres illius cum solis arundinibus sine aliquo arbore peruetusto hoc ipsum demonstrant puta quia nuperrimè facti dignoscuntur, ibidem.*
9 *Testes ab aliquo inducti contra ipsum plenè probant. Inducentes testes alias inhabiles dicitur eorum approbasse personas num. 9.*
10 *Testes ab aliquo inducti plenè probant contra inducentem, etiam quod de sola credulitate deponant.*
11 *Dictio*, per, *designat iter qua fluuius pergit, & numer. 13.*
12 *Dictio*, iuxta, *ostendit locum esse proximum rei, cui illa adiicitur.*
13 *Dictio*, vsque, *denotat locum cui designatur esse terminum, & vltimum confine rei de qua agitur. Dictio*, iuxta, *diuersimodè consideratur, aliàs enim ponitur ad determinationem loci continui, alias loci discontinui, & quomodo nu. 14. & 15.*
16 *Enunciatiuæ plurium instrumentorum, & contentæ in instrumentis supra centum annos, habentesque originem à diuersis personis plenè probant in materia confinium.*
17 *Sententia inter alios lata præbet adminiculum aliis probationibus in alia causa propter identitatem rationis.*
Sententia inter alios lata super eadem re non probat quoad omnes num. 17.
18 *Sententia ratione connexitati; facit magnam præsumptionem, etiam quoad alios.*
19 *Fluminis alueus ab eo mutatus præsumitur à quo maximæ perceptura erat vtilitas ratione exiccationis terrarum inibi circumsitarum.*

DECISIO CXCV.

COnfirmarunt DD. in dubio, quod hodie proposui, decisiones factas in hac causa coram bo. mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio, in quibus firmatum fuit, quod fluuius Salandræ, qui interfluit agros Andriacis, & agros Monasterij S. Basilij, & diuidit vnum ab alio Territorio, olim & antiquitus alueum suum habebat sub radicibus Montisfatosi, & Iugonum, cuius fluuij alueus in Iconographia, siue descriptione facta à Cardinali Lancellotto, qui fuit præsens in loco controuerso, est notatus colore croceo. Hoc enim constabat ex depositionibus plurium testium, qui fuerunt examinati pro parte Monasterij, ex quibus decimus nonus, & vigesimus quintus iuxta nonum interrogatorium, & vigesimus tertius super decimo tertio articulo asserebant se spatio plu-

plurium annorum vidiſſe eius amnem profluen-
tem ſub montibus Fatoſi, Guardiolæ, & Scan-
ſanæ, qui in eadem Iconographia deſcribuntur
ſub nu. 27. 36. & 47. quorum teſtium depoſitioni-
1 bus viſum fuit plurimum deferendum eſſe, †
quamuis illi eſſent ruſtici, cum eſſent experti, &
verſati in ijs regionibus, *vt probat text. in l. 1. ff. de
fluminibus, & practicam ponit Papien. in forma libell.
in act. real. in ver. Cui cohærent ab vna nu. 3. Bald.
conſ. 420. lib. 1. num. 1.* Vbi in propoſito conſide-
rat, quod eo maior fides videtur illis adhibenda,
2 † quo magis ſunt ruſtici, ac ſimpliciores, *& voluit
idem Bald. in conſ. 468. lib. 3. Hieronym. du Mont.
tract. de finib. regund. cap. 52. num. 10. & dixit Rota
in Ceſenaten. bonorum 10 Maii 1591. coram Cardi-
nali Mantic. inter impreſſ. dec. 143. n. 1.* Et concurre-
bat etiam, quod veritas huius facti vix haberi
poterat ex alijs teſtibus, cum ageretur de proba-
3 tione antiquorum confinium, † qui non pote-
rant eſſe noti, niſi ijs perſonis, quæ incolere ſo-
lebant loca illis proxima, quæ fuit ratio, *Bald.
in d. conſil. 420. lib. 1.* nam hoc caſu locus erat
regulæ propoſitæ, *cap. veniens de teſtibus*, vt ad-
4 mittantur † teſtes etiam minus idonei, & nota-
uit *gloſ. in cap. ſuper eodem cap. in verb. Canonicos,
Felin. num. 21. Abb. in cap. cum in tua, numer. 7.
de ſponſalib. gloſ. in cap. vlt. in fin. de teſt. cogend. &
in cap. tertio loco, in verb. Iurati de probat. Io. Crot.
in tract. de teſtib. par. 7. num. 72. Gabr. concluſ. 7. nu. 1.
eod. titulo.*

Præterea aderant etiam alij teſtes, qui idem
concludebant in ſuis depoſitionibus. Et licet ijs
obiectum fuiſſet, quod viderentur inſtructi, cum
omnes loquerentur certis, ac conceptis verbis,
& ſua ſenſa exprimerent ferè per eumdem ſermo-
nem, Tamen ratione numeri, & quia veriſimi-
5 lia deponebant, poterant præbere alijs adminicu-
lum, *vt tradit Gabr. concluſ. 6. num. 1. eod. tit. &
concluſ. 18. num. 11. & notant. Doct. in l. 3. ff. de
teſtib. poſt gloſ. ibi in verb. numerus Bald. in cap. qui
teſtium, num. 5. de teſtibus*; Sicut tam horum,
quàm aliorum priorum teſtium depoſitiones,
6 confirmare poterant plures † coniecturæ, quæ
ſuadebant hoc idem vt fluuius Salandræ habue-
rit antiquitus ſuum alueum ſub eiſdem monti-
bus, vt concludebant omnes teſtes in ſuis depo-
ſitionibus. Et hæc omnia conſiderata fuerunt in
quatuor deciſionibus, *coram Cardinali Pamphilio
ſub die 26. Iunij 1588. 26. Iunij 1591. 14. Iunij
1592. & in alia deciſione facta eadem die 14. Iunij
anni ſequentis 1594.*

Et prima coniectura deſumebatur ex veſtigijs
aluei, per quæ idem fluuius antea decurrebat,
quæ ad plura milliaria ſe extendebant, & con-
tinuò ferebantur ſemper proxima infimis radici-
bus montium nimirum à Caſtro Cracci vſque ad
ſtagnum S. Cathaldi, & deinde ſub monte Fato-
ſo ad locum, de quo eſt controuerſia, & demùm
à loco Scanſanæ, quouſque fluuius in mare reci-
peretur. Præterea erat idem alueus latus, & al-
tus, continebat in ſe plures Inſulas, quarum vna
erat longitudine palmorum quinque, & quadra-
ginta, & erant in illius ripis arbores proceræ,
7 & veteres, † quæ omnia clariſſimè oſtendebant
illum non eſſe foſſum arte, aut manu factum ad
recipiendas aquas hibernas, quæ decurrerent ex
vicinis montibus, & hæc etiam conſiderata fue-
runt in eiſdem deciſionibus, & præcipuè *in deci-
ſione anni 1580. & deciſione anni 1594.*

Secunda coniectura oriebatur ex qualitate al-
terius aluei, qui notatus erat colore ruſo, quem
ſcribentes pro Epiſcopo aſſerebāt eſſe antiquum
alueum Salandræ, quia vt apparebat ex depoſi-
tionibus primorum teſtium ille erat recens, &
nuper excauatus, vt aquæ in eo facilius decur-
8 rerent, † quod oſtendebant aggeres terræ, quos
vtrinque habebat propè ripas, cum paruis, &
exiguis arundinibus ſine aliquibus arboribus,
quæ ætatem præſeferrent ſicut etiam, quod ille
non erat ita latus, & vado profundus, vt eſt alius,
qui decurrit propè montes: Et hæc differentia
inter vtrumque alueum conſiderata fuit in prima
deciſione, *ſub die 23. Ianuarij* 1588.

Tertiam coniecturam præbere poterat obſer-
uantia, quæ deſumebatur reſpectu loci, in quo
eſt palus, ſiue ſtagnum S. Cathaldi notatus in
dicta deſcriptione Cardinalis Lancellotti ſub nu-
mer. 12. quæ coniectura conſiderata fuit in eadē
deciſione, quia ſi fines prædij Andriacis ſe exten-
derent vſque ad lineam ruſi coloris, qua deſcri-
bitur nouus alueus includeret eandem lineam,
& contineret in ſe etiam d. ſtagnum, de quo ta-
men non dubitatur, quin ſit extra territorium
Epiſcopi, cum pertineat ad alterius iuriſdictio-
nem nimirum Eccleſiæ S. Cathaldi, & ita cum
alueus antiquus, qui eſt notatus lineà crocei co-
loris, & decurrit proximus montibus ſit termi-
nus inter dictam Eccleſiam, & prædium Andria-
cis eodem modo præſumi debet illud diuidere
territorium eiuſdem prædij à territorio Mona-
ſterij in loco controuerſo, & hæc omnia proban-
tur etiam ex teſtibus, qui fuerunt inducti pro
parte Epiſcopi, ex quibus aliqui nimirum no-
nus, & vndecimus ſuper decimoſexto articulo
affirmabant, quod Iugones ſub quibus etiam
decurrit antiquus alueus ſunt ab ea parte termini
prædij Andriacis, & Monaſterij S. Baſilij, ac
Scanſanæ, omnes verò in hoc conueniebāt, quod
fluuius antiquus Salandræ erat terminis vtriuſq;
territorij, quorum teſtium depoſitiones conſide-
ratæ fuerunt *in deciſ. anni* 1588. *& in alia ſub die
26. Iunij anni* 1591. & poterant ſine dubio confir-
mare depoſitiones aliorum teſtium Monaſterij,
immo tamquam inducti ab Epiſcopo, faciebant
9 contra eum plenam probationem, † cum cenſe-
retur approbaſſe eorum perſonas, quamuis vide-
ri poſſent alias inhabiles, vt conſiderauit, *gloſ.
in l. ſe teſtibus, C. de teſt. in verb. excipere, & trad.
poſt cum Bart. in princ. ac cæteri communiter Abb. in
cap. præſentium num. 6. eod. tit. Caputaq. deciſ. 268.*
10 *par. 3.* quæ procedunt quamuis ijdem teſtes † de
ſola credulitate deponant, vt voluit *Iaſ. in rubr.
ff. de iure iurand. numer. 9. qui ſequutis fuit Roman.
in conſil. 104. num. 6. Soccin. iun. conſ. 69. num. 12.
lib. 1. Gabr.* qui alios refert, *de teſtibus, concluſ. 1.
num. 14.*

Aliud genus probationis adductum fuit ex
publicis, & antiquis inſtrumentis, quæ etiam
viſa fuerunt idem concludere, quod teſtes pro-
bare conabantur, vt fluuius Salandræ, ſiue illius
alueus, qui erat terminus inter Monaſterium,
& prædium Andriacis antiquitus decurreret pro-
ximus,

ximus, & sub infimis radicibus montium, idque
ex eisdem rationibus, quibus ipsi testes ad hoc
probandum vtebantur, & primum instrumen-
tum continebat acquisitionem eiusdem prædij,
quàm vsque ab anno 1110. fecerat Abbas Eccle-
siæ de Bancia, cuius successor est Episcopus;
Aliud Instrumentum apparebat confectum anno
1334. & in hoc continebatur emptio eiusdem
prædij facta ab Episcopo Tricaricen. & in vtro-
que illorum assignabatur pro confine eius prędij.
Idem fluuius Salandræ nimirum ab vna parte,
qua per porticellam ducit subtus montes, qui
vocantur Iugales, ab alia quod proprius attin-
git locum controuersum, vt tenditur per Iugo-
nes vsque ad flumen Salandræ, qua descriptio-
ne visum fuit designari locum proximum eisdem
montibus, & sub illorum radicibus, per quem
fluuius tempore dictorum instrumentorum de-
currebat, cum hoc significaret dictio illa, *per*,
11 quæ designabat iter, quo fluuius † pergebat, *vt
probat text. in l. vlt. ff. de seruit. rust. præd. & notat
ibi gloss. in verb. si propter. Luc. de Penna in rubr. C.
de cens. & censitorib. lib. 11. num. 2.* ac simul osten-
debat quandam continuationem cum dictis mō-
tibus, cum significaret idem, quod dictio, *iuxta*,
12 † quæ ostendit locum esse proximum rei, cui ea
dictio est adiecta, *vt probat text. in l. quidam Ibe-
rus, ff. de seruit. Vrban. prædior. & notat ibi Bart.
num. 1. & in l. decernimus, C. de aquæduct. lib. 11.*
13 & in terminis eiusdem dictionis, *per*, † probat
*text. in l. ædificia, §. perfecisse, ff. de verbor. signific.
& in l. vrbana, 166. §. pernoctare, ff. eod. tit.* &
idem ostendebat alia dictio, *vsque*, quæ proba-
bat, quod fluuius per eam dictionem designatus
14 erat terminus, & vltimus confinis prædij, siue
idem fluuius dicendus esset pars ipsius prædij, vt
exponi solet dicta dictio, quando ponitur ad de-
terminationem vnius loci continui, vt in *l. arbor.
ff. commun. diuid. & in l. pro regione, ff. de acquirend.
rer. domin.* dici deberet esse *extra idem prædium*, vt
15 declaratur eadem dictio, † quando ponitur, vt
terminus ad diuidendum plura loca discontinua,
*vt in l. 1. §. in publico flumine, & in l. penult. ff. de
flum.* & declarat *Bart. in l. patronus, §. Sempronio,
ff. de leg. 3. Bald. cons. 410. num.* . *vol. 1. in 2. col.*
Ijdem confines assignabantur territorio Mona-
sterij in priuilegio Rogerij primi Regis Siciliæ,
quod idem Monasterio concessum apparebat ab
anno 1133. quia etiam in illo statuebatur pro
confine vtriusque territorij idem terminus fluuij
Salandræ, sicut pergebat sub radicibus Montis
Fatosi. Quæ omnes enunciatiuæ visæ fuerūt ple-
nè probare; quod idem fluuius esset terminus in-
16 ter vnum, & alterum territorium, cum † essent
numero plures, & continerentur in instrumentis,
quæ erant supra centum annos, quæque origi-
nem habebant à diuersis personis secundum ea,
quæ notant *Doctor. in cap. cum causam de probat. &
ibi Abb. num. 1. Vbi in his terminis ad effectum pro-
bationis antiquorum confinium, Dec. num. 6. Aret.
num. 9. & num. 24. Felin. num. 4. & censuit Rota
coram Card. Mantic. decis. 43. num. 10. Hieronym.
de Mont. in tract. de finib. regund. quæst. 60. num. 3.*
Accedebat his omnibus sententia lata in Consi-
lio Neapolitano fauore Monasterij, ex qua vi-
sum fuit confirmari aliȩ eiusdem Monasterij pro-

bationes, quia in ea condemnabatur Dux Gra-
uinę ad restituendum Monasterio agros, quos
idem occupauerat, & erat inter vtrumque alueū
descriptum colore croceo; & colore rufo, assi-
gnando in sentētia rationem, quia alueus Rufus
non erat alueus antiquus fluminis, sicut pro par-
te Ducis asserebatur, sed fossa manufacta, hæc
17 enim sententia licet lata inter alios † pręberę
poterat adminiculū alijs probationibus propter
identitatem rationis, cum locus, qui à Monaste-
rio petitur, tamquam spectans ad proprium ter-
ritorium esset eodem modo inclusus inter vtrum-
que alueum. Immò agri possessi à Duce essent
contermini, & contigui loco Monasterij quod
efficiebat, vt sententia diceretur lata super cadē
re, vt consideratum fuit *in decisione sub die 14. Iu-
nij 1594. & tradit Ias. in l. si duo Patroni, num. 4.
ff. de iur. iurand.* Vbi quod talis sententia ratione
18 connexitatis facit pręsumptionem, † quę est
magni ponderis *Angel. num. 2. Bal. in l. 2. nu. 19.
C. de eden.*

Neque his probationibus, & coniecturis visæ
fuerunt obstare aliæ, quas adducebant scriben-
tes pro Episcopo, quod linea Ruffi coloris, quæ
à Monasterio negabatur esse antiquum alueum
non sit recta, sed flexuosa, qualis vtique non
esset si alueus per eam designatus fuisset arte ex-
cauatus; Secundò, quod nulla afferatur causa,
quare Monaci relicto antiquo alueo nouum ape-
rire voluerint, per quem fluuius decurreret cum
ingenti impensa, qualiter opus fuisset ad facien-
dum eumdem alueum quia licet ille, qui à Mo-
nacis asseritur esse nouus alueus, hodie sit sinuo-
sus, non tamen sequitur, vt talis etiam fuerit à
principio, siue quod amnis per eum decurrens
ita antiquitus laberetur, cum potuerit hoc acci-
dere progressu temporis quo aqua eroderit terrā
vtrinque in ripis consistentem, vel etiam potuit
ab initio ita excauari, ne aquæ per eum decur-
rentes ex vicinis montibus auctæ pluuijs hyema-
libus rapidæ, ac torrentis modo fluerent. Quod
verò Monasterium tanta impensa nouum alueum
construxerit potuit esse in causa, vel magna co-
pia earundem aquarum, quibus operiebatur pla-
nities aliorum agrorum, quos Monasterium pos-
sidebat proximos nouo alueo; vnde pro exicca-
tione terrarum, quæ ijs aquis irrigabantur coa-
ctum fuit nouum cursum parare, & aperire flu-
mini, quod sicut allaturum erat maximam vtili-
19 tatem: † ità redditur verisimile, quod Mona-
sterium curauerit hæc fieri cum tali impensa, ex
qua posset similem, ac parem vtilitatem sperare,
& hoc etiam consideratum fuit in prima decisio-
ne *coram Cardinali Pamphilio sub die 23. Ianuarij
anni* 1588.

Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. ROIAS

Postea Episcopo Tarraconen.

Romana iuris nominandi.

Veneris 10. Februarij 164).

ARGVMENTVM.

Facultas nominandi Capellanos executori testamentario relicta eo mortuo ad illius hæredes transmittitur, nec ad testatoris hæredes reuertitur, nec personalis dicitur si perpetua fuerit prout nec minus dici potest, quod fuerit executori relicta, tanquam executori, vbi testator prius nomen proprium, posteà verò executoris expressit officium.

SVMMARIVM.

1 *Iuris nominandi Cappellanos de sui natura est transitorium ad hæredes etiam extraneos, & 8. ac etiam num. 18.*

2 *Amplia etiam si in illorum institutione non fuisset facta mentio hæredum.*

3 *Iuris dispositio non eget ministerio hominis.*

4 *Ius patronatus reseruatum ad fauorem alicuius, eo mortuo non reuertitur ad hæredes instituentis.*
Sed eius ad cuius fauorem fuerat reseruatum ibidem.

5 *Legatum iurispatronatus est transmissibile ad hæredes quoscumque.*

6 *Iuspatronatus dicitur perpetuum, & ad quoscumque hæredes transitorium, si testator ordinauit quod missæ perpetuo celebrari deberent, & num. 34.*

7 *Casus à testatore omissus remanere debet sub dispositione iuris communis.*

9 *Facultas nominandi Capellanos personalis dicitur, & num. 12.*
Vbi quod personam non egreditur intellige vt nu. 13. cum seqq.

10 *Facultas per testatorem alicui concessa de nominando hæredem, vel legatarium cum persona expirat, quia personalis est.*

11 *Ius eligendi qui in aliquo confidit, non censetur confidisse de eius hærede.*

13 *Facultas nominandi alicui legata est transitoria ad hæredes illius, & num. seqq.*
Secus verò si illi fuerit demandata nominatio testatoris nomine, puta si testator dixisset eligo eum, quàm Petrus nominauerit.
Quia tunc non egreditur personam illius num. 14. & seqq.

17 *Nominatione alicui legata toties quoties voluerit legatarius, & in perpetuum, tùm ille dicitur nomine proprio nominare, non alieno.*

19 *Habens facultatem transferendi pensionem, & pensionarios nominandi, illam ad hæredes non transmittit, & num. seq.*

21 *Facultas nominandi legata executori testamentario, intuitu officij legata præsumitur, & propterea cum officio expirat, & num. seq.*

23 *Intellige si prius fuit expressum nomen proprium personæ, deindè nomen officio, secus si è contra, & num. seqq.*

24 *Legatum alicui officiali factum quando intuitu officij censeatur factum, & num. seq.*

25 *Officium personæ expressum in legato illi factum dicitur demonstratiue, & causatiue expressum.*

26 *Exequutores duo si testator nominauit, & vni tantum legauit, non potest dici, quod illi intuitu officij legauerit.*

27 *Donatum à Rege vni ex pluribus Oratoribus sibi missis, non præsumitur contemplatione officij, sed intuitu personæ donatum.*

28 *Ius nominandi perpetuo relictum exequutori testamentario ad tempus non censetur relictum vti exe-cutori, sed simpliciter.*

29 *Iuspatronatus, seù nominandi transit ad hæredes fundatoris, nisi extet particularis dispositio ad fauorem alterius, & num. seq.*

30 *Testatoris dispositio pro lege habetur.*

31 *Minister nudus non potest aliquod consequi emolumentum.*

32 *Legatarius dicitur, non nudus minister ille in quem verba, & commodum diriguntur.*

33 *Facultas nominandi non expirat prima nominatione secuta, si in actibus reiterabilibus versatur.*

DECISIO CXCVI.

IN decisione coram me facta sub die * primi
Iulij præteriti fuit resolutum ius nominandi
Capellanos spectare ad D. Marinum Contuc-
vnum ex exequutoribus testamentarijs Francisci
Castani pro nunc ex clara dispositione d. Franci-
sci testatoris; An verò hæc nominatio Capella-
norum spectet ad hæredes d. D. Marini, siue
potius ad Ven. Hospitale Consolationis de Vr-
be Domini voluerunt particulariter videre, qui
hodie proposito resolutum fuit ius nominandi
spectare ad hæredes Marini moti ex pluribus.
Primò ex verbis testamenti, & codicillorum
d. Castani, ibi, *& pro his celebrandis voluit D. Ma-*
rinum Contuccium vnum ex exequutoribus per eum in
suo testamento deputatis eligere, & nominare debere
tres Sacerdotes bonæ conditionis, & famæ &c. & pro-
pterea cum ius nominandi Capellanos de sui na-
1 tura sit transitorium ad extraneos non secus ac
iuspatronatus ad cuius similitudinem testator
voluit illud esse regulandum, quamuis in reser-
2 uatione non fuerit facta mentio hæredum ex dis-
positione *text. in clem. plures de iurepat. Cald. consil.*
3 *eod. tit.* qui assignat rationem, † quia iuris dispo-
sitio hominis ministerio non eget *Curt. Iun. con-*
sil. 87. numer. 6. par. 2. Lambert. de iurepat. lib. 1.
par. 2. quæst. 2. artic. 1. num. 15. & num. 26. Gabr.
consil. 196 num. 1. lib. 2. Seraph. decis. 364. num.
& decis. 278. num. 1. & in recent. decis. 675. num.
par. 1. propterea Marino vita functo, ad cuius fa-
4 uorem erat reseruatum iuspatronatus † non
erit locus reuersioni ad fauorem d. Hospitalis hæ-
redis Castani, sed bene ad hæredes Marini iuxta
consil. Cald. 5. de iurepat. Paris. consil. 48. num. 21.
Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 15. num. 22. Seraph.
decis. 378. & 604. per tot. & coram Reuerendissimo
Vrgell. dec. 285. num. 20.
Secundo quia titulus, quo ius nominandi ex-
tat reseruatum ad fauorem Marini, importat ac-
quisitionem etiam pro hæredibus, cum hoc spe-
ctet ad Marinum ex titulo legati relicti à d. Ca-
stano in Codicillis, quod legatum est transmissi-
5 bile † ad hæredes quoscumque iuxta dispositio-
nem, *text. in l. 4. vbi glos. verb. ad suos hæredes, C.*
de alim. & cibar. legat. Cephal. consil. 158. num. 5.
Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 2. numer. 29. Gratian.
discept. 937. num. 2. & 20.
Tertio suadent alia verba testamenti, ibi, *præ-*
sentesque nominationem, & missarum celebrationem
voluit esse perpetuas, propterea cum verba prædi-
cta

cta non possint referre ad Cappellanos, cum clarè prius disposuerit, quod Cappellani nominati sint ad nutũ amouibiles quandocũque ex quauis causa, & occasione propterea dicta verba *perpetuas*, &c. necessariò referenda veniunt ad ius nominandi, seù ad iuspatronatus denotando illud
6 esse transitorium ad quoscunque † hæredes Marinis, cum alioquin non esset perpetuum, vt firmat *Socc. conf. 266. num. 37. verf. secundo præmissa lib. 1. Nell. in tract. de transmis. cas. 23. num. 23. Rot. dec. 208. num. 8. par. 6 recent.*

Quarto, quia eo ipso quod Castanus testator nõ expressit ad quem pertinere debeat ius nominandi mortuo Marino hic casus omissus à testa-
7 tore † debet remanere sub dispositione iuris cõmunis iuxta *text. in l. cum dotem in princ. ff. solut. matrim. l. commodissimè, ff. de liberis, & Posth.* quo attento iuspatronatus transibit ad hæredes Mari-
8 ni † quamuis extraneos ex *glos. in cap. considerandum 16. quæst. 7. Ancar. conf. 81. Cald. d. conf. 4. de iurepat. relatis, & sequutis per Garz. de Benef. par. 5. cap. 9. num. 66. & 67. Rot. in recent. decis. 707. num. 10. par. 1. & 207. num. 7. par. 6.*

9 Nec obstat, quod ius, seu facultas † nominandi censeatur personalis, & propterea non transeat ad hæredes, prout dicimus de facultate
10 concessa per testatorem alicui † nominandi hæredem vel legatarium illam cum persona expirare, vt firmat *tex. in l. vnum ex familia, §. rogo, & l. si quis titio §. fin. ff. de legat. 2. l. fin. §. sed si quis, C. commun. de legat. Surd. conf. 29. num. 7. Fusar. de substit. quæst. 505. num. 3.* ex illa ratione, quod
11 qui † ius eligendi alicui confidit non censetur confidisse de eius hærede *per text. in l. si quis arbitratu*, vbi notant scribentes, *ff. de verb. oblig. Pecch. de testam. coniug. cap. 14. num. 2. cum seqq.*
12 facultatem autem † nominandi esse personalissimam itaut personam non egrediatur. *Rot. censuit in Regien. pensionis 5. Maij 1631. coram R. P. D. meo Dunozetto impressa par. 6. recent. decis. 38. per totam.*

Quia respondebant Domini hanc facultatem esse transitoriam ad hæredes cum ius istud eligẽdi, seu nominandi non competat Marino nomi-
13 ne Castani testatoris, sed nomine † proprio, cum acquisiuerit titulo legati, quo casu transit ad hæredes Marini, quæ distinctio est Cyni relata per *Bart. in l. illud, numer. 1. ff. de option. legat. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 4. numer. 62. Nell. in tract. de transmiss. cas. 37. num. 2. & 18.* Ad cognoscendũ autem An ius nominandi com-
14 petat Marino, nomine suo, † vel alieno recurrendum est ad theoricam. *Bart. in l. 2. §. data ff. de option. legat.* vbi competere dicitur nomine alieno, si ipse testator eligisset mediante perso-
15 na alterius puta si dixisset † eligo eum in Cappellanum, quem Marinus nominauerit, quo casu Marinus nominaret nomine alieno, & dice-
16 retur nudus minister si verò simpliciter fuerit † demandata nominatio, prout factum fuit, tunc competit nomine proprio, & transmittitur ad hæredes nominantis, ita *Bero consil. 23. num. 21. lib. 2. Crot. consil. 11. numer. 32. Surd. consil. 264. num. 12.*

Propterea cum in casu nostro nominatio fuerit simpliciter legata Marino ex illis verbis, ibi, *voluit Marinum eligere, & nominare debere tres Sacerdotes &c.* ex quibus verbis clarè sequitur, quod ius nominandi spectet ad Marinum iure proprio, præsertim, quia non semel tantum potest nomi-
17 nare, sed toties, † quoties ei placuerit, & in perpetuum, ibi *nominationes &c.* esse perpetuas, quod etiam animaduertit *Bart. in d. l. 1. in §. data num. 7. verf. Sed si committeretur, ff. de option. legat.* consequenter tale ius eligendi, seu nominandi
18 † transit ad hæredes Marini ex dispositione, *text. in l. illud ff. de option. legat. cum alijs supra ponderatis*; Nec aliquid facit d. decis. Regien.
19 pensionis † coram D. meo Dunozet. ex quo in illo casu agebatur de iure nominandi pensionarios, competente habenti facultatem transferendi pensionem, nec ius illud erat transmissibile,
20 ex quo per Papam fuerat electa industria † personæ, cui fuerat concessa dicta facultas, ideoque illum non posse hanc facultatem alteri committere, vt bene animaduertit *d. decis. Regien. num. 23. & 24.*

Minus obstat, quod nominatio fuerit legata Marino contemplatione officij exequutoris testamentarij, ibi, *Marinum vnum ex exequutori-*
21 *bus, &c.* prout in dubio † venit præsumendum vt de exequutore testamentario, *Gratian. discept. 248. num. 48.* & propterea expirat morte Mari-
22 ni, prout ipsum officium † exequutoris *ex glos. in cap. vlt. verb. mortuo, de testam. in 6. Crass. in §. Exequutores vltimarum voluntatum, quæst. 14. num. 2. Gratian discept. 712. num. 7.*

Quia dicebant DD. obiectum procedere, si te-
23 stator prius apposuisset nomen † officij, & deinde persona, in præsenti autem casu prius fuit appositum nomen personæ, & postea nomen officij, quo casu ipsa persona censetur contempla-
24 ta, nomen † verò officij præsumitur appositum demonstratiuè iuxta *text. in cap. quoniam Abbas, de offic. de leg. & text. in l. cum ita datur, ff. de condit. & demonstrat. l. si communis seruus 37. ff. de stipulat. seruor. Anton. de Butr. in d. cap. quoniam Abbas num. 21. Henricus Boich. ibid. col. 3. verf. ego non credo, Ias. in l. more, num. 65. ff. de iurisd. omn. iudic. Menoc. de arbitr. iudic. quæst. 68. numer. 16. Gonzal. super regul. 8. glos. 12. num. 72. cum duob. seqq. Card. Mantic. de coniect. vlt. lib. 8. tit. 17. num. 3. Buratt. decis. 12. numer. 10.* vbi quod ad
25 summum † officium est causa inductiua, nomen verò exequutoris stute ampliatiuè, personam verò Marini fuisse principaliter consideratam ex *Buratt. vbi proximè d. numer. 10. in fine, & in terminis iurispatronatus est decis. 144. num. 6. & 8. par. 5. recent.*

Et cessat omnis scrupulus circa hoc, quia testator duos constituit exequutores, & Marino tantum nominationem reliqui, ex quo sequitur
26 contemplatum † fuisse Marinum, vti Marinum non vti exequutorem, vt bene in proposito *Bald. conf. 194. sub num. 2. lib. 2. infra medium verf. quia fuit motus*, vbi si Rex, ad quem plures Oratores
27 fuerunt missi vni tantum donauerit, non præsumitur motus contemplatione officij Oratoris, sed particulari affectione erga personam ita *Menoch. de præsumpt. 27. nu. 5. lib. 3.* presertim, quia testator expresse dixit, quod ius nominãdi esset perpetuũ, officium verò exequutoris est mere temporale.

in Proceſſione SS. Corporis Chriſti Summ. Epiſcopi *num.* 14. quod Monaci petierint abſolutionem à ſuſpenſione ex cauſa prædicta, & agnouerint iuriſdictionem, non probatur ex Summar. prædicto. Quinimò Epiſcopi iuriſdictionem recuſarunt, vt patet ex Summ. Epiſcopi *num.* 15. & ab eorum Generali fuerunt proibiti accedere ad Proceſſiones eodem Summ. *num.* 16. De licentia audiendi confeſſiones ab Epiſcopo Monacis data teſtes, qui Summ. *num.* 17. deponunt fuerunt alias
10 tanquam † ſingulares, & verum non deponentes à Rota reiecti, *vt in dec. D. m. Pirouani, verſ. quia de licentia audiendi confeſſiones*, & de mendacio conuincuntur ex ſupradicta planta, & ex depoſitione Vicarij Boccuti, quem licentiam audiendi confeſſiones conceſſiſſe deponunt, & ipſe abſolutè negat, nec hodie licentiæ prædictæ probantur ex aliquibus publicis documentis, imò fuit contrarium probatum, vt fuit *in dec. D. meo Pirouani* per teſtes fide dignos, & inter cæteros à d. Boccuto, qui deponunt, Monachos nunquam ad Epiſcopum S. Angeli pro licentia tali acceſſiſſe, pariter alijs actibus in Summ. nouo Epiſcopi datis, de iuribus Epiſcopalibus Epiſcopo à Monacis perſolutis, & ſimilibus actibus, qui ab eiſdem teſtibus iam reprobatis denuo ab informantibus pro Epiſcopo adducuntur, optimè ſatisfecit dicta D. m. Pirouani deciſ. circa finem, neque ma-
11 iorem † in hac ſecunda inſtantia fidem faciunt teſtium in prima inſtantia reiectorum dicta, quam tunc fecerunt.

Demum quoad enunciatiuas tam in prima, quam in ſecunda inſtantia cumulatas Domini dixerunt non releuare, tam Summorum Pontificum quam Patris Generalis Montis Virginis ac aliorum, nedum ex particularibus reſponſionibus datis *in dec. D. mei Pirouani, verſ. quoniam enunciatiuæ*, verùm etiam ex eo, quia incidenter, & propter aliud fuerint emiſſæ, ac abſentibus Monacis, & de enunciato principaliter diſputari contin-
12 git, † ex illis neque plena, neque ſemiplena probatio deſumi poteſt, *vt in d. dec. mei Pirouani d. verſ. quoniam enunciatiuæ*, præſertim quia ſunt recentes, quæ nullatenus attendi debent *Seraph. d. dec.* 1278. *num.* 11. & regula eſt, quod enunciatiuæ non releuant, quando proueniunt ab ijs, qui
13 diſponere non poſſunt, vt poſt † alios *Menoch. lib.* 3. *præſumpt.* 33. *nu.* 27. *cum ſeqq.*

Quæ reſponſiones bene etiam applicantur inſtrumentis, & iuribus nuper compulſatis, tam ſuper confeſſione plantæ, quam in proceſſu compulſoriali præter id, quod plures enunciatiuę continent iuriſdictionem temporalem, à qua non benè infertur ad ſpiritualem, vt ſupradictum eſt
14 vltra quod † inſtrumenta, & iura compulſata ad proban. enunciatiuas prædictas fuerunt nulli-
15 ter † extracta ob inculcationem decretorum eorumdem à iudice compulſoriali factorum ob nō ſeruatam formam compulſorialium *cap. fin. de fide Inſtrument.* ac aliæ plures concurrunt nullitates per informantes pro Monaſterio cumulatæ.

Quæ omnia faciliùs concurrere in præſenti caſu Dominis viſum fuit, & de ſupradicta, ac alià exaduerſo deducta conquaſſari, ex quo pro parte Monaſterij fuit bene probata eius intentio, tam ſuper Territorio ſeparato, & diſtincto vt ex planta, cum lapidibus circumcirca appoſitis, vt ſupra firmatum fuit ex pluribus enunciatiuis Pontificum, & Regum, & inſtrumentorum antiquorum concordantium, & cum inſtrumento Plantæ ad inſtantiam D. Epiſcopi confectæ, quam etiam ex teſtibus fidei dignis bene informatis, & optimam rationem de ſuis dd. reddentibus, ac etiam ex actibus iuriſdictionalibus, nempè edictis pro obſeruantia feſtorum, cognitionibus cauſarum, ac Viſitationibus quę tamen non exhibentur pro D. Epiſcopo; vnde remanet probatum exercitium iuriſdictionis pro Monaſterio, ex quo reſultat ip-
16 ſum eſſe nullius, & habere proprium, & ſeparatum Territorium *gloſ. in Clem.* 1. §. *nolumus in verſ. Diœceſanis* & ibi *Card. num.* 2. *in* 4. *qu. Abb. n.* 11. *Immol. num.* 28. *Vital. num.* 4. *de for. compet. Rota recent. dec.* 234. *num.* 6. *par.* 4. & latè firmatum in *dec. cor. D. m. Pirouano* 6. *Martij* 1637. Et ſic nedum excluditur prætenſio Epiſcopi, quod Monaſterium S. Guilielmi non ſit materialiter intra fines Diœc. ſed vlterius, quod etiamſi in ſua Diœceſ. exiſteret, adhuc ad effectum, de quo agitur, ſuffragari non poſſet, quia Monaſterium prædi-
17 ctum eſt membrum Monaſterij Montis Virginis, quod verè, & realiter eſt nullius habens ſeparatum, proprium, ad diſtinctum Territorium, in quo Abbas Generalis omnimodam iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem in homines, tam de Clero, quam de populo priuatiuè quoad omnes exercet, vt in litteris Apoſtolicis Summorum Pontificum Pij V. Gregorij XIII. Sixti V. Pauli V. Gregorij XV. ac SS. Domini N. Vrbani VIII. & eandem omnimodam iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem idem Abbas Generalis Montis Virginis exercet etiam in alijs ſuæ Congregationis Monaſterijs, vt patet ex priuilegijs Summorum Pontificum Alexandri IV. Vrbani IV. Celeſtini V. Clementis VIII. in quibus nedum fuit conceſſa ampliſſima exemptio Monacis, Monaſterijs, Eccleſijs membris, Clericis, ſæcularibus, vaſſallis, ac ſeruientibus, ſed in quocunque loco exiſtentes fuerunt liberati, ac ſeparati à iuriſdictione dominio, & imperio omnium, & quorumcumque Ordinariorum, vt ex Bullis Alexandri IV. & Vrbani IV. de anno 1265. confirmatis per Clementem VIII. ſuo motu proprio de anno 1598. & firmatum etiam fuit per tres ſententias conformes obtentas contra D. Epiſcopum Auellinum, quæ tamen
18 quam latè ſuper ſtatu faciunt ius quoad † omnes maximè cum fuerint obſeruatæ, vt in propoſito benè reſpondit *Rota cor. D. meo Pirouano verſ. tertio denique principaliter infertur.*

Eademque iuriſdictio vt ſupra eidem Monaſterio eiuſque Abbati Generali pro tempore concur-
19 ſa confirmatur, † quia vti proprius ordinarius, & quilibet Epiſcopus in ſua Diœceſi, Synodum congregat examinatores in ea deputantur pro approbandis, & promouendis Clericis ſecularibus ad Ordines ſacros, & faciendis à concurſibus ad Parochiales vacantes iuxta formam Concilij Tridentini, approbat Confeſſores, & Prædicatores, atque ad ipſum eiuſque Vicarium Generalem cum aſſertiua, quod eſt Nullius, & habet Territorium ſeparatum, diriguntur litteræ Apoſtolicæ tam ſuper cauſis matrimonialibus, ac prouiſionibus beneficiorum, quam ſuper alienationibus rerum

rerum Ecclesiæ, & alijs quæ dietim occurrunt,
20 prout cuilibet alteri Episcopo per eandem Sedem Apostolicam dirigi solent iuxta *text. cap. conquerente de offic. Iud. ordin. & Seraph. dec. 155. n. 2. & in Sorana beneficij 8. Martij 1627. coram D. meo Merlino*, concurrentibus præsertim vsu Pontificalium, facultate conferendi Ordines minores, & quod Monasterium eiusque membra nulli Episcopo, vel Archiepiscopo subest, sed Sedi Apostolicæ immediatè cum suis membris, & vassallis auctoritate prædictorum Summorum Pontificum subijcitur.

Habet etiam vassallos; qui ratione dicti Vassalagij temporalis fruuntur immunitatibus, priuilegijs à Summis Pontificibus, ac Regibus concessis signanter Casali S. Guilielmi à Roberto
21 Rege anno 1307. † vt meritò iuncta etiam iurisdictione spirituali nullius esse dicatur *Mant. decis. 361. n. 1. Rot. in nullius, seu Fanens Iurisdict. coram D. meo Decano 27. Octob. 1617.*

Et sic proprium separatum, & distinctum Territorium, & iura Episcopalia quoad ea quæ sunt iurisdictionis, vt respondit *Rot. in d. Sorana Beneficij coram D. meo Merlino*.

Quæ omnia procedunt etiam quo ad d. Mona-
22 sterium S. Guilielmi, † Abbati Generali huius Religionis subiectum, quamuis distet à Monasterio Montis Virginis, vt dixit *Rota in Lauretana Iurisdictionis 2. Iunij 1631. coram Episcopo Vrgellen.*

Ex quibus omnibus satis clarè DD. visum fuit resultare Monasterium S. Guilielmi non inclusum finibus Diœcesis S. Angeli gaudere statu nullius Dœcesis, quod visis prolixis informationibus vtriusque partis firmatum fuit & propterea dictum sententiam Rotalem esse confirmandam &c.

Est Decisio 203. par. 7. recent. & infra sub die 1. Iunij eiusdemmet anni adest in hac causa alia decisio coram eodem R.P.D. Peutingerio, & coram Eminentissimo Panzirolo sub diebus 1. Iulij & 26. Aprilis 1641. duæ aliæ emanarunt decisiones, & demum alia sub die 14. Martij 1642. coram R. D. Dunozetto, & hæc omnes suis locis secundum ordinem temporis in sequenti volumine adnotabuntur.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Perusina Emphyteusis.

Lunæ 13. Februarij 1640.

ARGVMENTVM.

Ecclesia prætendens deuolutionem rei emphyteoticę ob alienationem ipsa irrequisita factam ac alias ob causas tenetur plenè, & concludenter probare nedum directum dominium, sed identitatem rei, quam prętendit in commissum cecidisse cum in hac materia desiderentur probationes non genericæ, nec confusæ, sed certæ, & reales quæ alteri rei adaptari non possint.

SVMMARIVM.

1 Dominium directum etiam ad effectum deuolutionis probatur ex instrumentis concessionum, iunctis præsertim alijs adminiculis. Confessionibus nempè emphyteutæ, recognitione dominij; & solutionibus continuatis.

2 Deuolutionis ad effectum duo concludenter probari debent, & dominium directum, & identitas rei emphyteoticæ.

3 Identitas rei non probatur ex demonstrationibus generalibus, & æquiuocis.

4 Confinia, quæ alijs rebus conueniunt, identitatem non probant.

Identitas rei probari debet demonstrationibus certis, non autem æquiuocis num. 4.

5 Dominus directus prætendens corpus emphyteuticum esse maioris quantitatis de qua cantat instrumentum concessionis planè, & concludenter probare tenet.

Fundamentum suæ intentionis quilibet debet concludenter probare, num. 5.

DECISIO CXCVIII.

Cvm Patres Hæremitæ Camaldulenses Montis Coronæ in Agro Perusino residentes prætenderent inter alia bona vnum tenimentum terræ positū in pertinentijs Castri Frattæ in loco Buottani, cuius pars Superior possidetur, vt dicebatur, à Marco Antonio, ac Thoma de Bentiuenghis, inferior verò ab Hipolita, & Dianira de Burellis, iure directi dominij spectare ad eorum Monasterium, illudque ob alienationem factam ipsis irrequisitis, & ob alias causas esse deuolutum; Iudicium super huiusmodi deuolutione contra dictos possessores in partibus introduxere, qui sententiam absolutoriam reportarunt, à qua Patres appellarunt; Vnde causa mihi commissa dubitaui; An constaret de bono iure dictorum Patrum.

Pro cuius dubij affirmatiua resolutione informantes pro Patribus eorum bonum ius ex tribus præcipuè instrumentis deducere conabantur, quorum,

Primum fuit celebratum de anno 1443. in quo Ecclesia concessit ac renouauit in Emphytheusim Thomæ Cecolo recipienti pro se, & Ioanne filio, eorumque filijs, & nepotibus masculis vsque in tertiam generationem finitam, & deficientibus masculis pro vna fœmina vnum tenimentum terræ positum in pertinentijs Castri Frattæ sub vocabulo Buottaui, à duobus lateribus viæ, ab alio hæredes Nicolutiæ Andreutij, & Berardelli Vanni pro re, quæ fuit Cecoli Cambij, ab alio res pro parte Ecclesiæ S. Andreæ.

Secundum detegitur factum de anno 1514. in quo Ecclesia pariter innouauit, & refirmauit in emphyteusim Fœlici, & Orlandino de Mucciarellis, eorumque filijs, & nepotibus masculis vsque in tertiam generationem supradictum tenimentum cum eisdem finibus descriptum.

Tertium verò erat de an. 1516. in quo Ecclesia præuia narratiua, quod sub die 17. Augusti 1512. refirmasset Petrucio, & Ioanni de Floranantibus, ac Dominicæ q. Pauli, & Thomasiæ matri d. Dominicæ nonnulla bona, & signanter tres quartas, vel circa vnius Eminæ vnius tenimenti cum eisdem confinibus superius designatis iterum concessit, ac refirmauit dicta bona pro maiori expressione confinium eisdē Petruccio, & Ioan-

Ioanni de Florauantibus & Thomasiæ sorori eius vita durante, eorumque filij, & nepotibus masculis vsque ad tertiam generationem finitam.

Quæ instrumenta concessionum, confirmantur respectiuè ex nonnullis confessionibus factis ab emphyteutis asserentibus hoc ipsum tenimentum vt supra descriptum esse sub proprietate Ecclesiæ necnon recognitionibus dominij, & quamplurium annorum subsequutis, & continuatis solutionibus, vt colligitur ex partitis extractis ex li-
1 bris eiusdem Ecclesię quibus concurrentibus† dd. Instrumenta concessionum dicebantur sufficiẽter probare dominium Ecclesię etiam ad effectum deuolutionis *Valasc. de iur. emphyt. q. 9. n. 16. & seqq. Rip. in l. si aliquam rem, n. 39. ff. de acquir. possess. Rota dec. 249. n. 2. & dec. 290. n. 1. par. 1. rec. & in Ciuitatis Castelli borum 12. Februar. 1590. coram R. D. meo Decano, in Romana medietatis domus 5. Maij. 1625. coram bo. me. Manzanedo*, cum alijs relatis à *Caual. dec. 269. num. 3.*

Cæterum prædictis non obstantibus Domini non constare de bono iure dd. Patrum hodie responderunt, Quia ad effectum deuolutionis duo copulatiuè probari debent, domi-
2 nium, & identitas rei, † de cuius deuolutione agitur, prout de dominio *Specul. de emphyth. §. nunc aliqua n. 17. Verall. dec. 280. par. 1. Seraph. dec. 1453. n. 1. Rot. dec. 150. 249. & 606. vbique nu. 1. p. 1. rec. Buratt. dec. 132. n. 4.* & de identitate *Specul. d. §. nunc aliqua n. 19. Seraph. dec. 869. n. 1. Rot. dec. 150. num. 4. & 5. par. 1. dec. 771. n. 9. vers. tanto magis, p. 4. recent.*

In proposito autem esto, quod ex prædictis probetur aliquod dominium Ecclesiæ, nihilominus probatio identitatis nequaquam concurrere visa fuit neque respectu partis superioris possessæ à Bentiuenghis, neque respectu partis inferioris possessæ à Burellis.

Non quoad partem superiorem possessa à Bentiuenghis, qui causam habent à Catharina filia prædicti Felicis de Mucciarellis titulo emptionis factę à Hieronymo, & Ludouico de Bentiuenghis vsque de anno 1598. quia confinia enunciata in prædictis tribus inuestituris non concordant cum confinibus enunciatis in instrumento dict. emptionis factæ à dd. Bentiuenghis siquidem in prædictis inuestituris enunciatur vnum tenimentum positum in pertinentijs Castri Frattæ in vocabulo Buottani, à duobus viæ, ab alio hæredes Nicolutiæ Andreutij, & Berardelli Vanni pro re, quæ fuit Cecoli Cambij, ab alio res pro parte Ecclesiæ S. Andreę.

In instrumento autem supradictæ emptionis enunciatur vnum tenimẽtum in pertinentijs Castri Frattæ, in vocabulo Buottani, fines cuius à duobus viæ, ab alio Templum B. Mariæ della Reggia, ab alio Eques Io. Paulus de Solis, ab alio Io. Paulus de Picciolis, ab alio Vxor Francisci de Aloysijs.

Quæ quidem demonstrationes non conueniunt cum alijs supra enunciatis in prædictis inuestituris nisi in tribus, nempe, in situatione Castri Frattæ, in vocabulo Buottani, & in duo-
3 bus vijs, quæ † demonstrationes tanquam nimis generales, & æquiuocæ non concludunt identitatem *Bart. in l. demonstratio falsa n. 15. in fin. vers. vel quod alius est Castren. ibidem nu. 6. versic. vel nisi esset, ff. de condit. & demonstr. Grattan. discept. 790. n. 4. & seqq. Seraph. dec. 804. n. 5. Buratt. d. dec. 132. numer. 5. Rot. dec. 295. n. 8. par. 1. recent.*

Eoque minus, quia pro parte Patrum Hæremitarum fuerunt examinati nonnulli testes asserentes in eodem loco, & vocabulo Buottani plura alia tenimenta cum domibus ab alijs possessa confinantia pariter cum duabus vijs existere, & propterea cum confinia prædicta alijs quoque corporibus conueniant, eo minus probant identitatem, quæ per demonstrationes cer-
4 tas, non autem † æquiuocas probari debet *Grattian. d. discept. 790. n. 4. & seqq. Rota d. dec. 295. nu. 8. par. 1. & dec. 181. n. 2. par. 4. recent. Buratt. d. dec. 132. n. 5. vers. & sic ex diuersitate*, & fuit dictum in *Mediolanen. bonorum 25. Februarij 1611. coram bo. mem. Vbaldo.*

Neque etiam quoad partem inferiorem possessam à Burellis, qui causa habent à supradictis Petrucio, & Ioanne de Florauantibus, nam aut Patres Hæremitæ fundant eorum bonum ius in duobus prioribus instrumentis concessionum, & illa non suffragantur, quia confinia ibi enunciata non concordant cum confinibus designatis in instrumento emptionis factæ per dd. Petruccium, & Ioannem de Florauantibus à supradicto Felice de Mucciarellis vsque de anno 1515. Siquidem in instrumento d. emptionis enunciatur infrascripta confinia, nempè, vnum petium terrę trium Einarum in vocabulo Buottani, ab vno petio terræ, vt supra positum, à pede via à duobus dicti Emptores, quæ demonstrationes non conueniunt cum alijs enunciatis in prædictis duabus Inuestituris nisi in vocabulo Buottani, & in vna via à pede, quæ tanquam generales, & æquiuocæ non probant identitatem ex supra allegatis.

Aut verò se fundant in Insttumento an. 1516. continente renouationem inuestituræ, quam aliàs Ecclesia fecerat de an. 1512. eisdem Petruccio, & Ioanni de Florauantibus Authoribus dd. de Burellis, & illa pariter non suffragatur cum loquatur solummodo de quantitate trium quartarum vnius Eminæ, quæ pro parte dd. de Burellis non controuertitur esse sub dominio Ecclesiæ, pro illa que Canones fuerunt persoluti, Vnde Heremitæ,
5 qui prætendunt maiorem † quantitatem trium quartarum esse Monasterij dominio subiectam, tenentur id probare concludenter tanquam fundamentum eorum intentionis *Mantic. decis. 251. num. 6. vers. secundo fuit responsum Rota decis. 150. num. 6. & 7. par. 1. recent. & decis. 371. numer. 9. par. 4. rec. & in d. Mediolanen. bonorum cor. bon. mem. Vbaldo.*

Et sic vtraque &c.

R. P. D. PANZIROLO.

Postea S. R. E. CARDINALI.

Romana Dotis.

Lunæ 13. Februarij 1640.

AR-

ARGVMENTVM.

Fœmina à fideicommittente descendens tam vigore legati sibi in testamento relicti, quam etiam ex *auth. res quæ C. com. de legat.* dicitur pro sua dote anterior omnibus creditoribus grauati, quamuis agatur de Successoribus in Baronia, quia Bulla Baronum fœminarum dotibus non præiudicat.

SVMMARIVM.

1 *Onus dotandi fœminas ex præcepto Testatoris inest illius bonis à die obitus ipsius ad fauorem omnium descendentium.*
Dotis pro constitutione attenditur primum tempus, non tempus purificatæ conditionis, num.1.
2 *Dotis præsidium, quod de iure fœminis debetur in bonis fideicommissi, esse in potestate grauatorum illud euertere non est admittendum.*
3 *Voluntas testatoris, vt omnibus modis adimpleatur curare debemus.*
4 *Testator si grauauit filios nascituros ad dotandum fœminas, quoque nepotes grauasse censetur.*
Nepotes veniunt sub vocatione filiorum etiam in grauamine num. 4.
5 *Dictio*, semper, *includit pluralitatem, & diuersitatem temporum, & casuum.*
Dictio, semper, *facit in omnibus æqualem dispositionem, nu. 5.*
6 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, quando Testator expressit nomen filiorum per verba perpetuitatem denotantia,*
7 *Testator si voluit masculos semper succedere, & fœminas dotari, intelligitur quod pariter semper illas dotari voluerit.*
Copula, &, æquat copulam, & pariformiter omnia determinat num. 7.
8 *Testatoris prouisio circa donationem fœminarum de iure competit omnibus descendentibus à fideicommittente.*
9 *Filia fœmina in conditione posita vigore Statuti Vrbis, & ipsa dicitur vocata.*
10 *Fœmina à fideicommittente descendens debet in illius bonis dotari* vig. auth. res quæ *etiam cum priuil. potioritatis aduersus creditores grauati.*
11 *Onus dotandi fœminas à fideicommittente descendentes transit in grauatos cum priuilegio potioritatis, quoad ipsorum creditore.*
12 *Dos quæ in subsidium* vig. auth. res quæ *de fideicommisso detrahitur, satis subsidiaria probatur, si fideicommissarias illam soluere promisit ex bonis fidicommissi.*
13 *Testes in alia causa examinati contra eamdem personam faciunt fidem super statu.*
14 *Notum quod satis est non requirit ita exactam probationem.*
15 *Baronis filia, vel descendens potest cum alijs creditoribus successoris in Baronia concurrere ad satisfactionem dotis, vel vigore legati sibi relictæ, vel* vig. auth. res quæ *de iure sibi debitæ ibidem.*
Et in ea dicitur anterior creditoribus ipsius successoris ibidem.
16 *Filia Baronis concurrens cum creditoribus successoris in Baronia pro suæ dotis solutione, non dicitur impedire subbastationem.*
17 *Pecunia per creditores exacta cum obligatione de eam restituendo prioribus, & potioribus dicitur extare.*
18 *Bulla Baronum non tollit credita dotalia ad fauorem fœminarum descendentium à fideicommittente, sed ea admittit.*

DECISIO CXCIX.

Resolutum fuit Illustris. D. Constantiam in pecunijs prouenientibus ex venditione bonrum Io. Baptistæ de Comitibus fideicommittentis, esse anteriorem, & potiorem creditoribus Ducum Alexandri Patris, & Marij fratris, tam ex particulari prouisione eiusdem Ioan. Baptistæ, quam ex dispositione *Auth. Res quæ C. com. de leg.*

Et quantum attinet ad primum fundamentum resolutionis fuit, quod cum Io. Baptista Instituisset hæredem Fœdericum Sfortiam natum ex Fuluia filia, quem etiam adhunc effectum sibi adoptasset, & post Fœderici obitum vocasset ipsius filios masculos in perpetuum cum onere dotandi fœminas, dum D. Constantia recta linea descendit à Fuluia, visa est habere fundatam intentionem in pecunijs redactis ex bonis prædictis, quia onus dotandi fœminas ex præcepto Testatoris semper inest illius bonis à die obitus ipsius ad fa-
1 uorem omnium descendentium, † & ideò sicuti ipse Testator si viueret, stante adoptione facta de Fœderico teneretur ipsius fœminas dotare, ita præsumendum est, quod voluerit ipsius bona transire cum hypotheca, & priuilegio prioritatis, ita vt hodie attendenda sit origo, & primum tempus, in quo bona relicta fuerunt obnoxia pro constitutione dotium, non autem tempus purificatæ conditionis *Imol. in l. si is qui pro emptore num. 20. in princ. ff. de vsucap. vbi Rom. nu. 25. vers. respondetur etiam Crot. num. 134. Ruin. in l. 1. sub num. 87. ff. de leg. 1. vbi Iacob de Nigr. num. 135. Paris. num. 111. vers. moderni autem, & Tornell. num. 117. cum seqq. Giouagn. cons. 8. num. 32. vsque in fin. lib. 2 Fusar. qui alios cumulat in cons. 52. n. 20. & à num. 28. vsque ad 54. vers. venio ad secundum, & de substit. quæst. 612. à num. 2. vsque ad 8.* reijciendo distinctionem *Castrens.* inter legatum speciei, & quantitatis *Caual. decis. 112. num. 2.* & fuit in *Romana Dotis de Ghezzis 9. Febr. 1635. coram me*, alias posset esse in potestate grauatorum euertere præsidium competens fœminis descendentibus ad consequendam dotem ex bonis fi-
2 deicommissi, † quod tamen non est admittendũ, vt bene animaduertit *Imol. in l. si is qui pro emptore in princ. ff. de vsucap.* vnde potius, curandum
3 est, vt omnibus modis voluntas Testatoris † adpleatur iuxta dispositionem, *l. 1. C. com. de leg.* hoc autem non alio modo consequi potest, quam per natiuitatem hypotecæ de tempore testamenti, vt inde oriatur actio, licet actionis exercitium suspendatur in tempus euenientis conditionis, vt fuit resolutum in supradicta Romana Ghezzis coram me.

Quod autem Testatoris mens extendatur, non solum ad fœminas primi, sed etiam vlterioris gradus qualis est D. Constantia, clare videbatur ostendi ex verbis testamentis, in quibus disponi-

tur, quod filij legitimi, & naturales nascituri ex
Fœderico primo hærede vniuersali semper in to-
tum succedant, & fœminæ nubant, & dotentur
&c. illud enim verbum (*nascituri*) sicuti habet
tractum successiuum, & respicit tempus incertũ,
4 ita † sub nomine filiorum dicendum est Testato-
rem ad huiusmodi onus obligasse etiam nepotes,
qui sub eorum vocatione veniunt *Imol. in l. Gal-
lus 29. §. Instituens num. 48. circa med. vers. vel po-
tes dicere ff. de lib. & posth. Rustic. post alios in l. cum
auus lib. 6. cap. 12. num. 17. de condit. & demonstr. Fu-
sar. de substit. quæst. 320. nu. 23. Rota decis. 162. par. 6.
recent. n. 1. et 2.* vbi Testator mandauerat filias fœ-
minas nascituras ex suis hæredibus existentibus
eorum filijs masculis condecentur dotari, & il-
lis deficientibus succedere.

Preterea pro hoc etiam videbatur facere dictio
5 illa (*semper*,) † quæ pariter includit pluralitatem,
& diuersitatem temporum, & casuum faciens,
in omnibus æqualem dispositionem, *l. 1. verb. sem-
per vbi gloss. & Bart. num. 5. ff. sol. matrim. Decian.
cons. 1. num. 258. lib. 1. Panzirol. cons. 1. num. 20. Pe-
regr. cons. 44. num. 28. vers. ad quintum lib. 1. & de
fideicom. art. 27. nu. 2. Molin. de primog. lib. 1. cap. 6.
num. 28. & 29. Fusar. de substit. quæst. 320. num. 74.
& seqq* vbi quod appellatione filiorum veniunt
6 Nepotes, † quoties Testator illud expressit cum
[illegible]is denotantibus perpetuitatem.

Ponderabatur vlterius, quod dum Testator
voluit, quod filij masculi in totum succederent,
& fœminæ dotarentur, sicut masculi semper suc-
7 cedere debebant, † ita etiam semper fœminæ
erant, dotandæ, quia copula (&) æquat omnia
copulata, & pariformiter omnia determinat *l.
quamuis, & ibi Bald. C. de impub. & alijs subst. Fu-
sar. de substit. quæst. 325. num. 15. & quæst. 403. nu. 9.*
vltra quod Dominæ Constantiæ fauet etiam re-
gula, quod prouisio Testatoris circa dotationem
8 fœminarum † de iure competit omnibus descen-
dentibus à fideicommittente. *Cephal. consil. 683.
num. 9. Molin. de primog. lib. [illegible] cap. 6. n. 4. vers. cæterum
Menoch. præsumpt. 189. n. 11. lib. 4. Rot. dec. 37. n. 2. p. 1.
diuers. et dec. 312. n. 10. par. 6. rec.* & fuit resolutum in
*Romana Dotis 30. Martij 1618. coram bon. me. Card.
Verospio.*

Et denique ponderabatur pro ista anteriorita-
te D. Constantiæ, quod ipsa à Testatore fuerat
posita in conditione, ibi: *Si prædictus D. Federicus
vniuersalis hæres decederet sine legitimis, & naturali-
bus filijs, & filiabus ex se genitis, vel si dicti sui filij
decesserint sine filijs legitimis, & naturalibus*, & per
consequens tacitè vocata ad fideicommissum
9 † ex *Stat. Vrbis lib. 1. cap. 145. Gabr. consil. 115.
num. 1. & seq. lib. 1. Seraph. decis. 1329. numer. 12.
Greg. dec. 575. num. 1.* vnde inferebatur, ipsam
metiri suam hypothecam ex vocatione prædi-
cta, & proinde præferendam esse creditoribus,
qui solum veniunt vigore obligationis contractæ
per Ducem Alexandrum patrem, & Marium fra-
trem.

Cæterum, prodest secundum fundamentum,
etiam circumscripto expresso præcepto Io. Bap-
tistæ, adhuc placuit, D. Constantiam descen-
10 dentem esse in illius bonis dotandam † cum pri-
uilegio potioritatis aduersus quoscumque credi-
tores grauatorum per rationem *Auth. res com. de
leg.* quod scilicet si viuus esset Io. Baptista, ipse
11 dotare cogeretur, † & ideò hoc onus trahi in gra-
uatos descendentes cum hoc priuilegio priorita-
tis, hoc ibi notat *Castr. num. 10. et Fulgos. num. 2.*
sequitur *Dec. cons. 519. n. 3. Mantic. de tacit. lib. 11.
tit. 18. nu. 17. Rot. apud Seraph. dec. 693. per tot. in rec.
dec. 28. nu. 2. par. 5. rec.*

Neque obstare visum fuit, quod dispositio
Auth. Res quæ, non habeat locum nisi in subsi-
dium, & quatenus non extent alia bona libera,
quia, vltra quod D. Dux Marius promisit solue-
re dotem D. Constantiæ ex alienatione alicuius
12 partis sui Status, satis apertè declarauit, † non
extare alia bona libera, ex quibus huiusmodi dos
solui posset, satis visum fuit de hoc constare ex
13 testibus † examinatis contra eumdem D. Ducem
in alia *Romana Dotis 25. Iunij 1638. coram R. P.
D. meo Pirouano*, quinimò cum hoc in Curia sit
14 satis notum, non visa † fuit necessaria alia dis-
scussio *iuxta gloss. in l. decem 116. verb. excussam
ff. de verb. oblig.* & deducta per *Rot. dec. 114. nu. 1.
vers. & constat notorie par. 2. rec.*

Nec releuat Bulla Clement. VIII. 41. mandans
exequi mandata exhibita in Congregatione per
Creditores Baronum super bonis etiam Iurisdi-
ctionalibus, quouis modo ab eis tentis, & posse-
sis, non obstantibus quibuscumque fideicommis-
sis, quia cum Bulla mandet satisfieri creditori-
bus, siue creditum oriatur ex instrumentis, seu
Chirographis, siue legatis, aut alijs quibuscum-
que modis, aut formis, vt in §. 2. cum D. Con-
stantia sit etiam ipsa creditrix vigore dispositio-
nis Io. Baptistæ, vel per rationem *Auth. res quæ*,
15 vt supra firmatum est, † vtique poterit cum
alijs creditoribus concurrere pro consequutione
suæ dotis ad mensuram ipsius hypothecæ: Et
quamuis in eadem Bulla in §. 9. disponatur, quod
non possit impedire subhastatio ex causa dotis,
responsum fuit D. Constantiam, nec impediuis-
se, nec hodie impugnare subhastationem factam
de bonis Io. Baptistæ, sed solum velle concurrere
16 † vt creditricem ad pretium subrogatum in lo-
cum bonorum, quod eo facilius facere potest,
quo pretium prædictum per obligationem factam
à creditoribus de restituendo prioribus, & po-
17 tioribus † dicitur extare, vt per *Castren. in l. Pro-
curatoris §. fin. & l. seq. ff. de tribut. act. & cons. 285.
in princ. lib. 1. Rot. dec. 75. nu. 4. & 10. & dec. 793.
num. 5. vers. quapropter par. 4. diuers.* & apud *Pacif.
de Saluian. dec. 133. num. 10.* nec Bulla in aliqua
sui parte tollit credita dotalia ad fauorem fœmi-
18 narum descendentium fideicommittentis, † qui-
nimò illa potiùs videtur admittere, dum in §. 3.
post med. generaliter disponit, quod fiat execu-
tio contra Burones pro debitis ex quacumque
causa contractis, & consequenter ex promissione
dotis facta ab eo, qui bona distracta hoc onere
grauauit, cum non sit maior ratio, cur credito-
res Ducum Alexandri, & Marij possint concur-
rere pro consequenda satisfactione, non autem
Dom. Constantia Creditrix ipsius fideicommit-
tentis.

Et ita parte vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Sacræ Rotæ Decano.

Eugubina Erroris Calculi.

Lunæ 27. Februarij 1640.

ARGVMENTVM.

Errore calculi detecto illius acceptatio partibus non nocet, quin ex officio Iudicis petant eius rescissionem, præsertim ad fauorem minoris, cui in hac materia semper datur restitutio.

SVMMARIVM.

1 *Redditio rationis iterum fieri non debet si super computis fuit inter partes transactum, & concordatum.*
2 *Partita in transactione apposita cum hoc, quod illa reuideri debeat, & melius discuti, non potest dici, quod super ea fuerit transactum.*
3 *Acceptatio calculi per peritum confecti etiam quibuscumque clausulis, & pactis concepta, si erronea conuincitur, potest officio Iudicis retractari, & num. seqq.*
Amplia, & fortius ad fauorem minoris ibid.
4 *Calculatorum relationes ex errore retractantur.*
5 *Error computi probatur ex sola negatiua non existentiæ partitæ, quæ in computu poni debebat.*
6 *Scriptura probat contra scribentem.*

DECISIO CC.

PRæcesserunt inter Conuentinos, & Zeccadorum instrumenta solidationis computatorum, & acceptationis calculi ad relationem Periti de consensu electi, directoque errore relationis ommittendo ponere partitam ducatorum 216. ad creditum fratrum de Conuentinis, & declarando partitam scutorum 700. de qua ijdem fratres erant creditores ex chirographica obligationi Zeccadori esse comprehensam in summa scut. 1130. soluta Mutio patri dictorum fratrum ex ordine Zeccadori per bancum illorum de Donis, egerunt emendatione errorum coram A. C. & obtinuerunt. Causa exindè per appellationem ad Rotam deuoluta, quæsitum fuit, an dictis fratribus ad vlteriora procedentibus obstarent prædicta Instrumenta, & negatiuè fuit responsum.

Nam & si vera sit conclusio, quod vbi transactum, aut concordatum fuerit super computis
1 ad nouam † redditionem rationem non est recurrendum per *l. vnicam cum gloss. C. de error. calcul. Paris. cons. 96. num. 82. lib. 1. Baron. qu. 105. in princ. Tob. Non. cons. 63. num. 8. decis. 184. num. 3. par. 2. recent.*

Attamen quia primum Instrumentum non est transactio super computis solidatis, sed narratiua computorum innitorum, & de solutis, & de receptis hinc inde finalis ad inuicem quietatio, & quidem non etiam finalis liberatio, dum partes voluerunt per pactum expressum, quod cõputa reuiderentur, & insuper Zeccadorum teneri ad præcisius docendum scut. 700. de quibus in apoca, esse comprehensa in pecunijs Mutio viuenti restitutis, vnde quæcumque in scriptura transactionis firmata cum subijciantur nouæ reuisioni, & veritati assertorum per Zeccadorum, atque ita sub conditione verificandorum, interim
2 † non merentur nomen transactionis, & litis finitæ, dum post se expectant nouum iudicium Periti in dicta scriptura electi *Castr. cons. 342. n. 3. lib. 1. Dec. cons. 350. num. 7. Ruin. consil. 71. num. 5. lib. 4.* Secunda verò scriptura, siue Instrumentum est simplex acceptatio computorum in relatione Periti electi comprehensorum, cui in tantum standum est in quantum iustificatur ex partitis hinc inde pro debito, & credito relatis, quæ si erroneæ sunt, omittendo, quod erat apponen-
3 dum, vel ponendo, quod erat omittendum, † semper læso, & presertim minori subuenitur per officium Iudicis, retractando computa, & calculationes, & Peritorum relationes, non obstantibus quibusuis pactis, & amplissimis clausulis munitis, *Bart. in l. 2. vers. aut quis reuocat. C. de iur. fisc. lib. 10. Paris. consil. 89. num. 18. & 34. lib. 1.* lo-
4 quens de relationibus † calculatorum ex errore retractandis *Munoz. de ratiocin. administr. cap. 41. num. 12. & Grat. discept. 761. num. 6. & 7. sequendo Bart. in d. l. 2.* de subueniendo læsis ex officio Iudicis in æquitate naturali fundatum, ne quis cum aliena iactura locupletetur. Error autem in omittendo partitam ducatorum 216. de Camera ad creditum fratrum est patens ex lecturæ partitę recepti, in qua cum non legatur dicta summa
5 † benè probatur error computi ex sola negatiua non existentiæ, *Alciat. reg. 3. præs. 16. Hercul. in tractat. quis teneatur prob. negat. num. 167. & 176 Surd. decis. 300. num. 11.* Nec dubitari potest, qui Zeccadorus eamdem summam vti Procurator Patris dictorum fratrum exegerit, quia dantur partitæ solutionis factæ per Depositarios Officij Plumbi de ordine Zeccadori.

Error pariter scutorom 700. sufficienter iustificatur, nam, & si Peritus declarauerit Mutium illorum patrem debitorem Zeccadori in scutorũ 2167. b. 67. & adiecerit formalia verba, *Annullando la poliza di scudi 700. per essere compresa in vn pagamento di scudi 1130. per il banco de' Doni sotto li 22. Settembre 1601.*

Attamen veritas de falsa causa comprehensionis apparet ex computis 1602. transmissis per Zeccadorum Mutio supradicto, in quibus idem Mutius describitur creditor de scut. 42. pro fructibus summæ scutor. 700. iuxta conuentionem de qua in eadem apoca debiti, quæ proculdubio tanquam extincta per comprehẽsionem in maiori summa soluta Mutio anno præcedenti absque subsistentia fructum, seu interesse producere non poterat, & simpliciter in computis manu Zeccadori scriptis, & subscriptis, & eidem Mutio transmissis contra distinctè ponuntur partita scutorum 700. & partita scutorum 1130. & denique in epistolis tàm Francisci, quàm Michaelis Angeli respectiuè datis sub die 1. Maij 1621. & 19. Febr. 1622. enunciatur dictum creditum scutorum 700. tanquam existens, non autem extinctum, quæ omnia cum implicent Zeccadori confessionem, & incompatibilitatem compræhensio-
6 nis, & probent contra † scribentem *Paris. cons. 47. num. 1.*

num.1.Rot.Ianuen.dec.18.n. 8. falsa causa comprehensionis, cum quæ transiuit Peritus in sua declatione, velari non potest.

Non obstat, quod aut vtraque partita, scilicet ducatorum 216. & scut. 700. est comprehensa in ordine dato per Zeccadorum pro exigendis scut. 1130. in banco illorum de Donis, aut idem Zaccadorus est adhuc creditor eiusdem summæ, vti in computis in secundo Instrumento insertis, non contraposite ad eius creditum.

Quia ordo scutorum 1130. directus Mercatoribus de Donis, emanauerit sub die 22. Septembris 1601. cum sua causa, scilicet pro totidem ab eodem Zeccadoro Mutio debitis, vnde quoad fructus officij exactos de anno 1622. confessio, & seu ordo referri non potest, quia nondum euenerat tempus illorum solutionis. Quo verò ad scuta 700. de quibus in apoca, eò minus dici possunt comprehensa, quia per contrapositionem aliarum partitarum in computo per Zeccadorum Mutio transmisso, consumptum remanet creditū dictorum scutor. 1130. Itaut tanquam existens adhuc non meretur allegari.

Et ità &c.

Infra in eadem causa habentur aliæ decisiones sub diebus 22. Aprilis 1640. & 16. Nouembr. eiusdem anni, coram eodem bon.mem. Pirouano Decano.

DECISIO CCI.

R. P. D. BICHIO.

Sabineñ, seu Farseñ Fideicommissi.

Veneris 2. Martij 1640.

Et impressa apud Bichio in Tomo 1. Decis. 17.

REVERENDISS. P. D. COCCINO

Sacræ Rotæ Decano.

Barchioneñ Vicariæ,

Veneris 2. Martij 1640.

ARGVMENTVM.

Vnio probatur si de ea appareat scriptura, & de effectuatione constet. Possessor si aliquis hodie reperitur, an etiam per antea possedisse præsumendum sit, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Vnio probatur ex scripturis continentibus Ecclesiam fuisse alteri vnitam, cuius effectuatio remanet etiam iustificata.*

2 *Obseruantia remota non attenditur.*

Tempus præsens non infert in preteritum num. 2.

3 *Possidens de præsenti præsumitur etiam in præteritum possedisse, si hoc ex aliqua ratione colligitur.*

4 *Possidens de præsenti præsumitur etiam in præteritum possedisse, si non dicitur quod alius medio tempore possederit.*

5 *Possidet si quis hodie etiam olim possedisse præsumitur, si & ille eo tempore erat dominus.*

Dominus qui erat, quod esset etiam possessor omnis ratio suadet num. 5.

6 *Vnio facta ex causa necessaria non subiacet regulæ reuocatoriæ vnionum, quæ non fuerunt effectum sortitæ.*

Vnio dicitur facta ex causa necessaria si fuit facta ob tenues Ecclesiæ redditus num. 6.

7 *Probatio præsumptiua sufficit in materia centum annos excedente.*

DECISIO CCII.

DOmini perstiterunt in resolutis sub die 11. Decembris superioris anni scilicet constare de vnione, & Vicariam esse adiudicandam Stephano, quia quantum ad primam partem dictæ decisionis scilicet an constet de dicta vnione scriptura facta de anno 1324. quæ continet Ecclesiam Sanctæ Eulaliæ aliàs de Prohensana, seu de Hospitalet, fuisse vnitam Præcentoriæ Ecclesiæ Barchioneñ manifestè probat prædictam vnio-
1 nem, † cum ipsius effectuatio probetur ex præsentationibus effectum sortitis ab anno 1509. vsque ad annum 1638. prout latè fuit deductum in alia decisione, *& dec. 114. nu. 1. & 923. num.* *coram Buratt. & in eadem causa Barchionen. S. Bas dilij 19. Febr. & 17. May 1624. coram Reu. P. D. meo Merlino.*

Neque in hoc casu facit, quod obseruantia
2 sit nimis remota, † & de præsenti non præsumatur in præteritum, ex adductis *per Menoch. præsumpt. 65. nu. 1. lib. 6.*

Quia fuit responsum primo, quod hæc regula non habet locum, quando ex possessione de præsenti colligi posset aliqua ratio, qua arguere
3 possemus, † quod etiam possidens de præsenti olim possederit, ita *Salicet. in l. ex persona num. 1. C. de probat. Soccin. Sen. cons. 89. num. 19. lib. 1. Menoch. vbi supra nu. 4.* Hic autem satis colligitur ratio, quod præsens possessor fuerit etiam posses-
4 sor in præteritum, † cum non doceatur, quod alius medio tempore possederit *bo. me. Buratt. dec. 79. num. 14.*

Secundo fuit responsum, quod cum probetur vnio, & sic dominium de præterito, & etiam possessio de præsenti, inde præsumitur eundem,
5 qui nunc antiquo tempore possedisse, nam † videtur legitima ratio, & causa, quod ille, qui erat Dominus, esset etiam possessor, *Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 21. nu. 15. quem sequitur Menoch. loco alleg. num. 4.*

Neque obstat, quod vnio fuerit facta de beneficio pleno, & ideo subiacet regulæ reuocatoriæ fel. Benedicti XII. & aliorum Summorum Pontif. super vnionibus non sortitis effectum.

Quia cum hæc vnio appareat facta ex causa
6 necessaria † propter tenuissimos redditus trium dignitatum Ecclesię Barchioneñ non subiacet reuocationi d. regulæ, vt est *decis 109. num. 16. & seqq. par. 6. recent.* ac etiam quia constat de effectuatione ex supradicta possessione præsumptiua, quæ sufficiens est in materia excedente an. 100. *Bald. in auth. quas actiones n. 15 et 16. C. de sacrosanct. Ecclef. Guidop. decis. 357. nu. 1.*

Quod verò Vicaria sit adiudicanda Stephano, quæ

quæ est secunda pars decisionis satis probatur ex deductis in ea, quæ etiam respondet contrarijs, quæ leuia sunt.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

Habetur supra eadem parte, & est decisio 184.

R. P. D. PIROVANO.

Sacræ Rotæ DECANO.

Romana Fideicommissi de Incoronatis.

Veneris 5. Martij 1640.

ARGVMENTVM.

Triplex traditur differentia donationum, quæ fiunt contemplatione matrimonij: Alia non expressa persona cum qua illud contrahi debet, & hæc dicitur libera, & absoluta remanet ad fauorem donatarij: Altera non solum expressa persona, & matrimonio ineundo, sedet in qua filij tacitè, vel expresè sunt condonatarij patris, & ista omnibus acquiritur, ita vt pater non possit sine filiorum consensu quidquam distrahere. Tertia nempè & vltima ea est, quæm matrimonio, iam contracto aliquid certæ personæ donatur contemplatione quidem filiorum, & vxoris, sed illorum nulla facta mentione, & hæc per stipulationem simpliciter per Patrem facta, acquiritur filijs, sed vti hæredibus, non autem vti filijs.

SVMMARIVM.

1 *Donatio alicui facta contemplatione matrimonij non expressa certa persona dicitur liberè, & absolutè ad fauorem donatarij facta.*
Itaut nullo teneatur grauamine tanquam facta ex sola causa impulsiua ibidem.
2 *Donatio facta contemplatione certi matrimonij, in qua filij sunt condonatarij.*
Patris tacitè, vel expresè, pacto scilicet, vel ex coniecturis dicitur omnibus acquisita.
Itaut Pater absque consensu eorum, qui sunt in donatione contemplati non possit de bonis liberè disponere, ibidem.
3 *Donatio post contractum matrimonium stipulata per patrem etiam contemplatione filiorum, sed nulla eorum facta mentionem.*
Acquiritur filijs vti hæredibus non vti filijs.
4 *Donatio inter viuos pure, & irreuocabiliter alicui facta, non expirat etiam vita functo illo, cuius contemplatione facta reperitur.*
5 *Proximiorum vocatio obtinet primum gradum in persona fratris.*
6 *Donatio facta fauore familiæ eo tempore, quo aliquis de familia erat Religiosus, sed non adhuc professus, an illum comprehendat cum numer. seq. in fine.*
Pronomen, ipsius, in donatione appositum illam restringit ad familiam effectiuam donatoris, non contentiuam nu. 6. & seq. vbi limita.
7 *Pronomen, ipsius, comprehendit familiam contentiuam deficiente effectiua.*
8 *Patre illegitimo existente filius ad effectum succedendi familiæ iura legitimitatis habere non potest, quamuis fuerit de legitimo matrimonio natus.*
9 *Agnati, qui sunt in quasi possessione agnatitiæ qualitatis arma, & insigna deferendo, & tanquam tales ab alijs de agnatione instituti.*
Succedunt ad fideicommissum agnationis fauore ordinatum, etiam quod illis illegitimitatis principium obijceretur ibidem.
10 *Hæres per aditionem censetur obligationem defuncti ratificasse.*

DECISIO CCIII.

Renouata disputatione super iam resolutis die 5.* Nouembr. 1639. idem fuit responsum, scilicet, Detractiones non obstare.

Quia Monasterium neque Iure proprio, neque ex persona Defunctorum Professorum potest illas prætendere, cessante Iure succedendi in bonis, & hæreditate Patruorum, qui donationem omnium bonorum fecerunt Francisco Fratri, & respectiuè Patri Professorum, & similiter in bonis, & hæreditate Francisci Patris, qui donationem fecerit Cæsari filio, præcedente amplissima renunciatione Professorum, & denique non etiam in bonis, & hæreditate Cęsaris, qui ab intestato decessit, attenta eadem amplissima renunciatione, & bonorum carentia propter fideicommissum ad fauorem familiæ, successoribus, & hæredibus iniunctum per Franciscum in supradicta donatione Cæsari facta.

Non obstant, quæ replicantur de vocatione Professorum in donatione Patruorum, & de iure illis quæsito ex causa finali contrahendi matrimonium cum certa persona, scilicet cum Emilia de Caualerijs, distinguēdo duos casus, quia DD. ponderando materiam, tertium addiderunt, in quo versamur, supposita etiam causa finali, & Professi ex proprio iure effectum liberæ donationis impedire non possunt, cessante illorum commodo pinguioris sustentationis.

Primus igitur casus est, quando donatio emanauit ex causa contrahendi matrimonium, vel contemplatione matrimonij non expressa certa persona, cum qua matrimonium erat contrahen-
1 dum, † & omnes conueniunt, donationem esse liberam, & absoluram, vti fundatam in causa impulsiua; non autem finali, & Donatarium posse disponere ad libitum de bonis donatis, retrodonando, alienando, disponendo, grauando hæredem, ita vt donatio sit pura, non autem conditionalis *Oldr. consil 5. Surd. cons. 143. nu. 17. lib. 1. & 361. n. 17. lib. 3. Grat. discept. 924. n. 29.* qui alios referunt, loquentes de causa impulsiua, & iste non est casus, de quo in capitulis matrimonialibus, & donatione Patruorum.

Secundus est casus, quando donatio facta fuit causa finali expressa cōtemplatione matrimonij
2 contrahendi cū certa persona, † & vlterius tacitè, vel expresè filij in donatione sunt condonatarij Patris, vel ex pacto, vel ex coniecturis, & hic casus pariter in hac disputatione non est controuersus, dum præsupponit donationem conditionalem, & bona donata non esse in libera dispositione donatarij absque consensu eorum, qui dispo-

diſpoſitiuè fuerunt in donatione contemplati, & determinant pro hac parte in deciſione cauſæ allegatæ *veſ. quod ſi nitatur* nempè *Bertrand. conſ 176. num. 4. lib. 3. Franc. à Ponte conſil. 19. numer. 20. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. par. 1. nu. 7. Molin. de Rit. nupt. lib. 3. quæſt. 10. num. 28. Caſtilla deciſ 106. num. 8 Seraph. deciſ. 1108. num. 4. & Rom. de Caſtellanis, quæ eſt 127. num. 12. par. 6. diuerſ.* Neque caſum diuerſificant, qui in hodierna diſputatione allegantur, nempè *Molph. in conſuetud. Neapol. part. 4. quæſt. 25. num. 7. Add. ad deciſ. 861. coram bon. mem. Buratto*, & iſte pariter non eſt caſus pactorum dotalium, & donationis, dum nulla mentio habetur de vocatione filiorũ, aut pacto ſuccedendi, aut coniecturis fideicommiſſum ad illorum fauorem inducentibus.

Tertius eſt caſus, quando vt in præſenti ceſsāt verba diſpoſitiua, ſed tantummodo ex cauſa impulſiua, & ſeu ex poſt facta finali ob ſecutum
3 matrimonium, vt dicit *Rol. à Valle conſil. 44. numer. 24. lib. 4.* contemplatæ dicuntur perſonæ Vxoris, & filiorum naſciturorum, & donatarius ſtipulando recepit pro ſe donationem, nulla facta mentione filiorum, vt legitur in Inſtrumento donationis 4. Auguſti 1590. Tunc filij Franciſci independenter ex propria perſona ex ſola cōtemplatione venire non poſſunt contra Franciſci Patris diſpoſitionem, ex quo non benè infertur ex cauſa matrimonij ad ſtipulationem pro filijs, vti filijs, & quod non intelligatur pro filijs vti hæredib. *Dec. conſ. 216. num. 5. Soc. Iun. conſil. 58. num. 11. vol. 2. Surd. deciſ. 322. num. 84. & 861. nu. 8. coram bo. me. Burratt. Franc. à Pont. conſ. 80. num. 11.* dicens iure cautum non reperiri, quod ex ſola contemplatione vxoris, & filiorum dona donata illis acquirantur, ſed quidem inferri poteſt ad vtilitatem vxoris, cui expedit habere Virum diuitem, non autem pannoſum, & pauperem, & ad commune commodum cum filijs pro vberiori onerum matrimonij ſuſtentatione, quorum intereſſe temporale eſt ad illorum vitam, & eo ceſſante per obitum Emiliæ Matris, & Marcelli, & Cæſaris filiorum, & aliorum filiorum Profeſſorum, qui de facto ad ſtrictiorem vitam ſe reduxerunt, conuolando ad Religionem, & de Iure ob ampliſſimam renunciationem Cæſari fratri eorum factam, eo inquam ceſſante de iure proprio Profeſſorum nullibi conſtare poſſe dicēdum eſt.

Quinimò ex ſola eorumdem Profeſſorum ſolemni, & ampliſſima renunciatione extinctum remanet omne ius illorum aſpirandi ad ſucceſſionem Patruorum, dum in indiuiduo legitur renunciatio de bonis Patruorum titulo puræ, & ir-
4 reuocabilis donationis inter viuos, quæ non expirat etiam vita functis illis, quorum contemplatione donatio reperitur facta *Acchill. dec. vnica de Donat. Put. deciſ. 274. num. 4. lib. 3. & 587. num. 1. par. 1. recent.* quod idem in deciſione cauſę fuit firmatum.

Neque dicatur ſufficiēter probari vocationem filiorum Franciſci ex pacto prælationis filiorum Donatarij filijs Patruorum caſu quo poſt donationem prolem ſuſcepiſſent, quia de vocatione independenti ab hæreditate Patris eſt quæſtio, non autem de hæreditaria, prout filij prælati habe-

berent, & ſemper obſtat propria Iuris ſuccedenti abdicatio, vt ſupra dictum fuit.

Secundo principaliter non obſtat, Profeſſos, & ſeù Monaſterium ex illorum perſonis fuiſſe vocatum, finita Cæſaris linea maſculina ex præordinatione Franciſci in donatione, quam fecit Cæſari eius filio, vocando proximiores, inter quos
5 primum locum tenent † fratres Prefeſſi *Peregrin. de fideicomm. art. 22. nu. 26. Menoch. præſumpt. 88. num. 4. lib. 4. Fuſar. quæſt. 348. num. 4.* quia huic obiecto ſatisfacit deciſio cauſæ. Nec replicata tollunt difficultatem, ſcilicet, D. Angelum non eſſe de proximioribus familiæ effectiuæ ipſius Teſtatoris, prout deſiderant verba donationis Franciſci, cuius pronominis, *Ipſius*, effectus aſſeratur reſtringere vocationem ad Proximiores
6 familiæ effectiuæ Donatoris, non autem † conſentiuæ, maximè exiſtente tunc Ioanne Baptiſta in ſtatu ſuccedendi, quamuis Nouitiatum agente tunc pro emittenda profeſſione, ſed non dum emiſſa *Rota deciſ. 193. num. 10. part. 1.* & plenius *deciſ. 362. num. 8. par. 5. rec.*

Quia fuit reſponſum proprietatem pronominis, *Ipſius* non conuenire gradui per Donatorem ſubordinato in defectum omnium ſuorũ Deſcendentium, lineam effectiuam conſtituentium, implicat enim vocatio ſuorum, & extinctio eorumdem, & propterea quicquid ſit quando, & effectiui, & contentiui poſſunt concurrere ad ſucce-
7 dendum, † Attamen deficientibus effectiuis, vt in præſenti, vocatio, & contentiuos comprehendit ex proprietate ſemonis *Mant. de coniect. lib. 8. tit. 12. num. 12.* & de Profeſſo, & alio de proximo profitendo non eſt agendum tanquam quo ad conſeruandam Agnationem eſſent inhabiles, vt in deciſione cauſæ fuit firmatum, & probatum.

Nec mouit Dominos exceptio illegitimitatis oppoſita contra Marcum Antonium, & Marcellum, qui ſicuti adgnaſci non potuerunt familiæ
8 de Incoronatis, † ita nec filios deſcendentes in eadem familia inſerere potuerunt, deficiente legitimo naſcendi principio *Tiraquell. de Nobil. cap. 15. num. 12. Peregr. de fideic. art. 22. num. 83. Honded. conſ. 57. num. 47. lib. 1.* & proximitate ceſſante dicebatur ſufficere Monaſterio poſſeſſori excludere Actorem ob non Ius ſuum.

Quia neque allegata illegitimitas concludenter probatur, & probata non releuaret, quia ex teſtamentis, & donationibus Pauli Senioris, &
9 Bernardini fratrum Hieronymi, † ſunt in quaſi poſſeſſione agnatitiæ qualitatis, arma, & inſignia domus de Incoronatis deferendo, vti vt ex mente, & voluntate Diſponentium de tali agnatione per ipſos contemplata potuerunt ſenſiſſe, *Soccin. conſ. 102. nu. 8. lib. 3. Menoch. de præſumpt. 88. num. 14. lib. 4. Fuſar. q. 361. num. 16.*

Denique non obſtat, & Profeſſos vti hæredes Cæſaris eius fratris ab inteſtato poſſe detrahere quodcumque in eius hæreditate repertum fuit, nempè bona, credita aduerſus Patruorum, & Patris hæreditates, meliorationes, & funeris impenſas, quæ in ſummarijs dantur.

Quia vltra quod excipitur contra Monaſterium de ampliſſima Profeſſorum rennnciatione, eo facilius excluduntur ob carentiam bonorum in patri-

Patrimonio Cæsaris repertorum, quæ aut non probantur, aut ad quid minimum reducuntur, quia quicquid poterant Patrui detrahere de hæreditate Marcelli fideicommittentis, id totum per donationem Francisco Fratri factam, fuit in eius personam consolidatum. Franciscus autem nouo fideicommisso easdem detractiones, & proprias subiecit in donatione Cæsari filio facta, in quo Professi non fuerunt vocati, & Donatarius per amplissima verba prohibitus est quicquam detrahere, & ea acceptata, non potest Cæsar, nec habentes causam ab eo illi contrauenire,
30 † sed per aditionem censentur obligationem defuncti ratificasse *Surd. decis. 93. numer. 9. & 315. nu. 10.* Et quicquid ex proprio Cæsaris patrimonio superextare probetur, id totum confunditur ex alienationibus per Cesarem factis de bonis fideicommissi, ita vt prætensiones Monasterij vti illiquidæ, & inefficaces impedire non possunt immissionem per fideicommissarios petitam ex allegatis in decisione causæ.

Et ita, &c.

In præsenti parte adest d. decisio in hac causa facta sub die 5. Nouembris superioris anni coram eodem R.P.D. Piruano, & est in ordine 171. ceteræ verò, quæ plures habentur pariter in hac eadem causa adnotaui supra in fine dec.134.

R. P. D. R O I A S.

Posteà Episcopo Tarraconen.

Viceñ Camerariæ.

Mercurij 14. Martij 1640.

A R G V M E N T V M.

Papa si in suppressione beneficij regularis illud expressè sibi reseruauit, tàm respectu collationis actu contingentis, quàm imposterum succedentium, per verba generalia, & omnium temporum comprehensiua, non potest tale beneficium per Ordinarium conferri, cui Pontificem nullatenus præiudicasse dicitur, quia nunquam illud ad Ordinarium spectauit, pluraque de obseruantia, & subreptione habentur, quæ ex ipsa decisione colliges.

S V M M A R I V M.

1 *Verbum*, reseruamus, *relatum ae beneficia intelligitur respectu collationis.*
Reseruatio nihil aliud est, quam auocatio alicuius beneficij Ecclesiastici vacaturi ad se facta num 1.
2 *Dictio taxatiua*, dumtaxat, *in reseruatione per Pōtificem apposita, restringit reseruationem soli Papæ alios excludendo, & num. seq.*
3 *Dictio taxatiua*, dumtaxat, *excludit aliam quamcumque personam alias etiam comprehensam.*
4 *Verbum*, deinceps, *non respicit limitationem, sed comprehendit omne tempus futurum.*
5 *Aduerbium*, quomodocumque, *ampliat dispositionem, eamque extendit etiam ad non expressa.*
6 *Reseruatio expressa per verbum*, vacaturum, *includit omne modum vacandi.*
7 *Aduerbium*, in perpetuum, *intelligitur absque vlla limitatione temporis, & omnia tempora comprehendit.*
8 *Reseruatio excipiens certa beneficia, omnia alia circa collationem comprahendit.*
Exceptio debet esse de regula num. 8.
9 *Exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis.*
10 *Collatio beneficiorum spectat ad illos, ad quos pertinet proprietas.*
11 *Reseruatio facta de beneficijs suppressis vacaturis nō potest dici quod comprehendat solùm beneficia in limine suppressionis vacantia, & num. seq.*
12 *Tempus futurum non respicit functionem temporis præteriti, stante discretiua dispositione de vtroque.*
13 *Beneficium suppressum non intelligitur Papæ reseruatum ad solos octo menses iuxta regulas Cancellariæ.*
Si Papa illud indefinitè, & per verba comprehensiua omnium temporum sibi reseruauit ibidem; & num. seqq.
Verbum quandocumque est comprahensiuum omnium temporum num. 13.
14 *Decisiones Rotæ in eisdem causis inseruiunt pro firmanda sententia in alijs, & num. 15.*
16 *Papa præsumitur se conformare voluisse cum regulis Cancellariæ.*
Papa non præsumitur velle præiudicare Ordinarijs respectu beneficiorum vacantium in eorum quatuor mensibus num. 16.
17 *Papa si sibi expresse aliquod beneficium reseruauit, non intrat præsumptio quod noluerit Episcopo præiudicare.*
Præsumptio cedit veritati num. 17.
18 *Ordinarij præiudicium non potest considerari in beneficijs regularium, quæ ante secularizzationem ad ipsos respectu collationis non spectabant, & num. seeq.*
20 *Papa si in secularizzatione beneficij regularis illud sibi reseruauit, iniuriam Ordinarijs fecisse dici non potest.*
Iure proprio vtens non dicitur alteri iniuriam facere, num. 20.
21 *Amisisse aliquid dici non potest, qui antea nihil habebat, & num. seq.*
22 *Pauperior fieri non dicitur, qui nihil acquirit, & num. anteced.*
23 *Beneficia regularia in sæculares translata ad sæculares spectant, si de eis Papa non disposuit.*
24 *Ordinarius non potest disponere de beneficijs sæcularizzatis Papæ reseruatis per verba amplissima.*
25 *Papa non est præsumendum quod per verba generalia voluerit sibi tollere ius collationis, quod sibi antea reseruauerat.*
26 *Breue Sanctissimi procedens per viam declarationis nihil de nouo dat, sed detegit quod antea non erat.*
27 *Breue Pontificis restrictum ad aliquam Ecclesiam, ad aliam diuersam, & separatam trahi non potest.*
28 *Clausula*, saluis reseruationibus, & affectionibus Apostolicis, *in breui apposita, reseruationes Papæ præseruat.*
29 *Persona loquentis nunquam venit in generali sermone.*

30 *Pa-*

30 *Papa statuta confirmans non censetur ea confirmare quæ sunt contra se ipsum.*

31 *Papa concedens Capitulo ius conferendi non censetur præiudicare voluisse suis reseruationibus.*

32 *Obseruantia vniformis, & præscripta requiritur vbi adsunt expressa verba Pontificis, nec sufficiunt actus singulares.*

33 *Obseruantia hinc inde contraria non attenditur.*

Obseruantia contra decretum irritans nihil operatur num. 33.

34 *Prouisio data ad instantiam partis non præiudicat Sede Apostolicæ.*

Concursus plurium reseruationum datur super eodem beneficio num. 34. & 39.

35 *Dataria nihil firmat in sui præiudicium sine licentia positiua, & patientia Pontificis.*

36 *Prouisio Apostolica obtenta vb eo, qui fuit prouisus à capitulo, supponit prouisionem capituli fuisse nullam.*

37 *Dictio, etiam, est implicatiua, & comprehensiua.*

38 *Obseruantia nō probat, quoties illi alius potest adaptari intellectus.*

39 *Beneficium idem potest multiplici reseruatione esse affectum, & sup. num. 34.*

40 *Subreptio euitatur si in supplicatione fuerit de lite facta mentio, esto quod breue de ea non loquatur, & num. 44.*

Breue Sanctissimi regulatur à supplicatione, & ab ea interpretationem sumit num. 41.

41 *Breue non est de substantia gratiæ, sed respecit illius probationem.*

Breuis effectus virtualiter inest in supplicatione n. 4.

42 *Breue de capienda possessione nomine Cameræ dato etiam quod esset noua gratia, tamen subintrat in locum primę.*

43 *Subreptio inducitur ex taciturnitate alicuius rei, quę si fuisset Papę narrata, vel non concessisset, vel difficilius.*

44 *Litis mentio facta in supplicatione, in breue iterum fieri non debet, & sup. num. 40.*

DECISIO CCIV.

Domini dixerunt standum esse in decisis sub die prima Februarij 1638. * coram me, in qua fuit resolum sententiam A. C. latam ad fauorem D. Francisci Capsir prouisi Apostolici de Cameraria de qua agitur esse vti validam, & iustam confirmandam validitas non controuertebatur, & in omnem casum de ea apparebat ex reuolutione actorum.

Iustitia verò deducta fuit ex clara reseruatione d. Camerariæ facta in Bulla Clementis VIII. sæcularizationis Ecclesiarum Regularium Ordinis S. Augustini Principatus Cataloniæ, in qua d. Pontifex omnia beneficia ad dictum Ordinem Regularem antea spectantia ad statum sæcularē reduxit, eaque Sedi Apostolicæ sub verbis amplissimis reseruauit, ibi, *illaque omnia, & singula beneficia tam ad præsens &c. vacantia, quàm deinceps quandocumque, & quomodocumque vacatura, etiam extra curiam, & illorum proprietatem, & dominium nostræ, & d. Sedis dumtaxat dispositioni specialiter, & expressè in perpetuum reseruamus*, ponderando *verbum, reseruamus*, relatum ad beneficia, quod
1 intelligitur respectu collationis, vt patet *ex de-*
cis. 30. & 32. de præben. in antiq. cum reseruatio
nihil aliud fit, quam auocatio alicuius benefici
Ecclesiastici vacaturi ad se facta *Eneas de Falcon.*
in tract. de reseruat. quæst. 1. princ. num. 1. per tot.
Simonet. de reseruat. quæst. 1. num. 1. in fin. Gonzal.
super reg. 8. de mens. alter. glos. 5. num. 19. imo si
contigeret dubitari an reseruatio intelligeretur
de beneficijs tantummodo quę de tempore sęcu-
larizationis quomodocumque, & quibuscumque
personis vacarent expressè Summus Pontifex
declarauit esse intelligendum, etiam respectu be-
neficiorum deinceps, tàm in curia, quam extra
vacaturorum, & tàm ista, quàm in illa in perpe-
tuum sine interruptione, & cum perseuerantia
2 specialiter, † & expressè, sibi, & Sedi Apostoli-
cæ dumtaxat reseruata esse voluit, quæ dictio
taxatiua, *dumtaxat* restringit reseruationem ad
Papæ excludendo alios non expressos *per text.*
l. qui aliena, §. libertus, ff. de negoc. gest. Clem.
§. cum autem natura de verborū signif. Rom. cons.
num. 5. Surd. decis. 192. num. 10. Rot. in rec. decis.
num. 7. par. 2. & 240. num. 5. par. 3.

Ex quo manifestè constat, quod si Papa non
habuisset animum sibi priuatiuè quoad alios
omnia beneficia sæcularizata reseruandi frustra
dixisset quod sibi, & Sedi Apostolicæ dumtaxat
3 beneficia reseruabat; † cum dicto illa, *dumtaxat*
excludat aliam quamcumque personam alias
comprahensam iuxta tradita *per Rim Iun. con-*
sil. 257. nom. 33. cum seqq. Cald. de renouat. emphyt.
lib. 1. q. 11. n. 15. post med. & fuit dictum *in Assisien.*
emphyt. 14. Martij 1630. coram R. P. D. meo Merlino.

Ponderabant etiàm DD. aduerbium, *deinceps*
4 † quod respicit limitationem comprehenditque
omne tempus futurum, & successiuum, vt ad-
uertit *Rebuff. in l. appellatione parentis col. 5. versic.*
deinceps, ff. de verb. signif. Hond. consil. 70. num. 31.
lib. 2. Caual. decis. 566. num. 2. & 4. prout, & aliud
5 aduerbium, *quomodocumque*, † quod ampliat dis-
positionem comprehendendo etiam non expressa
Alex. cons. 30. num. 15. lib. 5. Paris. cons. 68. num. 3.
cum seqq. lib. 1. & consil. 66. num. 34. lib. 3. Nat.
cons. 232. num. 3. Rolan. cons. 5. num. 47. cum seqq. lib. 1.
Surd. cons. 303. sub num. 35. Seraph. decis. 317. num. 3.
Rot in recent. decis. 207. num. 13. par. 6. præsertim
6 cum sit † adiectum verbo, *vacatura*, quod inclu-
dit omnem modum vacandi *ex glos. in cap. si pro-*
pter in verbo vacabant de rescript. in 6 Rot. dec. 1.
de præbend. in nou. Eneas de Falcon. de reseruat. q. 1.
princ. num. 2. Gonzal. super regul. 8. glos. 15. num. 1. cum
7 *seqq.* & aduerbium, *in perpetuum*, quod † est in-
telligendum absque vlla limitatione temporis
omnia tempora comprehendo *Paris. consil. 5.*
num. 32. lib. 3. Mandos. cons. 91. num. 3. Decian. cons. 3.
num. 12. lib. 2. Molin. de Hispan. primog. lib. 1. cap. 5.
num. 3. præsertim quia in dicta Bulla excipiuntur
à reseruatione beneficia iurispatronatus Catho-
licę Maiestatis qua propter cum tractetur circa
collationem beneficiorum inde resultat reserua-
8 tionem respicere collationem adhoc vt exceptio
sit de regula prout debet *l. nam quod liquidè, §. si ita*
legetur in fin. ff. de penu. legat. Castr. cons. 79. n. 3. lib. 1.
Rot. in rec. dec. 196. n. 15. par. 5. cum firmet regulam
9 † in contrarium in casibus non exceptis *l. quęsitum*
§. deinceps., ff. de fund. instruct. Surd. cons. 230. num. 17.
Rot. in recent. dec. 50. num. 10. par. 1.

Et li-

Et licet verbum, *reseruamus*, habeat relationem etiam ad proprietatem, & dominium Ecclesiarum, tamen quia quoad proprietatem, & dominium Ecclesiarum Papa sibi dumtaxat in d.
10 Bulla voluerit reseruari, sequitur † vt ad quos proprietas beneficiorum pertinet spectet eorum collatio iuxta doctrinam *Innoc.in cap. statuimus n.1.post princ.de translat.Millius in repert.verb.benef. proprietas sub n.29.Gonzal.super regul.8.in §.4. probem.n.66.*

Qua propter iure optimo *Rot.coram bo.mem.Buratto dec.590.& coram R.P.D.meo Merlino in Vicen. Canonicatus 24. Nouembris 1624. & coram R.P.D. meo Panzirolo in Vicen.Prioratus 2.Iunij 1636.* & in alijs dixit te seruationem resultantem ex dicta Bulla esse clar am, & indubitatam, nec inde pos-
11 se restringi ad beneficia tunc vacantia † in limine actus suppressionis tantum ex quo Summus Pontifex vlterius reseruauit beneficia in posterum vacatura, per quam reseruationem non potest illa intelligi, nisi de reseruatione prouenien-
12 te ex vacatione in futurum contingenda, cum tempus futurum non respiciat functionem temporis præsentis de quo Papa discretiuè disposuerat iuxta tradita per *Gonzal.super regul 8.glos.11.à num 74.vsque ad 79.Put.dec.48 num.4. lib.3. in correct.*

Nec posse restringi dictam reseruationem ad octo menses iuxta terminos regulæ octauæ hodie nonæ Cancellariæ, sed indifinitè se habet ad omnes menses cum Papa sic voluerit à principio
13 prout potuit ponderando verbum illud, † *quandocumque*, quód est compræhensiuum omnium temporum pro inducenda reseruatione soli Papę *ex Bald.in l.si quis ad declarandum num. 8. vers. ego sæpè C.de Episc.& Cleric.Roland.cons.21.n.40.lib.2. Paris.cons.11.n.36.lib.3.Rot.dec.21.num. 13. par. 5. recent.* vltra, quod pro firmanda reseruatione ad octo menses tantum non erat necesse aliam reseruationem constituere per verba tam prægnantia, cum illa extaret in regulis Cancellariæ.

A quibus interpretationibus multo minus in hoc casu dicebant DD. posse recedere, ex quo cum fuerit excitata controuersia super hac eadem
14 Cameraria Rota resoluit † pro reseruatione ad fauorem prouisi Apostolici, qui habuit possessionem in qua decessit, vt apparet *ex dec. Buratti* 590 & non tantum hoc idem fuit decisum coram
15 bon.me. Buratto, sed etiam in alijs beneficijs † per d. Bullam sæcularizatis, *vt in Vicen.Parochialis 14.Ianuary 1611.coram Patriarca Manzanedo, in Vicen.Parochialis 20. Februarij 1617. coram Vbaldo in Vicen.Canonicatus 24. Nouemb.1624.coram R.P. D.meo Merlino*, cum quibus concordat etiam Votum bo.me. Cardinalium Pamphilij Senioris, & Arigonij super simili sæcularizatione facta per Greg.XIII.in causa Auximana cuius copia data fuit.

Nec obstat primo quod Papa in dubio cen-
16 setur se conformare cum regulis Cancellariæ nec præsumatur voluisse præiudicare Ordinarijs respectu beneficiorum vacantium in eorum quatuor mensibus *Gonzal.in §.4 proben. n. 6. & seqq. Cassad.dec.4.n 1.super regul. Achill. dec. 1. de præben.*cum simili, quia cum ex supra dictis constet de clara mente Papæ voluisse, & potuisse sibi, & Sedi Apostolicæ tantum reseruare collationem beneficiorum in omnibus mensibus non intrat
17 allegata præsumptio, † sed illa cedit veritati, prout ad propositum tradit *Gonzal. in d.§.4.n.67. cum seqq.Rota dec.64.n.3.& 582.num. 3. par. 1. diuers.*

Nec etiam potest considerari aliquod præiudicium Ordinarij quoad collationem beneficiorum contentorum in Bulla prædicta Clementis respectu eorum quatuor mensium cum d.collationem ante sæcularizationem Ordinarius non haberet
18 † ex quo beneficia erant regularia non collatiua sed manualia per *text.in cap.ad Monasterium, §.tales de stat.reg.Gonzal.super reg 8.glos.8.n. 7.* per sæcularizationem verò omne ius, quod extabat penes regulares fuit extinctum, & fuerunt erecta noua beneficia collatiua, in quibus Ordinarij nunquam Ius conferendi habuerunt cum soli
19 Pontifici fuerint reseruata † adeo quod Papa reseruando sibi collationem, quandocumque in actu sæcularizationis nihil abstulerit ab Ordinario prout in terminis similis Bullæ sæcularizationis optime dixit *Rot.dec.174.n. 8. & 9. par. 1. recent.*

Et nisi Papa in limine d. sæcularizationis sibi reseruasset prout reseruauit collationem etiam quatuor mensium talis enim collatio bene spectaret ad Ordinarios, sed cum Papa præuenerit à principio propterea acquisiuit collationem dictorum quatuor mensium, per quam præuentio-
20 nem, † nec dicitur iniuriam fecisse Ordinarijs, cum vsus fuerit Iure proprio *iuxt.text.in l.iniuriam §.1.de in iur.iuncta l. cum quidam, ff.de integr. restit. Rot.dec.30 n.2. de præben. in antiq. vers. nec obstat,*
21 *Put.dec.48.n.9.& 10 lib.3.in correct.* cum non dici possit Ordinarium aliquid admisisse ex quo de eo tempore nihil habebat *per text. in l.si sponsus,*
22 *§.si maritus, ff.de donat.inter vir.& vxor.*vbi quod non dicitur pauperior fieri,qui non acquirit *Bald. in l.illud.num.11 C.de Sacros.Ecclef. Rip. in l. si vnquam n.20.vers.vnde putarem, C. de reuocat. donat. cum alijs congestis in Signina Castrorum 4.Apr. 1630. coram Reuerendiss.D meo Decano.*

Secundo nihil facere dictum fuit decisiones in contrarium adductæ 452. *num. 8. coram Reuerendissimo D.meo Decano, & 252.n.4.par.5. recent.* in quibus firmatur quod omnia iura, quæ ante sęcularizationem pertinebant ad Abbatem, & Canonicos Regulares fuerunt translata in Capitulum, & Præpositos loco eorum subrogatos, cum
23 dictæ decisiones † loquantur de præheminentijs, quoad subiectionem, & administrationem bonorum de quibus Pontifex non disposuit, prout in hoc casu disposuit, de collatione beneficiorum ad fauorem Sedis Apostolicæ per verba clarissima.

Minus obstat tertium fundamētum deductum *ex dec.323.n.8.par.2 recent.*in qua dictum fuit per sæcularizationem Clementis non fuisse extinctā potestatem conferendi, quam antea habebant Abbates in statu regulari; responsio enim prouenit ex eadem decisione, dum subiungit, quod
24 Papa reseruauit † Sedi Apostolicæ dumtaxat per verba tam prægnantia collationem omnium beneficiorum, vacantium, & vacatorum ex quo sequitur, quod nullus Ordinarius inferior pos-

sit de illis beneficijs, ac dignitatibus disponere, vt aduertit *Rota in Vicen. Prioratus 2. Iunij 1636. coram R.P.D meo Panzirolo.*

Nec pariter, quod dicebant Domini obstare breuia solita allegari Clementis Octaui, & aliorum Summorum Pontificum, in quibus extat declaratum mentem Clementis, non fuisse per d. sæcularizationem in aliquo præiudicare Ordinarijs Collatoribus, quia animaduertebant Domini Breue Clementis VIII. de anno 1600. concessum emanasse quoad iurisdictionem tantum inter Præpositum, & Episcopum, & quoad hanc iurisdictionem benè extat firmatum *in decisione 452. n. 9. coram Reuerendiss. D. meo Decano*; vbi nullum verbum in d. breui de iure conferendi, nec venit præsumendum † Papam per verba generalia voluisse tollere ius conferendi quod sibi antea specialiter reseruauerat *Paris. cons. 80. n. 17. in fin. lib. 4. Rot. dec. 666. n. 8. par. 1. recent.* cum alijs congestis *in d. dec. Buratt. 590. n. 3.* quod bre-
26 ue procedendo † per viam declarationis nihil de nouo dat, sed detegit, quod anteà erat. Nec aliquid facere dictum fuit Breue eiusdem Clementis, qui sæcularizationem fecit emanatum de anno 1603. quod licet loquatur de iure con-
27 ferendi, † attamen est restrictum ad Ecclesiam S. Vincentij de Cardona Vrgellen. Diœc. omnino diuersam, vt in terminis respondit *Rota in d. dec. 590. coram Buratt. & in Vicen. Canonicatus 24. Nouembris 1624. coram R.P.D. meo Merlino*, & in prima decisione coram me in hac causa hodie confirmata maximè cum Ecclesia S. Vincentij sit de illis, quæ ab eodem Clemente erecta fuerat in Collegiatam cum expressa concessione iuris conferendi fauore principalium dignitatum in eis existentium, vt patet ex literis desuper expeditis de anno 1592 itaut nihil commune habeat cum ista Ecclesia B. Mariæ Minorissæ, quæ remansit sub generali reseruatione facta in literis sæcularizationis. Breuia verò Leonis XI. & Pauli V. cum loquantur de alijs diuersis Ecclesijs erectis in Collegiatas, & non de Ecclesia Minoristæ ideo nihil faciunt, vt respondit d. decisio D. mei Merlini, & in omnem casum d. Breuia ha-
28 bent clausulas † præseruatiuas, *saluis tamen reseruationibus, & affectionibus Apostolicis*, quæ clausulæ præseruant reseruationes Papæ *Moed. dec. 23. n. 2. & 3. de præb. Gonzal. super reg. 8. glos. 45. §. 1. numer. 64. cum seqq.* cum alijs adductis *in dict. Vicen. Canonicatus 24. Nouemb. 1624. coram D. meo Merlino.*

Rursus cum in præsenti agatur cum ipsomet Papa de cuius iuribus, ac reseruationibus à semetipso inductis per dicta verba Bullæ, id non venit censendum in dictis Breuibus dispositum
29 ex illa regula, † quod in generali sermone nunquam venit persona loquentis *iuxt. text. in l. si mercedem, §. vltim. ff. de act. empt.* prout si Papa confirmat statuta non censetur confirmare ea, quæ
30 sunt † contra se ipsum *Aym. consil. 3. numer. 17. Cagnol. in l. frater à fratre num. 98. ff. de condit. indeb. Menoch. præsumpt. 4. n. 12. & 17. & 21. lib. 3.* & in specie, quod Papa † concedendo Capitulis ius conferendi non censeatur voluisse præiudicare suis reseruationibus dixit *Rot. in puncto Bullæ sæcularizationis dec. 400. n. 1. par. 5. recent. & facit dec. 666. n. 8. & 9. par. 1. in recent.*

Quinto nihil obstare dictum fuit aliæ quam plures prouisiones factæ per Datariam de istis controuersis beneficijs vacantibus in mensibus Ordinariorum vti deuolutis Sedi Apostolicæ ex quo pars aduersa desumebat, quod cum deuolutio præsupponat ius conferendi penes Ordinarium, & quod ille fuerit negligens in conferendo, ideo non subsistere, quod in Bulla Clementis VIII. adsit generalis reseruatio, quia fuit responsum prouisiones non esse attendendas, dum in contrarium adsunt verba expressa dictæ Bullæ vnde elicitur clara reseruatio, quo casu requiri-
32 tur obseruantia vniformis, & præscripta, vt dixit *Rota dec. 188. num 1. & dec. 229. n. 3. & dec. 103. n. 1. par. 1. recent.* vltra quod in Rota adest obser-
33 uantia in contrarium ex tot decisionibus † emanatis super hac eademmet Cameraria, ideo nihil faciunt aliqui actus pro non reseruatione, & fuit resolutum *in Vicen. Prioratus 2. Iunij 1636 coram R.P.D. meo Panzirolo*, stante etiam decreto irritanti apposito in literis qua propter non potest aliqua obseruantia contraria considerari *Cresc. dec. 4. in fin. de priuil. Caual. dec. 595. num. 5. & dec. 319. n. 6. & 7. par. 6. recent.*

Præterea cum prouisiones datæ tanquam de deuolutis emanauerint ad instantiam partium non præiudicant Sedi Apostolicæ cum ministri Datariæ fortasse ignorarent istas reseruationes vti non existentes in corpore Iuris, nec in Regulis Cancellariæ, sed in particulari Bulla sæcularizationis, & Dataria concedit petentibus beneficia ex reseruatione narrata, cum & detur
34 concursus plurium reseruationum super eodem beneficio *Eneas de Falcon. de reseruat. 4. q. princ. effect. 44. Garz. de benef. par. 5 cap. 3. n. 140.* & dixit *Rota dec. 141. n. 9 par 1. recent. & in Virdun. Monasterij 27. Nouembris 1637. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & Dataria nihil firmat in sui præiudicium
35 non data positiua scientia, & patientia Papæ *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina n. 64. de caus. poss. & prop. Rota dec. 17. n. 6 par. 2. diuers. Buratt. dec. 590. n. 5. & in rec. dec. 455. n. 7. in fin. par. 4 & in d. Vicen. Prioratus coram R.P.D. meo Panzirolo.*

Vltra quod collationes datæ pro parte aduersa vti deuolutæ sunt de beneficijs in alijs Ecclesijs Collegiatis in quibus Papa nominatim concesserat ius conferendi Abbatibus, & dignitatibus ob quorum negligentiam in conferendo Dataria prouidit. Quo vero ad aliam prouisionem datam illa non cantat per deuolutionem, sed ob non dimissionem alterius obtenti iuxta decretum appositum in præcedenti prouisione. Quo verò ad aliam de Canonicatu huius Ecclesiæ Minorissæ potius confirmat reseruationem vniuersalem, quia cum vacasset Canonicatus de mense Decembris, eo tempore Ordinarius, & Capitulum illum contulerant idemque prouisus obtinuit aliam prouisionem à Papa exponendo d. Canonicatum fuisse compertum adhuc vacare,
36 quæ noua prouisio Apostolica supponit nullam esse prouisionem Capituli *ex Lotter. de re benef. lib. 2. q. 54. n. 1. in fin. & n. 6. & n. 33. Put. dec. 263. ante finem lib. 2 in correct.*

Tandem non obstant prouisiones Apostolicæ factæ vti de vacantibus à primeua erectione, & aliæ factę iuxta regulam 8. hodie 9. Ex qua argue-

guebatur quod si beneficia essent generaliter reseruata, & in quolibet mense nó fuissent collata ex reseruatione mensis vigore d. Regulæ. Responsio enim facilis fuit, cum collationes beneficiorum ex primæua erectione sint conformes litteris secularizationis, dum ibi reseruantur tàm ad præsens quibusuis modis etiam extra Curiam vacantia, quam deinceps quandocumque, &c. etiam extra Curiam vacatura, illa enim dictio
37 etiam † est implicatiua, & operatur, vt comprehendatur vacatio in curia, quæ tunc contingebat ratione secularizationis, & nouæ erectionis, vt per *Gemin. cons. 65. n. 7. in fin. cum seqq.* &
38 ad reddendam † equiuocam prætensam obseruantiam sufficeret posse ita intelligi, & per *Rota coram Buratt. decis. 464. num. 5.*

Prouisiones verò factæ iuxta regulam 8. hodie 9. Cancellariæ nihil faciunt cum ex hoc non possit inferri non adesse aliam reserua-
39 tionem perpetuam idem † beneficium possit esse affectum multiplici reseruatione ex *Garz. de benef. cap. 1. par. 5. num. 540. post med. Rot. dec. 141. num. 9. par. 1. recent. & in d. Virdunen. Monasterij coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Sexto, & vltimo fuit oppositum Breue concessum D. Capsit esse subreptitium ob non factam mentionem litis, cui obiectum fuit responsum ad euitandam subreptionem satis fuisse
40 mentionem esse factam de lite in supplicatione prout euenit, à qua subsequens Breue de capienda possessione nomine Cameræ regulatur ex *Rota decis. 628. num. 7. par. 4. recent.* vbi assignat
41 rationem quia Breue † non est de substantia gratiæ, sed respicere illius probationem, & cum effectus Breuis virtualiter insit in supplicatione, proinde dato etiam quod breue esset
42 noua gratia quia † subintrat in locum primæ & operatur eosdem effectus quos prima ideo sicuti Pontifex concessit primam ita concessit secundum *iuxt. Theoric. Felin. in cap. in nostra num. 17. vers. facias ergo de rescript.* cum in præsenti non adsint taciturnitas alicuius rei, quæ
43 si fuisset Papæ narrata, † vel non concessisset, vel difficilius, ex qua inducitur subreptio *ita Roman. cons. 326. num. 11.* & dixit *Rot. in Bonon. fideicommissi. de Ramundiuis 14. Decembr. 1637. coram R. P. D. meo Ghisilerio*, qua lite narrata in supplicatione in Breui prædicto non erat
44 de eo amplius facien. mentio cum Breue fuerit concessum in vim d. supplicationis ad modum Bullæ ad euitandas maiores expensas.

Et ita resolutum fuit causa ab omnibus Dominis visa Dataria Apostolica, & vtraque parte informantibus.

Adest supra in hac eadem parte decis. 5.

REVERENDISS. P. D. CERRO

Sacrę Rotę DECANO.

Ariminen Fideicommissi,

Mercurij 14. Martij 1640.

ARGVMENTVM.

Agens remedio *l. fin. C. de edicto diui Adr. toll.* ad immissionem bonorum fideicommissariorum inprimis probare debet, bona super quibus immissionem petit tempore mortis fuisse á fideicommittente possessa; hinc de probanda bonorum possessione disceptatur, & ex instrumento diuisionis libro estimi, ac denique enunciatiuis, & testibus illa concluditur.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum aduersus sententiam conceditur stante illius iniustitia.*
2 *Bona subiecta fideicommisso fuisse de tempore obitus à fideicommittente possessa probare debet, qui ad illorum agi immissionem.*
3 *Possessio vnius rei non potest eodem tempore esse penes duos.*
4 *Instrumentum diuisionis sicuti probat rem alicui in diuisione obtigisse, ita in bonis demonstrat.*
5 *Instrumentum diuisionis eo fortius probat possessionem bonorum diuisorum, si iustificatur illud fuisse effectum sortitum.*
6 *Libri publici descriptionem bonorum continentes auctoritate publica confecti, & in publico Archiuio reserati probant bona illius esse, ad cuius fauorem sunt descripta & num seqq.*
7 *Liber æstimi probat bona esse illius cuius in fauorem sunt descripta maximè si eo tempore non apparent descripta ad æstimum alterius.*
8 *Enunciatiuæ plurium instrumentorum non probant possessionem.*
9 *Enunciatiuæ plenè probant contra quem emanarunt.*
10 *Enunciatiuuæ probant contra habentes causam ab illis, cum quibus emanarunt.*
11 *Testes colonus, vti deponens de facto proprio plene probat possessionem.*
12 *Possessio probatur ex testibus qui de illa optimam scientiam habent.*
13 *Probationes iungi debent, vt illam perfectè concludant.*
14 *Demonstrationes duæ tantum sufficiunt ad probandam confinium identitatem, & nu. seqq.*
15 *Identitas duorum confinium sufficit etiam, quod in alijs esset diuersitas.*
16 *Diuersitas confinium excluditur quoties apparet modernos confines fuisse in locum antiquorum subrogatos.*
Confinium identitas dicitur si solum sunt mutati domini, & possessores rerum confinantium num 16.
17 *Bonorum de identitate constare sufficit, quamuis noui fines cum antiquis non conueniant.*
18 *Fides regulatoris catastri probat circa bona in catastrum descripta.*
Officialis fides in eo, quod ad eius spectas officium probat num. 18.
19 *Testes debet ad concordiam reduci, & à contrarietate saluari.*
20 *Probationes ex scripturis desumptæ præualent testibus in antiquis.*
21 *Testes adminiculati præferuntur testibus non adminiculatis.*

DECISIO CCV.

DOmini persistendo in decisis sub die 25 * Iunij 1638. coram bon. mem. Buccabella iterum responderunt ad fauorem illorum de Battaglinis constare de causis restitutionis in integrum aduersus sententiam concedentem immissionem Georginis, & Fusconis in possessionem petij terræ, de quo agitur stante illius
1 iniustitia propter † quam datur restitutio, *Rota decis. 1. de restitut. in integrum, in nouis eum cumulat. per Adden. ad Sanct. me. Gregor. XV. decis. 459. & coram Reuerendiss. D. meo Decano, decis. 3. n. 1. par. 6. recent.*

Iniustitia enim visa est manifesta, quia, cum Georgini, & Fusconi agerent ex remed. *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* pro obtinenda immissione in d. pretio terræ tanquam subiecto fideicommisso Caroli Mercati, tenebantur probare il-
2 lud fuisse de tempore obitus possessum † à fideicommittente cum hoc sit necessarium antecedens in hoc iudicio, *Bald. cons. 4. num. 1. lib. 4. Crauett. cons. 61. num. 6. Decian. respon. 76. nu. 1. lib. 3. Peregr. de fideicomm. art. 44. nu. 1. Magon. decis. Florent. 10. num. 9. Rota decis. 599. num. 1. par. 3. recent.*

Hoc verò tantum abest, quod fuerit probatum, quod Immò Battaglini probant concludenter dictum petium terræ de eo tempore fuisse in bonis Danielis Mercati ipsius Caroli Patruelis, & deinde Gasparis eius filij, à quo postea titulo emptionis peruenit in Ludouicum Casottum & ab ipso in Battaglinos, adeout excludatur omnis possessio Caroli fideicommittentis, cum
3 possessio eodem tempore † pænes duos esse non possit *l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. possess. l. si vt certò, §. si duobus Vehiculum, vbi glos. in verbo dominium, & Castren. n. 7. ff. commod.*

Constat enim hoc petium Terræ de eo tempore fuisse in bonis Danielis. Primò ex Instrumento diuisionis bonorum, communiter & proindiuiso possessorum ab ipso, & Carolo fideicomm. factæ de anno 1524. *vt in Summar. Battaglinorum num. 11.* Ex quo sicuti probatur dictum petium obuenisse Danieli in sua portione, ita
4 † & consequenter probatur fuisse in eius bonis *Alex. cons. 152. nu. 1 lib. 7. Soccin. sen. cons. 46. nu. 1. lib. 3. Decian. d. respons. 76. num. 9. lib. 3. Riminald. iun. cons. 23. num. 280. & seq. Peregr. cons. 48. num. 6. lib. 1. & idem in tract. de fideicomm. art. 44. num. 5. Rota decis. 706. nu. 11. par. 2. recent. & coram R. P. D. meo. Merlino decis. 42. n. 1. par. 5. recent.* Quæ probatio eo magis concludit, cum ex Instrumento venditionis eiusdem petij Terræ postea factæ Ludouico Casotto à Gaspare filio, & hærede Danielis, *vt in d. Summario. num. 6.* appareat diuisionem sortitam fuisse effectum,
5 † & ex illius titulo Danielem acquisiuisse Dominium, quod deinde Gaspar transtulit in emptorem prædictum, vt in his terminis considerat, *Rota coram R. P. D. meo Merlino, decis. 125. nu. 5. & 6. par. recent.*

Secundò. Ex partitis extractis, tàm ex libro nuncupato l'Appasso, qui continet mensurationem generalem omnium bonorum existentium in Territorio Arimini factam ab Agrimensoribus publicè deputatis de an. 1547. quam ex libro æstimo antiqui eiusdem Ciuitatis, in quibus istud petium Terræ legitur ad scriptum hæredi-
6 bus Danielis. † Qui libri cum sint facti auctoritate publica, & in Archiuio publico ob officiali ad id deputatum custoditi, probant bona fuisse in bonis illius ad cuius fauorem sunt descripta, *Bero cons. 77. nu. 13. & 14. & cons. 79. num. 13. & 15. lib. 3. Ruin. cons. 40. nu. 7. lib. 4. Soccin. sen. cons. 205. per tot. lib. 2. Mandel. consil. 6. num. 8. Peregr. de fideicomm. eod. art. 44. nu. 7. Rota decis. 706. nn. 6. par. 2. recent.* presertim cum non ap-
7 pareat, quod de eo tempore † foret descriptum ad estimum alterius, *Castren. in. l. si Pater sub num. 2. C. de. act. empt.* quem sequitur *Soccin. sen. in l. 1. 37. ff. de acquir. possess. & consil. 89. num. 12. in fin. lib. 1. & d. cons. 205. lib. 2. & cons. 46. num. 2. lib. 3. Bero d. cons. 79. num. 9. Roland. à Vall. cons. 4. num. 17. lib. 2. Bertazzol. cons. ciuil. 52. num. 37. lib. 1.*

Tertio, ex enunciatiuis, quæ habentur tam in æstiuo Valerij Tingoli, quam in instrumento diuisionis bonorum pro indiuiso possessorum à Carolo fideicommittente & Augustino eius nepote, ac etiam in Instrumento dotis data per eundem Carolum Claræ eius filiæ in quibus om-
8 nibus pro confine bonorum ab eis possessorum ac respectiuè in dote assignatorum in ea parte, qua huic petio Terrę cohęrent, vocatur, & designatur Gaspar hæres Danielis, ex quibus apertè dignoscitur istud petium Terræ ad Danielem vti Dominum, & possessorem spectasse, alias enim intenta fuisset huiusmodi confinis expressio vt potest *alia cons. 89. nu. 6. lib. 5. Mandel. d. cons. 6. num. 9. Menoch. cons. 1110. num. 25. Peregr. de fideicomm. d. art. 44. num. 19. Marescoth. var. resol. lib. 1. cap. 12. num. 41. & 4.. & firmauit Rota in hac eadem causa coram D. meo Merlino d. decis. 125. nu. 6. & postea coram eodem in Verulana fideicomm. 2;6. nu. 9. p. 6. recent.* Quibus enunciatiuis eo magis videtur deferendum, tum quia vltimæ duæ emanarunt cum ipso fideicommit-
9 tente, † Vndè quemadmodum contrà ipsum probarent *DD. in l. cum aliquis C. de Iur. deliber. Alex. d. cons. 89. nu. 6. lib. 5. Affilict. decis. 83. nu. 2. cum seqq. Cæsar. Barz. decis. Bononien. 2. nu. 21.* cum seqq. † & Fus-
10 Ità etiam probant contra Georginos, † & Fusconos ab ipso causam habentes, *Aretin cons. 36. num. 3. vers. secundo duo Soccin. cons. 46. num. 1. lib. 2. Crauett cons. 29. num. 1. cum. cumulat. per Fusar. de substit. quæst 618. nu. 50. Rota coram Gregor. decis. 172. nu. 1. & coram Card. Caual decis. 624. num. 2.* Tùm quia postrema emanauit decem tantum diebus ante obitum Caroli. Vnde tanto magis excluditur eius possessio de tempore mortis, dum de eo tempore alius enunciatur Dominus, & possessor, *Iuris supra allegat.*

Quartò, Denique ex depositione duorum Testium, quorum alter, cum fuerit colonus
11 dd. hæredum in ijsdem Terris, † tanto magis probat, tanquam deponens de facto proprio. *Greg decis. 351. num. 11. vbi adden. num. 50.* Alter verò reddat optimam rationem, quia continuò accedebat & versabatur in illis locis, ideo ex
12 testibus, † qui istius facti scientiam habere pos-

possunt benè probatur possessio defuncti. *Bald. cons. 89. num. 1. Bero. cons. 79. lib. 3. Petra de fideicomm. quæst. 12. num. 45. & seqq. Simon. de Petr. de interpret. vltim. volunt. lib. 5. interpret. 2. dubit. 4. num. 310. fol. 553. & num. 354. fol. 555. Peregr. d. art. 44. num. 13. Fusar. d. qu. 618. num. 20.* Vndè multò magis visum fuit ex præfatis omnibus simul iunctis resultare sufficientem probationem, cum in hac materia probationes iugan-
13 tur ad perfectam probationem complendam, *Bero d. cons. 79. sub num. 6. lib. 3. Crauett. cons. 406. num. 4. & fuit dictum in Nouarien. bonorum coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano, quæ est decisio 120. nu. 20. par. 6. recent.*

Quæ probationes dubitari non potest, quin concludant de prædio possesso à Battaglinis, in quo Georgini obtinuerunt immissionem Identitas enim benè deducitur ex conuenientia, & verificatione confinium. Siquidem conueniunt nedum generales demonstrationes loci, & quantitatis tornaturarum, sed etiam particulares, nempè via communis, Riuus Mauonus, & aliæ, cum
14 tamen adhunc effectum duæ tantum † demonstrationes sufficiant. *Bart. in l. demonstratio falsæ num. 14. ff. de condit. & demonstr. Rota decis. 313. num. 2. par. 2. recent. & coram Greg. XV. dec. 273. num. 2. & dec. 575. nu. 4.*

Nec obstat, quod æstimum, diuisio, Testes, & alia adducta per Battaglinos vltra viam communem, & Mauonum referant duos alios confines, videlicet della Bella, & Tingulum, qui hodie non inueniuntur, neq; conueniũt huic petio Terræ, quod alijs diuersis finibus, nempè Caroli Battaglini demonstratur. Quia præter quod sufficit conue-
15 nientia duorum confinium, † etiam quod in alijs esset diuersitas iuxta veriorem, & communiorem sententiam, *Ruin. cons. 50. nu. 12. lib. 1. Decian. resp. 17. num. 9. lib. 3. Cæsal cons. 44. num. 34. & seqq. Hieronym. de Monte de finibus regund. cap. 87. num. 4. Marescott. variar. resol. lib. 1. cap. 12. num. 23.* quam sequuta est *Rota in Bonien. fideicõm. de Rubeis 15. Decembris 1597. coram Card. Lancellotto, & in Rom. censu 13. Februarij 1632. coram R.P.D. meo Merlino, quæ est decis. 98. nu. 10. par. 6. recent.* Tollitur omnis difficultas ex facto cum appareat Carolum Battaglinum, qui hodie datur pro confine successisse in locum prædictarum della Bella, & Tinguli, qui erant antiqui confines. Tingulus enim Terras, quas possidebat huic petio Terræ confinantes vendidit Constantino Arigono, & istæ eas in dotem dedit Carolo prædicto, vt constat ex instrumentis publicis in *Summario numer. 17. & 18.* & comprobant Testes vtriusque partis deponentes loco Tinguli, successisse Battaglinos, vt in *Summario Battaglinorum numer. 19. & Summario Giorginorum numer. 2.* Et confirmatur etiam ex catastro, in quo supra Tingulum est descriptus Arigonus, & supra Arigonum Carolus Battaglinus, ex hoc enim deprehenditur Prædium Tinguli ab ipso ad Arigonum, & ab Arigono ad Carolum peruenisse, quod cum demum fateantur etiam ipsimet Giorgini in 4. articulo redditur indubitabile. Eadenique prosus affertur probatio respectu illorum della Bella nam ex depositionibus Testium, & ex partitis æstimi apparet illas duas tornaturas, quæ coherent huic petio Terræ, in ea parte, quæ respicit plagam occidentalem fuisse possessas à prædictis della Bella, & ab eisdem datas in dotem Hieronymo Bizoccho, & deinde peruenisse ad Carolum Battaglinum, vt in *Summario à num. 20. vsque ad 25.* sicque dum constat modernos confines fuisse in locum antiquorum subrogatos non
16 solùm excluditur diuersitas, † sed hinc magis confirmatur identitas dum confines sunt ijdem, & solum mutati sunt Domini, & possessores rerum confinantium ad *trad. per Bart. in d. l. demonstratio falsa in fin. ff. de condit. & demonstrat. Crauett. cons. 57. n. 7. Dec. cons. 109. nu. 2. in princ. Vrsill. in addit. ad Afflict. dec. 23. num. 10. Rota coram Greg. dec. 575. sub num. 4. & d. dec. 125. num. 2. par. 6. recent.* Sufficit enim quod constet de identitate
17 corporis, † quamuis fines noui cum antiquis non conueniant, *vt ex tex. in l. idem Pomponius §. fin. ff. de rei vendicat. & in l. testamento, ff. de condit. & demonstr. firmant. Afflict. d. decis. 23. num. 2. vers. Item quia & Marescott. var. resol. lib. 1. d. cap. 12 n. 36.*

Neque his aduersatur, quod tres testes inducti per Georginos videantur deponere Carolum, hoc petium Terræ possedisse, quia ommissis exceptionibus, quæ illis obijciuntur. Respondetur ex circumstantij satis colligi, quod non loquuntur de isto petio Terræ, sed de alio diuerso tornaturarum duarum, dato in dotem, vt dictum fuit Claræ eius filiæ, quod ipse in eodem loco possidebat. Sextus enim dicit Prædium, de quo ipse loquitur fuisse possessum à d. Carolo in communi, & pro indiuiso cum Augustino de Mercatis eius Nepote, vt in *Summario num, 31.* Quæ qualitas possessionis pro indiuiso non potest verificari in isto petio Terræ, sed conuenit d. prædiolo in dotem dato, quod in communi possidebatur, & portione Carolo ex diuisione obuenta continetur, vt patet ex Instrumento *Summario num. 31.* Quod confirmatur etiam ex fide Regulatoris Catastri attestantis Carolum Mercatum in d. loco non possedisse, nisi dictum prædiolum in dotem
18 datum, † cui multum deferendum est cum fidem faciat de spectantibus ad eius officium, *Rota decis. 525. sub num. 2. par. 2. & decis. 24. num 17. part. 6. recent.*

Quæ interpretatio magis visa fuit amplectenda, quia ita testes ad concordiam reducuntur, &
19 à † contrarietate saluantur prout fieri debet, *cap. cum tu: vbi glos. in ver. Benignè & ibidem DD. communiter de testibus Ruin. cons. 130. num. 6. lib. 4. Natt. cons. 516. num. 14. Surd. cons. 530. num. 13. Cæsar. de Grass. dec. 4. n. 5. de testibus Greg. dec. 252. n. 11. & dec. 351. nu. 38.*

Et nihilominus cum Battaglini habeant pro se tot instrumenta, tria Catastra, Testes, ac etiam plantas de Ordine Rotæ factas, ex quibus apparet dictum petium Terræ, re vera non à Carolo fideicommittente saltem de tempore obitus, sed à Daniele, & successiuè à Gaspare eius filio fuisse possessum, & deinde ab eo ad Ludonico Cassottum, & ab isto Battaglinos peruenisse DD. censebant in omnem casum eorum probationes esse præferendas testibus Georginorum, tum quia in
20 antiquis probationes ex scripturis † desumptæ præualent testibus, *glos. in cap. 1. in verb. in Scripturis in fin. de censibus in 6. Spec. de Instrum. edic. §. restat.*

restat.num.3. & seqq. Crauett. cons. 54. num.15. Rota coram Card. Seraph. dec. 339. num. 7. coram Reuerendiss. Vrgellen. dec. 131.nu. 13. & in recent. decis. 582. num. 6. par. 1. Tum etiam quia testes Battaglinorum ex tot Instrumentis Plantis, &
31 Castri adminiculati † præferendi sunt testibus Georginorum non aminiculatis, *Bald. in l. ob carmen §. si Testes n. 1. in 2. notab. & ibid. latè Iacon de latè Iacob. de S. S. Georg. à n. 5. vsque ad 14. ff. de testibus Gabr. eod. tit. conclus. 4. nu. 89. Farin. eod. tract. quæst. 65. num. 129. & Rota coram Gregor. dec. 23. sub num. 5.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

Hæc decisio in hac causa facta sub die 25. Iunij anno 1638. coram R. P. D. Buccabella cum adhuc non habeatur impressa erit infra in appendice.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO.

Sacræ Rotæ Decano.

Meleuitana Attentatorum.

Mercurij 14. Martij 1640.

ARGVMENTVM.

Contradictor legitimus vbi non adest, vel opponit, non potest dici quod possessio capta vigore executorialium illis non intimatis, vel non reproductis sit attentata, etiam quod quatuor termini de stylo seruari soliti non fuerint seruati. Attentatis pluribus modis renunciari potest de quibus videas in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Possessio captæ vigore executorialium, illis non intimatis, vel non reproductis, nec seruatis quatuor terminis dicitur attentata.*
2 *Intellige si adest contradictor, & quod contradicat, alias etiam si exequutoriales non reproducantur, nec termini seruentur sententia non dicitur attentata.*
3 *Appellationi renuncians, censetur apprehensioni possessionis consensisse.*
4 *Transigens attentatis renunciare dicitur.*
5 *Declarans se non possidere, nec in causa habere interesse, non potest deinde agere pro attentatis.*
6 *Attentatorum reuocatio cessat cessante partis interesse.*
7 *Attentatis renunciasse dicitur qui passus fuit discuti negotium principale absque oppositione.*
8 *Possessio nouiter capta non impedit quin primus possessor non sit in sua anteriori possessione manutenendus.*

DECISIO CCVI.

SVb die 20. * Iunij anni præteriti Rota censuit, constare de attentatis à Ioanne Maria Attardo quoad possessionem bonorum, de quibus agitur spectantium ad hæreditatem q. Federici eius Patrui Magni, vt captam vigore litterarum exequutorialium, illis in Rota non reproductis, nec seruatis quatuor terminis de Stylo seruari solitis, ac successiuè pro dd. attentatorum purgatione concessit mandatum de manutenendo Andreæ Vassallo, & litis Consortibus, qui opposuerunt de dd. attentatis. Verum hodie iterum posita causa super ijsdem fuit recessum à decisis, & re- solutum mandatum de manutenendo in posses- sionem dd. bonorum dandum esse eidem Ioanni Mariæ.

Ratio resolutionis fuit; Quia licet capiens possessionem vigore litterarum executorialium
1 illis † non intimatis, aut in Rota non reproductis, nec seruatis quatuor terminis seruari solitis, di- catur attentare iuxta Rotæ obseruantiam, de qua *Cassad. dec. 6. num. 10. de caus. poss & propri- Mobed. dec. 3. vt lit. pend. eum alijs allegatis in di- ctæ decis.* Nihilominus hoc non procedit, quando
2 non adest legitimus contradictor, † vel si adest, non contradixit: Quia tunc talis possessio non laborat vitio attentatorum, etiam si exequuto- riales in Rota non reproducantur, nec termini seruentur, *Crescent. dec. 2. vt lit. pend, Rota diuers. dec. 51. num. 2. lib. 2. par. 3. & in Burgen. Iurisdi- ctionis 12. Februarij 1582. coram Rubeo, & coram Reuerendiss. D. meo Decano dec. 492. sub nu. 5. cum seqq. & coram Durano dec. 408. sub nu. 2.* In propo- sito autem visum fuit, nos versari in terminis istius limitationis quandoquidem ex quinque prætensis hæredibus alias institutis in primo, & tertio Testamento d. q. Federici, nullus erat legi- timus Contradictor, neque habebat interesse.

Nam Primus qui fuit Simeon Attardus dicti Ioannis Mariæ Pater post latam primam senten- tiam à Vicario Meleuitano super validitate se- cundi Testamenti conditi ad fauorem d. Ioannis Mariæ (cæteris alijs reuocatis) illicò renunciauit appellationi à se à dicta sententia interpositæ, ob animo vlterius causam non prosequendi, pro sua rata
3 quam renunciationem, † censetur, pro sua rata Consensum apprehensioni d. possessionis præsti- tisse, *Lancellot. de att. 2. p. c. 12. de attent appell. pend. ampliat. 2. num. 11. vers. 4. limita, & in eo- dem 2. p. c. 12. limit. 42. num. 6. & 12. & in 3. p. c. 29. num. 49. & seq.*

Tres alij post intimationem dd. exequutoria- lium, ac possessionem illarum vigore captam, transegerunt per publica instrumenta cum dicto Ioanne Maria super hereditate d. q. Federici, ei- que possessionem dimiserunt, ob quam transac-
4 tionem censentur dd. attentatis, eorumque reuo- cationi renunciasse, *Lancellott. de attent. 2. p. c. 4. de att. litt. pend. limitt. 15. num. 3. & 11. Seraph. dec. 1003. in fin. & dec. 1013. pariter in fin.*

Andreas verò Vassallus ex persona Catharinæ Matris alterius prætensæ hæredis d. q. Federici cum fuisset citatus in prima Instantia coram Vi- cario Meleuitano, vti filius, & hæres d. Cathari- næ, dixit, se esse hæredem d. Catharinæ cum be- neficio legis, & Inuentarij, cessisseque omnia bona Legatarijs, & creditoribus eiusdem Ca- tharinæ, proindeque contra ipsos qui bona di- ctæ Catharinæ; & consequenter d. Federici ha- buerunt, esse dirigendas actiones, declarauitque se nullum ius habere in huiusmodi causa, vt in protestatione data in Summario d. Ioannis Ma- riæ num. 1.

Simi-

Similemque declarationem repetijt in appellatione, quam interposuit à d. sententia lata in prima instantia per Vicarium Meleuitanum, in qua dixit nescire, se bona d. Federici possidere, aut possedisse, nec aliquid acquisiuisse ex dispositionibus Testamentarijs eiusdem Federici, ac proinde perperam contra se fuisse motum Iudicium; Vnde respectu d. Andreæ, declarantis, se
5 non possidere neque habere interesse in causa,† d. possessio Ioannis Mariæ vel non dicitur attenta, vel eidem Andreæ, hodie agenti pro illius reuocatione, obstat exceptio, tua non interest si alter in possessione missus fuit, *Surd. dec. 237. n. 1.*
6 & in specie quod cessante interesse alicuius,† cesset illius respectu attentatorum reuocatio dixit *Rota dec. 500. num. 5. vers. vltra quod part. 1. & decis. 768. num. 13. par. 3. recent. & coram Caual. dec. 489. num. 6.*

Prædictaque facilius procedere visa fuerunt, quia d. Andreas, & litis Consortes post adeptam d. possessionem passi fuerunt in gradu restitutionis in integrum discuti negocium principale, nulla facta oppositione horum attentatorum, qui-
7 bus† proindè videntur saltem tacitè renunciasse *Parif. consf. 41. num. 37. lib. 1. Lancell. de attent. p. 2. c. 12. limit. 42. num. 3. & seqq. Rot. recent. decis. 102. num. 1. par. 6.*

Ex quibus dixerunt Domini, mandatum de manutenendo in possessione dd. bonorum dandum esse d. Ioanni Mariæ; Quia, remotis attentatis, illius possessio remanet valida, & legitima, & consequenter manutenibilis, non obstante possessione d. Andreæ, & litis Consortium nuper
8 capta vigore mandati de manutenendo, † quæ vti posterior, & minus legitimè obtenta non impedit, quo minus d. Ioannes Maria sit in sua anteriori possessone manutenendus, *Buratt. decis. 263. num. 3. Gregor. XV. dec. 40. & ibi Add. num. 5. & dec. 549. nu. 4.*

Et ità vtraque, &c.

In hac causa sunt aliæ decisiones quarum prima sub die 20. Iunij 1639. adest supra in ordine decis. 151. vbi citantur concordantes, altera verò sub die 29. Maij 1641. erit infra iuxta seriem temporis, & omnes sunt coram eodem Reuerendiss. Dunozetto.

R. P. D. PIROVANO.

Sacræ Rotæ Decano.

Vrbeuetana Saluiani.

Mercurij 14. Martij 1640.

ARGVMENTVM.

Filia per statutum exclusa propter dotem ei effectualiter traditam, sed euictam, non potest euictionis prætextu conuolare ad coequalem cum fratribus successionem, sed tenetur iura sua vel contra illos, vel eorum bona experiri ad reiteratam dotationem habendam.

SVMMARIVM.

1 *Creditor anterior cum hypoteca pulsatus Saluiano impedit illius effectum.*

2 *Iuria dotalia matri competentia super bonis mariti transeunt in illius filios.*

Statutum excludens fœminas propter masculos quatenus fuerint dotatæ, vel dotandæ.

Intelligitur de vera & effectuali dotatione, non autem de ea quæ fit per actum nudi ministerij, vel reuocabilem bonorum assignationem ibid.

4 *Euictio generaliter promissa comprehendit etiam euictionem, quæ temporaliter per Saluianum succedit.*

5 *Statutum exclusiuum fœminarum propter dotem quod habuit effectum per veram assignationem illius.*

Cessare non potest quamuis bona assignata à creditoribus auocentur, ibidem, & num. seqq.

6 *Mulier dotata, si fuit super bonis in dotem datis passa euictionem, habet actionem contra dotantes, & num. seqq.*

7 *Mulier dotata, & propter dotem à statuto exclusa, si euictionem in dote substinuit.*

Potest agere primeua actione contra illos qui dotare tenentur. ibid.

8 *Actiones ex statuto procedentes rei persecutoriæ, & in rem scriptæ possunt etiam contra tertios possessores exerceri.*

9 *Mulier per statutum exclusa propter dotem si fuerit cum effectu dotata, non potest successionem cum fratribus prætendere.*

Etiam quod bona assignata creditores auocassent, sed tenetur contra dotantes, & eorum bona experiri iura sua, ibid.

Bona masculorum fœminas excludentium vigore statuti semper sunt ad dotem obligata donec durat causa fœminas excludendi, num. 9.

10 *Filia dotari debet de bonis maternis attenta patris inopia.*

11 *Hæreditas matris de iure æquè ad fratres ac sorores spectat.*

12 *Executio iustificari debet ex ijsdem actis causa commissa, cum clausula,* si quid exequendum.

13 *Exceptio in primo iudicio non deducta potest repelli ex nouis iuribus, etiam quod alias illa produci non possent.*

DECISIO CCVII.

Conclusum fuit sub die 28. Ianu. 1639. * intrare Ægidianam, in casu, de quo agitur euitandum effectum suspensionis mandati per A. C. relaxati; Et hodie discussis de nouo fundamentis eiusdem resolutionis, visum fuit, standum esse in decisis, quia replicata per DD. Neris, ex responsionibus decisionis sufficienter sublata apparent.

Nec obstat exceptio retentionis bonorum quæ sufficere dicebatur ad impediendam immissionem ex remedio Saluiani intentatatam quan-
1 do † concurrit anterior hypoteca cum credito rei conuenti, *l. 1. & 2. ff. qui pot. in pignor. hab. Mant. dec. 69. num. 1. & 286. num. 15. & 844. num. 1. inter impressas coram bo. me. Buratto.*

Quia de credito proprio eiusdem Philippi non constat, quod si desumatur ex persona Monaldeschæ nuptæ D. Nero patri supradicti D. Philippi cum dote scutorum quinque millium, & quæ fuit filia Hersiliæ Simoncellæ vxoris impositoris census controuersi cum dote scut. 8. mil cui sicuti competebat hypoteca in bonis viri pro resti-

restitutione dotis, & de tempore appocæ matrimonialis, quæ contingit die 23. Ianuarij 1559. ita contendatur, eadem iura auita transijsse in fi-
3 lios † descendentes, *Gram. dec. 58. nu. 12. Ioseph. Ludou. dec. Perus. 109. num. 2. par. 2.* obiectum facilè cessare videtur, quia iura dotalia Hersiliæ, resistente Statuto Vrbeuetano sub rubr. 56. non transierunt in Monaldescham filiam, existentibus de tempore obitus Hersiliȩ, fratribus eiusdem Monaldeschæ ex vtroque parente, prout Statutum desiderat.

Quæ dispositio euitari non potest ex eo, quod mulieres excludantur per existentiam fratrum, quando sunt dotatæ, vel dotandæ, scilicet cum effectu, & quidem perpetuo, & permanenti, non autem per actum nudi ministerij, aut assignationis bonorum reuocabilis, *Bald. in l. neque mater num. 6. vers. quia statutum, C. de iur. dot. Campeg. de dot. qu. 15. par. 1.* quæ qualitas ex sententia auocatoria bonorum pro dote Monaldeschæ assignatorum cessare dicebatur, & indè semper sit locus simultaneæ successioni cum fratribus in dote materna.

Nam de dotatione Monaldeschæ in scut. 5. mil. & de assignatione bonorum Castri Turris Alphinæ insolutum, constat ex instrumento producto, & de effectuatione similiter, quia pater D. Philippi, & respectiuè maritus Monaldeschæ, longo tempore possedit bona prædicta pro dote assignata, quæ & si hodie non perpetuo ratione dominij, sed temporaliter per hypotecam auo-
4 centur ex remedio Saluiani, † ex vtraque euictio dicatur in obligatione deducta per verba generalia promissiua de quacumque euictione, *Bart. in l. 3. num. 1. cum gl. ff. de act. empt. cum allegatis in dec. 407. num. 6. par. 5. diuers.* Non propterea cessare debet dispositio Statuti fœminarum ex-
5 clusiua, † quæ per dationem bonorum insolutum habuit iuris effectum, vt dicit *Surd. cons. 145. n. 33.* remanente actione eidem filiæ dotatæ, & iuris
6 contra dotantes, & eorum hæreditates † vel de euictione, *l. si prædium, C. de euict. & in l. eleganter, num. 1. ff. de pignor.* Aut ex primæua actione speciali fauore dotis filiæ dotatæ competente per
7 *l. † qui res 98. ff. de solut. vbi Bart. & in l. si quis aliam eod. tit. Bald. Nouell. de dote priuil. 19. p. 8. Thes. quest. 88. num. 13. par. 2. Grat. discept. 759. num. 8.* quæ actiones primæuæ Monaldeschæ cum sint personales, scilicet condictione ex Statuto ad dotandum, quatenus non sint dotatæ, vel ad iterum dotandum ab ipsius fratribus, quatenus
8 dote priuentur, † ac etiam tanquam scriptæ in rem, & seù rei persecutoriæ possint exerceri contra tertios possessores, *l. 3. §. 1. vbi glos. ff. ad exhiben. Bart. in l. fin. ff. de oper. nou. nunc Surd. decis. 173. n. 28.* Merito conuolare non potest ad coæqualem cum fratribus in bonis paternis, aut maternis successionem, sed tenetur iura sua experiri contra bona dotantium, & seù dotare deben-
9 tium vel causam ab eis habentium, quæ semper sunt obligata, donec durat causa finalis Statuti inductiua exclusionis fœminarum cum qualitate dotationis, *Bald. in l. qui per salutem ff. de iur. iur. Boer. dec. 131. num. 3. Grat. discept. 689. n. 13.* Cessante autem iure succedendi in bonis, & hæreditate materna, allegari non potest neque creditum neque actio, ueque hypoteca ex persona Monaldeschȩ, & suorum filiorum, quæ suffragari possint pro retentione bonorum controuersorum in concursu veri creditoris, & hypotecarij.

Non obstat quod ex diligentijs factis per DD. de Ceruaria, probetur Ioannem Franciscum, patrem Monaldeschæ de anno 1602. tempore quo illam nupsit D. Nero, non fuisse tunc soluendo dotem, illi scu. 5. mill. promissam, vt propterea attenta patris inopia de bonis, & seù de dote
10 materna in subsidium dotari debuerit per *l. neque mater C. de iur. dot. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 1. num. 13. Fontanell. de pact. dotal. tit. 2. claus. 5. gl. 1. p. 2. num. 4.* & ex iuribus eiusdem posse D. Philippum ex anteriori hypoteca bona possessa retinere, redeundo ad primæua iura simultaneæ suc-
11 cessionis cum fratribus in bonis, & † hæreditate Hersiliæ matris à iure communi delatæ per *§. si vero Auth. de hæred. ab intest. venien. auth. in successione, C. de iuris, & legit.*

Quia processus diligentiarum non est de actis, neque in actis, sed simpliciter exhibitus, & quando nus produceretur, non etiam releuaret, quia diligentiæ pertinent ad probandum, quod mandata executiua A. C. non possunt consumari contra hæredes, & bona Camilli filij Ioannis Francisci patris Monaldeschæ, quia possidentur à Montistas montis Vrsini secundæ Erectionis, quibus non potest inferri, quod tempore dotationis anni 1602. Ioannes Franciscus pater non haberet vnde solueret tantam dotem, nisi de materna dote illam solueret, quinimo, & Castrum Turris Alphinæ, & bona Treuiniani ad electionem D. Neri, quæ tunc non erant hypotecata Montistis montis Vrsini ex persona Io. Francisci, prout postea ex persona Camilli fuerunt omnia d. monti hypotecata; Ac demum eadem bona de anno 1633. fuerunt per Congregationem Baronum relaxata Odoardo, & Monaldo filijs Camilli, vti ad eos spectantia vigore fideicommissi ex instrumento, quod datur. Itaut dubitari non possis de sufficientia patrimonij dotantis absque dote materna, & quod primæua iura Monaldeschæ resideant in hæreditate Io. Francisci patris contra quem, & seù bona illius debet habere regressum, non autem contra bona materna.

Denique non obstant quæ replicantur pro sustinenda præscriptione, nempe quod instrumentum anni 1613. ex quo prætenditur interrupta præscriptio, non fuerit productum in prima instantia coram A. C. nec produci possit in hoc iudicio, dum causa fuit commissa cum clausula
12 si quid exequendum, quo casu † dicebatur executione esse iustificandam ex eisdem actis, *Rot. decis. 28. p. 1. rec. & 848. num. 6. coram bon. mem. Buratto.*

Quia cum exceptio prȩscriptionis non fuerit deducta ad speciem coram A. C. sed tantummodo post interpositam appellationem propterea ad repellendum eamdem exceptionem potuit instrumentum non productum produci. *Rot. dec. 13. nu. 1. coram bo. me. Card. Caual. & 16. in impressis coram D. meo Decano, cum alijs relatis per Add. ad dec. 272. num. 9. coram sanct. mem. Greg. XV.*

Et ita, &c.

Supra-

Supradicta decisio sub die 28. Ianuarij anni proximè præteriti habetur supra in ordine decis. 105. huius Octauæ partis.

R. P. D. VEROSPIO

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Tiburtina Hæreditatis.

Veneris 16. Martij 1640.

ARGVMENTVM.

An dos succedat loco legitimè itaut fideicommissi onere grauari posit vel ne ad interpretationem statuti fœminarum exclusiui latè in hac decisione tractatur: ponderando verba illius & dispositionem an scilicet ordinauerit mulierem exclusam dotari, & tunc an ipsa dos data dicatur propter exclusionem, vel matrimonium.

SVMMARIVM.

1 *Statuto Vrbis non subiacent illius districtuarij, nisi in casibus in quibus statuta suorum locorum nihil disponunt.*
2 *Dos fœminæ per statutum exclusæ si statutum non incipit ab exclusione, sed prius mandat fœminas dotari, & deindè in reliqua hæreditate masculos succedere.*
Assumit naturam legitimæ eiusque sequitur conditionem ibid. & num. seqq. ac per tot.
3 *Statum exclusiuum fœminarum si primo loco iubet illas dotari antequam masculi succedant.*
Eo casu dos non dicitur dari propter successionem, sed propter matrimonium ibid. & num. 9. vbi vid.
4 *Dos quæ succedit in locum legitimæ non potest fideicommisso grauari.*
Amplia quia nec alia temporis dilatione afficitur, ibid.
5 *Statum si excludit fœminas tam dotatas, quam non dotatas, eo casu non potest dici quod dos succedat loco legitimæ.*
6 *Dos per Statutum Vrbis fœminarum exclusiuum illis assignata non succedit loco legitimæ.*
7 *Dos quam statutum mandat assignari fœminis ab illo exclusis censetur data loco legitimæ.*
8 *Statutum excludens fœminas, nec mandans eas dotari, tunc dos non succedit loco legitimæ.*
9 *Dos filiæ per Statutum exclusæ non potest constitui in minori quantitate, quam filia habuisset pro sua legitima.*
10 *Voluntas statuentium passim admittitur ad interpretationem statutorum.*
11 *Dos assignata filiæ per statutum exclusæ ratione & causa exclusionis debetur, & vide num. 3.*
12 *Statutum exclusiuum fœminarum si prohibeat masculis successionem nisi prius fœminæ consequantur suam dotem.*
Tunc dos dicitur loco legitimæ succedere, à qua propterea omne grauamen reicitur ibid.
13 *Verbum succedere causam immediatam significat.*
14 *Dos filiæ per statutum exclusæ si in eo non dicitur quod dari debeat tempore nuptiarum vel quod illud habuerit respectum ad matrimonium.*
Arguitur coniectura statutum voluisse illam loco legitimæ succedere, ibid.
15 *Statutum exclusiuum fœminarum, & mandans illas dotari, si de alimentis eis non prouidit pro tempore, quo ipse futuræ erant inuptæ.*
Intelligitur dotem dari voluisse statim mortuis parentibus, ibid.
Statutum excludens fœminas & in earum dotibus temporis conditionem reijciens, dicitur voluisse dotem grauari non posse, num. 15.
16 *Dos solum potest dici cogrua ex mensura, & quantitate legitimæ.*
17 *Statutum prohibens fœminis omnia iura successionis, non videtur dotem illis relictam sub d. prohibitione voluisse comprehendere.*
18 *Dos filiæ per statutum exclusæ succedit loco legitimæ quoquomodo facta sit illius mentio in statuto.*
19 *Statutum excludens fœminas si dicat quod dos illi danda non sit minor legitima.*
Vel quod prohibeat ijsdem ne aliud petere possint, eo casu dos dicitur succedere loco legitimæ, ibidem.
20 *Filia per Statutum exclusa cum hoc quod non aliud præter dotem sibi relictam petere possit.*
Si pater ei dotem assignet in testamento minorem legitima, an agat ad illius supplementum.
21 *Filia quæ à statuto cogitur Patris seruare voluntatem non potest onus fideicommissi in dote sibi iniunctum reicere.*
22 *Statutum si derogat dispositioni* l. omnimodo C. de inoffic. testam. *præscribentis certam quantitatem legitimæ.*
Non tamen derogare dicitur dispositioni, l. quoniam in prioribus, C. eodem tit. *reicientias omne grauamen ab illa, nu. 23. & seqq. vbi vide.*
24 *Filia si ne dum à successione, rerum etiam à legitima per statutum excluditur.*
Eo casu, potest illius dos onere fideicommissi grauari.
25 *Statutorum in interpretatione non debet induci noua correctio iuris communis in casu non necessario.*

DECISIO CCVIII.

IN decisione facta in causâ sub die * 13. Febr. anni 1634. Visum fuit locum esse dispositioni statutũ Vrbis excludentis fœminas à successione parentum ita vt duos quam Hieronyma petebat ex persona Victoriæ suæ sororis, & tanquam illius hæres non potuisset succedere loco legitimæ, ex quo deinde sequebatur, vt valere debuisset onus fideicommissi, quod super ea imposuit Frãciscus communis parens fauore aliorum filiorum masculorum. Cum verò causa iterum proposita fuisset sub die 27. * Iunij anni præteriti, & eius decisio dilata, hodie proposito denuo eodem dubio DD. contrarium responderunt moti ex statuto Tiburtino, in quo visum fuit alter disponi super dotibus mulierum, & ita cum ex dispositione eiusdem statuti dos relicta Victoriæ supplere debuisset locum, & vices legitimę, succedebat contraria iuris dispositio, vt non posset super ea sustineri fideicommissum paternum, & poterat hoc efficere idem statutum, vt cessare deberet dispositio alterius statuti Romani, dum in eo ita prouisum erat super dictis dotibus, cum certissimum sit Incolentes districtum Vrbis non subiacere illius statutis, nisi in certis casibus, in qui-

1 bus ſtatuta aliorum locorum nihil diſponant, vt
diſpoſitum fuit in *cap.42.lib.1.* eiuſdem ſtatuti,&
tenuit, *Rota in alia Tiburtina ſub die 20.Nouembr.
an. 1595 coram Card. Seraph.inter impreſſ.dec.1161.
num. 1. & in Sabinen. Spolij 24. Ianuarij 1594. co-
rem Card. Mantica inter impreſſ.deciſ.259.num.3.&
in Veliterna bonorum 4. Ianuarij 1621. coram bon.
mem. Buratto.*

Et quidem ex verbis ſtatuti Tiburtini oſtende-
batur, quod talis eſſe deberet natura earum do-
tium, quia in illo cauebatur, vt ſi deceſsiſſent in-
teſtati pater mater,aut alij ex linea aſcendentium
relictis poſt ſe filijs, aut nepotibus, ſiue alijs
deſcendentibus tam maſculis,quam fœminis non
admitterentur filiæ, aut aliæ fœminæ deſcenden-
tes ad ſucceſsionem ſuorum parentum, aut auo-
rum ſimul cum maſculis ſi dotatæ eſſent, ſed iu-
bebat idem ſtatutum illas ſua dote eſſe conten-
tas, ſi eſſent dotatæ, ſi verò dotatæ non eſſent
mandabat eas dotari habita ratione dignitatis
perſonæ, ac quantitatis patrimonij,ſiue faculta-
tis maſculorum, qui dotem dari debebant, & in
ijs dotibus volebat ſuccedere fœminas addita
prohibitione, vt nihil amplius petere aut conſe-
qui poſſent ex quocumque iure, aut cauſa, & in
reliquis bonis mandabat ſuccedere filios, aut ne-
potes maſculos detractis dictis dotibus,ac ſerua-
ta diſpoſitione iuris quoad ordinem ſuccedendi,
2 † ex quibus verbis eiuſdem ſtatuti apparebat ma-
nifeſtè, quod dos ſortiri debebat naturam legi-
timæ, qui ſtatutum non incipiebat ab excluſio-
ne, ac poſtea prouidebat de dotibus, quo caſu
ſublata fuiſſet cauſa ſuccedendi, & dos extimari
debebat tanquam quid extrinſecum, quod debi-
tum fuiſſet à maſculis, vt conſideratum fuit in
deciſione præterita pro ratione diſpoſitionis ſta-
tuti Vrbis ſequendo diſtinctionem, *Caſtr. in l. Ti-
tio centum, §. Titio genero ff. de condit. & demonſtr.*
in primo capite eiuſdem diſtinctionis, & poſt
alios optimè diſſerit, *Brunus in tract. quod ſtanti-
bus maſculis, fœminæ non ſuccedant artic. 11.nu. 34.*
vbi appoſitè conſiderat non dari hoc caſu dotem
propter ſucceſſionem, ſed propter matrimonium,
3 † ſed diſponebat prius de dotibus, eaſque man-
dabat conſtituti fœminis antequam maſculi ſuc-
cedere poſſent in reliqua hæreditate,vnde præſer-
uata fuerunt fœminis iura ſucceſſionis, in cuius
locum cenſebatur ſubrogata dos, quæ ideo debe-
bat aſſumere naturam legitimæ, ſecundum alte-
rum caput diſtinctionis *Caſtr. in d. §.Titio genero,
num. 8. in fin. & voluit Cuman. ſuper eadem leg.n.6.
Decius in l. ſi pater in fin.C. de inſtit. & ſubſtit. & in
conſil. 106.num.3. Idem Caſtr.in conſ.6 num.2.lib.2.
& in conſ. 16. num. 2.eodem lib.Corn.in cap. nos qui-
dem 3. num. 11. de teſtam. & tenuit Rot. in dec.540.
num. 1. par. 1. diuerſ. & in Peruſina fideicommiſſi de
Alphanis 13. Iunij 1612. coram Greg. inter impreſſ.
deciſ. 565.num.4. & in eadem cauſa 17.Martij 1621.
coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano.* Et ex
his ſequebatur, quod non potuiſſet dos Victoriæ
grauari onere fideicommiſſi, quod Franciſcus
impoſuit in ſuo teſtamento, quia dum illa ſuc-
4 cedebat in locum legitimæ retinere debebat etiã
illius naturam, quæ erat, vt non poſſet in ea ad-
mitti aliquod onus, aut conditio ſiue etiam di-
latio temporis, vt notauit ibid. *Caſtr. & in l. vlt.
§. filiæ, ff. de legat.2. & ibi etiam Bart. nu.1. Bald. in l.
quoniam nouella n.8. C. de inoff. teſt. Decius conſ. 106.
n.3. Honded.conſ.53.n.14. lib.2. & tenuit Rota coram
Card. Seraph. dec.815.n.2. & in Bononien. de Cappa-
cellis 17. Iunij 1611. coram Card. Caual. inter im-
preſſ. dec. 62.nu.4.*

Neque viſum fuit contrarium diſponi in eodem
ſtatuto, quatenus mandabat dari dotem etiam
fœminis, quæ dotatæ non eſſent, ex quo videba-
tur colligi voluntas ſtatuentium, vt fœminæ ex-
cluderentur omnino à ſucceſſione parentum dum
voluerunt eodem modo excludi dotatas,& indo-
5 tatas, † vnde ſicut non poterat dici debita illis
legitima, quæ eſt portio eiuſdem ſucceſſionis,ita
neque poterant in eius locum ſuecedere dotes,
quæ illis tradi debebant à maſculis ex diſpoſi-
tione ſtatuti, vt voluit, *Bald. in auth. res quæ nu-
mer. 15. C. comm. de legat. Ruin. conſ. 52. numer.9.
lib. 2.* & in terminis ſtatuti Romani, † putauit
6 dicendum eſſe, *Gabr. in conſ. 11.num 5. & in con-
ſil. 140. lib. 2. ſub num. 27.* Hęc enim ratio obſta-
re poſſet ſi ſtatutum nulla facta mentione dotis
æqualiter, & eodem modo excluderet fœminas
dotatas, & indotatas, ſed dum mandat dari do-
tem illis, qui eam non habuerunt potuerunt ex
cauſam eiuſdem dotis excludi à ſucceſſione, vnde
ſupereſt ratio dubitandi, quo iure debeat cenſeri
7 relicta, † & quod illa adhuc cenſenda ſit data
loco legitimæ voluerunt, *Iaſ. in l. voluntatis n. 1.
C. de fid. & in auth. res quæ, num.28. C. com. de leg.
& ibi etiam Salic. num. 1. Socc. ſen. conſ. 30. lib. 1.
num.3. in fin. Ceph. conſil.245. num.31. & 302. n. 8.
Hond. conſ. 63. num. 129. lib. 1.* vbi reſpondit ijs,
quæ ſcripſit, *Gabr. in d. conſ. 11.* & dicit illius
opinionem procedere ſolum in caſu, in quo ſta-
8 tutum excludat omnino fœminas, neque eas
mandet dotari, *Alex. conſ.7.num.5. & 6. lib.2.* vbi
præterea dicit, quod dos non poteſt conſtitui in
9 minori † quantitate, quàm filiæ habuiſſent pro
ſua legitima,& tenuit *Rot. in deciſ.1. de conſuet. in
nouis, & notat ibi additio in verb. alio iure, & in d.
Peruſina fideicommiſſi de Alphanis 17. Mart.1621. co-
ram Reuerendiſſ. Decano.*

Et amplexi fuerunt DD. hanc opinionem, quia
in pluribus locis eiuſdem ſtatuti apparebat de
hac voluntate ſtatuentium, vt loco legitimæ ſuc-
cederent dotes, quas fœminæ habere debebant,
10 vt poſſent excludi à maſculis, quæ coniectura
voluntatis paſſim admittitur à doctoribus ad in-
terpretationem ſimilium ſtatutorum, vt poſt
*Bart. in d. l. Titio centum, Dec. in conſ.106. num.4.
Decian. conſ. 86.num. 2. & ſeqq. Couar. in d. cap. 3.
de teſtam. num. 11. Card. Mantic. de coniect. vlt. vo-
lunt. lib.11. tit 23.nu.35.*

Et primò hoc viſum fuit probari ex modo,
quæ præcipiebat Statutum, vt darentur dictæ do-
tes, quia illæ detrahi debebant ex vniuerſa hæ-
reditate antequam aperiretur ſucceſsio maſculis,
vnde non poterant dotes fœminarum exiſtimari
diuerſo iure, dum erant comparatæ cum ſucceſ-
ſione maſculorum, quod rectè probare poterat
traditionem dotis fieri debere ex eadem ratione,
11 & cauſa † propter quam filiæ erant excluſę à ſuc-
ceſsione, vt conſiderauit *Butr. in conſil.39. nu. 21.
quem ſecuti fuerunt Dec. in d. conſil.106. numer.2.
Soccin. Sen. conſ. 75.num.11. lib. 3. & in conſ. 150.
num.12.*

num. 12. lib. 1. Decian. cons. 46. num. 19. lib. 3. & considerant Doctores ad effectum coniecturæ etiam aliam conditionem si prohibita sit masculis successio antequam fœminæ consequantur suam dotem, vt apparebat factum in casu huius
12 Statuti, † quia hoc etiam probare videbatur illius similitudinem cum successione, non solum respectu temporis, quatenus illæ adesse debebant eodem tempore, quo masculi volebant succedere, sed etiam quoad cœteros illius effectus, inter quos est iste, vt reijciatur à legitima omne onus, & hæc fuit præcipuà ratio Castr. in d. l. Titio centum, §. Titio genero sub eodem num. 8. quod etiam considerauit in adducto cons. 16. num. 2. lib. 2. & secuti fuerunt Cuman. super ead. leg. num. 6. Paris. cons. 53. num. 73. lib. 3. Soccin. Sen. cons. 288. nu. 27. Peregr. de fideicommiss. art. 38. num 23. Albert. Brun. in Statut. exclusiuo fœminarum art. 11. num. 35. Et poterat confirmari hæc coniectura, etiam alia ratione, quia Statutum præterea iubebat, vt fœminæ in eisdem dotibus succedere deberent. Neque enim potuissent clarius explicari iura ipsius successionis, quam statuentes voluerunt integram conseruare fœminis, & hoc ostendebant verbum,
13 succedere, † quod significabat causam immediatam, vt considerauit Decius in d. cons. 106. sub eod. num. 2. & in 5. & 8. argument. & probat Text. in authent. de nupt. in §. hinc nos, vers. Si autem intestatus in verb. Paternam successionem, quem ponderat Bologninus in addit. ad Mathesilan. in tract. de success. ab intestat. artic. 2. num. 21. in fin. Franch. dec. 18. num. 5.

Altera erat coniectura, quia neque in ea parte Statuti, neque in alijs colligi poterat, quod dotes dari deberent tempore nuptiarum, sicut neque
14 alia ratione constabat, † quod in illarum reseruatione habitus fuisset respectus ad matrimonium, quam coniecturam præcipuè considerauit Bald. in cons. 419. num. 1. lib. 3. Decian. d. consil. 86. num 11. & 12. lib. 5. Soccin. Iun. cons. 134. num. 22. lib. 1. Pro qua etiam faciebat, quod non apparebat consultum fuisse fœminis, aut illis prouisum de alimentis pro tempore, quo illæ futurę erant in-
15 nuptæ, † quia inde etiam colligebatur, quod illæ dari debebant statim mortuis parentibus, vndè sequebatur, quod grauati non potuissent alia conditione extrinseca, dum ab eisdem dotibus reiecta fuerat conditio temporis, vt voluit Albert. Brun. super Statut. exclus. fœminarum eodem art. 11. num. 29. Decian. dicto cons. 86 num 9. lib. 5. vbi testatur de communi Alberic. de Rosat. in 2. par. Statutorum quæst. 104. nu. 17. Abb. consil. 92. lib. 2. n. 3. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 23. num. 37.

Tertia coniectura colligebatur ex alia conditione, quam requirebat Statutum ex eisdem dotibus, vt illæ esse deberent congruæ, & quod in earum traditione haberi deberet ratio dignitatis personæ, ac virium patrimonij, quæ omnia probabant illas sortiri deberet naturam legitimæ,
16 † ex cuius mensura, & quantitate solum potuit dos dici congrua, vt in terminis Statuti Patauini, considerauit Cephal. in cons. 502. num. 7. & 8. & in terminis Statuti Mutinen. Surd. consil. 393. numer. 34. in tract. de alimentis tit. 3. q. 1. n. 60. Simon. de Pretis de interpretat. vlt. volunt. lib. 3. interpretat. 1. dubit. 5. solut. 4. num. 17. Aym. consil. 236. numer. 3. Dec. in cons. 181. num. 5. qui testatur de communi, Salycet. in l. sancimus num. 5. C. de nup. Bald. in auth. res quæ, C. commun. delegat. num. 18. Et poterat etiam etiam hæc coniectura confirmari alia ratione propter nouam conditionem, quam subijciebat idem Statutum, vt fœminæ esse deberent contentæ dictis dotibus, & nihil amplius possent petere, aut obtinere ab hæreditate paterna, quia ex hoc etiam colligebatur, quod eædem dotes illis relictæ fuissent pleno iure successionis,
17 cum talis esset natura eius prohibitionis, † vt dũ adimebat fœminis omne ius respectu successionis, illas includere videretur in dote, quam statuentes noluerunt sub ea successione comprehendere, argum. Text. in l. 2. §. videndum, ff. ad Tenat. consult. Tertull. & in leg. & si contrà tabulas ff. de vulgar. & in terminis Statuti excludentis fœminam, sub eadem conditione voluit Dec. in addit. consil. 106. num. 2. in 7. Argument. Anchar. consil. 132. num. 1. in fin. Honded. dicto consil. 53. num. 10.
18 lib. 1. Vbi regulam constituit, † vt dos succedere debeat loco legitimæ, si aliquo modo facta sit illius mentio in Statuto, vel quia in eo dictum
19 sit, vt non debeat esse minor legitima, † vel prohibitum sit fœminis, vt aliud petere non possint, & alios refert Surd. in tract. de aliment. eodem tit. 3. quæst. 1. num. 64. Simon de Pretis de interpret. vltim. volunt. lib. 3. interpret. 1. dubit. 5. eadem solut. 4. numer. 18. Card. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 23. num. 3. Neque poterat eadem coniectura in contrarium adduci, quatenus ea prohibitione videatur ademptum filiæ ius petendi sup-
20 plementum legitimæ † in casu quo dos relicta à Patre in Testamento non ascenderet ad totam quantitatem, quam ipsa filia habitura fuisset ab intestato, & voluit Bald. in auth. res quæ, C. commun. delegat. num. 16. & in vltim. num. 6. C. de dotis promiss. Ruin. cons. 52. num. 9. lib. 2. Et ex hac ratione tenuit Rota non potuisse filiam reijcere onus fideicommissi, quo Pater grauaret dotem, quam
21 illi reliquit, † dum tenebatur seruare eius voluntatem, vt in Romana Dotis de Marganis 18. Maij 1582. coram Robusterio. Ea enim decisio apparebat facta in terminis Statuti Vrbis, in quo pluribus in locis præcipitur filiæ, vt non possit impugnare, quæ Pater disposuit in suo Testamento, sed teneatur omninò stare illius voluntati, cuius decisionis fundamentum cessabat inspecta dispositione Statuti Tiburtini, in quo nihil super hac re disponebatur, & de viribus eius decisionis dubitauit etiam Rota proposita iterum causa coram Buratto sub die 16. Decembris 1616. & mota
22 fuit ea ratione, † quia licet ex dispositis in eodem statuto videretur derogatum dispositioni, l. omnimodò, C. de inoff. testam. præscribenti certam quantitatem legitimæ, non tamen derogatum fuerat
23 dispositioni, † l. quoniam in prioribus, C. eodem tit. in qua iubetur, vt subducendum sit ab ea onus omne, quæ decisio est inter impress. in ordine 215. & voluit Castrens. super eadem l. quoniam in prioribus num. 2. & fuit opinio originalis Butrigary, quem refert Bald. super ead. leg. num. 5. Salyc. num. 7. & tenuit Decius d. consil 106. eodem num. 2. vers. Non facit Honded consil. 53. num. 29. vol. 2. Crass. in §. legitima quæst. 40. num. 2. Neque visum fuit idem dispo-

disponi in Statuto Tiburtino, dum occasione eiusdem prohibitionis factæ fœminis dicebatur, vt nihil illæ petere posſint præter dotem sibi relictam ex quocumque iure, titulo, aut causa, quæ clausulæ ita geminatæ non videbantur aliud si-
24 gnificare, nisi, vt filiæ dici deberent exclusæ† etiã à legitima, quo casu potuissent dotes grauari onere fideicommissi, vt dicebatur voluisse, *Soccin. Sen. in cons. 150. num. 12. vol. 1. argum. Text. in l. Balista, ff. ad Trebell. & in l. 2. ff. de liber. & posthum.* quia verius erat, vt eædem clausulæ intelligerent positæ ad augendam vim eius prohibitionis, itaut fœminæ nihil petere possint ex quacunque causa, non autem vt censeretur illis præiudicatum aliqua ratione in legitima, vt contingeret si sustineri deberet onus fideicommissi super dotibus, & hoc etiam firmatum fuit *in dicta decisione Romana de Marganis coram Buratto*, in qua pro ratione eius decisionis consideratum fuit, quod recipienda erat hæc interpretatio, dum illi non repugnabat ratio recti sermonis, & ea retenta non inducebatur noua correctio iuris commu-
25 nis, in casu quo illa necessaria non erat, † & sicut fieri debet in interpretatione Statutorum, vt loco regulæ, tradit *Romanus in cons. 199. nu 6. Rot. decis. 432 nu. 10. par. 1. diuers.*

☞ *Decisionem istam sub die 13. Februarij anni 1634. in hac causa facta inuenies apud Fenzonium ad Statutum Vrbis decis. 113.*

R. P. D. PANZIROLO,

Postea S. R. E. Cardinali.

Tiburtina Fideicommissi.

Veneris 16. Martij 1640.

ARGVMENTVM.

Testator qui maiorem natu ad fideicommissum vocauit, intelligitur etiam de illo quem poterat proprio nomine appellare. Presbyterorum ab exclusione, non potest ad octuagenarij impotentis exclusionem inferri, etiam quod fuerit habita ratio conseruandæ agnationis, quia æquè in sene, & impotente, ac in quolibet alio conseruatur.

SVMMARIVM.

1 *Verba à Testatore prolata ad tempus præfixum non restricta intelliguntur tam de tempore Testamenti, quam posteà quandocumque, & vtroque casu fideicommissum inducunt. ibidem.*

2 *Verba non determinata determinare, & restringere est contra mentem defuncti.*

3 *Dictio, ei, seù verba,* che possa succedere, *quod tempus magis respicere non videantur.*

4 *Filiorum in conditione positorum appellatione veniũt tam filij nati ante Testamentum, quam postea.*

5 *Maior natus per Testatorem vocatus intelligitur de eo qui habet maiorem ætatem.*

6 *Maioris natu vocatione venit etiam ille cuius nomen erat Testatori notum, & sufficit sub ista generalitate illum vocasse, absque expressione proprij nominis.*

7 *Testator excludens Presbyteros videtur habuisse rationem prolis suspiciendæ.*

Effectus presbyteratus est carentia prolis. nu. 7.

Testator, qui presbyteros exclusit etiam octuagenarios sæculares exclusisse censetur. numer. 7. & seq. vbi contrarium.

8 *Argumentum aliquod desumi non potest ab exclusione presbyteri.*

Conditio exclusiua presbyterorum tanquam retrahentis homines à cælibatu habetur pro non apposita. numer. 8.

9 *Testator excludens Presbyteros non ex sola carentia prolis, sed alijs de causis motum fuisse dici potest.*

Argumentum desumptum ab exclusione presbyteri ad exclusionem impotentis non valet. nu. 9.

10 *Presbyteratus à conditione affirmatiua, non benè infertur ad casum impotentiæ, seù carentia liberorum.*

Presbyteratus conditio, & impotentia, seù liberorum carentia dicuntur casus inter se contrarij.

11 *Dispositio voluntaria ob dissimilitudinem non trahitur de casu ad casum.*

12 *Agnatio conseruatur in sene, ac etiam in quolibet alio impotente ad generandum.*

13 *Senex, & impotens ad generandum dicitur capax maioratus, etiamsi iurisdictionem habeat annexam.*

14 *Ratio conseruationis agnationis a Testatore prolata in casu confiscationis non extenditur fideicommissum ad casum mortis, & num. seqq. vbi vide.*

15 *Ratio conseruationis agnationis, & vt bona remaneant in familia in fine, & absolutè posita dicitur stare de per se, non autem accessoriè ad præcedentem prohibitionem confiscationis, ibidem; & sup. n. 14. vbi vide.*

16 *Vocatio maioris natu absque consideratione agnationis, & absque coniecturis expirat in primo maiore.*

DECISIO CCIX.

FAbius Blasius in suo, sub quo decessit Testamento instituto hærede vniuersali Andrea filio nato maiore Vespasiani Blasij sui ex fratre nepotis, eique substitutis tam in casu alienatione bonorum, quam absentiæ ab Vrbe, alijs filijs Vespasiani ordine tamen successiuo, & in casu delicti. Dominico eiusdem Vespasiani secundogenito ex pressa causa, vt bona perpetuò remaneant in familia domus suæ progressus fuit vlterius per hæc verba: *E non ci essendo figliuoli di Vespasiano ni nepote maschi, che possi succedere, succeda il maggiore in linea masculina, purche non sia Prete.*

Vigore prædictę dispositionis ex filijs masculis Vespasiani, successit primo loco Andreas postea Dominicus, & demum Iacobus, qui decessit absque masculis, relictis tribus filiabus, scilicet Anna, Catharina, & Paulangela, quæ cœperunt prætendere per obitum Iacobi patris sine filijs expirasse fideicommissum, & consequenter tanquam hæredes patris posse succedere in bonis Fabij fideicommittentis.

Sed cum exaduerso insurrexit Augustinus Blasius, & Vespasianus eiusdem Iacobi patrui adhuc superstites, ac dictarum sororum Auus, vnusquisque eorum prętendens fideicommissum adhuc extare, & ad

& ad illud se vocatum; Causa ad Rotam delata, dedi dubium: An, & ad cuius fauorem sit purificatum fideicommissum: Et Domini pro Vespasiano responderunt,

Etenim, quod per mortem Iacobi sine filijs masculis, fideicommissum non expirauerit, ex quo adhuc extant alij masculi de linea clarè visum est apparere ex verbis Testatoris, ibi: *Non ci essendo figliuoli di Vespasiano mio nepote maschi, che possa succedere, succeda il maggiore in linea masculina, purche non sia Prete, &c,* Verba enim: *Non ci essendo &c.* cum non sint restricta ad tempus
1 præfixum, intelliguntur tam de non existentia tempore mortis Testatoris, quàm postea quandocumque, & vtroque casu fideicommissum inducunt, iuxta distinctionem *Socc. communiter recept. in leg. solemus nu. 6. ff. de condit. & demonstr.* & eam loquitur *Ruin. cons. 132. n. 5. & cons. 133. num. 1. lib. 3. Dec. cons. 594. n. 5. & 6. Aym. consil. 878. num. 7. Menoch. dec. 117. n. 15. & 16. Surd. consil. 100. nu. 10. Casanatt. consil. 4. num. 105. & seq.* vbi quod esset
2 contra mentem Testatoris verba non determinata, nec restricta determinare, & restringere *Molin. de primogenit. lib. 1. cap. 6. num. 19. Buratt. dec. 688. num. 1. & seq.* vbi sub *n. 3.* dicit, quod fuit recessum *à dec. 490. par. 4. diuers. & resolutum coram bonæ mem. Card. Hieronymo Pamphilio*, fideicommissum fuisse inductum in perpetuum, *Rot. in Viterbien. Castrorum 23. Maii 1635. coram Reuerendissimo D. meo Decano. & in Romana fideicommissi de Zefiris 30. Maii 1639. coram R. P. D. Bichio.*

Nec restrictionem ad tempus mortis, importat dictio, *ci*, seu verba: *Che possa succedere.* Quæ videntur respicere tempus delatæ successionis,
3 & sic mortis, quia illa non magis referuntur ad mortem Andreæ hæredis grauati, quam fratrum successiuè vocatorum quos sub nomine collectiuo filiorum Testator vocauit, & bene verificantur in temporis morte Iacobi, quo non superest alius filius Vespasiani, qui possit succedere, siue quia prædecesserit, siue quia natus non fuerit post Testamentum, nam appellatione filiorum in conditione positorum veniunt tam filij nati ante
4 Testamentum, quam † nasciturі, *Paris. cons. 31. n. 41. lib. 2. Roland. consil. 38. n. 36. lib. 4.* & plures alij quos refert, & sequitur *Rot. dec. 579. n. 14. part. 1. diuers.* Vndè cum de existentia fideicommissi non dubitetur, ex quo adsunt masculi de linea; Visum est prædictas Sorores remanere omninò exclusas.

Quod autem Vespasianus sit maior in linea masculina, non controuertitur inter partes, & propterea Domini dixerunt ad illius fauorem
5 habere locum fideicommissum, † & consequenter Augustinum remanere exclusum, quia Testator vocando maiorem in linea, censetur sensisse de eo, qui habeat maiorem ætatem, qualis in præsentia est Vespasianus, *Bart. in l. cum acutissimi colum. 48. versic. Et primò affero, C. de fideicomm. Soccin. consil. 252. n. 4. versic. De quibus verbis, Hond. cons. 70. n. 12. lib. 2. Menoch. cons. 211. n. 26. Natt cons. 195. n. 6. Dec. cons. 443. n. 2. Alex. cons. 4. n. 2. lib. 4. Iason. cons. 215. n. 2. lib. 2.* latè *Peregrin. cons. 47. nu. 16. lib. 2. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. titul. 10. n. 1.* cum alijs latè adductis *per Fusar. de substit. qu. 383. n. 1. & seqq.*

Nec ex eo, quod Testator, qui habebat notam personam Vespasiani, & de eo specialem mentionem non fecerit, inferri potest, quod voluerit comprehendi in vocatione maioris natu, quoniam hoc fortasse contigit, ex quo Testator non credidit illum turbato mortalitatis ordine
6 filijs suis superstitem fore, & ideo sufficit, † quod ipse sit vocatus sub generali nomine maioris natu, de linea masculina, vt benè per *Gregor. decis. 464. sub n. 19. vers. Non obstat.*

Non obstat, quod Testator excludendo Pres-
7 byteros videatur habuisse rationem prolis suscipiendæ, cuius carentia est effectus, qui sequitur ex Presbyteratu, vt per *Alex. cons. 100. lib. 4.* & consequenter ex illius coniecturata mente, debeat censeri exclusus Vespasianus in ætate octuagenaria constitutus, & sic impotens ad prolem procreandam.

Quoniam multipliciter fuit responsum, & primo nullum posse desumi argumentum ab exclu-
8 sione Presbyteri, † ex quo cum retrahat homines à cælibatu, habetur pro non apposita, iuxtà *consil. Fusar. 141. per tot. & de substit. quæst. 429. numer. 21. & seqq.*

Secundò, quia Testator aliundè moueri potuit ad excludendum Presbyterum, videlicet, quia Clerici non debet se Secularibus negocijs ingerere, vel quia, vt plurimum, solent habere redditus Ecclesiasticos, ex quibus viuere pos-
9 sunt, vel alia de causa sibi benè visa, non † autem ob solam carentiam filiorum, cum etiam Clerici ante susceptionem sacrorũ ordinum, possint habere filios legitimos, & propterea non benè arguitur ab exclusione Presbyteri ad exclusionem impotentis, prout è conuerso à condi-
10 tione affirmatiua Presbyteratus, † non infertur ad causam impotentiæ, seù carentiæ liberorum, vt reprobata opinione *Alex. d. cons. 100. trad. Iason. in d. l. Gallus, §. & quid si tantum n. 42. vers. Ista decisio non est vera, & numeris seqq. ff. de liber. & pos-*
11 *thum.* vbi quod hi casus sunt valde dissimiles, † & ob dissimilitudinem non trahi dispositionem voluntariam de casu ad casum, *Soccin. Iunior consil. 29. n. 27. versic. Inquit enim lib. 4. Fusar. d. consil. 141. n. 7.* vbi de magis communi *Menoch. cons. 243. sub n. 33. vers. sextò, & n. 54.* vbi de magis recepta opinione, *& de præsumpt. lib. 4 præsumpt. 73. sub. n. 4. vers. Non satis rectè, Intrigliol. de substit. centur. 3. qu. 76. n. 6. & seqq.*

Nec potest deseruire pro coniectura in casu de quo agitur, quod Testator habuerit rationem
12 conseruandæ agnationis, † quia ea benè conseruatur in sene, prout in quolibet alio impotente ad generandum, iuxtà veriorem opinionem de qua per *Soccin. Iun. cons. 10. n. 23. lib. 1. Bald. inter consil. Angel. cons. 68. n. 4. vers. Nec obstat, Greg. Natta de Statut. excluden. fœmin. quæst. 3. principal. numer. 86. Molin. de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 13. nu-*
13 *mer. 96. & seqq.* vbi ampliat etiam in casu † quo maioratui sit annexa Iurisdictio.

Præterquam, quod fuit ponderatum, per illa verba, ibi: *Acciò li suoi beni restino nella famiglia di casa sua in perpetuo, &c.* non videri Testatorem habuisse rationem conseruandæ agnationis, quia illa fuerunt posita immediatè ad tollendam confiscationem, & ad Fiscum excludeñ in casa

deli-

delicti, absque verbo, *volo*, vel alio inducente orationem dispositiuam, & separatam à præcedenti, & propterea prolata in casu confiscatio-
14 nis † non debent extendi ad alium mortis, *Odd. de fideicomm. quæst.* 175 & plenè per *Rot. in Perusina Fideicommissi de Cincijs coram R.P.D. meo Dunozetto impress. inter recent. dec.* 368. *n.* 7. *& seq. par.* 5. *recent.* & iterum in eadem causa 9. *Ianuarii* 1635. *coram eodem*.

Nec obstat, *decisio Reuerendiss. Vrgellen.* 126. *num.* 6. *& seqq.* quia ibi huiusmodi ratio erat in
15 fine posita, † & sic stabat absolutè, & de per se, non autem accessoriè ad præcedentem prohibitionem confiscationis bonorum, vt in casu de quo agitur, considerauit *Rota d. dec.* 368. *n.* 9. *par.* 5. *recent.* In alijs verò casibus, & præsertim in vocatione maioris de familia, non sequitur dicta ratio, neque alia adest coniectura conseruatio-
16 nis agnationis, † qua cessante, vocatio expirat in primo Maiore, *Aym. consil.* 161. *sub n.* 9. *vers. Non obstat*, & declarando *consil. Ancharan.* 27. respondit *Rota coram Gregor. dec.* 464. *n.* 20.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Florentina Parochialis à Sala.

Veneris 16. *Martij* 1640.

ARGVMENTVM.

Ius præsentandi si fuerit alicui, eiusque filijs hæredibus donatum nulla facta expressione copulæ, &, talis donatio solos hæredes sanguinis comprehendit, non autem ad vlteriores, extraneos porrigitur. Hinc portio vnius non transit cum hæreditate ad extraneum, sed iure decrescendi superstitibus vocatis debetur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta puta Petro, eiusque Petri filiis hæredibus, qualificat, non autem auget dispositionem ad extraneos.*
Intellige deficiente copula, &, inter verbum filiis, & hæredibus, quia illa existente controuersa est Doctorum sententia, ibidem.
2 *Oratio vna, et eadem non debet habere repugnantiam, absurditatem, correctionem, et diuersitatem.*
3 *Dictio*, necnon, *est repetitiua primę dispositionis.*
Dispositio intelligi debet per mentem non per cauillationem, num. 3.
4 *Verbum*, hæredibus, *appositum cum copula in materia indifferenti auget dispositionem etiam ad extraneos, et vide supra n.* 1. *et seqq.*
5 *Donatio facta pro hæredibus sanguinis si à principio fuit perfecta, deinde mutari non potest, in illorum præiudicium.*
Extendendo eam etiam ad hæredes extraneos, ibidem.
6 *Confirmationis natura est non alterare statum rei confirmatæ.*
7 *Donatio prima recipit interpretationem à secunda quamuis illius confirmatoria, et hoc ad tollendam contrarietatem, et incompatibilitatem.*
8 *Donatio non potest vna ab altera interpretari attenta diuersitate instrumentorum.*
9 *Donatio prima non habetur in consideratione, si appareat ineffectuata.*
10 *Donatio prima effectum sortita non potest per secundam erroneum, aliquod præiudicium pati.*
11 *Iuspatronatus si fuerit in plures voces diuisum, vltimus Compatronus habens vnam, potest illam in extraneum transferre.*
12 *Ius accrescendi, vel decrescendi non datur inter Compatronos, quando Iuspatronatus vsque à principio fuit diuisum.*
13 *Iuspatronatus pluribus hæredibus sanguinis relictum nec per donatorem diuisum, manet in solidum apud vnumquemque ex vocatis, et num. seq.*
14 *Iurispatronatus portio, quæ vni ex hæredibus sanguinis contingebat, non transit cum hæreditate ad extraneos.*
Sed per Ius non decrescendi debetur superstitibus vocatis, ibidem.
15 *Hæredes non possunt defuncti gesta impugnare.*
16 *Sententia lata contra mortuum, de cuius obitu tempore sententiæ in actis non constabat, substinetur.*
17 *Processus fabricatus per audientiam contradictarum facit substinere iudicium, et sententiam reo non comparente.*
18 *Citari ad sententiam non debet ille, cui certum est nullam competere defensionem.*

DECISIO CCX.

CEnsuerunt Domini standum esse in decisis 30. Aprilis 1925. quia visa fuit patens iustitia sententiarum, quæ emanarunt contrà Petrum de Pestallis, & Hippolytum de Cocchiellis præsentatos à D. Octauia Cappona, ad quam Ius præsentandi ad huiusmodi Parochialem vti mixtum pro hæredibus sanguinis, non pertinebat, sed ad DD. Lucretiam Pucciam, Rodulphum, Robertum, & Cosmum de Venturis, vtramque qualitatem habentes.

Præcesserat enim donatio Iurispatronatus, de quo agitur, pro Antonio, & ipsius Antonij filijs hæredibus, non autem filijs, & hæredibus, in quo casu etsi scribentes inter se dissentiant, et, an in materia indifferenti propter copulam, et, an ea augeatur dispositio etiam ad extraneos hære-
1 des non habentes qualitatem sanguinis, † sublata tamen copula illa, quæ verè non reperitur in dispositiua huius donationis, nullus est, qui dissentiant contra distinctionem *Pinelli in l.* 1. *par.* 3. *n.* 90. *C. de bon mater.* asserentis, verbum hæredibus absque interiectione copulę, qualificare, & non augere dispositionem ad extraneos hæredes, & secuti sunt, *Peregr. de fideicomm. art.* 32. *n.* 48. *Grat. discept.* 530. *n.* 44. & idem fuit sæpius dictum, vt in *dec.* 137. *num.* 12. *inter impressas D. mei Decani*, & 663 *n.* 17. *par.* 1. *recent. & in decisionibus causæ firmatum tam coram D. Queippo, quam D. meo Panzirolo*, *quæ sunt* 112. & 217. *nouissimè in* 6. *parte diuers. impressæ*, quæ qualitas sanguinis cum deficiat in D. Octauia legatari..., meritò, Ius præsentandi ad eam

eam spectare, sustineri non potest, nec illius intentioni suffragari possunt sequentia verba in eadem donatione relata post primam dispositionem, scilicet: *Antonio genitori suo, tunc in humanis agenti, ipsiusque Antonij filijs, hæredibus*, & deinde: *Necnon tibi pro te, tuisque fratribus, eorumdemque fratrum, & cuiuslibet eorum filijs, & hæredibus recipienti*, quasi in hac secunda parte interiecta legatur copula, augens, & amplians dispositionem ad extraneos, quia decisiones causæ ponderant. tam Donatarium esse filium Antonij, quam fratres eiusdem Donatarij esse filios Antonij, & descendentes, itaut hæc postrema con-
2 cessio pendeat à prima dispositione, † vt indè euitetur repugnantia, absurditas, correctio, & diuersitas dispositionis in eadem oratione, & ex intentione literæ, & virtute sermonis per dictio-
3 nes † *necnon*, videatur repetita eadem prima dispositio, intelligendo leges per mentem, non per cauillationes, vt dicit *Aretin. cons. 1. num. 15. in fine*.

Non obstat, Instrumentum donationis, Patronatus huius Ecclesiæ Sancti Bartholomæi de Sala, stipulatum vsque de anno 1526. vltimò loco productum, in quo Ioannes Matthæi de Pintassis donauit Patronatum huius Parochialis Laurentio Cardinali de Puccis filijs, & hæredibus Petri Antonij de Puccis, & Roberto Antonio de Puccis, & eius hæredibus, quæ verba asserebantur magis indicare Patronatum merè hæreditarium, quam mixtum, propter verbum,
4 † *Hæredibus*, simpliciter appositum ex vi copulę, &, quæ auget dispositionem in hac materia indifferenti secundum *Imolæ opinionem in l. quod dicitur 136. num. 8. ff. de verb. obligat. cum allegatis opinioni Imolæ adhærentibus*.

Quia decisio causæ respondet præcessisse de hac Parochiali aliam donationem vsque de anno 1493 tempore quo emanarunt litteræ Alexandri VI. & est supradicta, in qua se fundant DD. de Venturis; quæ cum vsque tunc fuerit perfecta
5 pro hæredibus sanguinis, † non potuit Pintasius reuocare, aut tollere in quæsitum descendentibus prædictis defectu potestatis, *l. perfecta, Cod. de Donat. quæ sub modo, cum allegatis in eadem decisione*, neque voluit, dum legitur, secundam donationem emanasse ad confirmationem pri-
6 mæ, cuius confirmationis, natura est, † non alterare statum rei confirmatæ, *Surd. consil. 361. num. 37. Rot. decis. 164. num. 10. coram Papa Gregor. XV.*

Quæ responsiones euitari non possunt ex eo, quod in litteris Alexandri VI. non dicatur Iurispatronatus fuisse donatum pro filijs hæredibus, & descendentibus, sed solum quod Pentasius, & alij respectiuè Patroni Ecclesiarum expressarum, necnon Sancti Bartholomæi donauerant Iuspatronatus Antonio, ipsiusque filijs hæredibus, & descendentibus, necnon Laurentio pro se, suisque fratribus, eorundemque fratrum, & cuiuslibet eorum filijs, & hæredibus, prout in quibusdam publicis Instrumentis dicebatur contineri, quæ Instrumenta sicuti indicabant separatas donationes de Patronatibus Ecclesiarum expressarum, ita dicebatur primam donationem de hac Parochiali in literis enunciatam posse ab alia se-
7 cunda, † quamuis confirmatoria primæ recipere interpretationem ad tollendam contrarietatem, & compatibilitatem sustinendam, *Rota dec. 250. num. 14. & 15. par. 6. diuers. cum alijs allegatis.*

Quia, & si possint allegari plures, & separatæ donationes; non tamen secunda donatio anni 1526. potest addere qualitatem, quæ augeat primam dispositionem, neque verè defectu potestatis, quoniam esset noua dispositio neque præsumptiuè supponendo tenorem confirmatum habere eandem formulam verborum quoad Ecclesiam controuersam, cum tamen de originali non constet. Et interim standum sit substantiæ Patronatus narratæ in litteris supradictis sub vna, & eadem conceptione verborum quoad Patronatum omnium Ecclesiarum, non autem respectiuè ad singulas separatas.

Neque dicatur attenta diuersitate Instrumen-
8 torum donationum, † non posse vnam ab altera Interpretari, *Bart. in l. Statius Florus in fine, ff. de iure Fisci, Menoch. cons. 85. num. 12.*

Quia non interpretatur, aut extenditur tenor de vna donatione ad aliam, sed ipse contextus litterarum declaratur, & à contrarietate saluatur, ex quo tam Cardinalis, quam eius fratres erant omnes filij Antonij, quibus narratur donatio Iurispatronatus quinque Ecclesiarum facta, quæ vniformis pro hæredibus sanguinis est intelligenda.

Et eo minus releuat, quod prima donatio anni 1493. non fuerit iustificata, ex quo Pentasius continuauit præsentare, vsque ad secundam donationem, dum in eadem asserit, se esse Patro-
9 num, & possessorem, † atque ita de ea nulla sit habenda ratio, ac si non emanasset, *Surd. cons. 3. num. 29. & 30. cum allegatis*, sed inhærendum secundæ obseruatæ.

Quia ex facto tollitur obiectum; Nam de obseruantia primæ constat, & secunda non probatur, quandoquidem in vacatone anni 1537. pręsentarunt Raphael, & Pandulphus respectiuè Pater, & filijs pro suis ratis, asserentes d. Iuspatronatus spectare ad familiam, & descendentes Antonij de Puccis, & in vacatione anni 1554. ijdem pręsentantes asseruerunt Iuspatronatus esse familiæ de Puccis, vndè, & ratione incompatibilitatis, quod in Iurepatronatus hæreditario filius præsentet cum Patre pro sua rata, iunctaque eorundem præsentantium confessione, satis con-
10 uincitur effectuatio primæ, cui † per secundam erroneam præiudicari non potest, *Rot. decis. 16. num. 16. par. 6. diuers. & 559. num. 7. coram bo mem. Caualerio.*

Demum non obstat, quod ab initio fuerit di-
11 uisum Iurispatronatus in plures voces, † & vltimus habens vnam possit illam transferre in extraneum, iuxtà *consil. Anchar. 81. num. 2.* sæpè per Rotam receptum, ex quo tali casu non datur
12 inter Cōpatronos ius accrescendi, aut non † decrescendi, vt dicitur firmatum in *Romana Iurispatronatus, quæ est 62. n. 14. par. 5. diuers.*

Quia de hac diuisione, aut separata acquisitione huiusmodi Iurispatronatus ab initio per
13 donatores facta non datur probatio, † sed indiuiduum, & apud vnumquemque de vocatis manet in solidum, vt dicit *Abb. post gloss. in cap. 1. num. 7.*

numer. 7. de Iurepatronatus, Io. Andr. in addit. ad specul. in rubr. de feud. in 1. addit. & exindè portiones deficientes per ius non decrescendi, de-
14 bentur superstitibus vocatis, † non autem transeunt cum hæreditate possessoris ad extraneos successores, prout in *decis. huius causæ 217. nu. 18. par. 6. diuers.* fuit firmatum, & melius probatum per *Cardin. consil. 48. num. 1. & Rochum de Iurepatronat. in verb. ipse, vel is à quo quæst. 33. in fin. & Lambert. eod. tractat. in octauo art. 2. quæst. princ. 2. par. 1. libri*, dicentes, ius præsentandi competere qualificatiuè illis de sanguine, vndè non habens hanc qualitatem, dici non potest Patronus, & qualitatem durare, donec aliquis ex eis superstes erit. Nec aliquid referre videtur quod filij Antonij supradictam secundam donationem receperint, & DD. de Venturis sint hæredes Ale-
15 xandri, & Laurentij, qui illam receperunt, † vt propterea illorum gesta impugnare non possint, *l. cum à Matre, C. de rei vendic. cum alleg.* Quia non propterea primæ donationi perfectæ renunciarunt, & secundæ inhærere possunt ad abundantiorem cautelam, scilicet ad totalem iuris præsentandi abdicationem parte donatoris, prout in ipso contextu dicitur, non autem ad variationem, aut, alterationem iuris quæsiti donatarijs, vt supra firmatum fuit, & plenè comprobatur in decisione, quæ reuidetur circa finem.

Validitas autem sententiarum videbatur ex reuolutione actorum sufficienter probata, tam respectu Petri, quam Hippolyti eius Cessionarij.

Non obstat, quod Petrus ante tertiam sententiam, quæ fuit Rotalis, iam mortuus esset, & contra mortuum substineri non possit, quia de-
16 cisio causæ tollit obiectum, † dum de tempore latæ sententiæ non constabat in actis de illius obitu, & secundum veriorem sustinetur sententia, *Becc. cons. 110. Guidopap. decis. 86. num. 2. Gail. obseru. 109 num. 4. lib. 1. Castill. dec. 60. num. 14. lib. 1. Mastrill. decis. 137. num. 13. lib. 2.*

Quo verò ad Hippolytum Cessionarium similiter non obstat defectus citationis ad prędictam sententiam Rotalem.

Quia citatus personaliter in partibus, neque per ipsum, neque per Procuratorem constitutum, & in actis mandatum productum, comparuit in termino termini ad dicendum contra commissionem, & cum processus contra eumdem Hippolytum exindè per audientiam contradicta-
17 rum † fuerit fabricatus, benè sustinetur iudiciũ, & sententia, eo non comparente, *Vestr. in prax. lib. 1. cap. 5. num. 4. Caputaq. decis. 107. num. 3. par. 1. & 102. & 135. par. 3. Cassad. decis. 6. num. 2. vt lit. pend. cum allegatis in decis. 104. nu. 24. par. 6. diuers.* & in omnem casum quando certum est, nullam
18 eidem Cessionario competere defensionẽ, † cessante pertinentia iuris præsentandi in Octauia Cappona, quæ illum præsentauit, non etiam erat citandus, *Cassad decis. 2. num. 3. de Iud. Alex. consil. 130. numer. 2. lib. 1. Felin. in cap. cum olim column. 6. versic. Non est citandus is, cui certum est defensionem non competere de re iudic. Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 20.*

Et ità &c.

☞ *Habetur in par. 7. Recentiorum alia decisio in hac causa facta sub die 30. Aprilis 1635. & est in ordine decisio 38.*

R. P. D. ROIAS.

Postea Episcopo Tarraconen.

Forosempronieñ Bonorum.

Veneris 16. Martij 1640.

ARGVMENTVM.

Præsens decisio remissoriæ denegationem conclu[dit] ex capite irreleuantiæ articulorum, & quod in[...] ginaria contineant, ac inuerisimilia: Eccle[sia] vt ex capite immemorabilis possit cogi reno[...] re emphyteusim quid requiratur. Probatio [...] famam in antiquis fieri non potest per [te]s[tes] qui illam audiuerint.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non conceditur vbi articuli sunt irrele[uan]tes, imaginarij, calumniosi, & continent inuer[isi]milia.*
2 *Remissoria denegatur ad retardationem manu[ten]tionis.*
3 *Remissoria non conceditur ad probandum id cuius c[on]trarium constat per scripturas, & num. 22. &*
4 *Emphyteusis non dicitur perpetuò, sed temporal[is] illa fuit facta ad tempus cum pacto renouandi.*
5 *Consuetudo probanda est in casu indiuiduo de [quo] agitur.*
6 *Ecclesia, vt capite immemorabilis cogi possit [...] emphyteusi alios inuestire.*
Probari debet, quod in casu quo ipsa voluerit pr[o se] retinere fuerit per sententias aliosue actus inu[...] coacta, & suprà num. 5.
Remissoria non conceditur ad probandum per T[estes] id quod probari debet per scripturas, num. 6.
7 *Immemorabilis consuetudo inducit necessitatem re[no]uandi etiam quod Ecclesia velit pro se retinere.*
8 *Intelligi vbi fuit probata cum qualitate compulsio[nis] in casu, quo Ecclesia voluerit pro se retinere.*
9 *Scriptura ex Archiuij incendio non probatur de p[er]dita, si ex eodem Archiuio alia plura Instrume[nta] integra, & quidem super eodem negotio fuer[unt] extracta.*
Remissoria non conceditur stante magna inuerisimi[li]tudine, num. 9. & seq.
10 *Instrumentum, quod prætenditur combustum, s[i in] prima instantia non fuit allegatum, talis comb[ustio] non præsumitur.*
Inuerisimilitudo pro non concessione remissoriæ a[rgui]tur ex eo, quod in prima instantia non fuit allega[tum] quod probari prætenditur. num. 10.
11 *Bona etiam magni valoris solent in emphyteu[sim] concedi.*
12 *Fama probat in antiquis etiam in rebus magni p[rę]iudicij.*
13 *Ecclesia etiam pro se retinere volens renouare tene[tur] bona per Emphyteutam ad culturam redacta.*
14 *Remissoria in prophanis conceditur in omnibus etiam stante releuantia vnius soli articuli.* 15 *Fa[...]*

15 *Famam ducentorum annorum impossibile est probare per Testes qui illam audiuerint.*
16 *Fama, vt in antiquis probet requiritur, quod sit constans, perpetuò, & inconcussa.*
17 *Iactare suum nemo præsumitur.*
18 *Fama in tantum probat in antiquis in quantum nihil habet contrarij ex quo debilitata remaneat.*
19 *Remissoria non conceditur ad probandum id, quod probatum non releuaret.*
20 *Remissoria ad probandum contra propriam confessionem non conceditur, & num.24.*
23 *Bona pratiua, & aratiua sterilia non dicuntur.*
Articulus qui tendit ad probationem rei inter alios actæ, & qui non sunt in causa dicitur irreleuans.

DECISIO CCXI.

Reuerendiss. Episcopo Forosempronień recusante renouare emphyteusim Montis Calui Communitati Rocchæ Contratæ, cum vellet pro Ecclesia retinere Archiepiscopus Vrbinateń manutentionem concessit dicto Episcopo Causa in Rota introducta, & disputato dubio sub die 9. Maij * anni præteriti, An esset expediendum mandatum de manutenendo Reuerendissimo Episcopo concessum, Domini ordinarunt, vt videretur de bono iure; posteà exhibitis duodecim articulis pro parte dictæ Communitatis fuit petita remissoria, & proposito hodie dubio, An illa esset danda, necnè, Domini negatiuè resoluerunt, ex quo articuli à primo ad vltimum sunt
1 irreleuantes, immeginarij partim † calumniosi, & continent inuerisimilia, quo casu illa non conceditur, *Specul. de probat. §. nunc dicendum num. 1. Rota decis.23.de testib. in antiq. Greg. XV. decis.414.*
2 *num.3. Caualer. decis.87. num.3.* & versamur † in iudicio manutentionis ad cuius retardationem illa denegatur, *Boccac. de litter. remissor. par.3. num.42. Farinac. de testib. quæst.77. num.59. Posth. de manutent. obseruat.94. num.1. & 2.* dixit *Rota in impress. penès eund. Posthum. decis.256. num.4.*

Deueniendo igitur ad primum articulum, in quo continetur, quod ob timorem bellorum, & adhoc, vt sua bona in tuto poneret dicta Communitas Rocchæ Contratæ, & sub clipeo Ecclesiæ, appodiauit Ecclesiæ Forosempronień, Terras Montis Calui, quæ deindè Episcopus reddidit hominibus eiusdem Communitatis titulo Emphyteusis ad tertiam generationem, vel ad tempus, cum pacto renouandi sub annua responsione vnius, vel duorum bononenorum, vel vnius paris Capponum, adhoc, vt remaneret Episcopo superintendentia super d. bonis, qui articulus non releuat, cum per publica Instrumenta à Communitate producta constet de contrario, ex quo dicta bona fuerunt anteà cuiusdam Neccioli, & Darij Bambi, per quorum obitum deuoluta fuerunt ad fauorem Ecclesiæ Forosempronień proprietariæ, & consequenter Episcopos habuisse non solum superintendentiam, sed verum, & absolutum dominium, & posteà dicta bona fuisse concessa ad 30. annos cum expresso pacto caducitatis, tam in euentum non petitæ renouationis, quam ob non solutum canonem vel alias ob causas, & ipsi homines Communitatis fassi fuerunt in dict. Instrumentis dominium, & proprietatem

3 esse penès Episcopum, adeò † quod non possit concedi remissoria ad probandum id, de quo in contrarium constat per scripturas, ex doctrina *Felin. in cap. 1. sub num. 7. de appellat. Seraph. decis. 1460. num. 3. Caualer. decis. 84. num. 1. & in recent. decis. 589. num. 1. in fin. vers. Eo minus p.2. Duran. decis.196. n.3.*

In secundò, & tertiò articulatur, quod ab immemorabili Episcopi concesserunt d. Communitati bona in Emphyteusim perpetuam cum pacto de renouando de 29. in 29. annos sub annua responsione duorum Capponũ, & hoc repugnat prædictis Instrumentis, in quibus concessiones leguntur factæ primo loco sub annua responsione sex bononenorũ veterũ, & solutione laudemij florenorum octo, & viginti nouem, & deindè secundo ad 29. annos tantum cum pacto reno-
5 uandi, & augumento ad 200. ducatos, quod † repugnat concessioni perpetuæ, facitque Emphyteusim mere temporalem de 29. in 29. annis, *ita Alex. cons.43. num.2. in fin. & cons.113. num.1. vers. Respondetur, & num.2. lib.8. Bero. cons.116. num.22. lib.1. Corbul. de iur. emphyt. tit. de caus. priuat. ob temp. finit. num.9. cum seqq.*

Nec releuat articulus immemorabilis, cum non extet articulatum, quod etiam quando Ecclesia, vt in casu nostro, voluerit pro se retinere fuerit coacta per præcepta, sententias, vel alios actus iudiciarios renouare Communitati, cum
5 † consuetudo probanda sit in casu indiuiduo, de quo agitur, *Castrens. cons.340. ad fin. vers. Superest videre lib.2. Crauett. cons.96. num.4. Mant. decis.10. num.10.* & ex hoc capite Rota aliàs denegauit remissoriam, vt in *Aesina Bonorum 27. Martij 1637. coram bo. me. Buccabella*, vbi dicitur, quod probatio huiusmodi per præcepta, vel per sententiàs, debet fieri per scriptura propterea non venit concedenda remissoria ad probandum per
6 testes, quod est probandum per scripturas, *Felin. in cap. 1. numer. 4. de appellat. Rot. decis. 6. & 46. de testib. in antiq. & recent. decis.584. num.1. par. 4.*

7 Nec repugnat *dec. 11. par.2. recent.* † vbi quod ab immemorabili consuetudine inducitur necessitas renouandi, quamuis Ecclesia vellet pro se retinere, quia illa est intelligenda quando fuit
8 probata immemorabilis cum qualitate † compulsionis in casu præciso, quo Ecclesia voluerit pro se retinere, & non potuerit, iuxtà dicta *decisionem in causa Aesina Bonorum 27. Martij 1637. coram bo. me. Buccabella*, in præsenti enim casu nec fuit articulatum pro hoc probando.

Nec dict. compulsio deduci potest ex renouatione de anno 1580. facta ab Episcopo Accorombono de consilio claræ memoriæ DD Cardinalium Montis-Alti, & Sfortiæ, quia nullibi apparet de eorum iussu, aut præcepto, & Episcopus non prætendebat pro se retinere, sed alijs causis allegabat deuolutionem, vt ex lectura in *Summario Episcopi constat.*

Quartus verò articulus continet, quod de dicta appodiatione in primo articulo enumerata cum pacto de renouando de 29. in 29. annos sub dicta recognitione, fuit confectum Instrumentum, & in publicum Archiuium reconditum, sed superueniente incendio Archiuij fuisse com-

bustum,

bustum, & iste articulus videtur aereus, & imaginarius, cum contrarium constet ex publicis Instrumentis effectuatis per 200. annos, & omninò inuerisimile, quod fuerit combustum incendio Archiuij, cum tamen ex eo Communitas prædicta extraxerit alia plura Instrumenta inte-
9 gra, & illæsa super eodem negotio, † vndè stante magna inuerisimilitudine Domini dicebant ex eo nō esse dandam remissoriam, *ex Greg. XV. decis. 211. num. 5. & 414. num. 3. Duran. decis. 131. num. 12. & in Calaritana Primatus 14. Iunij 1638. coram R.P.D. meo Ghisilerio in §. Inuerisimile, vers. Nec potest dubitari*, tanto magis, quia in prima instantia in partibus nunquam tale Instrumētum
10 fuit allegatum, † nec prætensum, ex quo etiam inuerisimilitudo arguitur pro non concessione, *Seuar. de remis. cap. 7. Vestr. in prax. lib. 6. cap. vlt. n. 3. Verall. dec. 63. in princ. par. 3. Rot. in recent. decis. 712. n. 5. par. 1. & dec. 491. num. 2. par. 2.*

Quo verò ad valorem bonorum articulatum in quinto articulo in scut. 800000. quam inuerisimilis sit omnes vident, cum nec totum territorium Rocchæ-Contratæ sit tanti valoris, hoc tamen parum refert, cum etiam bona magni valo-
11 ris soleant in Emphyteusim concedi ad † certum tempus, proptereà hic articulus irreleuans non fuit habitus in cōsideratione iuxtà stylum huius Tribunalis de quo per *Seraphin. decis. 460. nu. 3. & Rot. dec. 589. num. 1. par. 2. recent. & d. dec. 131. n. 13. coram Reuerendiss. Durano.*

Quo verò ad sextum, & septimum articulum, in quibus multum insistebat Communitas pro obtinenda remissoria, articulatur publica vox, & fama, quod ab initio Terræ, de quibus agitur, erant omninò incultæ, & industria emphy-
12 teotarum redactæ sint ad culturam, hocque † intendit probare per famam, eamque in antiquis probare etiam in rebus magni præiudicij dixerūt, *Castrens. in l. cum aliquis num. 6. C. de iur. delib. Vrsill. ad Afflict. decis. 172. num. 1. & 2. Rot. decis. 182. num. 1. par. 1. recent.* & si supponeretur hæc sterilitas Terrarum tempore primæ cōcessionis, & in præsenti fuisse redactas Terras ad culturam industria Communitatis intraret fortasse
13 obligatio renouandi, etiam † si Ecclesia vellet pro se retinere, prout fuit dictum *in Nonantulana, seù nullius Bonorum 18. Iunij 1601. coram bon. mem. Card. Hieronymo Pamphilio*, per *Text. in cap. ad aures de reb. Eccles. non alienand.* cum alijs ibi allegatis, *& in dicta Aesina Bonorū 27. Martij 1637. coram bon. mem. Buccabella*, qui articuli si essent releuantes remissoria esset concedenda super om-
14 nibus, cum versemur † in materia prophana, quo casu sufficit, vt vnus articulus releuet, adhoc, vt remissoria sit in omnibus danda, *Gregor. XV. decis. 124. num. 3. & dec. 403. num. 6. Buratt. dec. 821. num. 7. & in recent. dec. 43. num. 1. par. 5.*

His tamen pro Communitate adductis adhuc dixerunt dictos articulos sextum, & septimum non releuare, cum fama, vel sit probanda per testes, qui sic audierint à principio, & cum aga-
15 tur de facto ducentorum annorum † sicuti impossibile est reperire testes tam annosos, ita impossibile est famam per ipsos probare, *Seraphin. decis. 1460. num. 2. & in recent. decis. 271. par. 5. & decis. 8. num. 11. par. 6.* Aut verò est probanda per testes, qui sic audiuerint à maioribus, qui dicerent, se audiuisse à senioribus, & sic in infinitum, & animaduertebant Domini, quod si hoc esset verum non fuissent secutæ concessiones cum solutione Laudemij, & augumento pretij, prout euenit, ex quo sequitur articulatam famam es-
16 omninò imaginariam, † vel non esse solidam, constantem, perpetuam, & inconcussam, vt requiritur adhoc, vt probet in antiquis, *ex Theor. Bald. in l. Conuenticulum numer. 8. versic. Est tamen verum, C. de Episcop. & Cleric. Menoch. cons. 191 num. 96. Afflict. decis. 83. num. 7. Gregor. XV. decis. 455. num. 6. & decis. 498. num. 13. & in recen. decis. 167. numer. 24. & decis. 182. num. 6. par. & post secundum volum. consilior. Farinac. decis. 27 num. 4.* & in præsenti constat bona prædicta fuisse in emphyteusim prius data pro annis 30. postea renouata de vigintinouem in vigintinouem annos, ex quibus renouationibus secutis aucto pretio, & soluto maiore laudemio, prout constat, debilitatur, & inuerisimile redditur id, quod articulatur de sterilitate agrorum, ne alioquin dicamus, Communitatem dictas, renouationes
17 acceptantem voluisse † iactare suum soluendo maius laudemium, prout in proposito, aduertit *Rot. dec. 276. num. 8. & 9. par. 6. recent.*

Vlterius consideratum fuit, quod fama in-
18 tantum probat in antiquis, in quantum † nihil in contrarium adest, ex quo illa debilitata remaneat, *Rot. dacis. 176. num. 9. par. 1. diuers. & decis. 182. num. 7. par. 1. recent. Seraph. decis. 55. num.*
19 quæ debilitatio hic concurrit, † proptereà non venit concedenda remissoria ad probandum id, quod probatum non releuaret, *l. ad probationes C. de probat. Caputaq. decis. 68. par. 3. Greg. XV. decis. 284. num. 3. & in recent. decis. 18 num. 14 par. 6.* In quam sententiam denegationis remissoriæ eo facilius ac libentius inclinauerant Domini, quia alij articuli ferè à primo vsque ad vltimum deteguntur falsi ex lectura publicorum Instrumentorum, tam quoad verum, & directum dominium Ecclesiæ, quam quoad principium, & auctorem acquisitionis huius emphytheusis, & eius hominem Ecclesiæ non fuisse Communitatem, sed quondam Necciomines prout articulatur, sed quondam Nec... lum, & Darium Bambum, hocque confessa fuit ipsa Communitas in concessione anni 1454. & in alijs renouationibus, ideò benè facit conclu-
20 sio, † quod remissoria non sit danda ad effectum probandi contrà propriam confessionem, *Gregor. XV. decis. 523. num. 4. Buratt. decis. 867. n. Duran. decis. 214. num. 3.*

Quæ verò dicuntur de supradicta sterelitate, cum in concessione secuta de anno 1454. appel-
21 letur podere aratiuum, pratiuum, † quæ nomina non competunt agro sterili, & secundum *Bald. in lin. legatis 21. num. 1. versic. Et hoc verbum podere, C. de legat.* significat vniuersitatem agrorum, & proptereà non remanet verum dicere fuisse agrum à principio incultum, & redactum ad culturam opera, & industria Communitatis, & ideò concessum ad meliorandum, quapropter
22 † non venit concedenda remissoria ad probandum contrarium eius, quod patet per scripturas, *Rot. decis. 589. num. 2. & decis. 235. num. 11. & decis. 271. num. 3. par. 5. recent*, ex quibus remanet subla-

sublata qualitas sterilitatis, stante præsertim augmento pretij, & solutione laudemij in qualibet renouatione.

Quo verò ad octauum, nonum, decimum, vndecimum, & duodecimum, dixerunt Domini, illos articulos esse nullius momenti, & penitus irrelevantes, cum octauus tendat ad probandum valorem nonnullorum bonorum DD. de Passioneis, qui nec sunt in causa, nec hodie D. Episcopus habet aliquam prætensionem circa
23 illorum bona, propterea hic † articulus vti frustratorius non venit admittendus, cum obstet *Text. in l. 1., & toto titulo, C. res inter alios acta.*

Quo verò ad nonum, in quo articulatur nunquam Episcopum habuisse bona emphytheotica, articulus aduersatur publicis Instrumentis; & confessionibus Communitatis, ex quibus constat Episcopum habere bona emphyteotica, ideò venit reiciendus, nec super hoc venit conceden-
24 da remissoria, vti directum contrà id, † quod constat per publica documenta, & propriam confessionem Communitatis, *ex Gregor. XV. decis. 523. num. 2. Caualer. decis. 84. num. 1. Buratt. decis. 351. num. 1. Duran. decis. 196. numer. 3. & 453. num. 6.*

Decimus verò articulus vndecimus, & duodecimus continent idem, quibus applicantur eædemmet responsiones, & ideò vti irrelevantes non sunt attendendi, sed reiciendi, & consequenter deneganda remissoria.

Resolutum vtraque parte informante.

Habetur hæc decisio in hac causa facta sub die 9. Maij proximè præteriti infra in Appendice.

R. P. D. PANZIROLO.

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Parmeñ Expensarum.

Veneris 23. Martij 1640.

ARGVMENTVM.

Expensæ, quæ à litis consortibus, & legatarijs refici debent pro recuperatione, vel defensione rei fideicommisso subiectæ, etiam quod litigans succubuerit, taxari solent à Rota arbitrio boni viri, de quarum taxatione plura dicuntur, prout quoque de illorum probatione, & qualitate.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ factæ in litibus pro defensione, seù recuperatione bonorum fideicommissariorum refici debent per litis consortes, & legatarios.*

2 *Amplia, etiam quod non fuerit obtenta sententia, vel quod litigans succubuerit.*

3 *Expensæ solutæ Notario pro registris iustificantur ex illius libro receptorum.*

4 *Amplia, quia etiam si non fuerit in libro receptorum adnotata, dummodò de illis appareat quietantia, tamen iustificatæ dicuntur.*

Registrorum expensæ absque dubio veniunt reficiendæ. num. 4.

5 *Expensæ de quibus constat ex quietantijs Notarij causæ sunt reficiendæ.*

Quietantiæ fieri non solent propter imaginarias solutiones. num. 5.

6 *Expensæ factæ pro mercede Procuratoris, & Solicitatoris domi retent. ad scuta sex menstrua de stylo taxantur.*

7 *Facto probato de iure præsumitur, quod fuerit factum expensis facientis.*

8 *Expensarum in taxatione Rota vtitur arbitrio boni viri.*

9 *Solutum Procuratori, & Aduocato in festis Natalitijs pro recognitione laborum, & hoc ipsum refici debet in materia expensarum.*

10 *Probatio leuior requiritur respectu quantitatis, si de re constat in genere.*

DECISIO CCXII.

Cum in hoc S. Rotæ Auditorio causa Parmeñ status spatio annorum 40. & vltrà acerrimè agitata, & amicabili tandem concordia terminata fuerit, pro parte D. Marchionis Alexandri qu. Alphonsi, expensæ per ipsum communi nomine factæ petitæ fuerint à Dominis Marchionibus Alexandro, & Cyro qu. Aniri eiusdem litis consortibus pro quantitate in eius lista adnotata. Verum cum ista petitio respiceret factum adeò antiquum, Rota ad singulas partitas singillatim recognoscendas eligit in peritũ D. Virgilium Vespignanum inter primarios Curiç causarum patronos integritate, ac experientia omnibus notum, qui summo labore, ac diligentia eis singulariter, ac maturè recognitis, illisque ob tam lõgum temporis spatium in obscuro positis ad claritatem deductis, eas tandem DD. iudicio taxandas, ac moderandas exhibuit: Vndè disputato hodie dubio: Responsum fuit expensas deberi pro quantitate inferius exprimenda, cum regulare sit, quod expensæ factæ in litibus pro defensione, seù recuperatione bonorum
1 fideicommisso subiectorum † omninò refici debeant per litis consortes, seù legatarios, iuxtà *Text. in l. fin. §. in computatione*, vbi *Alex. & Iason. num. 2. C. de iur. delib. Seraphin. decis. 925.*
2 *num. 3. & 5.* vbi dicit hoc procedere etiam, † quod non fuerit obtenta sententia; Et hoc idem firmauit *Rota decis. 517. numer. 6. part. 4. diuers.* & post *Merlinum de legit. decis. 20. Adden. ad Buratt. decis. 401. num. 17.* vbi quod debeantur expensæ etiam quod litigans succubuerit.

Prima igitur partita est sc. 212. b. 90. pro registris in causa factis, proùt de eorum solutione
3 constat ex libris receptorum † ipsius Notarij, iuxtà tradita per *Buratt. decis. 921. num. 1. vbi Add. num. 12.* sicuti etiam appareat de solutione aliorum scutorum 17.quę pariter in eodem receptorum libro erant adnotanda, & fuerunt omissa, sed cum lites sine actis fieri non possint, & acta existant, & de solutione huius summæ constet
4 † ex quietantijs Notariorum absque dubio videntur reficienda, *ad Text. in cap. vbi Abb. nu. 4. de Cleric. non resid. Seraph. decis. 450. num. 3. & decis. 1339. num. 2.* Et in puncto de expensis de qui-

5 bus constet† ex quietantijs factis à Notarijs cau-
sæ, quod debeant refici, dixit *Rota in Valentina
Expensarum 4. Iulij 1618. coram Eminentiss. Cardin.
Pamphilio*, & facit *decis. 227. n. 6. lib. 6. rec.* vbi quod
quietantiæ propter imaginarias satisfactione fie-
ri non solent.

Secunda est scut. 4800. quę prætenduntur so-
luta Procuratori causę Sollicitatori domi reten-
to ad rationem scutorum decem pro quolibet
mense spatio annorum 40. Verum quia DD. non
constat, quod salarium ad hanc quantitatem fue-
rit conuentum, nec quod d. Procurator Domini
Marchioni Alexandro in hac tantum causa inser-
uiuerit; Arbitratum fuit, quod ista scuta decem,
6 moderentur † ad sex scuta menstrua ex consueto
stylo Curiæ, iuxtà *consil. Federic. de Senis 119. n. 4.
& 5. Achill. decis. 22. de restit. spoliat. Rota in recent.
decis. 283. num. 1. in fin. par. 1. Buratt. decis. 921.
num. 15.*

Tertia est scut. 5003. b. 95. pro centum, & duo-
bus positionibus Causæ, quæ dicuntur in Rota
factis intrà d. tempus annorum 40. quæ positio-
nes magna diligentia per d. Peritum perquisitæ
licet videatur intrare regulam ad fauorem peten-
7 ti, quod probato facto, † de iure præsumitur,
quod sit factum expensis facientis, vt per *Bald. in
l. fin. §. in computatione sub num. 2. C. de iur. delib.*
& fuit resolutum *in Salamantina Censurarum 5. De-
cembris 1607. coram Eminentiss. Card. Pamphilio*.
Nihilominus cum dd. positionum particulare
computum datum non fuerit, & lista exhibita
in aliquibus discordet à quantitate scripturarum
in positionibus penès Iudicem causæ existětium,
& quælibet pagina scripturæ non probetur soluta
Copistæ ad rationem obolorum trium prout prę-
tenditur, & demum cum causa in principio fue-
rit patrocinata à duobus tantum Aduocatis, &
posteà tractu temporis numerus illorum non so-
lum ad quatuor, sed ad quinque, ad sex, ad sep-
tem, & aliquando ad octo absentibus ipsis litis
consortibus auctus appareat; idcircò DD. hanc
partitam scut. 5008. ad scut. 4000. moderati sunt,
8 vtentes † arbitrio boni viri, *Bald. in l. restituenda in
2. notab. C. de pet. hæred. Rot. decis. 209. num. 1. &
decis. 569. nu. 1. par. 4. rec.*

Quarta est sc. 1040. pro datis in festis Natali-
tijs Aduocatis, & Procuratoribus causæ per d.
tempus 40. annorum ad rationem sc. 26. pro quo-
libet anno, sed hæc etiam partita licet per DD.
9 fuerit admissa, ex † quo consuetum sit omni Cu-
ria d. anni tempore labores Aduocatorum, &
Procuratorum aliquo munere recompensare, vt
diligentius patrocinio causarum incumbant, at-
tamen illa reduxerunt ad sc. 8000.

Quinta partita est sc. 756. ex causa memoria-
lium per ducentum, & decem vicibus, in quibus
supponitur intrà dictum tempus contigisse fieri
verbum per memoriale in Rota, & pro informa-
tione, ac etiam decisionum copijs, & aliorum
iurium, quæ tamen quantitas rationibus supradi-
ctis reducta est ad scut. 500.

Vltima partita est circà expensas factas in Si-
gnatura Gratiæ, & Iustitiæ, de qua licet non
detur aliqua iustificatio, attamen admissa est in
quantitate scut. quindecim, iuxtà regulam, quod
10 quando constat de re in genere † respectu quan-
titatis admittitur leuior probatio, vt per *Bart. in
l. admonendi n. 4. ff. de iur. iurand. Dec. in l. in actioni.
n. 13. ff. in lit. voca.* & fuit resolutum *in d. Valentin.
Expensarum 6. Nouembris 1619. coram Eminentiss.
D. Card. Pamphilio*.

Et ita expensę prædictæ taxatæ, & moderatæ fuerunt ad sc. 4580. cuius summæ pretio spectans ad Marchiones Alexandrum, & Cyrum est sc. torum duorum millium centum quadraginta quinque.

Et circà expensas litis, Informantes tantum modo D. Marchione Alexandro q. Alphonsi ... solutum fuit, reseruato, vt de expensis à Mar- chione Alexandro factis pro commorationis in Vrbe occasione huius litis particulariter vide- tur, &c.

☞ *Sub die 26. Iunij 1641. habetur in hac causa alia decisio coram eodem Eminentiss. D. Panzirolo.*

R. P. D. PANZIROLO.

Postea S. R. E. CARDINALI.

Romana Pecuniaria.

Veneris 23. Martij 1640.

ARGVMENTVM.

Cautio iudicialis per aliquem præstita habet relationem ad decretum, vel sententiam, & ab illis interpretationem recipiti, itaut plus importare non valeat, quam fuerit, & Iudicis, & ipsius partis intentio: Creditor suspiciens mandatum pro certa quantitate non videtur verisimile, quod pro tota summa voluerit præstare cautionem.

SVMMARIVM.

1 *Excessiuitas sufficit in minimo ad effectum, vt vitiet mandatum in totum.*

2 *Aequitas non patitur, quod in prætorijs stipulationibus aliquis præter verisimilem mentem Iudicis, & ipsius partis obligetur.*

3 *Iniustitiam ad euitandam omnes interpretatio sumenda est etiam impropriando verba.*

4 *Obligatio de euictione semper opponitur ad ratam pro qua quis obtinet mandatum.*

5 *Creditorum obtinentem mandatum pro aliqua parte, non est verisimile suscipere voluisse obligationem pro toto, & num. seq. vbi amplia.*

Iactare suum nemo præsumitur. num. 5.

6 *Amplia quoties agitur de summa considerabili, puta scutorum mille, vel vltrà.*

7 *Venditores, eorumque Cessionarij tenentur præstare cautionem totius, etiam si minimam partem pretij velint exigere. Intellige, vt num. seqq.*

8 *Molestiæ obuentæ postquam pretium fuit solutum non dicuntur imminere in limine contractus.*

9 *Pretium fictè dicitur solutum, si in causam dotis fuit conuersum.*

10 *Creatio census mediante ficta numeratione non facit, quin pretium dicatur effectualiter solutum in casu quo illud cum effectu solui debebat.*

11 Pe-

11 *Pecunia effectualiter alicui soluta transit in dominium recipientis, quamuis penès ipsum modico tempore remanserit, & ex alia causa retrosoluatur soluenti.*

12 *Suscipiens terminum metu mandati non dicitur sententiæ, vel decreti iniustitiam approbare.*

13 *Cautio iudicialis referri debet ad rem in iudicium deductam, non autem ad id, quod in contrauersiam positum non fuit.*

14 *Clausula*, si quidem exequendum, *procedit tantum ex ijsdem actis, nec ex nouiter deductis iustificationem recipit.*

DECISIO CCXIII.

DOminus Horatius Caualcantes vti Procurator Antonij Naldi vendidit quandam eius domum Iosepho Frosclanti pro pretio scut. 1500. quorum mille fuerunt statim ab ipso emptore soluta in numerata pecunia, cum pacto quod sc. 500. ex illis venditor infrà triduum reinuestiret in aliquo annuo censu, qui staret pro euictione domus; residuum verò pretij, quod erat scutorum quingentorum, solui deberet infrà quadraginta dies ad effectum illa pariter inuestiendi in locis montiũ cum eodem vinculo euictionis domus venditæ.

In executionem prædictorum idem Fosciantes super quadam eius vinea imposuit annuum censum scutorum 30. illumque vendidit Naldo pro pretio scutorum 500. quę declarauit esse eadem sibi tunc à prædicto Frosciante soluta in computum pretij supradictæ domus cum expressa declaratione, quod census iste stare deberet pro perpetua euictione domus, vti redactus ex illius pretio. Postmodum Naldus eundem censum vendidit D. Caualcanti, & Frosciantes distraxit domum in D. Pompilium Euangelistam à quo tandem peruenit in D Petrum Paulum Rosciolum. Tractu temporis cum D. Caualcantes esset creditor fructuum occasione d. census in sc. 112. decursis iam, & non solutis tandem de anno 1634. à D. Meltio tunc A. C. Locumtenente obtinuit expediri mandatum contra Frosciantem, data tamen prius cautione de eum liberando ab omnibus, & singulis molestijs super domo inferendis, cuius decreti vigore D. Caualcantes cum expressa declaratione, quod in omnibus, & per omnia ad illud relatio haberetur promisit de omni, & quacumque euictione d. domus, necnon de illius defensione vniuersali, & particulari ad fauorem Frosciantis, eiusque in domo prædicta successorum. Sed cum de anno 1636 prædicta domus fuisset euicta in sc. 300. per DD. de Vetera creditores Naldi primi venditoris, & D. Rosciolus successor in domo egisset contra D. Caualcantem non pro sc. 112. ab isto sub d. obligatione de euictione exactis, sed pro integra quantitate crediti DD. de Vetera A. C. relaxauit mandatũ, & D. Caualcantes suscepit terminum triginta dierum ad soluendum, quo pendente interposita per ipsum appellatione à d. decreto, & adita Signatura Iustitiæ obtinuit rescribi in Rota clausula, *si quid exequendum*. Vndè proposito per me dubio, an mandatum esset exequendum post plures causæ propositiones tandem Domini responderunt mandatum non esse exequendum, eo quia cum D. Caualcantes non se obligauerit de euictione d. domus nisi pro sc. 112. & mandatum fuerit relaxatum contrà eum pro sc. 300. & sic pro plus debito, euidens apparet illius excessiuitas, quæ sufficit in minimo ad effectum, vt vitiet

1 mandatum† in totum, vt per *Castren. in l. si non sortem, §. si centum num. 2. & Iason. num. 1. ff. de condit. indeb. Rota coram Greg. decis. 198. num. 1. & ibi adden. litt. A. & coram Reuerendiss. Vrgell. dec. 35. num. 15. & in Romana Spolij coram Iust. apud Marches. de commiss. par. 3. fol. 45. n. 5.*

Quod autem vltrà d. summam scutorum 112. non se extendat obligatio D. Caualcantis patere visum est, quia ipse solummodò egit coram D. Meltio pro fructibus sui census decursis, & non solutis in summa sc. 112. & pro illis tantum obtinuit mandatum sub conditione, quod præstaret cautionem de euictione domus, quæ fuit per eum præstita, relatiuè tamen ad d. decretum, vt patet ex verbis, ibi: *Volens modo d. Horatius in executionem prædicti decreti D. Meltij contenta in ea adimplere, teneri voluit, &c.* & infra, ibi: *iuxta formam, & tenorem d. decreti, &c.* Ergo illius obligatio quantumuis generalis, & clausulis prægnantissimis concepta visa est deberi interpretari secundum subiectam materiam, necnon secundum verisimilem mentem Iudicis ordinantis, ac partis promittentis, cum in his prætorijs stipulationibus

2 † æquitas non patiantur, vt quis præter verisimilem mentem obligetur *l. in conuentional. & ibi DD. ff. de verb. oblig. Gabr. consf. 181. num. 17. lib. 1.* Verisimile autem omninò est, quod Iudex dum voluit D. Caualcantem obligari generaliter pro omni, & quacunque causa euictionis, non intellexerit id debere habere locum pro omni, & quacunque summa, sed tantum pro mensura quantitatis per D. Caualcantem exigendæ, pro qua solum iudicium mouerat, nam aliàs decretum fuisset penitus iniustum tanquam condemnans D. Caualcantem ad pręstandam cautionem pro integra euictione domus valoris sc. 1500. cum tamen solum scut. 112. esset consequuturus, vt

3 † autem hæc iniustitia euitetur omnis interpretatio sumenda est, etiam impropriando verba, *ad tradit. per Crauett. consil. 186. nu 5. vers. Ideò verba, Rota Ianuen. decis. 103. num. 3.* Idque eo magis dicendum est quo praxis quotidiana nos docet obligationes de euictione semper apponi

4 ad ratam pro qua† relaxatur mandatum, & cuius contemplatione, qui obtinet mandatum suscipit onus promittendi de euictione.

Nec etiam verisimile est, quod D. Caualcantes pro modica quantitate scut. 112. voluerit se obligare pro scut. 1500. cum certo quasi periculo ea

5 persoluendi, quia hoc fuisset † iactare suum, quod non præsumitur, *ad Text. in l. cum de indebito, ff de probat. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 122. nu. 54.* maximè cum agatur de summa considerabili,

6 † prout de summa scutorum mille, firmauit *Rot. dec. 195. nu. 9. par. 6. recent.*

Non obstat, quo venditores, & eorum Cessionarij teneantur præstare cautionem totius, etiam

7 si minimam † partem pretij velint exigere, iuxtà *Text. in l. si post perfectam, C. de euict.* & proindè in exequutionem huius præcepti legalis cautio totius censeatur præstita à D. Caualcante, quia textus

tus ille procedit in venditore, aut cessionario exigente residuum pretij post detectam euictionem in limita contractus, vt ibi declarant *Butrig. Belapert. Odofred. & Bald.* non autem postquam to-
8 tum pretium fuit solutum, † quia tunc molestiæ non dicuntur amplius imminere in limine contractus, *vt ibidem not. Glos. verb. ante pretium, Modern. de euict. quæst.* 85. *num.* 6. & 5. *Mastrill. dec.* 170. *num.* 10. *in fin. & num.* 11. *Rot. dec. s.* 281. *numer.* 6. *vers. & Odofred. par.* 2. *diuers.* & sic non potest habere locum in casu, de quo agitur, cum D. Caualcantes non egerit ad pretium domus, quod fuerat integrè solutum, & pro rata sc. 500. in hoc censu reinuestitum, sed ad istius fructus, quo casu cessat prouisio illius legis extrà quam non videtur admittenda cautio euictionis nisi pro quantitate exacta.

Nec dicatur, quod prædicta debent intelligi quando verè pretium est solutum, secùs si ficte
9 puta † quia in causam dotis versum sit, vt in casu *Castrens. consil.* 46. *sub num.* 2. *sed in casu lib.* 1. vel
10 ex eo census creatus † mediante ficta numeratione, *vt in decis. Giurb.* 100. *num.* 25. quia cessat omnis difficultas ex quo pretium domus fuit solutũ in contanti, & pactum, quod pro rata scutorum 500. reinuestiretur per venditorem in aliquo censu, qui staret obnoxius euictioni, & defensioni non afficit actualem illam solutionem pretij, eiusque veram translationem in dominium recipientis, quinimò, neque addidit vinculum pecuniæ vt sic, sed solum eam recipienti, & censui ex pecunia emendo sicuti etiam non minuit dominiũ recipientis ab initio successiua solutio scut. 500. infrà triduum facta Froscianti ex causa census ab ipso venditi, & empti per Naldum, quia solutio iam peperit effectum suum, & pecunia transiuit
11 in dominium recipientis, † licet penès ipsum modico tempore remanserit, & ex alia causa retrosoluatur soluenti, *Bald. in l. si tibi num.* 1. *Iason. num.* 10. *ff. si cert. petat. Rot. decis.* 468. *nu.* 5. *par.* 1. *recent.*

Non obstat, quod D. Caualcantes suscipiendo terminum 30. dierum videatur agnouisse iustitiã decreti vltimo loco emanati contra ipsum ab A. C. & proindè declarasse suam obligationem esse pariformiter relatam ad quamcunque euictionẽ,
12 & quantitatem, etiam vltrà summam † exactam, quia hoc non procedit in susceptione termini metu mandati, & erroneè facta, *vt per Gratian. discept.* 501. *num.* 1. *& seqq. Rot. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis.* 373. *nu.* 17. & 18.

Nec demum potest dici, quod D. Caualcantes se obligauerit intuitu census, seù correspectiuè ad ipsum, non autem ad fructus quia contrarium elicitur ex instantia ab ipso facta coram Domino Meltio, & ex illius decreto ex quibus fuit originata dicta cautio, & in quibus nullatenus fuit actum de censu, seù illius sorte, sed solum de fructibus pro quibus dumtaxat fuit relaxatum mandatum, & ideò cautio ista iudicialis referenda est ad suam propriam materiam iudicialẽ,
13 †non autem ad censum tunc neque in iudicium, neque in controuersiam deductum, *Crauett. cons.* 16. *nu.* 5. *Surd. cons.* 326. *num.* 14. *in fin. Rot. decis.* 224. *num.* 11. & 12 *par.* 5. *recent.* Propterea census vti redactus ex pretio domus ex particulari partium conuentione iam erat affectus pro euictione, & ideò nec Iudex, nec D. Caualcantes censentur de illo intellexisse.

Nec releuat, quod saltem aderat duplex obligatio D. Caualcantis, vna respectu sortis principalis census, ex quo poterat ab eo auocari in casu euictionis ex conuentione præcedenti, altera respectu quantitatis exactę scut. 112. pro fructibus, & quod ideò mandatum potuerit pro vtraque sustineri, quia cum D. Caualcantes in acquisitione d. census titulo oneroso facta non promiserit de euictione domus, itaut ex stipulatu potuisset pro ea conueniri, neque D. Rosciolus intellexerit auocare à D. Caualcante censum vti affectum pro euictione, contra ipsum egerit pro molestijs super domo illatis, & ad liberatione à molestijs super domo illatis, & ad faciendum consentire DD. de Veteris iuxtà formam suæ obligationis, & super hoc obtinuerit mandatum de cuius executione agitur, clarè patet quod mandatum taliter obtentum non potuit referri ad obligationem D. Caualcantis factam in acquisitione census, quæ non adest, sed intelligendum est de obligatione euictionis facta pro solis scut. 112. in causam fructuum exigendorum, quæ ex supra deductis nihil commune habet cum sorte principali census de qua non agebatur.

Cum ergo hæc causa fuerit delata ad Rotam cum clausula, *si quid exequendum*, & agatur non de auuocando censu ex capite euictionis, sed de obligatione exequenda respectu facti promissi euictionis pro mensura quantitatis exactæ, sequitur, quod si ex hoc capite non potest sustineri mandatum, nec etiam poterit sustineri ex capite auuocationis census, quæ non fuit petita, neque in mandato deducta, ex quo clausula *si quid exe-*
14 *quendum*, procedit tantum ex eisdem, nec potest ex nouiter deductis iustificari, *Grat. discept.* 373. *num.* 3. *Rota in rec. dec.* 142. *nu.* 1. *par.* 1. *& in Romana Census impressa per Marches. de commiss. p.* 1. *fol.* 751. *nu.* 1. & ideò non potest sustineri mandatum ex causa in eo non deducta.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ROIAS.

Posteà Episcopo Tarraconen.

Licien. Cantoriæ.

Veneris 23. *Martij* 1640.

ARGVMENTVM.

Manutentionis in iudicio summarijssimo illa anteriori conceditur possessori, quamuis alter haberet titulum, de quo possessor antiquus careret; quia in hac materia titulus nec requiritur nec attenditur, commisso simpliciter obtenta facit sententiam appellabilem ad vtrumque effectum.

SVMMARIVM.

1 *Possessio alicuius probatur ex confessione aduersarij in qua petijt illum dimittere possessionem, & numer.* 2 *Man- seqq.*

2 *Mandatum procuræ in quo pars fatetur aduersarium possidere, illius possessionem probat.*
3 *Possessio anterior in concursu posterioris manuteneri debet.*
Amplia quamuis iunior esset titulata, & antiqua careret titulo ibidem.
4 *Titulus non requiritur, nec attenditur in materia beneficiali, quoties agitur de summarijssimo manutentionis.*
5 *Iudex nulliter, & iniustè procedens non priuat aliquem sua possessione si ille non habuit se pro spoliato.*
6 *Testes affuturi sine partis citatione examinati non habentur in consideratione, si alij Testes præsentes examinari potuissent.*
7 *Executio gratiæ quoties ex testibus seruatis seruandis iustificari potuisset absque eo quod in longum protraheretur.*
Non recipit iustificationem à testibus affuturis sine citatione partis examinatis ibidem.
8 *Possessio capta post appellationem intra legitima tempora interpositam à vitio attentatorum saluari non potest.*
Signatura si causam executiuam, & appellationem non recipientem simpliciter commisit.
Declarasse dicitur causam ad vtrumque effectum appellabilem, eaque commissio ad diem sententiæ, et interpositæ appellationis retrotrahitur.
Itaut omnia medio tempore gesta dicantur attentata ibidem.

DECISIO CCXIV.

Domini dixerunt Nicolao Natali dandum dandum esse mandatum de manutenendo in possessione Cantoriæ de qua agitur, quia constat de
1 eius possessione anteriori, † non tantum ex confessione Metelli Brundusini aduersarij petentis immissionem expulso, & amoto Nicolao iuxtà, *text. in l. decem, ff. de verb. obligat. l. manumissiones, ff. de iust. & iur. Gregor. dec. 40. nu.2. & dec. 553. num. 3. Caual. dec. 106. n.1. & 2. Duran. decis. 21.*
2 *num. 3.* sed etiam ex mandato procuræ † d. Metelli quo fatetur Nicolaum possidere *Rot. dec. 326. num. 2. p. 6. recent.* habenti autem anteriorem possessionem dandam esse manutentionem in con-
3 cursu † cum possessione posteriori est satis tritum, quamuis iunior esset titulata, & antiqua careret titulo, *Bart. in l. si de eo, §. vltim. in fin. ff. acquir. possess. Alex. cons. 88. num. 12. ad fin. lib. 5. Afflict. dec. 363. nu. 4. Menoch. de retinend. rem. 3, num. 728. Rot. dec. 35. num. 5. p. 2. recent.* nec in materia beneficiali in summarijssimo possessorio
4 manutentionis † requiritur, nec attenditur titulus, *Rot. diuers. dec. 595. n.8. p. 1. & 187. n. 5. p. 4. Greg. decis. 40. n. 5. & 7. & dec. 323. nu. 2. Duran. decis. 13. num. 5.*

Nec obstat, quod Metellus possideat Cantoriam controuersam auctoritate Iudicis præceden-
5 te sententia, † quia cum Iudex nulliter, & iniustè procusserit non priuauit Nicolaum sua possessione, nec ipse habuit vnquam se pro spoliato, ex *Bart. in l. 1. §. huius num. 3. ff. vti possid. Put. decis. 409. num. 4. lib. 2. in correct. Gregor. dec. 549. num. 5.*

Nullitas autem, & iniustitia sententiæ visa fuit Dominis concludenter probari ex eo, quia fuit processum ad sententiam ad fauorem Metelli litteris non iustificatis, non citato Nicolao Natali, quamuis Metellus pro iustificatione gratiæ examinari fecerit duos testes affuturos, tamen cum antea produxerit alios testes præsentes in Curia, eosque iurare fecerit post examen prædictorum, & post protestationem partis, examen dictorum testium vti secutum Nicolao legitimè non citato non substinetur, cum possent examinari dicti alij testes, præsentes in Vrbe qui iurauerant pro dicta iustificatione citato
6 procuratore Nicolai, † cum non adesset periculum, quod probationes perirent; propterea dicti Testes affuturi non fuerunt habiti in consideratione, & gratia remansit iniustificata, cum per examen dictorum aliorum testium executio in
7 longum non differetur, † seruatetur iuris ordo per *text. in l. fin. C. de testib. cap. præsentata eod. titul. Abb. in cap. quoniam frequenter, nu. 8. vt lit. non contest. Rot. dec. 3. de testib. in antiq. Vestr. in prax. lib. 6. cap. 2. num. 3.*

Dicebant etiam Domini possessionem captam per Metellum Brundusinum à vitio attentatorum non posse excusari, & propterea eius possessionem non esse manutenibilem vti captam post ap-
8 pellationem † interpositam intra legitima tempora, sed immò attentatam *per text. in c. non solum de appellat. in 6. cap. post appellationem 2. q. 6. Rot. in rec. dec. 598. nu. 1. par. 1. & dec. 102. nu. 5. p. 5.* Nec obstat quod sententia lata pro executione litterarum Apostolicarum vti lata in iudi-
9 cio executiuo non esset † appellabilis ad effectum suspensiuum, quia immò appellabilem ad vtrumque effectum fuisse declarauit Signatura per successiuam commissionem, quæ retrotrahitur ad diem sententiæ interpositæ appellationis etiam adhoc, vt gesta medio tempore dicantur attentata per *text. in l. vnica, ff. nil. nou. appell. pend. Io. Andr. in cap. si à Iudice de appell. in 6. Ias. in l. 1. num. 1. C. de bon. possess. secund. tabul. Lancellott. de attent. appellat. pend. ampliat. 19. numer. 1. Duran. dicis. 96. num. 4.* & fuit dictum *in Romana domus 27. Octobris 1625. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Mantuana iuris pascendi 27. Iunij 1628. coram bon. mem. Cardin. Virili*, quæ allegat concordantes.

Et ità resolutum vtraque parte informante, &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO

Sacræ Rotæ DECANO.

Theatina, seù Mullius Abbatiæ.

Lunæ 26. Martij 1640.

ARGVMENTVM.

Materia regressus breuiter in hac decisione declaratur, quod scilicet non faciat cessare pensionem, nisi quando super eo sententia pronunciatur quoad dominium, & posesionem secus verò vbi sola possessio vigore mandati de associando auocatur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pensio remanet extincta per regressum obtentum à primeuo titulari.*

2 *Contrarium quod per regressum non extinguatur pensio, sed solum ex eo resultet exceptio defectus causæ in obligato pensionem soluere, intellige, vt num. seqq.*

3 *Regressus ad beneficium resignatum obtentus, vt faciat cessare pensionem requiritur, quod fueris incommutabiliter concessus titularis.*

4 *Si obtinuit manutentionem aduersus regressum per pensionarium petitum, non potest allegare regressum, & quoad ius, & quoad manutentionem habuisse effectum.*

5 *Regressus tunc reintegrat ad titulum quando super eo ritè, & rectè pronunciatur.*

Secus quando sola auocatur possessio vigore mandati de associando ibidem.

9 *Titularis si non habuit pro spoliato, quando pensionarius regressum obtinuit, tenetur integram pensionem soluere, & num. seqq.*

7 *Pensionis in materia non fit remissio ad exiguitatem fructuum.*

8 *Locatio facta post obtentum mandatum de manutenendo ab altera parte, facit locatorem teneri ad damna, & interesse, & num. seqq. vbi vide.*

DECISIO CCXV.

Ex causa resignationis Abbatiæ S. Petri de Capistrano, quam fecit Dominus Abbas Federicus Capponius ad fauorem Abbatis Iosephi Strappolæ de mense Decembris 1629. fuit eidem resignanti auctoritate Apostolica reseruata annua pensio ducatorum 207. auri de Camera super fructibus, & prouentibus duorum beneficiorum per d. Strappolam resignatarium possessorum, nempè super fructibus Archipresbyteratus S. Mariæ de Paganica, & S. Antonij de Offeno; quæ pensio erat soluexda in duobus terminis. Primò in festis S. Ioannis de mense Iunij 1630. Secundo, in festo Natalis Sanctiss. D. N. eiusdem anni, & ita consensit, & se obligauit in forma Cameræ d. Strappola; sed quia non soluebat terminos anni 1630. & 1631. Abbas Capponius intentauit regressum, & obtinuit mandatum de associando ab A. C. cuius vigore locauit de anno 1632. bona d. Abbatiæ ad triennium, pro quo recepit affictus ascendentes ad duc. 690. monetæ Regni. Finita d. locatione triennali locauit eadem bona ad quadriennum, quod durauit per totum annum 1638. & habuit affictus ascendentes ad summam ducatorum monetæ Regni 780. Interim Strappola obtinuit mandatum de manutenendo ab hoc Tribunali. Vndè Abbas Capponius petit residuum pensionum decursarum: quia affictus ab eo percepti non adæquant summam pensionum sibi debitarum, & ego dubitaui, an d. residuum deberetur, & pro qua summa; Et Domini responderunt deberi, & Abbatem Federicum Capponium præfatum remanere creditorem Strappolæ in duc. 719. 37. auri de Camera.

Etenim pensio, quæ fuit debita d. Abbati Capponio pro tribus annis 1632. 1633. & 1634. ad rationem ducatorum auri de Camera 207. annuorum faciebat summam ducator. 621. Affictus verò percepti à prædicto Abbate in d. tribus annis fuit, vt supra dixi ducator. 690. monetæ Regni, qui faciunt solum ducatos auri de Camera 431. 95. & sic Strappola remansit debitor in duc. Cameræ 190. & 50. de an. 1634.

Pro terminis vero decursis, & non solutis in quadriennio secundæ locationis incipien. ab ann. 1635. ac etiam per totum ann. 1639. qui in totum sunt decem termini Strappola erat debitor in duc. 1035. auri de Camera, sed quia Abbas Capponius recepit ex Affictibus duc. 780. regni constituentibus summam ducatorum auri de Ca. 505. 13. Strappola remansit debitor in ducatis auri de Cam. 520. demptis baiocchis 13. cui summæ ducat. 520. addendo summam supradictam ducatorum 190. 50. residuum anni 1634. creditum Abbatis Capponij remanet & clarum in d. ducatis 719. 37.

Non obstat, quod à die intentati regressus, vt
1 pensio † remanserit extincta, quia res sua nemini seruit, vel Abbas Capponius non possit plus petere, quam fructibus Abbatiæ perceperit, perinde ac si per regressum euaserit iterum titularis Abbatiæ resignatæ.

Quia fuit responsum ad primum motiuum, per
2 regressum non extinguitur † pensio, licet ex eo resultet exceptio defectus causæ in obligato soluere pensionem, qui conuentus tali casu potest opponere defectum causæ, vt puta quod non habet amplius, beneficium, sed hoc habet locum
3 quando regressus tradidit ius, & dominium incommutabiliter, secus quando fuit nulliter concessus, & reuocatus, vt in casu nostro, in quo
4 Strappola non † acquieuit regressui, sed obtinuit manuteneri nunquam se habendo pro spoliato.

Ad secundum motiuum fuit responsum, quod
5 regressus tunc reintegrat ad titulum, † quando super eo ritè, & rectè pronunciatur, secus quando solum auocatur possessio vigore mandati de associando; quod non priuat titulo, neque proprietate, immò in hac facti specie ex supradictis neque peiuauit possessione Strappolam, qui non habendo se pro spoliato semper remansit Abbas, & propterea tenetur soluere integram pensionem
7 licet † fructus Abbatiæ tantundem non reddiderit, cum in materia similium pensionum non fit remissio ad exiguitatem fructuum alicuius anni.

Denique non officit obiectio, quod post obtentum mandatum de manutenendo à Strappola de anno 1636. non potuerit Abbas Capponius
8 locare bona, † vel percipere affictus, & locando fuerit obligatus ad damna, & interesse Strappolæ.

Quia fuit responsum, quod locatio fuit facta ante mandatum de manutenendo concessum Strappolæ à Iudice; Vndè etiam ipse tenebatur stare conductori, à quo si Abbas Capponius exegit affictus, dum illos hodiè accepto fert Strap-
9 polæ † non infert ei præiudicium, maximè quod locatio fuit facta præuijs diligentijs, quas prudentissimus Paterfamilias in re sua fecisset.

Et ità conclusum vtraq; parte informante &c.

R.P.D.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Meleuitana Antianitatis.

Lunæ 26. Martij 1640.

ARGVMENTVM.

Remissoriam ad obtinendam super obseruantia interpretatiua statutorum sufficit quod verba statuti, vel sint obscura, & dubia, vel non adeò clara, vt ei non possit adaptari interpretatio, quæ probari prætenditur.

SVMMARIVM.

1 *Actus vnicus sufficit in possessorio retinendæ.*
2 *Consuetudo, seù obseruantia præcedendi, vel vt dicunt antianitas inducitur ex cursu longi temporis.*
3 *Præeminentiarum in materia de iure ad obseruantiam recurri solet.*
4 *Statuta Religionis Hierosolymitanæ quod Equites non possint super suo gradu molestari elapso quinquennio à die receptionis.*
Iuuant equius in materia prabeminentiarum, & præcedentiæ si tantum tempus, & vltra effluxerit ibidem.
5 *Lex procedens per viam declarationis comprehendit, etiam casus, etiam præteritos, seu de præterito causam habentes.*
6 *Iudicij origo attenditur ad dignoscendum quis actor vel reus iudicari debeat.*
7 *Verba statuti esse dubia sufficit ad effectum concedendi remissoriam, vt probari possit obseruantia interpretatiua eiusdem statuti, & nu. 10 & seqq.*
8 *Testes nulliter examinati inseruiunt pro fumo ad concessionem remissoriæ.*
9 *Remissoria non conceditur ad probandam obseruantiam interpretationi Rotali contrariam.*

DECISIO CCXVI.

Iterum hodiè pro concessione Remissoriæ ad fauorem D. Baiulini Valdinæ responderunt DD. ex releuantia materiæ articulatæ, & signanter in ea parte in qua articulatur dict. D. Valdinam fuisse receptum ante D. Equitem Malabaylam, & à die suæ receptionis semper habuisse antelationes, & præeminentiam supra omnes alios Equites abinde citrà receptos, & nominatim supra d. D. Malabayiam in sedendo, incedendo, votando, & in quibuscumq; alijs actibus iure antianitatis competentibus, ipsumq; in huiusmodi quasi possessione à quinquaginta circiter annis eodem D. Malabayla non reclamante, aut contradicēte continuasse, ac de his antelationibus, & præeminentijs scripturam fieri non consueuisse; hæc namque probatio si fieret non leuiter deseruiret in ista causa antianitatis, quæ inter DD. Valdinam, & Malabaylam vertitur
1 nedum in possessorio retinendæ, † in quo vnicum actum sufficere dixerunt *Rip. in c. cum Ecclesia, num. 53. de caus. poss. & propr. & ibid. Alb. nu. 23. cum allegat. in alia dec. quæ reuidetur, Rot. dec. 53. num. 1. par. 5. rec. & passim in aliis.* Verum etiam in petitorio, tum inspecta dispositione iuris cōmunis, iuxtà quam ex cursu tanti temporis dici posset inducta ad fauorem d. D. Valdinæ consue-
2 tudo, seu obseruantia † præcedendi, & prædictas antelationes iure antianitatis obtinendi. *Greg. XV. dec. 17. num. 4. cum aliis alleg. in d. dec.* cum
3 in hac materia præeminentiarum de iure † ad obseruantiam recurri soleat ex cumulatis *in ead. dec. & in dec. 15. n. 14. & dec. 322. num. 10 par. 6. recent.* in quibus aliæ referuntur; Tum etiam inspecto *stabilimento Religionis 25. de recept. fratr.* in qua expresè cauetur nulli Equitum elapso quinquennio à die receptionis posse moueri quæstionem super suo gradu, ibi, *A niuno però passati cinque anni si muoua lite sopra il suo grado;* iuncta ordinatione capitulari 13. eodem tit. quæ d. stabilimentum nominatim extendit ad quæstiones, & lites etiam super gradu antianitatis, ibi, *Nulli imposterum post quinquennium à die suæ receptionis aliqua quæstio, aut lis inferatur super suo statu, receptione, vel gradu antianitatis,* & in eadem *dec.* comprobatum fuit, quorum stabilimenti, & ordinationis attenta dispositione idem D. Valdina in ista quæstione antianitatis facilè se tueri
4 posset huiusmodi exceptione lapsus, † non vnius solum, sed ferè decem quingenniorum, quæ à die suæ receptionis effluxerunt, *ad text. in cap. exceptionis de lit. contest. in 6. vbi Innoc. Bald. in l. edicto n. 37. C. de edict. Diu. Adr. toll. Felin. in c. licet causam n. 17. de probat. Rot. in Aegyptaten. Commendæ 5. Martii 1629. coram R. P. D. meo Merlino.*

Non obstat, quod prædicta ordinatio capitularis tanquam edita de ann. 1603. in Comitijs generalibus non comprehendat casum huius antianitatis cæptæ de anno 1588. Quia cum illa præcesserit per viam declarationis, & extensionis *d. stabilimenti 25. de recept.* ibi; *Extendentes, & declarantes, vt nulli imposterum à die suæ receptionis lis aliqua, seu quæstio moueri possit super eius statu, receptione, vel gradu antianitatis, vitio tamen origi-*
5 *nis à Iudæis, & Saracænis excepto* † visa fuit comprehendere etiam casus præteritos, seu de præterito causam habentes, perindè, ac si in eodem stabilimento emanata fuisset *l. sed posteriores 28. ff. de legib. Felin. in c. vltim. num. 4. & ibi Dec. nu. 13. de constit. Menoch. conf. 792. n. 8.*

Non obstat, quod D. Valdinæ non fuerit mota aliqua lis, sed imò ipse tranxerit D. Malabaylam in iudicium super huiusmodi antianitate, nam obiectum ex hodiè deductis videbatur cessare ex facto, quandoquidem cum D. Valdina peteret in concursu antianorum dignitatem Admiraliatus in illius smutitione insurrexerunt DD. Equites Meltius, Narus, & d. Malabayla prætendentes eandem dignitatem, simulque se esse magis antianos D. Valdina, sed consilium adiudicauit Admiraliatum D. Equiti Scalamonti, vt magis antiano, reseruata discussione antianitatis excitata per dd. DD. Meltium, Narum & Malabaylam, qua deinde discussa concessit manutentionem D. Valdinæ in quasi possessione suarum antelationum, cumque deindè D. Malabayla non fuisset eius appellationem in tempore prosecutus, consilium completum pronunciauit causam esse desertam, & ab indè citrà D. Valdina continuauit in eius possessione, d. verò

Malabayla obtinuit causam in Rota committi in gradu restitutionis in integrum, ex qua facti serie colligitur D. Valdinam in causa huius antianitatis non fuisse actorem, sed potius à prædictis Meltio, Naro, & Malabyla ad iudicium
6 prouocatum fuisse, cum origo iudicij † soleat attendi ad dignoscendum quis actor, vel reus iudicetur. *Crauett.cons.182.n.2.Rot.dec.30.nu.10.par.5.rec.*

Præterea visus etiam fuit releuans articulus concernens obseruantiam stabilimentorum eiusdem Religionis computandi scilicet antianitatem non simpliciter, & indistinctè à die solutionis passagij, adeout in omni casu is qui prius soluit passagium dicatur magis antianus, sed regulariter in omnibus à die præsentationis probationum in Conuentu, & in pueris à die eorum receptionis, dummodo illi non sint minores duodecim annorum, à die verò solutionis passagij in ijs quibus fuit mota lis super antianitate ante solutionem passagij, secus autem in ijs, quibus fuisset mota lis post solutionem eiusdem passagij, quia tunc antianitas esset computanda in omnibus à die præsentationis probationum in Conuentu, & in pueris à die eorum receptionis, hęc namque obseruantiæ probatio esset profutura D. Valdinæ, qui passagium quidem soluit post D. Malabaylam, sed ante litem sibi motam super huiusmodi antianitate, & consequenter etiam admissa posteriori solutione passagij posset pretendere illius antianitatem esse annumerandam non à die solutionis passagij, sed à die suæ prioris receptionis.

Non obstat, quod antianitas debeat currere à die soluti passagij iuxta stabilimentum 15. de communi ærario, ibi, *Percioche vogliamo, che l'Antianità si computi dal giorno, che intieramente hauerà pagato il passaggio*, & ideò non debeat admitti probatio contra eiusdem stabilimenti claram dispositionem; Nam fuit responsum dispositionem d. stabilimenti esse quidem veram in suo particulari casu, quo scilicet fuit mota lis ante solutionem passagij non autem in casu quo lis fuisset mota post solutionem eiusdem passagij, in isto namque casu tantum abest, quod verba d. statuti sint clara pro computatione antianitatis à die solutionis passagij, quinimmò contrarium colligitur ex illis verbis, *A niuno però possa esser mossa lite sopra l'antianità, dopò che hauerà pagato il passaggio*, necnon ex alijs verbis immediatè sequentibus, aduersatiuè positis, ibi; *Mà non gli giouarà se pagarà doppo che la lite sarà cominciata*, quæ verba non obscurè indicant in solo casu quo lis sit mota ante solutionem passagij computationem antianitatis esse faciendam à die solutionis passagij, non autem extrà casum prædictum, vel saltem negari non potest quin extra casum prædictum verba d. statuti sint dubia
7 quod sufficit pro concessione Remissorię ad probandam obseruantiam interpretatiuam eiusdem statuti ad hoc, vt in facti contingentia quid alias fuerit seruatum, dignoscatur *Cresc.dec.1.de const. Caual.dec.427.n.2.Rot.dec.419.n.6.& dec.448.n.4. par.1.rec.*& nuperrimè in altera *Meleuitana Commendæ 7.huius mensis coram R.P.D.meo Roias.*

Præsertim cum extrà casum, in quo fuit mota lis super antianitate ante solutionem passagij, adsint duo alia stabilimenta aliter disponentia circa modum computandi antianitatem, videlicet, *in quibuscumque à die præsentationis probationum in Conuentu, vt in cap. 23. de recept. fratr.* ibi; *Nel qual tempo goda l'antianità*, & in pueris à die eorum receptionis, *vt in cap. 13. eod.tit.* ibi; *... Mastro però concede, che si elegga otto fanciulli di quella natione, che egli vorrà, & in qualsiuoglia grado per suo seruitio domestico, à quali non si possa opporre cosa alcuna circa l'età, ouero antianità*, si enim antianitas indistinctè, ac simpliciter à die solutionis passagij esset computanda, vtique prædicta duo stabilimenta circa computationem antianitatis in omnibus regulariter à die præsentationis probationum in Conuentu, & in pueris à die eorum receptionis, correcta, & abrogata ... cerentur.

Prædictaque facilius procedere visa fuerunt, cum detur non leuis fumus huiusmodi articulatæ obseruantiæ resultans non solum ex sententia alias in partibus ad fauorem Equitis Petri Francisci de Cruce, qui obtinuit computari suam antianitatem à die præsentationis probationum in Conuentu, non autem à die solutionis passagij, verum etiam ex attestatione plurium Equi-
8 tum seniorum eiusdem Religionis, † qui licet nulliter examinati, deseruiunt pro fumo ad effectum Remissoriæ, *Peregr.cons.213.lib. . Rot. coram Conchen. Archipresbyteratus 16. Iunii 1545. coram Litta, & coram Gregor XV.dec.163.n.1.*

Non releuat quod Rota sæpè dixerit antianitatem esse computandam à die solutionis passagij iuxtà d. statutum 15. de communi ærario, & ideò non debeat dari Remissoria, ad probandum d. obseruantiam interpretationi Rotæ contrariam, vt in terminis fuit dictum *in Meleuitana Antianitatis 16. Nouembris 1635. coram Reuerendiss. D. meo Decano*. Nam aduertebant DD. in casu d. decisionis non fuisse sic distinctè, & explicitè articulatam istam obseruantiam, prout hodiè articulatur, neque articulum controuersum computandi scilicet antianitatem à die solutionis passagij etiam extrà casum quo lis fuit mota super antianitate ante solutum passagium, fuisse alias à Rota decisum; Vndè fatebatur se dicebant DD. verba d. statuti extrà casum prædictum non esse adeò clara vt non possint
10 aliter interpretari, † adhuc vt Remissoria ad probandum obseruantiam interpretatiuam concedatur, *Caual. dec. 363. num. 1.* & fuit dictum *in Valentina Præeminentiarum 11. Martij 1630. & 5. Decembris 1631. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Valentina iuris sedendi 15. Martij 1635 coram R.P.D. Panzirolo*, & in terminis stabilimenti huius Religionis ad probandam obseruantiam interpretatiuam *in Campanien. Prioratus 18. Maij 1618 coram bo.m.Seleucien & in Meleuitana Commendæ 7. Maij & 27. Iunij 1635. coram R.P.D. meo Pirouano*, & passim in alijs.

Et ità vtraque &c.

R.P.D. PANZIROLO
Postea S.R.E. Cardinali.
Romana Saluiani.
Veneris 20. Aprilis 1640.

AR-

ARGVMENTVM.

Mulier remittens iura dotalia super bonis viri ad fauorem emptoris non potest postea, nec ipsa, nec eius hæredes agere iudicio Saluiani super renunciatis. Obligatio mulieris quando sub modo non autem sub conditione facta dicatur, & qualis vnus, qualisue altera iudicetur.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana non intrat stante iniustitia sententiæ.*
2 *Renuncians cuicumque hypotecæ sibi quomodolibet competen. non potest deinde nec ipse, nec eius hæredes agere iudicio Saluiani.*
3 *Exceptio cedendarum obstat renuncianti.*
4 *Renunciatio conditionaliter facta conditione non impleta euanescit.*
5 *Modus non conditio dicitur si aliquid actu perfecto, & effectuato erat adimplendum in futurum.*
Hinc defectus illius actum non resoluit, ibidem & nu. seq.
6 *Multiplici pro effectuatione contra venditorem qui illud facere debet, non contra emptorem agi potest.*
7 *Renunciationis causa impulsiua renunciationem non facit corruere etiamsi non sequatur effectus.*
8 *Maritus si in venditione bonorum se obligauit facere vxorem consentire, cum hoc quod de pretio debeat fieri multiplicum.*
Talis obligatio dicitur causa finalis vxoris consensus, multiplicum verò impulsiua, ibid.
9 *Causis puta duabus finalibus in mulieris obligatione interuenientibus, sufficit, vt vna adimpleatur.*
10 *Hæreditas defuncti discuti debet ad hoc vt dicatur impetens ad solutionem æris alieni.*
11 *Debitorem esse soluendo de tempore celebrati contractus sufficit vt substineatur renunciatio mulieris, super certis bonorum corporibus eiusdem debitoris.*
12 *Amplia quia habet locum etiam in contractibus habentibus tractum successiuum.*
13 *Mulier si renunciauerit hypotecæ dotali super bonis viri ad fauorem emptoris, non potest contra renunciationem venire.*
Nisi in solo casu quo remaneret penitus indotata, ibidem.
14 *Amplia conclusionem fortius procedere si in renunciatione adesset iuramentum.*

DECISIO CCXVII.

Domini responderunt non esse locum Aegidianæ, quia illa non intrat stante iniustitia
1 † Sententiæ, *Gab. cons. 36. nu. 1. Mant. dec. 33. n. 3. Rot. decis. 98. n. 2. p. 6. rec.* quæ visa fuit clara in casu, de quo agitur, cum A.C. concesserit immissionem ex saluiano Cæciliæ, & Victoriæ vti creditricibus dotis Angelæ matris prędefunctæ in domū, de qua agitur olim possessam per q. Paulum earundem patrem, & d. dotis debitorem, & ab eo venditam Marchioni Tarquinio Sancta Crucio, & in cuius possessionem hodiè reperitur D. Marchionissa Liuia Prima Sancta Crucia ad effectum, vt dd. sorores possent de suo credito satisfieri, quam tamen immissionem concedere non poterat stante solemni renunciatione facta per eandem Angelam de anno 1605. cuicumque hypotecæ pro dote competenti in d. domo, & amplissima obligatione de nō molestando, nec molestari faciendo vllo vnquam tempore, nec per aliquem casum Marchionem Tarquinium emptorem, reseruato sibi tantum iure pro recuperatione scut. 1500. ipsi debitorum pro residuo suę dotis scutorum 6500. post finitum multiplicum, per quam adeò sibi præiudicauit, vt
2 non potuerit amplius, nec ipsa, † nec eius hęredes vigore prædictæ hypotecæ obtinere in Saluiano *l. si debitor, §. a in venditione, l. sicut, §. si voluntate, quib. mod. pign. vel hypoth. solut. l. creditor, ff. de reg. iur. Pacif. de salu. inspect. 5. c. vnico, n. 66. Gregor. decis. 67. nu. 3. & 9.* vbi quod stante re-
3 nunciatione obstat illi exceptio † cedendarum, & in hic præcisis terminis firmauit, *Rot in Romana Saiu. interd. coram bo. me. Manzanedo impressa apud Marches. de commiss. p. 2. pag. 468. n. 6 & seq.*

Non potest dici, quod d. renunciatio fuerit conditionalis videlicet intuitu futuri multiplici, quod deberet stare pro euictione præfatæ domus venditæ per Petrum Paulum Marchioni Tarquinio ad effectum, vt super eo posset Angela de suo credito dotali satisfieri, & sic eo non sequu-
4 uto, † renunciatio euanuerit tanquam conditione non impleta *iuxtà decis. Seraph. 1097. nu. 1. Negus. de pignor. 3. num. 6. par princ. nu. 25. vers. 3. fallit,* quia cum multiplicum esset faciendum in pluribus annis, & sic postquam Tarquinius emptor irreuocabile dominium domus mediante renun-
5 ciatione mulieris acquisiuerat, multiplicum non dicitur contemplatum, vt conditio, sed vt modus, *Bart. in l. quibus, §. termilius nu. 1. ff de condit. & demonstr. Bero cons. 30. n. 6. & cons. 66. n. 5. lib. 2. Natt. cons. 313. num. 28. Crauett. cons. 59. num. 1. Menocch. cons. 131. num. 2. Surd. decis. 156. num. 6. Rot dec. 293. num. 14. & 15. par. 5. recent.* cuius defectus non resoluit renunciationem, itaut ea non obstante d. sorores agere potueri contra tertium possessorem qualis est D. Marchionissa Liuia, sed solum vti representantes Angelam matrem agere potuissent contra
6 Petrum Paulum venditorem, † cui onus multiplici incumbebat pro illius effectuatione non autem contra tertium possessorem, vt bene inter conditionem, & modum distinguit, *Bart. in l. sicut, §. videamus, ff. quib. mod. pign. vel pypot. sol. Negus. de pignor. nu. 3. par. 6 nu. 31. vers. secus autem Surd. dec. 156. num. 6. & 7.*

Quod verò multiplicum esset faciendum à Petro Paulo patet ex Intrumento venditionis, dum ibi dicitur, quod fiat cum consensu Tarquinij emptoris, dum enim requirebatur consensus Tarquinij, necessario sequitur, quod actus cui Tarquinius consentire debebat, ad aliud spectaret, cum nemo dicatur consentire actui per ipsum faciendo, sed solum muniri per alium obeundo, & quamuis idem emptor fuerit ad id constitutus procurator reuocabilis, hoc tamen factum fuit pro maiori ipsius securitate, ex quo illius valdè intererat multiplicum fieri, ad euitandas molestias, quæ tractu temporis super vna ex domibus venditis sibi potuissent contingere

occaſione fideicommiſſi conditi à Franciſco Contugio, & ſic ex prædictis verbis non poteſt inferri, quod obligatio reinueſtiendi ſpectaret ad Tarquinium.

Nec refragatur dicere, quod tale multiplicum fuerit cauſa renunciationis Angelæ, quæ propterea corruit eo non ſequuto, quia hoc procedere, ſi multiplicum fuiſſet cauſa finalis ipſius
7 renunciationis, † non autem impulſiua vt patet ex lectura Inſtrumenti. *Bald. conſ.* 340. *nu.* 2. *lib.* 3. *Surd.conſ.* 298. *num.* 32. *verſ. tamen. hoc eſt verum, & nu.* 23. *Rot. deciſ.* 587. *nu.* 6. *par.* 1. *& deciſ.* 20. *num.* 2. *&* 11. *par.* 5. *recent.* Cauſa enim finalis ſolum fuit præcedens obligatio Petri Pauli viri de faciendo conſentire Angelam vxorem,
8 † verba verò, vt multiplicum fiat, non important cauſam finalem, ſed modum, *Surd. conſ.* 361. *nu.* 17. *in fine.* Et quatenus eam importarent, & ſic plures fuiſſent cauſæ finales, adhuc videbatur
9 ſufficere, † quod altera ex illis fuiſſet adimpleta, licet non omnes. *Rota d. deciſ.* 20. *num.* 15. *& deciſ.* 363. *num.* 7. *par.* 5. *recent. Buratt. dec.* 110. *num.* 16.

Sed videbatur ceſſare omnis difficultas, ex quo de anno 1626. eadem Angela cum ſolemnitatibus requiſitis ratificando prædictam renunciationem præſente, & ſtipulante Petro Paulo eius viro, faſſi fuerunt, quod cum multiplicum iam eſſet peruentum ad ſummam ſc. 538?. prout debebat ex illis emptus fuit cenſus à Franciſco d. Tarquinij filio in annuo perpetuo fructu ſc. 322. b. 80. ad fauorem ipſius Petri Pauli, ac Fuluij eius filij aliorumque vocatorum ac comprehenſorum in fideicommiſſo Franciſci Contugij, vt in Sum. *num.* 3. in qua creatione cenſus Angela citrà præiudicium ſuorum iurium ſuper omnibus, & quibuſcumq; alijs bonis Petri Pauli, reſeruauit ſibi ius, vt poſſet ſuper fructibus d. cenſus in futurum decurrendis ſatisfieri de quocumq; eius credito, etiam poſt Petri mortem, etiam quod de eo tempore fructus ſpectare deberent ad Fuluium vti vocatum ad fideicommiſſum d. Contugij, cui reſeruationi tam Petrus Paulus, quam Fuluius conſenſum præſtiterunt, vt in Summ. *num.* 4. qua propter cum extet cenſus emptus ex multiplico, pro vt emi poterat ex conuentione facti inter partes in venditione domus, & Angela renunciationem prædictam non ſolum in ſuperius enunciatis Inſtrumentis ratificauit, ſed etiam in alio ſequuto de anno 1634. ac in eo cenſu ex multiplico creatũ approbauerit, & ex ipſius fructibus de ſuo credito ſatisfieri voluerit non poſſint hodiè Angelæ hæredes eius factum impugnare intentando Saluianum contrà domum, contrà quam Angela clarè noluit ſibi hypothecam competere.

Non obſtat, quod hæredes ex fructibus huiuſmodi cenſus ſatisfieri non poſſint, ex quo Franciſcus impoſitor cenſus deceſſit magno ære alieno grauatus, & ſic conſtat, quod Angela fuerat læſa.

Tum quia hæc impotentia Franciſci non pa-
10 tet, † cum non fuerit diſcuſſa illius hæreditas, prout fieri debet, *Caſtr. in l. menia. §. fin. nu.* 4. *ff. ſolut. matr. Guttier. de iuram. confirm. cap.* 1. *par.* 1. num. 20. Tum etiam quia pro excludenda iſta prætenſa læſione ſatis eſt, quod de tempore impoſitionis cenſus Franciſcus, qui illum vendidit, eſſet ſoluendo prout præſumitur, dum contra-
11 rium non † probatur quidquid poſtea euenerit, cum ad iſtum effectum attendatur ſolum tempus celebrati contractus, *Crauett. conſ.* 114. *n.* 16. *Rimin. iun. conſ.* 9?. *nu.* 13. *& ſeqq. Honded. conſ.* 10. *num.* 35. *&* 36. *lib.* 1. quod procedit etiam in con-
12 tractibus † habentibus tractum ſucceſſiuum, *Menoch. conſ.* 156. *nu.* 34. *& conſ.* 843. *num.* 22. *Duard. de cenſib. §.* 3. *quæſt.* 3. *nu.* 9. *&* 10. *Cinc. cod. tract. par.* 1. *cap.* 1. *qu.* 1 *artic.* 3. *nu.* 17. *Rot. in Bonon. cenſus* 10. *Decemb.* 16?9. *coram me.*

Nec demum obſtat, quod etſi per multiplicum ab initio validum, & per creationem cenſus ex illo extincta fuiſſet hypoteca dotalis adhuc tamen in ſubſidium fauore dotis reuiuixerit, & exerceri poteſt contra tercium poſſeſſorem, qui de conſenſu mulieris emit.

Quia hoc haberet locum ſi alioquin mulier ramanerat penitus indotata, ſecus autem quando, prout in caſu iſto mulier retinet partem dotis, cum remiſſio pignoris dotalis facta per Angelam ſit pro rata tantum ſc. 1500. & dos in totum eſſet ſcut. 6500. & ſic remanſerint ſcuta 500. quo caſu ceſſat huiuſmodi fauor, & deficit cauſa reuocandi renunciationem, *Seraph. dec.* 1187. *nu.* 2. *Rot. dec.* 775. *n.* 5. *p.* 2. *recent. Buratt. dec.*
14 784. *num.* 2. præſertim, quando prout † in caſu iſto in ea fuit per mulierem appoſitum iuramentum, *Rolan. conſ.* 70. *num.* 10 *lib.* 2. *Theſ. dec.* 223. *num.* 13. *Guttier. de iuram. confirm. par.* 1. *cap.* 1. *nu.* 19. *diſtect. deciſ.* 311. *nu.* 4. & ibi *Vrſil. Rot. dec.* 775. *nu.* 1. *par.* 2. *recent. & coram Card. Caual. dec.* 482. *num.* 2.

Et ità parte vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO.

Sacræ Rotæ Decano.

Iannen. Pecuniaria, ſeù prætenſorum Attentatorum.

Veneris 20. Aprilis 164?.

ARGVMENTVM.

Commiſſionem obtinens, etiam ſi citationem cum inhibitione illius vigore expedierat, litem quoad Aduerſarium introduxiſſe non dicitur, ità vt illa cauſet attentata, dummodò citationem non fuerit exequtas. Inhibitio non retrotrahitur, ſed firmat ſtatum eo modo quo erat, tempore præſentationis illius. Clauſulæ *purgatis attentatis, refectis expenſis, parito iudicato,* & ſimilibus, quomodo intelligantur, Attentatorum à reuocatione debent iudices abſtinere ſi illa clara, & indubitata non appareant.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ſine lite non dantur.*
2 *Lis dicitur introducta quoad impetrantem, per commiſſionem cauſæ, & ſucceſſiuam illius vigore inhibitionem obtentam.*

Litis

3 *Litis pendentia contra reum non inducitur ex inhibitione vigore commissionis obtenta, nisi illa appareat exequuta.*

4 *Impetrans commissionem, quinimmò, illius vigore obtinens citationem cum inhibitione potest pœnitere eisque non uti.*

5 *Inhibitio præsentata iudici ad instantiam partis nihil operatur quoad illos, cum quibus lis contestata non fuit.*

6 *Scientia iudicij in aliquo tribunali introducti, non benè infert ad aliud diuerso in tribunali agitatum.*

Illatio non fit ex diuersis, nu. 6.

7 *Scientia certo, & determinato tempore requisita, retrotractionem non admittit.*

8 *Scientia litis, quæ dissimulari potest, non causat attentata, si citatio ac inhibitio non fuerit executa.*

9 *Inhibitio iudicialis de sui natura respicit futura, non præterita, & num. 12.*

10 *Inhibitio non retrotrahitur, sed conseruat iura in eo statu, in quo reperiuntur tempore præsentatæ inhibitionis.*

11 *Gesta in executionem alicuius actus, qui non est attentatus, nec ipsa attentata dicuntur.*

13 *Clausulæ cum quibus Signatura rescribit interpretantur prout de iure, & secundum subiectam materiam.*

Clausula, purgatis attentatis, *intelligitur prout de iure, scilicet quatenus adsint, num. 13. & 14.*

14 *Non Entis nullæ sunt partes.*

15 *Priuatio præsupponit habitum.*

16 *Clausulæ*, purgatis attentatis, refectis expensis, parito iudicato, *& similes quamuis concipiantur per ablatiuum absolutum, tamen intelliguntur cum suppositione terminorum, quatenus scilicet, adsint, ibidem, & num. seqq.*

17 *Absolutio concessa cum clausula*, refectis expensis *impediri non potest illarum prætextu, si de expensis non constat, & supra num. antecedenti.*

18 *Clausula*, parito iudicato, *apposita in commissione Sanctissimi intelligitur, prout de iure.*

Nempè quod constet de sententia, quæ vti valida, & iusta in iudicatum, transierit, & nu. seq. iuncto sup. num. 16.

19 *Clausula*, parito indicato, *à Rota semper interpretatur cum suppositione, quod adsit sententia in iudicatum transacta.*

20 *Rescripta principum interpretationem recipiunt à iure communi, & cum illis se conformare censentur.*

21 *Iudices sapientes non debent super attentatis pronunciare, si illa non adsint, sed ad vlteriora procedere.*

22 *Clausulæ* purgatis attentatis, *& similes per ablatiuum absolutum conceptæ conditionem inducunt respectu rei, ne scilicet ad vlteriora procedatur illis non adimpletis.*

Non autem impediunt quin actore petente purgationem attentatorum reus non possit excipere de non existentia illorum, ibid.

Iudex in attentatorum materia si incipit suspicari quod illa non adsint abstinere debet ab vlteriori processu, nu. 22. & 23.

Attentatorum à reuocatione Rota solet abstinere, quoties viget iusta causa eidem benè visa.

26 *Causa si bene non olet, semper Rota consueuit ab attentatorum purgatione, rei indicatę executione, vel quid similis abstinere.*

Et de bono iure cognoscere, ibid.

DECISIO CCXVIII.

AD fauorem Philippi tantum informanti. Rota sub die 27. * Ianuarij 1638. resoluit; Sequestrum alias relaxatum ab A. C. pro scut. 97. mill. ad instantiam Franchi & Dauidis, vna cum actis factis Neapoli in Consilio Regio pro exequutione eiusdem sequestri, nec non decretum, seù mandatum suspicionis fugæ à Vicario Ianuen. contrà eundem Philippum ad fauorem d. Franchi relaxatum pro summa scu. 29. mill. fuisse attentata; ea ratione, quia prædicta omnia præsupponebantur emanasse, nedum post commissam causam in Rota, sed etiam post inhibitionem Rotalem; Hodiè informantibus etiam dd. Franco, & Dauide repropósita causa super eisdem, DD. recesserunt à decisis.

Nam quoad sequestrum A. C. aduertebant DD. illud fuisse relaxatum sub die 13. Iulij 1632. quo tempore, cum inter dd. Franciscum, & Dauidem ex vna, ac dictum Philippum ex altera lis aliqua Rotalis non penderet, sequitur
1 illud non esse attentatum, cum sine † lite non dantur attentata, *tot. tit. vt lit. pend. Cassad. decis. 6. num. 2 super. reg. Palcott. decis. 222. Rot. decis. 1. num. 2. & 14. par. 2. diuers. Lancellott. de attent. in prima parte in præfatione num. 57. Marches. de commiss. super. attent. cap. 2. n. 1. & 40 p. 2. fol. 18.*

Non obstat, quod prædicti Francus, & Dauid vsque de anno 1629. introduxerit iudicium in Rota Ianuen. super solutione dd. scut. 97 mill. contra dictum Philippum, qui deindè assumpto Clericatu institit coram Vicario Curiæ Archiepiscopalis Ianuen. pro inhibitione contrà Rotam Ianuen. causamque appellationis ab asserta negatione dictæ inhibitionis obtinuit committi in Rota de anno 1630. ac successiuè vigore dictæ commissionis expediuit citationem cum inhibitione; Nam licet per commissionem causæ, & Decretum citationis cum inhibitione
2 † lis quoad impetrantem dicatur introducta, *Stapl. designat. litter. iustit. §. his igitur generaliter cognitis, num. 15. Paris. cons. 81. num. 10. lib. 4 Afflict. dec. 220. sub num 13. Cassad. d. decis. 6. num. 3. Rota. decis. 4. vt lit. pend. in antiq.* & fuit dictum *in Rossanen. Decimarum, seu attentatorum 28. Nouembris præteriti coram R. P. D. meo Bichio*; Nihilominus quoad Reum sola commissio causæ, ac
3 decretum citationis non inducunt † litis pendentiam, nisi appareat citationem cum inhibitione fuisse contra illum exequutam, *Clement. fin. & ibi Doct. vt lit. penden. Dec. cons. 460 num. 28. Guidopap. cons. 66. num. 9. & cons. 69. num. 10. Soccin. Sen. cons. 45. num. 7. vers. & hoc forte volum. 1. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. in præfatione numer. 102 cap. 20. limitat. 24. num. 5. & latius declaratione 1. num. 1. & seqq. Caualer. decis. 409. num. 1. Rota decis. 289. num. 7. & 8. post Posthum. de manuten.* cum impetrans possit interim pœnitere, ac nol-
4 le vti rescripto, † & decreto citationis cum inhibitione illius vigore relaxato, *Butr. in cap. ex conquestione 10. num. 12. post vers. in causa autem*

certa

certa ab Abb. num. 1. verſ. & poteſt, Imol. num. 9. poſt med. verſ. idem ſi ſit præſentatus de reſtit ſpol. Feder. de ſen. conſ 248. num. 5. verſ. & niſi, Aretin. conſ. 33. nu. 3. poſt med. verſ. dicit autem Accbil. deciſ. 10. nu. 1. de reſcript. Rota in Salamantina penſionis 13. Ianuarij 1584. coram Bubalo p. 1. Marcheſ. fol. 17. n. 1. Burgen. de Arrogijs 24. Nouemb. 1593. coram Litta d. par. 1. Marcheſ. fol. 171. n. 2. & infra deciſ. 317. num. 1 par. 2. recent. cum ſimilibus congeſtis *per Buratt. dec. 138. num. 3. & 4. & deciſ. 818. num. 4. verſ. tum quia deciſ. 1. nu. 2. & ſeq. præcipuè num. 6. & 7. par. 2. diuerſ. Seraph. deciſ. 1046. num. 1.*

Non obſtat, quod d. inhibitio fuerit præſentata Vicario Ianuen. ſub die 11. Ianuarij 1631. Quia non inde ſequitur ſequeſtrum deinde relaxatum ab A. C. fuiſſe attentatum, cum ſola inhibitio præſentata Iudici ad inſtantiam partis
5 † nihil operetur, † quoad illos, cum quibus lis conteſtata non fuit, vt in ſpecie conſuluit, *Federicus de ſen. conſ. 300. incipien. factum tale eſt n. 1. verſ. item. dico quod Iudex*, quem ſequitur, *Imol. in l. 4. §. Condemnatum de re iud. Abb. in cap. debitores in 7. columna de iure iur. Anchar. in conſ. 234. incipien. caſus talis eſt num 2. Ruin. conſ. 61. nu. 27. verſ. non obſtat nono vol. 5. Seraph. dec. 1046. n. 3.*

Non obſtat, quod Francus, & Dauid habuerint ſcienam d. commiſſionis, ac decreti citationis cum inhibitione tam ex eo, quod Philippus ſub die 12. Martij 1632. oppoſuerit coram A. C. de dicta commiſſione Rotali, ac citatione cum inhibitione illius vigore relaxata, quam etiam ex eo quod pro parte dd. Franchi, & Dauidis adita fuerit Signat. Iuſtitiæ ſub die 1. Decembris 1633. pro remiſſione cauſæ ad partes: Nam quoad oppoſitum factum à Philippo coram A. C. ſat eſt reſpondere, quod in actis non conſtabat de aſſerta commiſſione Rotali, ac citatione cum inhibitione illius vigore relaxata; Quo verò ad recurſum ad Signaturam pro parte dd. Franchi, & Dauidis ceſſat obiectum; Tum quia Signatura fuit adita pro remouenda inhibitione A. C. quam alias d. Philippus vti Clericus obtinuerat, ac Rotæ Ianuen. præſentauerat, ne contra ipſum procederet, non autem pro remiſſione aſſertæ cauſæ Rotalis ad partes. Vndè ex ſcientia iudicij introducti coram A. C. non benè infertur ad aliud Rotale, cum ex diuerſis non fiat illatio ad *l. Papinianus exuli, ff. de minor.* Tum etiam quia ſequeſtrum iam fuerat expeditum vſque de menſe Iulij 1632. & ſic longè ante aditam Signaturam ſub die 1. Decemb. 1633. Vndè ſcientia d. commiſſionis, ac citationis cum inhibitione deſumpta ex aditione Signaturæ poſſet operari de tempore eiuſdem aditionis, non autem de tempore ſequeſtri antea ſequuti, cum ſcientia non
7 admittat retrotractionem, † quando, vt hic, certo tempore requiritur, *Franc. in c. ratihabitionem, num. 5. verſ. tertio requiritur de reg. iuram. in 6. Oſaſch. conſ. 18. n. 61. verſ. accedat, quod ſcientia cum ſeqq. Coſt. in tract. de re integr. diſtinct. nona, num. 6.*

Sed viſa fuit ceſſare difficultas, quia adhuc admiſſa tali ſcientia de tempore ſequeſtri, illa non releuaret ad effectum attentatorum, niſi doceatur dictam citationem cum inhibitione fuiſſe contra eoſdem Franchum, & Dauidem exe-
8 quutam, † cum illi potuerint interim diſſimulare ſe illam neſcire, vt in terminis poſt *Pariſ. conſ. 81. num. 13. volum. 4. dixit Rota d. dec. 1. nu-mer. 18. par 2. diuerſor. Seraph. dicta dec. 1046. num. 2.*

Non obſtat altera commiſſio emanata ad inſtantiam Philippi de menſe Februarij 1636. præuia auocatione cauſæ ſcut. 29. mill. prius introductæ coram eodem Vicario Ianuen. cuius vigore idem Philippus citationem cū inhibitione relaxari obtinuit, eamque contra d. Franchum, & Dauidem exequi curauit; Quia quicquid ſit an dicta cauſa ſcut. 29. mill. ſit eadem, vel diuerſa à cauſa, quæ fuit primo loco introducta in Rota Ianuen. ſuper ſolutione ſcut. 97. mill. pro quibus dictum ſequeſtrum relaxatum fuit, adhuc admiſſa identitate dd. cauſarum, inhibitio Rotalis d. commiſſionis auocatoriæ relaxata, & contrà dd. Francum, & Dauidem exequuta, non afficeret ſequeſtrum vſque de anno 1632. & longè ante executionem d. inhibitionis relaxatum, cum inhibitio iudicialis de ſui natura re-
9 ſpiciat futura, & non præterita, *c. ſi eo tempore de Gemin. Franc. & alij de election. in 6. Mandoſ. de inhibitione. qu. 70. n. 2. Federic. de ſen. d. conſ. 300. n. 1. Lancell. d. par. 2. cap. 20. in præfatione n. 14. & declarat. n. 2. Rot. dec. 289. n. 9. poſt Poſth de manut. Add. ad Buratt. dec. 902. lit. A. n. 5.* & conſequenter non trahitur retro, ſed conſeruet iura partium in eo ſtatu in quo ſunt tempore, quo illa emanat. *Peregr. conſ. 91. n. 59. volum. 1. Mandoſ. de inhibit. q. 22. num. Lancellott. in præfatione d. cap. 20. n. 12. & infra Coſt. de retrotract. cap. 9. caſ 6. n. 2.*

Quo verò ad acta geſta in Regio Conſilio Neapolitano pariter non laborant vitio attentatorum. Quia cum illa emanauerint vti actus ſequeſtri conſecutiui, & in executionem eiuſdem ſequeſtri, ſicuti ipſum ſequeſtrum non eſt attentatum, ſic pariter, nec geſta in illius executionem, *c. Pariſ. cum veniſſent*, & ibi *Abb. de reſtit. ſpoliat. Pariſ. conſ. 172. n. 12. lib. 4. Mandoſ. de inhibitione qu. 22. per tot. Lancell. de attentat. 2. par. cap. 4. de attentat. lit. pend. limit. 40. n. 1. & ſeqq. & in 3. par. cap. 30. de priuil. attent. n. 182.*

Quo denique ad decretum, ſeù mandatum ſuſpicionis fugæ relaxatum à Vicario Ianuen. pro ſcut. 29. mill. cum illud fuerit obtentum de menſe Octobris 1633. non meretur nomen attentati; Non quidem vti relaxatum poſt commiſſam cauſam in Rota de anno 1629. ſuper ſolutione ſc. 97. mill. ac poſt inhibitionem Rotalem, cum ex prædictis appareat d. inhibitionem non fuiſſe contra dd. Francum, & Dauidem exequutam, & ſic contrà eos litem introductam neque etiam prætextu d. commiſſionis Rotalis obtentæ de anno 1636. ac inhibitionis illius vi-
12 gore exequutæ cum inhibitio non reſpiciat præterita ex allegatis.

Non obſtat, quod Signatura Iuſtitiæ nuper reſcripſerit in cauſa iſta cum clauſula *purgatis in primis, & ante omnia attentatis.* Quia iſtam, & alias ſimiles clauſulas Rota ſolet interpretari, &
13 exequi † prout de iure ſecundum earum ſubiectam materiam. *Creſcent. dec. 1. de reſcript. Ferall. dec. 162. par. 1. Mant. dec. 218. num. 1. Seraph. dec. 92. num.*

num.5.& 103.n.5.& fuit dictum in Bononien. Associationis 3. Iulii 1628.coram me, & consequenter dicta clausula, purgatis attentatis intelligitur prout de iure, quatenus scilicet, adsint attentata, quibus non extantibus, illorum purgationi locus
14 esse non potest, † cum non entis nullæ sint qualitates, l.eius qui in Prouincia, ff.si cert.pet.Bu-
15 ratt.dec.293.n.1. & priuatio † præsupponat habitum, l.manumissione, ff.de iust.et iur.Greg.XV. dec. 402.n.4.Rot.dec. 242 par.2.et dec.307.n 4. p. 2. recent. Huiusmodi namque clausulę, purgatis attentatis, refectis expensis, parito iudicato, & similes, quamuis concipiantur per ablatiuum absolu-
16 tum, † non tamen semper habent vim præcisæ conditionis, adeout ea omninò sit adimplenda, sed intelliguntur concessæ prçuia suppositione terminorum, quatenus scilicet, attentata sint commissa, expensæ sint factæ, & constet de re iudicata iuxt.doctr.Bald.in l.vnica num.1. vers. solutio, dicit glos.C quando non petent part. alias dd. clausulę nihil operantur, prout de clausula, refectis expensis, adiecta in Breui Apostolico pro absolutione, quod illa intelligatur quatenus
17 constet expensas reuera factas fuisse, alias non possit impediri absolutionem fuit in specie resolutum in causa Illerden.electionis Priorissæ 1 . Octobris 1630 in §.quo verò ad clausulam Breuis, et in §.sequent. coram R.P.D.meo Rotas, ac de clausula, parito iudicato, apposita in commissione Papæ,
18 quod illa resoluatur, prout de iure, † quatenus scilicet, constet de sententia, quæ vti valida, & iusta transiuerit in iudicatum firmat Roman. cons. 334.n.1.et 4.et ferè per tot.quem sequitur Felin. in cap. causam num. 6. vers. istam regulam de rescript. Ferrett.cons.308.num.5.& fuit dictum in Fauentina Monastery 22. Iunij 1607.coram Penia n.2.et seq. et sub num.7.vers.prævaluit enim opinio impressa post Marches.par.2.fol.148. vbi dicitur, sic alias Ro-
19 tam huiusmodi clausulam interpretatam † fuisse in vna Regien.Sancti Thom.10.Decembris 1576.coram Robusterio, & fuit etiam dictum in Illerden. decimarum 19.Decembris anni præteriti coram R. P. D.meo Pirouano. Rescripta quippè Principum re-
20 cipiunt interpretationem à iure communi,† cum quo illa se conformare censentur l.rescripta, C.de precibus Imper.offer.Bald.in l.1.n. 16 C. de constit. Principum, cap.causam quæ, & ibi. Felin n.5 de rescript.& in specie, quod Iudices sapientes non debeant pronunciare super attentatis si illa non
21 adsunt † sed ad vlteriora procedere aduertit Marches. de commiss. §.super attentat. par. 2.n. 104. fol. 6.

Rursus ponderabant DD. quod huiusmodi clausulę, purgatis attentatis, refectis expensis, parito iudicato, & similes, quę vti conceptę per ablatiuum absolutum inducunt conditionem, suum effectum operantur respectu modi procedendi in causa vbi scilicet, reus vult procedere ad vlteriora in causa, tunc enim actor posset illi objicere defectum iurisdictionis in Iudice, cui causa fuit commissa sub conditione purgationis attentatorum, refectionis expensarum, paritionis rei iudicatę, & similium, quia non purificata conditione suspensa remanet illius Iudicis iurisdictio. Verùm si actor petat attentatorum purgationem, refectionem expensarum, vel executionem rei iudicatæ, ei non obstat defectus iurisdictionis in iudice & consequenter licebit Reo excipere defectum subiectæ materiæ, nimirum, quod attentata non sint commissa, expensę non sint factę, nec adsit res iudicata, quo casu si Iudex incipiat suspicari de iustitia Actoris ex defectu subiectę materię, abstinet ab vlteriori processu Caputaque dec. 114.par. . Seraph.dec.425.numer.3.& ita huiusmodi clausulas interpretari refert Marches.par.2.§.1.n.162 fol.112.

Vnde quicquid esset dicendum, si dd.Francus, & Dauid, qui sequestrum obtinuerunt, hodiè agerent contra d. Philippum pro consequutione pecuniarum sub d.sequestro positarum, remouetur omnis scrupulus, quia cum ipsemet Philippus petat declarari se non esse debitorem, dictumque sequestrum, & alia superius expressa, vti attentata, in primis, & ante omnia reuocari, vtique licebit eisdem, Franco, & Dauidi excipere d.sequestrum, & alia non esse attentata, & consequenter si Rota hodie agnoscat, prout agnouit, prætensa attentata reuera non extare,
24 & † iure duxit abstinendum à prætensa illorum purgatione, vt in simili obseruauit in d causa Illerden.decimarum commissa R. P. D. meo Pirouano, cum clausula, parito iudicato, in qua, cum Capitulum ageret pro consummatione executionis rei iudicatæ, Rota detecta iniustitia Sententiarum, abstinuit à processu ad vlteriora in exequutione.

In quam sententiam facilius iuerunt DD. tum quia gustarunt de bono iure dd. Franchi, & Dauidis ex eo, quod D Hieronymus Martellus peritus electus inspectis literis, & spaccijs, ex quibus creditum, de quo agitur, iustificari dicebatur, eisque maturè consideratis, retulit, Esser dd.Spaccu,buoni legalmente fatti, e tenuti l'vno consecutiuo all'altro, contenere gli ordini necessarij, e risultarne piena proua del credito di detti Signori Franco Spinola, & Dauide Imperiale contenuto nelli medesimi Spacci. Tum etiam quia concurrit non leuis fumus dilapidationis pecuniarum, de quibus agitur, resultans nedum ex iuramento dd. creditorum præstito hic in Curia, ac testibus alias in partibus examinatis, quam etiam ex Instrumento donationis, scut.12. mill.circiter auri solis spectantium ad rationem bancariam factæ ab eodem Philippo paulò ante sequestrum ad fauorem D. Caroli germani fratris; Rota namque
25 solet à reuocatione attentatorum abstinere, † quoties viget iusta causa eidem bene visa Lancellott.de attent.par.3.cap. 4.de reo, & except. sibi contra attent.competen.qu.1. num. 9. subdens, quod, vbi causa non habet bonum odorem, † Rota consueuit suspendere etiam res iudicatas, & apposito sequestro cognoscere de nouo iure, prout in ista causa alias demandatum fuerat, idemque repetit in ead.3.par.cap.30.de priuil.attent.num.222. & seqq.

Et ità vtraque &c.

Hæc decisio, quæ supra adnotatur in hac causa facta sub die 20. Ianuarij 658. vt non amplius impressa erit infra in appendice, & sub die 24.Ianuarij 1642. habetur paritet altera decisio in hac causa facta & hæc erit in sequenti volumine.

R P D.

R. P. D. CARILLO

Posteà Præside Vallisoletano.

Rossanen. Exemptionis.

Veneris 20. *Aprilis* 1640.

ARGVMENTVM.

Monasterium Papæ reseruatum cum hoc, quod illius Monaci non possint ab alio, nisi à Sede Apostolica eiusque Legato excommunicari, & interdici probatur exemptum à cuiuscumque Ordinarij iurisdictione.

SVMMARIVM.

1 *Papa si sibi aliam Ecclesiam reseruauit, eamquem sibi soli, ac Sedi Apostolicæ voluit esse subiectam.*

Certum est Ecclesiam prædictam esse exemptam à iurisdictione ordinarij ibidem, & num. 3.

2 *Exemptio probatur à iurisdictione ordinarii, eo ipso quod illi solum quid annuum fuerit reseruatum, cum in reliquis Ecclesia dicatur exempta, & numer.* 1.

4 *Ecclesia per Papam sibi reseruata, dicitur exempta, quamuis intra fines alicuius Diœcesis existeret.*

Et de iuribus Episcopi nulla fuerit facta mentio.

5 *Papa si voluit aliquod Monasterium nonnisi per Sedem Apostolicam excommunicari, et interdici posse.*

Tale Monasterium dicitur exemptum ab ordinaria iurisdictione ibidem, et num. 3.

6 *Exemptio inducitur ex priuilegio, quo Abbas, et eius Monaci possunt Chrisma Oleum Sanctum, consecrationes Altarium, ordines, et alia Sacramenta à quocumque Episcopo recipere ibidem, et num* 7.

8 *Ecclesia, quæ nullo medio, Apostolicæ Sedi probatur subiecta ab ordinarii iurisdictione dicitur exempta.*

Verba nullo medio, *intelliguntur immediatè, numer.* 8.

9 *Obseruantia exemptionis probatur ex confirmationibus Pontificum, et solutionibus factis iuxta modum, in exemptionis priuilegio præscriptum.*

10 *Exemptio concessa Monasterio, Capellis, et tenimentis illius dicitur realis, et ad omnes transit Monasterii successores.*

11 *Recognitio fauore Sedis Apostolicæ, quæ antea non erat dicitur facta occasione exemptionis ab illa concessæ.*

DECISIO CCXIX.

Dubitaueram in hac causa sub * die 27. Ianuarij præteriti ad instantiam D. Pauli Æmilij Siluestri Abbatis S. Mariæ de Patyro an constaret de exemptione, sed quia pro parte Reuerendiss. D. Archiopiscopi principaliter impugnabatur legalitas priuilegij Innocentij II à quo d. exemptio originem ducit, Rota pro tunc censuit d. priuilegium esse in forma pro-
banti, & cognitionem exemptionis ad aliam
particularem disputationemr eseruauit, vt in
decisione à me extensa, qua iuxtà stylum Tribu-
nalis supposita causam super reseruatis hodiè re-
proposui, & pro d. Abbate informante fuit re-
ponsum, idest constare de exemptione.

Quia ex lectura prædicti priuilegij, de quo
Summ. *num.* 1. apparet, quod Papa Monasteri-
tunc Abbatiale id. Ecclesiæ S. Mariæ de Paty-
cum Capellis omnibus, & tenimentis suis in
ius, ac proprietatem B. Petri, eiusque prote-
tione, & Sedis Apostol. suscepit, ac nulli p-
terquam Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ il-
1 voluit esse subiectum † reseruatum tantum o-
re soluendi Ecclesiæ Rossanensi annuum cen-
trium cereorum, & vnius Cannatæ mellis ex q-
bus satis apertè constare visum fuit dictam E-
clesiam cum suis Capellis, & tenimentis es-
exẽptam à iurisdictione Archiepiscopi Rossan.
& aliorum Episcoporum, vt deciditur *in cap.*
Papa §. si autem de priuileg. in 6. & in cap. ex p-
il primo, & ibi glos. verb. specialiter, eod. tit. &
cit, cap. cum venissent, 2. *§. nos igitur de in int-*
restit. & notant *Butr. in cap. ex parte, il 2. de p-*
uil. quem sequitur etiam *Botch.* & notat *Sel-*
cap. recepimus, 8. *num.* 7. & 32. *eod tit. Card. T-*
tom. 3. *litt. E. concl.* 552 *num.* 11. *Erasm. à Cocc-*
de iurisd. ordin. in exemptos par. 1. *quæst.* 9. *num.*
versic. in primis Barbos. de offic. & potest. Epis-
part. 3. *allegat.* 123. *numer.* 15. *secundum Lugd-*
impress. Dec. consil. 152. *num.* 2. *Seraphin. dec.* 10-
num. 2. ponderata signanter reseruatione solutio-
nis d. annui census cereorum trium, & canna-
2 mellis, † quæ facit vt in reliquis non reseruat-
censeatur probata exemptio, *Io. And. in cap.*
Venerabilis, de censib. Bald. in l. fin. n. 4 *C. de bon. lib.*
Fel. in cap. cum inter, num. 3. & 4. *de re iudic.* & t-
text. in l. nam quod liquidè, §. vltim. vers. si cui f-
ff. de pen. legat. Seraph. d. decis. 1025. *num* 20. *Rot. de-*
cis. 585. *num.* 1. *par.* 3. *recent.*

Quod confirmari etiã dictum fuit ex eo quod
Papa in eodem priuilegio vltra concessionem
vsus anuli, mitræ, & baculi prohibuit quoque
vt nullus sententiam interdicti, vel excommuni-
cationis contra Abbatem Monasterium, Mona-
chos, Capellas, seù Clericos promulgare audeat
nisi Romanus Pontifex, vel Legatus ab eius la-
re destinatus subdens postea, quod d. Monaste-
rium ad indicium se vna cum Cappellis, & teni-
mentis eius fuisse receptum in proprietate, &
protectione S. Petri, ac Sedis Apostolicæ vncia
auri singulis annis Ecclesię Romanę persoluere
quæ verba clarè indicant d. Monasterium cum
eius Capellis, & tenimentis, licet existeret in-
fines Diœcesis Rossanen. esse exemptum ab eius-
3 dem Archiepiscopi Rossanen. iurisdictione, p-
ut pariter notatur *in d. cap. si Papa de priuileg. in 6.*
ibique DD. communiter scribentes, *Abb. in*
cap. recepimus, circa fin. & Soccin. ibid. numer.
Sanch. in consil. moral. lib. 6. *cap.* 8. *rub.* 1. *num.*
4 etiamsi de iure Episcopi † nulla fuerit facta men-
tio, vt aduertit *glos. quam Abb. post alios sequit-*
in cap. cum olim el 1. *de priuileg. Dec. d. consil.* 15-
num. 2. *vers. & præsupponendum est de priuileg. Se-*
raph. d. decis. 1025. *n.* 8. & 9. alias enim potui-
Archiepiscopus, & alij Episcopi excommunica-

re, suspendere, ac interdicere, vt disponitur *in cap. cum Capella, & in cap. quanto de priuileg. Io. Andr. in tractat. de interdict. nu.23.*

Præterea fuit consideratum, quod in d. priuilegio fuit etiam indultum, vt Archimandrita, & eius Fratres Chrisma Oleum sanctum, Altarium, seù Basilicarum consecrationes, Monachorum, seù Clericorum ordinationes, & alia Ecclesiastica Sacramenta à quocumque maluerint Episcopo recipere possint, vndè † resultat totalis exemptio ab omni iurisdictione Ordinariorum ex *notat per glos. in cap. vltim. verb. permittens de pœnit. & remiss. Io. Andr. in memorial. in regul. scienti, & consentienti, num. 25. de reg. iur. in 6. Dec. d. consil. 152. num. 1. versic. quarto fuit, Seraph. in sæpe præcitat. decis. 1025. numer. 6. & 8.*
7 etiam quoad ea, † quæ concernunt ordinem, & dignitatem Episcopalem *ex tradit. per Innoc. in rubr. de cleric. Peregr.*

Quibus accedunt confirmationes Apostolicæ factæ ab alijs Pontificibus Successoribus videlicet Martino V. Alexandro VI. Honorio III. & præcipuè Ioanne XXII. dicto, in qua asseritur d. Monasterium ad Ecclesiam Romanam nullo
8 medio † pertinere, quæ verba (*nullo medio*) immediatam subiectionem,ac exemptionem à quocumque alio important, *cap. cum olim, §. nos verò de priuil. & in d. cap si Papa d. §. si autem versic. Vel ad Romanam eod. tit. in 6. Dec. d. consil. 152. num. 2. in princ. & in punct. Seraph d. decis. 1025. num. 14. & 15.* & ex dd. confirmationibus Pontificijs, & assertiua Ioannis XXII. ac ex solutionibus annuæ præstationis factis, tam Sedi Apost. quam Ecclesiæ Rossanen. iuxtà modum in dicto
9 priuilegio præscriptum † probatur etiam prædictæ exemptionis obseruantia, vt ponderauit *Rot. in dicta decis. 1025. apud Seraphin. numer. 10. 11. & 12.*

Nec dixerunt DD. obstare posse quod d.exemptio fuerit concessa Monasterio tunc temporis regulari, & ideò suffragari non possit moderno Abbati Commendatario sæculari, quia dum concessio fuit facta Monasterio Capellis, & eius tenimentis, vt clarè legitur in dicto priuilegio Innoc.III exemptio dicitur realis quæ propterea transijt ad omnes successores in d. Monasterio *ad text. in l. ætatem, §. fin. ff. de cens. Bart. in l. 1. numer. 2. de contest. Princip. Menoch. consil. 236. num. 10. Gemin. in cap. per exemptionem numer. 20. Franch. num. 1. de priuil. in 6. Cald. consil. 14. de censib. Surd. consil. 523. num. 23. Rot. decis. 4. de priuileg. in antiq.*

Prout minus aduersari visa fuit replicatio pro D. Archiepiscopo facta sub die alterius disputationis, quod scilicet solutio vnciæ auri fuerit facta Sedi Apostolicæ pro feudo in recognitionem directi dominij; quia feudum non præsumitur, & verba d.priuilegij illud penitus excludunt,ibi, *ad indicium autem, quod specialiter vos, & Monasterium vestrum, cum Cappellis, & tenimentis vestris in proprietate, & protectione B. Petri, & nostra recepimus &c.* Si igitur Summus Pontifex illud tunc sub protectione recepit, ergò priùs non aderat feudum, & consequenter onus impositum fuit pro protectione suscepta, vt patet ad sensum. Et sic occasione exemptionis concessæ iuxtà dis-

posita *in d. cap. si Papa, de priuileg. lib. 6. cum alijs supra alleg.*

Et ità decisum d. Abbate tantum informante altera parte sæpè sępiùs citata, & informare non curante, &c.

Habetur supra in hac eadem parte decis. 191. vbi alias adnotaui.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Computorum.

Veneris 20. Aprilis 1640.

ARGVMENTVM.

Iudicium reconuentionis, quod alioquin simultaneè cum causa, & conuentionis expediri debet, si est illi præiudicialis, & de eo liquido constet, vbi verò causa conuentionis sit turbida potest per iudicem ea omissa, per sententiam expediri. Sententia absolutoria à redditione rationum, libris non exhibitis, dicitur iniusta, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Causa conuentionis, & causa reconuentionis simultaneo processu, & eadem sententia terminari debent.*
2 *Index potest omissa causa conuentionis pronunciari super causa reconuentionis, si hac appareat clara, & liquida, illa autem turbida.*
3 *Administrator non potest dici debitor, vel creditor, nisi prauia computorum discussione, & solidatione.*
4 *Iudex bene pronunciat super causa redditionis rationis etiam ommissa causa reconuentionis.*
Si illa esset praiudicialis, ab eaque penderet resolutio primæ ibidem.
Regula qui prior prouocat, prior agat quando procedat num. 4.
5 *Sententia super absolutione à redditione rationũ iniusta dicitur si absque librorum exhibitione appareat lata intellige vt num. seq.*
Redditio rationum non potest dici perfecta, nisi exhibitis libris num. 5.
6 *Libri rationum si non fuerint in prima instantia petiti, sufficit quod in secunda fuerint producti.*
7 *Administrator non tenetur ad exhibitionem scripturarum, quæ penes ipsum extare non probantur.*
8 *Partita semel approbatæ amplius impugnari non possunt nisi errorem, vel dolum interuenisse probetur.*
9 *Renuncians liti, & sententiæ excluditur à iure illam impugnandi propter exceptionem litis finita, & extinctæ.*
10 *Renunciatio generalis liti, & sententiæ facta comprahendit totum tempus, quod in sententia continetur.*
11 *Renunciatio facta à muliere prudenti, & sagaci seruatis solemnitatibus statutarijs, ac negocio maturè discusso nulli dubium est, quod substineri debeat.*

DECISIO CCXX.

FVit refolutum fententiam Gubernatoris abfoluentem Io: Venturellum ab imperitis, & declarantem ipfum reddidiffe fufficientem fuæ adminiftrationis, rationem effe confirmandam, & fic perfiftendum in decifis* coram me fub die 23. Ianuarij præteriti.

Neque enim refragantur duæ nullitates deductę, fiquidem quod citatus fuerit Laurentius Gauocciolus vti Procurator D. Felicis, de cuius tamen mandato procuræ non conftat, tollitur ex facto cum ex originalibus citationum appareat eas fuiffe exequutas contra D. Felicem principalem, non autem contra Gauocciolum.

Altera quod fuerit expedita caufa reconuentionis omiffa caufa conuentionis, quæ tamen fi-
1 multaneo proceffu, † & eadem fententia erant terminandæ *iuxta theoric. Bart. in auth. & confequenter num. 4. verf. item dictæ caufæ C. de fent. & interloquut. omn. iud.* ceffat, quia cum Venturellus haberet pro fe generalem quietantiam cum ampliffimis claufulis, ac menftruas folidationes, ex quibus clarè videbatur integram, & fufficientem per ipfum redditam fuiffe rationem, ideoque cum caufa petitæ redditionis rationis citius, & facilius expediri poffet, potuit Iudex, omiffa caufa conuentionis, quæ tam apertè non liquebat, pronunciare fuper caufa reconuentio-
2 nis, quæ ex publico inftrumento reddebatur clara, & indubitata, *vt arg. l. fin. C. de compenfat.* tradunt *Specul. lib. 2. pratic. 1. tit. de reconuen. §. videndum num. 5. verf. cæterum fi de vna Abb. cap. 1. num. 9. verfic. Sed limita de mut. pet. Marant. de ord. Iud. par. 4. diftinct. 6. num. 10.* & alij quos fequitur *Rot. in Toletana pecuniaria 13. Apr. 1587. corã bon. mem. Card. Pamphilio*, quæ eft, *decif. 11. poft Pacif. de Saluian.*

Præfertim quia cum Venturellus peteret folutionem mercedis ob feruitium plurium annorum præftitum in adminiftran. & gubernan. domo bon. mem. Cardinalis, idque obtinere non poffet, nifi præuia difcuffione, & folidatione com-
3 putorum, ex qua dignofceretur, an remaneret debitor, vel creditor, vt per *Rot. coram Buratt. decif. 443. numer. 2.* ritè, & rectè proceffit Iudex expedien. prius caufam redditionis rationis in
4 reconuentione petitam, † cum effet præiudicialis, & ab ea penderet refolutio primæ *l. prima, cũ tribus feqq. & l. cum ftatus, vbi glof. C. de ordin. cognit. Henric. Boich. in cap. cum dilectus numer. 1. & 3. verfic. aut fecundo propofita extra eod. tit.* qui firmat hoc cafu non procedere regulam, qui prior prouocat prior agat.

Minufque fubfiftunt ea, quæ objiciuntur contra iuftitiam fententiæ; Quod enim lata fuerit libris adminiftrationis non exhibitis, quorum
5 tamen exhibitio, † requirebatur, vt poffet dici perfecta redditio rationis *l. fin. §. inter cætera, vbi Bart. ff. de liber. legat. Soccin. Sen. conf. 190. num. 5. poft med. verfic. fed præmiffis non obftan. & num. 6. lib. 2.* vifum fuit parum vrgere, quia cum petita non fuerit in prima inftantia exhibitio poftea facta à Venturello in fecunda parte tunc petente illi fuffragatur; non obftante, quod fimul exhibitæ non fuerint receputæ, & quietan-
6 tiæ particulares multorum opificum, quibus diuerfæ pecuniarum quantitates folutæ fuerunt, quia vltrà quod præfumuntur reftitutæ domino, quando ab eo reportata fuit quietatia generalis, computa fuerunt folidata, Venturellus ad earum
7 exhibitionem non tenetur, † nifi concludenter penes eum probetur exiftentia *per l. 3. in princ. vbi glof. in §. fciendum in verb. fummatim, ff. ad exhiben. Rot. coram Card. Seraph. decif. 1224. num. 1. & decif. 259. num. 1. par. 1. recent. & coram Card. Caualerio, decif. 82. num. 1.*

Nec releuat, quod pro adminiftratis poft quietantiam Card. fpatio nouem menfium, & dierum 13. exhibeatur per Venturellum tantummodo folidatio computorum facta fingulis mẽfibus cum D. Felice, abfque eo quod probetur ipfum expofuiffe in rebus emptis illam quantitatem pecuniarum, quæ in dictis partitis enunciatur, refque emptas fuiffe verfas in vtilitate domus, quia cum fingulis menfibus rationes difpũctæ fuerint, ac folidadę, & vltima die adminiftrationis Venturellus reftituerit D. Felici fcuta decem, quæ penes ipfum erant reliqua, exiftimarunt DD. non
8 poffe amplius dictas partitas impugnari † cum femel fuerint approbatæ, & errorem, vel dolum interueniffe non probetur, vt latè fuit deductum *in decif. quæ reuidetur.*

Accedente etiam ampliffima renunciatione, & ceffione per D. Felicem facta liti, & fententiæ
9 per quam excluditur à iure † illam impugnandi propter exceptionem litis finitæ, & per renunciationem extinctæ. *l. poftquam litis, Cod. de pact. Caputaqu, decif. 310. par. 1. Put. decif. 481. lib. 2. in correct.* Cum finis, fiue effectus renunciationis lit... priuatio, quæ nihil in renũciatione reliquit *Bart. in l. 1. num. 4. ff. de acq. hared.*

Et licet replicetur renunciationem effe reftrictam ad redditionem rationis vfque ad quietantiam reportatam à Cardinali, fuit refponfum
10 obftare generalitatem renunciationis, quæ fecundum regulas iuris eft trahenda ad totum tempus, quod in fententia continetur, *Crauett. confil. 227. num. 13. Decian. conf 39. num. 51. lib. 2. Rota decif. 664 num. 8. par. 1. diuerf.*

Præfertim cum de validitate, & fubfiftentia renunciationis dubitari non poffit tamquam fa-
11 ctæ negotio maturè difcuffo, † feruatis folemnitatibus ftatutarijs à muliere admodum prudenti & fagaci, & optimè certiorata de iuribus fibi competentibus ad tradit: per *Tiraquell. in l. fi vnquam in præfat. num. 101. Cod. de reuoc. donat.*

Et ita vtraque parte Informante fuit refolutum.

Supra in hac eadem parte habetur prima huius caufæ Decifio fub die 23. Ianuarij proximè præteriti, & reperitur in ordine decif. 188.

R. P. D. GHISILERIO.

poftea Epifcopo Tarracineñ.

Regieñ Iurifpatronatus.

Veneris 27. Apr. 1640.

AR-

ARGVMENTVM.

Pertinentia Iurispatronatus probatur ex pluribus præsentationibus effectum sortitis spatio annorum 40. & vltra quoties versatur in personis in quibus nulla cadit præsumptio vsurpationis. Testator si aliquid in certum opus reliquit, quod deinde Pontifex in iuspatronatus commutauit, perinde est, ac si iuspatronatus fuisset à principio per Testatorem ordinatum, & acquiritur hæredi eiusque successoribus. Iuspatronatus quale merè gratiosum, quale verò ex causa onerosa dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Præsentationes plures effectum sortitæ spatio multorũ annorum concurrente fama Iurispatronatus illius probant existentiam.*

Intellige conclusionem procedere in personis non adeò potentibus, vt in illis possit suspicio vsurpationis inesse, ibid.

2 *Amplia etiam concurrentibus adminiculis, quia & tunc ex pluribus præsentationibus probatur pertinentia Iurispatronatus.*

3 *Enunciatiuæ ab Ordinarijs emanatæ plurimum attenduntur in probatione Iurispatronatus.*

4 *Episcopi solent reddi difficiles in canonizando Iuspatronatus propter præiudicium libertatis Ecclesiasticæ, num. 3.*

Testes de fama disponentes, licet aliquam patiantur exceptionem, faciunt saltem adminiculum.

5 *Præsentatio ad iuspatronatus effectuata probatur eo ipso, quod per obitum vel resignationem prouisi in præcedenti emanauit.*

6 *Iuspatronatus concessum non ex causa onerosa, eo quo non fuerit aliquid datum, quod æquipolleat concessioni merè gratiosum reputatur, ibid.*

7 *Iuspatronatus concessum masculis tantum per obitum illorum non transmittitur ad fœminas, sed libertatem acquirit.*

8 *Beneficium iurispatronatus per extinctionem lineæ vocatorum, & ipsum quoque remanet extinctum.*

9 *Iuspatronatus ab aliquo ex eius bonis dotatum non potest censeri gratiosum, concessum scilicet ex priuilegio.*

10 *Causa originalis ex qua actus processit attenditur.*

11 *Iuspatronatus, quod Pontifex ex alio pietatis opere à Testatore relicto, instituit, perinde est, ac si à principio fuisset ab eodem Testatore fundatum, & ideò non merè gratiosum, sed ex causa veræ dotationis dicitur acquisitum, ibidem & num. 18. & seqq.*

12 *Iuspatronatus aliud per priuilegium à Principe concessum; & hoc merè gratiosum dicitur. Et aliud quod ex fundatione acquiritur, & de iure communi appellatur, ibid. & num. seq.*

Priuilegium dicitur quidquid conceditur per Principem contra ius commune, quasi priuata lex, numer. 12.

13 *Iuspatronatus ex fundatione, & dotatione acquisitũ, quamuis ex gratia dicatur, tamen ista gratia habetur inclusa in corpore iuris.*

14 *Iuspatronatus nihil aliud est, quam quædam prærogatiua per Ecclesiam concessa.*

In retributionem bonorum temporalium pro constituendo Ecclesiastico beneficio elargitorum, ibidem.

15 *Iuspatronatus si probetur ab aliquo dotatum hoc repugnat quod fuerit ex priuilegio concessum.*

16 *Iuspatronatus competens ex causa onerosa regulatur à iure communi ad instar iurispatronatus ex fundatione acquisiti.*

Iuspatronatus ex fundatione; vel alia causa onerosa acquisitum, non subiacet dispositioni Concilij, summorumque Pontificum Constitutionibus.

In materia derogationis, & reuocationis illius, numer. 16.

17 *Iuspatronatus constitutum ex bonis Ecclesiæ relictis, si illa non fuerunt incorporata, non potest dici quod bonis Ecclesiæ fuerit constitutum.*

Itaut ex priuilegio, non autem ex causa onerosa dicatur acquisitum, ibid.

18 *Commutatio voluntatis defuncti à Pontifice facta de aliquo legato pio in Iuspatronatus.*

Efficit idem quod si à principio illud fuisse constitutum, ibidem & num. seqq. & sup. num. 11. pariter cum seqq.

19 *Commutatio voluntatis defuncti operatur, vt legatum effectum habere non valens in vno opere pio, vergatur in aliud.*

20 *Iuspatronatus acquiritur hæredi, & habentibus causam ab eo, etiamsi Testator bona in aliquod opus pium reliquisset.*

Et Pontifex in Iuspatronatus illa commutasset, ibidem.

21 *Clausula* sublata cuicumque Iudici potestate, & facultate aliter interpretandi, *apposita in litteris Papæ.*

Clauditos parti, & Iudici adimit libertatem aliter iudicandi, ibid.

22 *Verba taxatiua*, pro masculis tantum, *apposita in materia Iurispatronatus intelliguntur quod primo masculis, illis scilicet existentibus, deinde fœminis Iuspatronatus quæratur.*

Iuspatronatus de sui natura dicitur ad quoscumque hæredes transitorium, num. 22.

23 *Liber baptismi iuncta institutione paterna filiationem probat.*

24 *Descendentia à primis fundatoribus non requiritur in probatione pertinentiæ iurispatronatus.*

Sed sufficit probare descendentiam ab vltimo possessore, ibid.

DECISIO CCXXI.

VAcante perpetuo simplici beneficio sub inuocatione Sanctorum Ioannis Baptistæ, & Catherinæ, sito in Collegiata Ecclesia Sancti Prosperi Ciuitatis Regieñ, per obitum Ioannis Rugij in mense Ordinarij, fuit de eo tanquam de libero, ab Ordinario Prouisus Excellentiss. Princeps Obizzus Estensis, qui pariter fuit præsentatus à D. Comitissa Siluia Zobola, prætendente ad eam spectare ius præsentandi ad dictum beneficium: propter quam controuersiam, commissa mihi causa, dubitaui; an constet de Iurepatronatus, quod suffragetur D. Comitissæ Siluiæ, & fuit affirmatiuè resolutum.

Quia dicta Comitissa existentiam Iurispatronatus, ac pertinentiam deducit ex continua serie institutionum ad præsentationem suorum antecesso-

cessorum spatio quadraginta annorum, & vltra
quæ cum non versemur in dominis ita potentio-
1 ribus, † vt inesse possit suspicio vsurpationis iux-
ta decreta Sac. Concilij Tridentini; suffragantur
ad effectum de quo agitur, concurrente fama
Iurispatronatus, *Mantic. dec. 318. num. 5. Reue-
rendiss. D. meus Decanus dec. 134 num. 2. bon. me.
Card. Caualer. dec. 159. num. 5. Reuerendiss. Vrgel-
2 ten. dec. 413. num. 2.* † vel adminiculis, *Cassad. de-
cis. 7. de Iurepatr. Achill. dec. 7. eod. tit.* & fuit di-
ctum *in Tirasonen. Cappellaniæ 14. Decembris 1607.
coram Eminentissimo Cardinali Pamphilio, & in Ro-
mana Beneficiatus S. Petri 22. Maij 1623. coram Re-
uerendiss. D. meo Decano.*

Quæ adminicula non desunt; nam adsunt enn-
ciatiuæ Iurispatronatus emissæ de anno 1552. in
litteris resignationis, & prouisionis tunc factæ
ab Ordinario Ludouico de Zobolis tanquam pa-
trono, & in motu proprio Pij IV. anni 1562. in
quo per obitum dicti Ludouici in Curia fuit fa-
cta prouisio Adriano Zobolo eum consensu Ca-
roli Zoboli Patroni, & expressa assertione, Bene-
ficium esse Iurepatronatus Laicorum nobilium
de Zobolis ex fundatione, vel dotatione, subla-
ta aliter iudicandi potestate, quibus confessioni-
bus in hac materia multum est deferendum, &
maximè illis, quæ emanarunt ab ordinarijs, qui
3 præsumuntur scire qualitates Beneficiorum, † &
solent esse difficiles in canonizando Iuspatrona-
tus, & in admittendis præsentationibus in præiu-
dicium libertatis Ecclesiasticæ, *Rot. decis. 1. de
Iurepatr. in nou. coram Put. dec. 243 lib. 2. coram
Caualer. dec. 378. num. 3. & coram Reuerendiss. D.
meo Decano, dec. 236. num 3.* Et accedunt Testes
super fama Patronatus examinati, qui quatenus
4 aliquam † exceptionem, vel in dicto, vel in per-
sona paterentur ad probandam famam, faciunt
saltem adminiculum, *Caputaq. dec. 208. num. 7.
par. 2. Rota dec. 18. num. 3. par. 2. recent. bon. mem.
Buratt. dec. 640. n. 5.* & ita fuit resolutum *in Ros-
sanen. Decimarum 28. Nouembris 1639. coram R. P.
D. meo Bichio.*

Præsentationes verò continuatæ per annos 50.
& vltra, probantur, cum in primis concurrat pro-
uisio anni 1563. tunc enim Carolus Zobolus vti
Patronus præsentauit Alexandrum filium, per
cuius obitum de anno 1593. idem Carolus Zobo-
lus præsentauit Aloysium, quo mortuo de anno
1603. Comes Ludouicus Zobolus, vti Patronus
fuit institutus, illeque de anno 1604. cum expres-
sa narratiua Iurispatronatus, resignauit benefi-
cium Ioanni Rugio, per cuius obitum, de anno
1625. illud tanquam liberæ collationis Reueren-
diss. Episcopus Regien. contulit Excellentiss.
Principi Obizzo, quem pariter præsentauit D.
5 Comitissa Siluia, † quarum præsentationum, ac
institutionum effectuatio apparet sufficienter pro
bata eo ipso, quod vna est per obitum, vel resi-
gnationem prouisi in præcedenti, *iuxt. vulg.
cons. Oldrad. 229. Rot. coram bon. mem. Burratto,
decis. 142. num. 6.*

Præterea visum est posse desumi plenissimam
probationem existentię Iurispatronatus ex litte-
ris felic. record. Gregor. XIII productis ex parte
Reuerendissimi Episcopi, in quibus continetur
explicita concessio illius ad fauorem Alexandri,
& Galassi de Zobolis, eorumque filiorum, & de-
scendentium masculorum, quia beneficium fuit
fundatum cum bonis ingentis quantitatis annui
redditus scutor, 300. auri de Camera, relictis
per olim Andream de Zobolis Laicum Regien.

Nec obstant duo obiecta facta ab informanti-
bus pro eodem Reuerendissimo Episcopo; Pri-
mum, quod cum hoc Iuspatronatus non fuerit
concessum ex causa onerosa, quia non fuit ali-
6 quid datum, † quod æquipolleat concessioni, re-
putari debeat vti merè gratiosum, iuxtà tradita
*per Rota dec. 457. num. 17. & 18. par. 1. diuers. de-
cis. 58. num. 8. & decis. 88. num. 4. par. 1. recent.
ita Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 8. num. 21.* Alte-
rum quod sit concessum masculis tantum, & sic
7 non transmissibile ad fœminas, ideoque per obi-
tum omnium masculorum, Beneficium acquisiue-
rit libertatem, per regulam, quod per extinctio-
nem lineæ vocatorum ad Iuspatronatus, ipsum
8 quoque extinctum † remaneat *ex Monet. de com-
mut vlt. volunt. cap. 11. nu. 134. & seqq. Lambert.
de Iurepatr. lib. 1. par. 2. quæst 2. art. 6. n. 4. &*

Non primum, quia cum non controuertatur,
9 quod Iuspatronatus fuerit fundatum † ex bonis
prouenientibus ab Andrea de Zobolis, illud non
potest censeri ex priuilegio, sed ex dotatione,
*Rota dec. dec. 4. vers. Nam sicut de concess. præbend.
in nou. & decis. 687. sub num. 2. vers. non obstat
quod obijcitur contra prædictum Iuspatronatus par. 1.
10 diuers.* Quia attenditur † semper originalis cau-
sa, ex qua actus processit. Et propterea nihil fa-
cit, quod fuerit fundatum ex bonis relictis ab
eodem Andrea, Priori, & Conuentui Monasterij
S. Saluatoris Ordinis S. Augustini Canonicorum
Regularium, cum onere, quod ipsi certas elee-
mosynas, & alia pietatis opera, pro eius, ac to-
tius familiæ de Zobolis animarum salute facere
tenerentur; Quia cum Leo Decimus, Clemens
Septimus, Pius Quintus, & Gregorius Decimus
tertius cum eisdem redditibus commutauerint
voluntatem Andreæ Testatoris in Cappellaniam
cum specifica expressione, quod reputaretur de
Iurepatronatus Laicorum, perindè est, ac si An-
11 dreas ab initio Beneficium fundasset, † ideoque
Iuspatronatus non potest dici concessum ex mero
priuilegio, sed ex causa veræ dotationis, vti ad-
uertit *Lambert. de Iurepatr. lib. 1. par. 1. quæst.
art. 4. num. 14.* Duplex enim constituitur Iuspa-
tronatus: alterum videlicet, ex priuilegio, pro-
12 priè dicitur per priuilegium, † quicquid con-
ceditur per Principem contra Ius commune, quasi
si lex priuata *Can Priuilegium 3. dist. cap. Abbate
S. Siluani, §. contra quod fuit, de verbor signific.* Et al-
terum de iure communi, & quamuis Iuspatrona-
tus ex fundatione, & dotatione sint ex gratia,
nihilominus ista gratia est inclusa in corpore Iu-
13 ris, † & reputatur Ius commune, non autem Pri-
uilegium, regulaturque eius materia secundum
terminos Iuris communis, *Put. dec 369. num. 4.
lib. 2.* & bene per *Lotther. de re benef. lib. 2. qu.
num. 21. & seqq.* vbi concludit Iuspatronatus ni-
14 hil aliud esse, quam certam prærogatiuam † pro
Ecclesiam concessam cui piam in retributionem
bonorum temporalium pro constituendo Eccle-
siastico beneficio elargitorum; Vndè cum Iuspa-
tronatus probetur fundatum, & dotatum ex bo-
nis

15 nis relictis per Andream, † quod omninò repugnat concessioni ex priuilego consistente in mera gratia, & Iuspatronatus competens † ex causa
16 onerosa reguletur à Iure communi, ad instar Iurispatronatus ex fundatione ex cumulatis per, *Garz. de benef. par. 5. cap. 9. num. 120. & 121.* Illudque non cadat sub derogatione Concilij, nec sub regulis reuocatorijs Summorum Pontificum, sequitur deducta pro D. Episcopo, circa hoc non releuare.

Et licet bona, de quibus agitur, fuerint prius relicta supradictis Priori, & Conuentui S. Saluatoris, indeque inferatur dotem fuisse datam de
17 bonis Ecclesiæ, †& propterea Iuspatronatus esse ex priuilegio, attamen non constat fuisse vnquam incorporata iuxta requisita à DD. *in l. 3. vbi Bart. sub num. 2. & in l. si vacantia, vbi idem Bart. nu. 8. & add. ad eum sub num. 9. C. de bon. vacan. l. 10. Imol in c. vt super, sub num. 7. de reb. Eccl. non alien. Guidopap. dec. 154. num. 2. & 3.* Imò ex ipsis litteris Greg. XIII. apparet Priorem & Conuentum, interueniente consensu Congregationis renunciasse, & expressè repudiasse legatum, & bona adhuc fuisse possessa per Ludouicam, Beatricem, & Constantiam hæredes Nicolai, vnde cum Papa commutata voluntate erexerit beneficium cum bonis legatis, talis commutatio voluntatis
18 operatur † quod bona à principio pro fundatione, & dotatione Iurispatronatus assignata censeantur, ex trad. per *Monet. de commut vlt. vol. c. 1. num. 16.* & non ideo minus dicuntur prouenisse à laico, hoc enim solum commutatio efficit, vt
19 legatum non valens habere effectum in vno opere pio, sit versum in aliud, vt per *Monet. in loc. cit.* Vnde perinde est, ac si ipse ita mandasset, quod
20 sufficit ad effectum acquirendi Iuspatronatus heredi, & habentibus causam ab eo, *Couar. var. resol. l. 2. c. 18 in fine,* & ne posset vnquam de hoc dubitari, Greg. XIII. in suis litteris declarauit esse verum, & legitimum Iuspatronatus ex fundatione, & dotatione laicali, & non comprehendi
21 sub rogationibus, & derogationibus † *sublata cuicumque Iudici quauis aliter iudican. & interpretan. facultate*, quæ clausula claudit os parti, & tollit facultatem Iudici aliter iudicandi, *Gonzal. super reg. 8. gloss. 66. nu. 3. & seqq. Caputaq. dec. 134. nu. 4. par. 2. Rot. in recent. dec. 77. nu. 9. par. 5.*

Non secundum obiectum, quod Iuspatronatus fuerit concessum pro masculis tantum, quia ista taxatiua enunciatur solum in cessione facta à Ludouica, Beatrice, & Costantia Alexandro Zobolo. Et ex lectura apparet non fuisse appositam qualitati masculinitatis, sed qualitati laicalitatis imò in erectione neutri fuit adiecta, quæ potius, quem cessio debet attendi: Vltra quod cum aga-
22 tur † de materia transitoria ad quoscumque hæredes, vt est Iuspatronatus, verba taxatiua intelligitur, existentibus masculis, scilicet, vt quando adfuerit aliquis masculus, ipse sit Patronus, iuxta opinionem, quam tenuit *Rota coram Seraph. dec. 364. num. 9. & in Cæsenaten. Bonorum 9. Decembris 1586. coram bon. memor. Cardin. Pamphilio, iuxta vulgatum consit. Anchar. 81. à Rota passim approbatum.*

Quod Iuspatronatus pertineat ad D. Comitissam, iustificatur ex eo, quia ex partita libri Bap-
23 tismi, probatur filia Co. Ludouici Zoboli & hæres exproportionabili actu institutionis in testamento paterno, in quo vna cum comitissa Iulia altera filiæ, æqualiter, & æquis portionibus fuit hæres instituta, & super his deponunt Testes de publica voce, & fama, & iuxta opinionem, quam
24 Rota seruat, sufficit probari † descendentiam à dicto Co. Ludouico, qui de anno 1603. vti Patronus fuit institutus, & vltimo loco ad fauorem Ioannis Rugij, vti talis de anno 1604 resignauit etiamsi non probauerit se descendere à primis fundatoribus Iuripatronatus, *Rot. dec. 146. nu. 2. & decis. 274. num. 8. par. 2. recent. in Baren. Beneficij 1. Iulij 1611. coram bon. mem. Vbaldo, in Mediolanen. Iurispatronatus 10. Maij 1623. coram R.P. D. Pirouano.*

Et ex his, tam ex deductis in prima parte decisionis, quam in secunda, fuit resolutum constare de Iurepatronatus ad fauorem D. Comitissæ Siluiæ.

R. P. D. PANZIROLO,

Postea S. R. E. Cardinali.

Portueñ Stagni.

Veneris 27. Aprilis 1640.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis pluribus concessa lineis non tamen insolidum, & quoad partem alicuius per generationem finita, potest per Ecclesiam dominam directam remedio, *l. si quis conductionis, C. locati* recuperari aduersus alios emphyteotas qui partem Ecclesię caducatam sibi appropriarunt; Quod autem dictum remedium, *l. si quis conductionis*, in emphyteutico procedat contractu latè in decis. firmatur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum reddit rem certam, & manifestam facit probationem.*
2 *Solutio Canonis spatio plurium annorum probat effectuationem emphyteusis.*
3 *Mors probatur ex fide Parochi.*
4 *Conductor conuentus remedio,* leg. si quis conductionis C. locati, *pro restitutione rei in locationem acceptæ.*
Non potest refrigare quæstionem siue proprij, siue alieni dominij, ibid. & per tit decis.
Exceptio proprietatis non admittitur in possessorio restituendæ, etiamsi excipiens esset paratus in incontinenti docere de iure suo.
Spoliatus debet ante omnia restitui, nu. 5.
7 *Remedium* l. si quis conductionis C. locati, *habet locum inter locatorem, & conductorem, secus contra singulares successores.*
8 *Contra quod procedat aduersus omnes habentes causam à conductore.*
9 Text. in l. si quis conductionis, C. locati, *non procedit contra emphyteotam.*
Contrarium verius numer. 10. & seqq. ac per totam decis.

Emphy-

Emphyteota ratione vtilis dominij sibi naturaliter possidet, non domino, nu. 9.

11 *Emphyteota non debet ex facto suo Domino præiudicium inferre.*

13 *Emphyteusi finita Dominus directus possessione ciuili trahit ad se naturalem, & vtramque sibi consolidat.*

14 *Domino directo ratione solius possessionis ciuilis emphyteusi finita debetur manutentio ad recuperandam naturalem possessionem.*

15 *Remedium* l. si quis conductionis, C. locati, *cessat vbi potest referri quæstio dominij.*

16 *Instrumentum secundum attenditur, quoties per illud fuit primum dilucidatum.*

17 *Ius accrescendi in emphyteusi concessa per Ecclesiam inferiorem sub sola modici canonis recognitione.*
Non habet locum de linea vnius, ad lineam alterius ex pluribus lineis simultaneè inuestitis, ibid.

18 *Emphyteusis concessio pluribus facta, qui se insolidum ad canonis solutionem obligarunt, non ex hoc dicitur, quod fuerit insolidum facta.*

DECISIO CCXXII.

CVm ad fauorem Eminentiss. D. Cardinalis Burghesij Commendatarij Abbatiæ Sancti Gregorij de Vrbe resolutum fuisset, constare de dominio Ecclesiæ ad effectum, vt ipsa in Stagno, de quo agitur in Dominam directam recognoscatur, prout latè in Decisione coram me emanata sub die * 19. Iunij 1637. Idem Eminentiss. D. Abbas institit disputari. An ad Ecclesiæ fauorem intret dispositio *Text. in l. si quis conductionis. C. locat* in quo per hæc verba disponitur. *Si quis conductionis titulo agrum, vel aliam quamcumque rem accepit, possessionem prius restituere debet, & tunc de proprietate litigare.* Hodie igitur habita super hoc disputatione, Domini dispositionem, *d. leg. ad fauorem Ecclesiæ procedere dixerunt*, fuit enim ponderatum, quod hoc Stagnum ab antiquo tempore in decem æquales partes diuisum reperitur de quarum quinque, totidem fratres de Catalanis, de duabus aliqui de Collatijs, de reliquis tribus duo filij simul cum patre familias de Quinque erant inuestiti. Qui omnes cum denegassent soluere consuetum Canonem clar. mem. Cardin. Baronio tunc temporis dictæ Abbatiæ Commendatario, acceptata per eum deuolutione. Tandem de anno 1602. agnoscentes omnes isti participantes bonam fidem mediante persona Io. Baptistæ Catalani eumdem D. Card. Commendatarium in directum Dominum, & proprietarium eiusdem Stagni recognouerunt, cum narratiua, quod illud sibi ipsis, ac suorum auctorum filijs legitimis, & naturalibus, ac descendentibus masculis tantum ac de legitimo matrimonio procreatis durante linea masculina in perpetuum iure emphyteotico fuerat concessum. Promittentes vlterius Stagnum ad inde citra ad instar rei emphiteoticæ retenturos, ac durantibus lineis prædictis, non solum futuros Canones, verum etiam decursos soluturos. Et vinceuersa D. Cardinalis caducitatem ex quocumque capite incursam illis remisit, prout latiùs in Instrumento dato in præterita disputatione, *Summ. num. 5.* Cum igitur ad obtinendum in hoc iudicio tria reqeirantur. Primo scilicet, quod constet de locatione. Secundo, quod emphyteusis sit finita. Tertiò, quod adsit contumacia non restituentis. Visum est Dominis, quod de omnibus istis clarè constet. Quod enim attinet ad locationem, ista indubitata redditur ex concessione d. nouæ inuestituræ per Card. Baronium factæ tanquam de re emphytheotica cum expressa inuestitorum assertione, quod Stagnum iam antea erat de directo dominio Ecclesiæ, Iustrumentum autem
1 reddit rem certam, † & manifestam, & facit probationem probatam, *Bart. in l. 1. num. 8. & ibi Iason n. 10. ff. de nou. oper. nunc Bald. in l. interest. in vlt. nu. tab. Cod. de solut. Rot. dec. 451. n. 1. par. 1. recent. Ludou. dec. 157. num. 13.* Cum similibus iuncta præsertim solutione Canonis vltra spatium 30. an-
2 norum, † quæ peobant effectuationem, vt plenè *in dec. 349. sub n. 12. vers. maximè par. 5. recent.*

Quod autem emphyteusis sit finita respectu linearum aliquorum ex iuestitis est etiam in confesso, & patet omnium illorum obitus ex fide
3 † Parochi data *in Summ. nu. 3. Imol. cons. 101. in fine Rebuff. in tract. de regest. seu libro Baptism. Greg. decis. 78. num. 2. vai latè Add. in litt. A.*

Et demum de contumaciam non restituentium apertissimè visum est constare, dum fratres de quinque, ac Theulus partes prædictas sic vacantes, non solum vti proprias, sibi applicarunt, sed
4 vlterius Ecclesiæ dominium denegarunt. † Ita vt pro illarum vtili vendicatione inter dispositio d. l. si quis conductionis, absque eo quod per contradictores opponi posset de proprio, vel alieno dominio aduersus Eminentiss. D. Abbatem, vt specialiter notat, ibi, *Angel. ante num. 1.* dicens, quod secundum hoc, ista lex redditur singularis, & ideò locator, qui timet ne quæstio dominij referatur in libello exprimere debet, quod intentat condictionem ex hac lege, *Castr. in l. qui rem num. 3. ff. deposit.* ibi, *Si ago vtili condictione, quæ oritur ex lege, si quis conductionis, tunc non posses mihi obijcere exceptionem de dominio proprio,* quia vt detur agi possessorio restituendæ, in quo non admittitur exceptio proprietatis, etiamsi excipiens
5 paratus esset incontinenti de ea docere † quia spoliatus ante omnia est restituendus, *Bart. in l. vnic. ab re num. 1. ante med. vers. certè gloss. dicit verum num. 4. C. vnde vi Felin. in cap. inter dilectos n. 3. post med. vers. vbi autem locator de fid. Instrum.* qui dicit, quod si locator ageret condictione ex l. si
6 *quis conductionis,* † non excipitur de dominio proprio, nec alieno, sed oportet, vt res prius restituatur, *Purpur. in l. 2. num. 21. & seq. ff. si cert. pet. Dec. consil. 28. num. 3. paulo post med. vers. & secundum Angel. Neuiz. cons. 37. num. 21. in fine, Rot. decis. 290. num. 9. & 10. par. 1. decis. 79. nu. 8. par. recent.*

Neque visa sunt releuare, quæ pro parte Participantium afferebantur. Nam quod remedium
7 *l. si quis conductionis*, solum habet locum inter ipsum locatorem, & conductorem, non autem contra singulares successores *iuxta text. in l. 1. §. hæres, ff. ad Trebell l. fin. §. final. ff. de contrahen. empt.* Responsum fuit secundum veriorem, & magis communem opinionem hoc remedium com-
8 petere † aduersus omnes habentes causam ab agente, *Angel. in d. l. num. 1. in fin. vers. quod dicitur,*

tur, *Felin. in cap. inter dilectos numer. 2. vers. & hoc habet de fid. instrum. Purpur. in l. 2. nu. 22. vers. locum habente, ff. si cert. pet. Dec. cons. 28 num. 3. vers. nam illa Neviz. cons. 37. num. 22. Marant. in specul. par. 4. dist. 7. princ. num. 49. vers. sed vtilis, Nicol. Bellon. supput. iur. lib. 4. cap. 6. num. 2. post med. vers. nam illa.*

Nec dicitur, quod *l. si quis conductionis*, non
9 procedit contra emphyteotam; † qui sibi non Domino possidet, ea ratione, quia si Conductor finito tempore restituere recuset, spoliare dicitur, non autem emphyteota, qui ratione vtilis dominij sibi naturaliter possidet, vt per *Angel. in d. l. fin. Dec. cons. 28. num. 3, & consil. 56. sub numer. 4. Cephal. consil. 47. num. 40. lib. 1.* & in his terminis, *Rimin. Sen. cons. 94. num. 19. & plur. seqq. lib. 1.* Multipliciter enim fuit responsum. Et primò quod in
10 contrarium † dicunt, *Alberic. in l. non ab re, Cod. vnde vi, Bart. in l. legata inutilia, ff. de adimen. legat. Clar. in §. emphyteusis quæst. 25. in princ. Corbul. de iur. emphyt. in princip. num. 2. Carocc. de locat. par. 6. remed. 14. nu. 4. & 5. Valasch. de iur. emphyt. quæst. 18. num. 17. post med. vers. quamuis,* subdens huiusmodi opinionem tenendam pro communi vtilitate ne emphyteotæ Domino ex facto
11 suo queant præiudicium inferre, † & hanc opinionem sequuta est, *Rota in d. dec. 290. n. 9. & 10. par. 1. & dec. 79. nu. 8. par. 5. recent.*

Secundo fuit responsum portiones illas, quæ fuerunt effectæ caducæ non posse dici, quod participantes sibi aliquo iusto titulo possideant, sed potius illarum dicuntur inuasores, & Ecclesiæ spoliatores contra iuramentum præstitum de illas restituendo in casus deficientis lineæ inuestitorum cum clausula *Constituti*; Et sic Ecclesiæ competit aduersus illos remedium reintegrato-
12 rium, † si denegetur restitutio, vt desertis verbis in terminis emphyteosis in vim *l. si quis conductionis*, loquitur *dicta decis. 290. numer. 10. par. 1. recent.*

Tertiò responsum fuit, quod sicut per deficiētiam lineæ respectu partium, quæ fuerunt apertæ
13 possessio Ciuilis Ecclesiæ statim ad se traxit naturalem, & vtramque consolidauit in Abbate iuxtà *Bald. in l. 1. num. 38 vers. & nota, quod tenetur, ff. de rer. diuis. in l. clam possidere, § qui ad Nundinas, num. 73. vers. adde secus, ff. de acquir. possess. Scrader. de feud. par. 3 cap. 2. num. 14. vers. Præterea, Rosental. eostem tract. cap. 7. concl. 23. num. 2. in fin. concl. 60. num. 13. vers. quo casu sub Litt. H. & D. Argel. de legit. contradict. quæst. 16. art. 1. num 12. et 13.*
14 Quinimò ratione solius Ciuilis † esset debita manutentio Ecclesię ad effectum recuperandi naturalem, *Bart. in l. 1. §. quod ait, Prætor numer. 17. vti possid. Honded. cons. 21. num. 19 lib. 2. Menoch. de retinend. remed. 3. num. 22. Gregor. decis. 203. num. 3. Rota decis. 359. num. 2. par. 5. recent.* Ita non erit durum dicere, quod remedium, *l. si quis conductionis*, habeat locum etiam in emphyteota, ita vt statim illi auferatur possessio quandoquidem eidem emphyteotę mediante manutentione possessio pariter aufertur, & Ecclesiæ conceditur, reseruato, quod in plenario iudicio super dominio differatur, & ideò contra opinionem, *Rimin.* & aliquorum concludendum videtur, quod inter hæc duo remedia merè possessoria nullum adsit discrimen, & propterea vtrumque indistinctè habere locum tam in contractu emphyteotico, quā in alio dissimili, cum ius non stet in diuersitate contractuum, sed quod emphyteusis sit finita, vel ne; Quia dato quod probetur finita ille, qui dat de sua possessione in coucursu possessionis Ecclesiæ proprietariæ non auditur, nisi prius restituta re concessa, sicut in iudicio manutentionis probato fine concessionis.

Minus obstat, quod Participantes prætendant, hoc Stagnum pertinere ad ipsos pleno iure vigore concordiæ initæ de anno 1573. cum Abbate regulari, & sic cum ipsi possint referre quæstionem dominij cessare remedium, *l. si quis conduc-*
15 *tionis*. Etenim vt in alia decisione responsum fuit, verum est, quod in dicto Instrumento anni 1573. cum Abbate regulari celebrato Participātes studuerunt enarrare suas possessiones, quod scilicet recognitio ducatorum 20. de carolenis solui solita Abbati esset correspectiua pascuis, lignis, ac fascinis, quæ pro animalibus, & pro claudendo Stagno respectiuè percipiebantur in Casali Magalottæ, per cuius ademptionem ipsi Monasterij, cessasset quoque ista correspectiua responsio, sed Domini in dicta decisione ponderarunt, quod illa narratiua Participantium magis videtur confirmare directum Ecclesiæ dominium, dum non obstantibus oppositis, quæ in omnibus ab Abbate impugnabantur, non solum Participantes decursa ei soluerunt, sed decurrenda etiam soluere promiserunt, & quidem summa ratione, quia si post ademptum Casale nihilominus recognitio Ecclesiæ soluebatur, non poterat dici, quod illa esset pro lignis, & fascinis præstitis pro claudendo Stagno, & pro pascuo equorū; sed veriùs in recognitionem directi dominij ipsius Stagni, vt prætendebat Abbas, qui mediante dicta concordia intentum assequutus est firmando dominium in Stagno per receptionem Canonis, itaut mirum non sit si postea de anno 1602. tempore Cardinalis Baronij hæc veritas
16 fuerit iterum à Participantibus agnita, † & primum Instrumentum per secundum delucidatum, vt fuit animaduersum in *decis. 776. sub num. 1. & 4. par. diuers.*

Nec ad euitandum dd. partium caducatarum restitutionem potest à Participantibus haberi cōfugium ad Ius accrescendi; Quia, cum versemur in emphyteosi per Ecclesiam inferiorem titulo lucratiuo sub sola modici Canonis quantitate scilicet scutorum quindecim in recognitionem
17 proprietatis, ac directi dominij concessa, † non habet locum ius accrescendi de linea vnius ex simultaneè inuestitis ad lineam alterius, *Bald. in l. si, & Titio sub num. 2. & 3. vbi Alex. num. 14. vers. quod intellige Ias. num. 10. vers. aut ego, Alciat. num. 21. vers. alias esset, Zas. num. 5. vers. cæterum, ff. de verb. obligat. Rip. in l. re coniuncti n. 228. ff. de leg. 3.* qui testatur ex communi *Gabr. cons. 66 nu. 9. lib. 2. Bellon. de iur. accresc. tom. 1. cap. 6. quæst. 38. num. 5. cas. 161. & seqq. Seraph. decis. 97. n. 1. & decis. 640. num. 10.*

Nec contrarium suadent illa verba Instrumenti, ibi: *Affirmantes medio iuramento, quibus supra nominibus, & quilibet eorum insolidum alias emphyteotico iure sibi &c.* Etenim aduerbium illud, (insolidum

solidum) visum est, quod non importare ius accrescendi inter inuestitos, sed solum, quod insolidum omnes præstabant iuramentum super veritate concessionis, scilicet quod alias esset facta emphyteotico iure sibi ipsius, & eorum authorum filijs legitimis, & naturalibus, & descendentibus masculis tantum, & de ipsorum prole, & de legimo thoro procreatis, aut procreandis, quæ verba visa sunt personalissima, & posita in sensu diuiso, ac designare partes viriles cuiuscumque lineæ inuestitorum, non autem importare complicitatem vnius lineæ, cum alia. Et quamuis vnusquisque ex inuestitis voluit posse insolidum conueniri pro solutione Canonis. Non ideò ex hoc infertur,
18 quod concessio sit facta insolidũ, vt benè distinguit *Alciat. cons. 7. num. 11. lib. 1. Mantica de coniect. lib. 22. tit. 34. num. 6. & 24. propè fin. vers. porrò.* Et licet prętendatur, quod inter participantes adsint particulares conuentiones circa modum succedendi, & fruendi emolumentis. Istæ tamen leges vti factæ inter ipsos non sunt aptę nocere Abbati, qui illas non approbauit, sed potius vti Ecclesię pręiudiciales hodie impugnat, cum prius de illis nullam habuerit notitiam.

Et ità vtraque parte informante, &c.

Quæ supra assignatur decisio sub die 19. Iunij anni 1637. coram eodem Eminentiss. Panzirolo in hac causa facta erit infra in appendice aliæ verò quæ in hac causa emanaruno sub diebus 10. Iunij, & 10. Decembris 1641. coram eodem Eminentiss. Panzirolo in sequenti ponuntur volumine iuxta ordinem temporis, & pends Salgad. in suo Laberint. credit. habetur, & altera in hac causa facta decisio sub die 8. Februar. 1647. & est decis. 97.

R. P. D. CARILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Signina Saluiani.

Veneris 27. Aprilis 1640.

ARGVMENTVM.

Saluiani iudicium cum exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittat, hinc dicitur censum, ex alijs quam ex actu retrosimili prętensum extinctum, talem non probari si actus qui pro illius assignantur extinctione non perfectè concludant.

SVMMARIVM.

1 *Census in dotem dati vt dicantur per maritum alienati necesse est docere de eorum extinctione.*
Vel per actualem pretij restitutionem, vel per actum retrosimilem numerationis pecuniæ ab eodem marito factum, ibid.
2 *Extinctio census probatur, si creditor habuit à debitore aliquam quantitatem puta frumenti ad computum illius.*
Etiamsi non adsint Instrumenta formalia extinctionis, ibidem.
3 *Probationes turbidæ, & æquiuocæ non probant extinctionem census.*
4 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittitur in iudicio Saluiani.*
5 *Fructus dotales, post obitum vtriusque coniugis non debentur illorum hæredibus, & num. seqq.*
7 *Fructus non debentur ratione moræ, & lucri cessantis si non concurrunt requisita Castrensis.*
8 *Solutio facta à debitore in causam debiti facta præsumitur, si aliter non appareat.*
9 *Retensio non datur si ex fructibus à die motæ litis perceptis creditor potuit satisfieri.*

DECISIO CCXXIII.

DVm pro parte Cassandræ de Vindictis, & Iulij Cęsaris Rorij instabatur pro expeditione huius causæ iuxta formam trium Decisionum conformium * quibus firmatum extitit ei dandam esse immissionem ex Saluiani in bonis de quibus agitur pro fructibus duorum censuum à Sulpitio Papio debitorum fuit pro parte illorum de Lauris eorumdem bonorum possessorum repetita alias reiecta exceptio retentionis pro dote anteriori Hieronymæ Niueæ vxoris dicti Sulpitij, & Sororis Portiæ matris ipsorum de Lauris sub prætextu quod non subsisteret dictam dotem fuisse aliunde restitutam, quam in bonis de quibus agitur ipsis insolutum traditis ab hæredibus dicti Sulpitij, & sic fundamenta Decisionum ex facto corruerent.

Et quia dos prædicta fuit constituta in tribus rubris cum dimidio terrarum sitarum in Contrata, vt dicitur *al Pantanello* in mobilibus inæstimatis in pecunijs, ac in censibus, & dd. de Lauris asserebant, quod detractis dictis tribus rubris cum dimidio terrarum, mobilibusque inæstimatis adhuc summa dictæ dotis remaneret in scutis 179 ad quorum computum dicebant habuisse sc. 100 monetæ incontanti dumtaxat, & pro residuo recipisse insolutum bona controuersa, quod fieri potuisse prætendebant ex quo census dotales fuerant extincti ab eodem Sulpitio dictæ Hieronymæ viro, ideo DD. concesserunt nouam audientiam, & mandarunt vt strictè informaretur super extinctione dd. censum dotalium iuxta quem ordinem causa reproposita in hac secunda propositione prædictis omnibus non obstantibus fuit & iterum responsum standum esse in decisis.

Ratio autem resolutionis fuit, quia cum agatur de censibus in dotem traditis † opus est con- 1
cludenter docere de eorum extinctione per maritum facta, & quidem per actualem pretij restitutionem, vel per actum retrosimilem numerationis pecuniæ, *leg. 1. quando lic. ab empt. disced. Rota coram Seraph. decis. 890. nu. 1. & coram bon. mem. Serleucien. in Romana Census 4. Iunij 1618 impress. apud Cenc. de Censibus* post addit. quæ est *decis. 119. numer. 1. & 2.* secundum primam impressionem, vbi aliæ plures concordantes referuntur.

In pręsenti vero ex sex censibus qui prætenduntur extincti per Sulpitium maritum dantur instrumenta formalium extinctionum pro quatuor tantum quorum primus est scut. 100. in sorte principali Summ. Laurorum dato 14. Martij 16 8. n. 7. Litt. D. Secundus est pariter scut. 100. in sorte dicto Summ. Litt. E. Tertius est sc. 200. in sorte dicto Summ. Lit. G. Quartus est sc. 25. pro ... dicta-

dietate dictæ Hieronymæ eodem Summ. Litt. L. qui in totum faciunt summam sc. 425. quæ quatuor extinctiones impedire non possunt immissionem, quia constat dd. Lauros recepisse in pecunia contanti longè maiorem summam, vt infra demonstrabitur pro alijs autem pro quinto, qui est sc. 300. in sorte pro medietate dictæ Hieronymæ dicto Summar. Litt. A. & pro sexto qui est scu. 600 in sorte pro portione eiusdem Hieronymæ dicto Summar. Litt. P. non dantur Instrumenta extinctionum.

Sed solum dicebatur per informantes pro Lauris ex istis duobus vltimis censibus fuisse creatum censum sc. 1000. cum Communitate Signina ad fauorem d. Hieronymæ illumque postea fuisse extinctum ab eadem Hieronyma cum præsentia, & consensu d. Sulpitij viri dicto Summ. num. 9. quod probari asserebatur ex eo quod d. Communitas ante impositionem d. Census scut. 1000. habuerat ab Antonio Caetano, & Catharina Sabella Coniugibus debitoribus d. quinti Census dotalis tantam frumenti quantitatem ad rationẽ sc. 5. pro quolibet rubro quanta intrabat in scut. 6000. quæ erat medietas census spectantis d. Hieronymæ, vt ostendi prætenditur ex decretis publici consilij d. Communitatis, ac ex Instrumento facto ad fauorem d. Hieronymæ sub die 22. Septembris 1569. Summ. Laurorum dato die 29. Iunij anni præteriti num. 8. 9. 10. & seq. & ex eo quod eadem Communitas pariter habuerat à Federico de Comitibus debitore sexti census in Instrumento dotali contenti sub nomine Salui Nardi aliam quantitatem frumenti ascendentem ad valorem sc. 1000. cuius summæ ratam vsque ad sc. 600. d. Federicus assignauit Leonoro, & Ambrosio marito, & Socero respectiuè dd. Hieronymæ, & Portiæ, vt in dicto Summar. num. 14. quodque assignatio facta fuerit causa, & occasione d. census dotali dicebatur declarari ex litteris missiuis d. Federici, quibus ipse instabat apud d. Communitatem, vt procuraret à dd. Ambrosio, & Leonoro cassationem Instrumenti d. census, d. Summ. num. 15. ibi, *Son stato fin' hora aspettando venissero M. Ambrogio, & M. Leonoro con suo figliolo à cassar l'Instrumento del Censo frà noi, e farmene quietanza &c.* ex quibus omnibus inferebatur ad
2 restitutionem pretij dd. duorum censuũ, † quæ sufficit ad probandam extinctionem, etsi non dentur Instrumenta formalium extinctionum *ex adductis per Cenc. de Censib. par. 3. cap. 1. q. 3. artic. 10. nu. 10. fol. 258. secundum primam impress.*

Attamen hæ probationes non omnibus Dominis visæ fuerunt concludentes, itaut ex illis desumi possit clara censuum pretij restitutio in manibus d. Sulpitij prout requiritur siquidem in Instrumento d. Census sc. 1000. impositi per dictam Communitatem ad fauorem d. Hieronymæ non dicitur, quod pecuniæ quibus census imponitur proueniant ex extinctione aliorum duorum censuum dotalium debitorum à dd. Antonio Ceatano, & Catharina Sabella coniugibus, & Saluo Nardo respectiuè, imò quoad censum debitum per d. Saluum Nardum prætenditur exaduerso fuisse debitum, ac extinctum à Federico de Comitibus, & nihilominus non docetur de aliqua recognitione bonæ fidei eiusdem Federici erga d. Saluum Nardum principalem debitorem. Vndè patet quod probationes adductæ ad doceñ de extinctione dd. censuum saltem sunt turbidæ, &
3 æquiuoca, † quæ propterea non sufficiunt ad tradit. per *Abb. in cap. 2. ad fin. de Cens. Ruin. cons. 104. sub num. 5. & seqq. vol. 5. Crauett. consil. 313. num. 4.* quos sequitur, *Rota in Romana Saluiani Interdicti 12. Nouembris 1618. coram Remboldo, quæ est decis. 44. num. 10. impress. per Cenc. de Censib. post addit. in suo tract. secundum primam impress.* & eo
4 minus dum agitur remedio Saluiani in quo non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem *Rip. in rub. ff de pign. num. 19. Menoch. de adipisc. rem. 3. quæst. 3. nu. 180. Cenc. de Censibu. par. 3. cap. 2. q. 5. art. 9. nu. 82. Rot. decis. 34. n. 23. par. 2. diuers.*

Præterea fuit dictum, quod quatenus etiam constaret de extinctione dd. censuum, itaut dos peruenta in manibus d. Sulpitij detractis dictis tribus rubris cum dimidio terrarũ, & mobilibus inæstimatis ascenderet ad sc. 2270. pro vt dd. de Lauris prætendunt adhuc deberet concedi immissio ex Saluiano dd. Cassandræ, & Iulio Cæsari, quia constat dotem prædictam fuisse aliundè restitutam absque quod opus, esset pro ea denuo dare insolutum bona de quibus agitur, vel saltem illius residuum, si quod extat remanere adeò illiquidum, vt immissio vllo pacto impediri possit. Apparet enim in vna partita fuisse restituta scut. 1000. prout est in confessio inter partes, & in alijs duabus fuisse soluta sc. 150. quæ licet fuerint recepta ad computum fructuum dotalium tamen debent imputari in sortem ipsius dotis. Quoniam fructus fuerunt calculati post solutum matrimo-
5 nium per mortem vtriusque coniugis, † quo casu nulli debentur fructus eorundem coniugum hæredibus, *Couar. lib. 3. var. cap. 1. num. 3. cum seqq. Rota decis. 91. impress. per Fenzon. post stat. Vrb. §. ratio secundi dicti, & §. quod vero, & coram bo. me. Seleucien. impress. per Cenc. de Censib. quæ est la 505. in ordine nu. 2. secundum modernam impressionem Duran. decis. 37. num. 6.*

Nec poterant prætendi vti fructus censuum, quia si census tunc extabant ipsi vti data in dotem loco fundi dotalis reuertebantur ad vxorem superstitem statim soluto matrimonio ex dispositione *Stat. Vrb. lib. 1. cap. 133. in fin.* Si verò erant extincti, & tunc hæredes tenebantur restituere pecunias, & non census, sicque fructus nullo
6 modo debebantur, vt in similibus terminis dixit *Rota in Romana Fructuum Dotis 14. Maij 1612. coram Manzanedo impress. per Cenc. de Censib. post addit. secundum primam impressionem*, & minus poterant peti ratione moræ, & lucri cessantis, quia
7 non docetur de requisitis relat. per *Paul. de Castr. in l. 5. §. final. ff. de eo quod cert. loc.* quam doctrinam Rota passim sequitur in hac materia, vt in Decisionibus cumulat. *per Add. ad Buratt. in decis. 567. Lit. A.*

Constat etiam in alijs partis contentis in computo manu Lelij Lauri conscripto Summ. hodierno d. Iulij Cæsaris num. 4. ad manus dd. de Lauris peruenisse sc. 302. & in alijs partitis extractis ex banco Ruspoli, & Ascornij eos recepisse alia scuta 259. & 95. dicto Summ. num. 5. Quæ quidem partitæ quamuis pro parte dd. de Lauris impugnen-

pugnentur sub prætextu, quod quælibet earum habeat suā causam particularem extra dotem, & propterea non debeant in ea imputari. Attamen
8 ex quo illæ fuerunt solutæ ab eo† qui dotem prædictam restituere debebat, & dicti de Lauris non iustificant prætensas causas particulares videntur adhuc admitten. ad computum dotis *ex tradit. per Alex. cons. 2. in fin. lib. 4. Menoch. de arbitr. cas. 93. numer. 36. Gabr. cons. 75. n. 10. & seqq. lib. 2. Rota in Romana Pecuniaria de Columna 11. Decemb. 1615. coram Card. Sacrato.*

Prout constat restituta fuisse mobilia, quæ calculata fuerunt pro sc. 30. ex Testibus datis in Summ. dicti Iulij Cæsaris num. 7. Nec non constat census spectantes ad d. Hieronymam extinctos fuisse per Lauros vsque ad summam scut. 320. vt ex publicis Instrumentis extinctionum firmatum fuit in præteritis Decisionibus, & signanter in 1. §. 7. & in 2. §. 3. & de duobus alterum sc. 90. alterū sc. 15. datum fuit creditum in prædicto cōputo dato in prima positione huius causæ Summ. n. 18. & in secunda num. 3. Vnde computatis prædictis partitis sc. 1000. & sc. 150. expresse solutis occasione d. dotis ascendunt ad summam sc. 2061. & sic ad explendam dictam Summam dotis sc. 2170. deficiente tantum sc. 109. circiter pro quibus in omnem casum poterat assignari congrua rata bonorum de quibus agitur, non autem dari ea omnia insolutum calculando residuum dotis cum alijs creditis posterioribus vsque ad summam sc. 1163. vt legitur in ipso Instrumento dationis insolutum quo fit vt creditū residui dotis remaneat illiquidum, imò absortum, & compensatum cum fructibus per dictos de Lauris perceptis à die motæ litis pro creditis posterioribus in d.
9 Instrumento dationis insolutum relatis † adeo quod cesset omninò prætensa retentio, vt sæpè dixit *Rota, & in specie coram Caualer. dec. 539. n. 5. & coram Duran. dec. 113. & inter recent. dec. 433. n. 4. par. 2. & coram R. P. D. meo Ghisilerio, in Auximana Census 10. Martij 1636.* quæ loquitur in terminis retentionis pro dote.

Et ita decisum vtraque parte audita.

☞ *Quæ supra citantur Decisiones huius causæ, omnes in hac eadem parte habentur, & sunt Decisiones* 30. 62. 116.

R. P. D. ROIAS

Postea Episcopo Tarraconen.

Gerundeñ Beneficij.

Lunæ 30. *Aprilis* 1640.

ARGVMENTVM.

Beneficium esse de Iurepatronatus concludenter probari debet, quando agitur aduersus prouisum Apostolicum ad retardationem suarum litterarū; neque ad hunc effectum sat est docere de Ordinarij sententia, vel institutione ad beneficium controuersum tamquam de pertinentia Iurispatronatus, si tam sententia, quam institutio emanuerint postquam contigerit vacatio beneficij in mense reseruato, quasi tunc animo fraudandi Papam, eiusque Datariam omnia censeantur facta:

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium intelligitur prout de iure, & ab illo regulatur.*
2 *Litteræ Apostolicæ in forma Breuis obtentæ cum clausula* Constito *habent executionem paratam, si sunt iustificatæ.*
3 *Testes deponentes de publica voce, & fama super obitu alicuius in mense reseruato probant, dum non adest in causa prouiso ab Ordinario.*
3 *Vacatione successisse in mense reseruato probatur si ipso, quo aliquis ex illa beneficium obtinuit.*
5 *Iuspatronatus concludenter probari debet aduersus Prouisum Apostolicum.*
Beneficij præsumptio stat pro libertate, num. 5.
6 *Clausula* Arbitrio Rotæ, *relaxat aliquid de iuris rigore, & facit æquitatem seruari.*
7 *Arbitrium vt intret sufficit ostendere reseruationem esse turbidam.*
8 *Sententia Ordinarij instituentis aliquem vti à Patronis præsentatum probat Iuspatronatus.*
Beneficium de Iurepatronatus non cadit sub reseruatione sub nu. 8.
9 *Vicarius Episcopi absque illius speciali mandato non habet facultatem confirmandi fundationem Iurispatronatus, & num. 10.*
11 *Titulum meliorem produxisse quisque præsumitur.*
12 *Vicarius qui non habuit facultatem à principio absque Episcopi speciali mandato confirmare erectionem.*
Iurispatronatus, ita nec potuit aliquem instituere cum præsupposito legitimæ reseruationis, ibid.
13 *Iudici sine actis asserenti non creditur.*
14 *Sententia Ordinarij canonizzatoria Iurispatronatus vt potè illi præiudicialis, solet literarum Apostolicarum executionem retardare.*
15 *Institutio Ordinarij ad iuspatronatus, quæ dedit causam liti, attendi non debet.*
16 *Sententia Ordinarij ad fauorem Patroni, vel ab eo præsentati ad iuspatronatus lata post vacationem beneficij in mense reseruato.*
Præsumitur lata in præiudicium Datariæ, ac proinde nullam facit probationem, ibid.
17 *Vnio facta ab Episcopo postquam beneficium vacauit in mense reseruato, censetur facta animo supplantandi Datariam.*
18 *Testes progeniem probare volentes, si per gradus distinctos non deponunt, nihil probant.*
19 *Successio & descendentia à fundatore iurispatronatus probari debet per gradus distinctos.*
20 *Beneficium alias de iurepatronatus si Patroni amplius non extant acquirit libertatem.*
21 *Breuis Apostolici executio si sub prætextu iurispatronatus retardari debet ad aliquot menses tantum retardatio est facienda.*
Quibus elapsis si aliquid releuans non fuit deductum debet executioni demandari, ibid.

DECISIO CCXXIV.

SEquuta vacatione simplicis beneficij controuersi de mense Octobris 1638. per obitum Ioannis Garau, siue Perodral; de quo vti de reseruato fuit à Sanctissimo prouisus Antonius Ros, qui expedito Breui de capienda possessione nomine Cameræ sententiam fauorabilē pro exequutione dicti

dicti Breuis vna cum Declaratoria contra Petrum Martirem Font. intrusum, ab A. C. reportauit, Causa in gradu appellationis mihi commissa cum clausula *partito Breui arbitrio Rotæ* propositum semel atque iterum dubium, An intraret arbitrium pro retardatione exequutionis, quod Domini hodie negatiuè resoluerunt: Quia arbi-
1 trium intelligitur † prout de iure, & regulatur à iure, *Seraph. dec.1017. num. 1. Rota diuers. decis. 348. num.4. par.1. & in recent. dec. 348. nu.2. part. 5. Duran. dec. 377. num. 1.* De iure autem huiusmodi literæ Apostolicæ in forma Breuis iustificatæ, quoad reseruationem clausula *Constito &c*
2 habent † executionem paratam, *Anchar. cons. 297. n.8. vers.& proximè, Rota diuers. dec.45. n.1. par.2. & in recent. dec.558. n.2. par.1. & 580. n.5. in fin. par.2. & in Papien. Præposituræ 22. Iunij 1611. coram Ortemberg. apud Marches. de Commis. tom.2. fol. 130. n.2.* & in alijs relatis per *Barbos. de Clausulis claus.25. num.10. & in Leodien. Canonicatus 2. Maij 1632. coram bo. me. Motmanno.*

In præsenti autem dicta clausula *Constito &c.* fuit iustificata, cum de obitu Ioannis Garau in possessione beneficij, de quo agitur de mense Octobris reseruato constet tam ex depositionibus
3 duorum Testium de publica voce, & fama, † quæ suffragatur ad hunc effectum, dum non adest in causa prouisus ab Ordinario, *Greg. XV. dec. 394. nu.5. & 7.* & fuit dictum *in Cæsaraugustana Portionis coram Gipsio apud Marches. de comm. par. 1. fol. 340. num. 1.* Quam etiam ex prouisione Petri ve-
4 nientis † ex eadem vacatione tamquam præsentati ab assertis Patronis, *Ægid. decis. 268. Caual. decis.55. num. 3. Reuerendiss. D. meus Decanus, decis. 145. num.1.*

Exceptio verò Patronatus opposita non refragatur, quia non fuit concludenter probata, sicu-
5 ti † requiritur contra Prouisum Apostolicum, cum alias beneficium præsumatur liberum, *Innoc. in cap. cum venerabilis num. 9. de except. Dec. cons. 107. n.1. Menoch. lib. 3. præsumpt. 90. n. 1. Mantic. dec.360. n.4. Seraph. dec.1353. n.2. & in recent. decis.333. n. 2. par.1.*

Nec obstat, quod stante clausula *Arbitrio Rotæ*,
6 censeatur relaxatus † Iuris rigor, & seruetur æquitas, *Crescent. dec.4. nu.3. de Testib.* Itaut ad effectum vt intret arbitrium, sufficiat ostendere reser-
7 uationem esse turbidam, *Garz. de benef. par.6. cap. 3. nu. 11.* & dixit *Rota in Leodien. Parochialis 16. Decembr.1594 coram Litta apud Marches. par.1. fol. 435. & in Aurien Parochialis 27. Aprilis 1598. coram Lancellotto apud eundem dicta par. 1. fol.436. & in Tarraconen. Parochialis 4. Februarij 1604. coram bo. me. Card. Pamphilio apud eundem par.1. fol. 434. nu. 1. cum similibus.* In præsenti autem turbiditas deducebatur per informantes pro Petro ex sententia Ordinarij Gerunden. in qua præuia narratione fundationis, & dotationis huius beneficij, nec non reseruationis Iurispatronatus illius, prout ex instrumento fundationis de anno 1592. idem Ordinarius pronunciauit, Beneficium, vti de Iurepatronatus Laicorum esse adiudicandum Petro
8 prout adiudicauit illum instituendum vti à Patronis † præsentatum, sequuta postea possessione ex qua sententia cum agatur de interesse, ac præiudicio Ordinarij, oritur præsumptio, beneficium esse de Iurepatronatus Laicorum, *Lambert. de Iurepatron. lib.1. art.39. qu. principali par.1. n.2. Rota dec.10. n.1. de iurepatr. in nou. Seraph. dec. 1232. nu. 2.* Quod non cadit sub reseruatione *ex gloss. in cap. 2. verb. collatio, in princ. de præb. in 6. Lap. alleg. 84. nu. 3. vers. beneficia Laicorum Litt. O. Gonzal. in regula 8. gloss. 9. nu. 67. Simonett. de reseruat. qu. 9. num. 1.*

Qua pro responsione dicebant Domini in præsenti non adesse fumum releuantem, qui Petro suffragari possit; nam instrumentum fundationis, & dotationis cum reseruatione Iurispatronatus pro Gerardo fundatore, ac pro personis ibi nominatis, eorumque hæredibus, & successoribus le-
9 gitur confirmatum † à Vicario, qui de iure hanc facultatem non habet absque speciali mandato Episcopi, *Calder. cons. 1. num.3. de offic. Vic. Ferret. cons.343. n.17. Garz. de benef. par.5. cap. 9. nu. 7. Viuian. de iure Patr. lib. 1. cap. 2. num. 35. Lother. de re benef. lib. 2. q.7. num. 2. & 3. Rot. dec.4[illegible]. n.2. post Viuian. in d. tract. de Iurepatr. & in vna Placentina Parochialis de Morabellis 19. Ianuarij 1594. coram Orano relat. per. Garz. de benef. par.5. d. cap. 9. post medium.* Sicuti nec potest Vicarius confirma-
10 re donationes Iurispatronatus absque dicto speciali mandato Episcopi, vt dixit *Rota coram sa. me. Greg. XV. dec.420. nu. 2. & in rec. dec.576 num. 1. par.1. & dec. 337. nu.5. par.2. & in Lucana Iurispatronatus 13. Ianuarij 1614. coram Manzanedo, Duran. dec.415. nu.3. & dec. vlt. n.2.*

Nec potest Petrus prætendere possibilitatem alterius confirmationis fortasse obtentæ, vel præ-
11 sumptæ, dum produxit confirmationem prædictam Vicarij inualidam, ex quo præsumitur, Titulum meliorem, quem haberet, produxisset, *Ægid. cons. 10. num. 20. Paris. cons. 21. n.19. lib 1. Cravet. cons. 134. n.44. Put. dec.239. num. 1. & 2. lib.3. in correct. Rot. dec 412. nu.2. Greg. XV. dec.467. n. 7. Duran. dec.285. num. 148.*

Minus facit, quo etiam post reseruationem Iurispatronatas potuerit Episcopi consensus accedere, eique æquipolleat dicta sententia lata ad fauorem Petri præsentati, quia de consensu Episcopi aliter non apparet, & sententia est eiusdem Vicarij, qui si non potuit præstare consensum
12 dispositiuè ab initio erectionis, † Patronatus: multò minus suppositiuè id facere potuit, instituendo præsentatum cum præsupposito legitimæ reseruationis Patronatus *iuxt. text. in l. oratio, ff. de sponsal. l. Codicill. §. Mater. ff. de legat. secundo, leg. Quoties la prima in princip. Cod. de fideiuss. Surd. cons. 5. num 48. & dec. 254. nu. 20.* Quod procedit, licet Vicarius in dicta sententia dixerit, se vidisse Instrumenta, & Testes probantes Iuspatronatum. Quia vltra quod Instrumentum fundationis exhi-
13 bitum apparet sine † consensu Episcopi, Iudici de hoc asserenti sine actis non creditur, *Socc. cons. 47. n 15 lib.4. Gratian. discept. 310. num.89. Rot. decis. 235. nu.4. par.2. recent.*

Et quamuis ad effectum retardandi exequutionem Breuis alias Rota ponderauit sententiam Ordinarij, quæ vti Canonizatoria Iurispatrona-
14 tus † ipsius Ordinarij, præiudicium concernit, *iuxtà dec.58. n.3. Greg. XV. dec.411. n.1. & seq. par.1. recent.* cum alijs supra allegatis; Domini tamen in casu isto in contrarium ponderauerunt, non solum

solum quod dicta sententia emanauit de mense Ianuarij præteriti anni 1639. super institutione eiusdem Petri in hac eadem vacatione, quo cæsu
15 dicta institutio, † qua Liti causam dedit, tanto minus est attendenda, *Greg. XV. dec. 4. num. 2. vbi Add. Litt. A. & dec. 56). n. 4.* Sed etiam quod sententia lata per ordinarium ad fauorem Patrono-
16 rum, vel ab eis præsentatorum, † postquam beneficium vacauit in mense reseruato præsumi potest lata in præiudicium Datariæ: ac proindè tan-
17 to minus attendenda, prout in simili dicimus de vnione, quæ si fiat per Episcopum, postquam beneficium vacauit in mense reseruatos censetur facta animo supplantandi Datariam *ex Garz. de benef. part. 12. cap. 2. nu. 105. cum seqq. Rota decis. 201. nu. 5. par. 2. recent. & dec. 419. n. 4. coram Gregor. XV. cum alijs per Add. ibid. num. 7.*

Præterea fumus Iurispatronatus tanto minus in casu isto visus fuit releuare. Tum quia Petrus non probauit se esse de genere fundatoris sicuti cauetur in fundatione, duo namque Testes exaduerso adducti vltra quod non fuerunt producti in
18 actis, & sunt examinati † contra Tertium, non concludunt, quia testantur de simplici auditu, nec deponunt, sicuti debebant per gradus distinctos, *cap. Licet ex quadam, §. Testes autem de testib.* Tum etiam quia non probatur pertinentia, quod scilicet Io. Corios, à quo præsentatus fuit Petrus, extiterit hæres Gerardi asserti Fundatoris, vel Antonij, & Io. Perodral, quibus in fundatione
19 Patronatus reseruatus legitur, † sicuti talis successio vel descendentia probari debuit pariter per gradus distinctos, *Innoc. in rubr. de Iurepatr. nu. 4. Abb. in c. cum sæculum num. 1. eodem tit. Lambert. de Iurepatr. lib. 1. part. 2. art. 2. qu. 2. principali num. 16. Rot. in recent. dec. 381. num. 3. vers. debuisset etiam par. 1. & dec. 756. num. 1. & 2. par. 2.*

Quamuis enim Patroni semel extiterint, si am-
20 plius non extant in rerum † natura beneficium dicitur acquisiuisse libertatem, *Abb. in cap. 1. nu. 10. de elect. Viuian. de Iurepatr. lib. 4. cap. 2. nu 79. & cap 4. num. 69.*

Demum quatenus ex supradicta sententia, Testibus, & alijs similibus pro Petro deductis dici posset aliquem fumum resultare, id videbatur Dominis suffragare potuisse Petro ad retardandum executionem Breuis per aliquot menses tantum, donec ad ad Curiam legitimæ probationes adduci possent. Vnde cum tempus congruum
21 elapsum fuerit, & nulla alia releuans † probatio deducta fuerit exequutio Breuis visa fuit non esse amplius retardanda, vt in puncto fuit alias dictum, *per Rot. dicta decis. 756. num. 1. & 4. par. 2. recent. in Leodien. Parochialis apud Marches. de comm. par. 1. fol. 435. num. 2. & in Iacen. Parochialis 27. Iunij 1603. coram bon. mem. Card. Pamphilio.*

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. BICHIO.

Neapolitana Pensionis.

Lunæ 30. Apr. 1640.

Est impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 23.

DECISIO CCXXV.

R. P. D. ROIAS.

Postea Episcopo Tarraconen.

Colen. Decanatus.

Lunæ 7. Maij 1640.

ARGVMENTVM.

Attentata dicuntur omnia gesta tempore appellationis pendente, ac post appellationem interpositam vsque ad commissionem causæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non est ferenda absque causæ cognitione. Breuitas temporis vnius diei arguit sententiam latam absque causæ cognitione, num. 1.*
2 *Tempus est de necessitate in omnibus actibus vt m[illegible] turius aliquid fiat.*
3 *Facta pendente termino appellationis vti attentata sunt reuocanda.*
4 *Facta post interpositam appellationem sunt attentata.*
5 *Litteræ Apostolicæ non habent executionem paratam si habent clausulam* si ita est.
6 *Clausula* si ita est *apposita in litteris Apostolicis requirit saltem extraiudicialem causæ cognitionem, & citationem interesse habentium, & num 7.*
8 *Clausula* dummodo expressus accedat assensus *importat conditionem.*
9 *Commissio causæ retrotrahitur ad diem sententiæ ad hoc vt omnia medio tempore gesta dicantur attentata.*

DECISIO CCXXVI.

Post longam annorum seriem Modernus Vicarius Florentinus in vim literarum Apostolicarum Leonis Papæ X. vsque de anno 1520. concessarum continentium erectionem vnius Archidiaconatus. Decanatus, necnon alterius noui numeri Canonicorum in Ecclesia Coliensi, cum expressa tamen conditione, *dummodo Capituli expressus accedat assensus*: ad instantiam Io. Baptistæ Talliæ de anno 1639. Decanatus dignitatem erexit, cum reseruatione iurispatronatus ad fauorem eiusdem Talliæ, & aliorum de familia, cuius vigore incontinenti fuit præsentatus Andreas eius filius, examinatus, & approbatus, & institutus vna eademque die, nempè 17. septembris 1639. non consentientibus, nec auditis dictis Canonicis, ac Capitulo idemque Andreas possessionem Decanatus fuit consecutus, appellauit Capitulum, Signatura commisit mihi causam simpliciter cum facultate in primis, & ante omnia reuocandi attentata, & proposito hodie dubio, An constaret de attentatis Domini affirmatiuè responderunt.

Moti ex eo, quia omnia gesta per Vicarium Florentinum fuerunt secuta vnica die, in qua præsentatis sibi literis Leonis X. erectionem Decanatus, ac reseruationem iurispatronatus decreuit ad fauorem d. Ioannis Baptistæ, Andream filium præsentatum examinauit, idoneem declarando

rando, immissionemque concessit, ex quo iudi-
1 cio tam breui † tempore secuto, satis liquet nullam fuisse adhibitam causæ cognitionem necessariam proferenda sententia vt requiritur *ex glos. in cap. surgantium in verbo celeri de re iudic. & ibidem Butr. n. 3. Bart. in l prolatam in fin. & ibi Adden. de sent. & re iudic.* & benè ad propositum firmat
2 *dec. 197. n. 55. & 56. par. 5. recent.* cum in omnibus † actibus tempore indigeamus, vt maturius aliquid fiat *Anchar. cons. 36 n. 2. & 3.* quæ propterea,
3 vti attentata veniunt reuocanda † facta pendente termino appellationis *cap. non solum &c. cum sit Romana de appell. in sexto Cald. cons. 1. vt lit. pend. Cassad. dec. 3. de rest. spoliat. Cæs. de Graff. dec. 2. de appellat. Rot. dec. 6. num. 1. & 2. par. 2 diuers. et dec. 198. num. 1. et 2. et 602. par. 1. rec. Buratt. dec. 895. num. 1.* fuit etiam attentatum præceptum Vicarij Florentini secutum sub die 5. Decembris præteriti
4 † vti factum post interpositam appellationem *ex Card. in Clement. 1. quæst. 8. prope fin. de re iudic. Io. Andr. in cap. si à Iudice de appell. in sexto Lancell. de attent appell. pend par. 2. cap. 12. limit. 6. Duran. dec. 191. num 6 et 240. num. 3.*

Et quamuis fuerit actum vigore literarum Apostolicarum tamen adhuc non habebant exe-
5 cutionem † paratam, cum in eis adesset clausula *si ita est*, quæ saltem extraiudicialem cognitio-
6 nem † citationemque Canonicorum habentium interesse requirebat iuxta *tex. in cap. omnia 3. qu. 9. Marches. de commiss. par. 1. fol. mihi 22. num. 81 Achil. dec. 2. num. 1. de fil. presbyt.* vel saltem ratione
7 † possibilis præiudicij, aut interesse eorumdem *Put. dec. 22. lib. 2. in correct Duran. dec 78. n. 9. et 10. et par. 5. rec. dec. 175 num. 12.* & verba illa, *dummodo expressus accedat assensus Capituli*, certum est,
8 quod importabant † conditionem *Seraph. decis. 1163. num. 1. Caualer. dec. 561 per tot*

Apellabilem fuisse sententiam Vicarij Florentini super erectione Decanatus, & institutione Andreæ demonstrauit subsequens commissio Signaturæ, quæ emanauit simpliciter, & propterea retrotrahitur ad diem sententiæ ad effectum, vt quicquid medio † tempore gestum fuerit dicatur attentatum ex *Lancell. de attentat. appell. pend. ampliat. 19. n. 1. Buratt. dec 902. n 6. Duran. dec. 96. num. 4.* & fuit vltimo coram me resolutum *in Licien. Cantoriæ 23. Martij præteriti.*

Et ita pro attatis fuit resolutum &c.

DECISIO CCXXVII.

R. P. D. BICHIO.

Sabineñ, seu Farfeñ Fideicommissi.

Et impressa inter Bichio in Tomo 1. Decis. 27.

REVERENDISS. P. D. CERRO

Sacrę Rotę DECANO.

Romana supplementi legitimæ.

Ven. 18. Maij 1640.

ARGVMENTVM.

Legitimę supplementum an possit petere heres filię quæ acceptauit testamentum in qua fuit instituta hæres cum alia sorore cum reciproco fideicommisso absque vlla detractione. Hæreditas vnius potest diuerso iure censeri, & consideratur tamquam plures hæreditates quando bona sunt in diuersis territorijs sita ibique adsint diuersa statuta: Statutum non comprehendit forenses, & quid requiratur ad hoc vt incola possit gaudere beneficio statuti.

SVMMARIVM.

1 *Legitima statim mortuo patre debetur filijs amplia deberi statim hæredibus filij, num. 2.*

2 *Actio petendi legitimam, & supplementum transit ad quoscumque hæredes.*

3 *Testamentum acceptatum non potest amplius impugnari.*

4 *Fideicommissum reciprocum inter filios non impedit integræ legitimæ detractionem.*

5 *Legitima non potest à patre prohiberi.*

Verba in testamento prolata quando possunt ad plura referri non sunt referenda ad id de quo Testator disponere non valet, n. 5. & 6.

7 *Approbatio de sui natura non extendit dispositionem approbatam, & per consequens non operatur quod verba generalia testatoris trahantur ad supplementum legitimæ, n. 8.*

9 *Legitima non recipit onus, & grauamen, & numer. 14.*

10 *Legitima, & supplementum non censentur renunciata ex approbatione testamenti, in qua prohibita sit.*

Ea ratione quia indiuidua, & specifica renunciatio requiritur, & num. 11. & 16.

Amplia etiam si filius in acceptatione nullum sibi ius reseruasset, n. 12.

Ea ratione quia hæres adeundo in tantum se obligat quatenus lex disponit, n. 13. & 14.

15 *Decisio Tiburtina hæreditatis corā R.P.D. Verospio declaratur.*

16 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 141. declaratur, & n. 17. & 18. & seqq.*

19 *Statutum fauore agnationis non habet locum instituta causa pia quæ qualitatem statuti non habet.*

20 *Bona non subiecta iurisdictioni statuentium non ligãtur statuto.*

21 *Merenda contr. lib. 11. cap. 45. reprobatur.*

22 *Hæreditas cuiuscumque hominis singulari numero in iure semper enunciatur.*

Intellige si bona sint in eodem territorio, vel si in diuerso inspectè succeditur vbi testatori de iure communi, n. 23. & 24.

Secus è contra quando bona sunt in diuersis territorijs sita, & vbique adsunt diuersa statuta, quia tunc hæreditas vnius multiplex censetur, n. 24. & plur. seqq.

24 *Hæreditas est ius intellectuale ac persona imaginaria defunctum repræsentans.*

25 *Iurisdictio statuentium limitatur à finibus territorij.*

26 *Ius commune, non statutum seruatur quoad bona extra statum sita.*

28 *Hæ-*

28 *Hæreditas vnius hominis quando plures hæreditates censeantur.*

29 *Militibus specialiter indultum est quod eorum voluntas prout scripta est seruetur.*

Tex. in l. si certarum ff. de testam. milit. declaratur, num. 32. & 33.

Et quando possit procedere in pagano, numer. 29. & 30.

33 *Patrimonium vnius licet diuidatur ad effectum succedendi non tamen inducitur distractio obligationis soluendi æris alieni.*

Nec tollitur creditoribus ius eligendi in quo foro velint debitorem conuenire, & eligendi vnam rem ex pluribus hypothecatis, n. 34.

35 *Hereditas non potest pro parte adiri, & pro parte repudiari.*

Quod est verum quando hæres censetur vnus homo, & vnica eius hæreditas secus è contra quando plures censentur hæreditates, n. 36. & 37.

36 *Partes vnius rei dicuntur quæ simul iunctæ constituũt vnum totum.*

38 *Ius accrescendi non habet locum inter hæredes vnius quando plures indicantur hæreditates secus è contra, num. 39.*

40 *Edictum successorium non habet locum primis hæredibus hæreditatem capientibus quod fallit quando hæres habetur loco plurium hæredum quia diuersæ censentur hæreditates, num. 41.*

42 *Statutum vt intret requiritur subiectio personæ, & bonorum.*

43 *Statuentium voluntas præsumitur fuisse prospiciendi ciuibus non exteris, & n. seqq.*

44 *Statuta disponentia quod fœminæ sint dote contentæ dicuntur condita ad hoc vt agnationes, & familiæ diuites conseruentur.*

45 *Statuta exclusiua fœminarum non habent locum respectu forensium, & si bona sint in Territorio statuti.*

46 *Incola ex diuturna in Vrbe habitatione gaudet statutorum beneficio, sed debet esse decemnalis, & continua animo contrahendi incolatum, n. 48.*

47 *Fides non facit fidem.*

49 *Ciuis Romanus aliquis factus ex priuilegio statuti gaudet beneficio.*

Quod est verum si in eo concurrunt, & habitatio, & onerum sustentatio, n. 50.

51 *Ciuilitas ad effectum gaudendi statuti requiritur de tempore deletæ, & aditæ hæreditatis nec superueniens releuat, & vide n. 52.*

53 *Ciuilitas superueniens non potest retractare effectus iam consumatos.*

54 *Substitutus cum conditione si sine filijs non dicitur propriè vocatus, sed habet spem incertam quæ ante conditionis euentum idem est ac si non esset in rerum natura.*

55 *Substitutus sub conditione si sine filijs non potest impedire filiæ detractionem legitimæ saltem cum cautione restituendi, & n. 56.*

57 *Substitutus dicitur hæres Testatoris etiam ad effectũ vt intret dispositio statuti.*

Intellige adueniente casu substitutionis, & post purificatam conditionem, n. 58.

DECISIO CCXXVIII.

Riccardus Rottignus in eius testamento prælegatis Annæ, & Mariæ filiabus scutis decem millibus cuilibet ipsarum in dotem traditis, quæ in legitima omni meliori modo imputari man- dauit, easdem hæredes vniuersales instituit cum reciproca substitutione in omnibus, & per om- nia absque vlla detractione, & ambabus sine fi- lijs decedentibus substituit in medietatem Ioan- nem Mariam ex fratre nepotem, & illius filios similiter absque detractione aliqua, vt supra, aliam vero medietatem reliquit pro nubēdis to- puellis pauperibus patriæ suæ.

Defuncto Testatore, & mortua sine filijs Ma- ria, instituto hærede Alexandro Cherubino viro, cum is prætenderet, scuta 10. millia vxori præ- legata esse minus legitima, ideoque supplemen- tum sibi deberi per Annam: Causa in Rota com- missa, & dubio super huiusmodi supplemento pluries proposito, & non resoluto, tandem ho- die DD. responderunt illud deberi.

Quemadmodum enim Maria, mortuo patre,
1 statim agere potisset ad supplementum *l. omnimo- do, & l. scimus*, vbi notant omnes *C. de inoff. te- stam. Gomes. var. resolut. tom. 1. cap. 11. num. 23. Vas- de success. creat. lib. 3. § . 3. n. 70. Crass. in § . legitima quæ- stion. 32. num 3. vers. sed contrariam*, & alij relati *per Mangil. de imput. qu. 49. sub num. 12. & seqq. & Ro- Merlin. de legitima lib. 3. tit. 3. quæst. 1. num. 1. & Ro- cum dec. 85. num. 1.* Ita etiam facere potest Alexan- der illius hæres, quia cum repletio legitimæ fiat ipso iure, & purè, ideoque pro d. supplemento illic competat conditio ex lege, ista actio ad
2 quemcumque hæredem transit sicut transeunt cæteræ omnes actiones. *Salic. in l. scimus n. 4. vers. in casu, & ibidem Iason. num. 2. vers. tamen C. de inoff. testam. Angel. cons. 287. num. 3 vers. Quinto præmitto. Alex. cons. 150. n. 8. lib. 2. & cons. 188. nu. 1. lib. 6. Dec. cons. 81. num. 1. & cons. 217. num. 4. Corn. cons. 116. num. 21. vers. tamen his non obstantibus, vsque ad fin. lib. 2. Ruin. cons. 107. n. 12. lib. 3. Boer. dec. 150. num. 4. vers. per quod resoluitur* plenè *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 8. num. 10. vers. imò hoc supplementum Merlin. vbi supra lib. 5. tit. 3. quæst. 7. num. 1. vers. contrariam tamen Rot. dec. 663. num. 1. par. 1. diuers. & coram Reuerendiss. Vrgellen. dec. 76 num. 55.*

Neque visum fuit subsistere obiectum, quod cum in testamento Riccardi acceptato à Maria sit prohibita petitio supplementi, non possit am- plius ex eius persona impugnari testamentum,
3 nec consequenter agi † ad supplementum à testa- tore prohibitum ex *Rota in Tiburtina Hæreditatis 13. Februarij 1633. coram R. P. D. meo Verospio quæ est decis. 113. post Fenzon. ad Statut. Vrb. Fuit* enim responsum, quod in testamento nullibi ex- presse legitur facta prohibitio dicti supplementi, nec etiam inducta prætendi potest tacitè ex di- positis in eo. Non enim censeri potest prohibi- ta petitio supplementi ex qualitate fideicommis- si reciproci inter Annam, & Mariam, quoniam fideicommissum reciprocum secundum veriorem
4 & communiorem non impedit integræ † legiti- mæ detractionem *glos. in l. si pater puellæ in verb. poterit, ibique etiam Bart. Salicet. Castrens. & Ias.* qui testantur de communi, & quod ità obseruat consuetudo *C. de inoff. testam.* & plenè discurrit *Roder. Suar. in l. quoniam in prioribus num. 5 & seqq. C. eod. tit. Rip. in l. qui Romæ § . duo fratres num. 42. ff. de verb. oblig. Dec. cons. 456. num. 3. versic. non obstat*

obstat, Honded. consil. 42. *num.* 23. *lib.* 2. *Crass. in d. §. legitima quæst.* 39. *num.* 5. & *num.* 19. *vers. sed tamen*, cum alijs relatis per *Fusar. de substit. q.* 296. *num.* 23. *qui sub num.* 25. *vers. Ego sentio*, dicit ità vidisse semper seruari in praxi, nec ab hac sententia in consulendo, & iudicando recedendum esse, & *consil.* 23. *num.* 24. quam opinionem sequitur etiam *Rota decis.* 488. *num.* 8. *par.* 1. *diuers. & in alijs.*

Nec minus prohibitio induci potest ex illis verbis, *vna succeda all' altra in tutto, e per tutto senza detrattione alcuna*, quia cum non fiat mentio de legitima, d. verba, quæ possunt intelligi de alijs detractionibus, non comprehendunt legiti-
5 mam, † quam pater prohibere non potest, sed
6 solum ad ea referuntur, de quibus disponere† valet *Peregr. de fideicomm. art.* 36. *n.* 83. *p.* 8. *vers. sed horum opinio*, & *Fusar. vbi supra d. quest.* 296. *num.* 40. Ideoque cum testator non prohibuerit petitionem supplementi legitimæ; Maria sibi nō
7 præiudicauit approbando testamentum, † quia approbatio de sui natura non extendit dispositionem approbatam, *l. Aurelius §. testamento, vbi Bart. ff. de lib. legat.* Et consequenter non ope-
8 ratur, † quod verba generalia testatoris trahantur ad supplementum legitimæ *Peregrin. d. art.* 36. *num.* 81. *in fin. vers. ratio est Fusar. ead. quæst.* 246. *num.* 93. *Mart. de success. legal. par.* 4. *quæst.* 23. *art.* 8. *num.* 11. & 12.

Et nihilominus etiamsi petitio supplementi fuisset expressè prohibita, non tamen Alexander excluderetur ab illius petitione ex eo solū quod Maria adeundo dicatur testamentum Patris approbasse, quia cum hodie de legitima reijciatur
9 omne onus, † & grauamen *l. omnimodo*, & *l. quoniam in prioribus C. de inoff. testam.* Non præiudicat simplex agnitio hæreditatis, sed requiritur specifica, & indiuidua renunciatio, vt ad legitimā,
10 vel supplementum illius † agi non possit, vt est *text. expressus in l. si quando §. & generaliter*, vbi notant omnes *C. de inoff. testam.* & latè *Suarez in d. l. quoniam in prioribus ampliat.* 9. *per tot. Ruin. consil.* 56. *num.* 8. & *consil.* 57. *num.* 3. *lib.* 2. *Dec. consil.* 217. *num.* 3. *vers. non obstat*, & *consil.* 419. *num.* 1. *vers. & hoc etiam habet locum. Rol. consil.* 78. *num.* 5. *lib.* 1. *Paris. consil.* 46. *num.* 3. & *seqq. lib.* 2. *Cephal. consil.* 95. *num.* 7. & *seqq. lib.* 1. cum alijs per *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 10. & *lib.* 10. *tit.* 2. *num.* 19. *Merlin. de legitima lib.* 3. *tit.* 3. *quæst.* 3. *n.* 2. & *seqq. Mart. vbi supra d. art.* 8. *num.* 10. & *seq. vbi num.* 13. dicit, quod acceptatio testamenti resultans ex aditione non potest importare aliud, quam renunciationem tacitam sed legitimæ nunquam intelligitur renunciatum, nisi per verba expressa specifica, & indiuidua iu-
11 tibus, supra citatis, † & latissimè *Ioseph Lud. dec. Lucen.* 28. *num.* 18.

Quod procedit etiam, si filius in acceptatio-
12 ne ius aliquod sibi non reseruauit, † quia non requiritur aliqua protestatio, dum filius scit ius suum esse saluum, & patrem non posse prohibere detractionem legitimæ, & illius supplementum *Suarez in d. l. quoniam in prioribus eadem ampliat.* 9. *sub num.* 3. *Io. Amic. consil.* 58. *num.* 3. *Soccin. sen. cons.* 1. *à num.* 1. *vsque ad* 5. *lib.* 4. *Alex. consil.* 69. *num.* 3. *lib.* 1. *Bero. consil.* 136. *numer.* 16. *lib.* 2. *Guidopap. decis.* 93. *num.* 1. *cum ibi addit. Mantic. vbi supra lib.* 7. *tit.* 8. *numer.* 10. *in fin. Merlin. d. quæst.* 3. *num.* 4. Et ratio adducitur notabiliter per *Bald. consil.* 184. *sub num.* 2. *vers. respondit testator*, & *sub num.* 4. *lib.* 5. quia hæres adeundo non videtur consentire se teneri, nisi quatenus
13 lex disponit, cum ea lege videatur, adire, & non alias *Peregr. de fideicomm. d. art.* 36. *Fusar. vbi supra d. quæst.* 296. *numer.* 37. *Mart. de success. legal. par.* 4. *quæst.* 3. *art.* 2. *num.* 8. Ac proinde cum lex ipso iure, & statim à legitima resecet omne grauamen, non est opus, quod filius prouideat pro-
14 testando † dum lex satis pro eo prouidit, *Suarez in d. l. quoniam in prioribus, ampl.* 10. *num.* 1. & 8. *vers. ex prædictis, Vasq. de success. creat. lib.* 1. *§.* 10. *in reped. d. l. quoniam in prioribus, ampl.* 22. *n.* 254. vbi dicit quod est vera, & communis opinio *Bursatt.* pariter de communi attestans *consil.* 245. *num.* 19. *vers. respondetur lib.* 3. *Gomes. var. resol. lib.* 1. *cap.* 11. *de success. contra test. num.* 25. *versic. Item etiam extendo*, & istam opinionem perpetuò tenuit *Rota*, vt apud *Gregor. decis.* 489. *num.* 20. *versic. neque tandem cum duobus seqq. & ibi Add. num.* 27. & *in recent. decis.* 200. *num.* 5. & *dec.* 206. *num.* 6. *decis.* 449. *num.* 3. & *seqq.* & *decis.* 653. *num.* 9. *par.* 1. & *coram Reuerendiss. Vrgell. dec.* 148. *num.* 33. & *coram R. P. D. meo Dunozetto dec.* 342. *num.* 9. *par.* 5. *recent.* & in alijs relatis per *Add. ad bon. mem. Buratt. dec.* 922. *num.* 11.

Et ex his patet non applicari *decis. Tiburtinam Hæreditatis coram R. P. D. Verospio*, quia ibi age-
15 batur de dote voluntaria relicta à patre filiæ, quam instituere nō cogebatur extantibus masculis ex statuto Vrbis, ac propterea dum acceptauit legatum Patris voluntarium, illud amplius impugnare non poterat, sed in legitima, quam pater necessariò, & absque vllo grauamine relinquere tenetur, non præiudicat simplex agnitio relicti, seu approbatio testamenti, cum legitimæ nunquam censeatur renunciatū, nisi per expres-
16 sam, † indiuiduam renunciationem, vt dictum est; Et hos casus benè distinguit *Castren. allegatus in eadem decis. Tiburtina consil.* 266. *n.* 2. *versic. Nec quicquam videtur lib.* 1. quod est duplicatum *eod. lib.* 1. *consil.* 73.

Nec placuerunt DD. aliæ duæ Annæ obiectiones, prima nempè, quod cum ipsa sit hæres, &
17 agnata, obstet Alexandro † *statut. Vrb. lib.* 1. *cap.* 141. disponens, quod filiæ fœminæ sint contentæ dotibus, quas Pater illis reliquit in Testamento, nec occasione falcidiæ, seu debiti de iure naturæ possint aliquid petere ab hæredibus Patris de agnatione, etiam transuersali. Altera verò, quod, cum vtraque filia decedente sine filijs, fuerit pro medietate substituta causa Pia, & pro alia medietate Ioannes Maria ex fratre nepos, & sic masculus de agnatione, à quo idem
18 statutum prohibet peti supplementum, † huiusmodi substitutio sufficere videatur ad exclusionem supplementi, vt tenuit *Rota in Romana de Taglietti* 25. *Iunij* 1635. *coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano, impressa post Fenzon. ad statut. Vrbis decis.* 97. *versic. circa secundam inspectionem.*

Nam prima tollitur, quia dum statutum disponit, quod filiæ fœminæ paterno Testamento acquie-

acquiescant, nec aliquid petant ab hæredibus
19 patris de agnatione, † intelligitur de hæredibus
masculis per quos conseruatur agnatio, non autem de fœminis, in quibus finitur *Gabr. cons. 10. num. 8. vers. in hoc stotutum, & num. 10 vers. & consequenter, & 12. sub versic. minus refert, & 15. & cons. 11. num. 1. vers. sed asserimus, & cons. 135. num. 19. lib. 2. Crauett. consil. 180. num. 1. Cephal. consil. 511. num. 27. Brun. ad stat. quod stantibus masculis art. 12. num. 204. Rot. decis. 232. num. 1. & 7. & per tot par. 1. & decis. 425. num. 1. par. 4. diuers. & in recent. decis. 770. num. 4. et 5. par. 2.*

Secunda verò non releuat, non solum quatenus causa Pia pro medietate est substituta, quia, cum statutũ emanauerit dumtaxat fauore agnationis, vt fuit dictum, & causa Pia non possit dici de agnatione, statutum sibi suffragari non
20 potest tamquam non † habenti qualitatem à statuto requisitam, vt firmauit *Rota coram bon. mem. Card. Sacrato post Merlin. de legitima decis. 64. n. 7. versic. quoad Testamentum, et decis. 65. num. 6. quæ habentur in 3. par. recent. in ordine decis. 518. et decis. 538.* & referuntur in his terminis per *Fenzon. in notis ad idem Stat. sub n. 32. et per Rub. singular. Rot. tom. 2 par. 6. num. 14.*

Sed etiam quatenus in alia medietate est substitutus Io: Maria masculus de agnatione: quia cum Testator duplicis generis bona reliquerit, alia scilicet in Agro Romano, alia in Territorio Bergomensi, ista tanquam non subiecta iurisdictioni statueñ, statuto Vrbis non ligantur
21 iuxta veriorem, & receptorem opin. † quam *Rot.* semper approbauit, sequendo *Bart. in l. cunctos populos C. de sum. Trin. et fid. cathol.* & alios, quos & illorum rationes, & fundamenta recensere nõ est opus, cum omnia non minus plenè, & luculenter, quam doctè deducta, & discussa fuerunt in *Narnien. successionis 22. Maij 1628. coram R.P.D. meo Merlino, quæ est dec. 177. par. 5. recent.*

Cuius decisionis solida fundamenta dictum fuit non subuerti ex ijs, quæ subtiliter nuper in contrarium deduxit *Ant. Merenda in eius contro-*
22 *uers. lib. 11. cap. 45.* † Primum enim quod si statutum non extenderetur ad bona extrà Territorium, inducerentur plures eiusdem hominis hæreditates, quod etiam firmatur in *d. dec. D. mei Merl. num. 35.* Ipse tamen id negat fieri posse ea ratione, quod hæreditas cuiusque hominis hoc est illa persona ficta, quæ defunctum repræsentat semper in iure nostro singulari numer. enuncie-
23 tur, † vt in *l. hæreditas in multis 61. ff. de acquir. rer. dom. & l. 1. §. scæuola ff. si quis lib. in test. iuss. esse fuer.* Tollitur, quia hoc procedere posset, quando bona essent sub vno, & eodem Territorio, vel vbi existerent in diuersis, in ijs tamen
24 succederetur de iure communi, † quod vbique seruatur *l. 3. C. de leg. cap. 1. de Const.* Tunc enim benè procedit, quod hæreditas cuiusque hominis, quæ nihil aliud est, quam ius quoddam intellectuale, & quædam veluti persona imaginaria à iure formata defunctum repræsentans,
25 vt † notant *Bart. Alex. Ias. & alij in rub. ff. de acq. hæred. Vasq. de succ. creat. lib. 1. §. 1. vers. quoad quartum num. 9. post princ.* Sit dumtaxat vnica, sicuti ius producens d. personam est vnum, & idem in omnibus locis. At si diuersum sit, & multiplex vt euenit, quando bona existunt in di-
uersis Territorijs, quorum quodlibet regitur di-
uersis legibus, & statutis, & succedere volens
fundat in aliqua consuetudine locali, vel statuto
quod circumscribitur à finibus Territorij, intra
26 quos iurisdictio † statuentium realiter limita-
l. duum virum C. de decur. lib. 10. Et consequen-
27 extendi non potest ad bona alibi sita, † sed
uatur ius commune secundum doctr. omnium
l. cunctos populos C. de sum. Trinit. et fid. cathol.
isto casu, cum defunctus non possit repræsen-
vbique vniformiter ab vno iure, sed diuer-
dè, & sub contrarijs qualitatibus, prout di-
28 sa sunt iura locorum, in quibus habet bona
quod ius nostrum, non patitur in eodem hom-
Soccin. in l. si mihi, & tibi num. 4 post med. vers.
Et tamen hic non admittitur, ff. de leg. 1. Cagnol.
l. ius nostrum sub num. 4. ff. de reg. iur. Ideò lex
git defunctum esse diuersum, ac multiplicem
minem, alium scilicet in loco statuti, & ali-
extra Territorium, & repræsentatio, quæ in-
citur à iure cuiuslibet loci, censetur hæredi-
illius hominis, quem in eo loco defunctus rep-
sentat, & sic plures, & diuersæ, quasi diuersor-
29 hominum, producuntur hæreditates. † Rui
consil. 48. num. 2. lib. 3. Roland. consil. 80. num.
vers. nec obstat, & trib. num. seqq. lib. 4. Socc. co
288. sub num. 1. & consil. 292. versic. Sed præmi
non obstantibus lib. 2. Gazad. consil. 49. numer. 3
vers. Secundo istam opinionem. Paris. cons. 84. nu.
in fin. & num. seqq. lib. 1. Cephal. cons. 309. nu. 4
Aldobrand. cons. 2. num. 13. et 14. lib. 1. Menoch.
consil. 1021. sub nu. 8. vbi num. 10. refert 56. Do-
ctores hanc sententiam firmantes, & benè explicat
Surd. consil. 553. num. 16. Gail. pract. obseru. lib. 2.
obseru. 124. numer. 14. Albert. Brun. ad stat. quod
stant. mascul. art. 8. numer. 123. et 124. Mart. de
success. legal. par. 1. quæst. 13. art. 12. numer. 19.
seqq. Bellon. de iur. accrescend. cap. 6. quæst. 3
num. 2.

Nec subsistere videtur, quod hoc fuerit indu-
ctum fauore Militum tantum in *l. si certarum ff.*
30 *Testam. milit.* † quibus specialiter indultum est,
quod eorum voluntas, prout scripta est, obser-
uetur *l. 1. ff eod. tit.* Ac proindè non posse exten-
di ad Paganum *l. ius singulare, et l. quod verò, ff.*
de leg. Quia inconueniens non videtur, quod
prout ius commune id statuit in milite, vbi
stinxit patrimonia, vt in *d. l. si certarum.* Idem
ex causa de iure municipali statuatur in Pagano,
quando contingit illum habere diuersa patrimo-
31 nia in diuersis Territorijs, † quæ diuerso iure in
dictis Territorijs vigente censeri debeant. Nam
dato vno speciali, scilicet, quod Paganus plura
habeat patrimonia, resultat aliud, quod ipse
possit habere plures hæreditates *ex trad. per Corn.*
consil. 202. num. 10. post med. versic. Nec obstat illa
ratio lib. 2. cons. 85. num. 8. et 9. lib. 3. vbi ex men-
te *Baldi* dicit, quod si quis habet bona in diuer-
sis Territorijs, in quibus sunt diuersa iura, in
successione testamentaria, vel ab intestato æqui-
paratur militi testanti in diuersis patrimonijs,
statutum etiam, sicut lex, facere potest, quod
32 aliquis plures habeat hæreditates † *Alex. et alij*
in l. moribus, ff. de vulgar. et pupill. Dec. in l. ius
nostrum numer. 12. ff. de reg. iur. Brun. ad d. statut.
art. 8.

art. 8. num. 125. *Vasq. de success. tom. 2. lib. 2. §. 13. par. 1. num.* 13.

Minusque vrgere videtur, quod admissa hac distinctione hæreditatum necessario sequatur distinctio obligationis soluendi æs alienum, iuxta
33 *tex. in d. l. si certarum*, † quia illa cessat in casu nostro, cum non militet eadem ratio. Nam distinctio obligationis soluendi ęs alienum in *d. l. si certarum* non inducitur ex eo, quia patrimonium diuidatur post mortem in plures hæreditates, sed ex alia diuersa ratione, nempè, quia à principio de tempore creatæ actionis, & contracti æris alieni patrimonia erant diuisa, & distincta. Ideoque creditores ex causa vnius patrimonij non possunt conuenire hæredem alterius patrimonij, vt firmant DD. mox allegandi, & simile habetur in *l. hinc quæritur, §. potest ff. de pecul.* vbi seruus, cui à diuersis personis concessum erat duplex peculium, si contraxit ex causa dd. peculiorum diuersarum personarum, illi, qui sunt creditores ex causa vnius peculij, agere primo debent contra dominum, & possessorem illius peculij, & sic à principio peculia erant diuisa, & respiciebant diuersos dominos, quæ ratio cessat in Pagano, nam Paganus viuens non potest habere plura patrimonia, licet possit habere res existentes in diuersis Territorijs, sed omnes res faciunt vnum patrimonium *l. iurisperitos §. cum oriundus ff. de excut. tut.* Licet ergo post mortem scindatur patrimonium ex forma statuti ad effectum successionis non tamen inducitur distinctio obligatio-
34 nis soluendi æris alieni. † Quia cum æs alienum de tempore, quo contractum fuit, non potuerit respicere partem patrimonij, nec facultates certi loci, sed vniuersum patrimonium pro indiuiso respiciat *l. fideicommissum §. tractatum, ff. de iud. l. 1. §. hæres, ff. ad Trebell. Imol. cons.* 35. *num.* 25. Diuisio, quæ ex post sequitur, non inducit distinctionem obligationis defuncti, quia hæc ex qualitate hæredum non immutatur, *l. 2. §. ex his vbi DD. ff. de verb. obligat.* nec potest tollere ius, quod habent creditores conueniendi debitorem
35 in quocumque foro velint, & eligendi, † in qua re velint satisfieri ex pluribus sibi hypothecatis, vt per *Imol. in l. ex facto la 2. num. fin. ff. de hæred. instit. et in d. cons.* 35. cuius doctrinam approbauit *Rota decis.* 565. *sub num* 5. *par.* 3. *recent.* Et ita declarando *d. l. si certarum, et d. l. hinc quæritur §. potest.* respondent *Castr. in eod. §. potest num. 3. Iacob. à S. Georg. in tract. de Roydis, seu operis num. 18. in fin. versic. nec etiam probatur, et num. seqq. vers. arguit primo. Alex. cons. 31. num. 8. et 9. lib. 1. Tiraq. de iur. primog. quæst. 32. num. 27. Costa de port. rat. cap. 24. num.* 4.

Indeque videntur corruere cætera omnia nēpè, quod posset contingere, vt ex his hæreditatibus altera adeatur, & altera demittatur, & sic defunctum posse partim habere hæredem, partim
36 sine † hærede existere contra *text. in princ. Auth. de iur. iur. à morien. præst.* quia hæc vigeret quando defunctus consideraretur tanquam vnus homo, & vnica censeretur hæreditas, nam pro par-
37 te hæredem habere, & pro parte sine hærede existere supponit vnitatem, & identitatem personæ, & hæreditatis, *vt not. in l. ius nostrum, ibi, eundem de reg. iur.* Partes enim dicuntur eiusdem rei, quæ scilicet vnitæ, & simul iunctæ constituun. vnum totum, ex allegatis per *Bellon. de iur. accresc. cap. 1. quæst. 1 num.* 22. Quæ vnitas, & identitas cessat in casu nostro, tam respectu personæ, quam hæreditatis, quia licet defunctus re vera sit vnus, & idem homo, & succedatur in eius hæreditate, quæ in effectu vna est, tamen iuris fictione perindè habetur, ac si plures essent homi-
38 nes, & hæreditates diuersæ, vt fuit † supra probatum, & benè *Bald. in l. 1. num. 2. C. de test. milit.* Et propterea quamuis altera ex his hęreditatibus dimittatur, non potest dici eundem partim cum hærede, partim sine hærede decessisse, dum defunctus non iudicatur vnus, & idem homo in dictis hæreditatibus; Quod efficacius probatur ex eo, quod ius accrescendi non habet locum inter hæ-
39 redes dd. hæreditatum, † quia censentur vocati ad diuersas hæreditates diuersorum hominum *Bald. in l. 1. num. 9. in fin. C. de summ. Trinit. & fid. cathol. & in l. si arrogator num. 26. ff. de adopt. Natt. cons.* 514. *num. 16. lib. 3. Menoch. cons.* 1021. *num. 6. in fin. vers. nec dicatur. Surd. cons* 553. *num. 14. in princ. Brun. ad statutum, quod stantibus masculis art. 8. num. 21. Tiraq. de iur. primog. quæst. 46. num.* 27. Quod secus esset, si hæreditas censeretur vna, & eiusdem hominis. Tunc enim intraret ius accrescendi, & portio repudiata accresceret portioni agnitæ, ne vnus, & idem homo partim cum hæ-
40 rede † partim sine hærede existeret, vt notant *DD. in d. l. ius nostrorum ff. de reg. iur.* & multos cumulat *Bellon. vbi supra cap. 7. q. 35. num. 5. & tribus seqq.*

Et ex hac ratione diluitur etiam illud, quod hæredibus primi gradus repudiantibus alteram ex dictis hæreditatibus, esset locus successorio edicto, etiamsi alteram retinerent, cum tamen
41 successorio edicto locus esse non possit, † primis hæredibus hæreditatem capientibus *l. fin. ff. de success. edict.* Quia cum præfati hæredes non habeantur loco cohæredum, sed censeantur, vt separati
42 hæredes diuersarum hæreditatum, nihil † interest, quod hæredes vnius hæreditatis suam retineant hæreditatem, quia hoc non impedit, quominus fiat locus successorio edicto respectu alterius hęreditatis repudiatę penitus diuersę, cessante inter dictos hæredes iure accrescendi, vt fuit dictum.

Quo verò ad bona in Territorio Romano existentia, cum masculus excludere volens forensis, & sic deficiat subiectio personæ, quæ copulatiuè requiritur cum subiectione rerum, iuxta theori-
43 cam, quam pluribus relatis firmauit *Rot. in Fauentina Dotis, seu successionis 21. Februarij 1638 coram. R. P. D. meo Dunozetto*. Cessat dispositio statuti ex defectu voluntatis statuentium, qui Ciuibus suis dumtaxat, non autem exteris prospicere
44 voluisse præsumitur tam † ratione naturalis æquitatis, vt qui onera non subeunt, nec etiam beneficio gaudeant statutorum *Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 9. num. 2.* cum alijs per *Alderan. Mascard. de generali statut. interpret. conclus 6. num. 74. & 75. Mart. de success. legal. par. 3. quęst. 15. art. 3. num. 1. & seqq.* Quam ratione publicæ vtilitatis, & agnationes, & familiæ diuites conseruentur, ad quem
45 effectum huiusmodi statuta † fuerunt condita *Bald. in l. cunctos populos num. 9. C. de summ. Trinit. & fid.*

& fid. cathol. Laderch. conf. 84. num. 28. verf. tertio
quia. Cephal. conf.53. num.76.& 77. Brun. ad ftat. ar-
tic. 3. num.7. vfque ad 13. Ciriac. contr. 137. nu. 15.
quę ratio ceffat in forenfibus, parum enim in-
tereft ftatuentium Romanorum, familias extero-
rum conferuari *Rota decif. 177. par.5. recent.* Immò
militat contraria ratio, quoniam forenfes amo-
re Patriæ, & plurimum vendunt bona, & redeunt
ad proprios labores, vt in propofito confiderat
Soccin. fen. conf. 128. num. 5. lib. 4. Vnde potius,
fupplantaretur ftatuentium intentio, quia vice
conferuandi in familijs, & Ciuitate diuitias, &
opulentiam, illam depauperarentur, & exteri
ditefcerent, ex quibus communiter itum eft in
fententiam, quod huiufmodi ftatuta exclufiua
fœminarum, licet in Territorio ftatuentium fint
46 † bona, non tamen intrent refpectu forenfium
Bald. conf.460. num. 2. lib. 1. Alex. conf.44. num.10.
lib. 5. & conf.41. num.2. & per tot. lib. 7. Parif. conf.
12. num. 25. & feqq. lib. 3. Ruin. conf. 48. num. 4.
lib. 3. Soccin. iun. conf.49. num. 2. & feqq. & confil.
80. num.4. & pluribus feqq. lib. 4. Flam. Rub. conf.2.
per tot. lib. 1. Peregr. conf. 90. num.13. lib. 1. & dec.
Patau. 117. num. 3. Fachin. conf.9. num. 18. & feqq.
lib. 1. Honded. conf. 5. num. 16. & conf. 11. per tot.
lib. 1. Menoch. conf. 890. num. 2. & feqq. Valenz.
conf. 55. nu. 24. poft med. & feqq. Marefcott. d. cap.9.
num. 1. & feqq. Roland. de lucro dotis quæft.36. n.12.
Brun. ad d. ftatut. art.6. num.3. verf. aut verò ftatut. art.
6. num.3. verf. aut verò ftatutum. Grat. difcept. forenf.
cap. 441. num.26. Mart. d. quæft. 15. num.3. per tot.
quam opinionem perpetuo amplexa eft etiam
Rot. decif. 295. num.5. par. 1. & decif.413. num. 1.
par. 4. diuerf. & in Perufina bonorum de Balconibus
8. & 13. Iunij 1590. coram Comitulo, & in Perufina
Succeffionis coram bon. mem. Card. Verofpio, impref-
fis penès Gilian. ad ftatut. Peruf. decif.7. & 47. &
coram fan. mem. Greg. XV. decif. 255. num.2. & ibi
Add. num.8. & dec. 279. num.25. & latiffimè *coram*
bon. mem. Buratt. decif. 188. num.4. vbi dicit effe
communem, & contrariam opinionem effe dam-
natam, & *in Recanaten. Hæreditatis 10. Martij*
1623. coram bon. mem. Card. Verofpio, confirmata
coram bon. mem. Seleucien. 15. Ianuarij 1624. rela-
tis per Add. ad d. dec. Buratt. 188. num 20. & repro-
batis Thefauro iuniore, alijfque contrariam opi-
nionem fectantibus firmatum fuit in *Romana, fiu*
Spoletana Succeffionis 4. Iulij 1631. coram R. P. Do-
mino meo Merlino, quæ eft decif. 68. num. 13. par. 6.
recent.

Nec fubfiftit, quod Ioannes Maria, vti incola
ex diuturna habitatione in Vrbe ftatutorum gau-
47 deat beneficio, † vt per *Rot. decif.137. num. 2. par.*
5. recent. Quia vltra quod adhoc non adducitur,
48 nifi fimplex fides, quæ fidem non facit, † vt in
his terminis refpondit *Rota coram Buratt. dec. 224.*
num. 2. & decif.599. num.8. Non concludit etiam
de habitatione decennali continua, & de tempo-
re mortis teftatoris, nec de animo contrahendi
49 incolatum, prout ad hunc effectum † requiritur
Rota coram eodem Buratt. dec.188 nu.8. et duobus feqq.
& d. decif.244. nu.5. & 6. & dec.599. n.1. cum tribus
feqq. & in impreff. poft Picum ad ftat. Vrbis dec. 63.
num. 18.

Minus fuffragatur, quod, cum Io. Maria fuerit
à Senatu per priuilegium ciuilitate Romana do-
natus, dicatur verè, & propriè Ciuis, etiam a[d]
50 effectum, † vt ftatutorum gaudeat beneficio iu[x]
opin. approbatam à *Rota in Ciuitatis Caftelli fu[…]*
plem. legitimæ 14. Nouembr. 1603. coram bon. m[em.]
Card. Lancell. impreff. poft Fenz. ad ftatut. V[…]
decif. 22. verf. de ciuilitate autem, & in Romana [Hæ-]
reditatis 16. Nouembris 1619. coram R. P. D. m[eo]
Pirouano relata poft Merlin. de legitima decif.24. [n.]
& in Signina Caftrorum 19. Iunij 1634. coram R.
D. meo Panzirolo, quæ eft decif. 292. par. 6. rec[ent.]
Nam iftud procedit concurrente habitatione,
51 onerum fubftentatione, † quæ qualitates in Io[an-]
ne Maria non iuftificantur *Bald. conf. 60. num.*
lib. 5. Caftren. in l. omnes populi in fin. ff. de iufti[t. &]
iur. Anchar. conf. 169. fub num. 2. verf. Quinim[o]
refcript. Soccin. fen. conf. 241. num. 5. verf. quin[…]
Incolæ lib. 2. & Soccin. iun. conf.49. fub num. 2. &
& conf. 80. num. 5. lib.4. Ruin. conf. 200. fub nu[m.]
12. lib. 2. firmauit *Rota in recent. decif.168. num.*
verf. quia forfan. par.2. & in dicta decif. 24. num.
poft Merlin. de legitima, & in allegata Narnien. Su[c-]
ceffionis coram Reu. P. Domino meo Merlino num.
& in Romana, feu Vrbeuetana Legitimæ coram R.
P. Domino meo Pirouano in 6. par. recent. decif. 1[…]
num. 28.

Prætereà cum ciuilitas fuperuenerit fept[em]
annos poft delatam, & aditam hæreditatem.
Teftator enim obijt de anno 1630. & ciuili[tas]
fuit acquifita de anno 1637. tantò minus fuffr[a-]
gari poteft, quia requiritur de tempore dela[tæ]
hæreditatis, & fuperueniens non releuat *Anch[ar.]*
dicto conf. 169. num.2. verf. & licet hæres, Socc. iu[n.]
conf. 49. num. 9. & feq. lib. 1. Dec. conf. 661. num.
in fin. & num. 14. & feqq. Alciat. refp. 31. num.
lib. 9. fecundum impreff. Bafilien. Peregr. conf. 4. nu[m.]
lib. 5. Decian. conf. 56. num. 40. lib. 4. Ruin. c[onf.]
200. num. 17. in fin. & feqq. lib. 2. Menoch. conf.
890. num. 5. & in terminis Statuti Vrbis *Hond[ed.]*
conf. 5. num. 22. & feqq. lib. 1. Cofta de retro[…]
cap. 9. cafu 14. nu. 4. & per totum, Surd. conf. 4[…]
nu. 28. & alios congerit *Ciriac. contr. 20[…] n. 17. &*
feqq. & fequuta eft Rota coram Gregor. decif. 2[…]
num. 20. & 21. & coram Buratt. decif. 188. num.
& decif. 244. numer. 5. circa fin. & decif. 599. nu-
mer. 4.

52 Et quamuis contrarium teneant † *Caftrenf. con[f.]*
286. num. 2. & 3. lib. 2. & alij relati per *Ciriac.*
controu. 205. num. 90. & in Ariminen. Gabellæ […]
Aprilis 1627. coram bon. mem. Card. Virili, quæ […]
decif. 52. num.2. par. 5. recent. Attamen non vide[n-]
tur obftare, cum loquantur in terminis ftatu[ti]
prohibentis alienationem in forenfes, in quib[us]
fufficere videtur ciuilitas fuperueniens de temp[o-]
re acquifitionis. At fecus videtur dicendum in
cafu ftatuti difponẽtis de fucceffione ad fauorem
fuorum Ciuium, quod fuffragari non poteft, […]
de tempore delatæ hæreditatis non concurrit c[i-]
uilitas, quia lex ftatim defert hæreditatem in
fœminas, & ipfo iure adimit, & refecat legiti[-]
mam à toto patrimonio abfque facto, & minift[e-]
rio hominis *l. omnimodo l. quoniam in prioribus, & l.*
fancimus C. de inoff. teftam. Ideoque cum ius fit de-
latum, agnitum, & re ipfa quæfitum, non pote[ft]
53 ciuilitas † fuperueniens retractare effectus iam
confumatos [iu]xta *doctr. & decif. fupra allegati.*

Quibus etiam accedit, quod Ioannes Maria
non

non est simpliciter institutus, sed substitutus sub conditione si filiæ sine filijs decedant, qua conditione pendente, verè nulla adest vocatio, sed solummodo spes incerta, & vocatio quædam in abstracto, seù potentia succedendi, quæ ante euentum conditionis perinde est, ac si non esset
34 in rerum natura *Aret. in l. Centurio num. 14. vers. est igitur quærenda ff. de vulg. & pupillar.* latè *Bologn. cons. vlt. pro Triuultijs num. 19. & 20. & 79. Rauden. de analogis lib. 1. cap. 27. num. 48. & seqq. Menoch. cons. 105. num. 64. & seqq.* & benè *Rota decis. 206. num. 3. post med. par. 3. recent.* Vndè solo prætextu iuris tertij nondum in esse producti, & consistentis solummodo in spe incerta, quæ deficere potest, si filiæ Testatoris cum liberis decedant
55 iuxta vulgar. *cons. Oldr.* 21. non videtur, quod debeat impedire filię detractionem legitimæ saltem reuocabiliter, cum onere scilicet restituendi eueniente casu substitutionis, vt in simili dicitur de Trebellianica contra piam causam substitutā *Bellon. iun. cons. 84 num. 35. & seqq.* & alij relati per *Rota decis. 373. num. 7. par. 2. & decis. 27. nu. 13. par. 5. recent.* Quod non inficiantur etiam contra-
56 riæ opinionis asseclæ admittentes, quod illi † ad quos bona spectarent, interim non impediantur apprehendere, & retinere eorum possessionem, donec spes manet in incerto, & dubium est, an conditio sit extitura, licèt velint, quod resoluatur purificata conditione *Papon. cons. 57. num. 9. Peregr. cons. 97. n. 9. lib. 5. cum alijs allegat. per Ciriac. d. controuers. 205. n. 88. & seqq.*

Nec obstat, quod substitutus dicatur hæres Testatoris, etiam ad hunc effectum, vt intret dis-
57 positio d. statuti, † vt fuit dictum in allegata *Romana de Tagliettis cor. Reuerendiss. D. meo Decano,* quia hoc intelligitur facta restitutione, & sic quan-
58 do venit casus † substitutionis, & fuit purificata vocatio, & in his terminis procedit d. decisio, & loquuntur *text. in §. restituta instit. de fideicomm. hæred. Bald. cons. 79. nu. 1. lib. 1. Corn. cons. 146. n. 1. lib. 2. Boer. decis. 156 num. 10. Decian. cons. 21. numer. 35. lib. 2. Alex. cons. 64. in princ. lib. 5. in d. decis. allegat* secundum quas doctrinas decisio est intelligenda; secùs autem pendente adhuc conditione, quia substitutus tunc non dicitur hæres, & non habeat aliquod ius, nisi in spe incerta, quæ deficere potest Iuribus supra allegatis.

Et ità resolutum vtraque parte, &c.

In hac causa plures emanarunt decisiones sub diebus 22. Iunij 1643. 26. Ianuarij, & 6. Iunii 1646. omnes coram Reuerendiss. D. Cerro Decano, & sub die 2. Decembris 1647. & 21. Iunii 1649. aliæ duæ coram R. P. D. Meltio, & coram R. P. D. Verospio sub die 20. Iunij 1650. altera emanauit decisio, quas Deo dante in sequentibus tomis adnotatus inuenies.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Cracouień Decimarum.

Lunæ 21. Maii 1640.

ARGVMENTVM.

Rector Collegij Societatis IESV non potest transigere super decimis absque consensu Reuerendiss. P. Generalis cum Societas præfata sit à decimis immunis, & exempta.

SVMMARIVM.

1 *Collegia, & Domus Societatis IESV in vim Indultorum, Apostolicorum sunt exempta, & communia à quacumque decimarum solutione.*

2 *Rector Collegii Societatis IESV non habet facultatem transigendi super decimis nec renunciandi priuilegiis Religioni concessis, & num. 3.*

Religionis Societatis IESV potestas tota residet penès Reuerendissimum Patrem Generalem, nu. 2.

4 *Alienatio rerum, siue iurium Ecclesiæ non substinetur absque Beneplacito Apostolico, & euidenti vtilitate.*

Amplia etiam si sit vigore concordiæ, & transactionis, num. 5.

Amplia etiam in remissione iurium, num. 6.

6 *Solemnitas eædem requiruntur in alienatione, quæ in remissione iurium Ecclesiæ.*

Quod procedit, & si fiat fauore alterius Ecclesiæ num. 7.

8 *Nuncius & si habeat potestatem Legati de latere non tamen authorizare potest alienationem rerum Ecclesiæ cum specialiter sit reseruata Papæ.*

Fortius si appareat de inutilitate Ecclesiæ, num. 9.

10 *Concordia non suffragatur non docto de adimplemento, & non adimplens non potest illius vigore agere.*

Fortius si sit correspectiua, quia tunc vnum censetur contemplatione alterius promissum, nu. 11.

11 *Obligationes correspectiuè eatenus ligant quatenus omnes obseruentur.*

12 *Concordia inita sine præiudicio iurium partium & cessorum est personalis, & per consequens successorem non ligat.*

DECISIO CCXXIX.

Orta controuersia inter Plebanum loci Golambiæ, & Rectorem Collegij SS. Apost. Petri & Pauli Societ. IESV Cracouien. super iure decimandi bona d. Collegij, deuentum fuit ad concordiam, in qua Rector permisit Plebano ex tunc, & in futurum liberam decimationem, sub conditione tamen quod Plebanus teneretur soluere de proprio florenos 1300. pro obtinen. rauocatione excommunicationis, & bannimentorum relaxatorum ad eius instantiam contra P. Albertum Mesinzki ob prætensam non solutionem decimarum & insuper illi concessit, quod eius vita durante posset qualibet hebdomada extrahere tres currus ignorum ex syluis Collegij idque facere declarauit quodam sinceritas affectu, & amoris gratitudine licet Plebano nullum ius competeret in dd. syluis.

Cum verò modernus Rector recusasset tam decimas, quam currus lignorum præstare, causa in partibus introducta, & exindè per appellationem ad Rotam deuoluta dubitaui. An concordia suffragetur Plebano loci Golambiæ, & Domini, in-

formante tantùm Rectore, negatiuè responderunt
quia cum Domus, & Collegia Societatis IESV
in vim Indultorum Apostolicorum sint exempta
1 & immunia à quacunque decimarum † solutione
vt pluries fuit in hoc sacro Tribunali discussum, &
canonizatum, & in specie *in alia Cracouien. coram
Card. Seraphin.* in qua Rota declarauit prædictas
domus personas, & bona esse libera, exempta, &
immunia à quibuscumque decimis, & patres ab-
soluendos esse ab impetitis per Plebanum in Do-
bradenik, vt in sententia in iudicatum transacta
Summ. num. 1. Et omissis antiquis decisionibus
fuit etiam firmatum *in Ciuitatis Castelli Decimarum
25. Iunij 1626. coram R.P.D. meo Ghisilerio*, & re-
centius latissimè *in Corduben. Decimarum de Luce-
na 10. Maij 1634. 27. Febr. 1636. 30. Ianuarij 1637.
coram Reuerendiss. D. meo Decano 27. Maij 1638. co-
ram R.P.D. meo Carillo 7. Febr.* [1639. *coram R.P.D.
Merlino, & in Granaten. Decimarũ 20. Ianuarij 1636.
coram Illustriss. D. meo Patriarcha Constantinopolitano*
nullo modo poterat Rector ad huiusmodi concor-
diam deuenire in præiudicium Collegij.

Primo ex defectu potestatis illius, quia Rector
Collegij non habet facultatem transigendi super
2 decimis, & renunciandi priuilegijs, ac subijcien-
di bona Collegij perpetuo oneri decimarum in-
consulto Reuerendiss. Patre Generali, penès
quem tota Religionis potestas residet, *Sanchez su-
per decalog. lib. 7. cap. 27. num. 38.* & in puncto si-
milis concordiæ initæ per alium Prouincialem
eiusdem Societatis considerauit, *Rota coram Reue-
rendiss D. meo Decano in d. Corduben. Decimarum de
Lucena 10. Maij 1635.* & confirmauit *in eadem 29.
Maij 1638. coram R.P.D. meo Carillo*. Cum enim
priuilegia fuerint concessa fauore totius Religio-
nis cum clausula sublata, & decreto irritanti non
3 potuit per solum Rectorem † illis Renunciari *Fe-
lin. in cap. cum accessissent, num. 8. de constit. Natt.
cons. 160. num. 46. lib. 1. Rota decis. 63. num. 10.
par. 5. rec.*

Secundo ex defectu Beneplaciti Apostolici, ac
etiam iustæ causæ euidentis, scilicet vtilitatis
dum Rector disposuit contra libertatẽ, & exemp-
tionem Collegij illud subijciendo dd. oneribus
4 absque vlla prorsus retributione. † Quinimò in
quantum concessit ius lignandi in siluis Collegij
voluit exercere liberalitatem etiamsi certo sciret
Plebano nullum ius competere quæ duo copula-
tiuè requirebantur, vt possit sustineri alienatio
rerum, & iurium Ecclesiæ *cap. 1. de reb. Eccles.
non alien. in 6. Clem. 1. eod. tit. DD. in c. sine ex-
ceptione 12. qu. 2.* vbi latissimè *Laurentius de Ro-
dulphis in 3. qu. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17.
nu. 2. Rota coram Card. Ceraph. dec. 508. num. 1. &
in rec. dec. 4*0*. num. 4. par. 2.* cum alijs per Ad-
den. *ad Burratt. dec. 690. sub nu. 18.* Idque etiamsi
5 fiat vigore concordiæ, † & transactionis *Federic.
de Sen. cons. 94. per tot. Crauett. 323. num. 1. vers.
dico quod Prælatus* plenè *Grat. discept. forens. c. 846.
num. 6. & 7. Veral. dec. 318. par. 3.* & fuit dictum
*in Mediolanen. rescissionis permutationis 10. Ianuarij
1597. coram bo. me. Card. Pamphilio penes Marches.
de commiss. p. 1. fol. 112.* Cum enim per huiusmo-
di concordiam concederetur Plebano ius deci-
mandi, & Collegium priuaretur exemptione sibi
competen. negari non potest, quin hæc esset specie
alienationis rei Ecclesiasticæ, in qua propter
debent interuenire eædem solemnitates, quæ
6 alienatione desiderantur † cum idem sit ius
tum remittere, quod alienare *Bart. Castren.
& alij in l. nulli ff. de transact. Pinell. in l. 1. pa
num. 45. C. de bon. matern. Ant. Gomes. in l. T
40. num. 86.* plenissimè *Gratian. discept. forens
476. num. 16. & d. cap. 846. num. 8. cum seq
rall. dec. 106. par. 1. Adden. ad Gregor. decis.
num. 17. Reuerendiss. D. meus Decanus decis
num. 1.* & in hac specie transactionis initæ
decimis, *Rota dec. 362. num. 3. coram Reuer
D. meo Decano, & in Spoletanana Decimarum
Meuania 14. Nouembris 1638. coram R.P.D. Pi
7 rolo.* Etiamsi alienatio fieret fauore alterius †
clesiæ *Seraphin. dec. 22. Rota in Neapulitana S
3. Iunij 1601. coram Card. Lancellotto, in Trea
bonorum 15. Maij 1621. coram bon. mem. Dun
in Elnen. Distributionum 4. Decembris 1614.
bon. mem. Buccabella, & in Tarraconen. Capp
rum 28. Februarij 1639. coram R.P.D. meo Pire*

Nec visum est releuare quod Reuerendiss.
Nuncius interfuerit huic contractui illumque
auctoritate confirmauerit asserens tendere po
in vtilitatem quam in damnum vtriusque pa
quia licet Nuncius Apostolicus habeat pot
tem Legati de latere tamen non potest auth
zare alienationem rerum Ecclesiæ, quia ho
8 de specialiter † reseruatis Papæ in vim, *Extr
Ambitiosè de reb. Eccles. non alien.* vt tradit *Gam
de offic. & potest Legat. de later. lib. 2. de var. or
nom. num. 415. inter tractatus magnos tom. 13. p
fol. 156.* Præsertim quia detegitur eius auth
erronea cum ass. vtilitas nullibi iustificetur
ex prædictis conuincitur conditionem Col
9 fuisse effectam deteriorem † *Bart. in l. sed & si
ses, C. de prædijs minor. Alex cons. 69. lib. 2.
cons. 32. n 111. lib. 1. Menoch. cons. 314. nu. 27.
gor. dec. 496. num. 11. & 12.*

Præterea visum fuit DD. Concordiam fu
gari non posse quia cum fuerit inita sub ea c
ditione, quod Plebanus teneretur soluere
nos 1300. & obtinere reuocationem banni
10 torum non docto de adimplemento ex parte
non potest agere vigore illius, *Rolan. à Valle
53. num. 17. lib. 1. Gozad. cons. 1. in princ. Pa
cons. 33. num. 17. lib. 1. Rota decis. 369. num.
princ. par. 4. diuers. & dec. 397. num. 13. par. 5.
cent.* Præcipuè cum versemur in contractu c
omnes partes sint inuicem correspectiuæ qui
11 tunc vnum censetur † promissum contemplatio
alterius, & catenus obligationes ligant qua
nus omnes obseruentur, *Crauett. cons. 461. nu.
Gratian. discept. for. cap. 759. n. 11. & 12. & R
dec. 428. nu. 3. par. 1. rec.*

Denique cum in transactione adiecta fuer
clausula citra tamen præiudicium quorumcum
que iurium vtriusque partis, & successorum
ctum etiam fuit concordiam fuisse merè person
lem, & proindè ex ea nullum fuisse illatum præ
iudicium successori, cui fuit ius expressè reseru
tum, *Oldrad. cons. 237. num. 9. Paris. cons. 23. nu
142. lib.). Seraph. dec. 144. nu. 6. & in Bononien
fideicommissi de Desiderys coram R.P.D. meo Meli
no, quæ est dec. 118. nu. 20. par. 5. rec.* R.P.D.

Et ita, &c.

R. P. D. ROIAS.

Posteà Episcopo Tarraconen.

Romana Domorum.

Veneris 1. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Possessor anterior est manutenendus aduersus posteriorem etiam si sit sine titulo, & posterior cum titulo.

SVMMARIVM.

1 *Possessor anterior est manutenendus.*
2 *Possessio posterior præsumitur Clandestina, & turbatiua, ideo non manutenenda.*
3 *Possessio capta super vna parte cum dictione taxatiua* tantum *reseruat alias partes.*
Amplia stante clausula, & non alias, *quæ restringit possessionem alias partes excludendo, num. 4.*
5 *Confessio, & exactio residui facta à muliere non probat integram solutionem, & nu. 6.*
Confessio sororis non nocet alteri sorori, num. 5.
7 *Relatum inest in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
8 *Monialis est capax annui redditus & possessionis ex licentia Superiorum.*
9 *Exceptio requirens altiorem indaginem & de iure tertij non admittitur in summarijssimo possessorio.*
10 *Possessio capta post inhibitionem Rotalem præsentatam est attentata, & non habenda in consideratione.*
11 *Attentans potest repelli ex solo iudicis officio.*
12 *Fideicommissum per solam decisionem non inducitur, sed requiritur sententia in iudicatum transacta.*
13 *Exceptio defectus dominij non impedit manutentionem, sed remittitur ad petitorium.*
14 *Possessio anterior, sine titulo prefertur posteriori titulatæ ad effectum manutentionis cum nudum factum attendatur nec requiretur titulus.*
15 *Titulus non venit respiciendus nisi quando probationes sunt pares.*
16 *Manutentio negatur cedenti alteri sua iura.*
17 *Clausula constituti in cessione apposita operatur quod tam dominium, quam possessio in cessionarium transeat.*
18 *Manutentio sine possessione non datur.*

DECISIO CCXXX.

RESoluerunt hodie Domini dandam esse manutentionem in possessione medietatis Domus magnæ, nec non alterius domunculæ existentium in Via Græcorum, Magdalenæ, & Agneti sororibus de Turrinetis, quia de earum possessione constat ex instrumento venditionis harum domorum ab eisdem facta ad fauorem illorum de Vadis de anno 1611. cum reseruatione dominij, & clausula constituti vsque ad integram pretij satisfactionem cuius vigore acceperunt possessionem de anno 1628. auctore Prætore in vim mandati de associando, ex quo de pretio nunquam
1 fuerunt satisfactæ, † quæ possessio tanquam anterior possessione Crusarij capta de anno 1634. est manutenibilis, *Bart. in l. si duo num. 4. ff. vti possidet. Menoch. de retinend. rem. 3. nu. 723. Rota decis. 802. num. 1. part. 1. diuers. Gregor. XV. dec. 40. nu. 2. cum seqq. & decis. 549. num. 1. & 4. Caual. dec. 267. nu. 5. cum vulgatis.*

Nec obstat possessio capia per Crusarium de
2 anno 1634. quia illa vti † posterior præsumitur clandestina, & turbatiua, ideo non venit manutenenda, *cap. licet causam de probat. Rot. decis. 600. n. 1. & 652. n. 1. in fin. par. 1 rec. Caual. dec. 522. n. 1. Duran. decis. 330. num. 3. & decis. 268. num. 3. & 4. penes Ludou. Posth. de manut.*

Vltra, quod prædicta possessio capta de anno 1634. fuit solum capta pro parte spectante ad Elisabettam, & Ioannam sorores de Turrinettis
3 cum dictione taxatiua † tantum, quæ alias partes spectantes ad Magdalenam, & Agnetem clarè reseruat, *Maluas. cons. 42. num. 48. Franc. Anto. Costa cons. 19. num. 34. Bardell. cons. 77. num. 7. Cyriac. controu. 103. num. 89. lib. 1. Rot. dec. 272. nu. 2. par. 3. recent.* stante præsertim clausula, *& non*
4 *alias &c.* † quæ prædictam possessionem restringit excludendo alias partes, *Menoch. cons. 364. num. 27. lib. 4. Socc. iun. cons. 85. num. 28. vol. 1. Bardellon. cons. 61. num. 37. Cyriac. de controu. 103. num 87. lib. 1.*

Minus obstat, quod associatio concessa dd. mulieribus donec de pretio essent satisfactæ expirauerit per eiusdem pretij integralem satisfactionem. Primò, quia ad huiusmodi solutionem probandam data fuit solum subhastatio, & deliberatio quorundam bonorum debitoris pro residuo d. pretij facta ad instantiam Ioannæ, &
5 Elisabettæ quarum confessiones, & exactiones † non probant solutionem totius, nec nocent Magdalenæ, & Agneti, quæ hodie agunt, ex quo ibi non interuenerunt, *l. si vnus, ff. de pact. Tiraq. de retract. conuen. § 4. glos. 6 num. 9. Afflict. dec. 245. n. 11. Rota dec. 178. num. 4. par. 1. recent. & dec. 455. n. 11. coram Gregor. XV.*

Secundo, quia illud, quod dicitur in subha-
6 statione, & deliberatione pro residuo pretij † est respectu partis, quam non fuerant consecutæ per præcedentem associationem, & sic ex supposita associatione, & ea firma manente dictum fuit pro residuo.

Nec obstat exceptio identitatis, quia cum Cursarius prætendat hanc eamdem Domum ex renunciatione, & concordia facta cum alijs sororibus de Turrinettis pro portionibus ad eas tantum spectantibus, & de anno 1634. possessionem acceperit quoad earum portiones dumtaxat in præsenti frustra identitatem domus impugnat, dum ipsemet possessionem accepit reseruando istis sororibus suas portiones identitas demum conuincitur ex instrumento venditionis de anno 1611. & possessionis adeptæ de anno 1628. per Turrinettas, ad quæ mandatum
7 de associando refertur, † ex quo relatum in est in referente cum omnibus suis qualitatibus *l. asse toto, ff. de hæred. instit. Bart. in l. 1. §. vltimo circa fin. ff fam. ercisc. Dec. cons. 47. n. 2. Ruin. cons. 127. nu. 4. in fin. & seq. lib. 2. Aym. cons. 45 n. 4. Bald. cons. 212. lib. 5.*

Quæ

Quæ dicuntur istas sorores de Turrinettis esse Moniales, nihil facit vltra, quod non iustificatur, & quoad Magdalenam expresse negatur, quo verò ad Agnetem, licet sit Monialis illa est
8 capax annui redditus, † & possessionis de licentia Superiorum, vt dixit *Rota coram Buratt. decis.* 584. *num.* 13. vltra quoad in præsenti huiusmodi exceptio non debet retardare manutentionem cum requirat altiorem indaginem, & sit excep-
9 ptio iuris tertij, † quæ non admittitur in hoc iudicio summarijssimo, *Alex. post. Castr. in l. fin. n.* 23. *vers. quia in iudicijs, C. de edict. Diu. Adrian. tollen. Ruin. cons.* 129. *num.* 9. *lib.* 2. *Put. dec.* 308. *num.* 4. *lib.* 1. *in correct.* eoque magis quia possessio Crusarij est
10 posterior clandestina, & attentata † vti capta post inhibitionem Rotalem illi præsentatam, quo casu non est habenda in consideratione, sed reuocanda, *Lancell. de attent. post inhib. ampliat.* 6 *num.* 2. *Caputaq. dec.* 93. *par.* 3. *Duran. dec.* 104. *n.* 1. & ex solo
11 † Iudicis officio posset ipse repelli ex adductis per *Posth. de manut. obseru.* 75. *num.* 38.

Exceptio verò fideicommissi deducta per Crusarium, *ex dec. in Romana Fideicommissi de Crusarijs* 17. *Martij* 1628. *coram Durano*, nihil facit, ex
12 quo per solam decisionem canonizatoriam † fideicommissi non inducatur fideicommissum cum requiratur sententia in iudicatum transacta vltra quod respectu domus magnæ fuit pariter à *Rota coram Durano sub die* 21. *Maij* 1629. Crusario denegata immissio vigore prætensi fideicommissi.
13 In omnem casum exceptio † defectus dominij non impedit manutentionem in summarijssimo possessorio, sed reijcitur ad petitorium, *Posth. de manut. obseru.* 42. *n.* 13. *Giouagn. cons.* 8. *num.* 110. *vers. neque verò, & cons.* 11. *num.* 15. *lib. Rot. dec.* 35. *num.* 5. *par.* 2. *& dec.* 300. *n.* 11. *par.* 4. *recent.* cum in hoc iudicio manutentionis attendatur nudum
14 factum, neque requiratur titulus, ex quo possessio anterior etiam sine titulo præfertur posteriori titulatæ, *Rot. diuers. dec.* 395. *n.* 8. *p.* 1. *&* 187. *num.* 5. *par* 4. *Gregor. dec.* 40. *num.* 5. *et* 323. *num.* 2. *Duran. decis.* 13. *num.* 5. *et dec.* 116. *penes Posth. de manut. et fuit coram me resolutum in Licien. Cantoriæ* 23. *Martij, et*
15 14. *Maij* 1640. ex quo titulus non venit respiciendus, nisi quando probationes sunt pares, vt dixit *Rota in Romana Tutelæ* 18. *Maij* 1609. *coram Manzanedo penes Posth. dec.* 116. *num.* 8. *et* 9.

Quo vero ad Iuliam Marochiam Domini dixerunt esse denegandam manutentionem pro exigendis scut. 50. annuis ex eo, quia licet admitteretur eam habuisse ius illa exigendi super pensionibus domorum, ac fuisse constitutam in quasi possessione mediantibus prætensis exactionibus tamen cum postea cesserit hoc ius exigendi Ludouico Guarnacciæ cum clausula constituti
16 ad fauorem eiusdem, vtique si quam habuit possessionem amisit transferendo illam in dictum Ludouicum mediante dicta clausula constituti,
17 per quam tam dominium quam possessio transfertur in cessionarium ex *Rota dec.* 662. *n.* 4. *par.* 1. *diuers. et decis.* 270. *num.* 1. *et* 277. *num.* 1. *par.* 1. *recent. et dec.* 520. *num.* 2. *par.* 2. *recent.*

Et quamuis pro pretio cessionis prædictæ Guarnaccia promiserit soluere annua scut. 36. hæc tamen promissio non cedidit super Pensionibus domorum, super quibus contrariam sententiam reportauit ab A. C. vt constat ex Summ. Crusarij num. 9. Cum cessio fuerit personalis Guarnacciæ, quem numquam constat possedisse
18 domos prædictæ, sine qua non datur manutentio, §. *retinen. et institut. de interd. Duran. dec.* 323. *num.* 2. *cum vulgatis*.

Et ita decisum vtraque parte Informante &c.

☞ *Infra in eadem causa habetur altera Decisio coram eod. Reuerendiss. Tarraconen. sub die* 4. *Iulij* 1640. *et* 9. *Decembris* 1641.

R. P. D. ROIAS

Postea Episcopo Tarraconen.

Tudertina asserti fideicommissi.

Lunæ 4. *Iunij* 1640.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione positi non censentur vocati, præsertim à Testatore transuersali, necnon reprobantur nonnullæ coniecturę.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione positi non censentur vocati.*
Fortiùs si non fuit habita ratio à Testatore agnationis conseruandæ, nu. 2. *&* 3.
Amplia si non adsint efficaces coniecturæ, & agatur de testamento transuersalis, nu. 4. *&* 5.
6 *Immissio denegatur non docenti de vocatione, & fideicommisso.*
7 *Coniectura quod filij sint bis in conditione positi non facit censeri illos vocatos, nisi in casu in quo fuit habita ratio conseruande agnationis, & nu.* 8.
9 *Coniectura quod filij in conditione positi fuerint sub qualitate masculinitatis ad effectum vocationis non attenditur, & num.* 10.
Amplia si adsit statutum exclusiuum fœminarum, num. 11.
12 *Coniectura quod filij sint positi in conditione sub expressione legitimitatis, & à legitimo matrimonio non inducit vocationem.*
13 *Legatum perpetuum non inducit coniecturam pro vocatione filiorum in conditione, dum est restricta per verba relatiua infrascriptos.*
14 *Vocatio in hæreditate vniuersali non inducitur ex onere legati particularis.*
15 *Coniectura vocationis filiorum in conditione positorum est si hæredes instituti sint reciprocè substituti si sine filijs, &c.*
Fallit si Testator sit transuersalis, nu. 16. *&* 17.
18 *Substitutio compendiosa non inducit vocationem filiorum in conditione positorum.*
19 *Clausula Codicillaris, & clausula omni meliori modo non inducunt vocationem filiorum in conditione positorum.*
20 *Coniectura de per se imperfectæ, & inualidæ non sunt coniungendæ pro inducenda vocatione filiorum in conditione positorum, & nu.* 21.
22 *Fideicommissum non extare in dubio est pronunciandum.*
23 *Impugnare factum non potest postea eum approbare.*
24 *Solutio præsumitur ex cursu quadraginta annorum.*

DECI-

DECISIO CCXXXV.

IN Testamento quo decessit Alexander de Oddis hæredes instituit Bernardinum, & Prosperum de Lilijs ex sorore nepotes, & aliquo ex eis decedente sine filijs masculis legitimis, & naturalibus de legitimo matrimonio procreatis dicto decedenti superuiuentem per fideicommissum, & omni meliori modo hæredem vniuersalem pleno iure substituit, & ambobus dictis hæredibus sine filijs masculis decedentibus substituit Ven. Fabricam S. Mariæ Consolationis Ciuitatis Tuderti.

Secuta postea venditione de anno 1594. nonnullorum bonorum hæreditariorum dicti Alexandri per Prosperum, & Bernardinum prædictos, successiuè vita functo primo loco Prospero absque filijs, & deinde Bernardino relictis Sebastiano, Hieronymo, ac Claudio liberis, hi mouerunt Iudicium in partibus pro obtinenda immissione in possessionem bonorum alienatorum vigore fideicommissi dicti Alexandri, & obtinuerunt duas sententias fauorabiles; causa introducta coram A.C. siue R. P. D. Cecchino deputato, is sententias de partibus reuocauit pronuntiando pro non existentia fideicommissi mihique causa in gradu appellationis commissa dubitaui hodie, an sententia extra Rotam lata esset confirmanda necne, & Domini confirmandam esse censuerunt, vti validam, & iustam, de validitate constat ex inspectione processus, cum in ea interuenerint omnia iuris requisita de quibus per *Caputaq. decis. 260. par. 2.*

1 Iustitia verò deducta fuit ex articulo sæpius in Rota discusso, nempè an filij positi in conditione censeantur vocati, & negatiuam partem Domini tenuerunt iuxtà regulam, quam ponit, *gloss. in l. Lucius la 2. ff. de hæred. instit. Rustic.* qui plures cumulat *in tract. de liber in condit. posit. lib. 1. cap. 2. Fusar. de substit quæst. 437. num. 2. Mantica decis. 125. num. 1. & in recent. decis. 133. num 1. & 486. num. 14. par. 1. Caual. decis. 454. n. 2.* cum alias per *Adden. ad Buratt. decis. 385. n. 10.*

2 quæ opinio præcipuè procedit, † quando prout in præsenti casu nulla fuit habita ratio conseruandæ agnationis sine qua positi in conditione

3 non censentur vocati, † sed eis tantum reseruatum remanet Ius succedendi ab intestato, *Rot. in recent. decis. 133. num. 1. & 3 & 486. num. 14. & 16. par. 1. & 221. num. 5. par. 5. Caual. decis. 454. num. 2. & 496. num. 2.*

4 Vlterius non concurrunt † coniecturæ efficaces, solidæ, vehementes, & vrgentes prout requiri testatur, *Gabr. cons. 93. nu. 38. in fin. lib. 2. Fusar. de substit. quæst. 437. n. 16. Rot par. 2. recent. decis. 667. num. 4. Buratt. dicta. decis. 385. nu. 2* Ad

5 præsumendam vocationem filiorum in conditione positorum, vbi vt hic agitur de testamento transuersalis quicquid sit in testamento ascẽdentis cuius affectio latiùs interpretatur ergà descendentes, *Card. Mantic. de coniect. vlt. lib. 11. tit. 2. nu. 2. vers. sed ego considero, & tit. 3. in fin. nu. 18. Crass. de success. §. fideicommissum, q. 14. num. vltim. Buratt. d. decis. 385. nu. 2. & 8. par. 2. rec.*

Propterea bene fuit denegata immissio Sebastiano, & fratribus prætensis fideicommissarius Alexandri, ex quo non doctum fuit de aliqua

6 vocatione † nec de aliquo fideicommisso ad eorum fauorem purificato, prout requiritur, *Socc. iun. cons. 62. n. 4. vers. & in primis vol. 3. Bellon. Sen. cons. 16. nu. 3. Rot. in Recent. decis. 436. nu. 2. par. 1. & 296. nu. 1. par. 5.*

Nec obstant septem coniecturæ pro inducendo fideicommisso adductæ non prima desumpta

7 ex eo † quod bis fuerint in conditione positi, *Bellon. iun. cons. 86. nu. 12. Seraph. decis. 1329. Greg. decis. 315. num. 2. & 329. nu. 7. & in recent. decis. 366. num. 11. Duran. decis. 216. nu. 16.* Quia

8 fuit responsum hanc coniecturam † recipi à Doctoribus, & ab hoc Sacro Tribunali non nisi quando fuit habita ratio conseruandi agnationem, vt per *Gaspar. Anton. Thes. quæst. forens. cap. 33. nu. 7. lib. 4. Gabr. cons. 123. nu. 2. lib. 2. Rot. decis. 1154. nu. 1. lib. 3. par. 3. diuers.* & alibi sæpius, quæ ratio hic non fuit considerata.

Secunda coniectura deducta ex eo, quod positi fuerint in conditione sub qualitate masculinitatis nihil facit, cum illa intelligi debeat ad

9 fauorem substitutorum tantum ad hoc, vt non excludantur nisi per masculos, hæ quæ coniectura communiter reprobatur, *Roland. cons. 51. n. 5. vers 2. non obstat, vol. 3. Gabr. consil. 93. n. 93. lib. 2. Casanatt. cons. 4. nu. 233. cum seqq. Ioach. Sca.*

10 *yn decis. Bonon. 2. nu 65.* vbi leuem appellat, † & ab omnibus sine discrimine damnatam, *Rot. in recent. decis. 476. num. 17. par. 1. & decis. 138. nu. 3. par. 2. Buratt. decis 387. num. 3.* Præcipuè quia

11 Tuderti adest Statutum fœminarũ exclusiuũ, pro-† ut in omnibus Italiæ Ciuitatibus quo casu nullius momenti reputatur dicta coniectura ex *Gabr. cons. 93. nu. 4. lib. 2.* cum alijs congestis per *Fusar. de substit. d. q. 438. nu. 49. Buratt. d. 387. nu. 4.*

Tertia coniectura elicita ab expressione legitimitati, & natiuitatis filiorum ex legitimo matrimonio non venit attendenda in hoc casu

12 cum agatur † inter tranuersales ex quo à Doctoribus communiter reprobatur, vt per *Zanch. in repet. l. hæredes mei, §. cum. ita par. 3. nu. 57. ff. ad Trebell. Rolan. cons. 44. num. 63. in fin. lib. 5. Pet. de fideicomm. quæst. 9. nu 201. Fontanell. de pact. nup. claus. 24. nu 23. Criuell. decis. Senat. Dolan. 125. n. 77. Buratt. d. decis. 385. nu. 8. & in recentior. decis. 538. num. 7. par. 2. & 221. nu. 12. par. 5.* & pro leui reputata fuit *in Senogallien. Hæreditatis 1. Dec. 1623. coram R. P. D. mco Pirouano.*

Nec pariter obstant quarta coniectura deprompta ex onere perpetui legati pij relicti per Testatorem, quia illius præstatio legitur restricta ad hæredes, eorumque successores per verba

13 relatiua infrascriptos, vt supra ex quo constat hæredes litteraliter tantum fuisse nominator; & institutos, non autem positos in conditione, *Buratt. decis. 521. num 3.* & prius, *decis. 385. nu. 5. & 587. num. 8.* vbi additur, quo ex one-

14 re legati particularis non inducitur vocatio in hæreditate vniuersali per *text. in l. hæreditas ad statium 65. ff. de hæred. instit.* cum alij adductis *in d. decis. 387. nu. 8. Buratt.*

Quinta coniectura adducta ex reciproca ordinata inter Prosperum, & Bernandinum hæredes,

redes, quorum filij fuerunt positi in conditione,
15 quo casu ad euitandam inæqualitatem reputatur coniectura vocationis, vt per *Fusar. q.437. nu. 87. & cons. 32. num.8.* nihil facit, vbi agitur
16 de testamento, & fideicommissio transuersalis, & ista coniectura reprobatur à *Cephal. consil. 419. num.31. Anicell. Amat. consil. 91. num.22. Bellon. iun. cons. 26. num. 62. vers. quarto demum Senat. Dolan. decis. 125. num 60. iuncto etiam num. 55. & 56.* vbi expenditur responsum Papiniani *in l. hæredes mei, §. nam ita, ff. ad S.C. Trebell.* Ex quo apertè probatur filios in conditione positos non
17 censeri vocatos, quamuis inter primos † institutos facta fuerit reciproca substitutio, nec Domini istam habuerunt in consideratione.

18 Vti nullius momenti fuit reputata † sexta coniectura desumpta ex substitutione compendiosa, vt per *Ioach. decis. Bonon. 2. n.88.*, iuxtà Doctrinam *Zacch. in d. l. hæredes mei, §. cum ita 7. par. num. 8.* iuxtà vltimam impressionem, *ff. ad Trebell. Rot. decis. 221. nu.1. par. 5. recent.*

Septima vero, & vltima coniectura desum-
19 pta ex clausula codicillari, *& omni meliori modo* leuissimã esse, & nihil operari in similibus terminis dixerunt, *Fusar. de subst. q.437. n.227. Bellon. iun. cons. 26. num. 39. Fontanell. decis. 34. num.20. Senat. Dolan. decis. 125. num.28. Ioach. Scayn. decis. Bonon. 2. num. 102. Rota decis. 486. nu.26. par.1. rec.* eamque reprobauit *Rot. in decis. 221. n. 14. cum seqq. par. 5. recent.*

Nec dictæ coniecturæ veniunt coniungendæ pro inducenda vocatione filiorum positorum
20 in conditione † cum omnes prædictæ coniecturæ de per se sint imperfectæ, & nullius momenti, ac inualidæ, vt dixerunt *Maluas. cons. 110. num. 17. Scayn. d. decis. 2. num. 108.* Et huiusmodi co-
21 niecturas, † ac numero plures, & insimul coaceruatas in fortioribus, nempè in descendentibus alias reiecit, *Rota. d. decis. 221. par. 5. recent.* Quapropter non constare de aliquo fideicommisso, & ideò sententiam extra Rotam latam esse confirmandam Domini hodie censuerunt
22 cum † in dubio sit pronunciandum pro non fideicommissum, *iuxt. Text. in l. Pater., §. fin. de legat. 3. Fusar. cons. 42. nu. 32. Gabr. cons. 93. num. 4. & consil. 95. num 14. lib. 2.* & libertate bonorum, *Leo decis. Valen. 60. nu. 34. & 38. lib. 1.*

Neque filijs competit retentio bonorum de quibus agitur, eo quod illorum pretium sibi solutum non fuerit, aut eorum Patri, qui eadem bona vendidit, nam cum Lilij impugnauerint dictam alienationem ab eorum Pa-
23 tre factam, & obtinuerint, non possunt modo venire tanquam hæredes prædicti eorum Patris *iuxtà text. in c. ex eo de regul. iuris in 6. Surd. cons. 136. nu. 29. Seraphin. decis. 738. num.3. & decis. 748. num. 1. cum. alijs.* Insuper cum à die venditionis effluxerint quadraginta anni, & vltra ex
24 tanto temporis cursu talis solutio est præsumenda, vt post alios tradunt *Surd. dec. 105. num. 4.* & vltra allegatos ab eo *Honded. cons. 39. nu. 71. lib. 2. Lancellott. Gallia cons. 48. num 19. & cons. 86. n.13. Bertaz. cons. ciuil. 118. nu.8. Ciriac. controu. forens. cap. 510. num. 14. & 16.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Episcopo Terracineñ.

Vrbeuetana Census.

Mercurij 6. Iulij 1640.

ARGVMENTVM.

Fructus prouenientes ex re empta ex pecunia ali[...] cuius commodo cedant.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia non parit fructus.*
2 *Fructus sequuntur dominium.*
3 *Emptum ex pecunia aliena fit ementis vna cum fr[...] ctibus, & emens solum ad pecuniæ restitutionem [...] netur.*
4 *Dictio, seu stat alternatiuè non disiunctiuè.*
5 *Interesse lucri cessantis ad hoc vt debeantur quid [...] quiratur remissiuè.*
6 *Quantitas quæ debetur respectu certæ speciei ita reg[...] latur prout ipsa species.*
Quod intellige ad effectum, quod in ipsa specie p[...] fieri solutio, non autem ad effectum soluendi fr[...] tus num. 7.
7 *Fructus ad hoc vt debeantur attenditur quid in obl[...] gatione, non quid in solutione sit.*
8 *Pignus, & hypotheca non est titulus habilis ad fructu[...] acquirendos.*
9 *Subrogatum non potest plusquam id in cuius locum [...] subrogatur.*
10 *Cautio non efficit quin emptor habeat dominium r[...] cautioni suppositæ.*

DECISIO CCXXXII.

SCotti vti Creditores DD. de Sfortijs in summa [...] sc. 28515. receperunt in solutum pecunia num[...] ratam facta obligatione de illam restituendo [...] prioribus, & potioribus, & postea ex pecunia [...] emerunt loca montium, quæ stare deberent loco [...] cautionis ad fauorem Excellentiss. D. Thaddæi [...] Barberini emptoris Vallis Montanæ virtute dictæ [...] obligationis de restituendo prioribus, & potio[...] ribus, nec non virtute termini suscepti ab eisde[...] ad soluendum Theodorus Maldachinus vti Cre[...] ditor anterior bon. mem. Ducis Alexandri Sfor[...] tiæ scutorũ sc. 8117. monetę pro fructibus cuius[...] dam Census, & expensis mandati obtinuit rela[...] xari mandatum exequutiuum cõtra Scottus pro [...] dicta summa sc. 8117. ex pecunijs per ipsos ha[...] bitis ex pretio dictæ Vallis Montanæ ad effectum [...] tamen deponendi, & inuestiendi iuxtà formam [...] Instrumenti venditionis dictæ Vallis Montanæ [...] quibus locis Montium in quibus fuerunt inuesti[...] pecuniæ habitæ à DD. de Sfortijs fuerunt con[...] gnata tot loca Montium pro concurrenti quanti[...] tate ad rationem pretij tunc in foro currentis [...] verum quia dictus Theodorus vltra creditum consequ[...] ctuum sui Census prætendebat etiam in satisfactionem [...] fructus locorum Montium ipsi in satisfactionem à die [...] assignatorum pro tempore quod intercessit à die vsque ad [...] supradicti terminis per Scottos suscepti [...] diem

diem effectualis resignationis dubitatum fuit in Rota, An dicti fructus deberentur Theodoro, itaut ad eius fauorem esset relaxandum mandatum, & negatiuè fuit resolutum.

Ratio solutionis fuit, quia Scotti non receperunt à DD. de Sfortijs loca Montium, de quibus agitur, sed pecuniam numeratam, nec promiserunt illa, & sic speciem fructiferam restituere prioribus, & potioribus, sed istam quæ de sui natura est sterilis, & infructifera nec vllos parit fructus; *cap. eiciens vbi Archidiaconus 88. dist. idem Archidiaconus in can. 2. 14. quæst. 3. Rota decis. 72. n. 5. par. 3. recent.* Etiamsi loco cautionis de restituendo eamdem pecuniam cum huiusmodi vinculo in dictis locis Montium inuestierint hanc veritatem agnouit Theodorus, dum non egit actione reali contra Scottos ad dicta loca Montium, sed personali resultante ex obligatione prędicta ad restitutionem pecuniarum per ipsos habitarum ex pretio Vallis Montanæ, quod colligitur ex verbis mandati relaxati ab A. C. & ex mandato Rotali de exequendo dicto mandato A. C. Nec recepit à Scottis loca Montium, vt sibi debita, sed insolutum iuxtà communem valorem tunc currentem pro quantitate dicti sui crediti sc. 8117 monetæ, & dum eidem resignarunt, vt euitarent executionem, prædicti mandati sequitur censeri factam emptionem, & venditionem soluta pecunia breui manu.

His positis sicut Scotti vsque ad actualem resignationem Montium ad fauorem Theodori retinuerunt illorum dominio, quod à principio titulo emptionis acquisiuerant, ita & pro dicto tempore fructus suos fecerunt, quia fructus sequuntur
2 dominium, *l. 1. & 2 C. de pignor. l. Iulianus, §. si fructus, ff. de act. empt.* Quamuis à die litis contestatæ pecunias ex quibus loca Montium emerunt cœperint debere Theodoro, & promiserint pecunias restituere prioribus, & potioribus Creditoribus, quia etiamsi pecunia cœperint quodammodo esse aliena non minuit tamen dominium, & fructuum acquisitionem, & hinc, fit in fortiori-
3 bus terminis, † quod emptum à principio ex pecunia aliena cedit dominio ementis vna cum fructibus successiuè perceptis, & emens solum ad pecunias restituendas tenetur, *l. si ea C. rei vend. l. 1. & penult. C. si quis alteris, vel sibi, & tenuit Rota decis. 26. num. 3. par. 1. recent. & in Camerinen. Bonorum 22. Martii 1624. coram R. P. D. meo Merlino*, eo magis, quia vt fuit dictum supra Scotti promiserunt restituere pecunias, & solum pecuniæ sunt in obligatione, vt patet tàm ex forma Chirographi Sanctiss. D. N. super venditione Vallis Montanæ, ex cuius pretio satisfacti fuerunt tàm ex ordine Excellentiss. D. Don Thaddæi, quo mediante secuta est solutio, quam ex forma obligationis propriæ illorum de Scottis qui scilicet in actu receptionis pecuniarum illas non autem loca Montium restituere promiserunt.

Nec vlla vis fieri potest in termino à Scotti suscepti ad soluen. debitum petitum in dicta quantitate sc. 8117 seu resignan. loca Montium per ipsos empta ex pretio Vallis Montanę, quia intellexerunt suscipere terminum pro resignatione dd. locorum, non vt specie debitæ Theodoro sed tamquam rei eidem dandæ insolutum pro quantitate petita, in qua verè consistebat debitum quemadmodum suadet illa dictio, *seu*, quæ stat alternatiuè non autem disiunctiuè prout vt fuit dictũ supra confirmatur ex præcedentibus, & subsequentibus cum petitio Theodori, & mandatum A. C. loquantur dumtaxat de restitutione pecuniæ ad limites obligationis factæ per ipsos Scottos, & dicta loca Montium in subsequenti Instrumento quietantię legantur resignata insolutum pro intranti quãtitate crediti eiusdem Theodori iuxtà volorem tunc currentem.

Nec censuerunt Domini dd. fructus posse prætendi à Theodoro tamquam interesse lucri cessan-
5 tis, quia non probantr solita requisita, *Castrens. in l. 2. §. vlt. ff. de eo quod cert. loc.* cuius doctrinam passim Rota sequitur.

Non obstat, quod fuerit expresse dispositum in Chirographo Sanctiss. D. N. & in Instrumentis desuper factis, quod pretium Vallis Montanæ, & inuestimenta exinde facienda starent affecta, & obnoxia loco cautionis de restituendo prioribus & potioribus, & ad istum effectum, quod pecuniæ consignandæ deponerentur pro emendis locis Montium cum dicto vinculo, & sic cum quantitas debeatur respectu certæ speciei de ea iudicandum
6 † sit prout de ipsa specie, *l. talis scriptura in fine, §. de leg. 1. Bart. in l. 2. §. mutui datio sub num. 21. vers. & tunc aut tenetur, ff. si cert. pet.* quam in terminis refert, & sequitur *Gazzarell. decis. 29. num. 19. & seqq.* & alij plures per eum allegati, nam fuit responsum. Primò quod Bart. & alij loquuntur ad effectum, vt solutio possit fieri in specie, vnde
7 inferri non potest ad fructum restitutionem, † ad quem effectum non attenditur quid sit in solutione, sed an species sit in obligatione, vt benè distinguendo declarat, *Rota decis. 43. num. 1. ad fin. & seqq. & decis. 44. num. 7. & 10. par. 1. diuersor. Rota in Romana Executionis coram Orano, impress. per Statel. post tract. de Saluian. decis. 2. num. 4. & 5. & in Romana Locorum Montium 27. Nouembris 1637. coram R. P. D. meo Pirouano*, vbi distinguendo in simili casu concludit, quod si bona sunt in obligationis bonis auocatis fructus accessorij veniũt restituendi, si verò non sunt in obligatione (vt in isto casu) tunc non veniunt fructus, nisi à die immissionis, & propterea sicuti si Scotti pecunias soluissent Theodorus conqueri non poterat, nec fructus prætendere, & tamen sub eisdem vinculis inuestire tenebatur ita etiam dum soluerunt pecuniam mediante resignatione locorum Montium nullum damnum intulerunt si fructus retinuerunt, cum propositio illa quod fructus debeantur à die moræ litis procedat iuxtà supradictas Decisiones quando auocatur res fructifera, quæ erat in obligatione, secus autem quando in obligatione erat pecunia, & in facultate soluendi erat res fructifera, tunc fructus non debentur, vt in terminis distinguit Rota vbi supra. Secundò pariter fuit dictum non procedere simpliciter respectu acquisitionis fructuum, quod idem iudicetur de pecunia inuestienda, quod de ipso inuestimento, sed dummodò titulus inuestimenti sit translatiuus dominij in creditorẽ, vel alias habilis ad fructuum acquisitionem, ita vt si inuestimẽtum debuerit fieri filio pro creditore puta quia ex testa-

testamento, vel ex conuentione emi aliquid deberet eius nomine tunc creditor licitè percipiet fructus inuestimenti facti, vel faciendi, cuius, & dominium debuit nancisci, & in his terminis loquũtur allegati in contrarium idemque procedit si species actione personali petatur, *l.2.ff. de vsur.* Si verò titulus inuestimenti faciendi non est habilis ad transferendum dominium, vel possessionem speciei in creditorem, sed ipsi dumtaxat tribuit specialem hypothecam super inuestimento. Non idem est iudicium quantitatis, & speciei quo ad acquisitionem fructuum, quia repugnat qualitas tituli, & deest in Creditore titulus habilis ad fructus acquirendos, † qualis non est hypotheca, vel pignus, *l. 1. C. de pignor. act. cap. cum contra de pign. cap. ad nostram il 1. de iur. ad iur. latè Surd. cons 194. num. 10. & seqq. Rota d. decis. 43. num. 2. & d. decis. 44. num. 10. par. 1. diuers. & coram bon. mem. Buratt. decis. 60. num. 11.* Et hic est casus noster, quia non fuit dictum in Chirographo; & in Instrumentis desuper factis, vt inuestirentur pecuniæ in locis Montium nomine Creditorum, sed solum quod loca Montium starent hypothecata Creditoribus quatenus nõ darent cautionem ad Contentamentum Excellentiss. D. Don Thaddæi emptoris de illi restituendo supradictam quantitatem sc. 28517. in casu euictionis, & secundariò prioribus, & potioribus Creditoribus DD. de Stortijs, ex quibus etiam sequitur probari loca Montium non fuisse in obligatione restituendi, sed loco cautionis de restituendo pecunias habitas ex pretio Vallis Montanæ, & quatenus à Scottis fuissent solutæ pecuniæ Theodoro fuissent quidem solutæ cum onere præstandi dictam cautionem ad Contentamentum, & in illius defectum inuestiendi in locis Montium; & sicut dicta cautio non transmutasset obligationem restituendi quantitatem receptam in specie, ita nec ipsum Inuestimentum in eius locum subrogatum potuit eam transmutare cum non possit plus præstare Inuestimentum, quam cautio ex regula
9 subrogatorum † *ad Text. in l. si eum, §. qui iniuriar. ff. si quis caut. l. 1. §. hæc actio, ff. si quis testam. liber. iuss. fuer. cum alijs allegatis*, & cautio non efficit, quin emptor habeat plenum dominium locorum
10 montium, vt bene aduertit *Rot. coram Reuerendissimo Domino meo Decano decis. 498. numer. 4. & seqq.*

Et ex his cum semper remaneat firmum, quod fructus debentur illis, qui loca montium possederunt ex quo non loca, sed pecuniæ erant in obligatione, vt fuit firmatum supra Dominis auditis hinc inde deductis pro Scottis, & pro Theodoro censuerunt fructus non deberi Theodoro.

REVERENDISS. P. D. CERRO,

Sacræ Rotæ Decano,

Barchionen Administrationis.

Mercurij 6. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Administratio bonorum Ecclesiæ secularizatæ, quæ prius erat apud Priorem, & Canonicos Regulares remanet penes Priorem, & Canonicos sæculares, cum per sæcularizationem, nihil præter Regularitatem immutetur.

SVMMARIVM.

1 *Administratio bonorum Ecclesiæ de iure debet esse pe-nes Priorem, Canonicos, & Capitulum.*
Fortius si bona communiter fuerint donata Ecclesiæ, Priori, & Canonicis. & nu. 4.
2 *Sæcularizatio Ecclesiæ præter qualitatem Regularitatis nihil immutat.*
Adeo quod administratio, quæ ante sæcularizationem spectabat ad Regulares postea spectet ad sæculares, num. 3.
5 *Actus à Priore Ecclesiæ gesti non tollunt, sed conser-uant ius capituli in rebus communibus.*
6 *Ius Ecclesiæ non potest præscribi, nisi per lapsum quadraginta annorum cum illius scientia, & pa-tientia.*
Amplia deducto tempore litis. nu. 7.

DECISIO CCXXXIII.

SAnct. mem. Clemens Octauus in generali suppressione Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Augustini Principatus Catoloniæ sæcularizauit Ecclesiam Sanctæ Annæ Ciuitatis Barchionen antea ab eisdem Canonis Regularibus rectam sub nomine Domus Sancti Sepulchri Hierosolymitani remansitque eadem Ecclesiæ sic sæcularizata sub regimine vnius Priores, & tot Canonicorum sæculariũ quot prius existebant, cum erat in statu regularitatis cum verò modernus Prior prætenderet excluso Capitulo sibi soli cõpetere administrationem bonorum, ac redditũum præsertim Iurisdictionalium Ecclesiæ tempore Regularitatis, simul à Priore, & Canonicis acquisitorum proposui dubium ad quem spectet administratio, & per DD. ad Priorem, simul vna cum Capitulo pertinere responsum fuit, motique sunt ex eo, quia cum dicta Ecclesia Sanctæ Annæ sit effecta secularis, sicut dum erat in statu Regularitatis regebatur, & administrabatur simultaneè per Priorem, & Canonicos, vt clarè patet ex pluribus concessionibus bonorum, & acquisitionibus factis ab Ecclesia
1 alijsque actibus coniunctim gestis, & datis per Capitulum in suo *Summario num. 11. 12. 13. 14. &* 15. Quod est etiam conforme dispositioni Canonum, ex quo apud omnes, † simul debet esse administratio, *cap. nouit, cap. quanto, & cap. ea noscitur, vbi Abb. num. 4. de his, quæ fin. à Præl. sine cons. cap. Rota in Gerunden. Administrationis coram R. P. D. meo Verospio, quæ est decis. 252. num. 1. par. 5. recent.* Ita post factam sæcularizationem, cum sæcularizatio præter illam qualitatem Regulari-
2 tatis, nihil aliud immutauerit, † vt in his terminis ratione Ecclesiæ Beatæ Mariæ Ville Bertrandi Diœcesis Gerunden. pariter secularizatæ à sa. mem. Clemente VIII. dixit *Rota in dicta Gerunden. Administrationis coram R. P. D. meo Verospio à numer. 3.*

mer.2.vsque ad 3. & confirmauit in eadem causa 30. Aprilis 1632. coram R.P.D. meo Merlino, & prius in Vicen. Parochialis coram bon.mem. Patriarcha Manzanedo decis.323.num.7.par.2.recent. Omnia enim Iura concernentia administrationem, quæ ante sæcularizationem spectabant simul ad Priorem & Canonicos Regulares censentur translata in
3 priorem, & Canonicos sæculares, † qui in eorum locum fuerunt subrogati, Rip.resp. 31. alias 3.num.22. de elect. Tiraquell. in tract. le mortsaisit le le vif.par.2.declar.9.num. 18. & in dicta Gerunden. coram D.meo Verospio, num.4.& coram D.meo Merlin.§.fauet demum.

Quod eo magis confirmatur ex obseruantia subsequuta, nam ex datis in dicto Summ nu.11.12.13.14.& 15.Constat plures acquisitiones concessiones in emphyteusim translationes, receptiones Canonum, annuas præstationes aliosque actus fuisse gestos à Priore, & Canonicis insimul. Et ex qualitate bonorum cum fuerint donata communiter Ecclesiæ Priori, & Canonicis seu Conuentui, vt eodem Summ. num. 1. vsque
4 ad† 10.quo fit vt illorum administratio tamquam propriorum Ecclesiæ pertineat simul ad omnes, c. cum omnes vbi gloss.in verb. constitutum de constit. cap. relatum il 2. vbi Abb. num. 5. de testam. Cas. de Grass.dec.4.de his, quæ fin.à maior.par.cap.Rot.decis. 16.& decis.183. num.1.par.1. recent. Quam obseruantiam hoc casu ponderauit etiam Rota in d. Gerunden. coram D. meo Merlino, d. §. fauet demum.

Non obstant actus aliqui à solo Priore gesti, tum quia tamquam facti à capite non tollunt, immò conseruant ius totius Capituli in rebus communibus, dum præsertim non constat de animo Prioris contrario derogandi Iuribus Canonicorum, Rot.decis.640.n.4. par.2. & dicta decis.252.n.9.& 10.par.5.recent.

Tum quia non probatur scientia, & patientia Capituli, immò cum appareat Canonicos reclamasse, & litem vsque ab anno 1623. introduxisse, non fuit ex illis sublatum Ius Canonicorum, aut inducta aliqua præscriptio contra
6 Ius & Ecclesiam, cum ad hunc effectum requiratur lapsus 40. annorum, cum scientia, & patientia, vt firmauit Rota in dicta decis. 252. & 373.vbique nu.11.& seqq.par.5.rec. & quidem de-
7 ducto tempore litis iuxtà theoricam, Bart. in l. Celsus num.27.ff.de vsucap.quam sequuta est Rota coram Buratt.dec.598.num.9. & dicta decis.373. numer.10.

Et ita decisum Capitulo tantum Informante.

R.P.D. PANZIROLO

Postea S.R.E. Cardinali.

Fanen. Prædij.

Mercurij 13.Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Periti electi ad mensurandum sunt pro necesse electi ad terminandum Terminorum appositio non est necessaria quando aliundè potest constare de confine.

SVMMARIVM.

1 *Solutio adueniente die si adest interpellatio tàm sortis, quàm fructuum recompensatiuorum debetur respectu vtriusque.*
Venditor agens ad pretium tenetur docere adimpleuisse ex parte sua omnia in Instrumento contenta, num. 1.
2 *Mensura est longitudo finita complurium inter se æqualium.*
3 *Terminus dicitur ex eo, quod terræ mensuram determinat, declarat, & designat.*
Confinia mensuram indicant includendo quicquid intra est, n.3.
4 *Dimensio non potest fieri, nisi post terminos appositos.*
5 *Mandatum datum ad actum subsequentem extenditur de iure ad omne necessarium antecedens, etsi non sit expressum.*
Ea ratione, quia non præsumitur extraneum ab expresso, et procedit in omni materia etiam stricta, num. 6.
7 *Peritus potest implere munus sibi commissum etiam parte absente, & non citata, si fuit illi concessa facultas.*
8 *Fouea potest deseruire pro termino, etsi tota vnius quando res alijs demonstrationibus redditur certa.*
9 *Termini non sunt apponendi quoties potest res, vel locus ex alijs certus apparere, & num.11.*
10 *Demonstratio frustra adijcitur rei demonstratæ.*
11 *Sæpes vepribus viuida pro confine deseruit.*
12 *Deponere pecunias non est soluere.*
13 *Depositum si non est integrum, & liberum non releuat.*
14 *Depositum esse integrum probare spectat ad debitorem non creditorem.*

DECISIO CCXXXIV.

Censuerunt Domini sententiam Rotalem esse confirmandam, cum de illius validitate appareat ex reuolutione actorum, & de iustitia constet ex duabus Decisionibus emanatis coram R.P.D.meo Dunozetto, cuius fundamenta etiam hodie visa fuerunt indubitata; Siquidem cum Petrus Paulus Leonardus vendiderit prædium de quo agitur D. Comiti Petro Aloysio de Monte Veteri pretio æstimando à duobus Peritis communiter electis, & emptor illud promiserit soluere in tribus paghis æqualibus, quarum prima fieri deberet statim secuta æstimatione, ac facta dicti prædij terminatione; reliquæ verò duę infra biennium, sequitur, quod cum aduenerit dies solutionis, & Venditor D. Comitem interpellauerit tàm pro solutione ei debita, quàm pro fructibus recompensatiuis vtrumque debeat consequi, cum non aliàs quam solutione quantitatis debitæ tollatur obligatio ex iuribus vulgatis.

Non obstat, quod cum Petrus Paulus vendi-
1 tor agat ad pretium teneatur docere, † se ex parte sua omnia contenta in instrumento adimpleuisse, l.cum proponas la 2.C.de pact.l.1.C. de donat. Surd.

*Surd.cons.*101.*n*.2.*& cons.*369.*n*. 36. *Rota dec.* 464. *num.*1.*par.*2.*recent.* & fuit dictum coram me *in Romana Concordiæ de Caetanis*.

Et nihilominus nullo modo probat, quod prædium fuerit terminatum. Etenim responsum fuit de illius terminatione facta per Peritos clarè constare, licet enim Periti fuerint electi ad æstimandum; Attamen, vt optimè in secunda Decisione D. mei Dunozetti firmatur, habebant etiam facultatem terminandi, ea ratione manifesta, quia terminatio erat omninò necessaria ad statuendam quantitatem agri dimentiendi.
2 Ex quo mensura nihil aliud est, † quam longitudo finita compluriuni inter se æqualium teste Iulio Frontino *in Codice Theodosiano pag.* 171. *in fine*, quem refert, & sequitur *Hieronym.de Monte in Tract.de finib.c.*26.*num.*1.*in fin. & num.* 2. *&* 3. vbi infert terminum dici ex eo, quod terræ men-
3 suram determinat, declarat, & designat, † ex quo confinia mensuram indicant, & rem designant, includendo quicquid intra est, vt dicit, *Bald.in Rubr.Cod.de contrah.empt.num.*43. *vers.nam consignatio, Paris.de Put. in tract.de finib.feud.cap.*7. *num.*4.*&* 5. *Hieron.de Monte Pico dicto tract.cap.*88. *num.*1. Vnde ex dimensione resultat etiam præcisa necessitas apponendi terminos rei dimentiendæ
4 antequam fieri posset illius † dimensio, cum ista fiat postquam res per terminos certa redditur, *l. ad legatum, ff.de procur.Castr.cons.*22.*num.*4 *lib.* 1. & sic mandatum datum ad actum subsequentem
5 extenditur de iure † ad omne necessarium antecedens, licet non fuerit expressum, *ad tradita per Crauett.cons.*174.*num.*1. *in fin. & num.* 1. vbi dicit hoc procedere in quacumque materia etiam stri-
6 cta, † & ratio est, quia non præsumitur extraneum ab expresso, *Bart.in l.Maritus, num.* 4. *C. de procurat.Oldr.cons.*126.*num.*1.*&* 2.*Mantica de tacit. lib* 7.*tit.*15.*num.*29.

Minus releuat dicere, quod Dominus Comes non Interfuerit terminationi, quia vltra, quod de contrario patet ex relatione peritorum, ibi, *quale possessione è stata terminata, come qui sotto alla presenza delle parti, &c.* Tollitur omninò difficultas, quia per facultatem datam dictis Peritis cum expressa clausula partibus præsentibus, vel
7 absentibus † clarum est, quod ipsi potuerunt munus eis commissum implere etiam parte absente, & non citata, vt de arbitrio trad. *Blanc.de comprom.quæst.*9.*princ.num.*6.*inter tract.tom.*3.*par.*1 *fol.*191.*Carpan.ad.Statut.Mediolanen.par.*2.*cap.*119. *num.*297.*vers.primo si in forma*.

Non obstat, quod ex quadam fundi parte termini lapidei non fuerint apposita, quia, vt benè in vtraque Decisione D. mei Dunozetti dicitur. Ex quo in illa parte aderat fouea manu facta, & pro confine deseruiebat, non erat facienda noua terminatio; Quod bene procedit, licet dicta fouea in totum pertineat ad venditorem, non autem sit communis cum vicino, quia non propterea fit quominus deseruire, possit pro confine, ex quo vltima linea ipsius optimè potest concipi vti terminus dirimens rem propriam ab aliena. Et non obstante, quod de consuetudine illarum partium, quando fouea est tota in agro vnius, debeat adesse spatium vnius palmi inter foueam, & terminum, quia nihilominus extremitas vnius palmi, qui se extendit vltra foueam, erit terminus ipsius fundi absque eo, quod alius lapideus
8 ibi ponatur. Ex quo † res alijs demonstrationibus redditur certa secundum *Bart. in l. cum seruo* 63.*§.demonstratione, ff.de contrah.empt.Bald.in rubr. num.*44.*vers.Numquid, C.eod.Paris.de Put. d. tract. cap.*4.*num.*8.*Soccin.Iun.cons.*172.*num.*28. *versic. sed si alias, lib.* 3. Respondendo simili obiecto, quod
9 termini non sunt apponendi † quoties sine eorum appositione potest res, vel locus certus apparere, *iuxtà regul.l.*1.*in fin.ff. de dot. prælegat.* vbi
10 quod rei demonstratæ † frustra adijcitur alia demonstratio, cuius etiam in proposito meminit *Bald.in l.*1.*num* 1.*vers.nota, ff.de libr.& postum.* Quæ quidem in casu præsenti absque vlla diffi-
11 cultate procedunt, ex quo in parte † eminentiori ipsius foueæ dicitur extare sepem vepribus viuidam, quæ pro confine deseruit, itaut non sit mirum, si Periti ibi alios nouos terminos non apposuerunt existimantes, illos esse superfluos ac inutiles, vt optimè in vtraque decisione ponderatur.

Denique non obstat, quod saltem fructus recompensatiui non debeantur stante deposito facto per D. Comitem. Quia vt bene in dd. Deci-
12 sionibus respondebatur, † vltra quod deponere pecunias, non est illas soluere, *l.item liberatur, §.* 1.*ff.quib.mod.pign.vel hypot.solut.Rota dec.*623. *num.* 9. *& in mer.*2.*par.*1.*diuersor.& par.*2 *dec.* 281. *num.* 9. *& in recent.dec.*102 *num.*1.*par.*2. In omnem casum cum non fuerit integrum, ac liberum, non releuat *Alexand.cons.*75.*num.*9.*lib.*7.*Aym.cons.*106.*num.* 1. *Greg.dec.*505. *num.* 6. Et probare, quod depositum fuerit integrum spectat ad debitorem, non autem ad creditorem, *Gabr.de probat.concl.*6.*in* 1. *limit.num.* 15. *et seq. Gregor. decis.* 480. *sub num.* 2. *et* 3.

Et sic pro confirmatione sententiæ Rotalis parte vtraque informante conclusum fuit &c.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO

Postea S. R.E. Cardinali.

Mutinen. bonorum.

Mercurij 13.*Iunii* 1640.

A R G V M E N T V M.

Exhibitio scripturæ docto de interesse, & existentia est facienda, & sufficit, quod aliquo modo possit ad Decisionem causæ deseruire; Existentia scripturæ penès aliquem ex quibus dicatur probata.

S V M M A R I V M.

1 *Exhibitio scripturæ est facienda docto de existentia et interesse petentis.*

*Quæ requisita requiruntur etiam ex consuetudine Rotæ, num.*2.

3 *Responsio positionum facta per verbum credit, est illarum confessio.*

4 *Conf... fa..q. per responsionem positionum confitenti præiudicat.*

5 *Exi-*

5 *Existentia scripturæ probata de tempore litis motæ apud aliquem præsumitur durare durante lite, et sufficit ad effectum exhibitionis.*

6 *Exhibitio scripturæ ad hoc, vt sit facienda sufficit probare, vt aliquo modo conferat ad Decisionem causæ.*

7 *Exhibitio scripturæ est subsidiaria, et competit tantum quando alia remedia deficiunt.*

Vt ideo non datur quando apud Notarium præsentem in loco iudicii existit originale, num. 7. et 8.

9 *Negatiua, quod scriptura reperiri non possit probatur ex diligentia adhibita de illam reperiendo in locis in quibus Notarii scripturas seruant.*

10 *Scriptura mortuo consignata præsumitur ad manus hæredis peruenisse, limita, vt ibid.*

11 *Exhibitio scripturæ quando non deseruit ad victoriam causæ denegatur.*

12 *Exhibitio scripturæ est faciendæ quando possit per illam cognosci vtilitas alienationis rerum Ecclesiæ.*

DECISIO CCXXXV.

DOmini responderunt in hoc dubio, quod Angelus tenebatur exhibere fidem processus, qui confectus fuerat super euidenti vtilitate Ecclesiæ coram Iudice exequutore, cui commissa fuerat alienatio eorumdem bonorum; Etenim probata fuerat existentia eius fidei, & interesse Francisci
1 qui illam petebat, quæ duo erant necessaria, † vt esset locus huic actioni, quam idem Franciscus mouerat, vt notatur *in l. in hac actione, §. sciendum, ff. ad exhiben. vbi gloss. in princip. Dec. in l. 2. num. 29. C. de e end. Felin. in cap. 12. de fid. Instrum. n. 11.* Et hæc duo requirebantur etiam ex
2 consuetudine huius Tribunalis, † vt tenuit *Rota coram Cardin. Seraph. decis. 1224. num. 4. et in Valentina Legitimitatis 9. Decembris 1609. et in Pennen. Iurisdictionis 22. Maii 1620. coram Cardin. Caualer. et in Colomen. Canonicatus 18. Martii 1611. coram Penia.*

Et primo non poterat controuerti existentia eius fidei, quia Franciscus dederat positiones in quibus Angelus interrogabatur, vtrum haberet hapud se fidem, quæ à Notario Curiæ Episcopalis extracta fuerat ex processu originali facto coram Episcopo cui commissa fuerat exequutio literarum Apostolicarum super alienatione dicto-
3 rum bonorum, & ille respondit cum verbo, † credit, quo visus est confessus fuisse, quod habebat penès se eam fidem, quæ responsio satis erat, vt ille censeretur sibi præiudicasse in confessione super retentione eius scripturæ, vt no-
4 tant *DD. in l. cum te, Cod. de transact. Abb. in cap. quamuis num. 4. de re iudic. et voluit Aym. in cons. 217 num. 9. Rot in Callien. Fructuum 28. Febr. 1603. coram Greg. inter impress. decis 92. num. 1. et in Regien. Bonorum 15 Martii 1630. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, sicut etiam satis erat, quod illius existentia probata esset apud Angelum tempore motæ litis, vt præsumi deberet, quod etiam ho-
5 die apud ipsum reperiretur, & teneretur hac actione secundum notata per *gloss. in l. non ignorabit, C. ad exhiben.* quam sequitur ibi *Bart. n. 1. Bald. n. 2. Castr. n. 1. et in l. publicati, num. 7. C. de sestam.* & voluit *Rot. in d. Valentina Legitimitatis 9. Decembris 1609. coram Caualer. et in Romana Redditionis Computorum 22. Martij 1602. coram Reuerendiss. D. meo Decano, et in Romana Legati 9. Februarii 1635. coram bon. mem. Motmanno.*

Non etiam poterat negari interesse Francisci pro exhibitione dictæ scripturæ: quia continebatur in illa Summarium Actorum, quæ facta fuerunt coram Iudice exequtore, ac probationum super vtilitate alienationis bonorum Ecclesiæ, ex quibus non poterat dubitari de interesse, quod Franciscus haberet in petitione eiusdem scripturæ, cum satis esset, vt de eo constare diceretur, quod scriptura cuius exhibitio petitur aliquo modo conferret ad decisionem causæ, vt
6 tenuit *Rota in Romana Pecuniaria 14. Maii 163. coram R. P. D. meo Dunozetto, et antea in Cauallicen. Baroniæ 22. Iunii 1575. coram Rubeo, et coram Verallo, dec. 150. l. 1. in manuscr.*

Non etiam poterat negari idem interesse, eo quia Franciscus potuisset facili negotio habere simile Summarium eorumdem actorum à Notario Curiæ Episcopalis, qui potuisset illud extrahere ex processu originali, vnde cessare debuisset hæc actio, quæ tamquam subsidiaria non solet
7 dari, aut competere nisi quando alia remedia deficiunt, vt voluit *Abbas in cap. 1. de probat. num. 20.* vbi hoc tradit in his terminis si originale scripturæ, quæ petitur à Reo reperiatur apud
8 Notarium, qui sit præsens in loco Iudicij, & ibi etiam *Butr. numer. 10. Felin. num. 2. Socc. Sen. in l. 1. num. 10. C. de eden.* & ob hanc causam denegauit Rota exhibitionem similis scripturæ *in Faventina Successionis 7. Decembris 1603. coram Greg. inter alias eius impress. dec. 129. num. 3. & in Conuersana iurisdictionis 10. Decembr. 1628. coram Reuerendiss. Vrgellen. inter impress. decis. 165. num. 2.* Hæc enim exceptio cessabat ex facto, quia ex attestatione plurium Notariorum cõstabat factam fuisse omnem possibilem diligentiam pro inueniendo eodem processu in locis vbi similes scripturæ seruari solent, neque illum vnquam repertum fuisse, quæ visa fuerunt suffragari posse pro decisione huius dubij, non solum quia ita communiter solet probari hæc negatiua in casu, quo
9 aliqua scriptura reperiri non possit, vt tradit *Hercul. in tract. de proban. negat. num. 176. & notant DD. in l. Titia textores, ff. de legat. 1. vbi Bart. num. 2. Ias num. 18. & tenuit Rota in Romana Dotis 1. Decemb. 1603. coram Greg. inter impress. decis. 139. num. 5. & in Romana Præpositura 6. Iunij 1633. coram R. P. D. meo Pirouano*, sed quia idem dubium disputabatur cum supposito quod firmatum fuit inter partes sine præiudicio veritatis, vt ritè factæ fuissent eæ diligentiæ super inuestigatione d. Processus. Neque obstare poterat contra tales diligentias, quod dicebatur, vt idẽ processus originalis cõsignatus fuisset Episcopo, vt præsumi deinde deberet, quod ad Francisci manus deuenisset, dum ipse est hæres eiusdem
10 Episcopi, † vt tenuit *Rota in Marsicen. Iurisdictionis 20. Decembr. 1627. coram bon. mem. Buratto inter impress. decis. 278. num. 50. & in Burgen. Salarij 17. Iunij 1620. coram Card. Caualer. inter impress. decis. 545. & notant DD. in Clem. 1. de vsur. in §. Cæterum, vbi gloss. in cap. compellendas, Franc. Aret. in consil. 120. numer. 1. Menoch. consil. 354. num.*

num. 14. & de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 61. num. 9.
Hæc enim præsumptio tollebatur alia præsumptione ex qua confirmabatur ea negatiua, vt processus nō reperiretur inter acta Curiæ Episcopalis cum probatum fuisset, quod omnes scripturæ, monumenta, & alia Iura Episcopi post illius mortem peruenerunt ad manus Collectoris Apostolici, qui cœpit possessionē omnium eius bonorum nomine Cameræ occasione spolij.

Non etiam obstare visum fuit, vt ea fides contineret solum compendium actorum ex quibus non potuisset probari validitas, aut vtilitas alie-
11 nationis, † quæ etiam exceptio poterat adduci ad denegandam exhibitionem eius scripturæ ex notatis per *DD. in d. l. 3. §. sciendum, ff. ad exhibendum, & in cap. 1. de probat.* Quia non erat probata hæc qualitas, vt in ea fide non essent omnia acta, & contrarium colligebatur ex positionibus datis quas postea Angelus confessus fuit in quibus fiebat illius mentio sine hac qualitate, & satis erat quod in eadem fide contineri possent ea
12 acta, † quæ probarent vtilitatem Ecclesiæ, vt hodie peti possit illius exhibitio, ex qua cognosci deinde debebit qualitas eorumdem actorum, & an illa sint pro futura decisioni causæ.

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

SACRÆ ROTÆ DECANO.

Melenitana Commendæ de Mazzara.

Mercurij 13. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Clausula *siuè alio quouis modo, aut ex alterius cuiuscumque personæ* capit omnem modum vacationis vltra expressum.

SVMMARIVM.

1 *Clausula* parito iudicato *suspendit iurisdictionem aduersus quamcumq; ex eodem rescripto ad causam venientem.*
2 *Clausula* siue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona *capit omnem modum vacationis etiam non expressum.*
3 *Sententias proprias facit qui ius alterius magnificat.*
4 *Admissus ad causam cum clausula* constito de interesse *repellitur à limine iudicij interesse cessante.*
5 *Clausula* siue alio quouis modo *capit omnem modum vacationis absque iustificatione de facto vacationis dispositiuæ narratæ in litteris motu proprio expeditis, & num. 2.*

DECISIO CCXXXVI.

EX eisdem rationibus, & fundamentis dictum fuit, standum esse decisis 9. Decembris præteriti, * quia Eques Brancifortes non venit ad causam ex sola prouisione Magni Magistri per obitum Grimaldi, & cum clausula, *siue alio quouis modo*, aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, impugnando iura Grimaldi, & Cacciæ collitigantium, sed inhærendo causæ restitutionis in integrum, iam per Grimaldum commi[...] cum clausula *parito iudicato*, quæ iura Grimal[...] cum pendeant à iustitia, & validitate sententia[...] rum ad fauorem Cacciæ latarum non potest Bra[n]cifortes separare conditionem paritionis rei iu[...] dicatæ ab ipsa admissione restitutionis in inte-
1 grum, antequam sufficienter fuerit paritum, [...] quo semper suspendit iurisdictionem aduers[us] quemcumque ex eodem rescripto ad causam ve[...] nientem, *Rota in Compostellana Parochialis 16. De*[...] *cembris 1596. coram Orano apud Marches. par. [...] fol. 427. & 36. numer. 2. coram Gregor. XV. [...] num. 1. par. 1. recent. & 46. inter impressas D. [...] Decani.*

Non obstat quod Brancifortes habeat suam gratiam à Magno Magistro nedum per obitum [...] Grimaldi, & cum subgrogatione in iuribus, [...] lite eiusdem, sed etiam cum clausula *siue a[lio] quouis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona*
2 quæ capit omnem modum vacandi vltra expre[s]sum, absque alia iustificatione saltem de fac[to] vacationis dispositiuè narratæ, cum emana[...] rit ab Ordinario Motu proprio, atque ita [...] solum possit capere vacationem ex persona Gri[...] maldi, sed quamcumque aliam vacationem [...] vt in præcisis terminis dicitur resolutum [...] *Aretina Præceptoriæ 19. Iunij 1617. coram D. [...] Decano.*

Quia vis non consistit in facultate capien[di] quamcumque modum vacandi, sed eo, qu[...] modum vacandi Brancifortes prosequutus fu[e]rit, & dum à S.D.N. obtinuit se admitti ad cau[...] sam cum clausula *constito de interesse*, & produ[...] gratiam Magni Magistri per obitum Grimal[di] cum subrogatione in ius, & litem eiusdem [...] de alia vacatione docatur. Vel dicendum e[...] Brancifortem magnificando ius Grimaldi, fec[...] se sententias suas, *Achill. decis. 13. de appell. P[...] decis. 71. lib. 3.* in correctis, & admissum fuiss[e] in statu, & terminis restitutionis in integrum cum clausula *parito iudicato Put. ead. decis 71. [...] & 343. num. 3. & 441. num. 3. par. 4. recent.* V[...] ad causam non esse admittendum, dum clausul[a] *Constito de interesse*, non remanet iustificata [...] alia vacatione, & per consequens repellendus [...] à limine iudicij cessante interesse, *Bart. in l. [...] vnus §. ante omnia, ff. de pact. Tiraq. de retract. co[n] sang. §. 1. gloss. 2. num. 51. Surd. consil. 137. nu[...]*
Propterea optimo iure fuit resolutum in supr[a] dicta Aretina Præceptoriæ, impetrantem Com[...] mendam, & seu Præceptoriam, expressa falsa [...] vacatione ex persona eius, qui obtinebat Com[...] mendam, posse nihilominus capere per obitum [...] veri possessoris contra dispositionē, *cap. suscepti[...]*
5 *de rescript.* attenta clausula *siue quouis alio mod[o]* quæ sustinet prouisionem, etiam non iustificata propter de facto vacatione dispositiuè narrata propter prouisionem Ordinarij motu proprio, quæ om[...] nia de directo aduersantur casui proposito, in [...] quo vacatio Grimaldi per illius obitum iusti[...] catur, & prosequitur, & de alia vacatione non constat, cui Brancifortes adhærere possit pro ve[...] ficatione allegati interesse ex clausula *Constito [de] interesse* ad sustinendam admissionem ad causam vigore rescripti in actis præsentati.

Neque

Neque dicatur, sufficere Branciforti facultatem adhærendi cuicumque vacationi ad euitandam partitionem ex clausula *siue quouis alio modo*, & ex alia quacumque persona vacet, quàm exinde in progressu causæ deducere, & probare poterit, quoniam si ad partem ponatur ius Grimaldi iam magnificatum, & prosecutum, non poterit constare de iure Branciforteś, neque verè, neque apparenter ad verificationem clausulæ *Consisto* ex quo viuente Grimaldo, nullum ius habebat in Commenda, cum non esset de illis, qui Commendam in lingua petierunt; Eo autem mortuo nihil plus habeat, quàm Grimaldus habebat, & per subrogationem iurium gratiosè acquisiuit.

Ex quibus omnibus patet, Brancifortem neque venisse ad litem independenter impugnando ius Grimaldi, & Cacciæ, neque quatenus voluisset, potuisset, dum aliundè ius suum independenter non iustificat pro admissione ad causam.

Et ita, etc.

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 9. Decembris 1639. Est supra in hac eadem part. 8. decis. 182.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana, seù Iannen. Locorum Montium.

Veneris 15. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Retentionem, quam sibi fieri debere creditor prætendit, præcedere debet manifesta probatio crediti, liquidi, & clari, quod neque iudicium, neque discussionem requirat. Obligatio insolidum inspecto iure nouo inter mandatores non contrahitur, ad quorum fauorem semper diuisionis conceditur beneficium.

SVMMARIVM.

1 *Reus tenetur probare fundamentum suæ exceptionis.*
2 *Negatiuam allegare sufficit vbi Aduersarius non probauit affirmatiuam, quam probare tenebatur.*
3 *Retentio datur creditori pro credito liquido, & claro.*
4 *Retentio etiam sine hypotheca conceditur.*
5 *Retentio excluditur, quoties creditum iudicium, & discussionem requirit.*
6 *Mandatores plures tenentur insolidum inspecto iure antiquo.*
7 *Mandatores duo, si actum non fuerit, vt insolidum teneantur, censentur tantummodò pro ciuili obligati.*
8 *Mandatores habent inter se beneficium fideiussionis, intellige vt ibidem.*
Diuisionis beneficium fideiussoribus competit, num. 8. vbi declara.

DECISIO CCXXXVII.

AGente D. Angelo Lomellino contra D. Simonem ab Auria pro recuperatione locorum Montium, quæ eidem D. Simoni consignata fuere pro cautione, & pignore promissionis factæ de euictione ad fauorem Centurioni, cui per D. Angelum proprium venditum fuit Palatium, cœpta fuit disputatio super liberatione ab obligationibus, quibus subijciebatur Palatium, sed probato per D. Angelum iam fuisse sublatas, & exhibita omnimoda liberatione, quam reportauerat ab emptore Palatij omissa fuit huiusmodi disputatio, ortaque alia controuersia quoad tres partitas, pro quibus D. Simon prætendebat se Creditorem, & posse loca Montium retinere, supposita etiam liberatione supradicta, duę fuerunt reiectæ in Decisione coram bon. mem. Buccabellæ 31. Maij 1638. * nempè prima sc. 1725. auri, & secunda scut. 1213. argenti, reseruando de alijs particulariter videre, quæ cum ad partitam sc. 1077. reducantur, & hodie quarto loco proponatur, responsum fuit constare de bono iure D. Angeli, cuius effectus est, vt partita crediti prædicti non suffragetur D. Simoni ad effectum vlterius retinendi loca Montium de quibus agitur.

Pro fundamento autem boni Iuris D. Angeli ad recuperationem locorum Montium pro cautela, & pignore D. Simoni datorum sufficit docuisse Palatium ab hypothecis fuisse liberatum. Cæterum quod D. Simon possit retinere dicta loca Montium ex alijs creditis, cum sit illius intentionem fundamentum, † affirmatiuam tenetur probare, *l. qui accusare, C. de eden. l. ei, qui dicit ff. de probation. l. Actor, quod asseuerat C. eod. tit. de probat. Bald. cons. 406. in princip. lib. 4. Osasch. decis. 144. num. 16.* cum alijs allegatis per *Ioseph. Ludouis. in concl. 14. num. 1.* & D. Angelus sola negatiua † existentiæ creditorum tueri potest, *Bald. in l. in contractibus, §. in illo, C. de non num. pecun.* & latissimè comprobat, *Gabr. de probat. concl. 6. num. 15.*

Ex partitis autem per D. Simonem oppositis, duę iam fuerunt reiectæ in supradicta Decisione causæ, & tertia pariter scut. 1077. quæ hodie discutitur, non est admittenda ad prædictum effectum.

Deducitur namque ex ordine dato per DD. Vincentium, & Angelum de Lomellinis Dominico ab Auria de soluendo in Nundinis Placentiæ Procuratori Ioannis Caroli Lercarii scuta 6000. Marcarum, qui Dominicus cum recusaret ordinem acceptare, nisi D. Simon promitteret indemnitatem, promiseritque & soluerit Dominico eandem summam, reportata cessione contra dirigentes ordinem, inde dicebatur constare de credito liquido, pro quo competere potest retentio † locorum montium per *l. si non sortem, §. si certum ff. de condit. indeb. vbi Bart. Castr. Alex. & Iason. notant, & comprobant*, etiamsi creditori nulla † competat hypotheca *Surd. dec. 46. num. 7.* alios referens.

Verum ex exceptionibus, quæ dantur contra huiusmodi creditum, cum negari non possit quin sit turbidum, vel saltem non ita clarum, vt nullo

modo controuerti possit, cum requirat Iudicium
5 & discussionem, † semper excluditur retentio, *Surd. eadem decis. 40. in fin. & 69. num. 5. part. 1. recent. in fin. Decisionis causæ allegatis*, obijciebatur enim non constare de mandato eius, cui fuerunt solutæ pecuniæ, & confessionem, & seu quietantiam ab eodem Procuratore factam tanquam de recepto tanquam contra ordinem datum non suffragari, quietantiam autem nunquam fuisse per D. Simonem, quamuis pluries interpellatum, exhibitam.

Et nihilominus creditum supradictum remanet extinctum, quia D. Simon apparet satisfactus: ex quo ab anno 1619. vsque ad annum 1633. exegit ex fructibus locorum Montium controuersorum scuta 3261. 55. prout ex fide librorum Depositariorum formiter extracta, & exhibita apparet, quæ superat partitam controuersam, & & prætensam scutorum 1077. vel etiam, vt nouiter prætenditur, medietatem scu. 3000. restantium ex partita scutorum sex millium.

Non obstat quod D. Angelus teneatur insolidum pro tota restanti summa, dum insimul cum Vincentio fratre ordinem, seu mandatum dire-
6 xerunt † Dominico ab Auria de soluendo in Nundinis Placentiæ Procuratori Io. Caroli Lercarij dicta scuta 6000. quo casu teneatur insolidum, *l. si mandato Titij, §. Paulus respondit vnum, ff. mandati, §. si plures, vbi gloss. 12. Faber. instit. de fideiuss. Bart. in l. eandem in princip. num. 5. & Ronchegallus num. 264. Cod. de duobus reis, Capic. decis. 180. nu. 1, cum alijs allegatis*.

Quia quicquid sit de iure antiquo, de iure nouo plures mandatores, nisi actum fuerit, vt te-
7 neantur insolidum, † censentur obligati tantummodo pro virili, *Auth. de duobus reis num. 1. & auth. hoc ita C. de duob. reis, Alber. in d. §. Paulus respondit vnum, Capic. d. decis. 180. num. 1. vers. ad hoc respondetur*, quinimò tam de iure antiquo, quam nouo mandatores habent inter se beneficium diuisionis, sicuti in fideiussionibus seruatur *per l. fin. C. de de constit. pecun. gloss. in d. §. Paulus respondit vnum, & Faber. in d. §. plures in tit. de fideiuss. Capic. ead. dec. 180. num. 1. vers. 2.* & quamuis hoc admittant modo omnes sint idonei, videbatur in præsenti non posse dubitari de idoneitate Vincentij, ex quo D. Simon habet, & adhuc tenet penès se medietatem supradicti crediti hæreditarij scu. 5393. ad Vincentium spectantis, & medietatem locorum, & fructuum montium ex eadem matris hæreditate prouenientium, ad quæ tenetur se conuertere pro consecutione partis ad Vincentium spectantis.

Neque dicatur computum continere errorem respectu montis Aueniouen. spectantis ad Aureliam Lercariam, pro cuius nomine legitur facta exactio per D. Simonem.

Quia mons ille erat vacabalis positus respectu periculi vitæ in personam Aureliæ, commoditas tamen erat DD. fratrum de Lomellinis, vnde sufficit probatum fuisse, fructus ad manus eiusdem D. Simonis peruenisse, à quo non poterunt sub alio nomine exigi, quam ex persona Aureliæ, ad propriam tamen DD. de Lomellinis vtilitatem, vt in proximis terminis sensit, *Rota dec. 262. num. 5. par. 1. diuers.*

Et ità, &c.

Habetur hæc decisio coram R. P. D. Buccabella in hac causa facta sub die 31. Maij 1638. infra in Appendice.

DECISIO CCXXXVIII.

R. P. D. BICHIO.

Romana diuisionis.

Veneris 15. Iunij 1640.

Et impressa inter Bichio in Tomo 1. Decis. 30.

R. P. D. CARILLO

Posteà Præside Vallisoletano.

Rossaneñ Exemptionis.

Veneris 22. Iuny 1640.

ARGVMENTVM.

Exemptio per Papam Monasterio concessa, si verba in rem apparent concepta, realis dicitur, quamuis de personis quoque mentio habeatur, & tunc Abbati etiam illius commendatario suffragatur, nec tollitur exemptio per successiuam eiusdem Ecclesiæ collationem factam cum enunciatiua, quod illa esset Ordinario subiecta, cum talis enunciatiua nihil probet in hac materia, nec vllam vim habeat priuilegij naturam euertere.

SVMMARIVM.

1 *Exemptio probatur ex priuilegio Pontificis.*
2 *Priuilegium personale non egreditur personam illius cui conceditur.*
3 *Effectus subsecutus operatur interpretationem cuiuslibet dispositionis.*
Obseruantia dicitur interpretationum Regina, num. 3.
4 *Verba priuilegij concepta in personam illius personalitatem inducunt.*
5 *Ecclesia commendata non præsumitur ab Ordinarij iurisdictione exempta.*
6 *Episcopo ea omnia reseruata censentur, quæ illi per Pontificem expressè non fuerunt adempta.*
7 *Priuilegij verba in rem concepta indicant priuilegium esse reale.*
8 *Verba priuilegij si sunt apta inducere realitatem, illa non tollitur expressionem personarum.*
9 *Priuilegij verba in dispositiua prolata, à prohemio nullam possunt restrictionem accipere.*
Causa finalis non à prohemio sed à verbis in dispositiua prolatis desumitur, num. 9.
10 *Priuilegium reale suffragatur successori.*
Exemptio realis Monasterio concessa prodest etiam illius commendatario, num. 10.
11 *Scripturæ extractæ, & compulsatæ lite pendente sine compulsoriâ, & in citatione partis nullam fidem merentur.*
12 *Scripturæ, quæ non sunt in actis non sunt attendendæ.*
13 *Acta gesta à non habente mandatum procuræ, nec Domino, nec successori præiudicant.*
14 *Mandatum procuræ speciale requiritur vbi agitur de actu præiudiciali.*
Mandatum procuræ generale non comprehendit casum in quo priuilegijs renunciatur, num. 14.

15 Acta

15 *Acta gesta à non habente mandatum procuræ, vel minus sufficienti possunt à Domino reuocari, etiam non docto de errore.*
16 *Priuilegio concesso Ecclesiæ non potest commendatarius præiudicare.*
17 *Ecclesia si est Sedi Apostolicæ immediatè subiecta dum agitur de illi præiudicando, requiritur consensus Papæ.*
18 *Enunciatiua simplex non tollit precedentem exemptionem, de qua in ea nullb habetur mentio.*
19 *Priuilegij reuocatio non præsumitur nisi de ea expressè constet.*
20 *Priuilegium auferre odiosum est.*
Priuilegium post quam est concessum non dicitur contra ius, sed de iure num. 20.
21 *Pontifex regulariter non censetur statum Ecclesiæ alterare.*
22 *Exemptio Ecclesiæ non tollitur per collationem de eo facta mediante enunciatiua, quod erat Ordinarij iurisdictioni subiecta, & sup. nu. 18. cum seqq.*
Consequens vbi fundatur in aliquo antecedenti sublatum remanet, quoties euanescit antecedens, nu. 22.
23 *Enunciatiua simplex nihil probat vbi principaliter agitur de enunciato.*
24 *Commendatio simplex non tribuit iurisdictionem, vel dominium, sed solum facit vt commendatarius commendatam teneatur defendere.*
25 *Episcopus si non processit vti Ordinarius, sed tanquam delegatus Apostolicus.*
Nullum potuit ius circa iurisdictionem acquirere.
26 *Actus tribuitur ordinanti, non exequenti.*
27 *Fides simplices, & attestationes nullam merentur fidem, nec aliquam faciunt probationem.*
28 *Obseruantia, vt suffragatur debet esse continua, & pacifica respectu illius de cuius agitur interesse.*
29 *Obseruantia priuilegij Apostolici probatur ex subsecutis solutionibus ad formam illius.*

DECISIO CCXXXIX.

Placuerunt Dominis fundamenta decisionis in hac causa emissæ sub die 20. Aprilis præteriti, qua * firmatum fuit constare de exemptione ad fauorem D. Abbatis S. Mariæ de Patiro: Ideò persisterunt in ea decisis non obstantibus his, quæ pro parte Reuerendiss. D. Archiepiscopi Rossanen. contra eum deducebantur. Habet etenim d. Abbas intentionem fundatam super exemptionem à quocumque alio Antistite, præterquam à Sacrosancta Romana Ecclesiæ, vt patet ex verbis priuilegij Innocentij III. Ecclesiæ S. Mariæ de Patiro concessi, ibi; *Volumus, vt nulli Monasterium vestrum cum Cappellis omnibur, & tenimentis suis sit subiectum præterquam Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ: Textus est expressus in cap. si Papa, §. si autem de priuilegijs lib. 6. Seraphin. dec. 1025. num. 6.* cum alijs pluribus relatis *in decis. causæ, §. quia ex lectura*, & propterea meritò Rota respondit ad eius fauorem.

Absque quod aliquid releuet duo obiecta facta per informantes dicti Domini Archiepiscopi in hodierna disputatione. Primum scilicet, quod dictum Priuilegium sit personale, & sicuti concessum Archimandriæ, & Fratribus Regularibus non possit suffragari Moderno Abbati, & alijs Clericis secularibus d. Monasterij, cum priuile-
2 gium personale non egrediatur personas, † quibus fuit concessum. *reg. 8. incipien. priuilegium de reg. iur. in 6. Rota dec. 4. de priuileg. num. 2. in antiquis*. Alterum, & secundum quod ex obseruantia subsecuta desumpta ex quibusdam actibus iurisdictionalibus factis ab ordinario coadiuuetur fundamentum personalitatis, & excludatur omninò dicta exemptio, cum pro interpretatione cuiuslibet dispositionis debeat sumi argumen-
3 tum ab effectu subsecuto, † & obseruantia dicatur Regina interpretationum, *l. si de interpretatione, & l. minimè, ff. de l. Surd. cons. 362. nu. 10. Monet. de decim. in tract. de optio cap. 4. nu. 145.*

Quia quoad primum fuit responsum, non subsistere quod concessio d. priuilegij fuerit simpliciter personalis; nam licet illius prœmium legatur directum in personas Regulares non autem in rem ibi, *vt ordo monasticus, qui secundum Deum, & B. Basilij Regulam in eodem loco institutus esse dignoscitur perpetuis temporibus ibidem inuiolabiliter absque omni molestia, & inquietudine obseruetur, &c.* Quæ verba, cum terminentur in personis Monachorum, & tuitione & eorumdem, videntur re-
4 ferenda † ad personalitatem, *cap. per exemptionem de priuileg. in 6. vbi Gemin. num 5. Franc. nu. 3. vers. quinto nota, & Anchar. num. 3. vers. quarto nota, Rota decis. 156. num. 6. par. 1. recent.* qua personalitate stante per Commendationem dictæ Ecclesiæ in personam moderni Abbatis non censentur communicata priuilegia Ordini Regulari concessa, nec Ordinario adempta præsumatur iurisdictio sibi competens super dicta Ecclesia com-
5 mendata; † vti sita intra fines suæ Diœc. *ex c. conquerente de offic. ordinar. ex cap. cum Episcopus eod. tit. & ex cap. omnes Basilicæ qu. 7.* cum regulariter
6 omnia, † quæ expressè Episcopo non adimuntur censeantur ei reseruata, *Anchar. in cap. postulasti num. 45. ante med. vers. quod probo de for. compet. & in cap. 2. num. 10. ante med. de constit. in 6. Rot. dec. 324. nu. 5. par. 1. recent.*

Attamen ex lectura totius priuilegij bene dignoscitur eius concessionem fuisse realem, ait enim Papa in dispositiua, quod Monasterium cum Cappellis omnibus, & tenimentis suis nulli sit subiectu præterquam Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, & paulo post subiungit, *quod d. Monasterium ad indicium se vna cum Cappellis, & Tenimentis eius fuisse receptum sub proprietate, & protectione S. Petri, ac Sedis Apostolicæ vnciam auri singulis annis Ecclesiæ Romanæ persolueret*, quæ quidem verba,
7 negari non potest, quin fuerint directa † in rem, vt patet ad sensum, & proindè priuilegium reale reputatur, *ex tradit. per Dyn. in cap. priuilegium iun. num. 6. de regul. iur. in 6. Dec. in l. in omnibus causis nu. 15. de regul. iur. Natt. cons. 67. num. 12. Crauett. cons. 590. num. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 103. num. 26.* licet concurrat mixtura personalitatis, quia quando adsunt verba apta ad inducendam realitatem non tollitur qualitas
8 ipsius realitatis per expressionem † personarum *Bald. in l. apud Iulianum, §. si quis alicui de leg. 1. & in cons. 159. vers. item quia realis lib. 3. Menoch. de præsumpt. 103. num. 29* nec dicta verba vti nimis, clara, & in dispositiua priuilegij prolata possunt à prœmio, restringi, sed potius ab eis
9 desumitur causa finalis, † non à prœmio, *Purpurat.*

*rat. in l cum quid, ff. si cert. petat. nu.*110. *in fin. Soc.*
in cons. 24. *per tot. lib.* 4. *& gloss.* 2. *in clem.* 1. *ad*
*fin. de elect. Menoch. lib.*6. *præsumpt.* 2. *nu.*15. *Rot.*
*dec.*36. *nu.* 17. *par.* 5. *recent.* qua realitate stante
priuilegium suffragatur etiam moderno Abbati,
10 *l. via*, §. *quæcumque ff. de de seruit. rustic. præd. l. si*
aquæ ductus, ff. de contrahen. empt. Rota coram Mar-
tino Andr. in dec. 54. *nu.* 24. *cum alijs allegatis in*
præcedenti decisione, §. *nec dixerunt*.

Quo verò ad secundum obiectum deductum
ex obseruantia, nec etiam subsistere visum fuit,
quia vltrà quod scripturæ, quibus probari præ-
tenduntur actus pro inducenda dicta obseruan-
tia sunt extractæ, exemplatæ lite pendente sine
11 compulsoria, & citatione partis, & sic nullam
fidē merentur *adnot. in cap. fin. de fid. Instr. authent.*
*si quis in aliquo, C. de eden. Rot. decis.*1. *de fid. In-*
*strum. in nou. & inter recent. dec.*302 *num.*1. *par.*1.
& coram Gregor. XV. in decis. 469. *num.* 4. & plu-
12 res illarum non sunt in actis, † quæ propterea
non sunt attendendæ, *Castr. in l. ait Prætor*, §. *si*
Iudex vers. & pro hoc de re iudic. Rot. decis. 404.
num. 2. *par.* 1. *recent.*

In omnem euentum quatenus etiam essent in
forma probanti, & in actis productæ, nec minus
releuarent, si quidem acta gesta de anno 1533.
in Curia Archiepiscopali Rossanen. sub nomine
dicti Abbatis contra quemdam Franciscum Che-
rubinum de Rossano molestantem nonnullos Co-
lonos tenimenti dictæ Abbatiæ exemptæ non ap-
parent gesta ab habente mandatum procuræ ip-
13 sius Abbatis, prout requiritur, *l. soluendo, ff. de*
neg. gest. Innocent. in cap. veniens de procurat. Bart.
in l. certum §. *sed an, & ipse numer.* 2. *ff. de confess.*
Simon. de Pret. cons. 80. *num.*46. *& seq. Honded.*
cons. 66. *num.* 76. *vol.* 1. & quidem opus esset do-
ceri de mandato speciali, cum mandatum gene-
rale non comprehendat casum in quo priuilegijs
14 renunciatur vti actum præiudicialem, *Bald. in*
cap. 1. *col.* 2. *vt lit. non contest. Ias. in l. si procura-*
tor, in 8. *limit. C. de procurat. Paris. cons.* 86. *n.* 17.
lib. 4. *Gregor. XV. in dec.* 75. *num.* 1. *ibique adden.*
num. 4. Ideoque benè potuerunt omnia gesta re-
15 uocari etiam non docto de errore, prout † per
dictum Abbatem reuocata fuerunt, *Rot. decis.* 19.
de procurat. & 2. *de confess. in nou. Caputaq. dec.*198.
par. 1. *num.* 2. *& inter recent. decis.* 470. *num.* 6. *&*
768. *num.* 5. *par.* 2.

Quinimò etiamsi adesset mandatum speciale
nihilominus, ex quo priuilegium fuit concessum
16 Ecclesiæ, † vt supra fuit firmatum Abbas Com-
mendatarius non potuisset ei præiudicare, *Vital.*
in clem. 1. *num.* 57. *de offic. Vicar. Calderin. consil.*5.
num. 1. *de confess. Castren. consil.* 338. *lib.* 1. *Rot.*
decis. 480. *num.* 4. *par.* 1. *recent. & coram Seraph.*
decis. 1278. *num.* 3. & fuit dictum *coram R. P. D.*
meo Pirouano in S. Angeli Lombardorum Iurisdictio-
nis sub die 6. *Martij* 1647. *& posteà in Brixinen. iu-*
risdictionis 19. *Nouembris* 1638. *coram me*, sed re-
17 quirebatur Sedis † Apostolicæ consensus, dum
ei dicta Abbatia est immediatè subiecta, *cap.*
cum tempore in fin. & ibi notat. Abb. n. 2. *de arbitr.*
Io. Andr. in cap. scienti col. 14. *vers. soluit pro hac*
*parte de reg. iur. lib.*6. *Fælin. in cap. P. & G. n.*13.
*de offic. deleg. Roman. cons.*369. *n.*18. *Surd. cons.*47.
*num.*25. *Mantic. decis.*237. *num.* 4.

Nec aduersari dictum fuit, quod in litteris
Innocentij VI. emanatis super confirmatione
electionis Archimandritæ d. Monasterij enuncia-
tur dictum Monasterium subiectum Ecclesiæ Ros-
sanensi iure Ordinario, quia dum in eisdem non
fit mentio de antecedenti priuilegio exemptionis,
18 dicta simplex enunciatiua non facit, vt præce-
dens exemptio sublata dicatur, *Archidiacon.*
cap. 1. *num.* 2. *ante fin. de constit. in* 6. *Barbat.*
sil. 23. *n.* 6. *lib.* 3. *Gratian. discept. forens. cap.* 9
num. 38. *& cap.* 981. *num.* 6. Reuocatio enim
19 priuilegij non præsumitur, nisi de ea expresse
constet, *glos. in sum. ad fin. versic. item in dubio*
quæst. 2. *Crot. consil.* 371. *numer.* 12. 18. *&* 19.
cons. 380. *numer.* 24. *&* 25. *lib.* 3. *Rot. decis.* 13
num. 5. *par.* 2. *diuers.* cum sit odiosum auferre pri-
20 uilegium, † quod post concessionem non dicitur
contra ius, sed de iure *l.* 1. *ff. de constit. Princ.*
cap. decet de regul. iur. in 6. *Cæs. de Graff. decis.*
n. 6. *&* 7. *verb. signif. Gonzal. super reg.* 8. *glos.*
21 *num.* 56. & regulariter Papa non intendit †
tutum Ecclesiæ, alterare *Neuiz. inter cons. Al*
Brun. cons. 12. *num.* 57. faciunt notata per *Rot.*
ram Seraphin. in decis. 871. *num.* 6. *& apud Bu*
in decis. 623. *num.* 8. *ex doctrin. Fælin. in cap.*
nulli in princ. de rescript. & in tract. quando
Apost. præiudic. in 3. *ampliat. num.* 7. prout in
senti non alterauit dum processit cum suppo
quod dictum Monasterium esset Ordinario R
sanen. subiectum, cessante autem hoc suppo
ex priuilegio præcedenti exemptionis con
etiam dicta enũciatiua, nec in ea potest aliqu
22 fieri † fundamentum, per regulam quod vbi
sequens fundatur in aliquo antecedenti sub
antecedenti tollitur etiam consequens *l. si cum*
ff. de pact. l. fin. ff. de constit. pecun. Rot. in dec.
de præben. in antiq. numer. 3. vltrà quod simp
23 enũciatiua nihil probat † dum principaliter a
tur de enunciato *Paris.* 94. *num.* 19. *lib.* 1. *Dec*
consil. 348. *in fin. Put. decis.* 371. *num.* 2. *lib.* 1
correct. Rot. dec. 31. *de probat. in antiq. & dec.*
num. 26. *par.* 5. *recent.*

Eademque respõsio adaptatur simili enun-
tiuæ emissæ in alio Breui Alexandri VI. dire
Archiepiscopo Rossanen. in quo Papa com
dat eidē Archiepiscopo D. Gasparem Pou Co
mendatarium dicti Monasterij de Patiro tam
Rossanen. Diœc. quià est simplex enunciatio,
quæ cum agatur principaliter de enunciato,
probat, & dum in scriptura vbi fit enuncia
non fuit facta mentio priuilegij præcedentis ex
ptionis in nihilo eidem exemptioni fuit præiu
catum ex superius deductis, & eo minus,
dictum Breue Alexandri non contineat nisi
plicem commendationem rerum, & negociorum
dicti Monasterij adhoc vt dictus Gaspar, qui
eiusdem Papæ Alexandri secretus Cubicularius
posset cum auxilio Archiepiscopi Rossanen.
& negocia eiusdem Monasterij facilius pera-
ctare, & ideò per illud non censetur sublata
cedens exemptio, nec operatur, vt dictum
nasterium d. Archiepiscopo sit subiectum,
plex enim Commendatio non tribuit iurisdic
24 nem, vel dominium, sed † tantum facit
Commendatarius commendatum teneatur
fendere, *authen. de hæred. & falcid.* §. 1. *cap.*
perist

perialem de probib. fœudor. alien. facit Bart. in consil. 9. incipien. Commune Spoleti concessit &c. quem sequitur Rot. in decis. 24. numer. 6. part. 6. recent.

Prout nec etiam releuare visa fuerunt ea, quæ dicebantur de scientia, & actis gestis super confirmatione transactionis initæ cum dicto Abbate, & de literis si in euidentem eidem Archiepiscopo Rossanen. directis super concessione in emphyteuim cuiusdam petij terræ d. Abbatiæ, qui in his actibus Archiepiscopus non processit vti Ordinarius, sed vti delegatus Apostolicus,
25 & ideò non potuit per eos † aliquod ius circa iurisdictionem acquirere, vt notat in specie Rota coram Martino Andrea in d. decis. 54. num. 19. vers. non obstat prætensa inobseruantia, & num. 20. & fuit dictum in Adrien. seu nullius Iurisdictionis 28. Maij 1612. & 18. Martij 1613. coram bon. mem. Vbaldo, ea præcipuè ratione quoniam actus at-
26 tribuitur ordinanti, & non exequenti l. si hæres ex testamento ff. de act. empt. l. item eorum §. si decuriones ff. quid cuiusque vniuers. nomin. Aym. consil. 144. numer. 3. Rot. decis. 176. numer. 2. par. 2. diuers. & coram Greg. XV. decis. 252. num. 9.

Denique fides, & attestationes, quibus probari prætenditur exactio decimarum facta per Ordinarium Rossanen. non fuerunt habitæ in consideratione, quia vltra quod sunt simplices attestationes, & consequenter non probant Cæs. de Graff. decis. 2. num. 13. de sponsal Seraphin. dec. 106. num. 3. Gregor. XV. decis. 204 num. 2. continent etiam exactionem decimarum factam lite pendente in Rota vsque de anno 1569. cuius causæ commissionis vigore ego vti suffectus concessi inhibitionem, quæ fuit moderno Archiepiscopo præsentata, & propterea exinde resultare nequit non vsus priuilegij, & obseruantia ad fauorem Ordinarij, cum certum sit quod obseruan-
27 tia adhoc vt suffragetur debeat esse continua, † & pacifica respectu illius, cuius interesse læditur, Alex. cons. 9. num. 6. volum. 3. Fælin. in cap. sicut num. 33. de re iudic. Gabriel. de præsumpt. concl. 1. num. 59. Surd. consil. 28. num. 99. volum. 1. & dixit Rota coram Seraphin. in decis. 748. num. 1. cum alijs pluribus cumulatis per addent. ad Buratt. in dec. 857. num. fin.

Ex quibus cum penitus diluatur obseruantia pro D. Archiepiscopo allegata dixerunt Domini obseruātiam priuilegij exemptionis probari pro parte dicti Abbatis, prout ponderatum fuit in
28 præcedentibus decisionibus, † nempè ex solutione vnciæ auri facta Cameræ Apostolicæ, & ex solutione Cannatæ mellis, vna cum tribus cereis facta Ecclesiæ Rossanen. iuxtà decis Seraphin 1025. num. 10. 11. & 12. & ideò steterunt in decisis reseruato tamen videre de speciebus dictæ exemptionis.

Et sic decisum vtraque &c.

Supra enunciata decisio huius causæ sub die 20. Aprilis præsentis anni 1640. coram R. P. D. Carillo habetur, et ipsa in hac parte in ordine.

REVERENDISS. P. D. COCCINO

Sacræ Rotæ DECANO.

Valentina Præminentiarum.

Ven. 22. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Examinantur verba litterarum Apostolicarum ad effectum agnoscendi an Præpositi habeant ius sedendi in eodem scamno cum Canonicis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio præter excepta tribuit intentionem fundatam quoad alia.*
2 *Probibitio non extenditur nisi ad expressa.*
3 *Spatium non debet dari in vno, & eodem corpore, & num. 4.*
5 *Correctio, & contrarietas est semper vitanda.*
6 *Præpositi quibus conceduntur prærogatiuæ, quas primi præpositi babebant considerantur, vt primi, & num. 7.*
8 *Ius sedendi in choro habet prioritatem, & posterioritatem.*
9 *Testes super affirmatiua sunt præferendi maximè si adsit verisimilitudo, & num. 10.*
11 *Obseruantia eliditur si in litteris adsit clausula sublata, & decretum irritans.*

DECISIO CCXL.

Dubitaui, an liceat Præpositis sedere immediatè post Canonicos super eisdem sedibus seu scamnis super quibus sedent Canonici ad audiēdas Conciones Ecclesiæ, & sermones Kalendarum, & Palmarum, & DD. vtraque parte auditi affirmatiuè resoluerunt. Quia in litteris Sixti V. disponitur quod Præpositi sedeant, & habeant stallum in Choro, necnon locum in Processionibus, cæterisque actibus publicis, & priuatis omnibus, & quibuscunque (non tamen Capitularibus dictæ Ecclesiæ Valentinæ, immediatè post illius Canonicos, & etiam habeant omnes prærogatiuas prout habeat primi Præpositi menium, qui suppressi fuerunt, absque vlla prorsus differentia. Vndè cum in litteris Sixti disponatur verbis prægnantissimis, quod Præpositi sedeant immediate post Canonicos, & excipiantur actus Capitulares sequitur quod dicti Præpositi, exceptis dd. actibus Capitularibus,
1 † habeant quoad reliqua intentionem fundatam. Bart. in l. quæsitum, §. denique, ff. de fund. instruct.
2 † itaut prohibitio non extendatur ad alios actus, quam Capitulares, l. qui aliena §. liberis, ff. de negot. gest. Sed Papa voluerit, vt Præpositi facerent vnum, & idem corpus cum Canonicis, nec sederent disgregati, seu coniunctim, & immediatè ne in vno, & eodem corpore daretur spa-
3 tium, & vacuum reddens vnum membrum se-
4 paratum, & distinctum ab alio quod † monstruosum est, & deforme.

Nec huiusmodi intellectui repugnant verba illa, *iuxtà ordinem ad id eis præscribendum*, quia cum

cum Papa expressè disposuerit, quod Præpositi debeant sedere immediatè post Canonicos, verba prędicta debent intelligi de modo sedendi inter ipsos Præpositos, scilicet vt præscriberetur quis eorum deberet habere præcedentiam alias
5 statim induceretur correctio, & † contrarietas, quæ semper est euitanda, *l. nam adeo ff. de condit. & demonstr.* maximè quando verba satis clara, *Glos. in l. si idem §. fin ff. de iurisd. omn. Iud. Aymon. cons. 70. numer. 5. circa medium*, vt in casu isto; Ac etiam patet dum Præpositis conceduntur omnes prærogatiuæ, quas habebant primi præposi-
6 ti absque vlla prorsus differentia, † & sic ad hunc effectum considerantur, vt primi Præpositi. *Bart. in l. 1. ff. de leg. 1. Rolan. cons. 67. num. 42. & seqq. lib. 3. Rot. decis. 8. num. 5. par. 2. diuers.* Qui primi Præpositi ità sedebant, & omnibus præeminentijs Canonicorum (exceptis Capitularibus) gaudebant, vt deponunt testes dati Summ. n. 7. & 10. Et colligitur ex Constitutionibus Capitularibus æditis de anno 1546. vt in Summ. *num. 9.*
7 & propterea † eodem modo sedere debēt moderni Præpositi, habentes easdē prærogatiuas absq; vlla prorsus differentia. *Put. decis. 21. lib. 3. Rot. d. decis. 8. par. 2 diuers.*

Immò supradictus intellectus quod Præpositi debent sedere immediatè post Canonicos, comprobatur ex eo quod Præpositi deferunt eadem insignia Canonicalia, vndè si in habitu in quo non datur prius, & posterius sunt æquales Cano-
8 nicis, multo magis debent esse æquales in † sedendo vbi datur prioritas, & posterioritas, quod potius redundat in fauorem, & laudem Canonicorum, dum in illis semper Ius sedendi in primo loco, & præcedendi Præpositos illæsum seruatur, vt bene eiusmodi rationis considerauit *Rota coram R.P.D. meo Merlino, & R.P.D. Ghisilerio in causa Valentina Iuris sedendi in Choro.*

Neque obstant testes examinati pro Canonicis, quia cum Testes Præpositorum se confor-
9 ment Bullæ Sixti V. & deponant † super affirmatiua eis est standum, quia verisimilis est eorum depositio, *cap. licet causam versic. ex præmissis de probat. cap. si testes 4. quæst. 4. cum alijs per Rotam in decis. 322. num. 6. par. 6. recent.* Multumque confere huic veritati, quod de anno 1596. Præpositis fuit prohibitum sedere in Banco Canoni-
10 corum, † signum euidens quod per prius, vel tunc temporis sedebant in dicto Banco, vt fuit consideratum in causa *Bononien. Dismembrationis 14. Iunij 1604. coram R. P. D. Ghisilerio, quæ est decis. 291. numer. 3. part. 3. recent.* Neque dicta prohibitio præiudicauit Præpositis, quia facta fuit saluis iuribus &c. neque à præpositis, qui hodiè extant, fuit acceptata, & ideò eis non nocet.

Neque etiam obseruātia subsequuta post pro-
11 hibitionem obstat stantibus clausula sublata, & decreto irritanti in dictis litteris, & Bulla Sixti V. appositis ex quibus eliditur omnis contraria obseruantia.

Et ità conclusum vtraque parte informante.

R. P. D. ROIAS;

Posteà Episcopo Tarraconen.

Romana Domorum.

Veneris 22. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum competit stante lesione proueniente ex nullitate, & iniustitia sententiæ. Nullitas sententiæ oritur ex non iurisdictione in iudice.

SVMMARIVMA.

1 *Restitutio in integrum est concedenda, quando ex iniustitia, & nullitate sententiæ resultat læsio. num. 8.*
2 *Nullitas sententiæ resultat ex defectu iurisdictionis in iudice, nec datur maior nullitas, & quam ista. num. 3.*
Vicarius Vrbis est Iudex incompetens laicorum. num. 2.
4 *Associatio non competit quando contractus est effectuatus, sed debet prius agi ad illum implendum, & obseruandum.*
5 *Iura quæ non sunt de actis, & sunt irreleuantia, non habentur in consideratione.*
6 *Euictio non competit absque intimatione molestiæ.*
7 *Euictio non competit illi, qui causam euictioni dedit.*

DECISIO CCXLI.

CVm D. Alphonsus Ferrus permutaret quamdiu eius Vineam cum duabus domibus Horatij Colutij hac tamen adiecta conditione, quod hic suis sumptibus à Monasterio S. Cosmati Vineæ proprietario suo tempore consensum obtineret, & non alias &c. Monasterium habita notitia de permutatione, & non petito consensu curauit coram Vrbis Vicario associari ad vineam tamquam deuolutam, & à Colutio possessam, qui pariter secuta Vineæ euictione ab eodem Vrbis Vicario ad domos permutatas obtinuit associationem; Vndè Ferrus sic exclusus curauit mihi committi causam appellationis, & proposito hodiè dubio an constaret de causis restitutionis in integrum ad illius fauorem fuit affirmatiuè resolutum.

1 Restitutionem enim dicebant † Domini semper dari, quando prout in casu nostro resultat læsio ex nullitate, & iniustitia sententiæ *Abb. in cap. ex litteris num. 5. de restit. in integr. Scrapin. decis. 1238. num. 1. Caual. decis. 194. num. 2. Rot. in recentior decis. 307. num. 1. part. 2. & firmauit Rota in Romana Vinearum 10. Iunij 1639. coram R.P.D. meo Carillo.*

2 Nullitatem autem deducebant † ex defectu iurisdictionis Vicarij, qui si non est Iudex competens Laicorum *Vestr. in prax. cap. 16. lib. 3. de Vic. Vrb.* non poterat associationem Colutio Laico contrà Ferrum Laicum, nisi nulliter concedere, & absque iurisdictione, sine qua potest quæcumque

cumque lata sententia infringi cum nulla maior nullitas illa reperiatur *Bald. in rubr. C. si à non compet. Iudic. Angel. in l. non erit, §. dato, ff. de iure iuran. Vant. de nullit. ex defectu iurisd. nu.5.*

Iniustitia verò desumpta fuit ex eo, quia Colutio non competebat actio directa pro associatione, sed prius erat agendum pro adimplemento, & obseruantia permutationis contractus, vel ad in-
4 teresse, † cum contractus propter secutam permutationem cum traditione rei fuisset effectuatus *l. non idcirco, C. de contrahen. empt. DD. commun. in l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt. Gregor. XV. decis. 88. num. 8. in recent. decis. 192. nu. 15. par. 5.* Vltrà quod non fuit probatum Vineam extare sub directo domino Monasterij prout requiritur cum tantum fuerint repetita quædam iura pro illius parte, quæ tanquam irreleuantia, nec de
5 actis non fuerunt habita in † consideratione *Rot. decis 404. num. 2. par. 1. recent. Gregor. XV. decis. 224. num. 5. vbi Adden. num. 6. Duran. decis. 409. num. 7.*

Vlterius non fuerunt intimatæ molestiæ Al-
6 phonso prout requiritur, † quibus deficientibus euictio non potest illum afficere, *l. emptor, l. si controuersia, C. de euict. l. si rem quam, ff. eod. tit. Castren. in l. 1. in fin. ff. de act. empt. Rot. in rec. decis. 388. nu. 2. par. 3.*

Accedit etiam, quod Alphonsus in permutatione asseruit Vineam esse sub annua responsione, seù Canone Monasterij conueniendo: quod consensus Monasterij sumptibus Colutij impetraretur, & non alias aliter &c. propterea si quæ eui-
7 ctio fuit secuta ob non obtentum † beneplacitum siue consensum Monasterij id totum venit ad scriben. Colutio, qui propterea non potest agere pro euictione cui si dedit causam sibi imputet, *l. hoc iur. ff. de euict. Bald. in l. si ideo, ff. eod. Surd. dec. 22. n. 1. Rot. dec. 337. nu. 16 par. 5. rec.*

8 Quibus stan. cum in † præsenti nullitas, & iniustitia sententiæ lædent Alphonsum restitutio in integrum non potest ei denegari *Rot. dec. 1. de rest. in integr. in nou. Seraph. dec. 245. nu. 2. Duran. decis. 359. nu. 1. et dec. 458. n. 1.*

Et ita resolutum, &c.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO.

Sacrę Rotę DECANO.

Romana Legitimæ.

Veneris 27. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Soluta à Patre pro filio an veniant imputanda in legitimam plenè discutitur.

SVMMARIVM.

1 *In legitimam non imputantur ea qua capit filius ex dispositione patris inter viuos.*

Fallit quando pater soluit causa condemnationis aut fideiussionis, vel obligationis factæ in vtilitatem filij num. 2.

Ea ratione, quia omne datum ob causam imputatur in legitimam numer. 3.

Intellige procedere si pater soluit ex necessitate, secus ex voluntate num. 4.

5 *Pater quando dicatur soluere pro filio ex causa necessaria, quando ex voluntaria ad hoc vt solutum debeat imputari in legitimam.*

6 *Principis hortatio habet vim percepti.*

7 *In legitimam non imputatur solutum à patre contemplatione alimentorum filij.*

8 *Alimenta præstita ab eo qui illa præstare tenetur presumuntur præstita secundum qualitatem personæ.*

9 *In legitimam imputatur solutum à Patre pro culpis, & excessibus filij.*

10 *Filius profusè erogans non debet patri fratribus aut cohæredibus præiudicare.*

11 *In legitimam non imputatur solutum à patre titulo oneroso pro filio.*

12 *Dispositio cessat cessante supposito.*

13 *Soluens correspectiuè ad Chirographum facit verisimiliter de eo mentionem.*

14 *Genitiuum stat restrictiuè.*

15 *Verba obscura, & generalia determinantur, & restringuntur à sequentibus certis, & determinatis.*

16 *Verba dubia interpretantur contra eum qui in illis se fundat.*

17 *In legitimam imputantur data à patre filio inter viuos quando titulum donationis aut liberalitatis non expressit.*

Quod procedit siue datum sit maius siue minus siue æquiualens legitimæ nu. 18.

19 *Cessio iurium reportata à soluente facit cessare titulum donationis, & nu. 22.*

20 *In legitimam imputatur datum à patre quando constat voluntate patris.*

21 *Declaratio testatoris multum attenditur ad effectum, vt donata à testatore filio imputanda sint in legitimam, & nu. 22.*

23 *Donatio inter patrem, & filium non valet.*

24 *Donatio à patre facta filio potest in morte, vel confirmari, vel reuocari.*

25 *In legitimam imputantur capta à filio in vim vltimæ voluntatis.*

Filius accipiens à Patre in vita dicitur potius capere in vim vltimæ voluntatis quam alias.

Cum donatio sit inter patrem, & filium prohibita nu. 23. 24. & 25.

DECISIO CCXLII.

QVondam Io. Baptista de Aste Apocam de anno 1628. his verbis extauit (*Prometto, & mi obligo esseguire, quanto dall' Eminentissimo, & Reuerendissimo Sig. Card. Barberino patrone sarà dichiarato per l'interessi, che sono tra me, e Carlo mio figliuolo, per li debiti da lui contratti sino al presente giorno, che da sua Signoria Eminentiss. saranno dichiarati veri, e reali, sino alla somma di scudi 25. mill. moneta da pagarsi in termine di sei anni &c. alla qual dichiaratione prometto stare, e fare quanto in essa si contiene; obligandomi perciò in forma Cameræ Apostolicæ con le solite clausule; annullando perciò ogn' altra poliza, ò polize, che io hauesse fatte per detti interesse di mio figliuolo sino al presente giorno, di simil somma di scudi 25. mill. moneta.*

Huius

Huius apocæ vigore idem Io. Baptista præuijs mandatis, à d. Eminentissimo sub directis, persoluit, diuersis creditoribus d. D.Caroli eius filij summam scutorum 17115: b. 30. monetæ, & ab illis cessionem iurium contra eumdem Carolum reportauit.

Deinde in testamento, sub quo decessit, instituto hærede d. Carolo in sola legitima, mandauit in eam imputari dd. debita, tam soluta, quam soluenda; Voluitque, vt idem Carolus, factis computis, consequeretur supplementum suæ legitimæ super Ciuitate Acerni à duobus peritis æstimanda; In omnibus autem alijs bonis hæredes pro æquali portione instituit D. Equitem Franciscum alterum filium secundogenitum, ac D. Mauritium ex eodem Carolo nepotem, & inter eos hæreditatem diuidi mandauit. Qui hæredes, defuncto testatore, præuijs alijs mandatis eiusdem Eminentissimi, persoluerunt alijs creditoribus dicti Caroli scuta 7523. b. 22. monetæ; quæ iuncta cum præcedenti summa constituunt summam scutorum 24638. b. 52. monetæ, & ab illis cessionem iurium pariter reportarunt.

Anno 1634. fuit per D.Equitem Franciscum, & D. Carolum tam proprio nomine pro consecucutione suæ legitimæ, quam vti patrem, & legimum administratorum D. Mauritij filij pro diuisione hæreditatis electus, Arbiter, Arbitrator, & amicabilis Compositor D. Io: Franciscus Ferentillus, qui citato D. Carolo, tulit laudum, quod postea à bon. memor. Eminentiss. D. Cardinali Verospio testamentario executore approbatum fuit, in quo mandauit debita, vt supra soluta, D. Carolum in legitimam imputari, & pro supplemento assignauit Ciuitatem Acerni, quæ nunc à D. Carolo retinetur, & tria loca Montis Pij hæreditaria, & alia bona, de quibus in laudo, dictaque loca Montium postea ad instantiam creditorum eiusdem D. Caroli, ipso citato distracta fuerunt.

Nouissime agente D. Equite Francisco coram Auditore Cameræ ad quædam bona sibi pro sua legitima in dicto laudo assignata, & per D. Carolum de præsenti retenta, cum D. Carolus exciperet, se de sua legitima non esse satisfactum, ex quo prædicta debita in eam non erant imputanda, fuit de consensu Partium propositum dubium. An debita soluta pro dicto Carolo vigore dictæ Apocæ, sint ei imputanda in legitimam, & affirmatiuè responderunt Domini.

Quia, licet regulariter ea, quæ filius capit ex
dispositione patris inter viuos non imputentur
1 in legitimam, † *l. si quando, §. & generaliter, C. de*
inoffic. testam. l. illud, C. de donat. Rip. in l. in quartam
num. 143. ff. ad leg. falcid. Crass. de success. §. legitima
quæst. 22. in princ. Surd. de alim. tit. 9. quæst. 2. n. 10.
Merlin. de legitim. lib. 2. titul. 2. quæst. 20. num. 1.
Nihilominus à dicta regula sæpè receditur, &
signanter quando pater soluit causa condemnationis,
vel fideiussionis, aut obligationis factæ in
vtilitatem filij, quia tunc pro eo solutum imputa-
2 tur in legitimam † iuxta opinionem, quam vti
veriorem indistinctè tuentur *Fabian. de Giocchis in*
Authen. nouissima in 8. quæst. num. 106. C. de inoff. testament.
Subdens ita communiter teneri, *Rip. in d.*
l. in quartam num. 185. vers. sed verius videtur, &
num. 186. ff. de leg. falcid. Vasq. de success. creat. tom.
1. lib. 3. §. 30. limit. 34. num. 220. vers. contrariam
partem, vbi dicit, esse verissimam, & pluribus
comprobat, *& num. 223. vers. Vnde infertur, Duen.*
reg. 22. nu. 4. vers. quam distinctionem Crasso dicto §.
legitima quæst. 30. num. 1. vers. contrariam. Quod in-
distinctè, *Merlin. de legitim. d. lib. 2. tit. 2. quæst. 15.*
num. 2. & 3. Qui etiam veriorem sibi videri dicit,
& Doctores, decisionesque Rotales conciliat.
Quibus accedit *Bald. in Authen. si captiui sub n. 10.*
vers. in contrarium tamen videtur, C. de Episc. & Clericis.
vbi ait, id fortè esse verum, ea motus ratione,
3 quod omne datum ob causam † imputatur in le-
gitimam per *Text. in l. quoniam nouella, & in l. om-*
nimodò, §. imputari, C. de inoffic. testament. Et hoc
idem etiam affirmant *Bart. in d. l. in quartam n. 10.*
& 16. Rip. nu. 148. & Pic. num. 60. in fin. qui de
communi, *Crass. in d. §. legitima dicta quæst. 22. nu-*
mer. 14. Signorol. cons. 20. num. 3. vers. nunc venio,
Duen. d. reg. 222. in princ. Vasq. d. §. 30. num. 250.
vbi maximè si causa respiciat, prout hic, ipsius
filij vtilitatem.

Nec releuat dicere, dictam conclusionem pro-
cedere, quando pater soluit ex necessitate, secus
autem qando soluit ex voluntate, quia tunc pa-
terna pietate ductus soluisse præsumatur, & ideò
solutum non debet imputari in legitimam iuxta
4 distinctionem, † quam ponit *Bart. in l. 2. §. Stichus*
num. 2. de pecul. legat. quem sequuntur Bald. in l. om-
nimodò, §. imputari num. 5. ff. de inoffic. testament. &
in l. filiæ cuius num 19. C. famil. ercisc. Alex. d. l. in
quartam num. 23. & ibid. Bologn. num. 335 ff. ad l.
falcid. Roman. in Auth. ex testamento num. 15. vers.
aut soluit ex voluntate, C. de collat. Angel. Aretin. in
§. Actio es autem num. 16. instit. de action. Rum.
cons. 139. num. 13. in fin. vers. Nec etiam videtur lib.
3. Per g. de fideicomm. artic. 36. num. 138. vers. si verò
non habebat Mangil. de imput. quæst. 40. n. 26. & seqq.
Anfrer. in add. in Cappell. Tholos. quæst. 121. Sur. d.
decis. 167. num. 11. Gratian. discept. 50. num. 5. Cum-
que videtur amplexa *Rot. decis. 55. nu. 27. & 28 &*
decis. 59. n. 1. post Merlin. de legit. mat. dec. 506. sub n. 2.
par. 3. recent.

Quoniam, quicquid sit de d. distinctione, quam expreisè refellunt supradicti Doct. indistinctè tenentes, filium teneri imputare in legitimam, quicquid pater pro eo, siue coactè, siue voluntariè soluit, ea moti ratione, quod in vtroque casu vigeat quidam naturæ impulsus, resultans ex vi sanguinis, ac paterna pietate, ne filius vexetur, & in carceres detrudatur; adhuc admissa d. distinctione, illa non refragatur præsenti casui, in quo Io: Baptista, pater Caroli, soluit pro ea pecunias, de quibus agitur, ex necessitate vigore scilicet præcedentis obligationis, per eum factæ, de exequendo quicquid Eminentiss. D. Card. Barberinus declarasset quoad solutionem æris alieni contracti ab eodem Carolo, vsque ad summam scutorum 25. mill. cum ad hoc, vt pater non ex voluntate, sed ex necessitate pro filio soluisse dicatur, non requiratur nacessitas præcisè coactiua ab initio, sed sufficiat necessitas causatiua, eum scilicet de tempore solutionis, cogi posse vigore propriæ obligationis, etiamsi ab initio voluntariè, non autem coactè se obligasset, vt colligitur ex doctrina eiusdem *Bart. in d. l. Stichus numer. 2. &*
sequa-

sequacium qui casum solutionis ex necessitate exemplificant in patre, qui soluit vigore Statuti, aut consuetudinis, vel etiam fideiussionis, seù obligationis factæ pro filio, & sic supponunt patrem voluntariè, non autem ex necessitate ab initio se pro filio obligasse.

Idque faciliùs procedit in præsenti casu in quo pater Caroli nec etiam ab initio se omninò spôtè videtur obligasse, sed ita suadentibus, & instantibus pluribus Magnatibus, & signanter Eminentiss. D. Card. Barberino, cuius hortationibus, & instantijs contradicere nefas erat, cum preces, & hortationes Principum vim præcepti habere
6 dicantur, † iuxta illud: *est rogare Ducum species violenta iubendi*, *Gloss. in l. 1. in verb. quemadmodum*, ibi: *Et nota prouerbium*; Rogare Domini præceptū est, *ff. quod iussu Bald. cons. 221. num. 1. vol. 3. Alex. cons. 124. in fin. vol. 1. Crauett. cons. 442. num. 15. vol. 3. latè Tiraquel. de pœnis tempor. aut remit. cas. 35. nu. 1. & seqq.*

Nec dicatur solutionem debitorum, de quibus agitur, fuisse voluntariam prætextu, quod illa essent inualida, vti contracta à Carolo tunc filio familias contra dispositionem *Stat. Vrb. lib. 1. cap. 152.* prohibentis filios familias, nonnullis casibus exceptis, validè posse obligari. Quoniam pro responsione sat esse, dicebant Domini, dictam solutionem factam fuisse vigore præcedentis obligationis de soluendo scuta 25. mill. illis creditoribus, quos Eminentiss. D. Cardinalis Barberinus veros, & legitimos iudicasset. Hinc namque apparet, Io. Baptistam Patrem indebitum voluntariè non soluisse.

Nec subsistere visum fuit, Carolum contraxisse debita, de quibus agitur, ob causam alimentorū necessariam pro suo, & familiæ condecenti substentatione, & consequenter illorum solutionem vti factam contemplatione dd. alimentorū, quæ pater in vita eidem filio de iure præstare te-
7 nebatur, non esse imputandam illi in legitima *l. quæ pater, ff. fam. ercisc. Berengar. in dicta l. in quartam cap. 3. nu. 79. ad leg. falcid. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 57. n. 5. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. q. 20. num. 16.*

Quoniam tantum abest, quod Carolus probet, se contraxisse dd. debita ob causam alimentorum necessaria, quinimmò contrarium colligitur, tam ex iuris præsumptione, iuxtà quam alimenta præsumuntur præstita iuxtà qualitatem, & conditio-
8 nem personæ ab eo, qui illa præstare tenebatur † *Alex. in l. cum seruus num. 4. in fin. ff. de verb. oblig. Natt. cons. 547. num. 29 Surd. de alim. tit. 6. qu. 23. num. 14.* quam etiam ex articulis pro parte eiusdem Caroli coram A. C. productis, in quibus ipse articulauit, se fuisse semper sub cura, ac potestate patris, in illiusque domo vna cum vxore, filijs, & familia inhabitasse, & congrua alimenta recepisse, idemque attestatur D. Aurelia eius vxor, apertè dicens, se post accessum ad Vrbem alimenta, aliaque ad victum, & vestitum necessaria concedenter à Io: Baptistæ socero recepisse, nec quicquam à Carolo eius viro habuisse.

Quibus accedit, quod huiusmodi debita in summa scut. 25. mill. fuerunt contracta à Carolo spatio ferè sexdecim mensium, nimirum à mense Iulij 1623. vsque ad mensem Octobris 1624. quo breui temporis interuallo non est verisimile, eum tam grauem summam pro solis alimentis erogasse, sed potius illum profusè consumpsisse, & consequenter teneri imputare sibi in legitimam, cui imputantur omnia ea, quæ filius, viuo, vel defuncto patre pro suis culpis, & excessibus expendit, in specie notat *Bald. in dicta Authen. ex Testament. sub num. 37. vers. item de his, C. de collat.* Culpa
10 namque filij, profusè erogantis, † non debet patri, nec fratribus, seù coæredibus præiudicare, *Menoch. de arbitr. Iud. cas. 132. num. 55. & seqq. Surd. de alim tit. 7. qu. 5. num. 4. & seqq. Gratian. discept. 55. num. 2.*

Nec releuat, quod Santiss. in Chirographo emanato de mense Nouembr. 1625. iusserit, vt ex bonis, & redditibus paternis soluerentur eidem Carolo scut. 4000. pro emptione mobilium domus, & alia scuta annua 3000. pro alimentis. Vndè inferebatur, sub sequentem obligationem factam à Io. Baptista pro dissoluendo ære alieno contracto à Carolo filio, fuisse correspectiuam ad liberationem ab executione d. Chirographi, cuius vigore idem Io. Baptista tenebatur persoluere summam pecuniariarum, in eodem demandatam, & consequenter solutionem dicti æris
11 alieni, † vti factam titulo oneroso, non esse imputandam in legitimam *iuxtà doctrinam Bald. in l. 2. nu. 3. C. si in fraud. partr. & in l. 1. in fin. C. de reuoc. his, quæ in fraud. cred. Gabr. cons. 136. nu. 4. 5. 10. & 20. vol. 2. Curt. iun. cons. 81. num. 1. Mangil. de imput. qu. 10. nu. 11. & 17.*

Quoniam aduertebant Domini, d. Chirographum emanasse cum supposito, quod ipse Carolus habitaret imposterum cum vxore, & familia seorsum à patre, vt elicitur ex verbis proœmij eiusdem Chirographi, ibi, *Poiche per giuste cause à nai note, e conueniente, che Carlo d'Asti habiti separatamente dal Padre, e se gli prouegga d'vn'assegnamento per mantenere se, sua moglie, e famiglia conforme al suo grado &c.* Vndè cum Carolus posteà non recesserit è domo paterna, sed in ea, vna cum vxore, & familia continuò habitauerit, insimulque congrua alimenta receperit, satis apparet, subsequentem obligationem factam de ann. 1628 à patre pro disolutione æris alieni contracti à d. Carolo filio non fuisse correspectiuam ad liberationem ab executione Chirographi, longè anteà emanati. Quia respectu temporis præteriti ante d. obligationem, de anno scilicet 1625. quo emanauit Chirographum vsque ad annum 1628. quo facta fuit dicta obligatio prætensa correspectiuitas cessat ex eo, quod Carolus non recessit è domo paterna; sed in ea vna cum vxore, & familia alimenta recepit, & consequenter cessante supposito separatæ habitationis è domo patris, sub quo
12 d. Chirographum emanauit, † cessauit quoque eiusdem Chirographi dispositio *l. 1. nihil §. de inoff. testam. Ruin. cons. 85. num. 12. in fin. libr. 4. Surd. cons. 359. num. 4. Greg. XV. dec. 387. num. 4.* Respectu verò temporis futuri post d. obligationem non est verisimile patrem, vltra alimenta, quæ ab inde citrà tam Carolo, quam vxori, & familiæ præstitis, summam quoque scut. 15. mill. eidem donare voluisse ad euitandam d. Chirographi executionem; cum illi nihil referret, vel continuare præstationem alimentorum Carolo eius-

eiusque vxori, & familiæ in domo propria, vel ex-
trà illam eidem persoluere loco alimentorum
summam pecuniarum in Chirographo Sanctiss.
demandatam.

Præsertim cum pater in d. obligatione facta
solutione æris alieni contracti à Carolo filio, nul-
lam fecerit mentionem de d. Chirographo, cuius
nec etiam probatur aliquam scientiam ipsum
13 habuisse, prout de illo verisimiliter fecisset, † si
correspectiuè, seu in executionem eiusdem Chi-
rographi longè anteà emanati se obligare voluis-
set *iuxtà not. per Castr. in l. emptor prædij num. 7. C.
de pact. Rota dec. 262. num. 1. & 6. par. 2. diuers.*

Neque obstant illa verba (*per gl'interessi, che sono
tra me, e Carlo mio figliuolo*) quæ vt dicebatur, non
nisi ad interesse huiusmodi alimentorum, quæ pa-
ter eidem Carolo filio, illiusque vxori, ac familiæ
præstare tenebatur, referri videntur; cum aliud
probabile interesse inter patrem, & filium, in
potestate existentem, considerari non possit. Si-
quidem dd. verba declarantur ab alijs immedia-
tè sequentibus (*per li debiti da lui contratti sino al
presente giorno*) quæ apertè innuunt verba proximè
præcedentia (*per gl'interessi che sono tra me, e Carlo
mio figliuolo*) intelligi de interesse, quod inter pa-
trem, & filium super eo solum versabatur, quod
Carolus instabat, æs alienum, à se contractum,
persolui à Io. Baptista patre; iste verò asserens,
se ad illius solutionem non teneri, eam facere
recusabat.

Quod clarius suadetur ex alijs verbis, in fine
eiusdem apocæ adiectis, ibi, (*annullando però ogn'
altra poliza, ò polize, che io hauessi fatto per detti in-
teressi di mio filiuolo sino al presente giorno*) ex quibus
apparet, verbum (interesse) referri ad interesse ip-
sius filij dumtaxat, virtute genitiui, *di mio figliuo-*
14 *lo*, qui stat restrictiuè, † *c. cum capellæ, vbi Butr. de
priuil. Alex. in rubr. ff. de nou. oper. nunciat Couar.
pract. qu. c. 10. vers. tertio in iure circa fin. ibi.* qua
ratione, cum alijs relatis à *Surd. cons. 135. nu. 6.
vol. 1.* Verba autem præcedentia obscura, & gene-
ralia determinantur, & restringuntur à sequenti-
15 bus certis, † & determinatis *Bald. in l. legatorum
petitio 34. §. qui plures sub in fin. vers. circa prædicta
de leg. 2. Imol. in l. cum in testamento 37. §. fin. nu. 2.
ff. de hæred. inst. Sim. de Præt. de interpr. vltim. vol.
lib. 3. interpr. 3. dubit. 4. solut. 3. num. 13. fol. 337.*
16 *Surd. cons. 279. n. 61. vol. 2.* Et in dubio † interpre-
tantur contra eum, qui se fundat in illis *ad l. Ve-
terbius, ff. de pact. Gregor. XV. dec. 128. Rot. dec. 29.
num. 2 p. 1. recent.*

Præterea dicebant Domini prædictam regulam
quod data inter viuos à patre non imputentur in
in legitimam, procedere, quando pater expressit
titulum donationis, aut alijs verbis vsus fuit, ex
quibus colligitur ipsum, donare voluisse, secus
autem si aliquid filio simpliciter dedit nullo ex-
presso verbo donationis, aut titulo liberalitatis;
quia tunc præsumitur, voluisse illud eidem filio
imputare in legitimam iuxtà receptissimam con-
17 clusionem, quam firmant, *Bart. in l. 1. §. sed si
parens nu. 1. ff. si quis à parent. fuer. manumis. Alex.
in dict. l. illud num. 5. in fin. vers. secus, ibique Dec.
num. 8. vers. & hoc limitatur, & Corn. nu. 18. & 19.
C. de collat. Rip. in dict. l. quartam nu. 145. & ibid.
Ruin. nu. 28. & Alc. nu. 38. ff. ad leg. falcid. Ias. in
dict. l. si quando num. 3. C. de inoff. testam. Coras. in l.
filium quem habentem nu. 109. C. famil. ercisc. Alex.
cons. 142. nu. 22. vol. 2. Corn. cons. 64. n. 8. vol. 2.
Aym. cons. 136. num. 3. vers. secus, Cephal. cons. 183.
n. 42. vol. 2. Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 30. par. 2.
nu. 254. vers. item limita cum seqq. Peregr. de fideic.
d. art. 36. n. 125. vers. intellige, Cucchus de legit. tit.
Data inter viuos &c. n. 21. Crass. in §. legitima q. 22.
num. 13.* Subdens, id procedere, siue datum æqui-
ualeat legitimæ, siue excedat, aut minoris sit æsti-
18 mationis, † *Adden. ad Greg. XV. dec. 568. num. 13.
vers. secus autem & probat. tex. in l. cum quo 56. §. fin.
ff. ad leg. falcid.*

In proposito autem tantum abest, quod pro-
betur, Io. Baptistam patrem Caroli voluisse ei-
dem donare summam, de qua agitur, quinimò
contrarium apertè suadetur tam ex eo quod ipse
in actu solutionis reportauit à creditoribus ces-
19 sionem iurium contrà † dictum Carolum eorum
debitorem, & sic non obscurè declarauit, se vel-
le repetere solutum non autem donare, vt in ter-
minis aduertit, *Ruin. d. cons. 149. nu. 14. post med.
vers. quia constat quod pater volum. 3.* Nam alias d.
cessio fuisset inutilis si pater summam, pro filio so-
lutam, ab eo repetere, vel ab eodem pro ea rese-
uari noluisset, quo casu esse locum imputationi,
inquit etiam *Merlin. d. lib. 2. tit. 2. qu. 25. num. 20.
vers. quia si pater*, Sola enim paterna voluntas,
quod filius dari remaneat debitor, operatur, vt
20 datum in legitimam imputetur, *Rip. in d. leg. in
quartam nu. 175. Castr. cons. 242. nu. 2. vers. sed ista
præsumptio lib. 2. Mantic. de tac. & ambig. lib. 13. tit.
18. num. 16.* & fuit decisum *in Romana, seu Bono-
nien. pretij Clericatus 19. Aprilis 1627. coram R. P. D.
meo Merlino inter recent. dec. 54. par. 5.* Quam
etiam ex eo, quod idem pater in suo Testamento
apertis verbis declarauit, debita soluta, & impo-
sterum soluenda creditoribus Caroli eius filij im-
imputari in legitimam, quæ declaratio plurimum
21 in † proposito attendi debet, *Bald. in l. maximum
vitium, C. de liber. præter Corn. cons. 200. col. 2. lib.
3. Surd. cons. 122. n. 21. & in tract. de aliment. tit. vlt.
qu. 34. n. 14. Merlin. de legitim. d. lib. 2. tit. 2. q. 20.
num. 23.*

Nec dicatur dictam declarationem tanquam
factam non ab initio, sed ex interuallo non suf-
fragari iuxtà aliquorum opinionem. Quia vltra
quod Io. Baptista pater in ipsomet actu solutio-
nis reportauit à creditoribus Caroli cessionem
iurium, & sic ab initio saltem tacitè declarauit,
se velle solutum repetere, vel imputari in legiti-
mam, Placuit responsio, quod vbi, prout hic,
nulla præcessit expressa donandi voluntas verius
est illius declarationem posse etiam ex interuallo
22 quandocumque fieri, † vt in specie declarationis
factæ à patre in testamento, aduertit *idem Ruin. d.
cons. 149. nu. 14. circa fin. vers. & quamuis volunta-
tem*, quem refert, & comprobat *Merlin. d. qu. 25.
sub nu. 5. vers. sed extensionem istam, & num. 6.* Et in
terminis similis declarationis, quando donatio
ab initio fuit nulla, aduertunt *Grass. d. q. 22. n. 3.
vbi de communi, Vasquez in dict. §. 30. num. 258.
vers. quod simpliciter*, qui pariter testatur de com-
muni.

Quæ eo magis Domini procedere dixerunt,
quia vernon apparet, patrem donare voluisse,
quod

quod sufficit, vt locus sit imputationi, vt supra dictum est; Vel si aliqua donatio intercessisset, illa tanquam inter patrem, & filium non valuisset; vti
23 tunc, † & ab initio *l. 1. §. si parens, ff. pro donat. l. cum de bonis, C. de donat. l. 2. C. de inofic. donation.* Et in nostris terminis ad effectum imputandi donata à patre in legitimam, fuit dictum, *in Romana Legitimæ 15. Ianuarij 1616. coram bon. memor. Card. Verospio*, sed ad summum morte patris fuisset confirmata, itaut quandocumque ante illam, ac etiam in Testamento declarari, immo, & reuocari potuisset, vt benè in istis terminis, *Crass. d. qu. 22. n. 3. & Vasq. d. §. 30. nu. 258. vers. intellige tamen, Bart. in l. si maritus la 2. in fin. C. de donat. inter vir. & vxor. & in l. rem l. legatam num. 9. vers. secus in donatione, ff. de adim. legat. Bald. in l. cum te nu. 1. vers. si erat vxor. C. be donat. ant. nupt. Corn. cons. 81. nu. 11. lib. 1. Mant. de tac. & ambig. lib. 2. tit. 7. num. 15. & 22.* Et quicquid Carolus ex illa accepisset, potius ex relscto, & in vim vltimæ voluntatis quam ex donatione (quod ideò absque dubio in legitimam veniret imputandum) accepisse censeretur, *Bart. in d. leg. in quartam nu. 10. vers. Si verò donatio & ibi Rip. nu. 143. in fin. Rom. cons. 277. n. 2. Alex. cons. 31. nu. 5. & seqq. & nu. 9. lib. 4. Crass. dict. qu. 22. num. 6. vbi de Communi Peregr. d. art. 36. nu. 124. Adden. ad dec. Gregor. 568. nu. 13. vers. limitatur secundo*, & fuit decisum *in d. Romana Legitimæ*.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO

Sacræ Rotæ Decano.

Fauentina Bonorum, seù Hæreditatis.

Lunæ 20. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Quilibet Administrator tenetur reddere rationem suæ administrationis.

SVMMARIVM.

1 *Administrator tenetur reddere rationem suæ administrationis, & nu. 2. & 3.*
3 *Executores testamentarijs, & regulares tenentur reddere rationem administrationis.*
4 *Administrator quilibet tenetur reddere rationem etiam remissam si probetur dolus.*
5 *Liberatio rationis restricta ad vnum non extenditur ad alios administratores.*
6 *Ratio semel reddita amplius reddi non potest.*

DECISIO CCXLIII.

VT alias dictum fuit in causa ista Bernardus Fecchius in Testamento hæredes instituit Patres Regulares boni Iesus Rauenaten. cum onere habitandi in terra Mutilianæ Fauentinæ Diœcesis ibique edificandi Ecclesiam cum Conuentu sub inuocatione Sancti Bernardi, aliaque onera adimplendi.

Codicillis autem prohibuit ne dicti Patres possent eius hæreditatem adire, fructusque illius percipere nisi Ecclesia totaliter perfecta, Defuncto Testatore de anno 1618. dicti Patres hæreditatem prędictam adiuerunt, illiusque fructus, & redditus ab inde citrà administrarunt. Fuit hodie quęsitum, an dicti Patres tenerentur reddere rationem administrationis bonorum, ac fructuum dictæ hæreditatis, & affirmatiuè responsum fuit;
1 Cum † quilibet Administrator regulariter teneatur reddere rationem suæ Administrationis, *cap. qualiter, & quando il 2. de accusat. Idemque cauetur l. 1. §. ex officio ff. de tutel. & rat. distrab.* qui Textus licet loquatur in Tutore nihilominus proce-
2 dit † in quolibet administratore prout in specie firmant *Dec. cons. 464 in princ. Ruin. cons. 29. n. 10. cum seqq. lib. 5. Roman. cons. 414. num. 1. Bero q. 15. num. 1. & 2. cum alijs per Gratian. discept. 760. nu. 1.*
3 *& 2.* & in specie Regularium, † qui tanquam executores vltimæ voluntatis alicuius Testatoris illius bona administrarunt probat, *Text. in clement. vnic. & ibi glos. in verb. debitam de testam. clem. quia contingit §. ille etiam de relig. domib.*

Nec subsistere visum fuit, quod prædictus testator liberauerit dictos Patres ab onere redditionis; Nam huiusmodi liberatio non deducitur nisi ex illis verbis adiectis in Testamento ibi, *Lascia, e vuole che ne siano essecutori del suo testamento il Padre Don Horatio Signori della Città di Rauenna Prete del buon Giesù quale Don Horatio habbia d' hauere, & tenere diligente cura di detta heredità dopò la morte di Madonna Elisabetta sua moglie &c. e senza renderne conto di detta hæredità, & entrate à persona alcuna confidandosi detto testatore nella sua buona*
4 *conscienza*. Quæ verba, † ommisso quod videntur intelligenda de scrupolosa quadam inquisitione, nec propter eà impediunt quominus administrator possit conueniri ad redditionem rationis si probetur dolus *l. ita autem §. Iulianus ff. de admin. & peric. Tutor. l. quidem vbi gloss. & Doct. ff. de admin. Tut. l. si seruus vetitus cum ibi notat. de leg. 1. l. cum tale §. 1. ff. de cond. & demonstr. cum similibus relatis à Phanuc. par. 2. num. 2. cap. 2. vers. & puto Osasc. in suo cons. post. decision. Pedemont. 62. nu. 28. Farinac. frag. par. 2. vers. Iuramentum num. 1896.* satis indicant dictam liberationem à redditione restrictam esse ad personam Patris Horatij qui trienno post obitum Testatoris superuixit ob specialem confidentiam, quam Testator in eo habeat
5 quæ proinde ad alias personas non extandatur *l. ex pluribus ff. de admin. tut. in fin. leg. 1. §. promittitur. vers. quod datur ff. de aqua quotid. & æstiua cum pluribus indiuiduis latè exornat. Valenz. cons. 38. num. 5. & seqq.*

Non obstat quod prædicti Patres rationem
6 dictæ administrationis iam reddiderint, † & ideò intret conclusio quod ratio semel reddita iterum redd, non debeat *l. semel C. de apoc. public. cap. in Clem. quia contingit num. 5. de relig. domib. Socc. Sen. cons. 92. num. 21. lib. 4. Paris. cons. 89. num. 1. Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano dec. 268. num. 8. & in Romana Computorum 23. Ianuar. 1640. coram R. P. D. meo Cerro* quia vltrà quod pro parte Philippi negatur huiusmodi rationem fuisse redditam, DD. dicebant hoc esse extrà præsens dubium, in quo solum quæritur, an Patres teneantur dictam rationem reddere.

Et ità vtraque &c.

Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 26. Iunij 1641.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO.

Sacræ Rotæ Decano.

Toletana Canonicatus Pœnitentiariæ.

Lunæ 25. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Electionis materia latè in hac decisione declaratur ad text. *in cap. quia propter de elect.* quando scilicet ad validitatem illius scriptura sit necessaria. Electionem probare tenetur electus estò quod qualitatem canonicæ electionis non iustificet, cum illa de iure præsumatur. Ætatis probatio quomodo dicatur sufficienter facta etiam ad effectum obtinendi beneficia.

SVMMARIVM.

1 *Confessiones emanatæ in actibus iudicialibus plenè probant.*
2 *Confessio omnem aliam superat probationem.*
3 *Confessiones plures, & geminata fortius probant, & magis expressam veritatem ostendunt.*
4 *Electio non requirit scripturam, siue attentis Pontificum Constitutionibus, siuè quod ius commune disponit, seruetur, & num. seqq. ac etiam num. 34. pariter cum seqq.*
5 *Limita conclusionem non procedere quando electio fit ad terminos* cap. quia propter de election. *& num. 39.*
Scilicet quando Ecclesia viduatur, quia tunc vota debent redigi in scriptis ibid. & num. seqq.
6 *Electionis casus in quibus scriptura est necessaria, enumerat* gloss. in cap. 1. de censibus.
8 *Scriptura, quam quis exhibere tenetur habetur pro exhibita, quoties partis impedimentis exhiberi non potuit.*
9 *Fides baptismi extracta à Parocho probat ætatem, & num. seqq.*
10 *Fraus nulla committi potest in probanda ætate per fidem Parochi, ex eius libris extracta.*
11 *Productio auget robur scripturæ.*
12 *Scriptura patris, in qua reperitur adnotatus dies natiuitatis filij optimè probat illius ætatem 13.*
13 *Aetas etiam ad effectum obtinendi beneficia plenè probatur ex libro, in quo pater filiorum natiuitatem adnotare solebat.*
Liber in quo parentes filiorum dies natalitios inscribere solent, probant, quamuis non recogniti, nu. 13.
14 *Aetates plenè probatur ex testibus vicinis, amicis, & domesticis, & nu. seqq.*
15 *Consanguinei, & vicini optimè probant ætatem.*
16 *Testes, qui baptismo interfuerunt plenè probant ætatem.*
17 *Aetas probatur testibus etiam singularibus.*
18 *Aetas cum sit difficilis probationis admttit etiam coniecturas.*
19 *Aetas 40. annorum longæua dicitur, & propterea coniecturis probatur.*
20 *Fratres plures eodem vocari nomine non repugnat cum soleant distingui ex numero, videlicet primus & secundus, & num. seqq.*
22 *Liber mortuorum probat obitum.*
Amplia etiam quia probat qualitatem cum qua mortuus reperitur inscriptus ibidem.
23 *Liber mortuorum probat etiam quod non sit liber Parochi, dummodo legaliter in Ecclesia apparet tentus.*
Hospitalis liber probat, num. 23.
24 *Matris dispositio, ac probatio ex ea elicita dicitur omni exceptione maior ad tollendum æquiuocum super ætate filiorum.*
25 *Partitæ libri à diuersis personis pro tempore existentibus descriptæ, ex ipsa caracteris, & atramenti diuersitate magis corroboratur, quam in aliquo earum minuatur fides.*
26 *Abrasio lineæ si non est in corpore, sed in principio partita nihil facit.*
27 *Rasura in simplici narratione facti non vitiat scripturam.*
28 *Productum in quod in iudicio non fuit, in eo non censetur deductum.*
29 *Scriptura quæ non fuit in actir producta habetur si non esset in rerum uatura.*
30 *Liber matriculæ alicuius studij non probat ætatem, sed solum quod aliquid sit scolaris verificat.*
31 *Testas singulares non probant confessionem extraiudicialem.*
32 *Testes qui in causa habent interesse non probant.*
33 *Declaratio partis magis attenditur quam testes singulares, & interessati.*
34 *Electionem sufficit probare, absque eo quod illam esse canonicam probetur, cum, de iure canonica præsumatur, & contrarium dicens, hoc iustificare tenetur, & num. seqq.*
Electionis in materia extraiudicialiter proceditur, num. 34.
35 *Electionis defectum opponens illos probare tenetur, & sup. num. 34. & seqq.*
36 *Electus non tenetur probare validitatem suæ electionis nisi alius possideat, & num. seqq.*
Vel quod præsumptio s contra electores, num. 37.
38 *Possessio capta lite pendente est attentata.*
41 *Electio in paritate votorum debet dirimi per sortes & num. seqq.*
42 *Capitulum in paritate votorum non habet facultatem gratificandi.*
43 *Casus omissus remanet in dispositione Constitutionum Pontificum.*
44 *Electio, quæ in paritate vocum debet dirimi per sortes, paritatem aliarum qualitutum non requirit, & num. seqq.*
45 *Paritas qualitatum in duabus personis moraliter inueniri non potest.*
46 *Obseruantiæ interpratatiuæ locus esse non potest ubi verba Constitutionis Pontificum clarè sonant.*
47 *Consuetudo interpratatiua dici non potest si non afferantur sex dubia super quo fundari debet talis interpratatio.*
48 *Sortes cum electione fieri non debet nisi inter personas habiles.*
49 *Inhabilis etiam si haberet maiorem patrem vocum institui non debet.*

DECI-

DECISIO CCXLIV.

VAcante Canonicatu Sanctæ Ecclesiæ Toletanæ cui annexum est officium Pœnitentiariæ. Capitulum in paritate vocum de mense Februarij 1631. elegit D. Doctorem Michaelem Ferrer, & bon. mem. Ioanne Becerra, & ab illa die vsque ad præsens Capitulum cæpit prætendere, quod d. Doctor Michael non haberet ætatem 40. annorũ requisitorum à *sacrosf. Conc. Trident. sess. 24. cap. 8. de reform. & à Constit. san. mem. Greg. XV. sub Dat. Romæ Anno Domini 1622. nonis Nouembris*, atque hac de causa, fereque decem annos continuos Ferrer coactus fuit substinere hanc litem, qua deuoluta ad Curiam agentes Capituli adhuc prætendebant non constare de dicta ætate, & propterea super hoc dedi Dubium; An constaret de legitima ætate, sed d. Agentes mutato postea consilio cæperunt prætendere non constare de electione d. Doctoris Ferrer. Propterea volui super hoc in relationibus causarum consulere Rotam, quæ animaduertens quod causa nimis protrahebatur in longum, censuit quod daretur Dubium an Canonicatus prædictus esset adiudicandus d. D. Michaeli, vt de vtroque obiecto Capituli videri posset, & d. Michael amplius non teneretur tam longam litem substinere, cum tanto dispendio, & hodiè Articulo maturè discusso Rota pari voto censuit constare de electione d. Michaelis, ac de illius legitima ætate 40. annorum, & propterea illi prædictum Canonicatum esse adiudicandum.

Quod autem constet de electione satis probatur cum pluries tam Becerra coelectus. quam Capitulum eligens hoc fassi fuerint; In Breui enim commissionis causæ, quo in partibus vsi fuerunt, narratur Doctorem Michaelem fuisse electum cum d. Becerra in paritate votorum, & in tribus instantijs, seu portionibus iudicialibus è Capitulo pariter factis, habetur eadem narratiua, scilicet quod prædictus Michael habuit paritatem votorum, in scriptura facti concordati inter partes coram Notario, & Testibus firmatur, quod in vltimo scrutinio d. Michael, & Becerra fuerunt pa-
1 res in votis, † quæ confessiones in actis iudicialibus emanatæ plenè probant *l. cum precum C. de liberali causa, sanct. mem. Greg. dec. 555. num. 9. Buratt. dec. 100. num 18. & 239. num. 9. & 631. n. 6. & 720. nu. 1. par. 6. in recent. dec. 39. num. 12. & 85. num. 10. & 237. num. 4.* atque dd. confessiones
2 superant † omnem aliam probationem, *l. cum te, C. de transact. l. generaliter, C. de non numer. pecun. Surd. cons. 143. num. 39. vol. 1. Buratt. decis. 121. num. 1. & 147. num. 10. 328. num. 3. & d. part. 6. re-*
3 *cent. decis. 128. num. 10.* eoque magis † cum sint plures, & geminatæ, quæ propterea magis expressam veritatem ostendunt argumento *l. Balista ff. ad Trebell. Afflict. dec. 337. num. 5 Gabr. de confess. concl. 3. num. 1. Grass. except. 14. num. 7. cum seqq. Caual. dec. 220. num. 2.* & d. confessiones corroborantur alijs adminiculis, & præsumptionibus resultantibus, tam ex longo processu facto inter Capitulum, & d. Michaelem ad probandum ætatem, qui frustratorius fuisset, si non præcessisset legitima electio, quam ex sententia Ordinarij ad fauorem ipsius Michaelis vti canonicè electi lata.

Ex quibus omnibus satis videtur probata electio etiam quod non pobetur per scripturas, quia aut sunt attendæ Constitutiones Sixti, Leonis, & s. m. Gregorij XV. & illæ non præcipiunt, quod vota debeant redigi in scriptis aut est attendenda dispositio iuris communis, & hoc non præcipitur,
4 nisi in casu, quo electio debet fieri iuxta terminos *cap. quia propter de elect.* quod est, quod euenit
5 quando Ecclesia viduatur, † quia tunc vota debent redigi in scriptis, vt dicitur *in d. text. & notant ibi Doct, Abb. num. 6. & 7. vers. octauus Ioann. Andr. nu 10. Hostien. num. 31. Innoc. num. 6. Imol.*
6 *nu. 7. in fin.* & 30. casus in quibus requirirur† scritura enumerat *Gloss. in cap. 1. §. postquam in verb. in scriptis de censib.* vbi in materia electionis enumerat solum casum quando electio est facienda iuxta terminos *cap. quia propter*, vnde infert *Abb. ibid. d. num. 6.* quod ex hoc debet colligi, quod re-
7 gulariter in alijs quæ † fiunt per vniuersitatem, non est opus, quod vota singulorum redigantur in scriptis, & fuit in puncto resolutum coram me in causa, *Legionen. Canonicatus Magistralis 12. Iunij 1634. quæ est decis 289. num. 29. & seqq. par. 6. recent.*

Et cessat omnis difficultas, quia quatenus scriptura fuisset necessaria ad proban. d. electionem, cum d. Doctor Michael sæpè sępius tam coram Ordinario Toletano, quàm Nuncio Apostolico institerit pro exhibitione d. electionis etiam medio censurarum, & Declaratoriæ Capitulum semper tenuit illam exhibere cominando implo-
8 rationem brachij Regij, vtique propter † huiusmodi impedimenta quatenus electio fuisset redacta in scriptis, eius scriptura habetur pro exhibita *iuxta not. per Felin. in cap. quoniam frequenter n. 7. vt lit. non contest. Buratt. dec. 416. num 7. Gonzal. ad 8. §. 3. proœm. n. 33. & seqq. sa me. Greg. dec. 27. n. 11 & dec. 341. n. 2. vbi Add.*

Quod autem d. Doctor Michael esset ætatis 40. annorum, & vltra quando se opposuit de mense Febr de anno 1631. probatur ex partiti libri Baptismi legitimè extracta de anno 1629. dum contigit prima vocatio huius Canonicatus per obitum Doctoris Salazar de Mendoca, quæ partita in actis producta seu repetita de tempore secundæ vacationis d. Canonicatus per obitum Doctoris
9 Bartholomæi de Castro probat ætatem, † cum sit extracta à Parocho, & agatur de his, quæ spectant ad eius officium *Bart. in l. 2. C. de pond. lib. 10. Gabr. de test. concl. 1. n. 18 Ruin cons. 56. num 5. lib. 1. Ioann. Mauritius de rest. in integr. cap 321. per tot* vbi in-
10 inquit † nullam fraudem posse cadere in hoc modo probandi *Mandos. in reg. 18. Can. quæst. 10. numer. 3. Monach præs. 51. num. 13. lib. 2. Gratian. discept. 555. num. 2. Genu. de script. priu. lib. 5. quæst. 1. num. 1. Verall de. 314. par. 1.* & fuit sæpissimè resolutum in Rota.

Et prædicta eo magis procedunt, quia pluries d. partita libri Baptismi, quæ concordat cum illa, quæ hodie exhibetur fuit in iudicio producta nẽpè de anno 1610. dum Michael prima tonsura fuit initiatus, & de anno 1615. dum sacrum Sub-
11 diaconatus ordinem suscepit, † ex quibus productionibus, & actibus sequutis magnum recipit d. scriptu-

d. scriptura fomenrum, *Gloss. in l. de ætate verb.*
eiusdem ad fin. vbi Bart. num. 17. ff. de minor. Alciat.
præs. 14. num. 11. reg. 2

His accedat, quod Petrus pater d. Michaelis in
quodam suo libro scribebat natiuitatem, & obi-
tum suorum filiorum, & Michael fuit descrip-
tur, quod esset natus sub die 7. Martij 1590. & ba-
ptizatus die 15. prædictis mensis, & anni, ex quo
12 libro efficacissima probatio ætatis† elicitur quia
non præsumitur patrem scripsisse contra verita-
tem *Salyc. in l. si minorem num. 10. C. de in integr. rest.*
asserens de hoc esse casum *in l. excusantur in princ.*
ff. de excusat. tutor. Curt. Iun. cons. 118. num. 8. Ruin.
cons. 31. num. 7. vol. 4. Maurit. de restit. in integr. cap. 20
13 *per tot.* qui loquitur ad effectum obtinendi† be-
neficia, & hanc sententiam veriorem, & commu-
niorem affirmat *Cardin. Mantic. dec. 24. numer. 1.*
& 2. vbi quod neque est necesse, vt dictus liber
sit recognitus, *& decis. 58. numer. 6. & 133. nu-*
mer. 3.

Et adsunt etiam testes, qui deponunt quod d.
Michael de mense Febr. 1631. tempore oppositio-
nis ærat ætatis anuorum 40. complètorum, red-
dentes bonam rationem eorum dicti, quia alij
fuerunt præsentes Baptismo ipsius Michaelis, &
Interfuerunt ientaculo solito præberi in Baptismis
puerorum, alij sunt familiares, vicini, amici, &
domestici, qui d. Michaelem vsque ab infantia
14 cognouerunt,† alij quia fuerunt condiscipuli, ita
ut istorum probatione nulla melior dari possit
iuxta Theoricam *Bart. in l. de ætate nu. 7. vers. sed*
15 *si haberi ff. de minor.* vbi quod vicini, †& consan-
guinei optimè probant ætatem, & ibidem *Sapia*
num. 28. Odd. de rest. in integr. qu. 37. art. 4. nu. 48. &
seqq. Menoch. præsumpt. 51. nu. 42. lib. 2. Franch. dec.
119. n. 9. Rota dec. 737. n. 1. & 779. nu. 9. par. 3. recent.
16 & hæc vltima decisio loquitur † de testibus qui
interfuerunt Baptismo. Et est etiam consideran-
dum, quod mater Iosephi de Garris lactauit dict.
Michaelem natum anno sequenti, quo natus erat
d. Ioseph. & vocati fuerant, *vt dicitur lactis*, vt de-
ponunt soror eiusdem Nutricis, & prædictus Io-
seph, ac eius Auuunculus, & fratrer d. Nutricis,
qui subiungunt, quod d. Ioseph erat ætatis 44. an-
norum quando ipsi fuerunt examinati de anno
1633. mense Decembris, vnde si dictus Ioseph
præcedebat Michaelem vno anno, sequitur per-
necesse, quod Michael de tempore oppositionis
sequutæ in anno 1631. esset ętatis 40. annorum,
& ætas d. Iosephi comprobatur, quia fuit promo-
tus ad ordines minores de anno 1604. quo tem-
pore fuerunt examinati testes, qui deposuerunt il-
lum natum esse de anno 1598. ex quibus testibus
17 etiam quod dicerentur singulares benè probatur
ætas *Farin. frag. crim. lib. 1. lit. A. verb. ætas n. 166.*
& num. 187. & num. 575. Mantic. dec. 25. num. 3.
& 124. nu. 2. & dixit *Rota in Causa Elnen. Canoni-*
catus 16. Iunij 1631. coram R. P. D. meo Ghisilerio,
quæ est dec. 45. nu. 11. par. 6. recent.
18 Quia cum ætatas de † sui natura sit difficilis
probationis probari potest per coniecturas, &
indicia, *l. cum de ætate vbi gloss. ff. de prob. l. cum te,*
C. eod. tit. Alciat. præsumpt. 14. n. 8. & seqq. reg. 2. Soc-
cin. Iun. cons. 3. num. 2. vol. 1. præcipuè quando agi-
19 tur de ætate † longæua, prout in casu isto de
ætate 40. annorum *Rot. dec. 260. num. 1. par. 2. d. u.*
Mant. decis. 124. num. 2. & fuit dictum *in d. causa*
Elnen. num. 9. & seqq.

Neque prædictæ probationes redduntur æqui-
uocæ ex quo Petrus habuit alium filium, qui vo-
cabatur Michael, quia imò confirmantur, cum
20 non repugnet, quod plures fratres † vocentur
eodem nomine, dum solent distingui ex numero
videlicet primus, & secundus, & vt deponunt te-
tes Doctor Michael, qui hodie viuit in Scholis
vocabatur *il Vecchiarello*, & dicunt, quod erat
21 maior natu suorum fratrum, & dant † rationem
vt dictum est, quia erant condiscipuli addentes,
quod quando Michael secundus cœpit ediscere
literas, Michael primus, de quo agitur sciebat
legere, & scribere, & cessat omnis difficultas,
quia constat Michaelem secundum obijsse de
mense Martij anni 1605. & cum hoc nomine se-
cundi describitur in libro mortuorum Ecclesiæ,
22 in qua fuit sepultus, † qui liber probat obitum,
& dictam qualitatem secundi, licet non sit liber
proprij Parochi, quia sufficit, quod reperiatur
23 descriptus † in libro legaliter tento in d. Eccle-
sia, in qua fuit sepultus, & de libro Hospitalis
dicit *Surd. cons 580. num. 36. vol. 4.* & secuta est *Ro-*
ta in causa Elnen. Hæremitorij 7. Februarij 1631. co-
ram R. P. D. meo Merlino, quæ est dec. 13. nu. 4. par. 6.
recent.

Et tollitur etiam istud æquiuocum ex disposi-
tione matris facta de anno 1611. quę legauit cer-
ta stabilia huic Michaeli primo, nominando il-
lum natu maiorem, quæ matris assertio non po-
test referri ad alium Michaelem, tum quia vt di-
ctum est ille obijt de ann. 1605. & sic per quin-
quennium ante d. dispositionem, tum quia erat
24 minor natu ex supradictis, & ista † probatio,
seu declaratio elicita ex dispositione matris, tol-
lit omne æquiuocum, *Bal cons. 19. num. 4. vol. 5.*
Curt. Iun. cons. 118. num. 8. Ruin. consil. 194. num. 8.
vol. 1. Caual. dec. 1. num. 3. Rot. decis. 262. num. 3. in fin.
post 2. volum. cons. Farin.

Nec prædicta eliduntur ex quo quatuor Scri-
bæ Toletañ declararunt, quod partita libri Bap-
tismatis videatur supposita, illorum enim ratio-
nes non subsistunt, mouentur enim ex diuersita-
25 te atramenti, & caracteris, † quæ diuersitas re-
torquetur, & magis corroborat d. partitam, cum
diuersis temporibus, & à diuersis Parochis de-
scribantur partitæ Baptizatorum, vt considera-
uit *Rota in decis. 207. num. 12. coram Reuerendiss. D.*
meo Episcopo Vrgellen. Nec etiam est habenda in
consideratione, quod charta sit magis, vt vul-
gò dicitur, *Liscia*, nam dicti Scribæ conuincun-
tur de mendacio, cum in dicta carta adsint, aliæ
partitæ, quas non dicunt esse suspectas, & tamen
si carta esset magis, *Liscia*, non posset dicta qua-
litas adaptari ad partitam Michaelis tantùm, sed
etiam omnes alias partitas comprehenderet, &
prætensa abrasio lineæ ante principium partitæ
26 quatenus esset † vera nihil facit cum non sit in
corpore ipsius partitæ, sed ante illam, vt benè
in puncto est *text. in cap. literis de fid. instr.* vbi dici-
27 tur, † quod per rasuram in simplici narratione
facti non vitiatur scriptura, & ibidem notant
communiter DD. quos refert, & sequitur *Farin.*
de fal. qu. 153. num. 71. cum seqq. Genua de script. priu.
lib. 1. qu. 6. princ. num. 10. Hinc meritò ista attesta-
tio

tio Scribarum nunquam in actis fuit producta quamuis pro parte Michaelis de hoc sæpè fuit oppositum, quare de illa non est habenda ratio.
28 Quia non censetur in iudicium deductum, quod non est in eo productum, *Bald.in l.1.num.11.vers. quia non potest C.de sent.ex breui recit.* Habetur enim
29 ac si non esset in rerum natura *Castr.in l.ait Prætor 5.§ si Iudex post medium vers & pro hoc vide ff. de re iudic.* & latè *Rota in rec.par.1.dec. 404. num. 12. & par.5.decis.197.num.15.& seqq.& dec.285.nu.5.* & eo magis ista procedunt, quia dicti Scribæ fuerunt pro parte Michaelis allegati suspecti.

Nec etiam prædicta eliduntur ex quo Michael de anno 1610. dum fuit matriculatus in studio Compluten. dixerit se esse annorum 16. & extraiudicialiter alias negauerit se habuisse aliũ fratrem nomine Michaelem, quia testes deponunt, consuetudinem esse, quod scholares dum referuntur in matricula fingant se iuniores, vt magis eluceat eorum peritia, & liber matriculæ
30 nihil facit ad ætatem, sed dumtaxat, vt probetur, quod aliquis sit Scholaris, vt per *Bart. in l.fin.num.2.C.de reb.cred.Paris.cons.119.num.16.vol. 4.Dimius cons.152.num.17.vol.2.Hond.cons.78.numer.8.vol.2.Genua de script.priu.lib.4.fol.260.nu.1.* & dicta confessio extraiudicialis, quod Doctor Michael non habuerit alium fratrem nomine
31 Michaele non videtur probata quia testes super ea deponentes videntur singulares, qui non sufficiunt *Cæs.de Graff.decis.4.de sent.& re iud.Seraph. decis.1172.num.5.Rot.in recent.par.2.decis 700.n.33. ad fin. & par.5.dec.177.num.15.* & dicti testes sunt Canonici Ecclesiæ Toletanæ, & sic membra
32 Capituli, quod habet interesse in causa, & ideò illis non est adhibenda fides, *l.nullus & l.in omnibus ff.de test.Felin.in cap.insuper num.5.de test.Farin.eod.tract.qu.60.num.2.Buratt.dec.113.num.2. & 237.num.11.& par. 5. recentior decis. 159 num.21.* Imò cum contrarium idem Michael professus fuerit ante actum electionis, hoc est attendendum, *Aymon.cons.61. num. 3. Gabr. de testib.concl. 4.num.75.sanct.mem.Greg.decis.157.num.3.vbi Add. num.7.Buratt. decis. 316. num. 8.* Iustificatis igitur electione, & ætate Michaelis resultat pernecesse, quod ei sit adiudicandus Canonicatus, cum sit qualificatus, ex quo iamdiu fuit Collega maioris, & insignis Collegij Vniuersitatis Compluteñ, & propter eius præexcellentiam fuit ad sacros ordines absque patrimonio promotus, & per concursum assecutus fuit Canonicatum Sacræ Scripturæ in Ecclesia Paceñ, sit nobilis, & insignis Doctor Theologus, in Hispanijsque summoperè existimatus, & in vinea Domini fructuosissimè laborauerit, & de validitate ipsius electionis non possit dubitari, cum de ea ipse doceat per confessionem partis, & per alia, vt supradictum, ipsique sufficiat probare electionem,
34 neque teneatur probare etiam esse Canonicam, quia talis præsumitur, & qui negat etiam esse talem tenetur iuris ordine seruato hoc probare, cum extraiudicialiter procedatur ad illam, vt statim dicetur *Lapus Abb.in cap.licet Episcopus numer.3.& seqq.de preb.in 6.Gemin.ibid.num. 12.* statim post princ.vers sufficit *Ioan.Andr in cap. sicut numer.11.vers.ex hoc videtur de sent.& re indic.* vbi in
35 puncto † quod si aliquis defectus opponatur contra electionem opponens tenetur probare, *idem Io.Andr.in cap.1.n.1.de concess.preb in 6.Agyd. decis 76.num.2 vers.modo*, & ista adeò vera sunt, vt ipse electus non teneatur probare validitatem
36 suæ † electionis nisi alius possideat *Gemin.loco citato vers.si autem possessor*, & sentit *Aegyd. pariter loco citato Lapus Abb.d.num. 3. vers. si autem possessor Io: Andr. in d.cap.1.num. 1.* vbi quod electus,
37 † non tenetur probare nisi præsumptio sit contra electores, *& in d.cap sicut num.11.* dicit, quod electus non tenetur probare nisi ius hoc præcipiat, vt debeat interuenire in electione scriptura, quia tunc ius videtur velle, vt per electum probentur solemnitates, in casu autem isto nec adest possessor, quia possessio capta per Becerra fuit
38 capta lite † pendendete, & ideò est attentata, & nullius considerationis *cap. non solum de appellat. in 6.sanct.mem.Greg.dec. 503. num. 1.* Nec fomentum Capituli post aliquid operari, cum non seruauerit formam Constitutionum Sixti, & Leonis, vt statim dicetur.

Nec etiam præsumptio est contra electores neque ius, aut Constitutiones Sixti, & Leonis volunt, quod electio redigatur in scriptis, &
39 hoc solum quando Ecclesia viduatur, † quia tunc est seruanda forma *cap quia propter de elect.* & quia vota sunt redigenda in scriptis, et licet dictæ Constitutiones Leonis, et sa.mem. Greg.loquantur de edictis proponendis, quę non possunt fieri sine scriptura, tamen non imponitur
40 aliqua solemnitas, † et propterea intrant prædicta, quod sufficit electo allegare electionem, et fuit etiam resolutum coram me *in d. causa Legionen. Canonicatus Magistralis 12. Iunij 1637. quæ est dec.289.par.6.recent.*

Et d. Michael debet obtinere d. Canonicatum etiam, quod fuerit electus in paritate vocum, cum Becerra, nam Leo X. in suo Motu proprio, qui habetur apud *Garz.de benef.par 5. cap. 4. numer.169.col.3.in fin.* statuit, quod si duo habuerint
41 vota paria, electio debet dirimi per sortem, quæ habeatur loco electionis, et prouisionis, vnde in proposito cum duo tantum habuerint pari-
42 tatem vocum erat locus electioni per sortes, et propterea Capitulum non potuit gratificari Becerræ, nec ei opitulatur Bulla sanct.mem. Greg. quæ dat electionem Capitulo, quia non loquitur in casu, quo vota sint paria, prout in casu isto, et ideo iste casus remanet in dispositione Bullæ Leonis, *l commodissimè de liber. & posthum.*

Et quamuis *Garz. vbi sup.num.205. & seqq.* fa-
44 ciat motiuum, quod non solum sit attendeñ paritas vocum, sed etiam paritas aliarum qualitatum, quia Leo Decimus confirmat Bullam Sixti Quarti, quæ vult, vt habens maiores qualitates præferatur, et *num. 207.* dicit ita pluries fuisse seruatum, tamen *num.208.* dicit hanc sententiam esse omninò falsam, quia Bulla Leonis claris verbis loquitur de patitate votorum, et si loqueretur de paritate in omnibus nunquam deuenire-
45 tur ad sortes, quia moraliter loquendo, non daretur casus, quod vterque esset æquè nobilis, *& num. 210.* dicit non obstare, quod literæ Sixti Quarti cum omnibus in eis contentis sint approbatæ per Leonem, quia intelliguntur præterquam in

in illis, quæ per Leonem statuuntur, nam etiam per Sixtum Quartum fuerat statutum, quod dd. Canonicatus deberent prouideri graduatis in Vniuersitalibus Hispaniæ, et tamen Leo statuit, quod possent prouideri Hispanis Collegij Bononien ibi graduatis, et ad obseruantiam, de qua dixit *d. num.* 207. respondet *num.* 211. quod cum sit contra claram dispositionem Leonis, cuius
46 verba sunt clara non est locus obseruantiæ interpretatiuæ, *Aretin. cons.* 34. *num.* 5. *&* 215. *num.* 2. *Rota decis.* 108. *num* 6. *par.* 1. *diu. & decis.* 37. *num.* 27. *par.* 2. et non potest dici consuetudo interpretati-
47 ua, cum non afferatur † lex dubia super qua fundari possit talis interpretatio *cap. cum dilectus de consuetud. l. minime l. si de interpretatione de legib.* & fuit dictum *in causa Hispalen. voti* 15. *Martij* 1586 *coram Gypsio.*

Ex quibus omnibus sequitur, quod cum hodie solum superstit d. Doctor Michael Ferrer, & Becerra sit mortuus, & sic per mortem cesset eius habilitas non est locus sorti, aut discussioni qualitatem, sed superstiti est debitus Canonicatus,
48 quia † non est deuenien. ad sortes, aut qualitates, nisi inter habiles *ad l. gradatim vers. et si lege ff. de munerib. & honoribus Io. Guttier. cons.* 31. *num.* 21. *&* 22. *&* 26. ita & in puncto *Garz. de benef. d. par.* 5. *cap.* 4. *num.* 212. *in addit.* vbi firmat id non esse di-
49 cendum † si inhabilis habuisset maiorem partem votorum.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. ROIAS.

postea Episcopo Tarraconen.

Romana Casalis Aguzani.

Mercurij 27. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Conditio si sine liberis, quæ etiam in fideicommissis expirat per mortem cum filijs, extenditur ad omnes, & vlteriores descendentes, vbi agitur de fideicommisso absoluto, perpetuo, & successiuo, Dispositio *text. in auth. quæ* optimè in hac decisione declaratur, tàm quoad casum subsidij, quando illud non intrare prætenditur, cui scilicet hoc onus probandi pertineat, quam quod materiam reincisionis bonorum in fideicommissum matrimonio sine liberis dissoluto, saltim ratione piæ causæ, quàm etiam quoad casum dotis constituendæ de fructibus bonorum fideicommissi; plura quoque de congruitate dotis, & an filia possit sibi omnia bona fideicommissi in dotem constitnere dicuntur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum absolutum perpetuum, & successiuum ex quibus inducatur.*
2 *Conditio si sine filijs in fideicommisso absoluto perpetuo, ac successiuo extenditur ad omnes filios.*
Qui tenentur vni alteri restituere, donec hæreditas ad vltimum vocatum perueniat ibidem.
3 *Fideicommissum absolutum, perpetuum, & successiuum resultat ex pluribus substiiutionibus factis per verbum in infinitum cum prohibitione alienationis.*
4 *Instrumentum diuisionis inter hæredes factæ probat bona esse hæreditaria, & fideicommisso subiecta.*
5 *Immissio conceditur fideicommissario docto de fideicommisso, purificationc illius, & quod bona fuerunt in hæreditate fideicommittentis reperta.*
6 *Immissio denegatur fideicommissario, quoties hæredi competit retentio ratione dotis filiæ, vel neptis fideicommittentis.*
7 *Hæres, cui competunt detractiones non potest grauari restituere fideicommissario bona fideicommisso subiecta illis non factis.*
8 *Bona fideicommisso subiecta possunt pro constitutione dotis alicuius descendentis à fideicommittente, de fideicommisso separari.*
9 *Bona fideicommisso subiecta quoties reperiuntur distracta vigore* auth. res quæ, C. comm. de legat.
Tunc asserenti non intrare dispositionem d. l. ex quo aderant bona libera, incumbit onus probandi, ibid. & num. seqq.
10 *Fideicommissarius vindicare prætendens bona alienata* vig. auth. res quæ *probare tenetur ad fuisse bona libera, & sup. num.* 8. *& seq. ac infra num. seq.*
11 *Præsumptio stat pro possidente.*
12 *Possessio capta in vim sententia suspenditur per appellationem.*
Appellationis effectus est omnia in eo statu reponere, in quo erant ante sententiaam, numero 12.
13 *Litis initium attendi debet ad cognoscendum quis dicatur actor, vel reus.*
14 *Dispositio* text. in auth. res quæ *intrat cum bona libera non adsunt.*
15 *Probibitio fideicommittentis ne bona alienentur etiam ex causa dotis non potest tollere dispositionem auth.* res quæ.
16 *Dispositio* aut. res quæ *habet locum, siue alius constituat, siue filia se ipsam docet.*
17 *Dispositio* auth. res quæ *non tantum fundatur in præsumpta voluntate testatoris, quam in publica vtilitate.*
Nuptiæ replent Ciuitates hominibus. num. 17.
18 *Dos, quæ ex bonis fideicommissi detrahi debet ex fructibus constituenda venit.*
19 *Intellige si de tempore dotationis fructus existerent ad constitutionem dotis sufficientes, & num. seq.*
20 *Dos debita ex bonis fideicommissi, ad hoc, vt de fructibus veniat constituenda non est sufficiens fructus fuisse perceptos, & ab hærede grauato consumptos.*
Sed necessarium est illo dotationis tempore extare ibid. & num. anteced.
21 *Mulierem dotari ex fructibua infuturum percipiendis de iure non subsistit.*
22 *Mulier fructus, quos ex bonis fideicommissi percepit ante contractum matrimonij illos imputat in dotem.*
Intellige, vt num. seq.
23 *Fructus per maritum percepti post contractum matrimonium imputantur in dotem pro ea rata, quæ congruam dotem excedit.*
24 *Dos assignata ex bonis fideicommissi vni ex sororibus*

bus tempore, quo viuebat frater masculus.
Non benè infert ad eam dotem, quæ alteri sorori, vel fuit assignata, vel assignari debet post mortem illius, ibidem.
Dote congrua in taxanda non attenditur, tempus præteritum, aut futurum, sed præsens considerari debet num. 24.
25 *Dote in constituenda inspiciendum est quid cum fæminis de eadem familia fuerit obseruatum.*
Excessus in dote de iure non præsumitur, num. 25.
26 *Excessus in dote vbi non est clarus, sed turbidus ad petitorium reycitur.*
27 *Dos præsumitur congrua etiam quod excedat legitimam attenta qualitate, diuitijs viri.*
28 *Dos congrua præsumitur.*
Filia potest sibi in dotem assignare omnia bona fideicommissi, & quando numero 28. 31. & seq.
29 *Constitutio Pij Quinti super moderatione dotium fuit derogata per Constitutionem Gregorij XIII.*
30 *Derogatio præsumitur ex lapsu longissimi temporis cum obreruantia.*
Constitutio Sixtina super moderatione dotium an locum habere possit, vbi concurrit obseruantia cum lapsu longi temporis num. 30.
31 *Mulier non potest sibi maiorem dotem constituere in præiudicium fideicommissi habita ratione qualitatis viri.*
Cum debuisset nubere pari, ibid.
Dotis congruitas ex quibus deducatur. num. 31. & seq.
32 *Fideicommissum euerti parum refert dummodò mulieres congruam dotem recipiant, & sup. num. anteced. & num. 28.*
33 *Onus dotandi non expirat in dotibus filiarum primi gradus, sed transit ad omnes descendentes fideicommittentis.*
Remed. auth. res quæ suffragatur omnibus descendentibus num. 33.
34 *Amplia etiam in illis, quæ fuerunt concepta longè post obitum Testatoris.*
35 *Verba veniunt accipienda in potentiori significatu.*
36 *Mulier præsumitur sibi dotem constituisse meliori, & pleniori titulo, quo potuit.*
37 *Enunciatiua non probat cum præcipuè dubitatur de veritate enunciati.*
38 *Confessio fideicommissi intelligi debet quatenus adsit fideicommissum.*
39 *Confessio, vt non debeat attendi sufficit, quod non sit omninò clara.*
40 *Positiones datæ à procuratore sine speciali mandato ad sic ponendum nihil probant.*
41 *Confessio enunciatiua emanata ad alium finem non præiudicat.*
42 *Fideicommissum an adsit, vel ne consistit in iure.*
43 *Fideicommissum facere per simplicem confessionem non possunt grauati.*
44 *Bona à Fideicommisso distracta vig.* auth. res quæ *matrimonio sine liberis dissoluto redeunt ad fideicommissum, saltim fauore piæ causæ.*
Contrarium seruat Rota vt num. 46. & seq.
45 *Matrimonij causa dicitur temporalis, donec maneant reliquiæ matrimonij.*
Causa temporalis temporalem effectum habere debet. num. 45.
47 *Mulier fideicommisso grauata, intelligitur onerata restituere quod superest vltra dotem.*
48 *Bona semel à fideicommisso distracta, quod redeant ad fideicommissum in iure cautum non reperitur.*
49 *Regressus non datur de priuatione ad habitum.*
50 *Effectus distractionis bonorum à fideicommisso propter dotem semper durat, licet matrimonij causa de medio tollatur.*
Si Priuilegium piæ causæ præualere non debet doti descendentium fideicommittentis.

DECISIO CCLXV.

PRæuijs pluribus decisionibus in hac causa tàm coram Reuerendiss. Durano * quam coram R. P. D. meo Carillo fuit concessa Immissio DD. Marchioni, ac fratribus de Maximis super Casale Aguzzani controuerso vigore fideicommissi q. Francisci de Salomonibus, purificati ad fauorem q. D. Cleriæ Marchionissæ de Maximis matris d. Marchionis, ac fratrum, cuius ipsi extant hæredes, ex quo constitit D. Franciscum in suo Testamento instituisse heredes vniuirsales Cleriam, & Vincemtiam eius filias quibus substituisse filios masculos legitimos, & naturales, & filiorum filios, & nepotes in infinitum, & in defectum masculorum filias, & Nepotes fœminas pariter in infinitum, easque ad inuicem substituisse vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum addito deindè, quod casu quo altera ipsarum nempè Cleriæ, & Vincentiæ, vel alterius ipsarum filij, vel filiæ nepotes, vel neptes in infinitum decederent sine filijs legitimis, & naturalibus, aut filiarum filijs masculis, vel fœminis descendentibus, vt supra in infinitum substituit alteram ipsarum superuiuentem, vel illius filios legitimos, & naturales, & filiorum Nepotes, & pronepotes masculos, vel fœminas in infinitum.

Successiuè constitit Vincentiam sine sobole decessisse, & ex d. Cleria natam fuisse Isyfilem, Victoriam, ac Prosperum, & ex Prospero præmortuo Virginiam, necnon ex Victoria venisse in lucem Ioannem Baptistam, ac Cleriam Marchionissam de Maximis, ex qua orti sunt DD. Marchio, ac fratres, quibus fuit concessa immissio vigore prædicti fideicommissi vti purificati ad eorum fauorem. Præcedente legitima descendentia optimè probata per publica documenta, dictaq; verba dictum fuit importare
1 fideicommissum † perpetuum successiuum, & absolutum inter omnes vocatos, quo casu benè receditur à vulg. *cons. Oldrad.* 21. ex quo condi-
2 tio si sine filijs extenditur † ad omnes filios vocatos in perpetuum, itaut vnus alteri restituere teneatur donec hæreditas ad vltimum vocatum perueniat *Fusar. de substit. quæst.* 430 *num.* 2. *Rot. dec.* 480. *num.* 2. *par.* 1. *recent.* & fuit coram me resolutum *in Spoletana fideicommissi* 16. *Ianuarij præteriti*, quodq; euidenter constare ex vocationibus, & substitutionibus factis per verbum, *in infini-*
3 *tum* vna cum prohibitione † alienationis optimè resultet perpetuum, & successiuum fideicommissum firmat *noster Molin. de Hispan. primog. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 24. & 25. *Castill. tom.* 6. *controu.* c. 117. *per totum*, *Rota dec.* 121. *num.* 4. *par.* 2. *diuers.* & *ind.*

in d. Spoletana fideicommissi coram me.
Constitit etiam de identitate Casalis ex instru-
mentis diuisionum inter filios, & hęredes Cleriæ
4 senioris † vti de bonis hæreditarijs fideicommissi
ex quibus Casale fuisse fideicommisso suppositum
benè probatur *Peregrin. de fideic. artic. 44. num. 5.*
Fusar. de substit. quæst. 118. num. 11. Rota decis. 706.
num. 1. par. 2. recent. Vlterius constitit Casale
fuisse repertum in hæreditate prefati Francisci
5 de Salomonibus, † quibus concurrentibus im-
missio nequijt denegari *Rota decis. 330. num. 2. &*
3 par. 5. recent. cum vulgat.
Lata postmodum sententia per R.P.D. meum
Carillum, mihiq; in gradu appellationis causa
commissa proposui pluries debitum, An sententia
Rotalis esset confirmanda necne. Domini à
principio non erat Concordes postea sub die
16. Decembris 1639. fuit ordinatum, vt vide-
retur de detractione dotis Victoriæ. Tandem
post plures causæ propositiones materia plenè
discussa, articulo sæpiùs disputato fuit hodie
resolutum sententiam Rotalem esse infirman-
dam.
Moti ex eo, quia non poterat concedi im-
missio DD. de Maximis in possessione Casalis
Aguzani vti subiecti fideicommisso Francisci Sa-
lamonij, & nuper ad Alexandra de Blanchis
possessi, ex quo Alexandræ, & ex eius persona
PP. S. Siluestri, & DD. de Garauinis illius lega-
6 tarijs competebat retentio, ac detractio † ratione
assignationis eiusdem Casalis in dotem traditi
eidem Victoriæ, quo casu immissio erat retar-
danda iuxta *test. in l. coheredi, §. cum filia ff. de*
vulg. & pupil. Greg. XV. decis. 185. num. 1. & fuit
dictum *in Bononien. fideicommissi 1. Decemb. 1625.*
coram R.P.D. meo Pirouano. Alioquin non factis
7 detractionibus † hæres grauaretur in restituendo
plusquam restituere iussus esset, *Surd. dec. 333.*
num. 18. vers. & ratio est, Rota dec. 88. num. 26. in
fin. vers. quantum attinet ad secundum, cum duobus
sequen par. 6. rec.
Detractio ex fideicommisso supradicto, &
quæ reddit sententiam notoriè iniustam erat, &
est dos Victoriæ neptis fideicommittentis, & sic
totum istud Casale Aguzani, quod sibi assigna-
uit in dotem, quæ assignatio de d. Casali, licet
8 fideicommisso subiecto † in subsidium validè
potuit constitui vigore *Auth. res quæ C. com. de*
legat. Eoque præsertim, quia in præsenti non tra-
ctatur de dote, assignanda, sed de assignata,
9 eaq; assignatio subsidiaria præsumitur † nisi pro.
parte d. Marchionis probetur existentia aliorum
bonorum liberorum, quod non probatur *Peregr.*
de fid. art. 42. num. 73. & distinguendo vtrumq;
casum resoluit *Rota in Bononien. fideicommissi de Ru-*
beis 15. Ianuarij 1620. coram bo. mem Vbaldo, præ-
cipuè quia Casale assignatum possidebatur à
rei conuentis habentibus causam mediatam à
Victoria, quibus propterea non incumbit onus
probandi hanc negatiuam, sed Dominis de
10 Maximis vindicantibus † Casale vti fideicom-
misso suppositum erit probanda existentia alio-
rum bonorum vti fundamentum suæ intentionis,
11 cum præsumptio † stet pro possidente, vt dixe-
runt *Curt. sen. cons. 27.* quem refert, & sequitur
Molin. de Hispan. primog. lib. 4. cap. 7. num. 36. Odd.
de fideicomm. quæst. 43. ar. 5. num. 101. cum s
Fusar. de subst. quæst 531. num. 125. quam sem
amplexa est *Rot. vt in decis. 161. num. 18. par.*
diuers. & decis. 920. num. 7. coram Buratto
decis. 154. num. 2. & 210. num. 7 par. 6. recent. &
Mantuana bonorum 16. Iunij 1636. coram Rem.
diss. D. meo Decano.
Nec obstat quod Domini de Maximis a
perint possessionem d. Casalis in vim sente
12 Rotalis, quia illa est suspensa † per app
tionem, cuius effectus est reponendi omnia
illo statu, in quo erant ante sententiam *Sera*
decis. 1422. num. 1. Caualer. decis. 730. num.
& ad effectum agnoscendi quis sit actor, vel
13 ac teneatur dd. probbationes facere † an ex
alia bona nec ne venit attendendum litis initi
vt *pelin. in cap. significauerunt num. 15. de ex*
Bald. in l. si hi qui num. 3. C. de appell. Crauet.
182. num. 2. Caual. dec. 630. num. 1. & fuit
in Romana domus ad Turrim Sanguineam 3.
1621. & 2. Iunij 1622. cora Patriarcha Manzan.
& par. 6. recent. decis. 154. num. 2.
Nec Domini habuerunt difficultatem qu
Victoria potuerit sibi dare in dote totum Ca
14 Aguzani † ex eo, quia alia bona non adi
libera intrat dispositio *d. auth. res quæ. C. com.*
leg. non obstante prohibitione fideicommitte
15 ne bona alienentur etiam † ex causa dotis,
per Paul. de Castr. cons. 80. num. 1. vers sed hoc
obstat lib. 1. Dec. cons. 579. num. 4. versic. sicut
etiam, Fachin. contru. lib. 4. cap. 48. Cras. in §.
deicommissum quæst. 57. Peregrin. de fid. artic. 42.
num. 9. vers. eius tamen, Marescott. var. resol. lib.
cap. 69. num. 16. Surd. decis. 72. nu. 12. Thesaur d.
192 sub. num. 10. vers. nec etiam, & magistra
resoluit *Rota in Romana Dotis 30. Martij. 6*
coram bo. mem. Card. Verospio impres. apud. Fen
ad Stat. Vrb. decis. 93 per. tot. & par. 6. recent.
cis. 312. nu. 6. Gratian discept. 832. nu. 38. hoc
16 procedit siue alius constituat, siue filia se ipsa
dotet, vt est *text. expressus in l. mulier 22. §.*
proponeretur, ibi: (*eaque dotem marito dedisse*)
ad Trebell. ea ratione quia *Auth. res quæ* fun
tur non tam in præsumpta voluntate testatoris
17 quàm in publica vtilitate prouenienté ex
quod facilius nuptiæ contrahantur, per qu
hominibus Ciuitates repleantur, vt *in §. quam*
brem in Auth. de rest. quam rationem pondera
Rota in d. Romana dotis coram bon. mem. Card. V
rospio apud Fenzon. decis. 93.
18 Nec pariter obstat, quod dos debuerit
tius constitui ex fructibus Casalis, vt *per Ser*
phin. decis. 481 num. 3. Adden. ad Greg. XV.
19 *543. num. 4.* Quia hęc conclusio esset vera,
pro parte d. Marchionis doceretur, quod
tempore dotationis fructus prædicti existeren
Molin. de Hispan. primogen. lib. 4. cap 6. nu. 5. Fu
sar. de substit. quæst. 531. num. 120. itaut non
20 ciat fructus fuisse perceptos, & ab hærede g
uato consumptos, vt fuit resolutum *in Peru*
dotis 9. Iunij 1614. coram bo. mem. Vbaldo per
dec. 587. de quo non constat, nec est verum
quod testator mandauerit dotari ex fructib
in futurum percipiendis, nec in iure subsisti
21 quod Victoria esset dotanda ex fructibus in
futurum percipiendis, ex quo *text. in d. l. mulier*
22.

22.§. *cum proponeretur ff.ad Trebel.* loquitur quando mulier fructus iam perceperat de tempore
22 contracti matrimonij, in quibus terminis loquitur *Gratian.discept.832.num. 42. & 43. Seraph. decis. 465. sub num.1. & 481.num.3.* cum fructus percepti post contractum matrimonium non computentur in dotem, nisi proportionabiliter
23 ad eam partem bonorum datorum marito, quæ congruam dotem excederet, vt post *Alex. in d.§. cum proponeretur* optimè declarat *Peregr. de fid.art. 42.num. 71. vers. intellige.*

Si dicatur in constitutione dotis legi assignatam nedum portionem Victoriæ competentem in isto Casali, verum etiam quicquid illi competebat in domo ad Arcum Camiliani, & in Casali S. Spiritus, & in Castris Petrellæ, & Plani Mileti, ac alijs bonis spectantibus ad eam in Territorijs dd. Castrorum, quo posito sequeretur excessiuitas dotis, cessat obiectum, quia detractis bonis feudalibus, nempè dd.Castri, & territorijs ante contractum matrimonium deuolutis ad Cameram super quibus apparet eandem Victoriam nullum ius habuisse, sed solas prætensiones, patet ex diuisione postea facta inter eam, & sorores auctoritate Apostolica minuta nil aliud ipsi obtigisse præter Casale Aguzanum æstimatum in scutor. 10700. cum onere soluendi annua legata ascendentia ad quartam partem huiusmodi valoris; item tertiam partem domus ad Arcum Camiliani valoris scutorum 2566. Casale aut Collis S.Spiritus, & aliæ portiones domus fuerunt in diuisione assignatæ sororibus, adeout tota dos Victoriæ ad summum vix excesserit scutor. 10. mill.

Minus obstat, quod alteri sorori Victoriæ fuerit assignata dos solum sc. 6000. quia placuit responsio data, quod tunc viuebat frater masculus; qui tempore contracti matrimonij per
24 Victoriam prædecesserat, & in taxanda congrua dote non debet attendi tempus præteritum, aut futurum, sed præsens, dum matrimonium contrahitur, vt iu terminis *Auth. res quæ not. ibi Bald. num. 16. vers. nisi inspecto Honded. conf. 10. num.31. & 35. com.seq lib. 1. Peregr.conf. 14. num. 14. & 15. lib 2. Rota decis. 210.num. 8. par. 6. rec. & in Romana fideicommissi 16. Martij 1640. coram R.P.D. meo Bichio*, & quamuis tempora antecedentia, vel sequentia essent attendenda id faueret Victoriæ cum filiæ eiusdem Victoriæ, nempè D.Cleriæ Marchionissæ de Maximis fuerit constituta dos sc. 17. mil.ex qua vel excluditur ex-
25 cessus, cum in constitueñ. dote inspicien. sit quid cum fœminis de eadem familia fuerit obseruatum prout obseruant *Menoch.conf. 293.nu.7. Thesaur. decis. 192. num. 1. Fusar. de substit. quæst. 531. num 166.* quos refert & sequitur *Rota decis. 49. num. par.6. racent.* Ex excessus de iure non præsumitur in dote *Gabr. conf.20. num. 68. lib. 2. Rota decis. 28. num. 12. & 88. num.1.par.5. recent.*
26 vel in omnem casum redditur turbidus adhoc vt de excessiuitate veniat videñ in petitorio, & interim concedenda Actori reintegratio, vt dixit *Rota in Tudertina dotis coram R. P. D. meo Merlino apud Mangil.de subhast.dec.105.num.4.*

Vltra, quod congrua dos præsumitur in omnibus bonis enunciatis attenta qualitate, & diui-
27 tijs † viri etiam, quod legitimæ quantitatem dos excederet, *vt per Menoch.conf.247.nu. 46. Cephal.conf.668.num. 9.* Nupsit enim Victoria anno 1575 Ascanio Rebibæ nepoti Cardinalis Pisarum & fratri Prosperi Patriarchę Constantinopolitani, Io. Dominici Episcopi Hortoneñ cui propterea dedit in dote totam suam portionem Casalis Aguzani, & aliorum bonorum per eam possessorum in communione cum Isyphile, & Virginia ex d. Victoria venerunt in lucem Cleria mater DD. Marchionis, & Fratrum de Maximis, necnon q. Io: Baptista hæres Victoriæ, qui nupsit Camillæ Riccię cum dote sc.6000. ex quo natus fuit Carolus, qui decessit absque filijs, hæredemquè instituit q. Alexandram de Blanchis, à qua causam habent RR. Patres S. Siluestri, ac DD.
28 de Grauinis. In omnem casum pręsumptio † stat pro dotis congruitate, iuxta quam etiam omnia bona fideicommissi potuisset sibi assignare in dotem Victoria, *vt per Bald.in d.auth.res quæ C.comm.de leg.Petr.de Anch.conf.152.num. 16. Fulgos.conf.32.in fin.1.col.Pereg.de fideic.art.42.num.26. Mant.decis.329.num.7.Rota in Bononien. Legati de Marcscottis coram R.P.D.meo Merlino dec.88.nu. 10. par.5 recent.*

Nec extat probatus excessus dotis ex Bullis Pij V. moderatoris dotium, quandoquidem Sixtina emanauit post dotationem Victoriæ, Pianæ verò
29 Constitutioni fuisse † derogatum per Constitutionem Greg. XIII. dixit *Rota coram sanct. mem. Greg.XV.decis.267. per tot.* Vltra quod derogatio
30 præsumitur si adest aliquis excessus ex lapsu longissimi temporis cum obseruantia *Cassad.decis.3. de procur.Seraph.dec.1042.num.2. & in recent. decis. 159.num.4.par.1.& decis.31.num.2.& 177. num. 8. par.4.*& in terminis Constitutionis Sixtinæ dixit *Rota in Romana, seu Ianuen. quarti dotalis 14. Nouembris 1659.coram R.P.D.meo Panzirolo.*

Nec pariter obstat, quod Victoria non valuerit dotem maiorem sibi constituere habita ratio-
31 ne † qualitatis viri euertendo totum fideicommissum ex quo debuerat nubere pari, vt per *Fusar conf.117.num.6.* fuit enim responsum congruitatem dotis non esse deduceñ ex imparitate viri, sed ex qualitate eiusdem mulieris, ac familiæ imo ex solito familiæ habito respectu ad obitum
32 fratris masculi, & parum refert, quod fideicommissum euertatur dummodo fœminæ congruam dotem recipiant, vt per *Bald. in d. auth. res, quæ num.4.Castrens.num.5.Fusar.de substit.qu.531.n.54. Mantic.dec.152.num.3.& dec.88.num.9.& 10.p.5.& decis.312.num.36.par.6.recent.*& fuit vltimo resolutum in *Bononien. Fideicomm.16. Martij 1640. coram R.P.D.meo Bichio.* Vltra, quod in præsenti non fuit euersum totum fideicommissum cum pro fideicommissarijs remanserit pretium Casalis S. Spiritus scut.17.mil. & pretium duarum portionũ domus ad Arcum Camilliani sc. 5132.

Nihil obstat, quod Cleria Senior mater Victoriæ iam fuisset consecuta dotem, & legitimam ex bonis fideicommissarijs, prout dicitur *in dec. R.P.D.mei Garilli sub die 3. Iunij 1653. §. præter quam quod*, quia responsum fuit, quod sicuti onus
33 dotandi non expirat in dotibus filiarum primi gradus, sed successiuè transit ad omnes descendentes, ita omnibus descendentibus suffragatur

remedium *auth. res quæ ex Molin. de primog. lib. 2. ca-*
pit. 15. *num.* 5. *Surd. de alien. tit.* 1. *quæst.* 102. *num.* 10.
Rota in d. Romana dotis 30. *Martij* 1618. *coram bon.*
mem. Card Verospio apud Fenzon ad Stat. dec. 93. *vbi*
quod auth. res quæ procedit ad fauorem omnium
34 descendentium quandocumque, erit longè post
mortem Testatoris conceptarum, nec constat,
quod de tempore dotationis victoriæ quicquam
adfuisset de bonis maternis.

Nec est dubitandum, quin Victoria sibi dede-
rit in dotem totam integram portionem suam
Casalis Aguzani, nec d. assignatio facta in do-
tem venit intelligenda de portione libera, &
exempta à vinculo fideicommissi propter dispo-
35 sitionem *d. auth. res quæ,* cum † verba veniant re-
cipienda in potentiori significatu, & stat præ-
sumptio, quod mulier dederit sibi in dotem por-
36 tionem Casalis ex titulo meliori, & pleniori †
quo poterat ita *Feder. de Sen. cons.* 254. *vers. item in*
dubio, cum alijs congestis *in Camerinen. Spolij* 15.
Iunij 1609. *coram bon. mem. Card. Sacrato par.* 3. *rec.*
decis. 232.

Non facit enunciatiua fideicommissi apposita
in Instrumeto diuisionis, quia vltra quod est sim-
plex enunciatiua, quæ sufficit, quod verificetur
37 de tempore ante dotationem † secutam, & mox
dubitatur præcipuè de veritate enunciati, *iux. not.*
per Buin. cons. 170. *num.* 10. *lib.* 3. Nec aliquid ob-
stat testamentum Victoriæ, in quo disposuit de
omnibus bonis exceptis bonis subiectis fideicō-
missis maiorum, quia non ideò dixit Victoria
testatrix Casale Aguzani esse huiusmodi, & fidei-
commissum extare verificari potest in Casale
S. Spiritus, seu alijs bonis fideicommisso suppo-
38 sitis, † vel etiam intelligi debet quatenus adsit
fideicommissum, vt in similibus terminis dixit
Rota decis 74. *num.* 14. *&* 15. *par.* 5. *recent.* Vltra
39 quod sufficit quod † confessio non sit omninò
clara ad effectum, vt non veniat attendenda *Rot.*
decis. 443. *nu.* 8. *par.* 1. *recent.*

Non obstant pariter positiones, quia fuerunt
datæ à Procuratore, quem non apparet habuisse
40 † mandatum speciale ad sic ponendum, prout
requiritur *Menoch. cons* 84. *numer.* 64. *Honded.*
consil. 66. *numer.* 72. *lib.* 1. *Adden. ad Gregor. XV.*
decis. 282. *num.* 9. *& in recent. decis.* 7 9. *sub nu.* 3.
par. 2.

Quo verò ad confessiones hæredum in com-
missionibus causæ respondebant Domini, non
41 nocere † ex quo enunciarunt ad alium finem,
vt *per Rota decis.* 127. *num.* 10. *par.* 1. *recent.* & ex
42 eo, quia an fideicommissum † adsit necne consi-
stit in iure *Rota decis.* 358. *num.* 2. *par.* 1. *rec.* cum
43 grauati non possint † fideicommissum facere
per simplicem enunciatiuam, vbi non adest *Rota*
decis. 200. *numer.* 12. *par.* 1. *&* 320. *num.* 7. *par.* 5.
recent.

Ad difficultatem, & motiuum vltimo loco
excitatum, quod licet Casale fuerit assignatum
44 in dotem in vim *auth. res quæ,* attamen finito ma-
trimonio, nullisque superstitibus reliquijs illius,
quod Casale redeat ad fideicommissum saltem
fauore piæ causæ in parte vocatæ allegando do-
ctrinam *Bald cons.* 77. *lib.* 4. vbi assignat rationem,
quia causa matrimonij est temporalis donec ma-
neant reliquiæ matrimonij ideoque temporalem
45 † effectum habere debet, quod habuit *Bald.* se-
quitur *Corn. alleg. à Rimin. Iun. cons* 23. *n.* 320. *Pere-*
gr. de fideic. art. 42. *nu.* 25. *&* 28. *Mangill. de imputat.*
q. 16. *nu.* 22.

Respondetunt DD. Rotam non admittere d.
46 conclusionem † ex eo, quia in contrarium est
text. ad literam in d. l. mulier 22. §. *cum proponeretur*
ff. ad Trebell. vbi quod censetur rogata restituere
47 † fideicommissario, quod superest vltra dotem
Merlin. latè de legit. lib. 3. *tit.* 1. *quæst.* 9. *numer.* 45.
cum seqq. & præsertim num 48. *qui allegat. concord.*
pro hac opinione Fusar. de substit. quæst. 531. *nu.* 99.
Odd. de probib. alien. quæst. 43. *num.* 36. *& seq. Rota*
decis. 209. *num.* 3. vbi quod non reperitur in iure
48 cautum quod bona semel à fideicommisso † di-
stracta redeant ad fideicommissum *par.* 1. *recent. &*
decis. 312. *num.* 46. vbi quod bona semel ex fidei-
49 commisso pro dote distracta ex iuris remedio †
semper remanent libera *par.* 6. *recent.* cum de pri-
uatione ad habitum non detur regressus, quia ef-
fectus extractionis à fideicommisso consumatus
ex ipso actu dotationis ob causam matrimonij
50 † semper durat licet ipsa causa matrimonij de
de medio tollatur. *Tiraquel. in tract. cessan. caus.*
limit. 12. *numer.* 1. *Rota decis.* 196. *num.* 23. *par.* 5.
recent.

At in præsenti cessat omnis scrupulus cum
versemur extra casum quæstionis, quia ex matri-
monio Victoriæ semper adfuerunt liberi, qui pa-
51 riter filios procrearunt, nec † priuilegium piæ
causæ prçualere debet doti descendentium fidei-
committentis *Roman. consil.* 267. *Decian. cons.* 6. *n.* 10.
lib. 2. *Bursatt. cons.* 179. *num.* 14. *lib.* 2. *Peregr. cons.*
39. *in fin. lib.* 5. *& in tract. de fideicomm. artic.* 42.
num. 56. *Tiraquell. de priuil. piæ causæ priuil.* 102.
Menoch. de præsumpt. lib. 4. *præsumpt.* 189. *nu.* 120.
& 135. *&* 138. *Fusar quæst.* 131. *numer.* 34. *&* 36.
Marescott. var. resol. lib. 2. *cap.* 69. *nu.* 12. *intrig. dec.* 4.
num. 47.

Demum non obstant asserta credita anteriora,
ac executiones DD. de Maximis, quia alio iu-
dicio veniunt expedienda, ac prosequenda, &
interim spoliati sunt reintegrandi.

Ex quibus fuit resolutum sententiam Rotalem
esse infirmandam vtraque parte sępiùs informan-
te, &c.

☞ *Quæ in hac causa emanarunt decisiones coram R. P.*
D. Durano sunt in eius impressis decis. 269. 331.
343. *&* 435. *aliæ verò coram R. P. Domino Carillo*
erunt infra.

R. P. D. CARILLO.

Postea Præside VALLISOLETANO.

Nonantulana annuæ præstationis.

Mercurij 27. *Iunij* 1640.

ARGVMENTVM.

Cum omnia beneficia de sui natura præsumantur
libera, qui super illis annuam præstationem,
aut illud prætendit consequi onus, si in petitorio
agit, titulum, & quidem concludenter iustificare
tene-

tenetur, esto quod ipse reperiatur in quasi possessione exigendi, dummodo beneficij possessor tali oneri non consenserit. Vnio nec ipsa præsumitur, & quomodo testes, & enunciatiuæ cantare debeat ad iustificationem illius.

SVMMARIVM.

1 *Pensionem, seu annuam præstationem petens aduersus beneficij possessorem, qui illius oneri non consensit.*
2 *In petitorio tenetur iustificare titulum etiam si sit in quasi possessione exigendi, dummodò spatio annorum triginta non exegerit, ibidem.*
2 *Beneficia regulariter de sui natura sunt libera.*
Beneficia conferri debent sine aliqua diminutione, numer. 2.
3 *Copiæ Bullæ nihil probat.*
4 *Vnio non præsumitur, sed debet ab allegante probari in forma iuris valida.*
5 *Testes dicuntur nulliter examinati si per partem fuit petita dilatio ad conducendum interpretem denegata.*
Dilatio breuis de iure denegari non debet, num. 5.
6 *Testes deponentes de aliquo onere, puta annua præstatione super aliquo beneficio.*
Deponere debent de immemorabili, vel quadragenaria cum titulo, saltim priuatiuo, & de visu, ibidem.
7 *Iudex remissorialis caret auctoritate compulsandi scripturas.*
8 *Scripturæ compulsandæ, vt probent, debent ostendi Iudici illorum originalia.*
9 *Enunciatiuæ; vt probent vnionem requiritur, quod sint explicitæ, & emanatæ à personis non suspectis iuncto cursu legitimæ quasi possessionis.*
10 *Congrua Rectoris arbitrio Ordinarij taxari debet, itaut non sit maior centum, minor autem scutorum quinquaginta.*
11 *Congrua in taxatione Rota plurimum defert Ordinariorum arbitrio, quia censetur, quod ille beneficij qualitates considerauerit.*

DECISIO CCLXVI.

PRætendens Hieronymus Forzirolus, vti Archipresbyter minor Ecclesiæ Cathedralis Mutinæ, sibi deberi annuam præstationem scutorum 80. seu 73. ÷ monetæ Mutineñ à Rectore pro tempore Ecclesiæ parochialis S. Ioannis Baptistæ de Rocchetta iurisdictionis Abbatiæ Nonantulanæ, mouit iudicium in partibus contra Gherardum Iacomellum modernum Rectorem coram Vicario Abbatiali, qui per sententiam declarauit, dictam præstationem deberi, dummodo remaneant scuta centum eiusdem monetæ pro d. Iacomello Rectore, computatis certis cum incertis iuxta dispositionem Sacri Concilij Tridentini *sess* 24 *cap.* 13. Sed nec etiam dictæ sententiæ sic conditionali acquiescens dictus Forzirolus, iterum causam appellationis introduxit coram A. C. Locumtenente, à quo præuio examine nonnollorum testium, obtinuit mandatum de manutenendo simpliciter super exactione dictæ annuæ præstationis. Quare causa per Rectorem in Rota commissa, sine præiudicio mandati de manutenendo, & admissa quoque ad causam Mensa Abbatiali: Dubitaui in petitorio, An dicta annua præstatio debeatur, & Domini, post plures causæ positiones, tandem negatiuè responderunt.

Moti ex eo, quia d. Forzirolus non docet de titulo validæ impositionis prætensæ præstationis, nec dictum titulum iustificat, prout tenetur, etiãsi sit in quasi possessione exigendi, dum non exegit
1 spatio triginta, vel quadraginta annorum, † & agit contra d. Iacomellum modernum Rectorem, qui dictæ impositioni non consensit, iuxta distinctionem, quam *ex Abbat. in cap. querelam, numer. 12. & seq. de elect. & ex gloss in l. sicuti, §. sed si quæratur, vbi Paul. de Castr. num. 8. & 9. ff. si seruit. vendic. fecit Rota apud Mantic. in decis.* 196. *num.* 3. *cum alijs cumulat. per Adden. ad Greg. XV. in decis.* 57. *num.* 16. sequitur *Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 38 num. 72. Buratt. decis. 296. num. 2. & 3.* Regulariter enim omnia Beneficia sui natura
2 sunt libera, † & sine aliqua diminutione sunt conferenda, *cap. nisi essent 21. ad fin. de præben. cap. vnic. vt Eccles. Benef. sine diminut. conferan. Rebuff. in prax. tit. Requisita ad collation. bonam, &c. n. 6. Garz. de benef. par. 1. cap. 4. nu. 334. & seqq.*

Ea autem, quæ adducuntur pro dicto Forzirolo, ad docendum de huiusmodi iustificatione, non visa fuerunt concludere. Nam Bulla Pauli III. continens vnionem, & applicationem fructuum dictæ Ecclesiæ Parochialis prædicto Ar-
3 chipresbyteratui, † est simplex copia, quæ propterea nihil probat. *Soccin. in Auth. Si quis in aliquo, num. 15. circa fin. vers. Aliquando C. de eden. Cauputaq. decis. 224. num. 2. par. 2. Buratt. decis. 584. numer. 4.* Et de iure vnio non præsumitur, sed debet ab al-
4 legante concludenter probari in forma valida. *Alex. cons. 70. num. 1. lib. 3. Felin. cons. 2. nu. 15. Dec. cons. 233. col. 2.* & dixit *Rota apud Bellamer. in decis. 617. incipien. Executor Papæ num. 2. & 3. & inter recent. decis. 233. num. 5. par. 1. & decis. 361. num. 2. par. 2.*

Testes verò remissoriales, prout datur in Summario Mensæ Abbatialis, nec dictam vnionem benè probant. Siquidem vltra quod possent dici nulliter examinati, ex quo pro parte dictæ Mensæ Abbatialis allegata absentia Interpretis, petitaque breui dilatione duorum dierum ad eum conducendum, fuit illa denegata, vt *in dicto Sum-*
5 *mario num. 4. & 5.* & † tamen breuis dilatio de Iure denegari non debet, vt tradit *Felin. in cap. 1. vt lit non contest. sequendo Bart. in l. si vnus, §. quod autem ff. de iureiur.* cum alijs cumulatis per *Adden. ad Felin. vbi supra*, nec minus concludant in dicto, cum non deponant de immemorabili,
6 vel quadragenaria, cum titulo † saltem putatiuo, & visu, prout requiritur, *Felin. in dicto cons. 2. numer. 12. vers. si verò Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 234, & seqq. Greg. XV. in decis. 51. nu. 1. Rota decis. 233. numer. 5. par. 1. recent.* & fuit dictam *in Lucana Iurispatronatus prius coram bon. mem. Seleucien. & postea coram Reuerendissimo D. meo Decano impress. apud Viuian. de Iurepatr. dec. 29. nu. 11 & decis. 30. nu. 12.*

Et demum scripturæ, quarum enunciatiuis coadiuuari prætenditur depositio dd. Testium, & ipsæ quoque visæ fuerunt irreleuantes, tum ex eo, quod fuerunt nulliter compulsatæ per Iu-
7 dicem remissorialem, † qui auctoritate compul-

fandi caret, vt tradit *Seuerol. de remiss. cap.10.n.3. vers. sed eorum sententie*, & non apparet, quod ei-
8 dem Iudici fuerint ostensa originalia, † ex quibus fieri debet extractio iuxta dispositionem *Text. in cap. fin. de fid. Instr.* & ibi notat *Butr. in princ vers. Tertiò oportet, & num 6. Abb. num.1. vers. Nota officium Iudicis, Caual. decis.25. num.1. Buratt. dec. 290. nu.1. & seqq.* Tùm ex eo, quod non continent enunciatiuas, quod huiusmodi Ecclesiæ
9 sint vnitæ, † & tamen ad hunc effectum requiruntur enunciatiuę explicitæ, & emanatæ à personis non suspectis, cum concursu legitimæ quasi possessionis, *ex latè tradit. per Garz. de Benef. d. par.12. cap. 2. n.251. & 254. & seq. ad n.269.*

Prætereà aduerterunt Domini, quod quatenus etiam probaretur d. vnio eum omnibus requisitis, adhuc d. annua pręstatio non debeatur, nisi prius per di Forzirolum doceatur ex fructibus d. Parochialis, deducta pretensa annua præstatione, remanere congrua pro Rectore, seu Vicario perpetuo exercere curam Animarum; quæ quidem congrua cum arbitrio Ordinariorum sit taxanda,
10 itaut † non sit maior centum, nec minor quinquaginta annorum scutorum iuxta Constitutionem san. mem Pij V. edita 1567. Kalendis Nouemb. *impress. in nouo Bullar. in ord.47. sub §.2.* Visa fuit in præsenti benè, & iustè taxata in scutis
11 centum per sententiam Ordinarij, † cuius arbitrio Rotæ in hac materia plurimum deferre solet: cum pręsumatur, illum considerasse omnes qualitates de Iure requisitas, vt dixit *in decis.5. n.1. par.2. diuer. & in dec.437. in fin. par.3. rec.*

Et sic decisum, Mensa Abbatiali tantùm informante; altera parte pluries intimata, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Episcopo Terracineñ.

Cęsenateñ, seu Sarsinateñ Emphyteusis.

Mercurij 27. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Manutentio competit quasi possidenti donec indagines causę discutiuntur etiam si fuerit contra quasi possidentem sententiarum dum ipse appellationem interposuerit, & possessionem continuauerit.

SVMMARIVM.

1 *Laudemium soluitur ratione duorum pro centenario, & num. 4.*
2 *Manutentio conceditur quoad omnes probata possessione quoad aliquos.*
3 *Actus causa vniuersalis magis attenditur, quam ipsius actus exercitium.*
4 *Laudemium ex consuetudine potest esse maior quinquagesima.*
5 *Pactum appositum in limine contractus dicitur pars pretij.*
6 *Clausula, sublata, & decretum irrirans inficiunt omnem titulum, & possessionem & nu.11.*
7 *Pacta apposita in inuestituris factis ab Ecclesia ante indultum Papæ non censetur sublata per dictum indultum.*
8 *Manutentio est danda quasi possidenti donec discutiuntur indagines causæ, & nu.9 & 10.*
Ampliæ, & si contra quasi possidentem fuerit sententiatum, dum ipse post sententiam continuauit possessionem.
11 *Decretum irritans licet annullet possessionem quoad iuris effectum non tamen tollit detentionem, & facti insistentiam.*
12 *Vicarius Apostolicus tamquam simplex administrator non potest Ecclesiæ, & Episcopo successori præiudicare, & nu.13. & seqq. & nu. 19.*
16 *Præscriptio contra Ecclesiam requirit quadragenatiam.*
17 *Decis. 454 par. 1. recent. declaratur, & num.18. & seqq.*
21 *Sententia suspenditur per appellationem.*

DECISIO CCLXVII.

Commissa mihi causa appellationis pro parte Reuerendiss. Episcopi Sarsinieñ, ac dictę Ecclesiæ, eiusque Promotoris Fiscalis interpositæ à sententia diffinitiua lata ab A. C. in prima instantia ad fauorem Communitatis, Hominum Cæsenæ, & litis consortium, de, & super modo soluendi Laudemia, & faciendi inuestituras bonorum emphyteoticorum dictæ Ecclesiæ Sarsinateñ. Dubitaui; cui sit dandum mandatum de manutendo; An D. Episcopo in quasi possessione exigendi à Communitate, & Hominibus Ciuitatis, & Diœcesis Cęsenæ laudemium ad rationem septem cum dimidio pro centenario; An Com-
1 munitati † ad rationem duo pro centenario iuxta dispositionem *text. in l. fin. vbi Doct. C. de iur. emphyt.* Et quia Dominis visum fuit D. Episcopum probare suam quasi possessionem exigendi ad rationem librarum septem cum dimidio pro centenario; Illi dixerunt dandam esse manutentionem.

Quod autem D. Episcopus probauerit suam quasi possessionem colligitur ex pluribus instrumentis inuestiturarum, in quibus probantur exactiones laudemiorum ad rationem decem ab anno 1546. vsque ad annum 1564. vigore conuentionis antiquissimæ vsque de ann. 1267. & ab inde citra ad rationem septem cum dimidio vsque ad annum 1635. Ex quibus solutionibus factis ab hominibus Montis Iusti ad prędictam rationem fuit constitutus in quasi possessione vniuersali
2 exigendi ab omnibus de eius Diœcesi, † quia possessio probata quoad aliquos sufficit pro obtinenda manutētione quoad omnes *cap. in tua vbi Doct.* & præcipuè *Abb. nu.5. de Decim. Aym. cons.55. numer. 1. Rota decis. 2. numer. 3. de præscript. in nou. coram Seraph. decis. 561. & per tot. & coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 449. numer. 2.* Ex quo ma-
3 gis attenditur † causa actus vniuersalis, quam ipsius actus exercitium iuxta Theoricam *Bald. in l. 1. nu. 24. versic. Tu dic. C de emancipat. liber.* à Rota passim probatam.

Nec huiusmodi possessioni videtur resistere ius
4 commune; Nam licet laudemium † ex dispositione inris solui debeat ad rationem quinquagesimæ *per text. in d.l. fin. C. de iur. emphyt.* Tamen potest consuetudine, vel cōuentione induci, quod maior

quan-

quantitas soluatur *Alex. cons. 5. nu.8. & 11. lib. 5.*
Amad.de Pont. in quæst.laud.q.4.n.2 & 3. Rota coram
bon. mem. Buratt.decis.435.num.3. Maximè quando
prout hic pactum super quantitatem laudemij est
appositum in limine contractus locationis, seu
5 renouationis bonorum emphytheoticorum, † nã
tunc dicitur pars pretij, & aliter Ecclesia verisimi-
liter non contraxisset, *Amad.de Pont.d.quæst.4.nu-*
mer. 9. Buratt. d. decis. 435. num. 4. Imò cum Ec-
clesia potuisset pro se retinere etiam in terminis
Priuilegiorum concessorum Ciuitati Cæsenæ
benignè videntur egisse Episcopi, dum alios in-
uestierunt soluto laudemio in maiori summa,
quam à iure communi sit taxata, & magis fauo-
rabile fuit inuestitis habere inuestituram etiam
augendum laudemium, quam si Ecclesia pro se
retinuisset.

Non obstant Priuilegia concessa per fel. rec.
Pium IV. Gregorium XIII. & Clementem VIII.
Communitati, & Hominus Cæsenæ, vt de cætero
pro inuestituris, & renouationibus quocumque
casu faciendis non teneantur persoluere Ecclesiæ
maius laudemium, quam à iure communi taxa-
tum sit, reiectis abusibus, & corruptelis, non ob-
stante quacumque consuetudine in contrarium,
cum clausula sublata, & decreto irritanti, quod
6 inficit titulum, † & possessionem. Quia cum
dubitari possit, An d.priuilegia comprehendant
Episcopos, & Ecclesias Cathedrales. An Ciuita-
tem Cæsenæ tantùm, vel etiam districtuales, an
habitatores Montis Iusti Diœcesis Sarsinateñ.ve-
niant appellatione Districtualium. An Ecclesia
Sarsinateñ, quæ tanto tempore possederat, & D.
Episcopus allegare possit particulares conuentio-
nes cum Hominibus Montis Iusti initas, & pacta
apposita in inuestituris factis ante Indulta Pij
7 IV. & Successorũ, † quæ non censentur sublatæ, vt
in terminis horum Indultorum firmauit *Rot. cor.*
bon. mem. Buratto d.decis. 435. & decis.831. Donec
prædicta discutiantur non dicitur iustificatum
8 Decretum irritans, & per consequens † eo non
obstante danda est manutentio D.Episcopo *Garz.*
de benef. par. 5.cap.5.num. 430.& seqq. Seraph. de-
cis.1471.num. 4. vbi quod dum tractabatur, An
Bulla Sixti V. habens clausulam sublata, & De-
9 cretum irritans † haberet locum necne, fuit reso-
lutum Hieronymum esse manuteneñ in sua pos-
sessione *bon. mem. Card. Caualer. decis. 8. numer. 3.*
& decis. 522. num.4. Rota decis.423.nu. 5. par.2.re-
10 *cent.* Eo magis, † quia possessio Ecclesiæ D.Epi-
scopi fuit continuata etiam post d. priuilegia per
11 tempus considerabile † *Rota decis. 32.numer. 8. &*
dec. 33.num. 6. apud Posth. de mand. de manutent. &
ratio est, quia licet Decretum irritans annullet
possessionem, quoad iuris effectum non tamen
tollit detentionem, & facti insistentiam, quæ sola
in hoc possessorio summarijssimo sufficit pro ma-
nutentione, donec videatur in petitorio. An In-
dulta suffragentur hominibus Montis Iusti, cum
semper prius causa possessionis sit terminanda.

Minus obstat, quod de anno 1622. Vicarius A-
postolicus Sarsinæ deputatus à san. mem. Grego-
rio XV. fecerit quatuor Instrumenta Inuestitura-
rum diuersis personis Montis Iusti iuxta formam
dd. Indultorum recepto laudemio ad rationem
libr. duarum pro centenario. Quia vltra quod
facultas alienandi bona mensæ Episcopalis, fa-
ciendi Inuestituras, & accipiendi laudemia, &
Canones fuit reuocata de mandato Sanctissimi,
vt patet ex litteris Eminentiss. Card. Spinolæ tunc
12 temporis A. C. cum d. † Vicarius Apostolicus
simplex Administrator Iurium Ecclesiæ, non sibi
possideret, sed Ecclesiæ. Ecclesia, & d. Episco-
pus successor non potuit grauari facto illius, *vt*
ex l. fin. C. de acqu. poss. & alijs dixit *Rota in Cæse-*
naten. Bonorum 16. Decembris 1622. & 3. Martij
1625. coram bon. mem. Vbaldo, & ad hoc faciunt
tradita *per Alexand.* in terminis Ecclesiæ Veroneñ
13 exigentis † laudemium ad rationem decem pro
centenario *cons.5.à num.8. vsque ad finem lib.5.vbi*
num. 15. concludit quod Pręlatus recipiendo mi-
14 norem † quantitatem, non præiudicat Ecclesiæ
nec successori, nec tollit antiquam consuetudi-
nem, & *num. 16.* quod quando per culpam, seu
negligentiam Prælati fieret præiudicium Ecclesię,
15 restituitur in integrum Ecclesia † aduersus tale
præiudicium ex *Innocentio Hostien. & alij ibi alle-*
gatis. Dum autem imposterum vsque in præsens
laudemium fuit solutum, & receptum an anti-
quam rationem librarum septem cum dimidio
pro centenario, media exactio facta à Vicario
Apostolico non attenditur nedum ad dandum
16 ius † contra Ecclesiam, contra quam requiritur
quadragenaria, vt aduertit *Alex.d. cons.5.sub.n.9.*
& 13. & fuit resolutum *in Barchionen. administra-*
tienis 6. Iunij currentis mensis coram R.P.D.meo Cer-
ro, sed nec ad impediendam manutentionem, ex
quo siue attendatur possessio de tempore litis
motæ, siue antiquior, illa vtroque casu est pro Ec-
clesia, & D. Episcopo.
17 Nec applicatur solutio † *Rotæ in Cæsenaten. Lau-*
demiorum 1. Februarii 1613. coram Reuerendiss. D.
Decano, quæ est decis.454.par. 1 recent. in qua fuit
firmatum esse conceden manutentionem Com-
munitati in quasi possessione soluendi ad ratio-
nem duorum, non Ecclesiæ in quasi possessione
exigendi laudemia ad maiorem rationem. Quia
18 ibi constabat de possessione Communitatis † de
tempore motæ litis soluendi ad rationem duorũ
pro centenario, quæ possessio non probatur in
hoc casu. Secundo aderat negligentia Episcopi in
exigendo laudemium ad maiorem summam, quæ
in hoc casu allegari non potest. Tertio quia ibi
exactio diminuta facta fuerat per Episcopum.
In casu autem, de quo agimus apparet tantum-
modo facta à supradicto Vicario Apostolico sim-
19 plici Administratore Ecclesiæ, qui † non potest
facere, vt Ecclesia amittat possessionem ex iuri-
bus supra allegatis. Minus facit supradicta *decis.*
bon. mem. Buratt. 831 quia loquitur ad fauorem
20 † Ciuium Cæsenæ contra illius Episcopum pro
qua nulla ex supradictis inspectionibus incide-
bat, & ibi non agebatur in summarijssimo pos-
sessorio, sed in petitorio super executione Priui-
legiorum.

Tandem non obstat sententia lata ab A. C. ad
fauorem Commuaitatis, & Hominum Cæsenæ, &
litis consortiũ, & Decretũ supradicti Vicarij super
obseruantia priuilegiorum, quia sententia A. C.
21 fuit suspensa per appellationem, Decretum † ve-
rò Vicarij emanauit sine causæ cognitione, & in
omnem casum non præiudicat Ecclesiæ ex supra-
dictis,

dictis. Et prooterea cum materia Priuilegiorum sit turbida, & disputabilis interim non potest retardari manutentio D. Episcopo in possessione exigendi laudemia ad rationem libr. septem cum dimidio pro centenario in qua existit ab immemorali, & de tempore motæ litis, maximè
32 † cum post sententiam continuando possessioné semper exegerit ad d. rationem septem cum dimidio *Greg. decis. 313. num. 4. & 5.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum D. Episcopo dandam esse manutentionem.

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside Vallisoletano.

Vrgelleñ Vnionis.

Mercurij 27. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Vnio facta ab Episcopo, & obseruata per spatium 200. annorum est attendenda non obstante vnione facta à Sanctissimo subsequenter quando in vnione Sanctissimi non fuit de prima facta mentio.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum exemplatum ex alio exemplo iuncta obseruantia 200. annorum plenè probat.*
2 *Obseruantia instrumenti vnionis alicuius Ecclesiæ probatur ex præsentationibus factis ab eo, cui Ecclesia fuit vnita.*
3 *Medium præsumitur probatis extremis, si nihil contrarium ostenditur.*
4 *Præsentatio æquiuoca facta ab eo, qui habet plures titulos non probat obseruantiam quoad vnum titulum.*
Fallit non docto de alijs titulis, quia tunc præsumitur subsecuta ex causa tituli præambuli num n. 5.
6 *Actus dominij factus ab eo, cui fuit vnita aliqua Ecclesia non dicitur contrarius vnioni, sed potius conueniens.*
7 *Prouisiones beneficii continuatæ per spatium quadraginta annorum sunt aptæ ad mutandum statum beneficii.*
Fallit si prouisio fuit vnica, quia tunc non mutat statum beneficij nisi constet de intentione conferentis numer. 9.
Imò debet constare de scientia, & patientia patronorum, nu. 10.
8 *Permutatio beneficii facta irrequisito patrono non illi præiudicat.*
11 *Vnio beneficii si est subreptitia non attenditur.*

DECISIO CCXLVIII.

EPiscopus Vrgelleñ de anno 1229. cum consensu Capituli ob tenuitatem reddituum vniuit Sacristiæ Ecclesiæ Vrgelleñ Parochialem Ecclesiam S. Petri de Madrona, sitam prope Villam de Bega, reseruata sibi facultate instituendi ibi Vicarium perpetuum, ad præsentationem tamen Sacristæ pro tempore, vt in Summario moderni Sacristæ *num. 1.* Cum autem de anno 1630. Presbyteri Ecclesiæ Parochialis d. loci de Berga, nulla facta mentione Vnionis prædictæ obtinuerint à Sanctissimo eandem Ecclesiam S. Petri eorum mensæ communali vniri, cum consensu Saluatoris Brocha illius vltimi possessoris orta fuit controuersia inter d. Sacristam, & Presbyteros præfatos, super validitate dd. vnionum, causaque in Rota introducta, & mihi commissa dubitaui, An constet de vnione, quæ Sacristæ suffragetur, & affirmatiuè fuit responsum.

Quia de antiqua vnione facta ad fauorem Sacristæ apparet per Instrumentum datum in dicto Summario *num. 1.* quod licet fuerit exemplatum de alio exemplo, attamen ex quo fuit obserua-
1 tum spatio 200. annorum, & vltra benè † probat ex traditis per *Cin. inter cons. Bald. cons. 400. num. 5. lib. 4. relat. per Aym. in cons. 101. num. 4. & cons. 158. num 1. & in tract. de antiquit. tempor. par. 1. §. quartò limitatur num. 14 Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano in decis. 128. num. 7. inter eius impress. & coram Seraphin. decis. 1132. num.* & in terminis vnionis fuit dictum *in Barchinonen. Vicariæ 12. Decembris 1639. §. non obstat coram Reuerendissimo D. meo Decano*, quæ obseruantia facit, vt vnio iustificata dicatur, *Gemin. consil. 3. num. 3. & 4. Seraphin. decis. 1432 num. 4. Buratt. decis. 734. num. 6.*

De obseruantia autem spatio tanti temporis constat ex pluribus præsentationibus effectuatis,
2 factis † à Sacrista pro tempore iuxta formam d. Instrumenti vnionis ab anno 1336. vsque ad annum 1582. dicto Summario *numer. 4.* quæ sufficiunt, vt dixit *Rot. in decis. 626. num. 5. par. 1. recent. & coram Caualer. decis. 599. num. 7.* & nuperrimè fuit resolutum *in dicta Barchinonen. Vicariæ 12. Decembris 1639. & 2. Martij 1640. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & quatenus etiam non omnes ostenderentur continuatæ, nihilominus suffragantur ad hunc effectum, quia probato per eas initio effectuationis dictæ vnionis ab anno 1336. & probato quoque fine vsque ad annum 1582. medium præsumitur ad quemcumque effe-
3 ctum, † dum intra dictum tempus nihil in contrarium datur. *Felin. in cap. possessionem, num. 13. de probat. Gratian. de discept. cap. 392. numer. 10. Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsum. 26. Tiraquel. de præscript. §. 1. glos. 9. Ruin. consil. 143. num. 20. & 23. Afflict. decis. 325. num. 2. Rota coram Seraphin. in decis. 1141. num. 2. & 3. & coram Buratt. in decis. 172. num. 10. ibique Adden. num. 32. sub lit. B. & coram Durano dec. 293. num. 3.*

Nec subsistit, quod hæc obseruantia sit æquiuoca ex eo, quod potuerit Sacrista præsentare vicarios huius Ecclesiæ ab alio titulo scilicet iu-
4 rispatronatus, † & consequenter suffragari non possit ex notatis per *Aretin. in consil. 115.* quem sequitur *Rot. in decis. 29. num. 6. par. 2. diuers. & coram Buratt. in dec. 464. num. 6. inter eius impress.* Quia vltra quod sufficeret dicere præsentationes præsumi subsequutas ex causa dictæ vnionis tan-
5 quam tituli præambuli dũ præcipuè de alio † titulo non docetur, *Aym. consil. 10. numer. 9. & consil. 118. numer. 2. Alciat. de præsum. reg. 2. præsumpt. 24.* & dixit *Rot. in d. decis. 128. numer. 8. coram Reuerendissimo D. meo Decano*, & nouissimè *in Dro-*

in Drosanen. exemptionis sub die 27. Ianuarij praeteriti coram me.

Cessat pœnitus difficultas ex præsentatione facta de anno 1336. data in d. Summario *num.4.* in qua allegatur titulus, & ius, quod Sacrista habebat, ad præsentandum in vim d. Vnionis, qui vlterius transegit cum præsentato, vt quolibet anno teneretur soluere 15. libras sibi, suisq; successoribus in d. Sacristia, & hoc ius fuisse prosequutum per Sacristam, in sequentibus præsentationibus colligitur ex concordia facta de anno 1563. quæ pariter datur in eodem Summ. *d.nu.4. litt. E.* ibique renouatur obligatio per Vicarium tunc temporis à Sacrista præsentatum, soluendi dictas libras 15. singulis annis iuxta formam dicti Instrumenti facti de anno 1336. vbi fit mentio dictæ vnionis, & ideò dicta obseruātia æquiuoca dici nequit.

Absque quod aliquid releuet, quod in secunda scriptura, nempè in illa facta de anno 1436. Summario Presbyterorum, num 2. dimittantur decimæ,& alij fructus Vicario, retenta portione pro Sacrista, vnde, & iterum dicebatur obseruari 106 seruantia; quoniā cū iste sit actus dominij in
6 transferendo, † non potest dici contrarius vnioni, sed potius illi valdè conueniens, vt benè ex notatis per *glos. in cap. auaritiæ, verb. redditus de præbend. & in cap. de Monacis verb. de prouent. in fin. eodem tit. declarauit Rota in Vrgellen. Parochialis 17. Nouembris 1603. coram Cardin. Pamphilio, quæ est decis. 37. num. 10. in fin. par.4. recent. & in Barchinonen. Vicaria 9. Februarij 1624. coram R. P. D. meo Merlino.*

Minus aduersari visum fuit, quod status dictæ antiquæ vnionis fuerit mutatus per lapsum 40. annorum, & vltra, ex eo, quod de anno 1582. Hieronymus tunc vicarius institutus ad præsentationem dicti Sacristæ, ad hanc Parochialem, postea permutauit illam, absque ipsius Sacristæ consensu eamque Ordinarius ex causa dictæ permutationis liberè contulit Ioanni, quo defuncto de anno 1598. fuit de illa vti de libera prouisus Saluator possessione subsecutā, in qua continuauit vsque ad annum 1630. & regulariter proui-
7 siones spatio 40. annorum continuatæ, † sunt aptæ ad mutationem status beneficij iuxta dispositionem *text. in cap. cum de beneficio de præbend. in 6. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 34. num. 3.*

Nam quoad prouisionem de anno 1582. factā ex causa permutationis, cum illa fuerit facta irrequisito dicto Sacrista eidem præiudicare non
8 potuit † *Garz. de benef. par. 11. cap 3. num. 19. & 23. Rota dec. 152. num. 9. & seqq. par. 5. recent.* quo verò ad prouisionem emanatam de an.1598. placuit responsio, quod in primis ab inde citrà non effluxerunt 40. anni, & in omnem euentum hæc sola prouisio facta vti de libero, non mutat statum beneficij nisi constet de intentione confe-
9 rentis † mutandi statum antecedentem, *Feliu. in cap. in nostra num. 41. versic. secundo nota diligenter de rescript. Silu. de benef. par. 3. quæst. 11. num.40. versic. item notandum est. Lotter. de re benef. loco su-*
10 *pra citato à num. 45. vsque ad num. 59.* † Ac de scientia,& patientia Patronorum iuxta *cons. Calderin. 15. de iurepatr. Lambertin. de iure patr. lib. 2. par. 1. quæst. 3. art. 15. num. 3. Rota decis. 109. numer. 12. par. 2. diuers.* cum alijs plurimis cumulatis per *Addent. ad Gregor. XV. in decis. 434. n. 20. & sequitur Duran. in decis. 340. num. 11. inter eius impress.*

Ex quibus cum constet de antiqua, & valida vnione huius Parochialis ad fauorem Sacristæ, dixerunt Domini nullam esse habendam rationem modernæ vnionis à Sanctiss. obtentæ per Presbyteros Ecclesiæ Parochialis loci de Berga, quia cum fuerit obtenta non facta mentione antiquæ vnionis, ista posteriorior detegitur sub-
11 reptitia, † & sic attendi non debet, *Rota dec. 3. num. 2. de rer. permut. in antiq. Caualer. decis. 373. num. 2.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Toletana Decimarum de Capilla.

Mercurij 4. Iunii 1640.

ARGVMENTVM.

Remissoria denegatur ad exclusionem immemorabilis iàm probatæ, quoties articuli ad huiusmodi probationem faciendam porrecti, vel apparēt improbabiles, vel continent ea, de quibus aut nulla legitur mentio in historijs aut contrariantur scripturis, & interpretationi, quæ ex scripturis resultat; plura etiam dicuntur de probatione famæ, & decimarum materia quæ antiquitus laicis concedebantur.

SVMMARIVM.

1 *Immemorabilis ea est natura vt non liceat in ea assignare principium alicuius temporis.*
2 *Immemorabilis qui habet probationem potest adducere omnem alium titulum, & priuilegium.*
Cursus temporis immemorabilis habetur ad instar cuiuscumque melioris tituli num.2.
3 *Testes non possunt deponere super rebus gestis à longissimo tempore, non solum ab illorum sensibus, sed etiam ab eorumdem memoria remotis.*
4 *Remissoria non solet concedi super probatione earum rerum, quæ possunt cum scripturis probari.*
5 *Rota non solet concedere remissoriam pro facienda probatione contraria probationi resultanti ex publicis ducumentis, & scripturis.*
6 *Remissoria ex capite inuerisimilitudinis denegatur.*
7 *Remissoria non conceditur ad probandam famam, de qua nulla habetur mentio in historijs, & sup. nu.4. & seqq.*
8 *Donatio decimarum facta à laico incapaci iuris decimandi non potest intelligi de decimis spiritualibus.*
Sed de decimis merè profanis, quæ ratione, putæ vectigalium, exiguntur ibidem.
9 *Vectigalia quæ soluuntur Principi occasione contractuum, pro decima parte pretij, quibusdam in locis de-*

cis decimæ nuncupantur, & num. 10.

11 *Remissoria denegatur si quod prætenditur probari contrariatur consuedini ex literis Apostolicæ deducta.*

Rota denegat remissoriam pro facienda probatione cõtraria interpretationi ipsius Rotæ nu. 11.

12 *Famæ probatio vt dubia reddatur non requiritur quod plenè contraria fama probetur.*

Sed sat est illam reddere vacillantem, & non equè constantem apud omnes ibidem.

13 *Concessio decimarum ad fauorem personæ laicæ non alias valere potest, quàm ex gratia, aut Beneplacito Apostolico.*

14 *Remissoriæ locus esse non potest si noui articuli idem continent, quod fuerat in antiquis expressum, & num. seqq. vbi amplia.*

15 *Articuli nouiter dati si à primis non differunt in substantia, & effectu, remissoria denegatur.*

Quamuis appareat aliqua inter ambos diuersitas attenta propria significatione verborum ibidem.

16 *Articuli dati post discussionem depositionum testium videntur concepti ad euitanda fundamenta decisionum.*

17 *Remissoria quoties petitur ad impediendam executionem rei iudicatæ, intrat præsumptio calumniæ ad exclusionem illius.*

18 *Primi Articuli si appareant malè concepti ex imperitia procuratorum, qui causam tuebantur.*

An Et quando iterum possit concedi remissoria pro commissione articulorum, qui essent melius concepti ibidem.

19 *Famæ probatio, vt releuet concludere debet per verbum, fuit & est.*

20 *Probatio negatiuæ non coarctatæ loco, aut tempore, dicitur impossibilis.*

21 *Testes super affirmatiua deponentes testibus, qui super negatiua deponere possunt, præferuntur.*

22 *Decimæ quas summi Pontifices laicis concedebant, pluribus ex causis illas concedere solebant.*

23 *Decimarum in concessione, cum illæ dicantur adinuentæ prò augendo honore Dei.*

Satis Deus honorari dicitur si eas recipiens à Pontifice recognoscit ibid.

24 *Tempus motæ litis subduci ne debeat in testibus super fama deponentibus.*

25 *Testes iuniores reputantur minus idonei ad probandam famam, quam sint seniores.*

26 *Probatio famæ illa magis prævalet quæ ab antiquiori tempore concludit.*

27 *Fama bona præfertur malæ in concursu vtriusque.*

28 *Probatio quæ fieri prætenditur super vsurpatione decimarum præsumitur inuerisimilis.*

Eo quod Ecclesiam non creditur fuisse negligentem in defensione suorum iurium ibid.

DECISIO CCXLIX.

POst decisionẽ factã in hac causa sub die * prima Aprilis anni proximè præteriti, in qua concessa fuit remissoria Serenissimo Archiepiscopo Toletano, cum actum fuisset de confirmatione eius decisionis, & causa pluries proposita fuisset, Domini disputato hodiè dubio recesserunt à decisis, ac responderunt, denegandam esse eamdem remissoriam; Etenim considerata tota materia, quæ proponebatur in articulis, visum fuit illam, vel non posse probari à Testibus, vel nihil profuturam, quando probaretur; siquidem duplici fundamento in ea agebatur cõtra probationes factas à Duce Bejar; Et primo dicebatur probari certum initium possessionis huius Iuris decimandi apud Auos, & alios maiores Ducis, qui causam nunc agit, quo probato, credebant scribentes pro Ecclesia, tolli fundamentum immemorabilis probatæ pro parte Ducis. Eius verò initij probatio afferebatur in primis articulis à primo vsque ad sextum, in quibus continebatur, quod Oppidum de Capilla cum vniuersa illius dictione inuasum fuerat à Mauris anno à partu Virginis DCCXIV. quibus profligatis anno MCCXXVII. virtute, atque armis Ferdinandi Regis huius nominis III, ex Regibus verò Castellæ IX. obtinuisset alios Hispaniarum Reges à Summis Pontificibus ius percipiendi eas decimas, ex quarum redditibus plures Ecclesias fundarunt, & in specie Ecclesiam Toletanam, atque alias Ecclesias in eadem ditione de Capilla reseruata sibi certa parte decimarum sub nomine Tertiæ Regiæ.

Verum non visum fuit ex his tolli fundamentum immemorabilis, siuè priuilegij, aut concessionis Apostolicæ, quæ probata fuerunt pro parte Ducis de Bejar super possessione eiusdem Iuris, cum non esset impossibile, vt illius maiores consequuti fuissent idem ius alio tempore, & ex alia Causa, quæ esset diuersa, & nullam haberet connexitatem cum acquisitione, quam idem fecerat Oppidi de Capilla, & eius ditionis. Etenim constituto fundamento immemorabilis cum ijs, quæ necessaria sunt ad illius probationem, de quibus doctum fuit pro parte Ducis, non poterat dici constare de certo illius initio,
1 cum hæc sit natura † Immemorabilis, vt non liceat in ea assignare principium alicuius temporis, *vt tenuit Rota coram Puteo decis. 426. num. 3. lib. 2. & in Pampilonen. Decimarum de Gongora 14. Maij 1610. coram Gregorio inter impress. decis. 467. num. 6. & in Salamantina Iurisdictionis 22. Aprilis 1580. coram Card. Seraph. inter impress. decis. 454. num. 4.* Et ideò data tali probatione potest, quia illam habet adducere pro se omnem alium titulum,
2 aut priuilegium † cum omnium instar sit cursus eius temporis immemorabilis; *vt notant Doct. in cap. super quibusdam de verb. signif. in §. præterea, vbi glos. in verb. non extat, & in l. si certis annis C. de pact. & ibi Cyn. num. 16. Castrens. n. 2. & 3. Ias. num. 15. in 10. limit. Aym. de antiq. temp. par. 4. §. absolutis num. 49. Couar. in regula possessor par. 2. §. 3. num. 7. in §. Quamuis.*

Præterea non visum fuit suffragari posse probationem faciendam super principio eius possessionis ex alia ratione, quia nimirum nunquam potuisset hoc probari à Testibus, qui examinari debebant super articulis datis; Cũ enim ageretur de probatione rerum supra terminum annorum CM. qui elapsi erãt ab anno DCCXIV. quo Mauri primum ingressi fuerunt prouinciam Toletanam, in qua est Oppidum de Capilla, siuè annorũ CD. qui intercedebãt ab anno CCXXVII. quo liberatum fuit idem Oppidum, non poterant

3 terant † Testes deponere super rebus gestis his temporibus tamquam nimis remotis non solum ab illorum sensibus, sed ab omni eorumdem memoria, *vt probat text. in l. vltima C. de sacrosanct. Eccles. & in l. an vsusfructus 62. ff. de vsufruct. tradit Bald. in authen. quas actiones num.17. C. eod. tit. de sacrosanct. Eccles. Molin. de primog. lib.2.cap.6.num.21.& tenuit Rota in Cæsaraugustana Cambimentorum 14. Martij 1602. coram Card. Seraph. inter impress. decis. 1460. num.2. & in Cæsaraugustana Præeminentiarum 19. Ianuarij 1629. coram Reuerendiss. D. m. Decano, & in Taruisana feudi 14. Febr. 1631. coram R.P.D. meo Queypo*. Nec referre poterat quod idem Testes solùm probare deberent famam publicam quam potuerunt illi habere à suis maioribus, qui idem intellexissent ab alijs senioribus, quia respondetur temporibus illi non defuisse decora ingenia, quia gesta eisdem temporibus mandarunt publicis historiarum monumentis, ex quibus horum alterum necessariò sequebatur, quia aut testes idem dicturi erant, quod ijdem Scriptores te-
4 statum relinquerunt, & non erat locus † remissoriæ, quæ non solet concedi super probatione earum, rerum, aut factorum, quæ possunt probari cum scripturis, *vt tradit Felin. in cap. 1. nu. 4 de appellat.* & de consuetudine huius Tribunalis testatur *Bellam.dec. 9. n. 1. Rot. dec. 44. de test. antiq.* Aut eorum depositio futura erat contraria monumentis eorumdem Scriptorum, & nihil fuisset pro futura in concursu probationis, quæ ex illis sequebatur, vnde etiam inoleuit stylus non concedendi remissoriam pro facienda pro-
5 batione contraria alteri probationi, de † qua constet ex scripturis, aut publicis monumentis *ex not. in l. census, ff. de probat. & in l. si alterius, C. si min. se maior. dixer. & tenuit Rot. in d. Cæsaraugustana Cambimentorum cor. Card. Seraph. dec. 1460. n. 3. & in Florentina Subdecanatus 30. Apr. 1629. cor. Reuerendiss. Vrgellen. & in Meliten. feudi 30. Maij 1633. cor. R.P.D. meo Merlino*, quod præcipuè dicendum erat, dum agebatur de probatione rei adeò remotæ ab hominum memoria, in qua non erat verisimile, vt posset aliquid haberi pro comperto aut explorato, quod ignotum
6 fuisset Sriptoribus eorum temporum, ex quo capite poterat etiam negari remissoria ratione inuerisimilitudinis, *vt notatur in cap. quia verisimile de præsump. & tradit ibi Imol. nu. 1 Speculat. in tit. de probat. §. nunc dicendum n. 1. Rot. dec. 32. de testib. in antiq. quæ etiam testatur de consuetud Tribun. & in Valentina Parochialis 8. Martij 1602. cor. Iusto, & cor. Greg. dec. 414. nu. 3. & in Calaritana Primatus 14. Iunij 1638. cor. R.P.D. meo Ghislerio*, in qua propter eamdem inuerisimititudinem
7 reiecti fuerunt Testes, ex quibus probari debebat fama earum rerum, quarum nulla era mentio in historijs.

Adducebatur eandem probatio certi initij acquisitionis eorundem decimar. in 6. & 7. articulo, in quibus, & præcipuè in 6. continebatur donatio Oppidi de Capilla facta anno 1408. ab Henrico secundo Rege Castellæ Io: Nuñez cum omnibus iuribus, decimis, tributis, atq; alijs prouentibus. In 7. verò continebatur venditio eiusdem Oppidi facta ab eod. Ioanne ann. 1420. Didaco Lopez de Zuniga, qui primus illud possederit in hac familia, ex qua probatione visum fuit nullam etiam sperari posse vtilitatem, quia nomine decimarum, quæ concessæ fuerunt Ioanni simul cum donatione Oppidi non poterant intelligi decimæ spirituales, quales sunt illæ, quæ petuntur vigore immemorabilis, sed solum eæ Decimæ profanæ, quæ ante donationem exigebantur nomine Regis, & erant quædam species vectigalium, & hoc præcipuè suadebatur tam inspecta natura eius donationis, quæ tanquam facta à persona layca, atq; ita incapaci
8 eius Iuris decimandi non poterat † intelligi nisi de re merè temporali, quam etiam ex vsu & consuetudine Regionis, quæ hoc nomine appellat
9 vectigalia, † quæ Regi penduntur occasione contractuum à decima parte pretij, quæ pro illis soluitur, quæ omnia considerata fuerunt *in decis. facta in ead. causa sub die 13. Decemb. anni 1636.* super probationibus Ducis. Præterea obstabat contra hanc probationem ead. ratio antiquitatis cuius occasione probatio materiæ contentæ in articulis reddebatur impossibilis ex Testibus, sicut, quod super ea concessione Regis, & venditione facta à Io: fauore Didaci extabant publica Instrumenta, quæ producta fuerunt, ac pluries repetita in causa, ex quo capite illa reddebatur inutilis. Neque visa fuerunt aliquid conferre posse eidem probationi, quæ dicebantur in eod. 6. & 7. art. vt in concessione facta Io. Nuñez inintellectum fuisse de decimis spiritualibus, quas Reges obtinebant ex concessione Summ. Pontificum, & sibi retinuerunt post fundationem Ecclesiarum sub nomine Tertiæ Regiæ, quia huic interpretationi repugnabant omnia, quæ dicta sunt tàm super natura eius concessionis factæ à Rege, quàm super vsu, & consuetudine Regio-
10 nis, quæ hoc † nomine appellare solet vectigalia, vt constabat ex depositionibus Testium, qui fuerunt examinati pro Ecclesia, quorum dicta ponderata fuerunt *in ead. dec. anni 1636.* præter aliam responsionem, quę etiam in illa data fuit, vt Iura earumdem decimarum spiritualium non solita fuissent concedi nisi gratijs merè temporarijs, quarum vsus durare deberet vigente causa, aut necessitate bellorum, quorum ratione, atque intuitu concedebantur, vt constabat ex diplomate Martini Quinti sub ann. 1421. in quo occasione concessionis factæ hoc modo Ioanni II. Regi Castellæ ita in eo asserebatur seruatum fuisse retrotractis temporibus ab alijs Summis Pontificibus, vnde omnis alia interpretatio non solùm futura esset contraria consuetudini, quæ probata erat in eo diplomate, sed etiam Testibus Ecclesiæ, & ita omnis alia interpretatio, aut declaratio contraria non poterat peti sine suspi-
11 cione calumniæ, ob quam † rationem Rota consueuit denegare remissoriam in terminis multo leuioribus, si nimirum illa petatur ad probandum aliquid, quod sit contrarium interpretationi, quam ipsa alias dedit, *vt fuit dictum in Toletana Canonicatus 10. Ianuarij 1601. coram Card. Lancellotto inter rec. dec. 212. num. 1. par. 1. & coram Greg. dec. 111. num. 6. & in Valentina Iuris sedendi 15. Decembris 1634. coram R. P. Domino meo Ghislerio.*

Alterum fundamentum deductum in articulis contra probationes Ducis consistebat in nullitate possessionis, quam dicebatur habuisse antiquos Duces huius familiæ, ad quem effectum proponebatur in 8. articulo probanda fama, & vox publica, quod iidem Duces vsurpauerint sibi iura Decimarum. In 11. verò & 12. continebatur consuetudo Summorum Pontificum concedendi similia Iura in Regnis Hispaniarum Viris militaris gloriæ insignibus ob præclara facinora, quæ gessissent in expulsione Maurorum, quod meritum negabatur in familia de Zuniga, & possessio eius iuris decimandi adscribebatur acquisitioni Oppidi de Capilla, quod primo concessum fuerat Io. Nunez simul cum decimis inter alia iura, ac Tributa in eo expressa, & deinde ab illo cessum Didaco de Zuniga, ex quibus inferebatur reddi dubiam probationem Ducis super fama priuilegij Apost. quia licèt non esset plenè probata contraria fama saltem præiudicatum erat aliqua ratione probationibus Ducis quatenus fama in illis contenta reddebatur deformis, & non equè constans apud omnes, † sicut satis erat ad reddendam dubia illius probationem *secundum not. per Bart. in l. de minore, §. plurimum num. 28. C. de Episc. & Cler. & in cons. 77. numer. 6. lib. 7. quem secutus fuit Menoc. cons. 191. n. 86. & tenuit Rot. in Tolet. Canonic. 10. Decemb. 1608. cor. Card. Marquemont. & in Pacen. Puritatis 6. Apr. 1609. cor. bon. mem. Manzanedo inter rec. par. 1. decis. 167. num. 24. & dec. 182. num. 6.*

Sed plura visa fuerunt consideranda contra exceptiones propositas in dd. articulis, nam cum in alijs articulis datis pro parte Ecclesiæ super quibus examinati fuerunt plures Testes, & præcipuè in 4. propositum fuisset, quod aderat fama publica, vt maiores Ducis percepissent semper has decimas nullo alio titulo suffulti, præter eum quem habebant ex concessione Regia hoc idem visum fuit contineri in articulis, qui hodie dantur, quia quod dicebatur, vt alij Duces acquisiuissent eas decimas à Rege, & ex concessione Principis laici nihil differebat ab eo, quod continetur in vltimis articulis, vt illi easdem decimas vsurpauerint, cum non aliter
13 potuissent valere ea concessio, † quam si præcessisset gratia, aut beneplacitum Apostol. *vt notatur in c. quamuis de decim. & in c. dudum eod. tit. vbi glos. in verb. concessionem, & tenuit Rota coram Verallo dec. 241. num. 3. par. 1. & cor. Card. Seraph decis. 1424. num. 5. & in Ferrarien. bonor. 16. Iunij 1614. cor. Reuerendiss. Seleucien.* Et ita dum noui articuli continebat idem quod expressum erat in anti-
14 quis † non erat locus secundæ remissoriæ propter rationem *tex. in auth. at qui semel, C. de probat. & notant ibi DD. in c. fraternitatis de testib. Abb. n. 8. Innoc. num. 2. Io. Andr. num. 9. Felin. num. 12. in 2. col. Anchar. in Clem. secund. num. 10. eod. tit. de testib. & ibi etiam Vitalin. num. 122.* quod procedit quamuis noui articuli viderentur aliquid continere, quod inspecta prima significatione verborum appare-
15 ret diuersum à primis, dummodo in substantia, & effectu ab ijs non differant, & voluit *Abb. in d. cap. fraternitatis num. 9. Vitalin. in d. Clem. 2. nu. 129. Oldrad. cons. 144. num. 14. Gabr. de testib. concl. 21. num. 17. & tenuit Rot. in Bononien. pecuniaria 20. Maij 1616. coram bon. mem. Buratto.* Et poterat in his nouis articulis considerari etiam suspicio calumniæ, dum illi dati fuerunt post æditam decisionem in qua consideratæ fuerunt depositiones
16 testium examinatorum in primis articulis cum noui articuli viderentur concepti, ac formati de industria ad euitanda fundamenta eiusdem decisionis, *vt considerauit Rota in Mediolanen. bonor. ... Maij 1597. coram Card. Pamphilio, & in Vlixbonen. ... iuris conferendi 7. Februarij 1607. coram Card. Lancellotto.* Et augebatur eadem suspicio, quatenus ex hac remissoria impediri debebat executio rei
17 iudicatę post probationes quas fecerat Ecclesia super primis articulis, quod etiam considerari solet pro exclusione remissoriæ, *vt tenuit Rota coram Verallo decis. 51. par. 3. & coram Card. Seraphino decis. 1308. num. 1. & in Firmana Altaris 15. Iunij 1602. coram bon. mem. Vbaldo inter recent. decis. 406. num. 2. par. 2.*

Neque visa fuit obstare responsio data in decisione sub die 1. Apr. anni præteriti super hoc eod. dubio remissorię, quam Ecclesia petebat, quod dum in primis articulis proposita fuit pro-
18 batio famæ illi fuissent malè concepti ex imperitia procuratorum, qui causam tuebatur. Vnde videbantur ad esse ratio admittendi nouos articulos, qui essent melius concepti ex rationibus adductis in ead. decis. Hæc enim exceptio tollebatur collatis inter se primis, ac nouis articulis, ex quorum comparitione apparebat posteriores nihil amplius continere præter historiam inuasionis Maurorum, aut belli contra eos suscepti cuius causa concessæ fuerunt Regibus existentes in ijs locis, quæ omnia, vel non poterant probari à Testibus, vel super ijs aderant aliæ probationes, quæ afficiebant, vt non esset opus noua probatione. Ea verò quæ respiciebant probationem famæ super vsurpatione facta à Ducibus de Bejar apparebat eodem modo proposita in primis, atque in vltimis articulis, & per ver-
19 bum, *fuit, & est* sicut requirebatur ad validitatem huiusmodi probationis *secundum notata per glos. in cap. 1. de præscript. lib. 6. in verb. memoria, quam sequitur ibi Gemin. num. 16. Franc. num. 15. Hostiens. in cap. quid personale de verbor. signif. sub num. 5. ... Gabr. Aretin. in cap. licet ex quadam num. 4. de testib. ... de præscript. concl. 1. n. 81.*

Secundò consideratum fuit, quod titulus acquisitionis earum decimarum, & illarum vsurpatio non deducebatur ex facto, siue actu aliquo positiuo, sed solum ex actibus negatiuis, eo quia ijdem Duces nihil tale meruissent, neque consecuti fuissent aliquam gratiam à summis Pontificibus super eisdem decimis, cum nemò illorum interfuisset in Bello contra Mauros, sicut etiam hanc negatiuam continebat, id quod dicebatur in decimo articulo, vt Summi Pontifices non solliti fuisset concedere ex alia causa decimas personis laycis, ex quibus impossibilitas eius probationis reddebatur omni ex parte manifesta, quan-
20 dum tales negatiuæ non erant restrictæ aliquo loco, aut tempore, *secundum notata per DD. in l. in i la de verb. obligat, & in l. optimam, C. de contrahen. aut committi. stipulat. Cinus in l. actor num. 6. C. de probat. & ibi etiam Castren. n. 3. Rip. in c. cum Ecclesia Sutrina n. 26. de caus. possess. & propriet. quod*

præ-

præcipuè dicen. erat propter probationem fa-
ctam à testibus Ducis ex quibus aliqui depone-
bant super affirmatiuam concessionis eiusdem
21 tituli, aliqui super validitate Priuilegij, † qui
præferendi erant alijs, ex quibus potuisset ha-
beri probatio contraria negatiuæ, *secundum no-*
tat. per glos. in l. diem proferre, ff. de accept. arbi.
§. si plures in fin. & in cap. 1. de præscr. lib. 6. in fin.
in glos. vltima Gabr. de testib. concl. 4. num. 1. & con-
siderauit Rotæ pro exclusione remissoriæ in Taruisina
feudi 14. Febr. 1631. coram Reuerendiss. D. Quæypo.
Et confirmari poterat impossibilitas eius, quia
neque subsistebat id quod statuebatur pro illius
fundamento; vt Summi Pontifices non essent so-
liti ex alia causa concedere Iura percipiendi eas
decimas, quia potuissent pro causa eiusdem con-
cessionis spectare non solum decora militiæ, &
gloriam armorum, sine vtilitatem quæ inde se-
quebatur Ecclesiæ Vniuersæ propter debellatio-
22 nem hostium Christianæ fidei, sed etiam causam
alimentorum pro pauperibus Prouinciæ, sinè
substentationem propriæ personæ illius, cui con-
cedere voluerunt administrationem earumdem
Decimarum, aut exemptionem ab earũ solutio-
ne, vt tradit *Ant. de Butr. in cap. à nobis de decimis*
sub n. 5. quem refert Petrus Bellug. in Specul. Princip.
§. tractamus, rubr. 13. num. 34. glos. super eod. cap.
in verb. exemptas, Hostien. in Summ. in tit. de decim.
num. 13. & rationem reddit Butrius ex institutio-
ne earumdem decimarum, quia cum illæ inuen-
tæ sint primo, vt ex earum præstatione honore-
tur Deus; secundo, vt cedant in vsus, & alimen-
ta Clericorum, qui Ecclesiæ inseruiunt potest
Summus Pontifex tanquam supremus Dominus
omnium Ecclesiarum ab vna auferre non solum,
vt alteri concedat, sed etiam vt illas habeant Vi-
23 ri Layci pro suis alimentis, & satis † honoratur
Deus, dum ille, cui concessæ fuerunt eas reco-
gnoscit à Summo Pōtifice tanquam sibi indultas
pro suis alimentis, siuè, vt eas distribuat in Pau-
peres, *& tradit S. Thomas sec. sec. quæst 87. art. 3.*
ad tertium Suar. de Relig. tom. 1. lib. 1. in tit. de Di-
uino cultu cap. 25. num. 11.

Tertiò consideratum fuit contra articulos da-
tos, quod super fama priuilegij Apost. quam
illi continebant inducti fuerunt Testes ab Auo
Ducis, cuius nomine agitur hodie causa vsque
ab anno 1596. ex quibus aliqui numerabat annũ
suæ ætatis supra septuagesimum, aliqui verò
octuagesimum, & omnes deponebant de fama
pro toto tempore, cuius memoriam habere po-
24 terant, atque ita ab annis 50. & 60. † antequam
mota fuisset lis, quæ inceperat ab anno 1577. *vt*
aduertit Rot. in dec. facta super ead. probatione famæ
coram Martino Andrea sub die 4. Decemb. anni 1615.
impress. inter alias decis. eiusdem Auditoris in ordine
45. sub numer. 2. & 3. Et ex his etiam sequebatur
inutilitas probationis, quam factura erat Eccle-
sia, quia quamuis fama contraria probari posset
à Testibus, aut ijdem Testes attingere possent
tempus ante motam litem, tamen illius proba-
tioni semper preferri debebit probatio facta à
Duce, siuè eius maioribus, cūm Testes, qui exa-
minari debebant pro Ecclesia deposituri essent
post quatuor, & quadraginta annos de fama cō-
traria illi, quæ probata iam fuerat ex quibus eo-
rum testimonium existimari debebit minus ido-
neum, & inferius eo quod fecerant alij Testes
25 examinati, † non solum tanquam Testimonium
iuniorum, *ex adductis per glos. in l. cum quid, ff. de*
reb. credit. in verb. nouum quam sequutus fuit ibi
Bart. num. 7. Angel. num. 3. Castr. num. 8. Felin. in
cap. in nostra num. 2. de testib. sed etiam quia pro-
26 batio, iam facta concludebat † ab antiquiore
tempore, *vt notant DD. in cap. licet ex quadam de*
testib. vbi Io. Andreæ nu. 16. authorit. eiusdem text.
Felin. num. 8. Bald. in l. arboribus, §. nam si Agrum
num. 1. ff. de vsufruct. Imò subsistent probatione
super fama immemorabilis, & concessionis Pri-
uilegij Apostolici, quam firmabant testes Ducis,
alia fama, quæ probanda erit pro parte Ecclesiæ
super negatiua eiusdem concessionis, & vsurpa-
tione, quam fecerunt alij Duces anteriores non
poterit tollere probationem primæ, cum in con-
27 cursu famæ bonæ, ac malæ † præferri debeat bo-
na, *vt voluit idem Bald. in l. Diuus num. 1. ff. de*
milit. testam. & in l. sacrosanctæ num. 7. C. de Episc.
& Cleric. Abb. in cap. cum oporteat num. 11. de ac-
cusat. Felin. in cap. cum contingat num. 2. de rescript.
& tenuit Rota coram Puteo decis. 2. numer. 1. lib. 3.
coram Gregor. decis. 498. num. 16. & in Corduben.
dimidiæ portionis 28. Iuny 1628. coram Merlino.

Vltimo pro exclusione probationis faciendæ
consideratum fuit, quod erat inuerisimilis vsur-
patio, quæ in eiusdem articulis dicebatur facta
ab antiquioribus Ducibus de Bejar propter ma-
iorem potētiam Archiepiscoporum Ecclesiæ To-
28 letanæ, † de quibus credendum non erat, vt ne-
glexissent defensionem propriæ Ecclesiæ, *vt con-*
siderauit Rota in alia causa inter Abauum Ducis,
qui hodie causam agit, & Ecclesiam occasione
controuersiæ motæ super iure præsentandi, *vt in*
decisione facta in eadem causa sub die 9. May 1582.
coram Cardinali Blanchetto, in qua etiam commen-
data fuit pietas Ducum huius familiæ. Neque
in eadem causa firmata fuit aliqua vsurpatio;
quam fecissent ijdem Duces, quia licet causa su-
per dicto iure nominandi decisa, & terminata
fuisset fauore Ecclesiæ, tamen ratio decisionis,
siuè sententiæ postea latæ, non fuit, quia Duces
sibi arrogassent idem ius nominandi, sed impe-
ritia procuratoris, qui malè in articulis deduxe-
rat nominationem authorizabilem loco alterius
nominationis, quam illi facere debuissent coram
Archiepiscopo, quæque sola eis competabat. Et
ex hoc capite negauit Rota Duci, qui causam
agebat vtramque nominationem, *vt patet ex de-*
cisionibus factis coram Robusterio super eadem causa
sub die 29. Nouemb. eiusdem anni 1582. & 28. Ia-
nuary, & 23. Maij anni sequentis impress. in 2. parte
diuers. decis. 309. 318. & 343. & præcipuè ex dec.
facta sub die 23. Maij.

Dicebatur etiam pro parte Ecclesiæ; quod
Duci concessæ fuissent tres remissoriæ, vt illi fa-
ciliùs concedi deberet secunda, sed visum fuit,
vel non subsistere hanc rationem, quia hoc iudi-
cio vna solùm remissoria fuit Duci concessa anno
1596. vel nihil prodesse decisioni dubij propositi,
dum materiæ contentæ in articulis sunt partim
irreleuantes, partim improbabiles, vt supra vi-
sum fuit.

Et ità, &c.

Quam plures in hac causa emanarunt Decisiones sub diebus 19. Februarij 1593. coram Pamphilio seniore, & ista habetur in recent. par. 3. decis. 17. coram Martino Andrea sub die 6. Aprilis 1615. inter eius impressas decis. 28. ac etiam in recent. decis. 280. par. 2. 4. Decembris 1615. quæ est decisio inter eius impressas in ordine 45. sub die 11. Ianuarij 1616. & hæc habetur in prima parte recent. decis. 702. sub die 27. Februarij 1617. inter eiusdem Martini Andreæ decisiones numer. 204. ac etiam in recentior. decis. par. 4. decis. 415. coram Durano est, & alia in hac causam facta decisio sub die 23. Martij 1629. dec. 190. eiusdem auctoris, & coram eodem Eminentiss. Verospio sub diebus 2. Decembris 1630. quæ habetur impressa inter recentiores par. 5. decis. 415. 15. Decembris 1636. par. 7. recent. decis. 182. sub die 1. Aprilis 1639. quæ cum non habeatur impressa erit infra in appendice, aliæ verò quæ in hac causa habentur cum adhuc illa pendeat in hoc Sacro Tribunali ponam in sequentibus tomis.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

Sacræ Rotæ Decano.

Anconitana Dotis.

Mercurij 4. Iulij 1640.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac decisione de probanda identitate bonorum mobilium, ad quorum redditionem rationis tanetur vxor, petens sibi dotem restitui aduersus hæredes mariti.

SVMMARIVM.

1 *Vxor agens ad dotis restitutionem non tenetur bona, quæ apud eam non remanserunt.*
Vel quæ nec culpa aut facto ipsius vxoris defecerunt hæredibus viri restituere ibid.
2 *Massaritiæ domus supellectilia, & vtẽsilia per spatiũ decennij præsumuntur consumpta.*
3 *Mobilium restitutionem qui facere tenetur liberatur si ex cursu temporis bona verisimiliter appareant consumpta.*
4 *Restitutio eiusdem rei dupliciter fieri non debet.*
5 *Identitas probatur ex demonstrationum, & qualitatum conuenientia, siue illa sint mobilia, siue immobilia, & num. seq.*
6 *Identitas bonorum mobilium est difficilioris probationis.*
7 *Identitatem bonorum momibilium ad probandam sufficiunt signa, & aliæ demonstrationes.*
8 *Identitas bonorum mobilium deprehenditur etiam ex qualitate personarum.*
9 *Qualitas personarum possidentium infert ad certificationem bonorum, an sint eadem, vel diuersa.*
Testium in depositionibus, ea capi debet interpratatio per quam euitetur contrarietas, & ipsi ad concordiam reducantur.

DECISIO CCL.

CVm per obitum Hieroynimi Fanelli Francisca Lanfrancona eius vxor obtinuisset ab A. C. relaxari mandatum contra illius hæredes pro restitutione dotis scut. 4. mil. sub obligatione tamen restituendi in actu solutionis omnia mobilia, quæ ipsa pro securitate suæ dotis retinere declarauerat appellarunt Fanelli hęredes Hieronymi prætendentes dotem non ascendere ad eam summam, & adita Signatura, quæ quoad scut. 2250. rescripsit sine præiudicio, quo verò ad scut. 1750. cum clausula, *si quid exequendum*, disputatoque dubio coram bon. mem. Buccabella an mandatum pro dicta summa sc. 1750. esset exequendum per binas * decisiones fuit negatiuè responsum eo quod non constabat de traditione dotis asque ad eam summam; Verùm cum postea pro parte Franciscæ probatum fuisset eam plura mobilia ad computum dotis viro cõsignasse, quæ iuxtà descriptionem, & æstimationem factam à Palazzina ascendebant ad scuta 802. DD. repropofita causa pro hac quoque summa mandatum dixerunt esse exequendum.

Hinc orta cõtrouersia circa restitutionem mobilium proponente pariter bon. mem. Buccabella dictum fuit hæredibus Hieronymi restituenda esse non solùm mobilia quæ continentur in Inuentario confecto per Franciscam de tempore obitus, sed insuper ea omnia, quæ fuerunt de tempore nuptiarum æstimata per Palazzinam, & ab eadem in quodam folio separato descripta exceptis quibusdam, quæ dicebantur subhastata propter debita hæreditaria, & respectiuè consumpta, & oppignorata, prout latiùs recensetur in decisionibus in hac causa factis sub diebus 20. Nouembris 1637. * & 15. Martij 1638. à quibus hodie coram me Domini recesserunt quoad mobilis in folio Palazzinæ descripta firmantes restitutionem esse tantummodò faciendã de bonis appositis in inuentario cõfecto per Frãciscam, & in ipsius domo de tempore obitus viri receptis.

Et in hanc sententiam iuerunt Domini aduertentes mobilia descripta in folio Palazzinæ esse triplicis speciei, quartum tamen nullam Francisca restituere tenetur.

Prima namque species continet quædam mobilia signata in dicto folio littera A. videlicet, *Vn quadretto d' argento di San Francesco, vn centiglio da capello, vna Croce d' oro con brilli, vn anello con vn diamante, & vna collanetta d' oro,* quæ omnia fuerunt distracta per Hieronymum constante adhuc matrimonio, vt ex duobus testibus pro hac parte examinatis, qui optimè probant, cum vnus deponat de facto proprio dicens se emisse à Hieronymo prædicta mobilia alter verò de visu asserens fuisse præsentem d. venditioni, & vidisse recipi pretium à Hieronymo; Et ad horum restitutionem dixerunt Domini Francis-
1 cam nullatenus cogi debere † cum nec apud eam remanserint, nec culpa, aut facto proprio defecerint, *Alex. consil. 36. num. 18. versic. aut dicta res, vsque ad fin. lib. 6. latè Fusar. de substitut. quæst. 624. num. 6.*

Secunda verò species continet quam plura mobilia in eodem folio signata littera C. consistentia in massaritijs supellectilibus vtensilibus
2 pannis lineis, & alijs huiusmodi, † quæ cum ab anno 1622. quo contractu fuit matrimonium vsque

vsque ad obitum viri sequutum de anno 1632. præsumantur vsu consumpta *Peregrin. consil. 70. num. 21. lib. 1. Rot. coram Duran. decis. 192. n. 11.* vtique ad eorum restitutionem Francisca non videtur cogenda, cum generaliter quilibet, qui tenetur restituere, vel reddere rationem de mo-
3 bilibus eximatur † ab vlteriori restitutione allegando, quod ex cursu tanti temporis bona verisimiliter fuerunt consumpta, vt ex *doctr. Bart. in l. quoad præsens num. 3. C. de murigul. lib. 11.* tradunt. *Paris. cosil. 55. num. 27. lib. 2. Riminald. Iun. consil. 459. num. 18. lib. 4. Peregrin. de fideicomm. art. 10. num. 40.* qua opinionem sequitur Rota, & signanter coram *Martin. Andr. decis. 69. num. 3. & decis. 55. num. 1. decis. 80. numer. 7. & coram Gregor. decis. 285. num. 3. ibique Addens. numer. 4. vers. benè verum est.*

Tertia demum species continet mobilia, quæ in d. folio apparent signata litt. B. quæ cum sint omninò eadem cum ijs, quæ fuerunt inuentaria-
4 ta per Franciscam de tempore mortis, satis visum fuit quod Francisca semel illorum restitutionem exhibeat absque eo quod duplici restitutionis onere grauetur, ad *tex. in l. bona fides, ff. de reg. iur. & cap. bona fides extra eod. tit. in 6.*

Quod autem bona descripta in folio Palazzinæ signata de tempore obitus sint eadem conuincitur manifestè ex oculari inspectione si folium, ac Inuentarium simul conferantur, liquet enim easdem qualitatum, ac denominationum demõstrationes mobilibus tàm inuentario, quàm in folio descriptis pariformiter conuenire, ex qua demonstrationum, & qualitatum conuenientia
5 † sicuti probaretur identitas quorumlibet bonorum, *Dec. in cap. prudentiam, §. sexta numer. 10. versic. sed dicit de offic. delegat. Alex. consil. 133. num. 5. lib. 1. Crauett. consil. 198. num. 2. Menoch. consil. 409. num. 85. & dixit Rot. in Nouarien. bonorum 30. Aprilis 1632. coram Reuerendiss. D. meo Decano impress. in recent. decis. 120. num. 19. par. 6.* Ità fortiùm bonorum mobilium quorum identi-
6 tas est difficilioris † probationis iuxtà Theor. *Bart. in tract. Testimon. num. 30. & 31.* vbi quod
7 ad hunc effectum sufficiunt signa, † & aliæ demonstrationes sequitur *Pegrin. de fideicom. art. 44. num. 47.*

Et pro hac identitate concurrit etiam vehemens præsumptio desumpta ex eo quod Hieronymus tàm ante contractum matrimonium, quàm postmodum eo constante fuit filius familias exul à Patria, & cui menstruatim subministrabantur victui necessaria, adeout cum inuerisimile admodum sit eum alia mobilia suis expẽsis comparasse præter ea, quæ ad computum dotis sibi consignata fuerant Francisca fortiùs con-
8 uincitur identitas bonorum mobilium, quæ ex qualitate † etiam personarũ deprehenditur *Bart. in d. tract. Testimon. eod. num. 30. versic. vel quid si apud te famulum*, vbi quod ex qualitate personarum possidentium adducitur ad credendum,
9 † quod corpora bonorum sint eadem *Crauett. cons. 191. num. 8. Natta cons. 235. num. 17.*

Nec aduersus distractionem factam à viro, & consumptionem à iure præsumptam releuat, quod Francisca articulauerit vestes, & alia omnia penès se existentia esse eademmet corpora, & substantia, quæ Viro in computum dotis fuerunt consignata; Quia non est concludens probatio mobilia penès Franciscam de tempore obitus reperta sunt eadem, quæ fuerant tradita in dotem, ergo omnia mobilia in dotem tradita hodie penes illam existunt, quia possunt stare simul quod hæc sint eadem sed non omnia, quæ in dotem fuerunt tradita; Imò hæc assertio potiùs vrget contra hæredes Hieronymi, & magis conuincit identitatem bonorum, quia si mobilia descripta in Inuentario de tempore obitus Viri sunt eadem corpore, & substantia, quæ ei cõsignata fuerunt pernecesse sunt eadem cum bonis descriptis in folio Palazzinæ; quia in eo apposita sunt bona, & mobilia tradita viro ad computum dotis.

Minus ad hunc effectum releuant Testes pro Francisca examinati dum quartus super 42. asserit hodie in Domo Franciscę reperiri eadem mobilia, quæ ipsa habebat in Terra Stacciolæ, & quintus super 13. testatur mobilia, quæ hodie reperiuntur in dicta domo Franciscæ esse eadem, quæ ipsa consignauerat viro in d. Terra Stacciolæ; Et idem quartus super nono recitat de verbo ad verbum se vidisse omnia mobilia, quæ in capsis asseruabantur, & dicit esse illa eadem, quæ continentur in folio Palazzinæ tunc sibi lecto; Quia si eorum dicta interpretarentur de omnimoda existentia horum bonorum in Domo Franciscæ conuincerentur manifestè de falso non solùm ex alijs Testibus, qui vt superius dictum fuit deponunt de alienatione quinque corporum facta à Hieronymo constante matrimonio, quæ proinde apud ipsam non remanserunt; ideoque quatenùs dicunt mobilia hodie reperta in domo Franciscæ esse eadem cum consignatis in terra Stracciolæ intelligendi sunt iuxta interpretationem datam assertioni factæ per Franciscam in articulis, vt scilicèt bona hodie reperta penès ipsam sint eadem cum traditis in dotem. sed non sint omnia; Quatenùs verò de verbo ad verbum recitant se vidisse singula bona, quæ in capsis seruabantur eaque dicunt esse eadem cum descriptis in folio Palazzinæ intelligendi sunt cum distinctione temporis, vt scilicèt eorum dicta percutiant tempus consignationis, & quod de eo tempore viderint seruari in dd. capsis ea, quæ in folio Palazzinæ leguntur descripta, non autem percutiant tempus obitus Hieronymi non solùm quia ijdem Testes Summ. hæredum num. 1. fatentur de eo tempore se non vidisse mobilia in capsis, vt apertè secundus Testis iuxtà 28. ibi, *L' hò vedute portare dalli Facchini al Porto della Stracciola, & adesso l' hò viste in Casa della Signora Francesca, ma vltimamente dentro non l' hò vedute*; sed etiam, quia in depositionibus testium capiẽ-
10 da est ea interpretatio † per quam euitetur contrarietas, & ad concordiam reducantur *cap. cum tu vbi gloss. & DD. de testib.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

In appendice erunt quæ supra citantur in hac causæ decisione sub diebus 20. Nouembris 1637. & 15. Martij 1638.

R. P. D. COCCINO.

Sacræ Rotæ DECANO.

Lucana Maioratus.

Mercurij 4. Iulij 1640.

ARGVMENTVM.

Statutum excludens forenses ab acquisitione bonorum quocumque titulo, seù modo etiam per vltimam voluntatem, comprehendit successionē tàm ex testamento, quàm ab intestato, & æquè porrigitur ad titulum vniuersalem, ac particularem; & traditur distinctio inter statutum acquisitionem prohibens modo quo supra, ac statutum denegans bonorum alienationem in forenses.

SVMMARIVM.

1 *Conferens se ad habitandum cum tota familia in alia Ciuitate forensis, dicitur respectu Ciuitatis, quam deserit.*

2 *Statutum excludens forenses ab acquisitione bonorum immobilium comprehendit etiam ciuem, qui alibi cum totis laribus ad habitandam se contulit.*

3 *Possessor repellit forensem actorem incapacem ratione statuti ab acquisitione bonorum.*

Quamuis bona semoto statuto venirent actori adiudicanda ibid.

4 *Statutum excludens forenses ab acquisitione bonorum in illius territorio de iure est validum, & nu. 5.*

5 *Statutum excludens forenses ab acquisitione bonorum dicitur publicam respicere vtilitatem.*

6 *Ac proinde fauorabile censetur.*

7 *Statutum excludens forenses ab acquisitione bonorum sicuti non ligat clericos, ad bonorum acquisitionem agentes.*

Ità nec illis prodesse debet si ipsi reperiantur possessores, ibidem & num. seqq. vbi vide contrarium.

8 *Personæ Ecclesiasticæ in fauorabilibus gaudent beneficio statutorum.*

9 *Laicus forensis incapax ratione statuti, non potest Ciui, quamuis ille esset persona Ecclesiastica statuti inhabilitatem obijcere.*

10 *Aequalitas ratio correspectiua consistit in pariformi correlatione, ac proinde inter personas differentes dari non potest.*

11 *Aequalitatis non intrat inter actorem, & reum, cui magis in iudicio est fauendum.*

Reo magis quam actori in pari causa fauere debemus, num. 11.

12 *Successio qualibet siue ex testamento, siue ab intestato voluntaria dicitur respectu acquirentis, & num. seqq.*

Statutum prohibens acquisitionem bonorum in forenses quocumque titulo dicitur eam acquisitionem interdicere, quæ fit ex causa siue testatæ, siue intestatæ successionis, nu. 12. & seqq.

13 *Filij cum habeant beneficium abstinendi ab hæreditate ascendentium, non necessariè, sed voluntariè dicuntur succedere.*

14 *Acquisitionis per vltimam voluntatem appellatione venit quoque successio ab intestato.*

Decedens ab intestato censetur suam voluntatem conformare dispositioni iuris communi, nu. 14.

15 *Successio dicitur necessaria si habetur ratio ad actum necessarium, hoc est mortis, à qua sumit effectum.*

16 *Forensis à statuto acquirere prohibitus, censetur etiam prohibitus successionem acquirere, siue vniuersalem, siue particularem, ac num. seqq. & supra nu. 12. pariter cum seqq.*

17 *Dictiones vniuersales, & geminatæ faciunt quemlibet casum censeri in statuto comprehensum.*

18 *Probibitio statuti verbis vniuersalibus negatiuis concepta trahitur ad omnia.*

19 *Successio ab intestato affert secum titulum vniuersalem hæreditatis.*

20 *Statutum quamcumque prohibens acquisitionem in forenses comprehendit tàm vniuersalia, quàm particularia relicta, & nu. seqq.*

22 *Dictiones*, quocumque modo, & titulo, *alternatim in prima parte dispositionis expressæ, & in secunda repetitæ censentur.*

23 *Rationis maioritate, quinimò etiam sola identitate existente lata fieri debet interpretatio, & extensio, intellige vt num. seqq.*

24 *Ratio non expressa, dummodo sit vnica, habetur pro expressa.*

25 *Ratio fundata in publica vtilitate interpretationem, ac extensionem recipit.*

26 *Amplia conclusionem, & in pœnalibus procedere.*

27 *Item amplia etiam in qualibet aliam materia quantumuis exorbitanti.*

28 *Dictio*, aliqua, *posita in oratione affirmatiua, inducit notam restrictionis ad particularia.*

Secùs in oratione vniuersali negatiua, quia ab illa qualificatur ibidem.

29 *Statutum prohibens alienationem bonorum in forenses, et statutum prohibens eisdem acquisitionem bonorum differunt inter se, & num. seqq.*

30 *Alienationem bonorum in forenses per statutum prohibita, successio ab intestato non censetur vitita.*

Secus si statutum interdicat acquisitionem bonorum in forenses, ibid. num. seqq.

33 *Proauus potest in pronepotes ciuilitate originariam transmittere.*

34 *Habilitas succedendi requiritur de tempore delatæ successionis, nec sufficit etiam si postea superueniat.*

35 *Forensi quem statutum vetat succedere æstimatio bonorum non debetur, & numer. seqq. vbi de ratione.*

37 *De statuto non dicitur sufficienter constare ex attestationibus extraiudicialibus.*

38 *Statutum laicale non ligat Moniales in casibus illis præiudicialibus, quamuis ipsæ in alijs casibus sibi fauorabilibus possint statuto vti.*

DECISIO CCLI.

RESOLVTVM fuit non constare de Fideicommisso, quod Pilladi suffragetur quoad bona existentia in Territorio Lucensi; Nam admisso citra veri præiudicium fideicommisso ad fauorem maioris natu familiæ Lucensis de Vellutellis, nec non dato etiam, quod Pillades sit maior natu de eadem familia; Nihilominus cum Alexander eiusdem Pilladis proauus, deserta patria, Venetias

tias lares, totamque substantiam transtulerit,
1 illicque ipse, & illius descendentes, necnon, † & idem Pillades continuò habitauerint, effecti sunt forenses respectu Ciuitatis Lucanæ, *ad text. in l. 2. C. de incolis, lib. 10. Bart. in l. prædia, §. 1. num. 1. ff. de fund. instr.* prout etiam *in l. assumptio, §. iuris prudentibus, num. 2. & in l. domicilium, ff. ad municip. quem sequitur Marianus Soccin. in cap. fin. num. 54. vers. est ergo conclusio de for. comp. Cæphal. cons. 246. num. 24. vol. 2. & cons. 547. nu. 34. vol. 4. Hond. cons. 5. num. 26. & seqq. vol. 1.* & in proximis terminis ponderauit *Rota apud Buratt. dec. 188. numer. 11. vers. nec probatur, Duran. decis. 31. nu. 10. & decis. 327. num. 1. par. 1. diuer.* Vnde ad eiusdem Pilladis velut forensis exclusionem intrat *Statutum Lucen.*
2 *lib. 4. cap. 74.* prohibens forensibus bonorum † immobilium acquisitionem quocumque titulo, seu modo etiam per vltimam voluntatem, vt in his terminis firmant *Dec. cons. 661. num. 5. vers. cum ergo dictus, & num. 6. Soccin. iun. cons. 3. num. 1. & ante num. 7. lib. 3. Alciat. cons. 31. num. 4. lib. 9. Bertaz. cons. crim. 455. num. 29. cum aliis per Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit. 1. num. 7. Bellon. Iun. de iur. accresc. cap. 7. quæst. 52. num. 9. in fin. & num. 10.* Adeout Moniales possidentes bona sita intra d. Territo-
3 rium Lucense possint à limine† iudicij eundem Pilladem tamquam incapacem repellere exceptionem istius statuti, vt in simili *Bart. in l. his consequenter, §. 1. ff. famil. ercisc. & in puncto Simon de*
4 *Pretis cons. 8. num. 38. lib. 1.* De cuius † quidem Statuti validitate non est ambigendum, vt in puncto *Bart. in l. filius familias, la 117. §. diui, n. 11. ff. de legat. 1. Franc. in cap. fin. num. 3. de Immun. Eccles. in 6. Castr. cons. 89. numer. 1. par. 2. Bald. cons. 310. nu. 1. iuncto nu. 3. vers. item ista prohibitio, vol. 3. Dec. d. cons. 661. nu. 1. & seqq. Alciat. d. cons. 31. n. 4. vers. & non est dubium, lib. 9. Clar. §. fin. quæst. 82. statut. 5. in princip. prout alios latè cumulant. Tiraquel. de retract. lignag. in præfat. num. 14.* Cum habeat mo-
5 tiuum publicæ vtilitatis, vt † scilicet patrimonia pinguius conseruentur inter Ciues, & incolas onera Reipublicæ præsentaneo obsequio substinentes, *Ias. in l. eius qui, §. quod si stipulatus, numer. 9. vers. sed ego declaro, ff. si cert. petat. Calcan. cons. 3. post princ. vers. item facit alia ratio, Simon. de Pret. dict. cons. 8. num. 37. lib. 1. Curt. Iun. cons. 129. numer. 10. lib. 1. Corn. cons. 78. num. 2. vol. 1. latè Surd. cons. 276. num. 8. & 9. & appositè Rota apud Seraph. dec. 816.*
6 *num. 3.* Ideoque statuta † huiusmodi censeantur fauorabilia, *Alex. cons. 41. num. 11. vol. 5. Barbat. cons. 4. num. 11. vers. venio nunc, cum numer. seqq. vol. 1.*

His firmatis facile euanescunt contraria. Non enim officit primo, quod sicuti Statutum istud ex defectu potestatis non compræhenderet personas Ecclesiasticas quantumuis forenses, si agerent ad bona contra Ciuem, ita etiam non debeat Monialibus eadem bona possidentibus
7 suffragari ad † exclusionem forensis, vt sic æqualitas seruetur iuxtà tradita etiam in Ecclesia, per *Castr. in cons. 142. num. 8. vers. & dicit esse, lib. 2. & in simili ponderat Dec. cons. 114. num. 1. vers. & quantum ad statutum.* Nam supposito pro indubitato,
8 quod † in fauorabilibus personæ Ecclesiasticæ gaudeant beneficio statutorum, *cap. dilecti, de for. compet. cap. constitutus, de in integr. restit. Lap. allegat. 101. num. 6. Dec. d. cons. 114. d. num. 1. col. 2. vers. sed tamen his minimè obstantibus, cum aliis per Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 8. nu. 41. Surd. cons. 2. numer. 35. & consil. 560. num. 13. Fachin. controu. 29. in fin. lib. 12. vol. 2. Rota in Mediolanen. Hæreditatis 11. Martii 1596. coram bon. mem. Card. Millino, quæ apud Fenzon. ad Statut. Vrb. est decis. 7. in vers. non obstat, quod Sanctius:* Animaduertendum est rationem æqualitates seruandæ non procedere in casu isto ex duobus: Primo quia Moniales, quæ hodie possident bona non sunt forenses, sed de Ciuitate, ac Territorio Lucensi habiles ad fruen-
9 dum beneficio Statuti † qualis non est Pillades absolutè forensis, & sic incapax talis priuilegij, vt benè in simili considerat *Dec. d. cons. 114. num. 1. d. col. 2. vers. & licet in effectu*, ac proinde data inter dd. Moniales, & Pilladem differentia qua-
10 litatis cessat inter † ipsos ratio æqualitatis correspectiua, quæ consistit in pariformi correlatione iuxtà *text. in l. Iulia, §. si procurator, ff. de act. empt.* Secundò eadem ratio æqualitatis non intrat,
11 cum † ipsæ sint reæ, quibus in Decisione magis fauendum, quam Pilladi actori, *l. inter pares, ff. de re iud. Oldr. cons. 311. n. 3. & in terminis non ab similis statuti, Alex. cons. 52. in fin. lib. 1.*

Secundo non obstat, quod statutum istud loquatur de acquisitionibus voluntariis, ac descendentibus ex titulis particularibus, hic autem agatur de acquisitione necessaria, & emanante ex titulo vniuersali. Nam quod attinet ad acquisitionem voluntariam, de qua loquitur statutum, ibi, *vel alio quocumque titulo siue modo acquirere voluntariè inter viuos, vel per vltimam voluntatem.* Visum fuit Dominis omnem cessare difficultatem, tum quia quælibet successio tàm ex causa Testati,
12 quam † ab intestato, de qua tamen posteriori non docetur ad fauorem Pilladis, censetur voluntaria respectu acquirentis, cum etiam in ipsis
13 filiis, propter † beneficium abstinendi necessaria non detur, *l. 1. & toto, C. si minor se ab hæred. abstin. gloss. in eadem l. 1. in verbo ob eam rem. l. si qui se, vbi Alex. & Ias. num. 1. ff. de acq. hæred. Alex. in consil. 183. num. 1. lib. 6.* tum quia statutum ipsum prohibet etiam expressè acquisitionem per vltimam voluntatem, cuius appellatione venit quoque
14 ius succedendi ab intestato cum decedens ab† intestato censeatur voluntatem suam conformare dispositioni iuris communi, & disponere, & inuenientes ab intestato *l. conficiuntur, l. si quis cum testamentum nullum, ff. de iure codicil. Ionnnes de Anan. cons. 28. num. 25.* quando etiam successio ista dici posset non voluntaria respectu volunta-
15 tis testatoris, sed necessaria respectu † actus necessarij hoc est mortis, à qua sumit effectum, vt declarat *Ruin. cons. 71. num. 5. lib. 1.* quod adhuc
16 forensis † prohibitus acquirere aliquo titulo, nec etiam acquirere possit tanquam hæres proximior ab intestato, supponit in puncto *Bart. in l. ventre 83. num. 10. ff. de acq. hared. vbi Aret. nu. 7.* tenet opinionem Bart. procedere quando, vt hic, in
17 statuto appositæ reperiuntur † dictiones vniuersales, ac geminatæ, & clarius idem firmant *Ruin. cons. 71. num 4. vers. prout deciditur, vol. 1. & seqq. & cons. 89. num 36. & plenius cons. 203. num. 18. & 19. vol. 2. Roland. cons. 80. num. 37. vol. 3.* Quo vero ad acquisitionem ex titulis particularibus, considerabant

18 rabant Domini, quod cum † d. porohibitio sit
verbis vniuersalibus negatiuis, ac geminatis con-
cepta, ibi, *nulla persona forensis audeat aliqua bona*
immobilia, &c. emere, vel alio quocumque titulo, siuè
modo acquirere voluntariè inter viuos, vel per vltimam
voluntatem &c. comprehendit quamcumque ac-
quisitionem tàm ex titulo particulari, quàm vni-
uersali, vt in puncto quod censeatur prohibita
omnis acquisitio, tàm ex Testamento, quàm ab
19 intestato, & † sic ex viuersali titulo hæreditatis,
quem secum affert successio ab intestato firmant
DD. proximè relati, & facit *text. in leg. 1.* ibi,
quoquomodo iuncto princ. ff. de testamen. milit. & latè
ponderant *Ruin. cons. 98. num. 11. lib. 2.* & benè ad
propositum *Dec. cons. 160. num. 1.* vbi nominatim
20 firmat sub huiusmodi verbis comprehendi † tàm
vniuersalia, quam particularia relicta, *Clar. §. fin.*
q. 82. statut. 5. vers. quæro numquid n. 3. quæ maximè
procedunt cum statutum ipsum expresserit acqui-
sitionem etiam per viam vltimæ voluntatis, quæ
21 † velut genus comprehendit sub se distinctè om-
nes titulos tam institutionis generalis, quam re-
licti particularis, velut subalternas species, & par-
tes subiectiuas, attentis præsertim dictionibus il-
lis vniuersalibus, *quocumque titulo, siue modo*, quæ
22 expressæ in prima † parte dispositionis alternatæ
censentur pariformiter repetitæ in secunda, *Alb.*
cons. 234. num. 14. Surd. cons. 315. num. 4. ac si di-
ctum fuisse sine per vltimam voluntatem quocũ-
que titulo, ac modo, quo casu clarissimè liquet
secundum deducta titulum vniuersalis institutio-
nis continere: Et tandem eò magis cessat omnis
ambiguitas considerando, quod vbi agitur de
acquisitione ex titulo vniuersali etiam ab intesta-
to concurrit ne dum identitas, sed immo maio-
ritas rationis, ex quo moti sunt statuentes iuxtà
superius deducta, cum acquisitiones ex titulis
vniuersalibus magis præiudicent conseruationi
bonorum in Ciuibus onera Reipublicæ sustinen-
tibus, quam acquisitiones ex titulis particulari-
23 bus, ex qua † rationis maioritate, immo sola
identitate faciendam esse latam interpretationẽ,
24 ac etensionem, etiam vbi ratio † non esset expres-
sa dummodo sit vnica, quæ habetur pro expressa,
Alex. cons. 34. num. 8. lib. 5. Quæ conclusio tanto
25 facilius procedit, quando vt hic, ratio † est fun-
data in publica vtilitate, vt in puncto dicit *Dec.*
26 *d. cons. 661. num. 2. & 3.* vbi dicit id procedere †
etiam in pœnalibus, *Rimin. Iun. cons. 354. num. 14.*
vol. 3. Surd. d. cons. 276. num. 9. vol. 2. prout id etiam
27 † in qualibet materia quantumuis exhorbitanti
admittunt, *Riminald. d. cons. 354. num. 14. Alex.*
cons. 58. num. 8. & seq. lib. 2. & cons. 68. nu. 6. lib. 3.
prout etiam d. cons. 34. num. 9. lib. 5. Quæ omnia
indubitatè procedant nõ obstante dictione illa,
aliqua, ex qua deducebatur intellectus restrictio-
nis ad particularia, quia licet aliquando impor-
28 tare † possit notam particularitatis in orationa
affirmatiua, secus tamen est in oratione vniuer-
sali negatiua, à qua qualificatus, vt benè decla-
rat *Natt. cons. 525. sub num. 6. vers. potest etiam*,
29 *vol. 3.* Et † hinc constat tradita per *Rimin. Iun.*
cons. 15. nu. 59. & seq. non applicari, cum procedant
in decretis non vt hic vniuersaliter conceptis in
foreses prohibendo illis acquisitionem, sed dum-
taxat disponentibus, quod non possit fieri alie-
natio in forensem, vt ipsemet *Rimin. ponderat ibid.*
nu. 54. qui termini longe inter se differunt, vt do-
ctè, ac magistraliter aduertit *Ruin. d. cons. 89. n. 36.*
30 *& cons. 203. nu. 18. & 19. vol. 2.* vbi quod † prohi-
bita alienatione, non censetur prohibita succes-
sio ab intestato, cum ista sine facto hominis, sed
solo ministerio legis non veniente sub prohibitio-
ne statuti deferatur prohibita verò acquisitione
31 † semper censetur prohibita etiam successio ab
intestato, quæ sine facto hominis veniente sub
32 prohibitione non potest effectum sortiri: Ita †
etiam ex his visum fuit Dominis tradita in indi-
uiduo istius Statuti per *Petri Cabal. cons. ciuil. 16.*
numer. 19. & seqq. vol. 2. nullatenus esse admit-
tenda.

Tertio non refragatur, quod præfatus Alexan-
der ciuilitatem originariam potuerit transmitte-
33 re in Pilladem † proponepotem, quia quicquid
sit de hoc, certum est, quod ex dispositione alte-
rius statuti cap. 294. lib. 4. huiusmodi ciuilitas non
porrigitur vltra nepotes.

Quarto, Pilladi non suffragatur oblatio, quam
hodie facit de reassumenda maiorum ciuilitate,
& subeundis oneribus Ciuitatis; quia in hac ta-
34 cti specie † habilitas requiritur de tempore dela-
tæ successionis, adeout postea superueniens mi-
nus sufficiat, *Dec. d. cons. 661. num. 13. & seqq. plenè*
Alc. d. cons. 31. nu. 45. & 46. lib. 9. Lader. cons. 74. n. 26.
vers. aut vero, Socc. Iun. cons. 49. num. 9. vol. 4. Hond.
cons. 5. n. 21. & 23. et cons. 6. nu. 37. vol. 2. Decian cons.
56. nu. 40. vol. 4. Sim. de Pret. d. cons. 80. nu 18. lib. 1.
Surd. cons. 456. nu. 28. & cons. 487. pariter nu. 18. Pe-
regr. in cons. 4. nu. 4. vol. 5. Anchar. Iun. quæst. fam. 9.
sub nu. 25. par. 1. Carp. ad Stat. Mediol. par. 1. c. 310.
nu. 21. Costa de retrotr. cap. 9. ca. 14. num. 1. Rota dec.
159. nu. 7. cum seqq. par. 2. & dec. 69 lib. 1. par. 3. diuers.
& apud san. mem. Greg. dec. 279. nu. 20. Buratt. d. decis.
188. nu. 10. et dec. 599. num. 4 in fin. nu. 8.

Quinto, nec prætendi potest, quod saltem Pil-
ladi debeatur æstimatio, quia in hoc casu, in
35 quo † dici non potest Testator scienter forensem
ad fideicommissum vocasse, contrariam sententiã
vti veriorem distinguendo tenet *Roman. cons 539.*
num. 3. vers primo quia, Alc. d. cons. 31. num. 44. lib. 6.
36 *vbi in vers. item limitatur*, firmat † id procedere
fauore publicę vtilitatis, *Menoch. cons. 667. n. 7. vers.*
nam respondetur, & præsumpt. 120. numer. 9. lib. 4.
Rim. Iun. d. cons. 354. num. 25. vol. 3. Surd. d. dec. 30.
num. 6.

Sexto, ac denique non resistit, quod Statutum
Lucense mandet reddi forensibus idem ius, quod
redderetur Lucensibus per Statuta forensium
hincque cum Statuta Venetiarum non excludant
forenses, idem ius seruari debeat Pilladi Veneto;
quia quicquid sit an de Statutis Venetiarum suf-
37 ficienter constet † per attestationes extraiudicia-
les, quæ dantur, & an Statutum istud Lucense
intelligatur præterquam in specialiter expressis,
cessat omnis difficultas ex eo, quod Statutum
38 huiusmodi † velut in casu isto Monialibus ipsis
præiudiciale, ipsas non afficit ex defectu potesta-
tis, *auth. statuimus, C. de Episc. et Cleric. Lap. d. alleg.*
101. nu. 26. cum vulgarib.

Et ita parte vtraque audita conclusum, &c.

R.P.D.

R.P.D. GHISILERIO.

Posteà Episcopo Terracinen.

Legioneñ Beneficij.

Mercurij 4. Iulij 1640.

ARGVMENTVM.

Possessionem beneficij esto, quod aliquis acceperit elapsis nouem mensibus à die datæ litterarum Apostolicarum, non ex hoc impeditur, quin super illo manuteneri debeat aduersus allum qui postea eiusdem beneficij possessionem acquisiuit. Defectus non publicatæ resignationis qualis sit potentiæ, vt resignatarius carere debeat beneficio, & quibus defectus huiusmodi prodesse possit, cuius occasione plura de hac materia dicuntur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio beneficij capta post nouem menses à die datæ litterarum Apostolicarum an suffragetur, & numer. seqq.*
Decretum irritans non tollit insistentiam facti, numer. 1.
Sed illud priuat omnis iuris effectu, num. 2.
3 *Possessio capta contra formam constitutionis Pontificis non est manutenibilis.*
4 *Decretum irritans appositum super certo corpore beneficij afficit etiam possessionem illius.*
5 *Decretum irritans generaliter appositum, non impedit manutentionem, donec discutiatur an sit locus decreto.*
6 *Resignatarius qui accepit possessionem post nouem menses à die datæ litterarum Apostolicarum.*
Debet manuteneri donec discutiatur, an fuerit legitimè impeditus ibidem.
7 *Impedimentorum plura sunt genera ad effectum, vt excusetur resignatarius qui in tempore non cepit beneficij possessionem.*
8 *Impedimentum non solum probari debet, sed etiam diligentiæ pro amouendo resignatario.*
9 *Possessio alicuius remanet nulla ex defectu citationis, si alius in possessione reperitur, & infrà num. 17.*
11 *Vacatio ob non publicatam resignationem, non comprebenditur in vacatione per obitum, non obstante clausula,* siuè alio quouismodo.
12 *Manutentionis in iudicio non admittuntur exceptiones respicientes petitorium.*
Vbi est discutienda validitas publicationis, ibidem.
13 *Exceptio non publicatæ resignationis non impedit manutentionem.*
14 *Restitutio in integrum aduersus non factam publicationem reponit resignatarium in primæuum statum.*
15 *Restitutio in integrum aduersus non secutam publicationem non retrotrahitur in præiudicium illius.*
Qui medio tempore cæpit possessionem ibidem.
16 *Possessio capta non citato resignatario nullius est momenti etiam quod ille resignationem non publicauerit, & sup. num. 9.*
17 *Prouisio Ordinarij de beneficio vacante ob non factam publicationem resignationis, non suffragatur.*
18 *Beneficium vacans ob non publicatam resignationem soli Sedi Apostolicæ vacat.*
19 *Defectus non captæ possessionis beneficij in tempore allegari non potest contra habentem restitutionem in integrum.*
20 *Possessionis causam sibi etiam absque noua apprehensione mutare potest resignatarius.*
Qui obtinuit restitutionem in integrum aduersus non publicatam resignationem ibid.
21 *Possidere quis potest ex pluribus titulis, qui non sunt incompatibiles inter se.*
22 *Clausula*, dummodo alteri non fuerit ius quæsitum, *præseruat tantum ius intrinsecum in ipsa re non autem extrinsecum.*
23 *Lis in possessorio non facit beneficium litigiosum.*
24 *Mentio litis nulla ex defectu iurisdictionis in supplicatione Pontificis fieri non debet.*
Exceptio subreptionis, vel obreptionis respicit petitorium num. 24.

DECISIO CCLII.

BIs Rota resoluit coram me 9. Decembris anni præteriti, * & 14. Martij anni currentis, Francisco della Carrera dandum esse mandatum de manutenẽdo in possessione beneficij simplicis in Ecclesia loci de Rebollar, quia illius possessio capta in executionem litterarum Apostolicarum, alio non existente in possessione, fuit iustificata ex actuali illius apprehensione mediante Procuratore ab eo ad id specialiter constituto, de quibus constat ex publico Instrumento, Repropositâ tertia vice causa super eisdem DD. steterunt in decisis.

Est enim indubitatum, quod Franciscus habet anteriorem possessionem, quàm habeat Seminarium S. Floriani, quod non negat anteriorem possessionem Francisci per sex menses, sed cum non fuerit capta intra nouem menses à die datæ litterarum Apostolicarum iuxta Constitutionem Gregorij XIII. 85. de publicandis resignationibus, illam prætendit inefficacem etiam ad effe-
1 ctum manutentionis, † ex vi decreti irritantis in eadem Constitutione appositi, quod licet non tollat insistentiam facti *Put. decis. 1. lib. 1. & decis. 486. num. 2. lib. 2. Seraphin. decis. 1471. nu. 5. Card. Caualer. decis. 8. num. 3. Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 124 num. 3. & decis. 354. numer. 7. coram eodem, & in Compostellana, seu Salamantina Iurisdictionis 14. Ianuarij 1633. coram bon. memor.*
2 *Motmanno*, illam † tamen priuat omni Iuris effectu *Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 46. num. 70. & lib. 3. quæst. 24. num. 25. Posth. in tractat. de mandato de manutenendo obseruat. 46. n. 13.* ita vt habeatur
3 pro vacua tàm ad effectum † denegandi manutẽtionem possessori, quam eam concedendi alteri, qui postea possessionem apprehendit, vt in terminis firmauit *Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 51 num. 4. Posth. dict. tract. obseruat. 71. num. 49. & 70.* vbi allegat concordantes. Verùm cum supradicta non procedant indistinctè, sed
4 solùm quando † decretum irritans est appositum super certo corpore Beneficij, secus autem quando appositum est in genere, nam tunc nisi clarum
5 omninò sit, quod sit locus decreto † irritanti, suspenditur illius effectus donec iustificetur, & interim datur manutentio anteriori possessori,

Rota decis. 341. num. 2. & decis. 562. num. 2. & 3. par. 1. recent. coram bon. mem. Card. Caualer. d. decis. 8. & in alijs pluribus allegatis *per Posth. d. obseruat. 46. num. 5.* & versemur in secundo casu, quia dicta Constitutio Gregorij XII. loquitur in genere de resignatione Beneficiorum, & habent in ventre limitationem, si Resignatarius fuerit impeditus antequam cognoscatur an fuerit impedi-
6 tus, nec ne, neque † intrat Constitutio, neque decretum irritans in ea appositum, sed est danda manutentio Resignatario possessori donec de impedimentis cognoscatur, & desuper per Iudicem pronuncietur, non obstan. Constitutione, vt fuit pronunciatum *in Rota in vna Asculana coram bon. bon. mem. Card. Blanchetto 28. Iunij 1589.* quam referunt, & sequuntur *Paris. de resignat. lib. 11. quæst. 14. nu. 50. & Garz. de benef. par. 11. cap. 3. nu-*
7 *mer. 312.* plura autem genera † impedimentorum ad effectum de quo agitur, enumerat, & declarat *Paris. dict. lib. 11. quæst. 13. num. 50. & seq.* Et quãuis sit probandum impedimentum, & diligentiæ
8 † pro eo amouendo iuxta *decis. san. mem. Greg. XV. 501. num. 1. & 2.* hoc tamen non facit, quin dum fit huiusmodi probatio sit manutenendus Resignatarius, & talis probatio facta fuisset si Franciscus Resignatarius fuisset citatus quando Seminarium, de facto, & sine citatione cœpit possessionem, quia tunc potuisset probare legitimum impedimentum, per quod ad actum possessionis intra nouem menses deuenire non potuit, quod admittit d. Constitutio Gregorij. Ideò ex hoc
9 solum, † quod possessio fuit occupata de facto, & sine citatione debetur Francisco manutentio, cũ ex defectu citationis possessio Seminarij sit nullius momenti, *Io. Andr. in cap. Ordinarii de off. ordin. in 6. Abb. in cap. accepta de restit. Spol. cum aliis allegatis per Gemin. in cap. licet Episcopus numer. 9. de præben. in 6. & vltra alios citatos per Paris. d. lib. 11. quæst. 10. num. 15. 22. & 23. consuluit Ferrettus cons. 10. num. 10.* Nec ex verbis dictæ Constitutionis in §. 3. ibi, *& si propter litem, aut aliquod legitimum impedimentum nequiuerit, &c.* potest prætẽdi, quod Constitutio requirat priùs esse probanda impe-
10 dimenta, quia † illa verba non inducunt conditionem talem, quæ debeat prius formaliter probari, sed sufficit, quod possit postea probari, & interim suffragatur detentatio ex Iuribus supra allegatis.

Non obstat defectus non publicationis in tempore probatus tam ex testibus examinatis, quàm ex productione litterarum Apostolicarum, & articulis datis pro Francisco ad probandum, quod publicauit post nouem menses, & ex possessione capta post dictum tempus per Franciscũ producta, & demum ex propria illius confessione, de qua in supplicatione; Quia vltra quod talis exceptio non publicationis non potest opponi pro parte Seminarij, dum prætendit vnionẽ beneficij de quo agitur purificatam per obitum obtinentis; Vnde non potest opponere de non
11 publicatione, eo quia talis vacatio ob non † publicationem non comprehenditur in vacatione per obitum non obstante clausula, siue alio quouismodo, vt tenuit *Rota in Mediolanen. Præpositura 28. Iunii 1589. coram Platto impress. apud Garz. de benef. vbi supra num. 305. coram sanct. memor. Gregor. XV. decis. 159. num. 5. vbi Adden. in Camerinen. Parochialis 7. Febr. 1629. coram Eminentiss. Card. Vbaldo tunc Rotæ Auditore* extensa per R. P. D. meum Carillum in eius locum subrogatum, & fuit firmatum in decisionibus in hac causa factis; In hoc Iudicio manutentionis non admittuntur requirentes altiorem indaginem,
12 † & concernentes petitorium vbi est discutienda validitas publicationis, & an adsit iusta excusatio, vel suffragetur restitutio *Rota coram san. me. Gregor. XV. dec. 275. num. 11. & decis. 323. coram eodem, & in recent. decis. 200. num. 17. par. 5. &*
13 in terminis, quod non admittatur † exceptio non publicationis ad impediendam manutentionem firmauit *Rot. in Compostellana Beneficii 4. Maii 1616. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & coram bon. mem. Buratt. dec. 263. nu. 7*

Sed restitutio in integrum obtenta ad cautelam aduersus non factam † publicationem in
14 tempore tollit obstaculum supradictæ Constitutionis, & operatur repositionem ad priorem statum ad effectum adimplendi requisita à dicta Constitutione *glos. in cap. auditis in verb. reliquum de restit. in integr. Rot. coram bon. mem. Card. Caualer. dec. 180. num. 3. & in Argentina Præpositura 1. Iulij 1626. coram bon. mem. Card. Virili,* quæ etiamsi non
15 retrotrahatur in præiudicium Seminarij, † quod medio tempore cæpit possessionem iuxta *cons. Oldrad. 325. num. 8. vers. præterea hoc probant;* attamen cum possessio Seminarij capta non citato Resignatario nullius sit momenti, non obstante de-
16 fectu † publicationis, & etiam inficiatur à decreto irritanti posito in eadem Constitutione aduersus prouisiones factas ab Ordinarijs Bene-
17 ficiorum vacantium ob non publicationes, † qualis est prouisio Seminarij illa non suffragatur vt fuit decisum *in d. Camerinen extensa per D. meum Carillum,* & fuit firmatum in prima decisione in hac causa facta coram me, & ratio est manifesta contra Seminarium, quia stante non publi-
18 catione Beneficiorum vacat Sedi Apostolicæ, † & ad cuius solius fauorem inducta est vacatio, & ideo nisi Seminarium habeat gratiam à Papa non potest prætendere aliquod Ius ex dicta vacatione.

Demum non obstat defectus non acceptæ possessionis in tempore; quia cum Franciscus habeat supradictam restitutionem obtentam ad
19 cautelam, non potest amplius † dari de hoc defectu, & licet pro seminario dicatur, quod non constet de possessione accepta vigore illius nouæ gratiæ, attamen satis est, quod Franciscus su-
20 perueniente nouo titulo † restitutionis illam potuerit sibi mutare, quatenus opus sit, absque noua apprehensione iuxtà *decis. Achil. 4. de caus. possess. & propriet. Rot. diuers. decis. 345. num. 4. & 613. num. 5. par. 1. dec. 143. num. 4. par. 2. & in recent. dec. 97. num. 4. & seqq. & decis. 108 num. 2. par. 6. &* propterea cum titulus restitutionis in integrum sit compatibilis, cum titulo resignationis, Franciscus iuuari potest etiam possessione anteriori
21 capta ex titulo resignationis, † quia ex vtroque præsumitur possidere *Cresc. decis. 5. de restit. spoliat. sub Add. ad sanct. mem. Gregor. XV. decis. 546. num. 15.*

Nec est attendenda clausula posita in restitutione

tione ibi, *dummodo tempore Datæ, ob lapsum temporis huiusmodi non sit in dicto Beneficio alicui specialiter ius quæsitum, &c.* quia non suffragatur Seminario, cui vigore vnionis Ordinarij nullum potuit ius queri ex lapsu temporis ad publicandum & ob non factam publicationem iuxta supra de-
22 ducta, & dicta clausula † præseruat tantùm Ius intrinsecum in ipsa re, non autem Ius accidentale, & extrinsecum exceptionis *Sarn. super reg de Iure quæsito non tollendo quæst.4. sub num.14. Rot. decis.759. num.4. par.1. diuers. & in recent. dec. 255. num.1. & per tot. par.3.*

Nec gratia dicitur subreptitia, eo quia non fuerit facta mentio litis iam pendentis cum Se-
23 minario. Tum quia lis erat in † solo possessorio, quæ non facit Beneficium litigiosum, *Cassad. decis.6. num.2. de rescript. & decis.4. num.1.* vt lite pendente; Tum quia Ordinarius non poterat se ingerere contra prouisum Apostolicum immissum ab Exequutore; Qua propter de lite nulla,
24 ex defectu iurisdictionis † nulla debebat fieri mentio *Oldrad. cons.299. Cur. Iun. cons. 164. vers. & ideo, Gabr. de iudicijs conclus.4. num 32.* & exceptio
25 subreptionis, † vel obreptionis respicit petitorium, vt tenuit *Rota in Illerden. Canonicatus 5. Iulij 1620. coram bon. mem. Vbaldo, & coram bon. mem Buratto dec.549. num.17.*

Et ex his DD. prout in supradictis duabus decisionibus censuerunt nullam habendam rationem posterioris possessionis captæ per Seminarium existente in possessione Francisco Resignatario, quem manutenendum esse dixerunt vtraque parte informante, &c.

Supradictæ duæ decisiones, quæ in hac causa emanarunt, sub diebus 9. Decembris anni præteriti, & 14. Martij præsentis anni erunt infra in appendice.

R. P. D. ROIAS.

Postea Episcopo Tarraconen.

Romana Domus.

Mercurij 4. Iulij 1640.

ARGVMENTVM.

Manutentionis in iudicio cum leuiores sufficiant probationes eæ etiam admittuntur, quæ ex instrumento captę possessionis licet informi resultant, dummodò ex subsecutis exactionibus illud fomentum recipiat. Possessio tutoris etiam sine alio mandato suffragatur pupillo. Religiosus habet facultatem capiendi possessionem superioris tamen accedente permissu.

SVMMARIVM.

1 *Possessio anterior manuteneri debet.*
2 *Possessionis instrumentum licet aliquam patiatur difficultatem, ex subsecutis exactionibus corroboratum remanet.*
Exactiones magnum præbent possessionis argumentum in iudicio manutentionis num.2.
Probationes leuiores requiruntur in manutentionis iudicio summarijssimo num.2.
3 *Tutor habet mandatum à lege ad capiendum possessionem pro pupillis.*
4 *Epistola non probat mortem contra tertium.*
5 *Instantia, & iudicium ceptum à defuncto in illius transit hæredem.*
6 *Possessio capta post inhibitionem Rotalem non est manutenibilis.*
7 *Religiosus est capax possessionis de superioris licentia, eaque præsumpta suffragatur, & numer. seqq.*

DECISIO CCLIII.

Steterunt hodie DD. in decisis coram me sub die 1.* Iunij præteriti in qua resolutum fuit Magdalenæ, & Agneti sororibus de Turrinettis dandum esse mandatum de manutenendo in possessione medietatis domus magnæ siue potius medietatis vndecim ex triginta partibus ex quo aliæ decem, & nouem partes fuerunt datæ in solutum Ascornio per Vados, & de quibus non fuit capta possessio, nec non medietatis alterius Domunculæ existen. in via Græcorum ex quo de earum possessione doctum fuit ex instrumento venditionis earum ab eis facta ad fauorem dd. de Vadis de anno 1611. cum reseruatione Dominij, & clausula Constituti, vsque ad integralem pretij satisfactionem in cuius vim possessionem acceperunt de anno 1628. vigore mandati de associando cum de pretio nunquam fuerint satisfactæ integre; Quapropter cum dicta possessio fuerit longè anterior possessione Crosarij, quæ fuit
1 capta de ann.1634. Ideo venit manutenenda, *Bart. cons.121. in quæst. D. Cioli num. 1. lib.1. Ruin. cons.53. num 8. lib.4. Bocr. decis.239. num. 6 Rot. decis.506. num.5. & 612. num.4. par. 1. diuers. Duran. decis.257. num. 2.*

Nec obstat, quod d. instrumentum ann.1611. non esset omnino in forma probanti, quia adminiculatum remanet ex subsequentibus exactionibus pensionum factis à Virginio Casali eorum Tutore, & Curatore, & productis ab ipso Cro-
2 sario, quę exactiones † magnum argumentum possessionis præbent in hoc Iudicio summarijssimo manutentionis in quo leuiores sufficiunt probationes *Rota dec.198. num 1. par. 1. recent. Greg. decis.324. num.5. & dec.458. num.7.*

Minus obstat, quod possessio capta fuerit vigore mandati de immittendo obtenti mediante persona d. Virginij Casalis Tutoris, ac respectiuè Curatoris, quia d. possessio Turrinettis suffragatur vti capta per tutorem, & Curatorem habentem mandatum à lege; ideò bene potuisse
3 † acquirere possessionem ad earum fauorem *iuxt. l. primam §. adipiscimur ibi, sed Pupillus Tutore authore incipiet possidere, & §. per Procuratorem, ff. de acquir. possess. Mantic. dec.227. num.4.*

Nec pariter obstat allegatus obitus Magdalenæ, quia epistola ad illum probandum exhibita
4 non probat contra tertium *per text. in l. epistola, ff. de pact. Bald. in l. non epistolis num.5. C. de probat. Rip. in l. admonendi num.140. ff. de iur. iuran. Menoch. de arbitr. casu 94. num.22. Rot. dec.717. num.6. par. 2. recent. & in Romana diuisionis 20. Iunij 1639. coram R.P.D. meo Bichio.*

In omnem casum quatenus de obitu constaret adhuc dandum esse mandatum de manutenendo non Crosario, sed vel Virgilio Casali, Curatori, ac Procuratori domino litis effecto, & qui pensiones huiusmodi Domorum pluries exegit, vel Ioanne, & Elisabettæ de Turrinettis, quas idem
5 Crosarius hæredes institutas prætendit † cum instantia, & Iudicium ceptum à defuncta transeat ad hæredes *Marescot. variar. resolut. cap. 116. n. 19. lib. 2. Posthum. de manut. obseru. 55. num. 46. Rot. in Bononien. de Canalibus 11. Ianuarii 1602. coram Eminentiss. Card. Pamphilio*, & fuit dictum *in Cæsaraugustana Distributionum 3. Iunij 1640. coram Reuerendiss. D. Decano* cum possessio Crosarij sit posterior
6 & capta post inhibitionem Rotalem † illi personaliter præsentatam, quo casu non est manutenibilis *Posthum. de manutent. obseru. 48. num. 28. Rot. in Tridentina Prædij 24. Maij 1610. coram Ottembergo*.

Tandem non obstat, quod Agnes sit monia-
7 lis, ex quo adhuc est capax possessionis † de Superioris licentia, vt in decisione hodie confirmata dictum fuit, quæ licentia præsumitur dum
8 Superior permisit Monialem pensiones exigere, & præsumpta suffragatur, vt ex *Nauar. Cordub. Tolet.* & plurimis alijs ibi collectis, firmat *Sanchez. in præcept. Decal. lib. 7. cap. 19. num. 7.*

Et ita &c.

☞ *Habetur hæc decisio sub die 1. Iunii proximè præteriti in hac eadem causa emanata coram d. Reuerendiss. Tarraconen. supra in hac parte, & est decisio 230.*

DECISIO CCLIV.

R. P. D. BICHIO.

Romana Manutentionis.

Mercurii 4. Iunij 1640.

Et impressa inter Bichio in Tomo 1. Decis. 37.

R. P. D. CARILLO

Posteà Præside Vallisoletano.

Romana Legati.

Mercurij 4. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Legatum descendentibus relictum expressa persona, à qua illi procedere debent censeatur ne ad primos descendentes restrictum, vel etiam ad vlteriores porrigatur, & ad legatum prædictum censeantur solum vocati illi, qui erant in humanis tempore conditi testamenti aut admittantur etiam concepti post obitum testatoris.

SVMMARIVM.

1 *Descendentium appellatione veniunt omnes in infinitum etiam quod Testator descendentes ex certis personis vocasset, & nu. seq. vbi vide ac etiam nu. 9. pariter cum seqq.*
2 *Dictio* cioe, *stat restrictiuè.*
3 *Dictio*, dalle, *denotat causam immediatam, & n. 9. & seqq. & n. 13. pariter cum seqq.*
4 *Descendentium vocatio ex certis personis verificatur in primis, absque eo quod ad vlteriores porrigatur.*
Contra n. 9. & seqq.
5 *Dictio*, cioè, *exponitur declaratiuè.*
6 *Parentelæ appellatione comprehenduntur agnati, & cognati vtriusque sexus, tam propriæ, quam extraneæ familiæ.*
7 *Casatæ nomine veniunt solum illi, qui habent cognomen, & insignia domus, & familiæ.*
Intellige vbi fuit habita ratio conseruationis agnationis aliàs secus ibidem.
8 *Mulier dicitur finis propriæ familiæ, & caput alienæ.*
9 *Dictionis*, ex, *natura exponitur, & n. seqq.*
Immediatum dicitur quidquid per rerum naturam continuatè procedit n. 9.
12 *Vocatio descendentium est relatiua ad stipitem, à quo omnes dicuntur descendere.*
14 *Genus positum post speciem non restringit speciem, sed illam extendit ad omnes in genere comprehensos.*
15 *Testator si vocauit descendentes ex aliqua persona per verbum*, discese, *videtur se restrinxisse ad descendentes ipso viuente natos.*
Intellige vt n. seq.
17 *Legatum collatum in diem incertum admitti etiam natos post mortem testatoris, & conceptos tempore purificatæ conditionis.*
18 *Testator si vocauit descendentes ex aliqua persona, qui tempore testamenti nati non erant, non potest dici respexisse ad tempus præteritum ibidem.*
19 *Voluntas Testatoris ita debet interpretari ne sequatur absurdum.*
20 *Dilectio arguitur ex priori vocatione facta in testamento.*
21 *Moderator & arbiter quilibet est in re propria.*
22 *Voluntatis quæstio admitti non debet vbi verba testatoris sunt clara.*
23 *Voluntas testatoris prout expressè sonat ad vnguem seruari debet.*
24 *Legatum factum descendentibus vltra primos non admittit alios vlteriores.*
Si testator non respexit tempus futurum, & perpetuum, ibidem, & n. 26. vbi declara.
25 *Verba*, gli habbiano à distribuire, *& verba* gli habbino à dare, *dicuntur obliqua.*
27 *Hæres si in aliqua parte fuit nudus minister, ac executor electus de eo quod disponere debet, non potest sibi aliquod lucrari.*
28 *Testator si vsus fuit nomine collectiuo in vocatione descendentium, & omnibus prouidere voluerit.*
Tunc dispositio ad omnes trahitur, nec solos primos admitti ibidem.
29 *Transactio facta ab vno ex vocatis alijs ex propria persona venientibus præiudicare non potest.*

DECISIO CCLV.

IO: Antonius de Siccis in suo cum quo obiit testamento inter alia, relicto vsufructu domorum de quibus agitur Corneliæ filiæ ma...

uit, vt ea defuncta Archiconfraternitas Sanctissi-
mæ Trinitatis Vrbis ex pensionibus dd. domo-
rum persolueret singulis annis scuta 30. Lauren-
tio nepoti quatenus viueret, sin autem eadem
scuta 30. dari deberent illius filijs masculis, &
casu quo tunc temporis filiæ d. Laurentij, scili-
cet Cæcilia, & Felix adhuc non essent nuptui
traditæ, voluit, quod eis dd. annua scuta 30.
soluerentur per quinquennium, elapso vero quin-
quennio, applicarentur filiabus maritandis de
sua Casata perhæc verba, (*e doppo voglio che li
detti scudi 30. vadino alle figliuole femine da mari-
tarsi della Casata mia, cioè discese da Giacomo figlio-
lo di Fermo mio fratello, e dalle figliuole di Lorenzo
mio nipote.*)

Euenit casus quod dictus Iacobus decessit si-
ne filijs, d. vero Laurentius reliquit, post se Cæ-
ciliam, Felicem, Catharinam, & Dorotheam
filias, & ex d. Catharina nupta Rodulpho de
Orgas, natæ sunt Vrsula, & Lucretia Senior
quæ super dicto legato transegerunt, & tandem
ex dicta Vrsula nupta Thomæ de Cacciauinis
orta est Lucretia Iunior, quæ vti vocata ad di-
ctum legatum mouit iudicium pro illius conse-
cutione coram Eminentissimo D. Card. Anto-
nio Barberino d. Archiconfraternitatis Prote-
ctore; cui placuit ad instantiam partium desu-
per cousulere Rotam, ideò proposui dubium,
An dictum legatum debeatur, & in hac tertia
causa propositione fuit affirmatiuè resolutum.

Ratio resolutionis fuit, quia Testator vocauit
fœminas descendẽtes ex fœminis dicti Laurentij
sui nepotis, dicta verò Lucretia descendit ex fœ-
minis d. Laurentij, vti nata ab Vrsula filia Catha-
rinæ filia eiusdem Laurentij, ergo ei debetur le-
1 gatum cum appellatione descendentium veniãt
omnes in infinitum, *l. liberorum, ff. de verb.
signif. l. vlt. C. de legit. hæred. Paris. cons. 51. n. 30. lib.
2. Peregr. de fideic. art. 22. n. 43. Fusar. de substit. q.
327. n. 1. Rot. dec. 492. n. 1. par. 4. diuers.*

Quod habere locum dixerunt DD. etiamsi
Testator vocauerit descendentes ex certis perso-
nis, ibi (*cioè discese da Giacomo figliuolo di Fermo
mio fratello, ò dalle figliole di Lorenzo mio nipote*)
2 † etenim licèt dictio (*cioè*) latinè idest seù videli-
cet stet restrictiuè, *Ias. in l. si pluribus in 2. notab.
ff. de leg. 1. Crau. cons. 273. n. 9. Surd. cons. 315. nu.*
61. & dictio, *dalle*, quæ latinè sonat ex, soleat
3 denotare causam immediatam, *l. 1. §. ex incen-
dio, ff. de incend. ruin. & naufr. vbi Bart. l. ex hoc
iure, & l. non dubium, C. de legib.* & consequen-
ter dicta dispositio satis verificata dicatur in dd.
Lucretia Seniori, & Vrsula filiabus immediatè
descenden. ex d. Catharina vna ex filiabus de
4 d. Laurentijs, † absque quod comprehændat d. Lu-
cretiam iuniorem, quæ non est filia immediatè
descendens ex dicta Catherina, sed est illius ne-
ptis in vlteriori gradu, *Cephal. cons. 330. num. 3.
cum sequen.*

5 Attamen prætermisso, quod illa dictio, † *cioè*
soleat etiam exponi declaratiuè, vt probat *Text.
in cap. ex litteris. vbi Dec. post Aretin. in 6. notab.
de probat glos. in Clem. causam verb. videlicet de
elect. Crauet. cons. 310. num. 2.* in hoc casu suum
operatur effectum restrictionis excludendo om-
nes alios de parentela, qui non descendant ex d.
Iacobo, seu ex filiabus d. Laurentij cum alias
6 appellatione parentelæ † fuissent comprehensi
omnes agnati, & cognati vtriusque sexus, tam
propriæ, quàm extraneæ familiæ, *Aretin. in l.
cum quidam, §. quod dicitur, ff. de acquir. hæred. sua
nu. 3. Corn. cons. 57. nu. 7. Dec. cons. 527. Crauet.*
80. *num. 12. bene Peregr. de fideic. artic. 22. num. 31.*
7 & quamuis de rigore Iuris sub nomine † casatæ
solum videantur comprehensi hi, qui habent
cognomen, & insignia illius domus, & familiæ
*ex trad. per Imol. in l. ex pact. §. si quis rogatus, ff. ad
trebell. Paris. cons. 25. col. 1. lib. 3. cum alijs relatis
per Fusar. de subst. in q. 360. nu. 1. & 4.* hoc ta-
men procedit quando fuit habita ratio agnatio-
nis, secus autem quando non, prout in præsen-
ti, vbi Testator expressè declarauit personas de
quibus locutus fuerit sub nomine casatæ, ibi
(*cioè le femine discese, dalle sigliuole femine di Lo.
renzo*) quas certum est non esse de casata de Sic-
cis, sed solum de parentela cum mulier dicatur
8 finis propriæ familiæ, † caput alienæ, *l. pronun-
ciatio, §. fin. l. familia, fœminarum, & leg. fœminà,
ff. de verb. signif. l. assumptio, §. filiæ ff. ad municip.
Rota dec. 354. nu. 4. vers. qua agnatio par. 2. rec.*

Prout etiam illa dictio, *ex* suum quoque
operatur effectum denotant causam immedia-
tam in vlterioribus descendentibus in quibus
9 inest continuatio sanguinis † cum immediatum
dicatur quicquid per rerum naturam cõtinuatio-
ue procedit, vt post *Castr. Bald. & Paris. scribit
Barz. in dec. 4. nu. 17. & seq.* quos refert, & sequi-
tur *Fusar. in cons. 43. num. 47. & in tract. de subst.
qu. 327. num. 10.* & eo magis recepta sententia
10 est, vt vocatis descendentibus ex aliquo † non
censeatur restricta vocatio ad descendentes pri-
mi gradus, sed omnes in infinitum veniant, vt
comprobant *Alex. in l. ex facto, §. si quis ita nu. 4.
& ibi Rip. in 6. ff. ad trebell. Alciat. in l. liberorum
in fin. ff. de verb. signif. Socc. Sen. cons. 51. nu. 7. &
seqq. lib. 4.* & scribit egregiè *Rebuff. in l. cognosce-
re, §. librorum ff. de verb. signif.* vbi sic distinguit,
quod si facta est mentio de filio nato ex aliquo
non comprehendatur progenitus ex nepote, quia
dictio, ex denotat tunc causam, immediatam
& proximam, secus autem quando vocantur de-
scendentes ex Titio, vel per aliud nomen colle-
ctiuum, prout in proposito, quia tunc omnes
descendentes in infinitum continentur, cum
verbum descendentes latè pateat, & omnes com-
11 prehendat in infinitum de sui natura, † & pro-
pterea non patitur restrictionem quamuis fuerint
vocati descendentes ex aliquo quod volit etiam
*Paris. in consil. 51. nu. 30. lib. 2. & cons. 11. n. 38.
lib. 3. Barz. d. decis. 4. nu. 17. & dec. 7. nu. 2. & 4.*
vbi firmatur, quod appellatio descendentium est
12 relatiua ad stipitem, cuius respectu omnes di-
cuntur descendere ex eo sequitur *Peregr. de fideic.
art. 22. nu. 54. Fusar. cons. 93. num. 20. de subst. q.
327. nu. 9. Ruin. consil. 115. lib. 3. Surd. dec. 73. n.*
19. & hanc opinionem, vti veriorem sequuta est
*Rota coram Seraph. dec. 939. à nu. 1. vsque ad 7. &
coram Reuerendiss. D. meo Decano in decis. 493. n. 3.
4. & 5. & fuit dictum in vna Perusina de Rigazzi-
nis 14. Nouembris 1605. coram Litta.*

Quinimmò nos versamur in facilioribus ter-
minis, quia quotiescumque d. dictio, ex, potest
vide-

videri relata, vt admittantur descendentes alicuius certæ personæ ad exclusionem descenden-
13 tium ex alio, prout hic, tunc non operatur restrictionem ad immediatam successionem, vt declarat *Menochius contrariæ sententiæ sectator in cons.* 585. *nu.* 31. *& seq. Fusar. de subst. d. qu.* 327. *num.* 12. maximè cum in præsenti dispositione præcedenti verbum, filiæ, & postea sub sequitur verbum descendentes, ibi, (*vadino alle figliuole &c. discese &c. dalle figliuole di Lorenzo*,) vbi au-
14 tem procedit species, & sequitur genus, † hoc non restringitur per speciem; sed imò illam extendit ad omnes in genere comprehensos, vt benè ad punctum distinguit *Fusar. in cons.* 2. *nu.* 29. *& in tract. de substit. q.* 320. *n.* 68. *& seq.*

Non obstare visum fuit, quod Testator vsus fuerit verbo præteriti temporis, ibi (*discese &c.*)
15 vnde inferebatur, † quod Testator intellexerit taxatiuè de descendentibus ipso viuente natis ex traditis per *Dec. in cons.* 1. *nu.* 254. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 328. *num.* 328. *num.* 17. *Fusar. de subst. d. qu.* 327. *nu.* 24. quia obiectum procederet si reuera Testator se restrinxisset ad aliquod certum tempus in quibus terminis loquuntur Doctor-
16 res supra citati, † at d. verbum (*discese*) in præsenti refertur ad tempus purificati legati, adeo ut sensus sit quod legatum successiuè debeatur fœminis, quæ tempore quo purificabitur à filiabus d. Laurentij descendissent, quod suadetur, tum ex eo quod legatum fuit collatum in diem
17 incertum, nempè post obitum d. Laurentij, quo casu iuxta magis communem sententiam veniunt etiam nati post mortem Testatoris, & concepti de tempore purificatæ conditionis *Socc. in l. si cognatis nu.* 3. *de reb. dub. Curt. iun. cons.* 111. *nu.* 19. *Socc. iun. cons.* 176. *nu.* 53. *lib.* 3. *Rot. cons. nu.* 3. *lib.* 4. *Surd. consil.* 120. *nu.* 28. *Fusar. de subst. q.* 318. *nu.* 29. *& seq. Rot. decis.* 579. *num.* 14. *par.* 1. *& dec.* 458. *in fin. par.* 4. *diuers.* Tum ex quo de tempore conditi Testamenti non aderant neque sperabantur filiæ à filiabus Laurentij, vt patet ex lectura Testamenti, in quo eisdem filiabus Laurentij, nimirum Cæciliæ, & Felici reliquit annuum legatum donec nuberent, vnde
18 colligitur Testatorem respexisse tempus remotum, & futurum post eius mortem, *l. qui filiabus vbi Bart. n.* 5. *ff. de leg.* 1. *l. fin. ff. ad. Trebell. idem Bart. in d. l. si cognatis in princ. col.* 2. *ff. de reb. Paris. cons.* 71. *lib.* 4. *Peregr. de fideicomm. art.* 22. *num.* 10. *Fusar. de subst. dicta q.* 318. *nu.* 8. *&* 19.

Quibus non aduersari dictum fuit quod si legatum prædictum declaretur perpetuum sequatur absurdum quod essent melioris conditionis vlteriores descendentes, quam Cæcilia & Felix filiæ d. Laurentij, quibus tantum per quinquennium legatum fuit, & regula sit, quod volun-
19 tas Testatoris interpretari ita debeat, ne absurdum aliquod sequatur *l. nam abs. rdum, ff. de oper. liber. c. Clericos de offic. Vicar. Dec. consil.* 433. *col.* 1. Quoniam fuit consideratum Testatorem vltra hoc legatum relictum per quinquennium reliquisse quoque d. Cæciliæ, & Felici scuta centum pro qualibet eis omnia persoluenda, etiam viuentibus masculis dicti Laurentij non
20 obstant, quod isti essent magis dilecti, † vt probatur ex eorum priori vocatione facta in Testamento *l. publicis*, §. *fin. ff. de condit. & demonstr. l. huius circa finem, ff. de hæred. instituen. Crau. cons.* 62. *num.* 7. & ideò, nil mirum si in vlterioribus fœminis descendentibus quæ nullum aliud commodum sentiunt à d. hæreditate, nec concurrunt cum magis dilectis, Testator disposuit vt haberent annuum legatum donec nupserint, ne
21 inde sequitur aliquod absurdum, cum quilibet in re sua sit moderator, † & arbiter *l. in re mandati, C. mandat. l. dudum, C. de contrah. empt.* &
22 quando verba Testatoris sunt clara † non est admittendenda voluntatis quęstio *l. ille, aut ille* §. *cum fin. ff. de leg.* 3. *facit. text. in l. continuus* 137. §. *cum ita in fin. ff. de verb. oblig. Curt. Iun. cons.* 11 *num.* 19. *in fin. & dixit Rota in Tiburtina hæreditatis* 16. *Maij* 2639. *coram me*, ipsaque volun-
23 prout expressè sonat † est ad vnguem seruanda & exequenda *l.* 1. *vbi Bald. C. de sacros. Eccles. & l.* 1. *vbi Bart. ff. de testam. l. cum proponebatur, & ibi glos. ff. de leg.* 2. *Rot. coram Seraph. in dec.* 4 *num.* 9.

Nec pariter aliquid releuare existimatum fuit aliud obiectum, nempè quod d. legatum expi-
24 rauerit cum Lucretia & Vrsala filiabus Catharinæ filię d. Laurentij secundum doctrinam *Cumani in l. omnia*, §. *in fideicommisso nu.* 4. *ff. de leg.* & aliorum relatorum *per Surd. in dec.* 346. *nu.* qui firmant quod appellatione descendentium non veniant vltra primos adeuntes in fideicommisso alij subsequentes quando in dispositione non adsunt verba explicantia tẽpus futurũ, perpetuũ quoties Testator disposuit per verba obliqua vt hic, ibi (*gli habbino à distribuire*) & inferius
25 ibi (*habbino à dare*) † quę esse verba obliqua docet *Odd. ad compend. par.* 4. *artic.* 1. *verbo detur* tunc dispositio transit ad omnes descendentes in infinitum, quicquid sit in terminis vocationis conceptæ per verba directa, vt benè distin-
26 guendo aduertit *Rota in dec.* 344. *à num.* 4. *usque ad* 7. *par.* 2. *recent.*

Vltra quod placuit etiam responsio data per Informantes, quod scilicet Administratores Archiconfraternitatis sunt in hac parte nudi ministri, ac exequutorio nomine vocati ad distri-
27 buendum d. legatum ponderatis illis verbis, quæ ibi, (*rimanghino dall'infrascritti essecutori, quali habbino à distribuire*) Ideoque nihil durante descendentia filiarum dicti Laurentij lucrari possunt adnotata per *Add. ad Greg. XV. decis.* ... *num.* 42. sed in omnes descendentes legatum debet distribui, ne alioquin meus Testatoris,
28 qui vsus fuit nomine collectiuo & voluit prouidere de omnibus descendentibus ex filiabus Laurentij, hoc sermone eludatur *Tiraquell. in l. Boues*, §. *hoc sermone ff. de verb.* 6. *sub n.* 1. *& limit.* 19. *nu.* 1. *&* 2. *ff. de verb. signif. Bal. in l. fideicommisso*, §. *si quis alicui* ... *ff. de leg.* 3. *Crass. in* §. *fideicommissum*, *q.* 16. *num.* 70. *Socc. cons.* 113. *nu.* 27. *Natt. cons.* 531. *num.* ... *&* 26. *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* ... *num* 12.

Demum nihil obstare visa fuit transactio facta cum Lucretia Seniori, & Vrsula super d. legato
29 quia nocere non potuit vlterioribus descendentibus ex propria persona vocatis *Pinell. in l.* 1. *C. de bon. mater. in par.* 3. ... 46. *vers. igitur, & nu.* 50. *vers.* 8. *limitatio*, ... *Peregr. de fideic. art.* 40. *nu.* ... *& se*

& sequitur Molin. de Hispan. primog. lib. 4. cap. 9. num. 7. & seq. Anton. Gom. in l. 40. Thauri nu. 86. Rot. dec. 147. num. 1. & decis. 337. num. 14. par. 5. recent.

Et ita decisum vtraque &c.

R. P. D. CARRILLO.

Postea Præside Vallisoletano.

Elboren. iuris conferendi.

Mercurij 27. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Transactio, quæ ex obseruantia subsecuta, valida præsumitur, etiam ex eadem obseruantia confirmata auctoritate Apostolica; Hinc plura de obseruantia dicuntur, & an remota suffragetur; & qualis illa dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Beneplacitum Apostolicum præsumitur ex obseruantia annorum triginta.*
2 *Amplia conclusionem procedere etiamsi in dispositione nulla legatur mentio de beneplacito, ac illius reseruatione.*
3 *Transactio confirmata à Sede Apostolica omnes supplet defectus, & etiam successores ligat.*
4 *Validitas concordiæ si ex obseruantia deducitur præsumptio beneplaciti Apostolici ex eodem obseruantia inferri non potest contra num. 7. & seqq.*
Præsumptio ex præsumptione oriri non potest nu. 4.
5 *Præsumptio si venit in consequentiam alterius, non intrat regula, quod ex vna præsumptione non infertur ad aliam.*
6 *Obseruantia si facit præsumere res Ecclesiæ fuisse solemniter alienatas.*
Facit etiam præsumere vtilitatem eiusdem Ecclesia ibidem.
7 *Transactionis scripturæ etiam informi plena fides adhibetur, si illa fuerit obseruata.*
8 *Transactio quæ ex obseruantia præsumitur valida, præsumitur etiam beneplacito Apostolico confirmata.*
9 *Antiquitate temporis omnia præsumuntur solemniter facta.*
10 *Concordiæ validitas tunc facilius ex obseruantia præsumitur, quando non agitur de substantia tituli, sed tantum de iustificatione illius, & num. seq.*
11 *Obseruantia continuata si est apta præsumere titulum, & auctoritatem Sedis Apostolica, fortius præsumere facit iustificationem ipsius tituli.*
12 *Actus super quo fundatur solemnitatis præsumptio, si est plenè probatus non intrat regula.*
Quod ex vna præsumptione non inferatur ad aliam secus vero si ille probatur tantum præsumptiuè ibid. & num seq.
14 *Obseruantia remota non suffragatur.*
15 *Obseruantia infra 40. annos non dicitur remota, quia potuit esse quod per prius nunquam venerit occasio faciendi actum.*
16 *Obseruantia remota suffragatur concurrentibus adminiculis.*
17 *Obseruantia referri debet ad titulum præcedentem, & num. 18.*
Actus censetur factus in vim tituli præambuli, numer. 17.
19 *Obseruantia referri debet ad titulum validiorem, non ad illum qui aliquam patitur difficultatem.*

DECISIO CCXLVI.

SVB die prima Iunij * præteriti firmatum fuit, constare de obseruantia, & consequenter de validitate Concordiæ initæ inter Religionem de Auis, & Ordinarium Elborensem super iure præsentandi ad Beneficia simplicia existentia in Ecclesia Sancti Ioannis de Coruche, & fuit reseruatum particulariter videre, An dicta obseruantia releuaret, scilicet, an esset sufficiens ad inducendam præsumptionem Beneplaciti Apostolici; hodieque causa reproposita super reseruatis, Domini vnanimiter obseruantiam releuare responderunt.

Moti ex eo, quia nedum ex obseruantia anno-
1 rum 200. & vltra, vt in casu, de quo agitur, sed ex obseruantia annorum 30. beneplacitum Apostolicum præsumitur *ad glos. in peruenit, & ibi Ioan. de Imol. nu. 10. & 12. de empt. & vendit. Alex. cons. 1. nu. 20. lib. 4. Gozadin. cons. 73. num. 20. & 21.* qui testatur de communi *Curt. Iun. cons. 100. nu. 31. & cons. 213. num. 97. lib. 3.* Quod habet locum etiamsi dictum Beneplacitum non fuerit in di-
2 spositione † enunciatum, seù reseruatum, vt optimè tradit, *Felin. in cap. Albericus num. 4. vers. si autem in Instrumento de testibus* quem passim sequitur Rota in hac sententia, vt testatur *Seraph. in decis. 1042. num. 3. & inter recent. decis. 159. num. 4. part. 1.* cum alijs cumulatis per *Adden. ad san. mem. Gregor. XV. in decis. 343. num. 5.* Transactio
3 autem à Sede Apostolica confirmata † supplet omnes defectus, & ligat etiam successores, *Gemin. cons. 87. num. 1. vers. in contrarium, Ruin. cons. 63. lib. 1.* & dixit in specie *Rota in decis. 159. num. 4. part. 1. recent. Adden. ad eundem Gregor. XV. in decis. 152. num. 4. & ad Buratt. in decis. 152. nu. 6.*

Nec obstare dixerunt, quod ex dicta obseruantia, si oriatur præsumptio validitatis d. Concordiæ, idest, quod sit in forma probanti, non
4 possit oriri alia præsumptio Beneplaciti † Apostolici: cum regulariter ex vna præsumptione alia oriri nequeat: *glos. in l. 1. ibique Bald. & alij C. de dot. promiss. Ruin. cons. 90. circa fin. lib. 1. & cons. 66. num. 19. lib. 3.*

Quia responderunt, regulam prædictam falle-
5 re† quotiescumque vna præsumptio venit in consequentiam alterius *Chistoph. de Castell. in repet. l. sciendum num. 9. ad fin. de verb. obligat.* quod sensit etiam *Bart.* qui de fictione loquitur *in l. si is, qui pro emptore num. 71. de vsucap. & in l. sub conditione, num. 3. ff. de solut. Bald. in l. 1. in fin. C. quand lic. ab empt. disced. Alex. cons. 117. num. 3. lib. 5. Mantic. dec. 11. num. 2.* & melius in *dec. 101. num. 3.* vbi firmatur, quod dum ex obseruantia præsumitur alie-
6 natio rei Ecclesiæ solemniter confirmata, † præsumi etiam debeat in cōsequentiam vtilitas eiusdem Ecclesiæ, vti in necessariam consequentiam.

Et sic cum in proposito ex tam longæua obseruantia concludenter probata per tot actus in decisione causæ relatos, Concordia præsumatur
7 valida, & iustificata, † itaut illius scripturæ licet infor-

informi sit plena fides adhibenda, *ex tradit. per Cin. inter cons. Bald. cons. 400. num. 5. lib. 4. relat. per Aym. cons. 101. num. 4. & cons. 158. num. 1. & in tract. de antiquit. tempor. par. 1. §. 4. limitatur, nu. 14. Rota apud Reuerendiss. D. meum Decanum in dec. 128. num. 7. inter impress.* in consequentiam debet
8 præsumi etiam confirmata cum Beneplacito † Apostolico, per ea, quæ tradit *Mantic. in dictis decis. 21. num. 2. & 101. num. 3. Rot. decis. 400. num. 2. par. 1.* & clarius *in decis. 277. num. 8. part. 5.*
9 *recent.* Ex antiquitate enim temporis † omnia præsumuntur solemniter facta, vt scribit post alios *Aym. de antiquit. tempor. p. 3. §. vidimus in genere, cum pluribus seqq.* & sequitur *Rota in dec. 534. num. 2. par. 1. diuers. & decis. 210. num. 12. part. 5. recent. & coram Seraph. in dec. 1459. in princip.*

Idque eò facilius visum fuit esse dicendum in præsenti, quia non agitur de præsumenda sub-
10 stantia tituli, † sed de iustificatione eiusdem tituli prouenientis ex dicta Concordia, *Rota d. dec. 406. num. 3. in fin. par. 1. recen.* vbi dicitur, quod ex cursu 30. annorum cum obseruantia continuata, solet etiam præsumi titulus, & auctoritas Se-
11 dis Apostolicæ: † ergo eò magis debet præsumi iustificatio ipsius tituli, vt arguit *Rota in d. decis. 534. num. 3. part. 1. diuers.* Quæ iustificatio sufficienter habetur ex dicta decisione causæ, vt supra dictum est: & propterea intrat distinctio alias facta per Rotam coram *Seraph. in d. dec. 1042. sub.*
12 *num. 4.* Nempe, † quod quando actus gestus, super quo fundatur præsumptio solemnitatis, est plenè probatus, tunc non aduersetur doctrina *Bald. & aliorum in d. l. 1. C. de dot. promiss.* Secus
13 autem quando actus † præsumptiuè tantum probatur *Alex. cons. 50. num. 7. lib. 5. Ruin. cons. 29. nu. 4. lib. 4. benè Seraph. in d. decis. 1459. num. 1. 2. 3. 4. & 5.*

Prout nec etiam releuare existimatur id, quod repetebatur contra dictam Obseruantiam scilicet, quod eius initium desumitur ex prouisione vnius Beneficij facta de anno 1349. & Concordia fuit inita de anno 1293. & sic obseruantia vti val-
14 de remota † suffragari non possit, *Bald. in prohem. Digestorum num. 2. Soccin. cons. 6. num. 2. & 3. lib. 1. Rota decis. 170. num. 4. part. 2. recent.* Et eò minus ex quo prædicta obseruantia potuit etiam prouenire ex titulo donationis Regiæ, quam eadem Religio habebat de dicta Ecclesia S. Ioannis de Coruche.

Quoniam, vltra quod hoc non respiceret hanc disputationem restrictam a solam releuantiam obseruantiæ, & decisio super eadem obseruantia extensa debet supponi iuxta stylum huius Tribunalis. Attamen ad tollendam omnem difficultatem, fuit dictum, quod dum exaduerso non docetur de aliquo actu Contrario, nihil obest spatium 40. vel 50. annorum elapsum à die initæ concordiæ: Potuit enim id accidere ex eo, quod non euenit casus vocationis, vt dixit *Rota coram Seraph. in decis. 1334. num. 3. & coram Reuerendiss. D. meo Decano in decis. 469. num. 6. vers. & ista obseruantia, inter eius impress. Adden. ad Gregor. XV. in decis. 325. num. 26. vers. Non dicitur autem,* & sequitur *Adden. ad Buratt. in decis. 10. num. 36. vbi prius sub num. 35.* firmatur, quod obseruantia quoque remota suffragatur concurrentibus ali-
16 quibus adminiculis *Rota decis. 482. num. 10. part. 1. recent.* Adminicula verò hic non desunt, vt patet ex dicta decisione causæ *in §. Præterea, & §. Quibus accedit.* Et facit *decis. Seraph. 1141. vbi sub nu. 2. dicitur, Præsentationes interpellatas spatio centum annorum, & vltra, non facere, quo minus Beneficium sit de Iurepatronatus, dum docetur de alijs præsentationibus continuatis longo temporis spatio:* nec in contrarium detur aliqua prouisio vti de libero; Tunc enim potiùs videtur dicendum, temporum inter[...] ria euenisse, vt documenta præsentationum p[...] rierint, vt ponderat ibidem *Seraph. vers. vnde potius.*

Et quod dicta Obseruantia prouenerit ex ti[tu]lo Concordiæ, non autem donationis Regiæ, in qu[...] bene iustificatur in decisione præcedenti: in qu[a] recensentur etiam aliqui actus gesti iuxta formam dictæ Concordiæ, vt in *vers. Septimus deducitur, & in d. §. Quibus accedit.* Dum igitur fit mentio Concordiæ, Obseruantia ad eam, & non ad Re-
17 giam donationem referri debet, † cum actus cen[...] seatur factus in vim tituli præambuli, *l. Ad sol[u]-*
18 *tionem C. de re iudic.* Et in terminis obseruantiæ *Aym. cons. 10. num. 9. & cons. 118. num. 2. Alciat. præsumpt. reg. 2. præsump. 24. Rot. apud Reuerendiss. D. meum Decanum in d. decis. 128. num. 8. & in[ter] recent. decis. 295. num. 4. part. 3.* & nouissimè in[...] dictum in *Rossanen. exemptionis sub die 27. Ianuarij preteriti, coram me.*

Quinimò ex quo de viribus dictæ Regiæ dona-tionis dubitari poterat ex deductis in duabus præcedentibus decisionibus causę ad fauorem Reuerendiss. Archiepiscopi emanatis, Obseruantia postea subsecuta potiùs ad titulum validio-
19 rem d. Concordiæ, † quàm donationis Regiæ debet referri, *ad notat. in l. similes ff. de testam. [...] lit. Crauett. cons. 322. num. 5. vers. Rursus non o[b]stat, & dixit Rot. in decis. 175. num. 11. part. [...] recent.*

Et sic decisum vtraque parte, &c.

☞ *Habetur hæc decisio sub die 1. Iunij præteriti in ha[c] causa facta coram eodem R. P. D. Carillo infra [in] appendice, ex quo non adhuc reperitur impressa.*

REVERENDISS. P. D. COCCINO

Sacræ Rotæ Decano.

Tridentina Decanatus, & Canonicatus.

Mercurij 4. Iulij 1640.

ARGVMENTVM.

De modo aggrauandi partem si post declaratoriam adhuc censuras substinet, in hac decisione d[i]scurritur.

SVMMARIVM.

1 *Aggrauatoria datur, si pars post declaratoriam sub[sti]net censuras.*
2 *Aggrauatoria vt concedi possit, requiritur quod fuerit parti intimata.*
3 *Affixa in locis solutis, & quod seruati fuerint que[...] tuor*

tuor termini ad videndum se aggrauari , ibidem & num. seq.

3 Terminorum in seruatione pro obtinenda aggrauatoria. Debet interuenire tempus decem dierum inter vnum, & alium in singulorum publicatione ibidem.

4 Contumacia rei contra quem fuit declaratoria relaxata satis constare dicitur.

Ex quo ille non se obtulit promptum ad parendum, ibid. & num. seq.

6 Executoriales per quemcumque possunt intimari, si talis intimandi facultas appareat concessa.

DECISIO CCLVII.

1 CVM aggrauatoria detur, quando † post declaratoriam pars substinet censuras *Abb. & alij in cap. 2. de clar. excom. ministr. Specul. in tit. de accusat. §. sequitur porrò Socc. in cap. perpendimus num. 248. & 252. de sent. excom. Vestr in prax. lib. 5. cap. 14. num. 4. & melius lib. 4. cap. fin. nu. 19. & 20. Addentes ad Rot. decis. 2. num. 53. de rescript. in nou.* & fuit resolutum in causa *Vallisoletana pensionis 29. Nouemb. 1624. coram R. P. D. meo Merlino,* & in causa *Legionen. Canonicatus 14. Martij 1625. coram bon. mem. Patriarca Manzanedo.*

2 Ideo DD. dixerunt dandam esse aggrauatoriam contra Capitulum, quia constat † declaratoriam, ei fuisse intimatam, & affixam in locis solitis, & à die publicationis illius fuisse postea expectatum d. Capitulum per 30. dies, quibus elapsis, cum non curauerit parere, fuerunt etiam seruati quatuor termini, ad viden. se aggrauari, &c. qui singuli seruantur ad primam, vel per to-

3 tam cum interuallo † decem dierum inter vnum, & alium à singulorum publicatione, vt habetur in formulario Rotali *num. 5. & 8. Vestr. in prax. d. c. fin. num 19.* & fuit resolutum in *d. Legionen. coram bo. me. Manzanedo.*

Neque obstat, quod non possit considerari aliqua contumacia Capituli ex quo declaratoria

4 erat † nisi infra mensem, intra quem Tudeschinus non fecit instantiam pro immissione. Quia respondetur, quod cum in actu intimationis Capitulum non se obtulerit paratum, frustratoria erat

5 futura instantia Tudeschini, cum satis constaret de voluntate Capituli non parendi.

Denique non obstat, quod executoriales non

6 fuerint intimatæ per Nuncium, Quia † in illis expresè indulgebatur, quod per quemcumque possent intimari *Buratt. dec. 176. num. 2.*

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

DECISIO CCLVIII.

R. P. D. BICHIO.

Rossanen. Decimarum.

Mercurij 4. Iulij 1640.

Est impressa inter Bichio in Tom. 1. Decis. 36.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO

Sacrę Rotę DECANO.

Romana Domus, seu Landi.

Veneris 16. Nouembris 1640.

ARGVMENTVM.

Natura fundi dotali, eiusuè qualitas plenè in decisione declaratur, ad cognoscendum an census aliaque bona in dotem data cùm pacto, quod in illorum retrouenditione pretium reinuestiri debeat in fundum dotalem illius qualitates assument, & si à principio dotis constitutio in quantitate præcesserit modo tamen non liberè, sed qua supra conuentione fuerit stipulata; pluresq; adducuntur coniecturæ pro declaratione voluntatis contrahentium, quæ sicuti in alijs, & in hac materia primum locum obtinere solet.

SVMMARIVM.

1 *Fundi dotalis ea est natura, vt eius dominium ciuile resideat penes mulierem, naturale verò in virum transferatur.*

2 *Contrahentium voluntas siue verbis expressa, siue ex coniecturis desumpta sufficit ad constitutionem fundi dotalis.*

3 *Fundum dotalem si rem datam in dotem partes nominarunt, ac pro tali iudicare voluerunt, vtique illa erit fundus dotalis.*

4 *Voluntatis quæstio non admittitur vbi in verbis non est ambiguitas.*

5 *Contractus à verborum in illo expressorum nomen accipit.*

Contrahentes non aliter quam expresserunt sensisse dicuntur num. 5.

6 *Expressio fundi dotalis pluries repetita explicat enixam voluntatem contrahentium fundum dotalem constituere volentium.*

7 *Res empta à viro cum pecunia dotali efficitur fundus dotalis, si vltra consensum mulieris, etiam eiusdem concurrat vtilitas.*

8 *Præsumptio semper stat pro iudicis decreto.*

9 *Assecuratio, & hypotecatio dotis facta à viro super suis bonis soluen. pro aliqua rata, arguit reliquum fundum dotalem constitutum fuisse.*

10 *Maritus si restituere promisit solum partem dotis, quam in pecunia numerata accepit, fatetur residuū esse fundum dotalem.*

11 *Census in dotem datus, si per maritum non potest alienari nisi ad effectum illius pretium reinuestiendi pro cautela, & securitate vxoris, arguitur fundus dotalis.*

12 *Facultas alienandi rem in dotem datam si soli marito conceditur, facit illam non esse fundum dotalem.*

13 *Maritus si in actu retrouenditionis census in dotem dati reinuestiuit pretium illius.*

Cum hoc quod reinuestimentum deberet esse fundus dotalis ad formam instrumenti dotis.

Tunc dicitur censum vsque à principio fuisse fundum dotalem constitutum ibidem, & per totam decis.

Confessio mariti se recepisse aliquid in dotem, ac pro fundo dotali facit illud esse fundum dotalem num. 13.

14 *Dos constituta à principio in quantitate infert quod bona deinde assignata non censeantur fundum dotalem.*

15 *Intelligi vbi purè, ac simpliciter dos esset in quantitate promissa.*

Secus si cum pacto quòd quantitas promissa, aut ex pecunia dotali redacta in fundum dotalem reinuestiri debeat ibidem.

Inuestimentum dotis faciendum pro fundo dotali, & ipsum tanquam fundus dotalis iudicari debet num. 14.

Aestimatio rei dotalis facit emptionem, & venditionem, & operatur quod dos in quantitate constituta dicatur.

16 *Aestimatio rei dotalis in dubio facit emptionem, & venditionem, secus si de contraria partium apparet conuentione, siue illa deducatur tacite, siue expræsse.*

17 *Emptio facta à marito pro se suisque hæredibus, & successoribus repugnat naturæ fundi dotali.*

Fundus dotalis acquiritur mulieri, eiusque hæredibus num. 17.

18 *Maritus non prohibetur de consensu vxoris conuertere in fundum dotalem rem ad sui fauorem liberè emptam.*

DECISIO CCLIX.

Placuit DD. decisio emanata in ista causa coram me sub die 28. * Nouembris 1638. qua firmatum fuit q. Cinthiam del Prato acquisiuisse Dominium domus de qua agitur pro rata scutor. 1000. vigore emptionis eiusdē domus factę à Ioanne Foruia eius viro cum pecunijs redactis ex censu dotali eiusdem Cinthiæ quia fundaméta d. decisionis adhuc hodie subsistere visa fuerunt quandoquidem cum prædicta domus effecta fuisset fundus dotalis d. Cinthiæ ipsa acquisiuit dominium eiusdem domus pro rata d. pretij soluti iuxta naturam fundi dotalis, cuius dominiū
1 ciuile residet penes ipsam mulierem quamuis naturale in ipsum virum transferri dicatur *l. in rebus C. de iur. dot. glos. in §. accedit in verbo quod dicitur, instit. quibus alienare licet vel non, Barbos. in l. dotale 62. num. 7. ad fin. vers. vnde ego aliter ff. soluto matrimonio, Seraph. dec. 201. num. 28.* cum alijs in eadem decisione relatis.

Prædictam autem domum fuisse fundum dotalem d. Cinthiæ aperte suadet voluntas contrahētium tam verbis expressa, quam ex coniecturis
2 desumpta, † quorum alterum sufficit adhoc vt res data in dotem dicatur fundus dotalis *Aretin. consil. 84. incipiente* diligenter ponderatis, *nu. 1. & seqq. Barbat. cons. 19. incipient. Clement. Deum numer. 13. & seqq. lib. 4. Socc. Iun. consil. 141. numer. 11. volum. 1. Ioseph. Ludouic. concl. 10. n. 15. versic. limitatur 2. Gratian. discept. foren. cap. 489. sub num. 2.*

Expressa namque verbis d. voluntas detegitur vsque ab initio in ipso instrumento dotali, in quo legitur Philippum aliosque Tutores d. Cinthiæ ipsam nuptui tradidisse d. Ioanni Foruiæ, eique ad computum dotis, & fundi dotalis cessisse, & assignasse d. censum scutorum mille in sorte; Pacto adiecto quod in euentū redemptionis dicti census prædicti Coniuges tenerentur deponere dd. scuta mille in aliquo Banco tuto ad effectum illa reinuestiendi in bonis stabilibus seu alio simul censu pro securitate, & canthela d. Cinthiæ; constat insuper ex alio instrumento d. Ioannem Maritum retrouendidisse postea dictum censum cuidam Fabritio Amorino, illiusque pretium pro dicta rata scutorum 1000. reinuestiuisse in domo, de qua agitur, sub ea pariter lege, quod illa esset hypothecata pro fundo dotali eiusdem Cinthiæ; & cum preæminentijs, & prærogatiuis fundo dotali concessis, ex quibus aperte sequitur dictum censum fuisse ab initio assignatum tanquam fundum dotalem dictę Cinthiæ ipsamque domum emptam cum pecunia redacta ex eodem censu dotali, fundum dotalem pariter effectam fuisse, attenta expressa conuen-
3 tione partium, † quæ prædictos censum, & domum fundum dotalem nominatim appellarunt, ac pro tali iudicari voluerunt vt in specie firmat *Crauett. consil. 548. num. 2. & seqq. lib. 3. Gratian. discept. 745. num. 89. Caual. decis. 37. num. 1.* vbi
4 namque in verbis nulla est ambiguitas; † non debet admitti voluntatis quæstio, vt inquit text. *in l. ille aut ille ff. de legat. 3.* cum à verborum proprietate, contractus in dubio nomen acci-
5 piat, † ne aliter quam sit expressum, contrahentes sensisse dicantur *l. labeo ait in fin. ff. de suppellectili legata l. si alij fund. in fin. ff. de vsu, & vsufr. legat. Natta cap. 194. num. 1. versic. istud idem scribit Mant. de tacit. lib. 2. tit. 2. num. 4.* cum alijs in proposito adductis per *Crauet. d. consil. 548. nu. 2.*
Et præfata tanto magis procedunt in præsenti casu stante altero pacto adiecto in eodem instrumento emptionis dictæ domus, nimirum quod in euētum retrouenditionis eiusdem domus pretium illius reinuestiretur pariter in alijs bonis stabilibus quæ perpetuo stare deberent, pro euictione d. census, ac fundo dotali eiusdem Cin-
6 thiæ; † hæc namque repetita fundi dotalis expressio eo magis explicat enixam voluntatem partium quod prædicta domus efficeretur fundus dotalis; *l. si qua mulier la 2. versic. sin autem post biennium C. ad velleia, glos. firma in cap. si quis iratus verb. iter art. 2. qu. 3. Bald. in cap. eam te num. 3. de reser. & in his terminis Crauet. d. cons. 547. num. 3. Roland. cons. 87. num. 11. lib. 4.*

Quibus accedit quod ipsamet Cinthia adhuc constante matrimonio prædictum reinuestimentum vti fundum dotalem agnouit illudque tam quam vtile preuio Decreto Iudicis ratum habuit de iure namque res empta à viro cum pecunia
7 dotali efficitur fundus dotalis † si vltra consensum Mulieris concurrat etiam illius vtilitas *l. res quæ ex dotali 55. & ibi glos. ff. de iure dotium, l. si Mulier. dotis, l. cum Maritus ff. de pact. dotal. Campeg. de dot. par. 4. glos. 7. num. 1. Honded. cons. 41. numer. 27. lib. 1. Caual. d. decis. 37. num. 2.* quæ vtilitas satis iustificata remanet ex eodem Decreto Iudicis super ea pronunciantis cum
8 pro tali decreto † præsumatur vt in specie dixit *Rot. decis. 289. num. 5. & decis. 297. num. 4. par. 3. recent.*

Ex coniecturis etiam quæ in hac facti serie con-

concurrunt, huiusmodi voluntas contrahentium manifestè etiam colligitur inter quas illa potissimum vrget quod dos erat scutorum 1500. & tamen Maritus in instrumento dotali solum pro scutis 500. receptis in pecunia numerata bona
9 sua hypothecauit;† hinc namque colligitur quod pro alijs scut. 1000. d. census, & successiuè d. domus remansit pro fundo dotali alioquin mulier solum pro tertia parte suæ dotis assecurata fuisset *Gabr. cons.* 60. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 2. *Mantic. de tacitis, & ambig. conuent. lib.* 12. *tit.* 28. *num.* 28. *Grat. d. disc.* 489. *num.* 9.

Secunda coniectura desumitur ex eo quod idē Maritus promisit restituere solum dd. scuta 500. recepta in pecunia numerata non autem d. cen-
10 sum † qui proinde præsumitur fundus dotalis *Gabr. d. cons.* 60. *num.* 2. *Mantic. d. tit.* 28. *num.* 28. *Grat. d. disc.* 489. *num.* 8.

Tertia oritur ex supradicta conuentione quod in euentum redemptionis dicti census pretium deponerentur ad effectum reinuestiendi in alijs bonis stabilibus seu censibus pro cautela, & se-
11 curitate d. dotis † vnde cum Maritus solus non posset libere vendere dictum censum, sequitur illum non transiuisse absolute in eius dominium sed remansisse pro fundo dotali qui à lege alienari prohibetur: *tot. tit. ff. & de C. defund. dot. l. vnic.* §. *cumque ex stipulatu, &* §. *cum lex. C. de rei vxor. ait Ber. consil.* 63. *& num.* 5. prout è conuerso quando soli Marito concessa fuit facultas, re-
12 trouendendi rem datam in dotem† eam fundum dotalem non esse tradit *Rolan. d. cons.* 87. *num.* 13. *vers.* 4. *accedit lib.* 4.

Quarta Demum cōiectura ducitur ex eo quod Maritus retrouendidit dictum censum non vti absolutus Dominus, sed vti Maritus ac legitimus Administrator d. suæ vxoris, subdens quod pretium illius ex forma instrumenti dotalis erat reinuestiendum in alijs bonis, quæ perpetuo stare deberent pro fundo dotali, illudque cum effectu reinuestiuit pro dicta rata super hac domo, pacto insuper adiecto quod in casum retrouenditionis d. domus pretium iterum reinuestiri deberet pro d. rata pro eodem fundo dotali, ex his enim omnibus saltem simul iunctis negari non potest quin sufficiens oriatur probatio quod census in instrumento dotali fuerit assignatus tanquam fundus dotalis, quodque domus empta cum pecunia redacta ex eodem censum dotali fundus pariter dotalis effecta fuerit, vt in fortioribus ex eo solum quod Maritus postea confessus
13 sit se recepisse rem aliquam in dotem, † ac pro fundo dotali ponderant, *Gabr. d. cons.* 60. *num.* 2. *Mant. d. tit.* 28. *num.* 27.

Neque obstare visum fuit quod dos dictę Cinthiæ fuerit relicta in testamento Patris in quantitate scutorum 1500. eamque Tutores promiserint soluere in eadem quantitate, & ideo cum præcesserint constitutio ac promissio dotis in
14 quantitate † census deinde assignatus in ipso instrumento dotali non censeri debeat fundus dotalis *Hond. cons.* 41. *nu.* 5. *lib.* 1. *Cephal. cons.* 351. *n.* 31. *Rot. dec.* 476. *n.* 2. *par.* 4. *rec.*

Quoniam vltra quod de tali præcedenti constitutione ac promissione dotis in quantitate non constat, adhuc ea probata, placuit respon-sio data in decisione nimirum, obiectum procedere posse vbi dos promissa esset in quantitate
14 purè, ac simpliciter, † secus autem quando illa esset promissa prout hic cum pacto quod quantitas promissa siue redacta ex pecunia dotali deponi deberet ad effectum inuestiendi in alijs bonis quæ stare deberent pro fundo dotali in isto namque casu dos non videtur constituta seu promissa in quantitate sed in eisdem inuestimentis faciendis pro fundo dotali quæ propterea tanquam fundus dotalis iudicari debent, *l. quoties ff. de iur. dot. cum alijs in eadem decisione relatis.*

Prout neque obstat quod d. census fuerit datus æstimatus pro scu. mille in Instrumento do-
15 tali, † & ideo talis æstimatio dicatur fecisse emptionem, & operetur quod dos in quantitate constituta dicatur *Hond. cons.* 14. *num.* 43. *lib.* 1. *Rolan. d. cons.* 87. *num.* 5. *lib.* 4. *Seraph. dec.* 1207. *num.* 1. *Rot. decis.* 52. *num.* 3. *par.* 6. *recent.* quin fuit responsum æstimationem rei datæ in dotem inducere emptionem in dubio, secus autem
16 quando, prout hic, † de contraria voluntate partium, vel expresse, vel tacitè apparet prout in terminis aduerterunt. *Aret. d. cap.* 84. *n.* 13. *Socc. iun. d. consil.* 141. *num.* 11. *Grat. d. decis.* 489. *num.* 2.

Demùm non obstat, quod prædicta domus quæ successit loco d. census dotalis, fuerit prius empta à solo viro pro se, suisque hæredibus, &
17 successoribus nulla facta expressione † Mulieris, quòd videtur repugnare naturæ fundi dotalis qui acquiritur mulieri, & eius hæredibus, & successoribus, *Dec. consil.* 42. *num.* 7. *Hond. dicto consil.* 41. *num.* 7. *Mant. de tac. d. tit.* 28. *num.* 12. *Rot. d. decis.* 52. *num.* 12. *par.* 6. *recent.* quia non ideo maritus fuit prohibitus de consensu vxoris dictam domum conuertere in fundum dotalem,
18 † prout postea fecit, vt in specie respondit, *Rot. d. dec.* 287. *num.* 3. *& dec.* 297. *num.* 5. *par.* 3. *recent.* cum alijs quos in proposito cumulat. *Roland. d. cons.* 87. *num.* 1. *& seqq. lib.* 4.

Et ita vtraque &c.

☞ *Habetur altera huius causæ decis. emanata sub die* 28. *Nouemb. anni* 1638. *coram eodem Dunozetto.*

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Sacræ Rotæ Decano.

Eugubina Erroris Calculi.

Veneris 16. *Nouembris* 1640.

ARGVMENTVM.

De comprehensione, vel non comprehensione partitę in solidatione computorum probanda in hac decisione tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Partita, quæ non apparet descripta in libris, vel computis, vbi adnotari debebat, ex hoc dicitur probata non existentia illius.*
2 *Illatio sumi non potest ex scriptura imperfecta.*

 3 *Con-*

3 *Concordia inter partes causat ambarum à lite, & prætentione recessum.*

4 *Existentia partitæ, si denegatur non potest dici quod illa fuerit in computis comprehensa.*

Comprehensio eius, quod non est dicitur impossibilis, num. 4.

5 *Confessionis propriæ reuocatio respicientis factum, vt fieri possit error concludenter probari debet.*

DECISIO CCLX.

Decisiones huius causæ 27. Februarij & 22. Aprilis * anni currentis, firmant errores transactionis initæ inter Conuentinos, & Zeccadorum, omissionis scilicet incomputis partitæ ducati 216. de Camera per Zeccadorum ex fructibus officij *del Piombo* exactorum, & comprehensionis in eisdem computis alterius partitæ scu. 700. Cæterum quia vbi agitur de rationibus ineundis, & noua iura producuntur, facilè computa possunt alterari, placuit Dominis nouam indulgere Zeccadoro audientiam, & veritate partitarum disputationem reassumere.

Quoad nõ comprehensionem partitę duc. 216. Conuentini fundant eorum intentionem in scripturis diuersorũ computorum relatis, nempè per communem Peritum sub die 9. Ianuarij 1627. per Franciscum Zeccadorum in eius epist. 19. Februarij 1622. & ex libro Mutij per Conuentinos exhibito desumptis, in quibus dum non legitur
1 huiusmodi partita duc. 216. de Camera, † inde sumitur probatio illius non existentiæ. *Alciat. reg. 3. præs. 16. Herc. in tractat. quis teneatur prob. negat. num. 167. & Surd. decis. 300. num. 11.* cuius partitæ omissio saluari non potest ex allegato errore, contrapositiones honorarij Procuratoris, quia non huic, sed alteri fuit contraposita, vt in 2. decis. causæ declaratur.

Neque obstat, quod declaratio communis Periti non sit sufficiens pro fundamento probationis negatiuæ, ex quo in parcellis receptorum rescripsit Frãciscum Zeccadorum debitorem pro scutis 15. pro residuo alterius computi non descripti, itaut tanquam de partita relatiua non sit habenda ratio, nisi constet de computo relato, in quo potuit reperiri partita in relatione omis-
2 sa, & interim super scriptura imperfecta † non sit desumenda illatio. *Berretta cons. 117. n. 3. Becc. cons. 5. num. 5. cum alijs allegatis.*

Quia ex inspectione libri Mutij per Conuentinos exhibiti fol. 107. soluitur obiectum, nam leguntur partitæ debiti, & crediti adæquatæ, & solidatæ cum resto in scutis 15. inter quas ponuntur exactiones fructuum officij Plumbi pro toto anno 1621. illæ vero, quæ prætenduntur per Conuentinos sunt pro toto anno sequenti 1622. & 23.

Et quamuis ante concordiam 4. Ianuarij 1627. dici possit cęptam fuisse litem per Mutium contra Franciscum Zeccadorum super restitutione dictorum ducatorum 216. pro anno 1622. ex libello, & positionibus, quæ dantur sub die 4. Septembris 1625. & inde prætendatur per concordiam
3 à lite prædicta, & † prætensione fuisse recessum per *l. 2. cum glos. C. de Transact.* Aduerterunt Domini, quod in scriptura dictæ concordiæ non specificatur huiusmodi creditum, neque generice potest comprehendi sub generalitate multarum pecuniarum, quæ asseruntur peruenisse ad manus Francisci Zeccadori, dum viueret, & aliarum etiam ad manus Michaelis Angeli peruentarum, quoniam dixerunt partes sibi inuicem facere [illegible] nem, quietantiam conditione expressa, vt de nouo fierent computa, & reuideri possint per Peritum electum, & prout facta fuerunt, & publicata, & inter relatas partitas, præsens, de qua agitur, non reperitur, nec possunt dici comprehensi in ordine directo ad Donos Mercatores de anno 1601. dum adhuc non essent exacti, sed exigendi de anno 1622. & 23.

De partita autem scut. 700. quæ non sit comprehensa in ordine scut. 1130. Donis per Franciscum directo de anno 1601. 21. Septembris, & prout illam esse comprehensam asseruerat Peritus in sua relatione, & declaratione, eo minus fuit dubitatum; existentia namque istius debiti ex parte Francisci probatur per apocam eiusdem 2. Iunij 1601. in qua fatetur se recepisse à Mutio Conuentino sc. 700. monetæ, quæ sunt ex pretio Vineæ Angeletti venditæ Liuio eiusdem Mutij fratri, ad effectum soluendi creditoribus d. Angeletti, secuta inter eosdem declaratione, vel restituere Mutio ad libitum voluntatis eiusdem, & interim quia ead. summa erat destinata pro censu emendo, ipse Franciscus assumpsit onus soluendi eidem Mutio interesse ad rationem sex pro centenario, eademque summa extabat penes Franciscum sub die 2. Iunij eiusdem anni 1601. & probatur ex computo transmisso per Michaelem Angelum Francisco, & per Franciscum Mutio sub data 2. Iunij 1601. & etiam de anno 1602. extare iustificatur ex alio computo per Franciscum transmisso Mutio, in quo facit se debitorem de scu. 49. *Per li scudi 700. spettanti alli creditori dell' Angeletto per vn' anno finito alli 2. di Giugno passato*, quæ partita, & si videatur errata in scu. 7. à summa scut. 42. vsque ad scu. 49. ad rationem sex pro centenario iuxta chirographicam Francisci obligationem, non tamen per errorem prædictum alteratur causa expressa scut. 700. cum qua error corrigi potest secundum tenorem obligationis prædictæ, dum eadem summa extabat penes Franciscum de mense Maij 1621. & Februarij 1622. ex tenore litterarum Francisci, & Michaelis Angeli, quæ dantur, ex quibus omnibus dicebatur in prima decisione causæ non posse velari falsitatem comprehensionis partitæ scut. 700. in summa scut. 1130. per Peritum præsuppositæ in sua declaratione anni 1627.

Non obstant errores computi anni 1601. Zeccadorum Mutio transmissi, arguendo ab inuerisimili, & seu impossibili, asserendo, quod in computo anni 1600. & 1601. ad creditum Conuentini adnotantur tres partitæ, Prima namque scut. 100. sub die 23. Octobris 1600. per formalia verba, *Signor Mutio Conuentini deue hauere dal Sig. Francesco Zeccadoro scudi 106. hauuti da Francesco à conto del prezzo della Vigna venduta gli, Seconda* vero sub die 25. eiusdem mensis Octobris scut. 400 cum eadem narratiua, & Tertia sub die 11. Ianuarij 1601. scut. 500. sub eadem pariter narratiua, & tamen Mutius in Instrumento ven-

venditionis Vineæ factæ Francionibus sub die 6. Octobris 1600. quo apoca de vendendo, quæ postmodum legitur inserta in Instrumento stipulato die 16. eiusdem mensis, confessus est habuisse à Francionibus præsencialiter in vna vice scu. 100. & alia scu. 40. manualiter, & in contanti; alia vero scu. 100. idem Mutius in proprijs computis exhibitis fatetur se recepisse à Francionibus sub die 16. Ianuarij 1601. Impossibile igitur, vel saltem multum inuerisimile dicebatur, Franciscum Zeccadorum habuisse, quod asseritur in computo, nec per consequens remansisse penes se partitam sc. 700. *per pagargli à Creditori de' Marisochi.*

Quia aduertunt Domini ex prædicto discursu non euitari falsam assertionem Periti dicentis, partitam scu 700. esse comprehensam in partita sc. 1130, transmissa per Zeccadorum ad Bancum Mercatorum de Donis, nam si debet comprehendi, debet prius extare, & dum per errorem impugnatur non existentia, † impossibilis redditur comprehensio eius, quod non est *l. eius qui in Prouincia, ff. si cert. pet. Surd. cons. 116. n. 65. & 159. n. 79.* quod sufficeret pro sustinenda confessione Zeccadori in computo emanata.

Et nihilominus errores non conuincuntur inuerisimiles, nec impossibiles, nam quoad Francionus, & Mutiũ Conuentinũ certũ est quod Frãcioni emptores Vineę soluerunt easdem tres partitas, implentes summam scut. mille promissorum in Instrumento emptionis Vineæ, & quamuis appareat duplicatæ confessiones, nempè Mutij, & Francisci, non tamen incompatibile videtur, quod verus creditor fateatur partem pretij Vineæ recepisse, & quod deinde de voluntate eiusdem Creditoris soluatur alteri personæ, vt quotidie practicatur, & in præsenti conuenit, ex quo Mutij confessio præcedit in tempore confessionem Francisci. Quo verò ad Mutium, & Frãciscum eadem compatibilitas quoad variationem confessionum in tempore, & personis ponderari potest, quia potuit Mutius recepisse, & breui manu eandem summam consignasse Francisco asserenti in partita ad creditum Mutij, vnde prouenerint d. pecuniæ habitæ, nempè à Francionibus ad computum pretij Vineæ illis venditæ. Posita autem huiusmodi possibilitate, error non conuincitur, quia cessat probatio affirmatiuè, quod aliter esse possit, † quæ omnino requiritur in reuocatione propriæ confessionis factum respicientis *l. si post diuisionem, C. de iur. & fac. ignor.* latissimè *Ias. in l. Error. eod. tit. Alc. præs. 21. reg. 3. Crauet. consil. 157. num. 8. Paris. consil. 131. num. 29. lib. 1. Becc. consil. 90 num. 11.* & per consequens sustinetur veritas partitæ dd. scut. 700. in computo transmisso positæ ad debitum Mutij cum sua causa, scilicet, *lasciatigli in mano per pagargli à Creditori di Marisochi*, quibus cum non fuerit soluta per Franciscum, rectè tanquam stornata in eodem computo transmisso, ponitur ad creditum Mutij.

Et ita, &c.

Prima decisio sub die 27. Febr. 1640. est sup. decis. 200. altera vero erit infra in Appendice.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Sacræ Rotæ DECANO.

Valentina Præeminentiarum.

Lunæ 19. Nouemb. 1640.

ARGVMENTVM.

Conciones, & sermones facti in honorem aliquorum Sanctorum, etiam cum interuentu Canonicorum non dicuntur capitulariter fieri; Hinc qui dicantur actus capitulares; & qui non.

SVMMARIVM.

1 *Actus vt dicatur capitularis, & capitulariter fieri requiritur, præsentia canonicorum saltem pro maiori parte.*
Et quod agatur de re ad Capitulum spectante, ibidem.
Traditio possessionis Canonicatus dicitur actus capitularis, num. 1.
Sermones qui fiunt in honorem aliquarum festiuitatum, etiam quod in illis interueniant Canonici non dicuntur actus capitulares, ibid.
2 *Actus quod non sit capitularis deducitur si in eo interueniunt Clerici qui non sunt de Capitulo, ac etiam laici.*
3 *Actus non eo solum quod fiat in loco vbi celebratur Capitulum, capitularis dici potest.*
Capitulum in quo loco celebratur, possunt nihilominus, & in eodem loco alij actus celebrari, n. 3.

DECISIO CCLXI.

Svb die 22. Iunij huius anni fuit resolutum vtraque parte informante, licere Præpositis sedere immediatè post Canonicos super eisdem sedibus, seu scamnis super quibus sedent Canonici ad audien. Conciones Ecclesiæ, & Sermones Kalendarum, & Palmarum, tum attentis literis Sixti V disponentibus, vt præpositi frui debeant omnibus præeminentijs Canonicorum, in omnibus actibus tam publicis quam priuatis, exceptis actibus Capitularibus; tum etiam quia sic sedebant antiqui Præpositi, in quorum locum dictus Sixtus hos nouos Præpositos in omnibus, & per omnia creauit, & posuit, tum denique ex conformitate Insignum Canonicalium quibus Præpositi decorati incedunt, alijsque fundamentis, & rationibus de quibus in d. decisione. Contra quam Agentes pro Capitulo petierunt de nouo audiri, & ego vt eorum petitioni satisfacerem proposui causam, & licet postea d. Agentes agnoscendo veritatem noluerint informare, tamen Domini omnibus maturè consideratis steterunt in decisis, quia cum in literis Sixti concedatur Præpositis locus pariformis, & immediatus Canonicis in omnibus actibus, exceptis Capitularibus, & ex testibus clarum reddatur, quod antiqui Præpositi sedebant in huiusmodi functionibus immediatè post Canonicos in eisdem scamnis sedibus, & ex dd. literis Sixti appareat expressè, quod moderni Præpositi sunt subrogati dd. an-

dd. antiquis Prępositis in omnibus, & quoad omnes prærogatiuas, sequitur necessario dd. modernos Præpositos debere sedere in functionibus & actibus prædictis super eisdem sedibus, seu scamnis immediatè post Canonicos, vt sedebant antiqui Præpositi absque vlla prorsus differentia ex latè deductis in dicta decisione.

Non obstat prætensio Capituli circa sessionem ad Sermones Kalendarum, quo scilicet sit Capitularis, & propterea sit exceptuatus in literis Sixti, neque competat Præpositis.

Quia Domini considerarunt Primo, quod Præpositi antiqui ita sedebant ad audiendos d. sermones, vt ex Testibus probari dictum est supra, vnde resultat præsumptio, quod d. sessio ad præfatos Sermones non sit actus Capitularis, quia ad actus Capitulares non admittuntur extranei, & hi, qui non sunt de Capitulo quales non erant Præpositi antiqui.

Secundo, considerarunt, quod d. sessio non solum ex supradicta præsumptione non est actus Capitularis, sed reuera Capitularis, aut capitulariter fieri dici non potest, quia ab ea excludi non possunt dignitates, neque Canonici, qui non habent ordinem sacrum, & ab actibus Capitularibus excluduntur; neque necesse est vt in eo actu interueniat maior pars Canonicorum, imò etiam nullo existente Canonico fieri potest, neque Canonici capitulariter congregantur, ad audiendum dd. Sermones, neque tractatur ibi de
1 respestante ad Iura Capituli: Quę † omnia requiruntur ad hoc, vt actus dicatur Capitularis, vel capitulariter fieri. *Cassad. dec. 8. de caus. poss. & prop. in princ.* vbi exemplificat in traditione possessionis Canonicatus, & bene ad propositum, *Federicus in cons. 141. vers. ideo præmissorum intuitu glos. & DD. in Clem. vt hi de ætat. & qual.* Sed fiunt prædicti Sermones in honorem festiuitatum Natiuitatis, & Resurrectionis Domini.

Tertio considerarunt, quod Canonici non prætendunt excludi omninò Prępositos ab huiusmodi actu, sed à suo scamno cum solum disputent de modo sedendi, vnde arguitur, quod iste actus non sit Capitularis, & veritas comprobatur ex eo, quod ad audiendos dd. Sermones Kalendarum apposuerunt Canonici scamnum separatum pro Præpositis, vt deponit vnus ex Testibus de visu, & insuper interueniant etiam Beneficiati Ecclesiæ, imò, & omnes interesse
2 volentes tam Ecclesiastici, quam seculares ex quorum interuebtu excluditur actus Capitularis. *Seraph. in decis. 1297. vers. quod non factum fuisse.*

Neque releuat, quod ex eo, quod dd. Sermo-
3 nes fiunt in loco vbi aliquando † celebratur Capitulum dicatur actus Capitularis, quia aliud est fieri in loco Capituli aliud fieri Capitulariter. *Seraph. d. dec. 1297. num. 3. Rot. ded. 36. par. 6. rec.*

Et ita conclusum &c.

Quæ sup. adnotatur decis. huius causæ sub die 22. Iunij anni proximè præteriti habetur sup. dec. 240.

R. P. D. PANZIROLO,
Postea S. R. E. Cardinali.
Regien. Iurispatronatus.
Veneris 19. Nouembris 1640.

ARGVMENTVM.

Probatio filiationis ex parte patris cum vel impossibilis, vel saltem difficilima reputetur, etiam coniecturas, & præsumptiones admittit. Iuspatronatus, in cuius erectione fundator habu[it] mentio de solis descendentibus, absque expressione cuiuscumque alterius qualitatis, licèt æquè comprehendat legitimos, & naturales, ac naturales tantum admittuntur ad illud nati ex co[itu] secundum leges prohibito quales sunt filij Sacerdotum, maximè si Pater illorum non solum [fuit] eiusdem beneficij Patronus, sed etiam pos[ses]sor.

SVMMARIVM.

1 *Filiationis probatio respectu patris, vel difficilli[ma] vel impossibilis redditur, ex quo non cadit in [sen]sum hominis, & num. seqq.*

2 *Præsumptiones, & coniecturæ sufficiunt, vt ali[quis] filius alicuius dici possit.*

3 *Filiatio probatur ex nominatione, tractatu, præ[sta]tione alimentorum, famæ viciniæ, & alijs.*

4 *Probatio filiationis ad effectum successionis, cum [di]catur incidenter fieri, leuiores requirit coniectu[ras].*

5 *Filiationem ad probandum admittuntur testes inha[bi]biles, & exceptiones patientes.*

6 *Iuspatronatus alicui, & eius descendentibus rel[ic]tum, etiam naturales admittit, & num. seqq.*
Vbi amplia, sed vide num. 13. cum alijs seqq.
Verbum, descendentes, *cum dicatur verbum na[*]*turale, comprehendit æquè naturales, ac legitimos num. 6.*

7 *Filij legitimi, & naturales, simpliciter admittuntur vbi soli descendentes vocantur, & num. seq.*
Vbi amplia etiam in spuriis.

8 *Spurii dicuntur inter descendentes vocati, vbi de solis descendentibus habetur mentio, sed contra num. 11.*
Ius sanguinis habetur solum pro contemplato in [vo]catione descendentium, num. 8.

9 *Filius Equitis Hierosolymitani est capax iurispatro[*]*natus, in cuius erectione fundator verbis merè na[*]*turalibus vsus fuit, non autem cuilibet.*

10 *Iurispatronatus qualibet persona dicitur capax eti[am] quod sit turpis, & inhonesta.*

11 *Filius licet non admittatur ad beneficium, cuius [pa]ter fuit Rector, potest ad ius præsentandi in eod[em] beneficio admitti, sed vide num. 20.*

12 *Filius Sacerdotis dicitur natus ex damnato, & [ne]nibili coitu.*

13 *Fundator iurispatronatus non præsumitur voc[are] voluisse Sacerdotis filios ad præsentandum, & [nu]mer. 19.*

14 *Filius Sacerdotis potius extraneus, quam filius rep[u]tatur.*

15 *Sacerdotis filius non venit appellatione descendentium.*

16 *Lex, & homines abhorrent natos ex patre Sa[cer]dote.*

17 *Filii vocati contemplatione parentum, qui erant ex[*]*tranei apud fundatorem illi incogniti præsumun[*]*tur, & sic non cadit in eis particularis affec[*]*tio.*

18 Fi[...]

18 *Filio nato ex coitu à lege vetito aliquid relinqui non potest, nec etiam ex contemplatione patris.*
19 *Voluntas hominis præsumitur se conformare dispositioni probibitioni legis.*
21 *Clausula*, sine præiudicio venientium ab intestato, *in legitimatione apposita, etiam iura fideicommissi præseruat.*

DECISIO CCLXII.

Firmatum fuit in decisione huius causæ emanata coram me sub die 18. Martij * superioris anni 1639. quod Gabriel vti filius spurius, & natus ex damnato coitu sit incapax iurispatronatus sicut etiam, quod non probauerit concludenter se esse filium Nicolai.

Verum licet Domini etiam hodie in reuisione decisionis crediderint, hoc iuspatronatus non spectare ad d. Gabrielem, sed verius, prout ante dixerunt ad potestatem, & Consules Artis Fabrorum Ciuitatis Regień; nihilominus iuerunt in hanc sententiam non ex omnibus fundamentis in præterita disputatione amplexis, quæ hodie non placuerunt, sed ex quibusdam prout inferius dicetur.

Non etenim visum est subsistere, quod Gabriel non probauerit se filium Nicolai; quia potius de illius filiatione sufficienter constare visum fuit, nam cum regulatiter respectu patris
1 † probatio filiationis certa, & concludens, vel sit impossibilis, vel saltem difficilima, ex quo non cadit in certum sensum hominis, *l. Lutius, ff. de condit. & demonstrat. Bart. in l. 1. num. 1. & 2. ff. quorum bonorum. Bald. in l. filium, ff. de ijs, qui sunt sui, vel alien. iur. Felin. in rubr. de probat. nu. 3. vers. sed aduerte. Dec. in rubr. num. 162. & in cap. in præsentia num. 5. eodem titul.* & sic iura prouiserint, vt
2 ad illam iustificandum † solæ presumptiones, & coniecturæ admittantur, *l filium diffinimus, ff. qui sunt sui, vel alien. iur. gloss. Innocent. & alii in cap. Michael de filiis presbyter* latissimè *Surd. cons. 1. numer. 39. & seqq. Menoch. de arbitr. cas. 89. num. 2. Rot. decis. 228. num. 2 & 3. par. 1. diuers.* Ideò Domini dicebant, quod cum in casu nostro vberrimæ, & vrgentissimæ concurrant coniecturæ, vt est nominatio partis, tractatus, præstatio alimentorum, fama Viciniæ, legitimatio per eumdem Nicolaum patrem obtenta à Sereniss. Duce Mutinæ, receptio Dotis à Nicolao de vxore ducta per Gabrielem, permansio vtriusque in domo Nicolai prædicti, & demum Institutio facta de persona Gabrielis vti filij in vltima voluntate,
3 † de quibus plenissimè per testes: filiationem concludentissimè probari firmandum est. *Seraphin. decis. 1000. num. 14. & dec. 1133. num. 8. Gregor. dec. 349. num. 5. vbi Add. num. 8. & dec. 422. n. 1. Caual. dec. 46 num. 2. Paschal. de patr. potest. par. 2. capit. 2. num. 13. & seqq. Rot. post Moder. Foroliuien. de legitim. dec. 51. num. 1. & dec. 409. num. 1. & 2. par. 5. recent.*

Quæ omnia eo facilius in casu præsenti visa sunt admittenda, ex quo non agitur principaliter de probanda filiatione, sed solum inciden-
4 ter ad effectum succedendi; † quo casu etiam leuiores sufficiunt, quando nihil fuit probatum in contrarium. *Gemin. cons. 27. num. 3. Seraph. pec. 1282. num. 6. Rot. dec. 289. num. 1. par. 1. recent. & decis. 405. n. 2. & 3. par. 5. Cyriac. controu. 236. n. 26.*

Non releuare visæ sunt exceptiones, quæ in decisione contra testes ponderabantur, quia cum agatur de materia difficillimæ probationis:
5 vt supra dictum fuit, † testes aliàs inhabiles, eo quia exceptione paterentur, admittendi sunt. *iuxta alleg. Lap. 84. num. 3. vers. & ideo, & num. 4.* cum alijs latè adductis *per Gabr. de test. concl. 7. num. 1. & 3.*

Quod vero propter spurietatem Gabriel prædictus sit incapax Iurispatronatus Domini non habuerunt pro tuta conclusionem in decis. firmatam, etenim ponderabat quod hoc Iuspatronatus fundatum reperitur de anno 1467. à Guidis de Gibellinis in Ecclesia Parochiali S. Stephani Ciuitatis Regij sub inuocatione S. Iacobi, illiusque patronos esse mandauit Antonium de Gibellinis aliàs de Platea, & Antonium Deganum, post quorum obitum patronatum deferri voluit in ipsorum descendentes in stirpes, & non in capita, ipsisque deficientibus vocauit Potestatem, & Consules Artis Fabrorum d. Ciuitatis: quo circa cum Testator patronatum deferri
6 voluerit in prædictorum descendentes, † & sic vsus fuerit verbis naturalibus, per quæ nulla sit
A distinctio inter legitimos, & naturales, A. §. *si quis sanè, Authen. quib. mod. nat. offic. legit. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 10 sub num. 6. Cyriac. controu. 9. nu. 2.*
7 *& seqq.* censentur vocati omnes indistinctè † & sic non solùm legitimi, & naturales, vt per *Bart. in l. tutelas sub num. 3. & seqq. ff. de cap. dimin. & in l. ex facto, §. si quis rogatus, il primo,* & ibi, *Angel. Imol. & Alex. ff. ad Trebell. Felin. in cap. in præsentia nu. 22. de probat. Mantic. qui alios cumulat de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 9. nu. 2. Rot. post cons. Farinac. dec. 350. num. 2. & 6.* Sed etiam spurij ex quocum-
8 que damnato † coitu, cùm solum ius sanguinis dicatur contemplatum *iuxta doctr. Bart. in l. pronuncio, §. familia, ibi, sed Bastardi & Spurii, ff. de verb. signif. Nauar cons. 4. num. 1. & seqq. de Iur. patron. Cyriac. controu. 208. n. 1. ex pluribus seqq. Viu. dec. 134. n. 6. Rot. apud Modern. de Iur. patron. dec. 45. n. 1. & dec. 130. num. 8. par. 3. recent.* vbi erat quæstio de filio
9 Equitis Hierosolymitani, & tamen, † quia fundator vsus fuerat verbis naturalibus, non autem ciuilibus fuit reputatus capax Iurispatronatus, *& dec. 571. num. 3. et 4. par. 4 recent.* & est communis Doctorum opinio, quod quælibet persona
10 etiam turpis, & inhonesta † est capax acquisitionis Iurispatronatus, & Iuris præsentandi, *iuxt. gloss. in cap. non est putanda,* vbi etiam *Archidiac. qu. 1. Viu. d. dec. 134. per tot. Ricc. in prax. iurispatronatus resolut. 215. sub num. 3.*

Et quamuis in decisio ponderetur, quod cum Carolus non solum sit natus ex Nicolao Sacerdote, sed etiam huius beneficij Rectore, idcirco non debeat in patronum admitti, ne alias dicatur fundatorem voluisse inuitare Clericos ad sobolem procreandam: attamen neque hoc fundamentum placuit, cum aliud sit, quod illegitimus non admittatur ad beneficium, cuius pater
11 fuit Rector, † aliud verò quod non admittatur ad ius præsentandi, vt benè distinguit *Lambertin. in dicto tractat. lib. 1. qu. 7. artic. 13. num. 5.*

Sed

Sed his etiam admissis, prout admitti debere omnino putarunt; adhuc in decisis esse persistendum censuerunt, quia cum Gabriel sit natus ex
12 patre Sacerdote, † & sic ex coitu damnato, & punibili, *ad text. in cap. cum multæ 15. quæst. 8. Abb. in cap. per venerabilem num. 3. qui filij sint legitimi. Cæphal. cons. 410. num. 11. & seqq. Cyriac. controu. 8. num. 8.* nulla præsumenda videtur affectio funda-
13 toris erga ipsum, ita vt † voluerit illum ad patronatum vocare, dum est odibilis, *Ias cons. 102. num. 8. lib. 4. Petra de fideicomm. quæst. 11. nu. 393. & seqq. Cyriac. d. controu. 8. nu. 82.* nec filius meretur appellari, *Angel. in l. naturaliter, §. cum autem num. 4. C. de instit. & subsistit. Trentacinq. variar. resol. lib. 1. tit. de noth. & spur. resol. 1. num. 3.* &
14 potius reputatur vti extraneus. † *Riminald. iun. cons. 564. num. 71. Surd. cons. 177. num. 23. Cyriac. d. controu. 8. num. 17. & 34. & controu. 9. num. 116.* nec venit appellatione descendentium: *Peregr. de fideicomm. art. 22. num. 81.* vbi de communi; ex
15 quo lex, & homines hos, † sic natos abhorrent. *& cons. 17. nu. 7. lib. 5. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 21. n. 148. Rota dec. 616. n. 5. par. 4. recent.*

Quod eò facilius censuerunt Domini esse admittendum in casu nostro; quia Gabriel non descendit ab ipso fundatore, ita vt fundator particulari affectione motus erga sanguinem, descendentes etiam ex damnato coitu in patronatu succedere voluerit; Gabriel enim prouenit à descendentibus primo vocatorum, qui sunt
16 omnino extranei respectu fundatoris, † & per consequens illi penitus incogniti tanquam vocati contemplatione parentum. *Surd. cons. 177. numer. 19. & seqq. & decis. 322. num. 48. & seqq. Cyriac. controu. 8. num. 55.* Itaut Gabrieli ne dum obstet præsumpta voluntas, quod testator nunquam de ipso cogitauerit, sed etiam legis dispositio, per quam prohibetur filio nato ex dam-
18 nato † coitu aliquid relinqui, etiam ab extraneo contemplatione patris, *Dec. cons. 462. numer. 20. Clar. in §. testamentum quæst. 32. num. 2. Trentacinq. variar. resol. lib. 1. d. tit. de noth. & spur. resol. 2. num. 21. Cyriac. d. controu. 8. num. 90.* Et in dubio voluntas hominis dispositioni legis præsumitur
19 conformis *Cyriac. d. controu. 9. num. 113.* vbi allegat. *Bald. Salycet. & alios*, præsertim cum Gabriel non solum sit filius spurius Sacerdotis, qui dum
20 vixit fuit huius beneficij Patronus; † sed etiam illius possessor per ea quæ ponderauit, *Rota in decis. 499. nu. 4. et dec. 542. nu. 1. & 2. par. 1. recent.* ea ratione, ne fundator dicatur inuitasse Clericos ad sobolem procreandam.

Nec prædicta visa sunt fuisse sublata ex legitimationibus, quæ exhibentur; quia illa, quæ fuit obtenta à Serenissimo Duce Mutinæ, non releuat, ex quo in ea excluduntur expressè fideicommissa, & tamen ex fideicommisso fundatoris hodiè succedunt Potestas, & Consules. In alia verò concessa à Vener. Collegio Prothonotariorum de numero participantium adest clausula, *sine præiudicio venientium ab intestato*, quæ præseruat
21 etiam Ius venientium ex fideicommisso, *Angelus cons. 246. num. 1. vers. si autem, Gabr. cons. 22. nu. 7. lib. 2. Ruin. cons. 3. n. 22. Capic. dec. 22. n. 3. vers. Item maximè respondetur.*

Et ita vtraque, &c.

☞ *Habetur hæc decis. sub die 18. Martii 16 9. coram eodem R. P. D. Panzirolo postea S. R. E. Cardinali in sequenti volumine adsunt aliæ decis. in hac causa.*

REVERENDISS. P. D. COCCINO. SACRÆ ROTÆ DECANO.

Romana hæreditatis de Virili.

Lunæ 3. Decembris 1640.

ARGVMENTVM.

Interdictum quorum bonorum, & petitio hæreditatis non datur contra possidentem titulo etiam à non habente illum habuerit. Legitimatio nulla facta mentione alterius filij legitimi, & naturalis an suffragetur, & an valeat obtenta post mortem patris.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum quorum bonorum non datur contra possidentem titulo num. 1.*
Petitio hæreditatis non datur contra possidentem titulo num. 1.
Amplia etiam quod possessor habeat titulum à non habente titulum 2.
Item amplia etiamsi titulus, & possessio fuerit acquisita post obitum illius de cuius hæreditate agitur dummodo non adsit fraus nu. 3.
4 *Legitimatio non facta mentione alterius filij legitimi & naturalis non suffragatur, & nu. 5.*
6 *Hæreditas spectat ad filium legitimum, & naturalem stante inualiditate legitimationis, & nu. 7.*
8 *Inspectio requirens altiorem indaginem remittenda est ad petitorium.*
9 *Legitimatio obtenta post mortem Patris, & lite motam substinetur, & retrotrahitur ad tempus voluntatis patris si de illius voluntate fuit ... tenta.*
10 *Testes præsumuntur contestes, & nu. 11.*
12 *Legitimatio obtenta post obitum patris, & si de filius voluntate non constat attamen si ... quando pater in vita disposuit ad fauorem ... timati.*

DECISIO CCLXIII.

Obijt Ciprianus Virilis frater bon. mem. Card. huius cognominis, & olim nostri Ordinis ... ditoris, relictis inter alios filios Sigismunda ... legitima, & naturali, & Carolo filio legitimato quem hæredem instituit. Sigismunda agit contra d. Carolum hæredem, & possessorem ex interdicto quorum bonorum, petens immissionem in hæreditatem dict. Cipriani, quam Domini censuerunt dict. Sigismundæ esse denegandam, quia interdictum quorum bonorum non datur
1 † contra titulo possidentem, prout neque petitio hæreditatis, quæ pari passu ambulat *DD. in l. 1. ff. quor. bonor.* latè *Menoch. adipisc. rem. 1. num. ... Zuccard. in l. fin. num. 463. & seqq. C. de edict. Diui ...*
2 *Adr. tollen.* etiam † quod possessor habeat titulum à non habente titulum. *Bart. in l. fin. C. quor. ...*

Rip. in l.1. pariter in fin. ff.eod.tit. Ang. Aretin. in §. quadrupli nu.54.verſ.propterea inſtit. de action. Corn. conſil 289. in fin.lib.1. Ruin.conſil.25. num. 2. in fin. lib. 4. Bero. conſil. 66.nu. 68.lib. 1. Fachin. controu. iur. lib.1.cap. 4. vbi alios allegat, & hanc opinionem ſequitur Rota, vt fuit reſolutum in cauſa *Beneuentana terrarum, ſeu bonorum 12. Ianuarij 1601. coram bon.mem. Litta,* in qua allegatur deciſio in cauſa *Ciuitatis Caſtelli bonorum coram Orano;* & fuit etiam reſolutum in cauſa *Romana Palatii dell' Aquila 5. Iunii 1602. coram bon. mem. Card. Sacrato*, in qua dicitur, quod d. concluſio proce-
3 dit etiam ſi ceſſante fraude, † titulus, & poſſeſſio fuerit acquiſita poſt obitum illius de cuius hæreditate agitur. *Couarr. pract. cap. 12. num. 3. Zuccard. in d. l. fin. num. 473. Cod. de edict. Diu. Adr. toll.*

Non obſtat, quod legitimatio obtenta ab Ar-
4 chiuio prætendatur inualida, ex quo † in ea non fuit facta mentio filiæ legitimæ, & naturalis, vti per *Iacob de Meluit.* quem refert, & ſequitur, *Lup. de illegitim. comment. 3. §.4. num.9. Surd. conſ.552. num. 42. Rota deciſ.614.num.13.par.1.diu.quæ eſt deciſ. Seraphin. 351.num. 18.* & in cauſa *Ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitimæ coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, quæ eſt deciſ. 83. num. 3. poſt Merlin. in tract. de legit.* & adſunt celebres deciſiones in cauſa *Sabinen. Caſtrorum 1. Aprilis 1589. & 5. Iulij 1589. coram Bubalo*, & in cauſa *Camerinen. prædii, ſeu pecuniaria 13. Februarii 1596. coram bon. mem. Hieronymo Card. Pamphilio. Seraph. dec.1331.*
5 vbi num. 10. dicit contrariam † opinionem non eſſe tutam; Vnde data inualiditate d. legitima-
6 tionis hæreditas † ab inteſtato ſpectabat ad Sigiſmundam, vt in *l.eam quam, num. 14. C. de fideicomm. vbi Azor. & Caſtr. num. 4. & Iaſ. num.2.* dicunt hoc eſſe, quia ſecundum intellectum com-
7 muniter approbatum iſto caſu inſtitutio † filij nulliter legitimati eſt inualida errore teſtatoris. *Dec. conſ.175.* viſu themate *col.2.numer.3.verſ.ſed prædictis non obſtantibus,* vbi dicit doctrinam Caſtr. non habere contradictorem.

Hanc concluſionem aliqui ex Dominis dicebant eſſe veriſſimam, aliqui eam impugnabant ex facultatibus Archiuij, vt ex atteſtatione data per officiales, qui aſſerbant Archiuium ſemper
8 ſolitum eſſe concedere legitimationes, nulla † habita ratione, an adeſſent filij legitimi vel non, & ideo ſubiungebant, quod cum iſta inſpectio requiret altiorem indaginem, remittenda erat ad petitorium *iuxta deciſ. Verall. 342.num.3. & 4.p.2.* ſed alij Domini omiſſo, vt videretur, An hæc exceptio eſſet altioris indeginis, nec ne, dixerunt adeſſe aliam legitimationem obtentam à DD. de Campegijs, in qua fit mentio prolis legitimæ, &
9 licet obtenta poſt obitum patris, & poſt † litem motam, tamen tanquam in obtenta de voluntate patris ſubſtinetur, & retrotrahitur ad tempus voluntatis patris, vt poſt *Bart. in l. gallus, §. & quid ſi tantum deliber. & poſth. Ludouic. de Sard. in tract. de natur. liber. tit. de legitim. per reſcript. effect. ſub nu.2. & 7. Put. dec.472.nu. 2.lib.2. in correct. Seraphin. d. dec.1331.nu.11.*

Nec placuit in hoc articulo replicatio, quod voluntas patris non probetur ex teſtibus ſingula-
10 ribus, quia citra concluſionem, quod teſtes præ-

ſumuntur conteſtes, fuit reſponſum, quod non ſunt ſingulares ſingularitate obſtatiua, cum reuera omnes concludant voluntatem patris fuiſſe, quod filij poſſent petere aliam legitimationem; & ideo cum agatur de probanda voluntate factũ extraneum à teſtamento, non autem de proban-
11 da † contraria diſpoſitione ab expreſſa in teſtamento, probatio adducta ex dd. teſtibus, & alijs coniecturis teſtamenti ſufficit, vt vlterior & exactior diſputatio remittatur ad peritorium iuxta dictam deciſionem Verall. pluries canonizatam.

Neque eſt verum, quod non data voluntate patris circa legitimationem DD. de Campegijs, illa non ſuffragaretur in præiudicium Sigiſmundæ, cui erat ius quæſitum, quia hoc procederet,
12 † ſi Ciprianus nihil diſpoſuiſſet in vita ad fauorem Caroli, vel quando Carolus concurreret ab inteſtato cum prole legitima, vt per *Put. d. deciſ. 472.nu.1.lib.2. & Seraph. dict. deciſ.1331. & per Gozad. in conſ.6.* maximè ex amplitudine priuilegiorum DD. de Campegijs in hac materia ſatis in Rota canonizatorum.

Et ita concluſum vtraque, &c.

R. P. D. PANZIROLO.

Poſtea S. R. E. CARDINALI.

Elboren. Iuris conferendi.

5. *Decembris* 1640.

ARGVMENTVM.

Sententia ex quibus dicatur continere petitorium. Sententia bene fertur ſuper petitorio, quando etſi à principio fuerit actum ſuper poſſeſſorio attamen fuerunt producta iura petitorium importantia, & proceſſus ſuper poſſeſſorio fuit fabricatum.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula* conſtito de tribus *verificatur quando ſententiæ tales apparent in ſubſtantia. nec attenditur cortex verborum.*
Sententiæ tres conformes ſunt exequendæ nu. 1.
Fallit niſi ſint validæ, & iuſtæ nu. 2.
3 *Validitas ſententiæ ex reuolutione actorum dignoſcitur.*
4 *Verbum* pertinet *potius petitorio, quam poſſeſſorio conuenit.*
5 *Verbum* pertinet *importat tam poſſeſſionem, quam dominium.*
6 *Verbum reſtituo refertur ad proprietatem.*
7 *Ius includit petitorium, & contra diſtinguitur à poſſeſſione.*
8 *Verba ſententiæ,* quod Archiepiſcopus permittat libere præſentare *reſpiciunt petitorium.*
9 *Verbum* liberè *in ſententia, etſi actum fuerit de ſola poſſeſſione implicat petitorium.*
10 *Sententia ſapit petitorium ex verbis* illos non moleſtet.
11 *Sententia quando redditur dubia an ſit ſuper poſſeſſorio, vel petitorio recipit interpretationem ab actis.*

Acta quæ indicent super petitorio, & non possessorio motum fuisse iudicium num. 11.

12 *Protestatio non repetita in alijs actibus non attendenda tamquam ab ea recessum.*

13 *Agens in possessorio, si processus fabricatur super petitorio debet appellare ad effectum euitandi præiudicium.*

Quæ procedit in Actore, secus in reo qui tenentur responderi petitis per actorem nu. 14.

14 *Reus metitur ius ab actore.*

15 *Iudex debet pronunciare super iure ab actore deducto non super exceptione rei.*

16 *Patronus potest defendere iuspatronatus suæ Ecclesiæ absque ea.*

17 *Acta quæ formiter non sunt producta non releuant.*

18 *Petitorij suspensio tacitè reuocatur per productionem iurium concernentium petitorium, & per iudicium super petitorio prosecutum.*

19 *Commissionis dicitur renunciatum per non vsum.*

20 *Decisio Seraphin. 1327. declaratur.*

21 *Citatio ad terminos substantiales sanat terminos substantiales per illorum reiterationem.*

22 *Citatio ad terminos substantiales quando nihil de nouo producitur sanat ommissionem alterius citationis.*

23 *Sententia ad fauorem religionis lata comprehendit magnum magistrum tamquam caput religiosos cæteros tamquam membra corporis.*

24 *Expressio eius, quod virtualiter inerat nil noui addit.*

25 *Sententiæ ad hoc vt dicantur conformes sumenda est omnis interpretatio.*

26 *Fructus post motam litem percepti, eo quia mala fide sunt percepti veniunt restituendi.*

27 *Religio non potest percipere fructus beneficii, nisi per amotionem beneficiatorum.*

28 *Sententia non dicitur continere difformitatem ab alia quando aliquid venit consecutiuè ad ipsas.*

29 *Prouisus ab existente in quasi possessione conferendi non est amouendus etiamsi constiterit de non iure prouidentis.*

Fallit quando prouisio fuit facta post motam litem. num. 30.

31 *Prouisus post motam litem licet debeat manere in possessione donec per tres conformes lis terminetur tamen debet post litem terminatam amoueri.*

32 *Sententiæ inter plures latæ si sint conformes respectu vnius debent in ea parte exequi.*

33 *Ius ex concordia obseruata redditur certum, & indubitatum.*

34 *Episcopi pro tempore inuerisimile est, quod voluerint sibi præiudicare.*

35 *Præsentationis effectuatio probatur, quando præsentatus posteà vti beneficiatus interfuit in aliorum præsentatione.*

36 *Testes deponentes per certam scientiam, & de visu optimè probant.*

37 *Instrumentum etsi in formæ appareat attamen quando est antiquum, & cum eo concurrat obseruantia benè probat.*

DECISIO CCLXIV.

Latis duabus Sententijs in partibus ad fauorem Religionis de Auis contra Reuerendissium Archiepiscopum Elborensem, vna de anno 1582. altera de anno 1587. super iure eligendi, & præsentandi in vacationibus Beneficiorum Ecclesiæ S. Ioannis de Coruche; Delata causa ad Rotam cum partes primò coram bon. mem. Corduba, postea verò coram bon. mem. Manzanedo, tandem de ann. 1637. reassumpta disputatione coram R. P. D. meo Carillo emanauit ab eo tertia Sententia aliarum duarum confirmatoria: quarum executio cum pro parte dictæ Religionis de Auis peteretur, adita per Reuerendiss. D. Archiepiscopum, Signatura rescriptum mihi fuit cum clausula, *Consuo de tribus*. Vndè hodie proposito dubio, Domini censuerunt constare de ipsarum conformitate, cum tales appareant in substantia,
1 † quæ sola attenditur pro verificatione huius clausulæ, spreto cortice bonorum, *Card. in clem. 1. nu. 2. de rei iud. Gabr. de execut. rei iudic. concl. 1. num 33. & seqq. Ruin. cons. 114. num. 10. lib. 1. Add. den. ad Burat. dec. 567. nu. 10.* Et propterea illas esse exequendas *Clem. 1. de sent. & rei iudic. Præp. in cap. sua nobis n. 2. de appellat. Rot. dec. 370. num. par. 1. recent.*

Verùm quia sententiæ licèt conformes non
2 debet uxecutioni demandari, nisi sint validæ, & iustæ, *ad l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. Crescen. decis. 1. num. 1. & per tot de sent. & de re iud. Achill. decis. 2. eodem tit.* Visum est Dominis de illarum validitate, & iustitia omninò constare, licet quam plurima in contrarium fuerint cumulata.

Validitas autem apparere visa est, ex quo in
3 reuolutione actorum † constat de iurisdictione Iudicis, Procuratorum mandato citatione, & alijs requisitis, iuxtà *decis. Caputaq. 260. par. 1.*

Nec obstat, quod contrà sententias de Partibus tàm hodie, quam coram Corduba, & Manzenedo plures nullitates adductæ fuerint, quia omnes visæ sunt omninò subiatæ ex quinque decisionibus, videlicet *coram Corduba 3. Februarii 1599. & coram Manzanedo 18. Martii 1613. quæ est decisio 440. par. 2. recent. in alia emanata 1. Decembris 1614. quæ est decis. 617. eadem par. 2. in alia 5. Iulii 1617. & demum 5. loco sub die 17. Februarii 1618.* itaut non sit opus alia responsione.

Quo verò ad nullitates oppositas contra sententiam Rotalem, responsum fuit, illas non releuare: dum enim primo obijcitur, quod sententia de Partibus fuit lata in mero possessorio, & reliquæ duæ in petitorio, responsum fuit de contrario apparere, tàm ex ipsius sententiæ verbis, quam ex actis, & processu; Illa enim in exordio pro potiori decidendi ratione expresse ponderat ius præsentandi pertineri ad Religionem vigore concordiæ, & iurium productorum. Quod verbum (*pertinet*) cum potius conueniunt petitorio,
4 † quam possessorio, *l. si quis intentione, & ibi gloss. ff. de iud. l. verbum illud pertinere, ff. de verb. signif. Pract. Pappien. in forma libell. & act. real. glos. incip. spectat, & pertinet, Gratian. discept. 157. num. 20.* Dicendum est petitorium fuisse in sententia canonizatum; & quod verbum, *pertinet*, va-
5 leat importare tàm possessorium, † quàm dominium, *est text. in l. liber. homo, ff. de acquir. rer. domin. l. per seruum, vers. quemadmodum, ff. eodem, Felin. in rubr. de rescript. nu. 7. vers. hoc autem limitatur, Menoch. consil. 21. num. 4. Peregr. de empt. & vendit. cap. 22. nu. 22.*

Præ-

Præterea considerabant Domini, quod si dicta prima sententia restituit Religionem de Auis ad possessionem, & eius præsentandi, dicendum est in illa contineri etiam petitorium, cum verbum, *restituo*, † referatur ad proprietatem, *l. restituere, ff. de verb. signif. Dec. consil.* 655. *num.* 2. *Odd. de restit. in integr. par.* 1. *quæst.* 1. *art.* 1. *num.* 1. *&* 2. & ius includat petitorium, † prout contrà distinguitur à possessione, *Concord. in leg. vnica, quæst.* 13. *num.* 73. *&* 75. *C. si de moment. possess. Fulgos. consil.* 162. *ad fin. versic. Super eo verò, Cassan. cons.* 45. *num.* 12. *Gratian. discept.* 157. *num.* 21. *Seraphin. decis.* 335. *in princ. & per tot.*

6

7

Addito, quod in sententia dicitur, quod Archiepiscopus permittat liberè præsentate, quod respicit petitorium, † *Menoch. de recuper. in præfat. num.* 16. *Cened. post Canonic. quæst. singular.* 58. *num.* 6. Ponderando præsertim verbum, *liberè*, quod etiamsi de sola possessione actum fuisset, implicaret † petitorium, *Soccin. in l. rem, quæ nobis numer.* 34. *vers. Aduerte tamen, ff. de acquir. possess. Alex. cons.* 96. *numer.* 1. *& seq. lib.* 5. *Menoch. de recuper. remed.* 1. *numer.* 14. *Rota decision.* 356. *numer.* 3. *part.* 1. *diuers.* Et fuit resolutum *in Bonon. Bonorum* 4. *May* 1639. *coram R. P. D. Ghisilerio*. Prout etiam ponderando illa alia † verba, *illos non molestet*, *Rota decis.* 69. *numer.* 13. *& seq. par.* 5. *recent.*

8

9

10

Et quando etiam verba sententiæ redderentur dubia, deberent recipere interpretationem ab 11 actis, & prosequutis, † ex quibus clarè colligi videtur fuisse actum in petitorio, fuit enim productum Instrumentum concordiæ, & articulata pertinentia iuris præsentandi, & in libello narrata fuit eadem pertinentia petendo in illius conclusione gratiam, & iustitiam, ex quibus petitorium censetur in iudicium deductum, *Iason. in l. naturaliter, §. Nihil commune numer.* 191. *ff. de acquir. possess. Menoch. de recuper. in prælud. num.* 16. *&* 17. *vbi alios cumulat.*

Quæ quidem etiam corroborantur tam ex eo, quod secundus Iudex in sua sententia dixit: Benè iudicasse primum Iudicem, declarando, quod ius præsentandi ad dicta beneficia ad Religionem spectaret, *Summario num.* 2. quam etiam ex quo idem Archiepiscopus fassus est, primam sententiam fuisse latam super spolio, & proprietate, *Summario num.* 5. Itaut vlterius de intentione Partium circà sententiæ qualitatem, ac tenorem non sit ambigendum.

Minus obstat, quod pro parte D. Archiepiscopi fuit suspensum petitorium, quia de huiusmodi suspensione non constat; quod etenim datur in *Summario D. Archiepiscopi num.* 2. est solum quædam informatio iuris, in qua dicitur, quod agebatur de petitorio, & sic non est alicuius releuantiæ; quinimo de contrario manifestè apparet, dum pro parte eiusdem Archiepiscopi dicitur: Se probare intendere, quod Beneficia tàm huius Ecclesiæ de Coruche, quàm alterius de Beja ad ipsum pertinerent. Quatenus adesset protestatio, cum illa non fuerit repetita in alijs actibus cen-
12 sendum est, Archiepiscopum ab illa † recessisse, vt in terminis *Giouagnon. cons.* 8. *num.* 92. *&* 177. vbi quod etiam erat necessaria appellatio, si pro-
13 cessus ad vlteriora in petitorio fabricabatur, †

Vestr. in prax. lib. 4. *cap. vlt. sub num.* 2. *versic. Admoneo, Contard. in l. vnica limit.* 2. *§.* 9. *num.* 15. *&* 16. *C. si de moment.* Vltrà quod tollitur etiam obiectum quia suspensio petitorij debuit fieri ab Actore qualis est Religio, non autem ab Archiepiscopo, qui est Reus, & tenetur respondere pe-
14 titis per Actorem, à quo metitur ius, *l.* 1. *in princ. ff. si pars hæred. pet. Bald. cons.* 331. *in fin. lib.* 1. *Aegid. decis.* 617. *Cassad. decis.* 3. *num.* 2. *de iud.* Vndè nil mirum si Iudex pronunciauit sub iuribus ab
15 Actore deductis, † non autem super exceptione Rei, prout ita de iure faciendum erat, per *Text. in l. fundum Titianum, ff. de except. & faciunt, trad. per Anchar. in cons.* 156. *num.* 2. *&* 3. *Bald. consil.* 187. *per tot. lib.* 1.

Nec videtur attendendum, quod primæ duæ sententiæ fuerint latæ non solum ad fauorem Religionis, sed etiam Beneficiatorum, cum tamen ipsi non essent in causa: Quia cum Religio sit patrona Ecclesiæ de Coruche, & Beneficiatorum in in ea existentium, & Concordiæ fuerint initæ per Religionem absque interuentu Beneficiatorum, potuit Religio defendere ius suum, & Beneficia-
16 torum etiam absque ipsorum mandato, † cum Patronus possit defendere Iuspatronatus suæ Ecclesiæ, *capit.* 2. *vbi gloss. in verb. intererat, vt lit. pend. in* 6. *cap. significauerunt de except. Abb. in cap. dudum il secondo, in quart. notabil. de elect. Paris. consil.* 47. *num.* 44. *lib.* 4. *Rocch. de Iurepatr. verb. Ius num.* 6. *vers. An autem Patronus, Rot. decis.* 2. *de Iurepatr. in nou. per tot.*

Nec visum est attendendum, quod sententia Rotalis debebat ferri prout in prima, non autem in tertia instantia, tàm respectu commissionis directæ bo. me. Manzanedo, quam etiam quia per D. Archiepiscopum suspensum fuerat petitorium, & instatum vt pronunciaretur prout in prima. Etenim quoad istam suspensionem responsum fuit, quod de ea non constet per cedulam formiter in actis productam, reuelare non
17 dicitur, † vt tradit *Vestr. in prax. lib.* 4. *tit. vltim. num.* 2. Præterquam quod suspensio petitorij potest quandocumque reuocari, & ad pristinum iudicij statum reuerti etiam tacitè, prout factum fuit in præsenti causa, in qua vtraque pars produxit materias concernentes petitorium, & in
18 petitorio iudicium fuit † prosequutum, *Rot. decis.* 6. *de caus. possess. & propr. in nou.* Quoad commissionem directam Manzanedo, in qua fuit rescriptum, vt Rota procederet, prout in prima, responsum fuit: In commissione petitum fuisse per Religionem, vt Rota procederet reiectis prætensis nullitatibus, quæ à parte opponebantur contrà sententias, de partibus: Verùm quia fuit rescriptum de secunda parte, vt Rota procederet, prout in prima; ideò cum omnes illæ assertæ nullitates fuerint à Rota per plures decisiones penitus reiectę, Religio noluit amplius vti dicta commissione, nec partem citauit ad dicendum con-
19 trà, † vt constat ex attestatione Notarij, *Summ. num.* 2. Vndè per non vsum dicitur commissioni renunciatum, *l. quod fauore, C. de legibus, Hostiens. cap. ex conquestione num.* 6. *de restit. spol.* vbi omnes illum sequuntur *Buratt. decis.* 138. *num.* 4. *Rota in Salamantina Pensionis coram Bubalo impressa apud Marches. lib.* 1. *pag.* 172. *Caualer. decis.* 590. *num.* 5. *& in*

& in Romana Pecuniaria de Guicciardinis coram R.P. D. meo Pirouano apud Marches. eod. lib. 1. pag. 172.

20 Nec *decisio Seraphin.* 1327. † exaduerso allegata facit aliquid in contrarium, quia licèt verum sit, quod in commissione dependente non requiratur citatio ad dicendum contra: Attamen vltrà quod in casu d. decisionis ille, qui commissionem impetrauerat, ea vsus fuerat, vt patet legenti *num.* 4. Responsum fuit; quod quamuis commissio sanatoria nullitatum dicatur dependens quoad Iudicem, respectu scilicet Iurisdictionis, quia eidem Iudici dirigitur, vt tradit *Rota decis.* 15. *de rescript. in nou.* Attamen, quoad merita causæ, dicitur noua, & potest impetrans ea non vti per supradicta, presertim si impetranti sit preiudicialis, prout erat ista, dum in ea narrabatur, quod sententiæ prætendebantur nullæ, cum tamen Rota illas pro validis declarauerit, vt supradictum est.

Nec facit, quod cum dicta commissio reperietur in actis, dum fuit facta citatio pro terminis substantialibus, commissio per eam videtur effecta communis; Quia per dictam citationem solum sanantur termini substantiales vigore Inno-
21 centianæ per illorum reiterationem, † *Caputaq. decis.* 140. *num* 7. *part.* 3. sed si aliqua citatio fuit omissa illa, quæ fit pro terminis substantialibus
22 omissionem alterius non sanat, † nisi quando nihil fuit productum de nouo, vt dixit, *Rota in Taurinen. Decimarum coram R. P. D. meo Coccino apud Marches. par.* 2. *fol.* 533. *num.* 6.

Nec facit, quod oriatur diformitas in sententia Rotali, dum in ea fuit expressa persona Magni Magistri, de qua tamen in alijs sententijs nulla fuerat facta mentio, quia ex hac expressione nulla resultare potuit difformitas: nam cum ageretur de iure præsentandi, quod respectu Patroni, & Religionis est indiuiduum, ius deductum pro Religione, & sententiæ ad ipsius fauorem latæ dicuntur virtualiter continere ipsum Magnum Magistrum tanquam caput; Priorem verò, & Religiosos tanquam membra eiusdem
23 corporis, † vt probat *Rodriquez quæst. regul. tit.* 4. *cap.* 7. *num.* 1. *tom.* 4. Et sic clarè intrat conclusio,
24 quod expressio eius, quod † virtualiter inerat, nihil noui addit, *Bald. in cap.* 1. *§. fin. num.* 25. *vers. Quid si de prohib. feud. alien. Couar. pract. cap.* 23. *num.* 6. *Mantic. de tacit. lib.* 2. *tit.* 12. *num.* 25. *vers. Et ideò.*

Nec obstat, quod in tertia sententia amoueantur Archiepiscopus, & causam ab eo habentes, sub quibus verbis videntur comprehendi moderni Beneficiati, qui in duabus primis non continebantur, quia vltrà quod ista verba possunt referri ad Ministros Archiepiscopi, scilicet Prouisorem, seù Vicarium generalem, ac ad alios similes, qui solent instituere Beneficiatos, illosque in possessionem immittere, cum ad effectum, vt sententiæ dicantur conformes, capienda sit omnis
25 interpretatio, † vt dixit *Rota decis.* 30. *numer.* 38. *part.* 5. *recent. & facit decisio Gregor.* 252. *num.* 9. Responsum fuit, quod quatenus etiam causam habentes ab Archiepiscopo intelligi debeant Beneficiati, adhuc sententiæ dicerentur conformes, non solum quia etiam in prima sententia Beneficiati fuerunt amoti, dum mandat Beneficiatos deindè à Religione præsentandos restitui ad ius, & possessionem antiquissimam, in qua semper steterunt: quæ verba in necessariam consequentiam videntur continere amotionem illorum Beneficiatorum, qui ab Archiepiscopis vti de liberis fuerunt prouisi post d. primam sententiam: sed etiam quia cum præsentationes sint fructus Iuris-
26 patronatus† & fructus percepti à malæ fidei possessore sint restituendi, *Surd. consil.* 293. *num.* 10. *& seq. Rota in recent. decis.* 317. *num.* 2. *& decis.* 347. *num.* 7. *part.* 1. *recent. Buratt. decis.* 678. *num.* 1. Ita, & Beneficiati ab Archiepiscopo prouisi post litem motam, imò post d. sententiam latam venuiunt amomendi: Et sic cum omnes moderni Beneficiati fuerint lite pendente, & post d. primam sententiam prouisi tanquam de liberis, videtur, quod per tertiam quoque sententiam de-
27 beant amoueri, cum † non possit Religio aliter percipere huiusmodi fructus sibi adiudicatos, quàm per remotionem Beneficiatorum, vt in specie probat *Abb. in cap. Consultationibus num.* 3. *& 4. de Iurepatr.* Hæc enim amotio est quid consequutiuum ad ipsas, vnde non videtur inducere
28 difformitatem, vt dixit *Rota post Cenc. de censib. decis.* 188. *num.* 3. *& decis.* 450. *num.* 1. *par.* 1. *diuers.*

29 Et quamuis verum sit, † quod prouisus ab existente in quasi possessione conferendi non sit à(d)mouendus, etiamsi constiterit de non iure prouidentis; Attamen hæc regula videtur procedere in collationibus factis ante motam litem, non
30 autem factis post litem motam, ac post † latam primam, & secundam sententiam contrà Collatorem; Nam hoc casu licet prouisi maneant in possessione, donec lis terminetur per rem iudicatam trium conformium, tamen post huiusmodi rem iudicatam debent amoueri, vt præsentationes tanquam fructus Iurispatronatus Patrono
31 restituantur, † ita in specie tradit, *Ripa in tit. de caus. possess. & propriet. respons.* 1. *num.* 4. *& 5. Abb. in d. cap. Consultationibus num.* 3. *& 4. de Iurepatr. Rot. decis.* 435. *num.* 4. *par.* 2. *recent.*

Et tandem quicquid sit respectu Beneficiatorum, certum est, quod respectu D. Archiepiscopi sententiæ sunt conformes, & sustineri, ac in
32 ea † parte exequi debent, vt per *Dec. in consil.* 385. *num.* 2. *Couar. pract. quæst. cap.* 25. *num.* 6. *&* puncto dixit *Rot. apud Reuerendiss. D. meum Coccinum decis.* 108. *numer.* 1. *& 2. Buratt. decis.* 567. *num.* 10.

Quod autem sententiæ dicantur iustæ, clarè visum est patere ex decisionibus factis coram eodem D. meo Carillo, & præsertim in emanata sub die 1. Iunij anni præteriti; siquidem pertinentia iuris presentandi ad Beneficia existentia in d. Ecclesia de Coruche clarè probatur ex concordijs celebratis de annis 1293, 1317. inter Episcopos, & ipsam Religionem de Auis, quæ concordiæ cum fuerint obseruatæ, vt constat ex plu-
33 ribus articulis inferius deducendis, † ius Religionis reddunt certum, & indubitatum, *cap. contingit de transact. Crauett. cons.* 42. *num.* 4. *Rota in recent. decis.* 94. *num.* 4. *part.* 2. *& in Romana Fideicommissi de Ceulis* 26. *Nouembris* 1639. *coram R. P. D. meo Carillo.*

Constat enim primò, quod Episcopus Alphonius

sus de anno 1349. contulit vnum ex his Beneficijs vacans in d. Ecclesia per obitum cuiusdam Stephani vltimi Portionarij vti deuolutum ob negligentiam Prioris,& Portionariorum, *Sum. n.4.*

Secundò, quia de anno 1450. idem Episcopus mediante quadam epistola à Priore, & Beneficiatis requisiuit eorum consensum pro permutatione facienda de quodam Beneficio dictæ Ecclesiæ, *Summ. num.* 7.

Tertiò, ex confirmatione facta ab Episcopo de Aluaro Martinez anno 1459. de quodam Beneficio in hac Ecclesia ad præsentationem Prioris, & Portionariorum, *Summ. num.* 5.

Quartò, ex epistola Regis dictæ Religionis Magni Magistri inscripta de anno 1461. in qua præcipitur Priori, ac Beneficiatis, vt præsentent Stephanum Pirez in Beneficio vacante per renunciationem, *Summ. num.9.*

Quintò, ex alia epistola dictæ Religionis Magistri, scripta anno 1643. in qua dicitur, ipsum fecisse gratiam vnius Portionis cuidam Aluaro, illumque propterea Priori, & Beneficiatis commendat, adhoc, vt illum præsentarent, *Summario num.* 9.

Sextò, ex prouisione facta à Georgio Episcopo ad fauorem Numi Aluari de Beneficio vacante per renunciationem Ioannis Alphonsi vltimi possessoris, cum expressione, quod Episcopus conferebat hoc Beneficium ad præsentationem Prioris, & Beneficiatorum, *Summ. num.* 5.*litt. A.*

Septimò, ex alia simili prouisione, seù confirmatione facta à Velasco Episcopo de anno 1470. in personam Petri Gundisalui ad pręsentationem dictorum Prioris, & Beneficiatorum iuxtà formam compositionis, *dicto Summario nu.* 5. *litt. B.*

Octauo, ex vnione facta ab Alphonso Episcopo Prioratui Ecclesiæ de Coruche cuiusdam Beneficij vacantis per resignationem stante consensu Prioris, & Beneficiatorum, & in illo confirmauit Fratrem Aluarum tunc Priorem ad præsentationem dictorum Beneficiatorum, ad quos asseritur spectare Ius præsentandi, *Summ num.* 5. *littera C.*

Nono, ex confirmatione facta anno 1502. ab Episcopo in personam Ludouici Aluarez eiusdem Episcopi familiaris de Beneficio vacante per renunciationem sub spe futuræ præsentationis faciendæ per Priorem, & Beneficiatos dictę Ecclesiæ, qua propter mediante quadam epistola illos rogat, vt dictam præsentationem facere velint, & possessionem eidem Aluaro dare sint contenti, *Summ. num.* 7. *litt B.*

Decimo, ex confirmatione facta ad Alphonso Cardinali, & Episcopo ad fauorem Ioannis Baptistæ Cottæ de Beneficio vacante per obitum Ioannis Bugallo illius vltimi possessoris ad præsentationem Vicarij, & Beneficiatorum cum assertione, quod ad eos spectabat Ius præsentandi, *Summ. num.* 5 *litt. D.*

Vndecimo, ex præsentatione facta à Beneficiatis de Ferdinando Bugallo ad beneficium vacaturum, *Summ. num.* 6.

Duodecimo, ex quo Vicarius Episcopi anno 1544. habuit Alphonsum Diaz pro præsentato à dictis Priore, & Beneficiatis ad beneficium vacans per obitum d. Ludouici Aluarez, & mandauit Instrumentum præsentationis fieri, *Summario num.* 8. *litt.B.*

Ex quibus actibus clarè videtur deduci Ius Religionis de Auis pro collatione beneficiorum dictæ Ecclesiæ de Coruche; cum alias inuerisimi-
34 le omninò sit, † quod Episcopi pro tempore voluerint sibi præiudicare, *Rot. in nou. decis.* 11. *de Iurepatr. Caualer. decis.* 46. *num.* 1. *& decis.* 55. *nu.* 2. *Buratt. decis.* 172. *num.*24.

Nec obstat, quod nulla ex dictis præsentationibus, seu confirmationibus appareat effectuata, quia contrarium apparet ex confirmatione facta in personam dict. Ioannis Baptistæ Cottæ anno 1526. & Ludouico Aluarez, ex quo prædicti postea interfuerunt vti Beneficiati in præsentandis alijs; nam Cotta præsentauit Ferdinandum Bugallo, & post mortem Ludouici Aluarez præsen-
35 tatus fuit Alphonsus Diaz, qui † est modus probandi effectuationem, iuxtà *consil. Oldradi* 229. *num.* 1. *& seq.* & illum Rota passim sequuta est, *vt par.* 1. *diuers. decis.* 598. *num.* 8. *& recent. decis.* 295. *num.*2. *por tot. parte* 3. & alibi passim; probata autem effectuatione in vna parte censetur probata in reliquo, dum non constat de contrario statu.

Accedit, quod pro hac obseruantia non solum adsunt plures testes deponentes super quota decimarum, & alijs fructibus huic Religioni reseruatis iuxtà formam dictarum Concordiarum, sed quod magis est Nonus, & Decimus deponunt ex
36 certa scientia, † & per sensum visus de præsentationibus antiquitus factis ad hæc Beneficia à Priore, & Beneficiatis, vt in specie ponderatur in *dicta decis. D. mei Carilli in* §. *Præterea dixerunt Domini.*

Nec dicatur, quod admissa etiam Concordia Archiepiscopi sint in quasi possessione liberè conferendi hęc beneficia spatio quadraginta,& quinquaginta annorum, quia cum hanc assertam præscriptionem Rota coram eodem D. meo Carillo iterum disputandam particulariter gustare voluerit, eam insufficientem reperijt, vt in eadem D. mei Carilli decisione firmatur.

Denique non visa sunt releuare, quæ hodie denuò afferuntur, quod scilicet Instrumentum Concordiæ non sit in forma probanti, quia cum sit adeò antiquum, & cum eo concurrat obser-
37 uantia, est illi fides adhibenda, † licet ex sui faciet informe appareret, *Aym. cons.* 158.*num.* 1. *& de antiq. temp. part.* 1. §. *Quarto limitatur num.* 14. *Menoch. consil.* 914. *num.* 23. *Gratian. discept.* 268. *num.* 55. *Rota dec.* 224. *num.*22. *par.* 6. *recent.*

Et ita pro conformitate Sententiarum parte vtraque informante resolutum fuit.

REVERENDISS. P. D. COCCINO,

Sacræ Rotæ Decano.

Theatina, seu nullius Abbatiæ.

Lunæ 10. *Decembris* 1640.

ARGVMENTVM.

Regressus ad Beneficium competit Resignanti secundum formam decreti in litteris appositi.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Regressus non datur nisi stante pertinacia, & magna proteruia.*
2 *Regressus ad beneficium datur secundum formam decreti in litteris appositi.*
3 *Verba quando sunt clara ab eis non est recedendum.*
4 *Regressus ad beneficium datur stante tali mora qualis decretum litterarum requirit.*
Amplia cessante spe, quod possit mora purgari, numer. 6.
5 *Regressus ad beneficium stante consensu non dicitur pœna, sed modus, vel conditio, quæ inest rei traditæ.*

DECISIO CCLXV.

Dominus Abbas Federicus resignauit Abbatiam Iosepho Strappolæ, reseruata sibi pensione 207. ducat. de Camera, cum decreto, quod cessante Iosepho in solutione pensionis in toto, vel in parte, seù si illam per tres menses à fine cuiuslibet termini computandos soluere retardauerit, liceat eidem Abbati Federico ad dictam Abbatiam liberum habere regressum, illiusque corporalem possessione apprehendere propria auctoritate vnica tantum præcedente intimatione, seù citatione, & iudicij forma in nihilo seruata cum decreto irritanti, &c. Cum iuxtà decis. in hac causa factas 26. Martij, & 28. Iunij huius* anni Ioseph remaneat debitor in ducat. 719 auri de Camera, dictus Abbas Federicus intentauit Regressum iuxtà formam dd. litterarum. Vndè dubitaui, An esset locus d. Regressui, & Do-
1 mini affirmatiuè resoluerunt. † Nam, etsi regulariter loquendo, quoad effectum Regressus, requirantur pertinacia, & magna proteruia, *Ant. August. in epitom. de pens. tit. de priuat. ob non solut. & Lotther. de re benef. lib. 5. quæst. 40. num. 277.* & latè ad materiam, *Sarnen. super regul. de subrog. quæst. 7. num. 9. vers. Secundus casus, Cassad. decis. 2. num. 4. circà fin. vers. Vt facit, quia Papa ponendo pœnas de pension.*

Tamen in hoc casu versamur in Regressu magis fauorabili, quia ex decreto supra narrato solum requiritur lapsus trium mensium, & intimatio etiam extraiudicialis, & propterea cum vsq; de mense Iulij præteriti fuerit acceptatus regres-
2 sus, & facta intimatio, † & pensio non fuerit soluta est locus dicto decreto de regressu, *Caputaq; decis. 247. par. 1. & decis. 313. par. 2. Gigas de pens. quæst. 90. num. 19. Paris. de resig. lib. 6. quæst. 3. nu. 6.* & fuit dictum in causa *Cremonen. Pensionis 23. Iunij 1623. coram Vbaldo*, & in causa *Bracaren. Thesaurariæ 22. Iunij 1629. coram R.P.D. meo Pi-*
3 *rouano*. Et cum verba sint satis clara ab illis non† est recedendum, vt in puncto dicunt *Rebuff. in praxi de regressib. in fin. versic. Verum, vt ad rem veniamus notandum est, Put. decis. 81. versic. Cum litteræ dicant, quod elapsis sex mensibus lib. 2. Rota in d. Cremonen. Pensionis (, Lotther. de re benef. dicto*
4 *lib. 1. quæst. 40. num. 271.* & sufficit talem † esse moram qualem decretum requirit, *Gigas de pension. dicta quæst. 99. num. 4. & 19.* vbi considerat moram 30. dierum, vel sex mensium iuxtà formam litterarum. Et prædicta eo magis procedunt, ex quo Ioseph, consentiendo decreto, se obligauit in forma Cameræ, & propterea eo magis est attendenda forma decreti absque alia pro-
5 teruia, dictus † enim consensus operatur, vt regressus non sit pœna; sed modus, vel conditio, quæ inest rei traditæ, *Ferdinand. de Castro Palao in opere Morali parte 2. disput. 6. puncto 2. §. primo nu. 3. vers. Si resignes eadem conditione, Lotther. de re benef. lib. 1. quæst. 40. num. 293.*

Accedat prædictis, quod nec dictus Ioseph soluit terminum maturatum in festo S. Ioannis, & pulsatur diuersis mandatis etiam ex causa per-
6 sionis, † & fuit admissus ad *cap. Odoardus*; & ideò cessat spes, quod possit satisfacere.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

☞ *Supra in hac eadem parte decis. 215. habetur decisio huius causæ, altera, vt in Appendice.*

R.P.D. HIERONYMO VEROSPIO.
Postea S.R.E. Cardinali.

Ianueñ Pecuniaria.

Lunæ 10. Decembris 1640.

ARGVMENTVM.

Mandans potest conueniri, & est nomine proprio obligatus, etiam si mandatum gratia Mandatarij, vel aliena dederit. Mandans censetur nomine proprio se obligasse, quando non fuit facta expressio alicuius, fallit si mandans habuerit ab alio mandatum, & de eo constet.

SVMMARIVM.

1 *Mandans potest conueniri actione contraria mandati quamuis mandatum sit datum in gratiam Mandatarij, & non mandantis.*
2 *Epistola continens expressam ratihabitionem potest mandato comparari.*
3 *Reuocatio mandati supponit existentiam antecedentis alias non subsisteret.*
4 *Actio oritur contrà eum pro quo negotium agitur non contrà eius Ministrum, & Nuncium, aut Procuratorem, & num. 5.*
6 *Mandans nomine proprio tantum remanet solus ex mandato obligatus.*
7 *Mandatum potest dari tàm gratia mandantis, quàm Mandatarij, aut aliena.*
8 *Mandans licet det mandatum gratia Mandatarij, vel aliena attamen nomine proprio remanet obligatus.*
9 *Mandans censetur proprio nomine contrahere, quando in mandato nulla sit mentio alterius personæ, & res est dubia, & num. 12.*
Fallit, quando mandans habet mandatum à Domino quia tunc non est necessaria expressio, num. 10.
Declara procedere fallentiam quando constat de mandato Domini, & num. 11. & 13.
14 *Soluens creditori ex vna causa non prohibetur ab eo petere ex alia ex qua sit sibi obligatus.*
15 *Societas rectè potest contrahi super officio, quod socius emere debet.*

16 Man-

16 *Mandans, & si fines mandati excessi sint, non potest post ratihabitionem impugnare per mandatarium gesta.*

DECISIO CCLXVI.

Confirmarunt DD. in hoc dubio decisionem factam sub die 13. Iunij proximè præteriti, in qua firmatum fuit, quod Abbas Paulus Fliscus tenebatur restituere Viualdis summam pecuniæ ab ipsis solutæ pro societate officij, quam contraxerunt nomine, & fauore Vgonis, qui erat frater ipsius Abbatis, quia cum Abbas dedisset mandatum ad gerendum hoc negocium poterat conueniri actione contraria mandati pro restitu-
1 tione eiusdem pecuniæ, † quamuis idem mandatum ab eo datum fuisset non ad propriam vtilitatem, sed in gratiam Vgonis, vt notatur *in l. 2. in princ. ff. mandati, & in l. si remunerandi, §. si tibi, & l. si mihi, ff. eod. tit. & Institut. eod. tit. in princ.* tradit *Cardin. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 2. num. 18. Mozzius de contract. in rubr. de diuis. mandati nu. 93.* Et verò de hoc mandato apparebat tàm ex epistola, quàm Abbas Paulus scripsit Viualdis sub die 23. Ianuarij 1637. in qua eos rogabat, vt memoriam haberent negotij, quod alias cum illis tractauerat, vt inuenirent occasionem opportunam inuestiendi aliquam summam pecuniæ sub ijs conditionibus quas eis voce significauerat dum Romæ moratus fuit, quàm etiam ex altera epistola ab eodem scripta sub die 24. Aprilis eiusdem anni, in qua confitebatur se accepisse Instrumentum societatis, quod sibi transmissum fuerat à Viualdis approbando, & laudando,
2 quod ipsi gesserant, † quæ epistola tanquam continens expressam ratihabitionem poterat mandato comparari, secundum notata *in l. vlt. C. ad Maced. & in l. donat. 25. C. de donationib. inter vir. vxor.* & notat ibi *gloss. in verb. ratihcbitiones, & in l. licet 56. ff. de Iudicijs.* Et licet ex prima epistola non appareret, quod negotium spectaret ad Vgonem, qui in ea nominatus non erat tamen hoc declarabatur ex altera, & ex alijs actibus, qui postea ab Abbate gesti fuerunt semper nomine Vgonis, idemque mandatum datum fuisse expresè colligebatur ex hac posteriori epistola, quia Abbas in illa significauit Viualdis, quod reuocabat mandatum, quod aliàs eis dederat ad huiusmodi negocium, eo quia Vgo inuenisset nouam occasionem implicandi pecunias in alia negotia Ciuitate Ianuæ, in qua morabatur cum non
3 posset ea reuocatio subsistere, † nisi supponeretur antecedens mandatum, *argumen. Text in l. decem ff. de verb. obligat. & in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic.*

Nec obstare visum fuit, quod Abbas totum hoc negocium transegisset nomine Vgonis, & pro illius vtilitate, vnde inferebatur, quod actio
4 solum fuisset orta contra ipsum Vgonem † tàm siue Abbas considerari deberet vti Minister, & Nuncius voluntatis sui fratris, ex notat. per *DD. in l. multum interest, C. si quis alteri, vel sibi,* vbi *Bart. nu. 1. in §. si verò, Bald. num. 12. Cin. num. 6. & in l. si litteras, C. mandati,* vbi *idem Bald. num. 2. ff. de constitut. pecun.* quàm si dici deberet eius Pro-
5 curator, † dum Viualdi contraxerunt cum Abbate contemplatione Vgonis; vt voluit idem *Bart. in l. si pupilli, §. item si Procurator, ff. de negoc. gest. Bald. num. 4.* & notat ibi *gloss. in verb. contemplatione.* Huic enim difficultati pluribus modis responsum fuit in decisione præterita, quia Abbas non dedit tale mandatum nomine Vgonis,
6 aut vti illius procurator, sed nomine proprio. † Vnde ipse solus fuit ex eo mandato obligatus, ex notatis in *l. 2. ff. mandati, & in §. 1. instit. eod. tit.* & tradit *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 2. num. 18.* Nec refert, quod idem mantum, vel datum fuisset in gratiam alterius, vel quod dum Viualdi illud susceperunt contemplati fuissent solam personam Vgonis, quia primum
7 erat conforme naturæ mandati, † cum illud dari possit, tàm propria gratia, quam gratia mandatarij, aut aliena, vt probat. *Text. in d. l. 2. ff. mandati, & in §. 1. instit. eod. tit.* Hoc tamen non poterat efficere, vt qui tale mandatum dedit non esset obligatus proprio nomine erga mandata-
8 rium, cum † ille sit loco alterius Rei, & vti talis rectè conueniri possit à mandatario, vt probat. *Text. in l. si quis alicui, §. si mandato meo, ff. mandati, & in l. si mandato 14. ff. de fideiuss. & in l. si Sticcum, aut Pamphilum 46. ff. de solution. §. si mandato meo,* & notat ibi *gloss. in verb. cedat, Bald. in l. si litteras, C. mandati num. 1.* & ibi etiam *Angel. num. 1. Hering. de fideiussor. cap. 20. §. 1. num. 4.* Quod verò Viualdi in illius receptione solum contemplati fuissent personam Vgonis, non fuit hoc probatum ex parte Abbatis, imò contrarium suadebatur ex epistola ab eo scripta sub die 23. Ianuarij 1637. in qua dicitur primò datum fuisse idem mandatum Viualdis cum in illa non facta fuisset mentio personæ Vgonis, siue quod negotium
9 ad ipsum pertineret, † & sine qua expressione censeri debebat tanquam in re dubia Abbatem voluisse proprio nomine contrahere, vt tradit. *Bart. in l. 1. §. nunciatio ff. de nou. oper. nunciat. & in l. post mortem, §. Tutor, ff. quando ex fact. Tutor. vel Curat. num. 3. Bald. in rubr. C. de contrah. emptio num. 27. Roman. in l. post dotem num. 17. ff. solut. matrim.* Et licet non semper requiratur talis expressio, cum illa necessaria non sit in casu quo constet Procuratorem habuisse mandatum à Domino quasi tunc actus videatur ab eo factus in exe-
10 quutionem mandati antecedentis, † vt declarat. *Roman. in d. l. post dotem num. 17. & in conf. 91. nu. 9. Bart. in l. qui aliena, §. si is, qui putabat, ff. de acquir. hæredit. num. 1.* & ibi etiam *Angel. in princ.* Tamen ostendi deberet idem mandatum, quod Abbas habuisset à fratre, quod neque probatum
11 fuit, † & hæc probatio spectabat ad ipsum Abbatem dum ille se gessit vti Procurator sui fratris vt tradit idem *Bart. in leg. procur. qui pro euictione, ff. de procurator. num. 4. & in l. 1. C. creditorem euict. pignoris non debere,* vbi profitetur se hoc pluries docuisse, & notat ibi *Menoch. in addit. sub littera A. Boer. decis. 80 num. 3.* Quod præcipuè dicendum erat dum dubitatur de existentia talis mandati, quod Abbas habuisset ab Vgono respectu tertij, quales sunt Viualdi, quia semper illi potuerunt
12 dubitare; † Vtrum Abbas contrahere voluisset nomine proprio dum in epistola non fuit expressum nomen Vgonis, vt declarat idem, *Bart. in d. l. qui in aliena, §. si is, qui putabat eod. num. 1. argum. Text.*

Text. in l. Iulianus, §. 1. *in* 2. *respons. ff. ad Senat. Consult. Macedon.* quem sequutus fuit ibi *Ias. num.* 11. *Alex. num.* 15. *& in l. post dotem num.* 14. *ff. solut. matrim.* vbi dicit ita concordari posse opinionem contrariam secundum quam non est necesse, vt Procurator exprimat nomen Domini, nimirum illa procedat inter mandantem, & mandatarium non autem in præiudicium Tertij, & idem docuit. *Iason. super eadem leg. num.* 74. *Io. Crot. in l.* 1. §. *nunciatio, ff. de nou. oper. nunciat. num.* 36. *Alciat. regul.* 2. *præsumpt.* 24. *num.* 5.

Secundò, non visum fuit obstare, quod dicebatur, vt Viualdi posteà suscepissent in se totum hoc negocium, vnde Abbas consequutus fuisset liberationem à sua obligatione, quæ potuisset illi suffragari quamuis vera esset, neque impugnaretur obligatio, quam idem dicebatur fecisse; Etenim non visa fuit probari talis liberatio, quia illa deducebatur ex confessione, quæ asserebatur facta à Viualdis, quia postquam Hieronymus simul cum fratre obtinuerunt rescindi Instrumentum societatis, quam antea contraxerant cum Baptista Bonanno, significarunt hoc per litteras Abbati eumque rogarunt, vt mitteret mandatum procuræ Vgonis, quo vti volebant pro abolendo decreto dominij, quo reseruatum fuerat illius fauore in emptione officij, quam fecit Bonannus adducendo rationem, quod debuisset Vgo hoc facere dum non habebat aliquod interesse super dicto officio, quod mandatum vbi transmissum fuisset monuerunt nihil vltrà replicandum esse ex parte Abbatis. Ex his verò non visum fuit sequi talem probationem, vt Abbas liberatus fuisset ab orbligatione contracta, siue quod fuisset inducta aliqua promissio facta à Viualdis non petendi restitutionem pæcuniæ quam impenderant in contractu societatis, vt etiam asserebatur pro parte Abbatis, quod intelligendum erat ex serie totius facti atque huius negotij, quod inter eos tractatum fuit. Conuenerunt enim Viualdi cum Bonanno, vt extingueretur societas, quam ipsi ex mandadato Abbatis sub nomine Vgonis contraxerunt, & Bonãnus promisit restituere pecunias acceptas in actu rescissionis Instrumenti ex pretio tamen, quod percipere debebat ex venditione officij, quam facere statuerat, sed cum officium vendi non posset sine consensu Vgonis cuius fauore reseruatum fuerat decretum dominij, petierunt Viualdi illius mandatum ad renunciandum tali decreto, vt possent dare consensum super venditione d. officij, & eodem tempore recuperare pecunias à Bonanno; Ex quibus apparebat Viualdos nunquam habuisse eam mentem liberandi Abbatem, siue Vgonem, sed solum consequendi pecunias creditas quas Bonannus nolebat soluere nisi cum pretio officij, & ita cum Viualdi illas recipere deberent in actu consensus, quem præstituri erant super d. venditione rectè dicere potuerunt, quod nihil amplius agẽdum erat transmisso mandato procuræ ad renunciandum decreto, siue quod Vgo nullum inte-
13 resse haberet super dicto officio, cum † ex solutione pretij societatis, quæ sequi debebat vendito eodem officio cessare deberet tàm obligatio cuius occasione Viualdi potuissent agere contrà Abbatem, quàm omne creditum, aut interesse Vgonis, *argum. Text. in l. item liberatur, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluitur, & l. soluendo, ff. de negot. gest. & in l. nullas, C. de solut.* & notat ibi *gloss. in verb. euanescere.* Neque contrarium probare poterant plures actus, qui deindè dicebantur gesti à Viualdis, cum illi noluissent in proximis nundinis posteà sequutis exigere pecunias à Procuratore Vgonis pro satisfactione litterarum, quas illi miserant prodictis nundinis, sed mandassent proprio Procuratori, vt ipse satisfaceret eisdem literis; nam illæ declarabant causam ob quam hoc factum fuisset, quia nimirum eo tempore incertum erat, an societas potuisset effectum habere propter impedimenta, quæ contingerant in emptione officij super quo societas contracta iam fuerat; Vndè in hac dubitatione non existimarunt æquum esse, vt Vgo solueret pecunias pro satisfactione litterarum Cambij ex quibus non potest dici probata voluntas, quam Viualdi habuissent liberandi Abbatem, sed solum quod illi nolebant consequi pecunias quas impenderant nisi in casu quo societas effectum haberet, & hoc præcipuè ostendebant postrema verba eius epistolæ, in quibus dicebatur, quod ipsi transmissuri fuissent dictas litteras cambij Procuratori Vgonis in proximis futuris nundinis, quando societas sortita fuisset effectum. Vndè patet, quod cum recusarunt in præteritis nundinis recipere pecunias ab illius Procuratore, hoc fecerunt solum animo differendi propriam satisfactionem, non autem animo liberandi debitorem à restitutione pecuniæ solutæ; Et licet in nouis nundinis mandassent Viualdi, vt restituerentur Vgoni scuta ducenta, ac vigintiquinque, quæ ipsi retinebant ex illius pecunijs, & destinauerant impendere in emptione eiusdem societatis; Tamen hoc fieri potuit ex eadem causa propter spem futuræ numerationis quam credebant facturum fuisse Bonannum vendito officio, vt verè apparebat factum fuisse, quia cum ante venditionem officij sequutus fuisset obitus Bonanni cuius causa non potuerunt Viualdi satisfieri ex pretio eiusdem officij statim miserant in eisdem nundinis litteras Procuratori Vgonis pro solutione totius summæ, quam illi impenderant in contractu societatis, quæ tamen redierunt vacuæ, & sine effectu; cum Procurator illas soluere recusasset. Imò hæc vltima coniectura desumpta ex restitutione partis pecuniæ non erat talis efficaciæ, vt possit adduci pro coniectura satisfactionis, quam Viualdi consequuti fuissent ab eorum debitore, cum soluens creditori ex vna causa non prohibeatur ab eodem petere ex alia causa, ob quam idem creditor sibi sit obliga-
14 tus, † vt probat *Text. in leg. si cum dos de act. rerum amatarum*, & notat ibi *Bart. & Alberic. n.* 1. idem *Bart. in l. si quidem num.* 2. & tenuit *Rot. in Romana Grani* 4. *Decembris* 1620. *coram bon. mem. Vbaldo.*

Demum non visam fuit obstare, quod Viualdi excessissent mandatum sibi traditum ineundo societatem super officio quod emptum nondum erat, quia potuit e[illegible] societas rectè contrahi super
15 officio, quod socius emere debebat, † vt est de*cis. Putei* 67. *lib.* 3. & probat *Text. in l. actionem*, §. *in*

§. in rem certam, & §. si quis societatem, & in l. cum societas, ff. eodem tit. Et satis esse poterat, quod Abbas admonitus de hac qualitate contractus ex receptione Instrumenti societatis illum ratum
16 habuisset, † vt hodie non possit amplius eum impugnare, argum. Text. in l. Pomponius, ff. de negoc. gest. & in l. si fundus, §. eleganter, ff. de lege commiss. notat Decius in l. semper, ff. de regul. iur. num. 6. Dynus in cap. ratihabitionem eod. tit. lib. 6. n. 12. Surd. cons. 18. num. 2. & dec. 33. num. 3. Et ita, &c.

Hæc decisio sub die 13. Iunij 1640. habetur impressa penès Merliu. de pign. decis. 37.

R. P. D. CARILLO

posteà Præside Vallisoletano.

Romana Pecuniaria, seu Pensionis.

Veneris 14. Decembris 1640.

ARGVMENTVM.

Obligatione facta intuitu, & contemplatione alterius, debet obligatus à persona contemplata indemnis releuari, licèt ipse quoad creditorem teneatur, & quomodo talis obligatio probetur. Debitor si proprium soluat debitum, & cessionem translatiuam reportauerit, quid illa operetur. Testes, vt ad concordiam reducantur pro viribus insudandum est.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus sc intuitu, & contemplatione alterius, licet teneatur ad fauorem creditoris debet tamen à persona contemplata liberari, & indemnis releuari.*
2 *Testes duo vbi sunt contestes plenè probant.*
3 *Testes dicuntur contestes si tendit eorum depositio ad eundem finem.*
4 *Testes donec contrarium probetur contestes esse præsumuntur.*
5 *Epistola, licèt tanquam actu extraiudicialis non probet, deseruit tamen pro adminiculo.*
6 *Fides extraiudicialis quoties continet verisimilia, & adminiculis est suffulta plenè probat.*
7 *Confessione propria nulla datur maior probatio.*
8 *Confessio est maior quolibet Instrumento.*
9 *Obseruantia desumpta ex continuata solutione, benè declarat animum contrahentium.*
10 *Probationes, quæ non possunt vti singulæ vnitæ iuuant.*
11 *De Euictione quem tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*
Amplia, vt num. seqq.
12 *Obligatio Cameralis non admittit exceptiones turbidas extrinsecas à contractu, & altiorem requirentes indagenem.*
13 *Exceptio clara, & probata retardat executionem obligationis Cameralis.*
14 *Cessio facta ad fauorem debitoris deseruit tantum pro liberatione, & quietantia.*
15 *Soluens debitum proprium non potest reportare cessionem translatiuam.*
16 *Testium dicta cauillari non debent, sed adiuuari, & ad concordiam reduci, vt pro viribus sustineri possint.*
17 *Testes ne sibi contrarientur quantum fieri potest saluari debent.*
18 *Beneficia, & Pensiones non sunt in commercio, ideò non possunt vendi, aut alienari.*
19 *Beneficia, & Pensiones non possunt dari in recompensam.*
20 *Donationis vbi verba sunt clara admitti non debet voluntatis quæstio.*
21 *Voluntas disponentis si manifestè constat seruari debet.*

DECISIO CCLXVII.

PEtente D. Philippo Costa nepote, & hęrede bon. me. Octauij Cessionario nomine relaxari mandatum exequutiuum, coram R. P. D. Caualletto A. C. Locumtenente contrà D. Abbatem Ioannem Antonium eius Patruum pro repetitione terminorum pensionis scutor. 250. solutorum Translatarij bo. me. Vincentij Landinelli, qui Episcopatum Albiganeñ. resignauit ad fauorem Reuerendiss. D. Petri Francisci Costæ alterius filijs D. Octauij cum reseruatione pensionis scutorum 700. soluendorum pro rata dictorum scutorum 250. super fructibus Abbatiæ per dictum Ioannem Antonium possessæ. Et versa vice excipiente dicto Abbate se non teneri ad restitutionem dictæ pensionis solutæ, ex eo quod ad illius solutionem se obligauerit cōtemplatione dicti Octauij Patris, & sic dictus Philippus cum sit hæres dicti Octauij soluendo soluerit debitum proprium. Voluit super hac controuersia dict. A. C. Locumtenens consulere Rotam; Ideò proposui dubium, An sit relaxandum mandatum, & illud fuit negatiuè resolutum.

Ea præcipiè ratione, quia dum dict. Abbas contemplatus fuit personam Patris, eiusque
1 intuitu se obligauit, † licèt principaliter teneatur ad fauorem Resignantis, & translatariorum debet tamen ab ipso Patre liberari, ac indemnis releuari iuxta dispositionem *Text. in l. si pupilli 6. §. item. si Procuratori*, ibi: *Si Procuratori tuo mutuam pecuniam dedero tui contemplatione, vt Creditorem tuum, vel pignus liberet aduersus te negotiorum gestorum habeo actionem*, & in §. *sed si ego*, ibi *Pomponius lib. 26. probat, vt siquidem contemplatione tui negocia gessi peculiaria, tu mihi teneris*, sequitur *gloss. in verb. quia ex abundanti*, vbi alios Textus concordantes refert, ibique *Cast. num. 2. ff. de negoc. gest.*

Quod autem d. Abbas se obligauerit contemplatione, & intuitu Patris visum fuit Dominis colligi ex pluribus.

Primò ex depositionibus duorum Testium, qui affirmant dictum Patrem agnouisse huiusmodi pensionem in proprium debitum, & signanter primus super primo articulo, ibi: *E vero, che il Sig. Abbate Gio. Antonio Costa im ose la pensione di scudi 250. &c. e questo fece ad instanza, e contemplatione, e preghiere del Sig. Ottauio suo Padre, il quale*

il quale perciò promise di pagar al detto Landinelli la detta pensione; In oltre si dichiarò, &c. (idest Octauius) *esser la sua mente, che li suoi hæredi continuassero à pagarla*, & licet secundus Testis non ita explicitè deponat. Attamen apertè dicit, se audiuisse à dicto Octauio Patre, quod ipse, *La detta pensione di Monsignor Landinelli la pagaua per beneficio, e commodo di detto Monsignor Vescouo, stante, che detto Sig. Abbate Gio. Antonio, & altri suoi fratelli à sua instanza, e contemplatione si fossero compiaciuti di consentire alla riserua di detta pensione per là ricompensa del Vescouato d'Albenga* vt in *Summario dicti Abbatis num.* 3. qui duo Testes, cum
2 sint contestes in hac materia, † bene probant *l. vbi numerus, ff. de Testibus*, & Contestes dicuntur eo
3 ipso, † quod tendunt (prout hic) ad eumdem finem *Bald. in leg. 1. num. 20. Cod. de testament.*
4 & tales præsumuntur dum contrarium † non probetur. *Innocent. in cap. qualiter, & quando, il secondo, de accus. Aym. consil. 68. num. 9. Alex. consil. 4. num. 7. lib. 6.* & plures quos refert *Cancer. lib. 1. variar. cap. 20. num. 69.*

Secundò, ex Epistola D. Benedicti alterius fratris scripta eidem Abbati, in qua dictus Benedictus asserit: *Mi ricordo, che nostro Padre più volte mi hà detto, che questa pensione, &c. e sò, che fu fatta consentire da V. S. per seruitio di Monsignore, & così sempre il detto Padre nostro la pagò lui, & doppo la sua vita l'hauerebbero pagata gl'heredi, perche l'intentione sua era di computarla à Monsignor nostro fratello, d. Summario eodem num. 3. in fine*, quæ Epistola licet reputetur simplex extraiudi-
5 cialis attentatio, & vti talis non probet, † tamen deseruit saltem pro adminiculo, *Rota coram Buratto in decis. 458. num. 9. & inter recent. decis. 122. num. 7. par. 1.* vbi firmatur, quod fides ex-
6 traiudicialis, dum est † verisimilis, & adminiculis suffulta plenè probat, sequitur *Adden. ad Grego. XV. in decis. 234. sub littera B. versic. Si tamen.*

Tertiò, ex declaratione facta ab eodem Octauio Patre in suo Testamento vbi Episcopo Albinganeñ. eius filio reliquit gemmam valoris scutorum centum cum prohibitione expressa, quod nihil aliud ex sua hæreditate prætendere posset ex eo, quod fuerat prouisus de dicto Episcopatu, & possidebat alia beneficia. Et vlterius, quia eius contemplatione fratres ipsius consenserant reseruationi pensionum super eorum beneficijs, vt ibi: *Oltre anco l'esser grauati li suoi fratelli à sua contemplatione*, idest Octauij (loquitur enim Notarius) *de scudi 100. di pensione annua per la ricompensa, che diede à Monsignor Landinelli, dicto Summario num. 4.* quæ Patris confessio sicut coadiuuat dictum primi testis super eo, quod intellexerat dictum Octauium dicente voluisse releuare dictum Abbatem, & quod pensio etiam post obitum solueretur ab hæredibus, *Et che volcua metterla à conto di Monsignor, &c. poiche hauerla agiustato vn Testamento fatto, &c.* ita declarat negocium ad se ab initio spectasse ipsumque Abbatem eius contemplatione se obligasse, licet in Instrumento reseruationis pensionis aliter appareat, nam nulla
7 maior probatio datur, † quam propria oris confessio, *l. cum te, C. de transact. Bald. consil. 192. col. 2. circa finem lib. 2.* vbi ait, quod confessio est
8 maior † quolibet Instrumento, benè *Roland. cons. 54. à num. 16. vsque ad 21.*

Quartò, & denique ex obseruantia subsequ-ta, cum dictus Octauius quoad vixerit, & q-dem spatio 17. annorum semper dictam pen-nem soluerit, vt constat ex suo proprio Cod-rationum, *dicto Summario num. 1.* quæ quidem obseruantia desumpta ex hac diuturna solutio-
9 absque eo quod vnquam dicto Abbati fue-aliquid repetitum bene declarat voluntatem contrahentium, *Paul. de Castr. consil. 363. in 2. d-lib. 1. Aym. cons. 101. num. 3. Mantic. de tacit. ambig. lib. 2. tit. 1. nu. 5. Gregor. decis. 502. num. & 10.* quæ omnia simul iuncta considerata qu-tenus vti singula non sufficerent visa fuerunt pl-nè concludere dict. Abbatem se obligasse co-templatione Patris ex vulg. reg. quod quæ non
10 prosunt singula † simul iuncta iuuant, *cap. cu-causam vbi glos. & DD. de probat. Surd. consil. ante num. 53. versic. & quamuis lib. 1.* & prop-reà ipsum debere releuari, & conseruari indem-nem ab eodem Patre. Vndè cum dict. Phil-pus sit hæres dicti Octauij repetere pensionem Abbate minimè potest, licet concessionem i-rium à translatarijs reportauerit hæreditario n-
11 mine, quia quem † de euictione tenet acti-eumdem agentem repellit exceptio, *l. vindican-tem 17. ff. de euict.*

Quæ regula habet locum etiam si dictus Ph-lippus agat vigore dictæ cõcessionis obligatio-
12 Cam. vallatæ, † quæ regulariter non admittit ex-ceptiones turbidas extrinsecas à contractu, altiorem indaginem requirentes, *Cassad. de vnic. de mut. per Rota inter impress. per Zacch. de oblig. Camer. decis. 1. nu. 11. & decis. 48. nu. 3. & decis. 49. num. 1.* quoniam dum ex omnibus su-perius congestis manifestè patet debitum huius pensionis spectare ad hæreditatem dicti Octaui vti eius contemplatione ab Abbate contractu & dictum Philippum concessionarium con-esse eiusdem Octauij hæredem, clara hinc non turbida ad fauorem d. Abbatis oritur exceptio
13 quæ propterea vti iam † probata retardat ex-cutionem obligationis Cameralis, ex notat. p-*Alexandrum in l. Nemo potest num. 17. ff. de legat. Paris. cons. 54. num. 91. & seq. vol. 1. Salust. Ti-ber. in prax. A. C. cap. 14. post. num. 3. versic. In in executiuis fol. mihi 17. Galles. impress. per Zacch. de obligat. Camer. quæst. 20. num. 2. & 3.* & fa-ciunt notata per eundem *Zacch. in quæst. 17. num. 101.* & consequenter intrat regula prædicta, & qui-cessio deseruit tantum pro liberatione, & qu-
14 tantia ex † adductis per *Peregr. de fideicom art. 52. num. 34.* cum ex solutione proprij debiti, ce-
15 sio translatiua † reportari non possit, *Bart. in l. Modestinus num. 4.* ibique *Paul. de Castr. vers. In nihilum autem, & sub num. 5. vers. Nam. principa-li, ff. de solut. Gregor. decis. 68. num. 4. & 5.*

Nec obstare censuerunt Domini id, quod obijciebatur ad redarguendum primum Testem quod scilicet: ille non esset præsens de tempore reseruationis pensionis, de qua agitur, & tamen in sua dispositione videantur deponere per verba de præsenti, quia responderunt ex lectura totius Contextus examinis clarè colligi dictum Testẽ deposuisse de auditu ipsius Octauij, vt ibi *E questo lo sò per les cause dette di sopra per hauerlo inteso dire dal medesimo Signor Ottauio*, nec simili-ter

ter contrariari depositionem alterius Testis, dum dicit, quod d. Octauius administrabat bona eiusdem Abbatis, vndè inferebatur, quod ex dd. bonorum fructibus dicta pensio soluebatur, quoniam d. administratio erat correspectiua ad subministrationem scutorum mille, quæ pro alimentis d. Abbati soluebantur, vt idem testis exprimit ibi. *E scudi mille l'anno somministraua al detto Signor Abbate per suo mantenimento*, quod confirmatur ex eo, quod d. Abbas est promptus continuare eandem administrationem dicto Philippo Aduersario cum eodem onere sibi subministrandi dicta scuta mille annuatim, & soluendi pensionē, de qua agitur, translatarijs, Hincque patet bene testes ad concordiam reduci, prout reduci debent cum eorum dicta non sint cauil-
16 landa, † sed potius adiuuanda, & præ viribus substinenda, *Bald. in leg. de quibus num.* 135. *ff. de legibus*, *Alex. consil.* 5. *num.* 12. *lib.* 1. *Cassad. decis.* 3. *num.* 5. *de probat. Gregor. decis.* 351. *num.* 57.
17 præsertim ad effectum ne sibi contrarientur, *Rimin. Sen. cons.* 559. *num.* 1. *&* 2.

Prout nec aduersari dixerunt, quod Abbas habuerit alia beneficia, & pensiones mediante opera D. Petri Francisci in recompensam istius pensionis, quia quod illa, seù illas habuerit ad istum effectum nullibi probatur; Imò cum bene-
18 ficia, & pensiones non sint in commercio non possunt vendi, nec alienari, vt in specie *Bart. Bal. Salyc Fulgos. & Iason. in leg.* 1. §. *nec Castrense*, *ff. de collat. bonor. Anton. Gomes. in l.* 29. *Tauri num.* 21. *vers. Ex quo sub infero*, *Peregr. de fideicomm. artic.* 36. *num.* 130. *Roland. consil.* 11. *nu.* 5. *&* 6. *lib.* 2. *Merlin. de legitim. lib.* 2. *titul.* 2. *quæst.*
19 21. *num.* 10. & consequenter nec etiam in recompensam dare ex eisdem allegatis.

Et multò minus existimarunt releuare donationem officij Secretariatus factam à dicto Octauio Patre eisdem Abbati de anno 1636. Quoniā ex eius lectura constat illam fuisse factam ex mera liberalitate adhoc, vt d. Abbas honorificentius, & commodius viuere possit, & cum pacto quod d. Secretariatus non imputetur in legitimam ipsius donatarij; Si igitur illa non debet in legitimam imputari, eo minus debet dici facta in recompensam istius pensionis, & dum
20 habemus verba clara donationis non est admittenda voluntatis quæstio, *l. ille*, *aut ille* 25. *ff. de*
21 *legat.* 3. sed ipsa voluntas est seruanda, benè ad propositum concludit *Guttier. pract. quæstion. lib.* 2 *quæst.* 65. *num.* 13.

Et ita vtraque parte informante fuit decisum, &c.

DECISIO CCLXVIII.

R. P. D. BICHIO.

Mediolanen. Beneficij.

Lunæ 17. *Decembris* 1640.

Et impressa inter Bichio in Tomo 1. Decis. 39.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana fideicommissi de Fuschis.

Lunæ 19. *Decembris* 1640.

ARGVMENTVM.

Detractiones, quæ aduersus fideicommissarium opponere potest hæres fideicommisso grauatus, competunt etiam habentibus causam ab illo. Mater dotando filiam de quibus bonis dotasse præsumatur, & quid si insimul cum Patre dotauerit. Melioramenta, quæ vt detrahi possint requiritur, quod fuerint liquidata si Maritus ea fecerit in bonis Vxoris, an possit repetere.

SVMMARIVMA.

1 *Fideicommissario conceditur immissio vigore, l. fin. probata existentia fideicommissi, purificatione ad sui fauorem, ac identitate bonorum.*
2 *Remed,* l. fin. C. de edicto Diui Adr. Toll. *competit etiam fideicommissario.*
3 *Fides Parochi formiter extracta plenè probat obitum.*
4 *Sine filijs aliquem decessisse præsumitur, donec contrarium probetur.*
5 *Diuisionis Instrumentum factum à cohæredibus probat, bona fuisse Testatoris non solum inter diuidentes, verum etiam contra illorum successores, & num.* 6.
7 *Detractiones competentes hæredi grauato suffragantur etiam habentibus causam ab illo.*
8 *Legitima debetur filijs absque vllo onere in bonis tam Patris, quam Matris.*
9 *Filii vbi sunt quinque, tunc legitima cuiuslibet est semis, seù medietas portionis, quam quilibet fuisset ab intestato consecutus.*
10 *Fratri defuncto non soli ascendendentes succedunt sed cum illis alii fratres, vel sorores admittuntur.*
11 *Mater dotans filiam de bonis Patris censetur dotare.*
Amplia si sit eius hæres, num. 13. *& seqq.*
Dotandi filius est onus, & debitum Patris necessarium, num. 11.
12 *Dotandi onus, quod erat penes Patrem defunctum transit in illius hæredem.*
Hæredis persona non immutat obligationem, qua tenebatur defunctus, num. 12.
14 *Inuentarium ab hærede confectum probat bona in eo descripta fuisse in hæreditate Testatoris, non solum contra ipsum hæredem, sed etiam contrà habentes causam ab illo.*
15 *Bona dicuntur deducto ære alieno.*
16 *Excipiens in suis exceptionibus vices substinet actoris.*
17 *Maritus emens nomine proprio, etiam cum pecuniis vxoris acquirit sibi non autem vxori.*
18 *Melioramenta requiritur, quod fuerint liquidata ad hoc, vt illa detrahi possint.*

19 *Mater si simul cum Patre dotem ex bonis propriis communi filiæ assignauerit, & pro aliqua tantum rata reportauerit à viro cessionem.*
Residuum præsumitur liberaliter erogasse pro subsidio dotali, ibidem.
20 *Solutio facta ab hærede cum assertiua, quod erat de de pecuniis propriis, & hæreditariis, præsumitur, quod sola medietas fuisset propria hæredis.*
21 *Melioramenta vtilia, et necessaria à Marito facta in bonis vxoris non cedunt solo, sed repeti possunt.*

DECISIO CCLXIX.

EX Vincentio de Fuschis, & Ersilia eius vxore sex filij orti fuerunt nempè, Hieronymus filius masculus, Faustina, Olimpia, Praxedis, Catharina, & Virginia filiæ fœminæ, quarum tres prædicti coniuges nuptui tradiderunt, nimirum, Faustinam, Alexandro Feriæ, cum dote scut.1700. Olimpiam Paulo Peculo cum dote scut.2300. & Praxedem Mario Mongallo cum dote scut.2000. asserentes in Instrumentis dictarum dotium illas esse constitutas in bonis proprijs ipsorum coniugum.

Post hæc d. Vincentius è vita discessit, relictis alijs duabus filiabus, videlicet: Catharina, & Virginia, adhuc, inuptis, instituitque in eius Testamento hæredes vniuersales Ersiliam vxorem, & Hieronymum filium pro æquali portione: post aditam hæreditatem decessit Hieronymus ab intestato sine filiis, deinde Ersilia nuptui tradidit Catharinam alteram filiam Ludouico Compagno cum dote scutorum 2000. asserens pariter se dictam dotem illi constituisset in bonis tam proprijs, quam dicti Vincentij Mariti, & Patris respectiuè; posteà decessit condi tio Testamento in quo Virginiæ filiæ superstiti prælegauit annuos Canones scutorum 28. & vlterius dotem æqualem illi quam habuerat Olimpia scutorum scilicet 2300. Praxedi verò, & Catharinę alijs filiabus, & Vincentio Feriæ nepoti, ex Faustina altera filia prædefuncta, reliquit supplementum dotis vsque ad prædictam quantitatem scutorum 2300. In cęteris autem bonis hæredes vniuersales sibi scripsit æquis portionibus easdem Olimpiam, Praxedem, Catharinam, & Virginiam filias, ac dictum Vincentium ex Faustina nepotem; Deindè fecit Codicillos, in quibus dictæ Virginiæ quandocumque decedenti sine filijs legitimis, & naturalibus substituit prædictas sorores, & nepotem cohæredes in dictis Canonibus, & in dd. scutorum 2300. prælegatis, quam etiam in integra portione suæ hæreditatis excepta tamen legitima Iure naturæ, seù alias quomodolibet illi debita super bonis ipsius Codicillantis, de anno 1629. prædictæ de Fuschis cohæredes deuenerunt ad diuisionem bonorum, ac præuia illorum ęstimatione portio dictæ Virginiæ vltrà dictos annuos Canes fuit calculata in scut. 3516. baioch.81. monetæ nempè in scutis 2300. pro dote, & in scut. 1216. & b.85. pro quinta parte hæreditatis, quæ scuta 3516. b. 85. fuerunt illi assignata super tribus corporibus æstimatis, nimirum, super domo magna, & domuncula illi contigua in platea Sancti Stephani, *del Cacco*, & super alia do[...] in Transtyberim, & super medietate vnius vin[...] extrà portam Maiorem; Verum, quia valor d[...]torum bonorum erat scutorum 3957. & sic ex[...]debat portionem ipsius Virginię in sc. 441. Id[...] ipsa Virginia pro æquandis portionibs soluit d[...] scut.441. alijs Cohæredibus.

Decessit nuper d. Virginia sine filijs hæred[...]bus in eius testamento institutis Felice, & sor[...]ribus de Compagnis ex d. Catharina neptib[...] contra quas, prędicti de Fuschis vigore fide[...]commissi Ersiliæ petierunt immissionem in d[...] quatuor corporibus, quo circa fuit coram me dubitatum; An illis d. immissio esset conce[...]denda.

Pro cuius dubij affirmatiua resolutione Fusch[...] prætendebant habere intentionem fundatam e[...] eo, quod probarent existentiam fideicommi[...]
1 dictę Ersiliæ illiusque † purificationem ad eoru[...] fauorem, ac identitatem bonorum, quibus co[...]currentibus immissio non solet denegari fide[...]commissario ex *Remed. l. fin. C. de edict. diui Adria[...]*
2 *tollen.* cum dictum remedium competat etiam [...]deicommissario *l. penult. §. cum autem vbi glos. Bar[...] & alij, C. de Trebell. Gabr. cons. 44. num 6. lib. 2. Pe[...]regr. de fideicomm art. 48. num. 21. Rot. dec. 201. num. 5[...] par. 2 diuers. & dec. 237. num. 1. par. 1. & dec. 5[...] numer. 5. part. 5.: & decis. 301. numer. 6. par. 6[...] recent.*

Existentia siquidem fideicommissi d. Ersili[...] exaduerso non controuertebatur illaque clarè r[...]sultat ex verbis Codicillorum in præfatà fe[...] facti relatis:

Purificatio vero eiusdem fideicommissi ad fa[...]uorem dd. de Fuschis patet, cum obitus dict. Vir[...]
3 giniæ † hæredis grauatæ probetur ex fide form[...]ter extracta ex libro parochi, *Rot. dec. 321. num. [...] par. 1 & dec. 60[...] num. 4. par. 2 rec. Gregor. XV. dec. [...] num. 2.* Eam autem decessisse sine filijs præsumi[...]
4 tur, donec † contrarium probetur *Alex. cons. 2[...] num. 12. lib. 1. Capic. dec. 159. num. 11. & 12. Manti[...] decision. 32 num. 1. Rot. dec. 436. n. 3. par. 1. & dec. 40[...] num. 3. par. 5. rec.*

Identitas denique dd. bonorum super quibu[...] petebatur immissio, satis iustificari dicebatur[...] nam quod illa hodie possideantur à dd Soror[...]bus de Compagnis, partes erant in confessio[...] quodque illa fuerint in bonis Ersiliæ fideicom[...]mittentis probatur ex instrumento diuisionis bo[...]norum hæreditatis eiusdem Ersiliæ factæ inter ip[...]sam Virginiam, & Cohæredes, in quo hæc ipsa bona enunciantur hæreditaria Ersiliæ, ac vti ta[...]lia fuerunt eidem Virginię assignata Instrumen[...]tum enim diuisionis bonorum Testatoris facta
5 inter illius † Cohæredes probat ea fuisse in bonis eiusdem Testatoris non solum contra ipsos di[...]uidentes *Soccin. Sen. cons. 46. num. 6. lib. 3. Decian. cons. [...]76. num. 9. lib. 3. Rimin. Iun. cons. 23. num. 280. lib. 1. Peregr. de fideicomm. art. 44. num. 5. Mascard. de pro[...]bat. concl. 778. num. 22. Fusar. de substit. quæst. 618. nu[...]*
6 *mer. 11.* sed etiam contra † illorum successores, *Ruin. cons. 128. num. 16. lib. 2. cum alijs relatis à Rota coram Reuerendissimo P[...] meo Coccino decision. 120. nu[...]mer. 2. coram Seraph. decis. 553. num. 3. & in Floren[...]tina fideicomm. coram [...] dec. 84. num. 9. par. 5. recent.*

His tamen non o[...]antibus resoluerunt DD. non

non esse dandam immissionem quia Virginiæ hęredi grauatę plures competebant detractiones, pro quibus sicuti eidem competeret retentio dd. bonorum, sic pariter illa competit sororibus de
7 compagnis eius † hæredibus cum detractiones competentes hęredi grauato suffragentur etiam habentibus causam ab illo, *Oldrad.cons.107. nu.8. in princ. Alex.cons.178.num 5.vers. ex quibus lib. 5. Gabr.cons.46.num 45.vers. datur etiam lib. 1. Argel. de acquir.possess.qu.8.art.34.num.835. et dixit Rota in Romana fideicommissi de Zuccaris 14. Nouembris 1639.coram me.*

Prima autem detractio erat scut. 400. quæ d. Virginia soluit sororibus Cohęredibus pro æquandis portionibus in dicta diuisione assignatis circaquam nulla erat inter partes controuersia.

Secunda erat legitimę debitę eidem Virginię
8 in bonis Ersilię Matris fideicommittentis,† cum illa debeatur filijs absque vllo onere in bonis tàm Patris, quàm Matris, *l.maximum vitium, C. de lib.præter l.memin.C. de legit. har. §. nulla vero, Autentica de hæredibus ab intestato venientibus Gratian.discept.forens.cap. 637. num. 19.* cumque filiæ relictę ab Ersilia essent quinque legitima cuiuslibet earum, & sic d.Virginiæ fuit semis, seu me-
9 dietas illius portionis, quam ipsa† ab intestato consecuta fuisset authentica nouissima, & ibi DD. *C.de inofficioso testam.*cum alijs relatis, *Merlin.de leg lib 1.tit.3.q.1 n 1.vers.hodie autē, & seqq.*

Tertia verò detractio erat portionis debitæ in hæreditate Hieronymi fratris prædefuncti, cum enim dict. Hieronymus fuerit hæres Vincentij Patris pro medietate, ac deinde decesserit ab intestato sine filijs superstitibus Ersilia Matre, ac d.Virginia cum alijs quatuor sorori-
10 bus, vtique in d. Medietate non poterat † succedere sola Ersilia Mater prout successit, sed quęlibet earum, & sic etiam d. Virginia succedere debuit pro sexta parte, *Iux. tex. in authent. defunct.C.ad Tertull.*

Quarta denique detractio, circa quam fere tota contentio versabatur; erat scut. 2300. pro dote debita dict.Virginiæ super eisdem bonis tamquam paternis, quamuis enim huiusmodi dos fuerit relicta ipsi Virginiæ ab Ersilia Matre in eius testamento, nihilominus dicebant DD. illam esse referendam ad hæreditatem Vincentij
11 † Patris cum dotare filias sit onus, & debitum patris necessarium *l.filia ff.de legat.3. l. qui lib. in princ.ff.de ritu nuptiarum, l.fin.C.de dot.promiss. Peregr.de fideicomm.ar.36 num.149.post mediet.Afflict. decis.162.num.6.Rot.dec.28. num. 1. & 58. num. 1. par.5.recent.Reuerendiss.Duranus dec.224.num.1.& 2.* Illudque incumbat non solum Patri, sed etiam eius hæredi, adeò vt eadem necessitas dotandi, quæ erat penes patrem defunctum resideat, pe-
12 nes illius hæredem, † cum ex persona hæredis non immutetur obligationis conditio *l. 2. §. ex his igitur, ff. de verb. oblig. prout in specie per hunc tex.firmant Crauett.cons.131.num.14. Honded. cons. 50.num.14.& seqq.lib.2. Gratian. decis. March. 19. num.40.vers.quia respond.& num.41.Rot.dict.dec.28 num.3.4.par.5.recent.Duran.dict.dec.224. num 3.* Et consequenter cum d. Ersilia esset hæres Vincentij, ad quem spectabat onus dotandi Virginiam
13 filiam præsumitur dictam dotem eidem † Virginiæ constituisse non vt liberalitatem exerceret, sed vt persolueret debitum necessarium, quod Vincentius Pater defunctus, seu ipsa tanquam illius hæres præstare tenebatur, *Ancbar.cons.7. incipiente in quæst.agitata sub num.4.& cons. 76. numer.5.Crauett.d.cons.131.num.14.Alexand. cons. 2. sub num.5.vbi apostillæ in verb. compensandi lib. 2. Menoch.lib.4.præsumpt. 109. num. 26. & præsumpt. 110.sub.num.5.Grat.dec.March.19 num. 42.cum in proposito adductis per Rotam dict.dec.28.num.5.& decis.58.num.2.& seqq. par. 5. recent. & coram Reuerendiss.Durano dict.dec.224.num.4.*

Itaque facilius procedere visum fuit, quia vltra d. præsumptionem Iuris plures concurrunt coniecturæ suadentes prædictam dotem Virginię fuisse illi constitutam ex bonis Vincentij patris, inter quas non leuiter vrget illa desumpta ex inuentario bonorum hærditatis d. Vincentij confecto ab eadem Ersilia, in quo hæc ipsa bona assignata Virginiæ pro dote fuerunt descripta vti hæreditaria Vincentij, quod Inuentarium bene probat bona in eo descripta fuisse in bo-
14 nis† Vincentij defuncti non solum contra ipsam Ersiliam conficientem, *Roman. consil. 102. num.3. versic. cum itaque Peregr. de fideicomm. art. 44 n.2. & 3. Marsar. in epitom. de fideicomm. quæst. 54. Mascard. de probat. conclus. 778. numer. 20. Fusar. de substitut. dict. quæst. 618. num. 1. Rot. decis. 407. num. 4. par.2. recent.* sed etiam contra Fuscos habentes causam ab illa *Peregrin. d. art. 44. num.2. Rot. d. decis.407. num 1. par. 2. & decis.442. num.2. par.5. recent.*

Non obstat quod bona reperta in hæreditate d. Vincentij licet essent valoris scut. 12838. nihilominus spectarent pro maiori parte ad ipsam Ersiliam hæredē, illaque pro residuo essent grauata summo ære alieno ad fauorem eiusdem Ersiliæ, adeout detractis detrahendis creditum ipsius Ersiliæ esset scut.18. mil. Vnde interebatur æs alienum dict. Vincentij absorbuisse illius hæreditatem, & consequenter nulla bona in dict. hæreditate remansisse in quibus vel Hieronymus filius, & hæres succedere, vel dos Virginiæ filiæ
15 constitui posset, cum bona dicantur † deducto ære alieno *l. 2. §. illud ff. de collat. bonor. l. fin. §. vbi autem, C. de bon. quæ lib. glos. in l. mulier. in verb. alieno, ff. de iur dot.* Quia cum prædicto inuentario plenè constet bona in eo descripta fuisse in bonis d. Vincentij; prædicti de Fuschis, qui excipiunt ea spectasse ad ipsam Ersiliam vti creditricem dicti Vincentij in longe maiori summa tenentur exceptionem huiusmodi crediti plenè, & concludenter probare, cum excipiens in
16 suis† exceptionibus vices actoris substineat, *l.in exceptione, ff. de probat. Bart. in l.1.num.3.ff.eodem, Natt.cons.2 8.num.7.Roland.cons.100.num.25.lib.2. Peregr. de fideicomm. art. 39. num. 13. Gregor. XV. dec. 79. num.2. & 3.*

In proposito autem creditum Ersiliæ in dicta quantitate non iustificatur nisi ex nouem particis quæ dicebantur esse detrahendæ ex hæreditate, seu inuentario bonorum ipsius Vincentij, & ponendæ ad creditum ipsius Ersiliæ, quibus tamen partitis sigillatim examinatis, visum fuit illas non leues pati difficultates.

Pri-

Primo namque prætendebatur esse detrahendam ex hæreditate d. Vincentij domum sitam ad S. Stephanum de Cacco valoris scut. 3014. 2. aliam domum illi contiguam cum duabus apothecis valoris scut. 3243. nam istę domus, quamuis descriptæ in inuentario bonorum Vincentij dicebantur spectare ad ipsam Ersiliā ex eo quod idem Vincentius in articulo mortis constitutus hanc inter alias fecerit declarationem; *Che la casa vecchia doue al presente esso Sig. Vincenzo, ed Ersilia sua moglie, e sua famiglia habitano, compre per esso Vincenzo dal q. Benedetto Dulcena, e gli miglioramenti, e fabrica fatta nelle case noue dietro à detta casa vecchia sono state per esso Vincenzo compre restaurate, e fabricate rispettiue de i proprij danari della Signora Ersilia, e però esso Signor Vincenzo non hauere sopra di quella attione alcuna*, sed istæ duæ partitæ visæ fuerunt vel reuocaadæ vel ad minorem summum receducendæ.

Nām vltra quod prædicta declaratio non videtur loqui de prædictæ domibus in Inuentario bonorum Vincentij enunciatis, nempè domum ad S. Stephanum del Cacco, aliaque illi contigua cum duabus apothecis; adhuc si loqueretur de istis domibus, non releuaret, siquidem respectu primæ domus antiquæ propè Arcum Camigliani (quæ dicebatur esse eadem, quæ in d. Inuentario enunciatur, (*la casa di San Stephano del Cacco*) aduertebant DD. illam fuisse emptam vsque de mense Iunij 1581. per d. Vincentium, & Horatium germanum fratrem à d. Benedicto Dulcena pretio dumtaxat scu. 2350. vt in Instrumento d. emptionis dato in vltim. summ. pro Compagnis: Vnde esto quod prædicta domus fuisset empta ex pecunijs Ersiliæ nihilominus nō inde sequitur ipsam domum, seu illius integrum valorem scut. 3243. spectare ad ipsam Ersiliam, sed illi deberi solummodo d. quantitatem scut. 2350 erogatam in emptione d. domus, cum
17 maritus emens, nomine proprio quamuis † cum pecunijs vxoris sibimet acquirat, non autem vxori, *l. 1. & l. multum, C. si quis alteri, vel sibi, Rom. consil. 291. numer 6. & consil. 274. numer. 1. Greg. XV decis. 157. num. 4. Rot. dec. 178. num. 1. par. 2. diuers.*

Respectu vero alterius domus, seu aliarum domorum, melioratarum, & refectarum cum pecunijs eiusdem Ersiliæ (quæ dicebantur esse illæ. quæ in eodem inuentario enunciantur *la casa iui contigua*) visum fuit non deberi Ersiliæ integrum valorem scut. 2343. sed pro rata melioramentorum in ea seu in eis factorum, quæ adhuc non
18 fuerunt liquidata, † prout requiritur adhoc vt illa detrahi possint *Rot. dec. 618. num. 5. in fin. par. 4. rec. & in Auximana fideicommissi 13. Ianuarij 1640. coram me.*

Neque obstat quod Vincentius dixerit se nullam habere actionem super domibus, quia d. assertio videtur intelligenda retento sano intellectu ad eo vt sensus sit quod super domo empta ipse non haberet actionem, quoad pretium erogatum cum pecunijs Ersiliæ, super vero domo, seu domibus melioratis, ac refectis, quod nullā pariter ipse haberet actionem pro rata melioramentorum factorum cum pecunijs eiusdem Ersiliæ ad hoc vt singula singulis cōgruè referātur.

Tertio dicebatur esse detrahendam aliam domum ad S. Syluestrum valoris sc. 1100. vti spectantem pariter ad ipsam Ersiliam, sed adhuc admissa huiusmodi pertinentia, fuit responsum valorem d. domus non esse detrahendum ex hæreditate Vincentij ad effectum illum ponendi creditum Ersiliæ, si quidem d. domus fuit pos vendita ab Ersilia ipsa post obitum dict. Vincentij pretio scutor. 987. dictumque pretium sibimet exegit.

Quarto dicebatur esse detrahenda ex hæreditate eiusdem Vincentij scut. 2908. 50. pro annuis Canonibus spectantibus ad ipsam Ersiliam ad rationem quinque pro centenario, traditis pro parte tangente ipsum Vincentium pro dotibus Faustinæ, Olimpiæ, & Praxedis filiarum, sed huiusmodi partita visa fuit DD. secanda, & reducenda ad scut. 1650. quia licet prædictæ dotes debuissent solui à solo Vincentio Patre, nihilominus cum fuerint insimul promissæ tam à Vincentio, quàm ab Ersilia, & in actu solutionis d. Ersilia reportauerit à Vincentio Marito cessionem solum pro d. scutis 1650. sequitur eandem solummodo quantitatem
19 deberi ipsi Ersiliæ, † cum residuum præsumatur ab ea liberaliter erogatum pro subsidio dotis *Bald. Nouell. in tract. de dote par. 6. priu. 3. num. in fin. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. num. 1.*

Quinta partita erat scut. 1050. pro medietate dotis scut. 2100. quam ipsa Ersilia post obitum Vincentij soluit Catharinæ alteri filiæ, sed huiusmodi partita eadem responsione elidi[...] quia cum Ersilia soluerit d. dotem [...] absque vlla protestatione se velle releuare ex bonis Vincentij de pecunijs pro d. dote [...] præsumitur illas liberaliter etiam pro d. [...] persoluisse.

Sexta erat scut. 3950. pro residuo pretij [...] morum venditarum pueris litteratis ab ipso Vincentio, cum tamen illæ spectarent pariter ad ipsam Ersiliam, sed istam etiam partitam dicebant DD. esse delendam, quia pretium dd. domorum non videbatur spectare ad d. Ersiliam pro rata scutor. 2400. cum residuum spectaret [...] ipsum Vincentium occasione pretij cuiusdam [...] situs comprehensi in eadem venditione, quem idem Vincentius emerat de proprijs pecunijs [...] Magistris viarum quæ scut. 2400. fuerunt de[...] conuersa per dict. Vincentium, vt dicebatur [...] extinctionem plurium censuum, quos ipse [...] accollauerat in emptione primæ domus, em[...] à Dulcena, cuius pretium cum fuerit accep[...] tum Ersiliæ in prima partita, sequitur illud no[...] esse iterum accepto ferendum.

Septima erat scut. 300. quæ Ersilia soluit V[...] centio, & Laurentio filijs Alexandri Feriæ ma[...] d. Faustinæ pro totidem, quæ illis debebat Vi[...] centius maritus, sed hæc partita visa fuit q[...] que reducenda ad medietatem, quia cum Er[...] in actu solutionis d. summæ dixerit se etiam [...]
20 uisse de bonis proprijs, † & hæreditarijs præsu[...] mitur medietatem solum d. summæ de proprijs persoluisse *Rota dec. 607. num. 5. par. 1. & dec. 5[...] num. 1. par. 3. rec.*

Octaua erat scutor. 515. ex causa, vt dicebatur [...]

tur aliorum bonorum, & creditorum spectantiū ad Ersiliam, ac venditorum, & exactorum respectiuè per ipsum Vincentium, sed hæc partita non visa fuit iustificari.

Nona denique partita dicebatur esse sc. 1960. pro pretio terreni vineati spectantis ad ipsam Ersiliam, sed ista quoque partita visa fuit resecanda cum vinea spectaret ad ipsam Ersiliam solum pro fundi æstimatione, pro residuo verò ad ipsum Vincentium, qui plantauit vineam cum huiusmodi melioramenta vtilia, vel necessaria,
21 † quę fiunt per virum in bonis vxoris non cedāt solo, sed per ipsum virum repeti possint *iuxt.tex. in l. fructus 7. §. impendia ff. solut. matr. late Alex. cons. 142. per tot. lib. 7. Rot. decis. 297. num. 2. circa med. par. 4. recent.*

Ex his igitur apparet creditum Ersiliæ fuisse in longè minori quantitate, quam scut. 18. mill. illudque non absorbuisse totam hæreditatem ipsius Vincentij, sed in ea tot bona remansisse, in quibus, & Hieronymus filius succedere, & dos Virginiæ filiæ constitui potuerit.

Prædictaque comprobantur non solum ex eo, quod Ersilia agnouit d. Hieronymum vti Cohæredem d. Vincentij, quem verisimiliter vti talem non agnouisset si Vincentius nulla bona reliquisset, in quibus Hieronymus succedere potuisset; verum etiam ex diuisionem bonorum facta inter ipsam Ersiliam, & Tarquiniam sororem de anno 1581. in qua clarè legitur portionem bonorum obuentam ipsi Ersiliæ non excedere scuta 6500. ac denique ex diuisione bonorum eiusdem Ersiliæ facta inter Virginiam, & cohæredes, in qua bona illius fuerunt æstimata in scutis 9464.

Et ita vtraque, &c.

QVAE SVPRA IN EISDEM

Causis emanarunt DECISIONES

Ad Vberiorem Studentium commoditatem, cum nullibi habeantur impressæ hic adnotatæ reperiuntur.

RERERENDISS. P. D. PIROVANO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana, seù Tudertina educationis.

Lunæ 14. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

Romana Ciuitas nulli dubium est, quod præcœteris omnibus sit locus aptior, & vtilior pro educatione filiorum attenta quantitate Gymnasiorum, Academiarum, & Ludimagistrorum, qui in ea Florent, maximè vbi æquè commodè, & cùm eadem impensa quæ alibi est necessaria hoc in Vrbe fieri potest. Præceptum de non relinquendo domicilium dicatur ne continere speciem seruitutis, & quando illi censeatur contrauentum.

SVMMARIVM.

1 *Iudex potest ex sui arbitrio determinare personam matris ad filiorum educationem.*
Filij meliùs, & securiùs penès matrem, quàm penès alios educantur num. 1.

2 *Pupillorum in educatione considerari debet vtilitas quæ illis resultat, vt ex ea aptior, & melior locus arbitretur.*

3 *In Vrbe florent Gimnasia, Academiæ, Seminaria, & Ludimagistri, qui pueris inuigilant, vt virtutibus repleantur.*

4 *Ludimagistri mercenarij sunt minus solliciti de puerorum cura, & progressu.*

5 *Pupilli, vbi fieri potest melius in Vrbe, quam alibi educantur, & supra num. 3. & seqq. ac per totam decis. vbi de ratione, & infr. num. 5. cum seqq.*
Pupillis ita prouidere ne dum vt alantur, sed etiam vt liberalibus artibus imbuantur legislatorum præcipuum munus fuit num. 5.

6 *Pupilli, alijque adolescentes semper transferri debent ad Ciuitates vbi melius, & facilius moribus, & literis ornari possunt.*
Maximè si cum æquali impensa proprij domicilij hoc fieri potest ibidem, & num. seq. & per totam decis.

7 *Pupillus etiam quod fuerit iussus educari penès aliquem, si melius, & vtilius apud alium educari possit, ibi est educandus.*

8 *Romanæ Vrbis latitudo, amplitudo, ac omnium rerum copia æquè cuiuslibet corporis temperaturæ conuenire potest.*

9 *Ingenia iuuenum quare ita floreant in Vrbe.*

10 *Aeris temperie, & incolarum ingenij præstantia Roma abundat.*
Argumentum ab aeris temperie, rectè infert ad præstantiam ingenij, & è contra num. 10.

11 *Filiam educari penes matrem, quæ ad secundas conuolauerat nuptias, attenta præstantia Viri decreuit Neapolitanum consilium.*

12 *Præceptum de non relinquendo domicilium, nec se alibi ad habitandum conferendum, tanquam seruitutis continens speciem reijcitur ab institutione, & legato.*

13 *Re-*

13 *Referens, non plus quam in relata dispositione continetur, operare potest.*

14 *Domicilium mutare non dicimur vbi ex causa studiorum, mercaturæ, vel dignitatis alibi nos ad habitandum conferimus.*

15 *Domicilium nunquam mutatur nisi per expressam animi declarationem.*

Vel cursum longi temporis excedentem annos decem ibidem.

16 *Iudex potest pro sui arbitrio declarare, & modificare indiscretam Patris voluntatem.*

Hæc decisio cum Decisione sequenti emanauit in eadem causa, in qua emanauit decisio sub die 1. Martij 1638. quæ est supra in ordine decis. 12.

DECISIO CCLXX.

Censerunt DD. licere D. Catharinæ educare Pupillos filios in Vrbe.

Quoniam si iusta causa suadente Iudicis arbitrio permissum fuit in hac causa determinare
1 personam Matris, † penes quam pupilli meliùs, & securius sint educandi per *l. 1. & pen. ff. vbi pupill. educ. deb. l. 1. C. eo tit. Bald. cons.* 472. *alias* 487. *incip. pupilla morari debet vol.* 5. cum alijs allegatis *per Franch. decis.* 350. *Mastrill. decis.* 230. ac in decisione huius causæ 13. Ianuarij 1634. eo liberius Iudex potuit arbitrari, & assignare locum in Vrbe, vbi pupilli sint educandi, in quo cadere non potest maligna suspicio, nec tanta circumspectio periculi pupillorum, sed vtilitas magna ex omnibus partibus ponderata, quę mo-
2 uere debet animum iudicantis in arbitrando loco educationis, *l. vtilitatem, ff. de confir. tut. l. 3. in princ. ff. de contr. tutel. l. 1. & vlt. ff. vbi pupill. educ. deb. Crauett. consil.* 18. *num.* 3. *Surd. de alim. tit. 4. quæst. 13. num. 4. Valenz. alios referens cons. 36. num. 22. & seqq.*

Et quod pertinet ad animorum dotes, vt literis, & bonis moribus pueri imbuantur, absque hæsitatione fatendum erit, Vrbem omnibus pręexcellere, in qua Gymnasia, & Academiæ, Semi-
3 naria, & Ludimagistri florent, † qui pueris summa cum diligentia, & amore assistunt, & inuigilant, vt virtutibus repleantur, quod de ciuitate Tuderti dubitari potest, in qua Ludimagistri non affluunt prout in Vrbe, sed desiderantur, & mercede vel de publico conducuntur, vel
4 ipsi mercenarij sunt, † in quibus minor sollici-
5 tudo de puerorum cura solet esse, † & hoc est quod legislatoribus semper præcipuũ fuit æqualiter prouidere pupillis, nedum vt alantur, sed & vt liberalibus artibus instruantur, *l. qui filium ff. vbi pupill. educ. deb. l. cum plures §. cum tutor ff. de admin. & per tut. l. de bonis §. non solùm ff. de Carbo edict.* & propterea non mirum si Adole-
6 scentes sunt transferendi ad Ciuitates, † vbi melius, & facilius, & moribus, & literis ornari possint, maximè quando, vt in præsenti, æquali impensa proprij domicilij, & loci ad quem transmigraturi sunt sustentari valeant; atque ita pro translatione Pupilli ad ciuitatem Senarum decisum fuisse refert Christophorus Medices *dec.*
7 62. *numer.* 5. & de † Puero Vrbeuetano, qui ex dispositione Aui materni expressa iussus erat educari penes Auiam maternam idẽ responsum fuit *in Vrbeuetana educationis 20. Martij 1628.* coram D. *Card. Vbaldo*, vt in Seminario Romano etiam inuitus detineretur.

Si verò attendantur, quæ ad corporis salutem pupillorum respicere possunt, nempè aeris temperies, & situs præstantia, & rerum affluentia, quæ pro salute corporis tuenda, cui dubium, quod cœlum Romanum præferendum sit? Quando quidem ex Vrbis latitudine, & amplitudine, † cu-
8 magni fluminis ac rerum concursu æquè † cuicunque corporis temperaturæ conuenire possit, itaut ... hac vniuersali conuenientia dixerit *Mandos. in Reg. Cancell. 16. quæst. 41. num. 7.* inde prouenit
9 viuida Iuuenum ingenia † ea ratione quia ad inuicem coincidunt aeris optima temperies, & in-
10 genij Incolarum præstantia, † itaut de vna ad alteram possit argumentari, ex Aristotelis sententia *in Probl. sect. 14. quæst. 1. & 15.*

Demum inspecta etiam vtilitate rerum, & patrimonij, ipsorum pupillorum educatio in Vrbe est admittenda, dum sub Auunculorum patrocinio bona, & iura pupillorum validius defendi poterunt absque impensa, ac etiam patrimonij diminutione, attenta oblatione per D. Catharinam matrem de filijs alendis in Vrbe ... summa iam in Ciuitate Tuderti decreta, & ... ipsa patrimonij pupillorũ sperata defensio ...
11 præualuit, vt consilium Neapolitanum, † ... io tutore mandauerit pupillam penes matrem educari, quæ ad secundas transierat nuptias ... contemplatione Victrici magni nominis Aduocati referente tunc, & decisum attestante Carolo Tapia *decis. 51. num.* 18. quæ etiam comprobantur ex rationibus *decis. supradictæ 62. num. ... & seqq. Christ. Medic.*

Non obstat præceptum Alexandri patris pupillorum, de quo in eius testamento. *Che l'instituito ... scritto suo herede non possi per nessun tẽpo mai ... dall'habitatione, & domicilio di Todi, & andare ... habitare in altri luoghi.*

Quoniam omisso, quod tale præceptum ...
12 quam continens † quandam seruitutis speciem à legato, & institutione solet reijci, *l. Titio ... tum §. Titio centum il 2. ff. de cond. & demonstr.* ... tamen cum se referat ad similem Martij patris dispositionem, ibi, *e conforme all' ordine in questo particolare fatto dalla bon. mem. del Sig. Martio ... padre confirmando in questo in tutto, e per tutto il ... to testamento con la medema pena*, nihil plus refe-
13 rens † operari potest quam relata dispositio continet, *l. asse toto ff. de hæred. instit. Dec. cons. 47. n. ... Ruin. consil. 127. num. 4. lib. 2. Crauett. consil. 45. n. ... Menoch. præs. 62. num. 14. lib. 4. Berett. cons. 130. n. ...* loquens de dispositione relata ad testamentum paternum illiusque approbatione; sed Martij patris dispositio duo determinat; Primum, quod nemo ex filijs suis descendentibus possit innouare; *ò lasciare in alcun modo il domicilio di detta Città di Todi, e suo territorio*: secundum, *che non s'intenda probibirli l'andare à qualche loro honesto spasso ... qualche mese, & hanno in altri luoghi, come in Roma, ò altroue*, subdens, *& anche per molte altre occasioni, purche non mutino il domicilio come sopra*; ergo cum neque à primo, neque à secundo receditur per filiorum in Vrbe educationem, nihil ob... ni po...

ni potest de contraria patris dispositione.

Nam siue Alexandri verba attendantur, siuè Martij dispositio sequatur, nulla potest eorundē voluntatis contrauentio colligi, cum de domicilij desertione loquantur, & aliundè ad habitandum se transferant, quod quidem domicilium, si
14 per accidens deseratur, dum † quis alio se transfert studiorum causa aut mercaturæ aut dignitatis & litis, aut melioris educationis, non dicitur mutari, *text. est in l. assumptio ff. de municip. l. origine cum seqq. C. de municip. & orig. lib. 10. l. pen. in fin. ff. de senat. l. prouinciales ff. de verb. signific. Menoch. cons. 329. num. 37. Cæphal. consil. 4. r. num. 125. Surd.* alios referens *consil. 346. num. 12. & consil. 313. num. 71.* affirmans nunquam domicilio originis censeri renunciatum, nisi per expressam
15 animi declarationem, † aut longi temporis cursum, qui debet annos decem excedere, & ista conclusio per Martium fuit admissa, dum filiorum absentiam per menses, & annos permisit ex aliquo accidenti, & quoad locum nominando Vrbem, itaut educatio horum filiorum in Vrbe non contra, sed secundum voluntatem Parentum dici possit; quibus omnibus concomitatur Iudi-
16 cis arbitrium † modificans, & seu declarans indiscretam, quatenus opus sit, Parentum voluntatem per *l. Quintus Mutius ff. de ann. legat.* & alio pro hac parte ad supradicta adductos.

Et ita, &c.

REVERENDISS. D. PIROVANO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana, seu Tudertina educationis.

Lunæ 13. Martij 1640.

ARGVMENTVM.

Materiam præcedentis decisionis, & hic habes repetitam circa filiorum educationem potius penes matrem, quam alios consanguineos, cum illa tota in iudicantis arbitrio resideat nedum circa ipsam educationem, verùm etiam quoad destinandum locum, vbi popilli debeat educari; De voluntate testatoris per viam declarationis, aut nouæ dispositionis probanda aliqualiter etiam discurritur.

SVMMARIVM.

1 *Educatio filiorum vbi de contraria Patris voluntate non constat, iudicis arbitrio relinquitur non solùm in illa decernenda.*

Sed etiam respectu loci contemplata tamen eorum vtilitate, quæ ipsius iudicis animum mouere debet ibid. & nu. 4.

2 *Circa educationem filiorum Patris à voluntate recedere non debemus.*

3 *Limita quoties iudex contrarium arbitrasset expedire pupillis, quia tunc etiam à voluntate patris recedere permissum est.*

4 *Iudex in decernendo pupillorum educationem semper causam succedendi quantum fieri potest remouere debet.*

5 *Patris voluntas post testamentum etiam circa filiorum educationem si in dispositionem non transiuit nihil facit.*

6 *Voluntas testatoris suum esse recipit non ex discursu ante testamentum facto, sed ex conclusione per scripturam coram testibus rogata.*

7 *Testator si aliquid in testamento omisit, potest illud deinde per Notarium, & testes probari, tanquam minus scriptum, & plus nuncupatum.*

8 *Testatorem voluisse, quod non intellexit, nec potuit non potest dici omissum à Notario.*

Voluntas Testatoris à potestate desumitur num. 8.

9 *Tutela, & educatio pupillorum inter se sunt diuersa.*

10 *Probatio voluntatis testatoris continens quid penitus distinctum, & separatum à dispositis in testamento repugnat naturæ declarationis.*

Et semper habet vim nouæ dispositionis, ac proinde non minori numero testium in testamento requisito probari debet & nu. 11. cum seqq.

12 *Dispositio noua vbi probari prætenditur idem testium numerus requiritur, qui est in testamentis necessarius.*

13 *Mater pro filiolis suis educandis semper capit bonum consilium ad illos incolumes conseruandus.*

Est in eadem causa decisionis antecedentis.

DECISIO CCLXXI.

PRO facultate educandis pupillos in Vrbe iam fuit resolutum sub 14. Aprilis præteriti, causa postmodum super ijsdē tepropósita placuit DD. decernere remissoriā Tutoribus de Sciugatoscijs pro noua probatione facienda respectu voluntatis Patris, quibus completis, & datis in hac noua repropositione, censuerunt standum esse in decisis dicta die 14. Aprilis præteriti.

Circumscripta namque noua probatione fundamenta decisionis inconcussa remanent, dum de contraria voluntate Alexandri patris, neque Martij Aui pupillorum educandi illos in Vrbe non constat, quin potius conueniat testamentaria dispositio Martij, quæ vna & eadem dicenda est cum dispositione Alexandri patris, propter virtutem relationis, qua vsus est, referendo se in hac parte ad disposita per eius patrem, & pupillorum Auum; quo casu si cessat contraria, & expressa patris dispositio, nulli dubium, quod
1 semper intrat Iudicis arbitrium, † nedum in decernenda educatione, sed etiam respectu loci, contemplata pupillorum vtilitate, quæ mouere debet animum Iudicis in arbitrando loco educationis, *l. vtilitatem, ff. de confir. tut. l. 1. & vlt. ff. vbi pupill. educ. deb.* cum alijs allegatis in supradicta decis. 14. Aprilis.

Neque obstat, quod de expressa voluntate Alexandri patris constet voluisse filios suos edu-
2 cari penes Matthæum fratrem † suum carnalem, vnde ab ea non sit recedendum circa huiusmodi educationem *per l. 1. ff. vbi pup. educ. deb. l. 1. §. quod natum erit, ff de vent. inspic. l. Quintus Mutius, §. Itaque ff de ann. leg. Ioseph. Ramon. cons. 4. nu. 19. Fab. de Anna cons. 33. cum alleg.*

Quia iam resolutum fuit sub die 13. Iunij 1634. Matri decernendam esse educationem filiorum, quæ decisio secundum stylum Tribunalis semper in

in noua disputatione præsupponitur, dum quæ-
ritur de loco educationis, non autem de perso-
na, penes quam sint filij educandi, & nihilomi-
nus ab eadem voluntate testatoris, & patris per-
3 missum est recedere, † si ita Iudex arbitretur ex-
pedire pupillis, *per l. pen. ff. vbi pup. educ. deb.* ibi,
*si disceptetur, vbi morari vel educari pupillum opor-
teat, id Præsidem statuere oportebit*, per eundem tex-
tum ita responderunt *Bald. cons. 472. vol. 5. aliàs*
487. dicens id totum relictum esse Iudicis reli-
gioni, & æquitati, *Castr. cons. 127. num. 3. par. 1.*
& plenius fuit firmatum in eadem decisione 23.
Ianuar. in qua fuit ponderata causa recedendi ab
ipsa patris voluntate, & dispositione propter pro-
ximam causam succedendi pupillis, quam habe-
bant Matthæus, & illius sorores, itaut benè Iu-
dex fecerit in decernendo educationem matri,
4 vt inde remoueretur maligna spes succedēdi, quæ
causa exprimitur *in l. fin. C. vbi pupill. educ. deb. &
l. 1. ff. eod. tit. & Valenz. cons. 36. nu.* 35. dicens mi-
litare eandem contra Patruum, & quoscumque
agnatos spes succedendi habentes.

Si verò de noua probatione ex processu remis-
soriali agatur, adhuc visum fuit deficere in con-
cludenda patris voluntate pro educatione filiorū
suorum in Ciuitate Tudertina; nam in testamen-
to Alexandri nulla legitur prohibitio, sed po-
tius permissio propter relationem, quam habuit
ad testamentum Martij eius patris, vt in dicta
decisione sub die 14. Aprilis fuit firmatum.

Et testes qui dantur, nempe Notarius de testa-
mento Alexandri rogatus, & alij tres testamen-
tarij, nihil deponunt de patris voluntate post te-
5 stamentum, † quæ transiuerit in dispositionem
circa loci educationem, prout necessarium est,
*l. hæredes palam, §. in testamentis, ff. de hæred. instit.
Bald. in l. cum proponebatur num. 5. ff. de leg. 2. Ias. in
l. errore num. 7. C. de testam. Bald. consil. 12. numer. 3.
lib. 2. Card. Mantic. de vlt. vol. lib. 12 tit. 16. n. 13.
Cæsar. Manent. dec. 59. nu. 20. & seqq.* & quæ asse-
runtur per testes audiuisse ante rogitum testamē-
ti, seu in actu testandi, nihil conferunt, nisi in
testamento coram testibus in sufficienti numero
publicato legantur, quandoquidem omnia præ-
sumantur enunciata per Testatorem ad præordi-
nandam, non autem ad perficiendam dispositio-
nem, quæ suum esse recipit non ex discursu, sed
ex conclusione per scripturam coram testibus ro-
gatam, *Oldrad. cons. 119. nu. 1. Io. Andr. in addit. ad
Speculat. de Instr. edit. §. compendiosè nu. 31. in verb.
ex parte, vers. sed fuit quæstio de facto, Alber. in l. hac
consultissima, §. si quis autem num. 9. C. de testam. Castr.
cons. 307. nu. 3. lib. 1. Dec. cons. 159. n. 3. Ruin. cons.* 15.
nu. 18. lib. 2. & idem resoluit *Rota coram Seraphin.
dec. 1357. nu. 9. & 11.*

Neque obstat posse ea quæ à testatore dicta
7 fuere, & à Notario omissa, † quasi minus scrip-
tum, & plus nuncupatum, per testes probari,
*l. quoties §. 1. ff. de hæred. instit. l. cum auus. ff. de cond. &
demonstr. l. errore. C. de testam. Mantic. de coniect. lib 12.
tit. 16 n. 1. Seraph. decis. 1302. n. 3. & 5. cum alijs alleg.*

Quoniam si testator intellexisset differentiam
educandi filios penes alios quam ipsos Tutores in
testamento nominatos, obiectum posset habere
colorem, verum Testator non percepit quod per
legem prouisum fuerit vtilitati, & idemnitati mi-
norum etiam contra voluntatem parentum, ne
educarentur apud eos contra quos vrget malig-
spes succedendi, nec ipse Notarius hoc intel-
xisse fatetur, & alij testes ad interrogatoria re-
pondentes ignorant hanc differentiam, optima
rationem reddentes ipsos non esse iurisperitos
Vnde cum voluntas testatoris præcisa esset, &
substantialis, vt deponit Notarius rogatus ibi
*onninamente voglio, che li miei figli siano appresso m-
madre, fratello, & sorelle, & non appresso Signo-
Lotterij, & madre, mentre non stà in casa mia co-
la detta madre mia*, & prædicta neque disponere
aut obtinere possit in preiudicium filiorum pupi-
lorum propter malignam spem succedendi, inde
benè sequitur testatorem voluisse omni melior
modo prouidere, ne Lotterij essent Tutores; quo-
potuit testator, nec controuertitur tutela; Cæte-
rum quod voluerit id quod non intellexit ne
8 potuit, non possunt dici omissa à Notario, † tan-
quam vltra, & præter voluntatem testatoris
quæ à potestate solet desumi, *Bald. in rubr. nu. 11.
C. de contr. empt. Crauett. cons. 112. nu. 11. Card. Man-
tic. de contract. lib. 4. tit. 9. n. 33. Rot. dec. 555. nu. 6
par. 2. recent.*

Prætereà si cum voluntate concurreret etiam
potestas testatoris, cum legalis educatio ad tota-
liter distincta ab ipsa tutela, & bonorum admi-
nistratione Lotterijs interdicta, in qua Alexander
dixit, *auuertite, che questa è la mia mente*, loquens
de tutela, & bonorum administratione, probatio
hæc noua ex processu remissoriali sustineri non
potest per viam declarationis, sed ex noua dispo-
sitione, dum continet quid penitus distinctum,
& separatim à dispositis in testamento, quod qui-
dem repugnat naturæ declarationis, quæ versatur
circa aliquod verbum dubium, si autem circa id
quod non erat dubium de iure, prout in præsenti
9 de tutela ad educationem, † quæ inter se sunt
diuersa, *Peregr. decis. 78 num. 5. Morot. consil 74.*
10 *num.* 13. & tunc semper vim habet † nouæ dispo-
sitionis, *Castr. in l. hæredes palam, §. si quid post nu-
ff. testam. Becc. consil. 3. num. 44. Surd. cons. 129. num.
29. Honded. consil. 51. num. 74. lib. 2. Caputaq. decis.
246. par* 1. quæ noua dispositio probari non po-
11 test minori numero † testium in testamentis ad-
hiberi solito, *l. hæredes palam, §. si quid poss. ff. de
testam. vbi glos.* distinguit de numero testium re-
12 pectu declarationis, & nouæ dispositionis, † vt
hoc postremo casu requiratur idem numerus, qui
adhibetur in testamentis, & cum gloss. transeunt
*Bart. ibid. nu. 8. Bero. cons. 127. nu. 1. lib. 2. Surd. eodem
cons. 129. n. 29. & cons. 147. nu. 11. Honded. cons. 51
n. 76. lib. 2. Bellon. iun. cons. 7. n. 1. Gratian. discept. 650.
nu. 14. & 15.*

Denique cessante probatione expresse volunta-
tis Alexandri patris, cætera quæ dicuntur de in-
temperie aeris, & periculi bonæ valetudinis pu-
pillorum visa fuerunt leuia, & sublata ex deci-
sione 14. Aprilis, quæ reuidetur & semper præ-
ponderat maternus affectus sollicitus de salute
filiorum, cum mater semper pro filiolis suis ca-
13 piat bonum consilium † ad illos incolumes con-
seruandos, maximè in tam breui distantia, quæ
tamen consideratione digna habita non fuere in
casibus relatis *per Valenz. in suprad. cons. 36.*

Et ita &c. R E.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Sacræ Rotæ Decano.

Gerunden Plumborum.

Veneris 26. Nouembris 1632.

ARGVMENTVM.

Concilium Tridentinum de reformat. cap.13.sess.7. mandans expectari approbationem Ordinarij antequam ad beneficia præsentati, vel electi admittantur, seu confirmentur, in solis beneficijs electiuis, non autem in collatiuis procedit, cum illorum ius conferendi ad Capitulum, & Prælatum liberè de iure pertineat.

SVMMARIVM.

1 *Ius conferendi beneficia collatiua in Ecclesiis Collegiatis de iure spectat ad Capitulum, & Prælatum.*

2 *Dispositio Concilij Tridentini de reformat. cap. 13. sess. 7. habet solummodo locum in beneficiis electiuis.*

Confirmatio Ordinarij expectari debet in beneficijs electiuis, secus in collatiuis nu. 2.

3 *Beneficia simplicia, quorum collatio liberè pertinet ad inferiorem non requirit approbationem Ordinarij.*

4 *Constitutio Sinodalis, tollens, aut impediens facultatem conferendi beneficia alicui de iure competentem.*

Cum sit contra ius ex defectu potestatis inferioris attendi non debet ibid.

5 *Appellatio intra legitima tempora interposita, & admissa suspendit totam virtutem sententiæ.*

6 *Impedimentum vel sublatum, vel quod facile tolli poterat excusationem non admitti.*

7 *Sententia lata ab Episcopo in palatio Episcopali non dicitur prolata in actu visitationis.*

Cum promulgari debuisset in Ecclesia tempore, quo idem Episcopus illam visitabat ibid.

8 *Causa per Signaturam commissa simpliciter absque vlla præseruatiua, semper ad vtrumque effectum censetur commissa.*

Allegatur hęc decisio supra in decisione 11. quę pariter est in eadem causam coram eodem R. P. D. Pirouano sub die 26. Februarij 1638.

DECISIO CCLXXII.

Dubitatum fuit in hac causa, an duo beneficiati protectores Anniuersariorum Ecclesiæ Collegiatæ S. Felicis, teneantur excambiare Plumba Monserrato, & Ballæ, cæterisque pro tempore prouisis ab Abbate, & Capitulo interessentibus, & Domini absque hæsitatione responderunt protectoris teneri.

Quia cum similis controuersia contigisse inter Baudilium, & dictos protectores recusantes excambiare Plumba per tres sententias Rotales præuijs decisionibus determinatum fuit teneri, & cogendos esse receptis signis seruitij quotidiani soluere distributiones prouisus à Capitulo, & Prælato, seu Abbate; vnde cum hodie non dubitetur quin Monserratus, & Balla fuerint ab Abbate, & Capitulo prouisi, nec minus de eorum possessione capitulariter capta hæsitetur; sicuti Baudilio distributiones soluerunt secundum numerum Plumborum, & valorem taxatum; pari modo Monserrato, & Ballæ soluere debent, cum nitantur ijsdem iuribus, & fundamentis quibus iuuabatur ipse Baudilius, & protectores in hac parte nihil replicant: sd acquiescunt, & de impedimentis tantummodo sibi ab Episcopo præstitis excipiunt, ne dictis prouisis distributiones per respōsionem Plumborum soluerent.

Non obstat igitur inhibitio Episcopi intimata protectoribus supradictis, quæ datur sub pœnis; & censuris, ne Plumba, siue symbola per Monserratum, & Ballam deponenda, & seu exhibenda admittant, nec approbent, quasi confirmatio Canonicorum, & Beneficiatorum in Collegiata Sancti Felicis ad eumdem Episcopum spectet ex dispositione *Tridentini cap. 13. de reformat. sess. 7.*

Quia cum versemus in beneficijs collatiuis Ec-
1 clesiæ Collegiatæ, † in qua ius conferendi de iure spectat ad Capitulum, & Prælatum, *Abbas in cap. cum Eccles. num. 8. vers. vbi præbendæ de elect. Cassad. decis. 22. num. 3. de præben. Rota decis. 4. eodem titulo nouis, & decis. 94. num. 5. par. 1. recent.* nec aduersetur contrarta consuetudo; sed potius concurrat antissima ex collationibus datis ab anno 1384. citra, & ex confessione Ordinarij in visitatione 30. Iulij 1557. facilè euitatur obiectum ex
2 dispositione Tridentini, † quæ locum habet solummodo in electiuis, in quibus iuxta *cap. Auaritiæ de elect. in 6.* expectanda est confirmatio Ordinarij, non autem in collatiui prout sunt huiusmodi, de quibus agitur *Rota decis. 1. elect. in antiq.* & in beneficijs istius Ecclesiæ firmauit *Rota coram D. meo Decano decis. 283. & 307.* quæ sunt inter eius impressas, & postmodum idem tenuit *in Nouarien. Præpositurae 28. Iunii præteriti coram D. meo Verospio*, quem sensum etiam habuit Sacra Con-
3 gregatio Concilij; † dum expresse respondit in beneficijs simplicibus, quorum collatio libera pertinet ad inferiorem, non requiri ista approbatio, quæ est facienda secundum dspositionem *cap. 13. sess. 7. de reform.*

Nec releuat Synodalis Constitutio emanata de anno 1606. requirens ratum, & gratum Episcopi in prouisionibus inferiorum Collatorum, per quam motus fuit Episcopus ad inhibendum protectoribus, ne Plumba recipiant, & excābient: quia cum non sit confirmata à Sede Apostolica, & dispositio illius sit contra ius, dum tollit, aut impedit liberam conferendi facultatem, quæ de iure competit Capitulo, & Prælato in Collegiatis, vt supra dictum est: de ea non est habenda ratio defectu potestatis inferioris, *cap. cum inferior de maiorit. & obed.* vbi *Felin.* & alij conclusionem comprobant.

Non obstat sententia Vicarij Generalis, in qua Monserratus, & Balla declarantur incurrisse pœnam priuationis inductam *in cap. auaritiæ, de elect. in 6.* & ipso iure priuatos esse Canonicatu, & bene-

beneficio de quibus agitur, in quibus intruserunt.

Quia quoad protectores sufficit docere de appellatione intra legitima tempora interposita, & admissa, per quam omnis virtus sententia suspen-
5 sa † remanet, *Bald. in rubr. num. 2. C. de appellat. Felin. in rubr. eiusdem tit. num. 1. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. num. 117. in præfat. Rota decis. 537. numer. 15. par. 1. recent.* Vnde impedimentum remanet quoad eos sublatum quandoquidem ex eo
6 quod est sublatum, † aut etiam quod potest tolli se excusari non possunt, *cap. fin. de elect. Crauett. cons. 202. num. 1. Decian. consil. 46. num. 146. vol. 2. Surd. cons. 12. num. 21. & decis. 189. nu. 29.* nec dicatur, quod tamquam sententia in actu visitationis prolata non admittat appellationem suspensiuã:
7 quia legitur lata in Palatio Episcopali, † non autem in Ecclesia S. Felicis tempore quo Episcopus visitabat; sed vlterius Signatura iniustitiæ admi-
8 sit appellationem simpliciter absque † præseruatiua, quo casu semper Rota illam attendit quoad vtrumque effectum, vt *in Leodien. dominij de Olonia 25. Iunij 1617. coram bon. memor. Francisco Vbaldo, & in Perusina Fideicommissi 20. Februarij 1630. coram D. meo Durano,* in quibus aliæ decisiones allegantur.

Et ita, &c.

R. P. D. BVCCABELLA.

Meleuitana Antianitatis.

Veneris 4. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

Renunciatio antianitati facta per Equitem Hierosolymitanum etiam cum pacto de non habendo recursum ad SS. eiusque Sanctam Sedem Apostolicam si appareat realiter d. Antianitatem renuncianti competijsse metu facta dicitur propter timorem, ne scilicet ipsius nobilitas, & honor in discrimen poneretur, cuius occasione plura de probatione metus dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Protestationes inseruiunt ad probationem metus.*
2 *Timor ne nobilitas, & honor in discrimen ponatur inducit iustum metum in viro nobili.*
Honoris iactura non minus, quàm vitæ est pertimiscenda nu. 2.
3 *Antianitas in Religione Hierosolymitana incipit à die solutionis passagij.*
4 *Inuerisimilitudo multum valet ad probationem metus.*
Actus metu præsumitur factus, si alias agens illum verisimiliter non fecisset nu. 4.
5 *Coniecturæ sufficiunt ad probationem metus.*
6 *Litteræ Apostolicæ iustificatæ debent executioni demandati.*

Proximæ hæ duæ decisiones allegantur supra in eadem causa Meleuitana Antianitatis coram Reu. P. D. Pirouano sub die 1. Martij 1638. quæ est decis. 17.

DECISIO CCLXXIII.

CEnsuerunt Domini literas Apostolicas per Io. obtentas esse exequendas, quia ex datis illius summ. visæ fuerunt in omnibus iustifica[tæ]. Quod enim primæ suæ nobilitatis probatio[nes] reiectæ fuerint ipseque postea ad alias nouas p[ro]bationes admitti obtinuerit illisque perfectis, [&] approbatis, & comperto, quod primarum re[ie]ctio, & reprobatio prouenerat ex erroneo præ[sup]posito, fuerit nemine discrepante inter fra[tres] milites S. Io. ex iustitia admissus, satis constat [ex] ipsamet commissione in forma breuis à felice r[e]cord. Pauli V. obtenta, & noua commissarior[um] deputatione facta per M. Magistrum, & Con[si]lium, ad ipsas nouas probationes recipiendum, & demum effectuali admissione, ac receptione, & alijs pro eius parte datis in supradicto Sum[]mario.

Quod autem ipse minis, & diuersis persuasi[o]nibus ab aduersarijs suis fuerit inductus ad pro[]mittendum per Chirographum eius manu [sub]scriptum, & iuramento vallatum se antianitatem suam, quæ sibi à die præsentationis primarum probationem competebat, nonnisi à die præsen[]tationis secundarum probationum numeraturum, nec super hoc ad Sanctissimum, & S. Sedem Apostolicam recursum habitaturum, & quod ipse & alia quæ contra Chirographum prædictum, & alia quæ contra eum faciebant, per actum à Notario pu[]blico receptum, & stipulatum declarando se velle habere ad eumque Sanctissimum, & Sanctam Sedem recursum fuerit protestatus, prout in di[ctis] literis enarratur, satis probatum fuit ex ipsa pro[]testatione data in *Summar. num. 3.* ex qua etiam benè deprehēditur ipsum non quidem sponte, sed suasionibus inductum, & metu ne ab ijs qui po[]stea recepti fuerant ad nouæ probationes indebi[]tè reijcerentur, vel eius admissio deduceretur in controuersiam, & impedimentum præstaretur;
1 † enim protestationes bene deseruiunt ad metus probationem *Dec. cap. fin. n. 21. vers. bene verum de appell. Anchar. consil. 99 sub num. 1. Aym. cons. 114 nu. 6. vers. sed licet Alex. cons. 99. nu. 4 lib. 3. Surd. cons. 395. n 27. Rimin. iun. cons. 362. n. 81. & seq. Gratian. decis. 326. nu. 43.*

Nec dubium est quin timor nè nobilitas, & honor in discrimen ponatur iustum metum in viro
2 nobili inducat, † cum honoris iactura sit non minus quam vitæ pertimescenda *l. isti in fine vers. cum viris bonis ff. quod metus causa gloss. in cap. cum dilectus in verb. metum tit. eodem Aymon. cons. 49. n. 7. & cons. 168. num. 3. Soccin. Iun. cons. 38. numer. 40. lib. 1. Menoch. de arbitr. casu 377. num. 19. & 396. numer. 7. Surd. consil. 425. numer. 57. & cons. 452. num. 51.*

Præsertim quia certum est, quod antianitas incipiebat à die solutionis passagij facti vsque de anno 1603. iuxta statum Religionis *in cap. 15. de*
3 *comm. ærar.* prout etiam † fuit in Rota resolutũ in Neritoneñ, seu Meleuitana Antianitatis 15. Aprili coram bon. mem. Remboldo, & in alia Meleuitana Antianitatis 12. Februar. & 5. Martij 1635. coram R. P. D. meo Carrillo, & in eadem 16. Nouembris 1635. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Meleuitana status 14. Ianuarij præteriti

riti coram me; Vndè non est verisimile, quod ipse Ioannes huic iuri sponte renunciauerit promittendo præsertim se nec etiam recursum ad Sanctissimum, & Sedem Apostolicam habiturum, quæ quidem inuerisimilitudo multum valet ad
4 metus † probationem, cum quis præsumatur metu, & coactè fecisse actum, quem alias verisimiliter non fecisset *Aym. dict. cons. 49. numer. 5. Rol. cons. 100. num. 112. lib. 4. Menoch. præsumpt. 4. num. 12. lib. 3. Rot. decis. 643. num. 19. in fin. par. 1. recent.*

Ex quibus, & alijs per scribentes pro d. Ioanne ponderatis maximè simul iunctis existimarunt Domini narratiuam prædictam remanere sufficienter probatam, maximè cum ad metus pro-
5 bationem a coniecturæ etiam sufficiant *Bald. in l. si quis in hoc genus C. de Episc. & cler. Ruin. cons. 121. num. 12. lib. 6. Rim. d. cons. 36. num. 87. Bursatt. cons. 82. n. 13. lib. 1. Mantic. dec. 112. nu. 13.*

Stante autem dd. literrarum, & earum narra-
6 tiuæ iustificatione † apertè sequitur illas esse omninò exequendas *cap. si capitulo de concess. præb. n. 6. Cassad. dec. 10. nu. 8. de rescript. Rot. dec. 558. n. 2. par. 1. & decis. 605. num. 2. par. 2. recent. Caual. dec. 638. num. 1.*

Et ita vna tantum parte informante resolutum.

R. P. D. BVCCABELLA.

Meleuitana Antianitatis.

Veneris 3. Ianuarij 1657.

ARGVMENTVM.

Sequitur materia decisionis præcedentis de probatione metus deducta ex pluribus circumstantijs, & coniecturis quas omnes ex proximo summario videri possunt.

SVMMARIVM.

1 *Contractus initus cum iudice, seu officiali meticulosus dicitur.*
2 *Protestatio emissa etiam ex interuallo post perfectum actum deseruit pro adminiculo ad probandum metum, & num. seqq. vbi vide.*
Metum ad probandum admittuntur etiam præsumptiones, & coniecturæ nu. 2.
3 *Protestationes deseruiunt ad probationem metus, & num. seqq. ac sup. nu. 2.*
5 *Metus eo facilius præsumitur vbi agitur de periculo nobilitatis, & honoris.*
6 *Honoris iactura non minus quam vitæ est pertimescenda.*
7 *Metus præsumitur in eo, qui iuri suo sine causa renunciauit.*
8 *Renunciatio facta postquam aliquis fuit de iure suo spoliatus meticulosa præsumitur.*
9 *Renunciatio eo ipso meticulosa dicitur si fuit promissum non petendi recursum ad superiorem, quinimo nec ad Summum Pontificem.*
Recursus ad superiorem nunquam censetur prohibitus num. 9.
10 *Iudicem ex iustitia, non autem alia de causa præsumitur processisse.*
11 *Testes qui non sunt de actis, habentur ac si non essent.*
12 *Testes dicuntur nulliter examinati sine citatione ad videndum illos iurare.*
13 *Ad Testes non pertinet iudicare, vel declarare ea quæ sunt iuris.*
14 *Metum ad probandum omnes facti circumstantia attenduntur.*
Iustitiæ abusus multum facit ad probationem metus num. 14.

Est in eademmet causa in qua præcedens emanauit decisio.

DECISIO CCLXXIV.

Domini steterunt in decisis sub die 4. Iulij proximi præteriti super iustificatione literarum Apostolicarum ea præcipuè ratione, quia metus satis remanet probatus eo ipso, quod renunciatio antianitatis legitur facta per D. Ioannem ad fauorem Dominorum linguæ, qui secundus probationes super eius nobilitate factas vti Iudices approbare, seu recipere debebat contractus enim
1 cum Iudice, seu officiali † per metum factis, dicitur *l. 1. C. de contract. Iud. l. penul. C. quod met. caus. Vital. in tract. claus. de met. offic. num. 1. & 2. Sebast. Medic. de cas. fortuit par. 1. q. 7. sub n. 7. vers. 8. arguit.*

Tanto magis, quia in casu isto aderant in lingua equites, qui fuerant medio tempore inter primas, & secundas probationes admissi, qui propterea ex proprio saltem interesse moueri poterant ad easdem secundas probationes reijciendas, ac ad alios de lingua in eorum sententiam perducendos. Et quod hoc idem ipsi minati fuerint deducitur etiam ex protestatione per D. Ioãnem ante eius possessionem factæ, quæ quidem protestatio licet emanauit ex interuallo post renunciationem, negari tamen non potest quin deseruiat pro adminiculo ad comprobãdum metũ, ad quem effectum admittuntur etiam præsumptiones, & coniecturæ *Bald. cons. 26. num. 2. lib. 3. Ruin. cons. 121. num. 12. lib. 4. cum alijs dict. die 4. Iulij in decis. deductis, & cumulat per Farin. in fragmen. 2. par. litt. M. num. 181.* probabiles, & inuerisimiles saltem arbitrio Iudicis *Ias. in l. interpositas num. 4. C. de transact. Paris. cons. 26. nu. 64 lib. 3. Menoch. de arbitr. lib. 2. cap. 135. num. 3. & seq. Sebast. Medic. de cas. fortuit. par. 1. d. qu. 7. sub num. 7. circa fin. versic. & coniecturæ.* Et quod protestationes ad metus probationem deseruiant tradit *Aym. cons. 114. num. 6. vers. sed licet Greg. XV. decis. 326. num. 43. cum alijs dict. die 4. Iulij in decis. allega-*
4 *ta.* Etiam vbi sunt ex interuallo, † iusta tamen, seu legitima causa factæ, vt *per Paris. cons. 10. numer. 40. lib. 1. Farin. post relatos d. part. 2. litt. M. num. 194. & sub nu. 197. vers. vbi quod.*

Præterea eò facilius iustus metus in casu isto visus fuit probatus, tum quia renunciatio fuit facta in actu præsentationis secundarum proba-
5 tionum, † in quibus vertebatur periculum nobilitatis, & honoris ipsius renunciantis, & familiæ *Aym. cons. 49 num. 7. Rom. cons. 360. num. 14. Ruin. dict. cons. 121. num. 7. lib. 4 Sebast. Medic. de cas. fortuit. part. 1. dict. quæst. 7. num. 7. vers. 7. colligitur,* cum honoris

6 noris † iactura non minus, quàm vitæ sit perti-
mescenda *l. isti in fin. vers. cumviris bonis ff. quod met. caus. cum alijs in dicta dec. allegatis*. Tum etiam, quia non constat de alia causa, & metus præsumitur in eo, qui iuri suo sine causa renunciauit,
7 † ex quo non est verisimile, quod alias renunciasset *Menoch per relat. lib. 3. præsumpt. 126. num. 18. Mascard. de probat. conclus. 1051. num. 41. & seqq. cum pluribus cumulatis per Farin. dict. lit. M. num. 178.*

Accedit insuper, quod huiusmodi renunciatio est facta postquam lingua reiecerat primas probationes per quam reiectionem renuncians iam remanserat antianitate, & nobilitate simul
8 spoliatus. † Ideoque subintrat conclusio, quod renunciatio post spoliationem metu facta censetur *Menoch. lib. 3. d. præsumpt. 126. num. 20. & seq. Farin. d. l. M, num. 180.* Ac etiam, quod in eadem renunciatione adest promissio non habendi re-
9 cursum † ad Superiores Religionis imò nec etiam ad Summum Pontificem, qui tamen recursus alias nunquam censetur prohibitus iuxta *l. 1. §. quæsitum, ff. de separat. & tradit. per Roman. cons. 325. num. 14. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 70. num. 24.*

Non obstat, quod lingua admiserit easdem secundas probationes solum propter dictam renunciationem, quia pro responsione visum fuit
10 hoc non esse creden. de tota lingua, † sed potius, quod illas admiserit propter iustitiam iuxta tradita *per Abb. cons. 41. num. 2 vers. præsumitur lib. 1. Gabr. de sent. conclus. 5. in princ. Rota coram Card. Caual. dec. 337. num. 5.* Et testes, qui dicunt dictas probationes potuisse de iustitia reijci, & fuisse admissas miserationis causa propter dictam renunciationem vltra quod non probant, quia
11 non sunt de actis † ac proinde habentur, ac si non essent *Castr. in l. ait prætor. §. si Iudex vers. & pro hoc, ff. de re iudic.* & sunt nulliter examinati ex
12 defectu citationis † ad vidin. eos iurare *l. si quando C. de testib. cap. 2. eod. tit. Rot. dec. 15. de testib. in nou. Gregor. XV. dec. 218. num. 1.* Placuit etiam, quod tanto minus sint attendendi, quia ad eos
13 non pertinet Iudicare, vel † declarare ea, quæ sunt iuris *Bart. in l. quod tamen §. si arbiter num. 3. ff. de arbitr. Alex. cons. 74. num. 6. lib. 1.*

Minus obstat, quod renunciatio fuerit facta per D. Ioannem simul cum Commendatario Francisco de Riz eius consanguineo in præsentia totius Linguæ, & idem renuncians posset habere recursum ad alios superiores, quia pro responsione ponderatum fuit, quod adhuc iustus metus in casu isto remaneat sufficienter probatus cum tota Lingua reiecisset primas probationes, & aliqui ex illa se iactassent velle quoque reijcere secundas, & ad hoc non posset consanguineus aliter prouidere, ac alij Superiores Religionis quoad primas probationes requisiti id facere noluerint, necnon alia concurrant, quæ
14 in similibus perpendi solent, † vt de abusu iustitiæ, & alijs facti circumstantijs post *Angel. cons. 215. num. 3. in fin. & alios allegatos dixit Rota coram Greg. d. dec. 326 n. 34 in fin. & seqq. & faciunt tradita per Vital. d. tract. clausul. de met. offic. num. 1. & seqq. Farin. d. lit. M, num. 116.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. VEROSPIO

Postea S. R. E. Cardinali.

Spoletana Successionis.

Veneris 11. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

De interpretatione statuti exclusiui fœminarum propter dotem in hac decisione tractatur, num illud habeat solum locum vbi agitur de exclu- denda fœmina ab hæreditate eius qui dota[...] aut etiam aliorum.

SVMMARIVM.

1 *In successione fratris intestati æqualiter concurr[...] frater, & nepos ex altero fratre, aut sorore p[...] mortua.*
2 *Filius per repræsentationem succedit in locum ma[...] functæ.*
3 *Statutum exclusiuum fœminarum propter dotem à DD. interpretatur, vt censeatur solum exclu[...] re fœminas ab hæreditate illius, qui dotem [...] dit.*
4 *Intellige, vt non procedat quoties statuentes vlte[...] progressi sunt, explicando personas à quarum [...] cessione volebant illas excludi.*
5 *Subintellige, vt totum negotium consistat in pr[...] tione voluntatis statuentium, quæ etiam ex con[...] turis deducitur.*
6 *Frater dotando sororem tanquam hæres patris [...] autem ex persona propria dotasse præsumitur.*
7 *Statuta exclusiua fœminarum propter dotem dic[...] tur potius respicere ius, & effectum dotatio[...] quam actum dotandi.*
8 *Causa finalis statuti, alteriusuè dispositionis ex [...] lius proemio desumitur.*
9 *Filius veniens ex persona matris ius maius hab[...] non potest quam mater.*
10 *Ratio statuti, quæ solum conuenit matri, filio no[...] non potest.*
11 *Filius quandoque ad successionem admittitur in [...] cum matris, non tamen per hoc illius personam r[...] præsentare dicitur.*

Decisio. quæ supra haaetur in hac causa emana[...] coram eodem Eminentissimo Verospio sub di[...] 8. Martij 1638. & quæ in ordine est la 20. ipsi[...] hanc allegat decisionem.

DECISIO CCLXXV.

QVæsitum fuit in dubio, quod hodie propo[...] ad quem spectaret successio in hæreditate N[...] colai, quam hæreditatem delatam sibi assereb[...] Vincentius excluso Sancte filio Felicis conim[...] nis sororibus, & Domini ad solam informatio[...] nem Sanctis responderunt vtrumque ad eam su[...] cessionem admittendum esse, cum ita consti[...] tutum esset ex dispositione iuris, secundum
1 quam in successione fratris intestati † æqualiter concurrunt frater, & nepos ex altero fratre, aut sorore præmortua, *vt in §. si igitur 2. Authent. de hæred.*

hæred. ab intest. venien. & in authent. cessant. C. de legit. hæred. & not. Crass. in §. successio quæst. 30. numer. 1.

Neque visa fuit difficultatem facere dispositio statuti Ciuitatis Spoleti quatenus *in cap. 3. lib. 1.* excludebat fœminas à successione, tam descendentium, quam lateralium, à quibus illæ fuissent dotem consecutæ in casu quo superstes esset masculus in eodem gradu cum fœmina, quæ vellet admitti ad successionem eius personæ quæ dotem dedit, vt cum ex dispositione eiusdem statuti excludi videretur Felix ab hæreditate Nicolai propter dotem, quam ab eo dicebatur consecuta non posset admitti ad eandem hæ-
2 reditatem Sanctes illius filius, † qui per repræsentationem succedere debebat in locum matris defunctæ, *vt in d. §. si igitur authent. de hæred. ab intest. venien. in fine, & in authent. post fratres C. de legit. hæred.* Nec enim exceptio tollebatur negando, vt Felici tradita fuisset ea dos quam requirebatur statutum, & in qua positum erat fundamentum huius exclusionis, ita enim solent DD. interpretari similia statuta in quibus fœminæ excluduntur à successione in concursu masculorum propter hanc causam dotis, vt illa solum
3 censeantur excludere fœminas ab † hæreditate illius, qui dotem tradidit, vt notauit *Albert. Brun. super statutum exclus. fœm. art. 8. num. 59. Gabr. de statut. concl. 5. & fuit doctrina originalis Bald. in l. 1. C. de legit. hæred. sub num. 4.* Et licet declarent DD. hanc doctrinam Bald. vt non procedat in casu, quo statuentes vlterius progressi fuerint in explicatione personarum, à quarum successione volebant fœminas excludere, quasi visi sint prin-
4 cipaliter considerare † fauorem dictarum personarum, quarum causa potuissent fœminæ non admitti ad earum hæreditatem, quamuis fuissent ab alijs dotatæ sicuti eandem doctrinam interpretati fuerunt *Castr. cons. 91. num. 2. & 3. lib. 2. Alex. cons. 29. num 6. lib. 1. Dec. cons. 346. num. 4. & in l. vt liberis num. 8. C. de appell. Thesaur. qui alios refert. decis. 62. num. 2.* Tamen hæc difficultas remouebatur consideratis verbis ipsius statuti, quod licet in prima illius parte vti agebatur de dote tradita fœminæ facta fuisset mentio plurium personarum, à quibus fœmina dotem habere potuit, tamen vbi postea illa mandabat excludi restringebatur ea exclusio ad solam hæreditatem eius personæ, quæ dotem constituisset, vnde non poterat aliquid operari ea denumeratio personarum, dum ipsa exclusio non solum habebat suam causam dotis, quam fœmina habuisset ab eo, in cuius hæreditate volebat succedere, sed præterea apparebat eam exclusionem restrictam fuisse ad successionem dotantis, cum tamen potuissent ad
5 hunc effectum sufficere etiam coniecturæ, † ex quibus probaretur mens statuentium, quod causa exclusionis deberet esse sola dos, quam fœmina habuisset in bonis illius in cuius hæreditate volebat succedere, vt existimauit Thesaurus *in d. dec. 62. num. 8. in fine Menoch. cons. 873. num. 9. & fuit consideratum in Narnien. Successionis 7. Februarij, & 26. Nouembris 1629. coram R. P. D. meo Merlino.*

Neque dici poterat, vt Felix non habuisset eam dotem à Nicolao, dum ille apparebat eius promissor, in instrumento, quod celebratum fuit occasione matrimonij ipsius Felicis, quia cum propter eam dotem illa excludi deberet à successione communis parentis, præsumebatur quod frater eam dotem dedisset ex hæreditate patris, ad quem spectare debebat id onus, non
6 † autem ex proprijs bonis, vt in traditione eius dotis visus sit satisfecisse debito, quod habebat ex persona sui patris, & tanquam illius hæres, vt probat *tex. in l. vxorem 39. §. Pater naturalis. ff. de leg. 3. & notant ibi DD. & in l. vlt. C. de dot. promiss. vbi Cui in fine, & in l. 1. §. accidit num. 9. C. de rei vxor. act. Ruin. cons. 200. num. 4. lib. 1. Honded. cons. 11. num. 11. lib. 2.* Vnde est, quod similia sta-
7 tuta dicantur potius respicere ius, & effectum dotationis, quam actum dotandi, vt notauit *Bald. in l. neque mater num. 6. in fin. C. de Iur. dot. quem secutus fuit Anchar. in cap. canon. statuta n. 255. de constitut. & cons. 80. num. 2. in fin. arg. tex. in l. pater 22. ff. de manumiss. vindict. & in l. si res 53. ff. de iure dot. & voluit. Dec. cons. 589. num. 9 Corn. cons. 175. num. 2. lib. 4. Honded. cons. 11. lib. 2. Surd. cons. 192. num. 35.*

Non etiam visa fuit obstare alia constitutio, siue pragmatica eiusdem Ciuitatis Spoleti ex qua non licebat aliquid relinquere fœminis, sicuti, neque illæ capere non poterant ab intestato præter dotem scutorum 600. quæ secundum formam traditam in eadem constitutione non debebat excedere eam summam; nam eam constitutionem dicebat Domini habere suam causam cum appareret edita ad effectum coercendi luxus, qui tunc vigebant in Ciuitate occasione dictarum dotium, & ex hac causa in illa prohibitum erat fœminis aliquid acquirere titulo cuiuscumque successionis præter solam dotem, vt colligebatur ex proemio eiusdem constitutionis,
8 ex quo † desumi poterat illius causa finalis *ex not. per Bart. in l. vltra num. 3. ff. de hæredib. instit. & in l. 1. ad sen. cons. maced. vbi id not. in terminis statuti vt in l. cum 11. num. 4. ff. de transact. & voluit. Dec. in cons. 10. num. 2. cum alijs relatis per Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 2. num. 4.* Vnde defuncta Felice visa fuit cum illa extincta omnis suspicio fraudis, quæ forte potuisset esse causa, vt ab hac successione excluderetur: Neque obijci hic poterat, quod Sanctes illius filius, tamquam
9 veniens ex persona suæ matris † non posset maius ius habere quam mater in notatis *in l. si viua matre C. de bon. mater, & in l. vltim. C. de naturalib. & per Bart. in l. liberorum num. 14. ff. de verb. signif. Bald. in l. maximum vitium num. 4. C. de libr. præterit.* cum imo hæc ratio tamquam soli matri, conue-
10 niens non † posset nocere Sancti filio, vt declarat *Bart. in dict. l. liberorum num. 16. ff. de verb. signif. Bald. in d. l. maximum vitium num. 20. C. de lib. præter & tradunt DD. in l. illum C. de collation. vbi idem Bald. num. 3. Paris. cons. 49. num. 75. volum. 3. Gabr. de statut. conclus. 7. num. 51.* & ita licet succedere debe-
11 ret Sanctes in locum matris, † non tamen potuisset repræsentare illius personam propter prouisionem legis, quæ erat illius fauore, & cuius causa consequi debebat iura huius successionis, non autem ex iure, aut persona matris, vt declarat *Bart. in l. 1. §. si sit nepos ff. de collat. dot. & in l. qui superstitis num. 2. in fine ff. de acquirend. hæreditate*

quam

quam secutus fuit Bald. in l. pactum dotale num. 21. C. de collat. & in l. vltim. num. 16. C. de pactis, & tenuit Rota in alia Spoletana hæreditatis 11. Maij 1613. coram bon. mem. Manzanedo inter recent. decis. 463. numer. 1. part. 1.

Et ita &c.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Sacræ Rotæ DECANO.

Leodieñ Castri de Monbeck.

Veneris 15. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

Mentis compos cùm quilibet præsumatur ad sustinendum contractum, vel saltim contractum fuisse celebratum tempore sanæ mentis quod aliquis tunc temporis fuit demens claris, & apertis probationibus probari debet, nec sufficit iustificatio extremorum, vt & ita medio tempore præsumatur, quando docetur de aliquo actu medio tempore gesto, qui non dementi, sed homini sani iudicij adaptari solet.

SVMMARIVM.

1 *Decretum Iudicis in contractibus mulierum requisitum dicitur solemnitas formalis, & substantialis.*
2 *Confessio præiudicat omnibus causam habentibus à confitente.*
3 *Dementiam allegans in contrahente ad effectum rescissionis contractus illam concludenter probare tenetur.*
4 *Mentis impotentia non impedit vsum rationis, licet animi vigorem aliquantulum diminuat.*
5 *Men sana in contrahente præsumitur ad sustinendum contractum.*
6 *Contractus censetur gestus tempore sanæ mentis.*
7 *Dementia deducitur à probatione extremorum, quia tunc medio tempore præsumitur, & num. seqq. vbi vide.*
8 *Mentis compos, non autem demens dicitur ille, qui fuit admissus ad faciendum actum, quem homines sanæ mentis facere solent.*
9 *Regula, quod probatis extremis media præsumentur non procedit data veritate actus contrarij medio tempore gesti.*
10 *Testes deponentes aliquem esse simplicem innocentem, & debilem suorum sensuum, dementiam non probant, quæ sit apta annullare contractum, & sub num. 4.*

Præsens decisio allegatur in hac parte supra in decis. 27. in fin. cuius posui concordantes.

DECISIO CCLXXVI.

Iterata disputatione conclusum fuit standum esse in decisis vltimò loco 15. Decembris 1634. * quia Adrianæ dementia talis probata non fuit per quàm possit annullari actus renunciationis per eam facti fauore prolis Cæciliæ, & Valteri suscipiendæ.

Neque obstat, quod primo loco replicat[um] fuit actum renunciationis non fuisse perfect[um] propter carentiam decreti iudicialis ex quo [Pa]tres Curiæ nihil determinarunt, sed express[am de]clarationem sibi ipsis reseruarunt in eodem [in]strumento renunciationis anni 1570. vt pro[pte]rea deficiat principale fundamentum vltimæ [de]cisionis, scilicet quod dicta renunciatio tan[quam] facta cum causa, & Iudicis decreto valida [iu]-
1 dicanda, dum caret decreto, quod † dicitur [so]lemnitas formalis, & substantialis *l. cum hi, §. [...] tor ff. de transact. l. qui neque ff. de reb. eorum [...] cons. 499. num. 1. vol. 2.*

Quia cum actus renunciationis vsusfructus [in] eodem instrumento anni 1570. per Adrianam [...] ctus fuerit coram Iudice officiali, & etiam c[om]paribus Curiæ feudalis, petieritque eadẽ Adr[ia]na iuxta Aulę consuetudinem deputari Mamb[ur]num in sui Curatorem, cum quo posset val[ide] contrahere, & per eundem iudicem decretus [fue]rit, ibi, *qui ipsi petenti per Nos deputatus fuit,* [vn]nẽ verificatur, quod renunciauerit cum cau[sa] matrimonij contrahendi inter Valterum, & C[æ]ciliam, & prolis ex eodem coniugio suscip[ien]dæ, & cum decreto deputationis Mambur[ni], quoniam respectu renunciationis, quæ pende[bat] ab Adrianæ consensu, & voluntate non erat [ne]cessarium aliquod Iudicis decretum, sed sola I[u]dicis præsentia sufficiebat, quæ introducta [fuit] ad euitandas fraudes, & circumuentiones min[o]rum, & mulierum, ob sexus, & respectiuè æ[ta]tis fragilitatem, nec reseruatio, quæ legitur [in] eodem instrumento anni 1570. aliquod decret[um] vlterius præstandum præsupponit, ex quo Pa[tres] Curiæ non decreuerunt; & illi sibi reseruar[unt] facultatem declarandi quatenus opus esset, [si] fuissent requisiti quoad interesse Curiæ feudalis [...] quod narrata in instrumento respectu renunc[ia]tionis, & reseruationis vsusfructus Adrianæ [vi]uentis per acta fuerunt, non autem vt aliquid [de] nouo decernatur.

Secundo, nec etiam releuant replicata ad pr[o]bationem dementiæ Adrianæ ex eo, quod i[lla] probetur ex confessione fratrum diuidentium [...] nempè Guillelmi, & Valteri emanata in instr[u]mento pactorum de diuidendo anno 15[..] 10. Aprilis asserentium, quoad eorum Matre[m] Adrianam impotem mentis se obligare de ea[m] alimentando honestè cum famulatu, nec rele[uat] quod eadem confessio non reperiatur in instr[u]mento diuisionis anni 1565, in quo Adriana [in]teruenit cum suo Mamburno, ex quo videba[tur] sufficere, quod dicta confessio probatur ex instr[u]-
2 mento separato, † vt inde præiudicet habenti[bus] causam ab ipso Valtero confitente *Capit[...] cis. 220. part. 2. & 13. numer. 2. coram Papa Gre[]gorio XV.*

Quia etsi in vltima decisione euitaretur obi[e]ctum ex facto, dum in instrumento diuision[is] anni 1565. non legebatur dicta confessio atta[men] posito, quod fratres diuidendes, & seu diuide[re] volentes in antecedenti Instrumento 1564. quo[d] postea datum fuerit asseruerint Matrem Adrianam esse impotem mentis, non propterea satisfactum fuit intentioni allegantium dementiam in con[]trahente ad effectum rescissionis contractus, qui[a] cum

3 cum teneantur illam concludenter † probare, *cap. vlt. de success. ab intest. Gloss. in l. filium, in verb. si probaretur, ff. de acquir. hæred. Bart. in l. is potest, num. 15. ff. eodem tit.* cum alijs allegatis in vltima decisione, per impotentiam mentis non
4 impeditur vsus rationis, † sed quidem diminuitur integer animi vigor, intellectum tamen adhuc retinens *Castren. in l. si frater in princ. C. qui testam. fac. poss. Dec. consil. 112. numer. 2. Menoch. post alios præsumpt. 45. num. 66. & 68. lib. 6.* distinguens simplicitatem, fatuitatem, & stupiditatem à furore, & dementia, quæ in hac secunda specie impediunt vsum rationis, sed in prima non sufficiunt ad annullandum renunciationem, aut alium quemlibet actum solemniter celebratum; & eo minus quando agitur de actu sapienter, & recte gesto, vt in potenti, vbi Adriana renunciauit, & titulo donationis cessit vsumfructum bonorum allatorum in matrimonium per Guillelmum eius Virum Valtero filio contemplatione matrimonij contrahendi cum Cæcilia, & prolis suscipiendæ; nam eo casu, aut præsumitur sana
5 mens † ad eundem actum sustinendum, *Dec. consil. 448. num. 14. Menoch. ead. præsumpt. 45. nu. 21. lib. 6. Rot. decis. 577. num. 4. par. 1. diuers. & 366. num. 4. coram. bon. mem. Card. Caualerio*, aut fal-
6 tem actum fuisse gestum tempore † sanæ mentis, *Honded.* latissimè comprobans *consil. 78. num. 60. lib. 2.*

Neque dicatur sanam mentem in Adriana sufficienter fuisse exclusam, ex quo tàm ante renunciationem de anno 1570. mense Iulij, quàm post probetur dementem fuisse, nempè ex Instrumento diuisionis supradictæ 1564. & ex deputatione Curatoris de mense Septembris 1570. ex quibus dicebatur medio tempore perdurasse dementiam arguendo à probatione extremorum, vt in termi-
7 nis † dementiæ Rota argumentatur *in decis. 107. num. 25. & seqq. par. 2. diuers.*

Quoniam ad huius argumenti concludentiam sicuti probatio extremorum requiritur, ita & vnumquodque eorum in sua specie sit concludens, vt inferri possit ad actus annullationem, sed primum desumptum ex confessione Valteri in instrumento diuisionis anni 1574. de impotenti mente Adrianæ, iam probatum est non sufficere ad annullationem actus, ergo nec secundum de deputatione Curatoris, erit releuans, ex quo enunciatur Adriana impotens mentis eodem modo, quo fuit præsupposita in narratiua anni 1564.

Sed præterea excluditur hæc medij temporis illatio continuationis, qualis nuncupetur illa infirmitas Adrianæ respectiuè ad intellectum, & quidem per actus contrarios, nam in diuisione, & seu effectuatione diuisionis de anno 1565. admittitur Adriana cum solo Curatore, & seù Mamburno, similiter, & in actu renunciationis de anno 1570. ab Officiali, & Magistratu admit-
8 titur cum solo Mamburno, quod factum non fuisset si mentis sanæ eam non iudicasset, † vt aduertunt idem *Dec. alleg. consil. 448. numer. 15. & Menoch præsumpt. 45. num. 21.* & data veritate
9 actus contrarij medio tempore facti, † semper cessat præsumptio æqualitatis extremorum *Bald. in cap. querelam numer. 24. de elect. Menoch. dict. præsumpt. 45. Ruin. cons. 68. numer. 2. lib. 2. Rota decis. 4. num. 14. par. 2.* Tertiò denique non releuant testium depositiones de nouo ponderatæ ad concludendam talem dementiam, quæ in Adriana auferret vsum rationis.

Quia cum illam enuncient simplicem, incentem, fatuam, & debilem suorum sensuum, men-
10 tis impotem, † nec illam dicant de mentem, aut furiosam, nec signa stultitiæ exprimantur Domini transierunt cum responsione data in decisione, quæ reuidetur, quod non sufficiat ad annullandum actum renunciationis *ex Castr. Dec. Menoch.* & alijs supra alleg.

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Episcopo Terracineñ.

Arimineñ Molendini.

Veneris 22. Maij 1637.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum nõ denegatur aduersus sententiam concedentem immissionem pro toto, vbi illa pro sola parte concedi debuisset. Possessio probatur ex laudo à partibus acceptato, & executioni demandato, ex instrumento diuisionis, & depositionibus testium super illa deponẽtium. Instrumentum extractum ab Archiuista quando dicatur in forma probanti.

SVMMARIVM.

1 *Læsio resultat ex iniustitia sententiæ.*
2 *Restitutioni in integrum locus esse dicitur stantè læsione ex qua resultat iniustitia sententiæ.*
3 *Sententia concedens immissionem super toto, vbi pro sola medietate illa concedi debuerat dicitur iniusta.*
Excessus mandati licet in modico vitiat totam executionem, num. 3.
4 *Laudum à partibus acceptatum valet in vim pacti, & transactionis, & vera dicitur transactio, ita vt impugnari non possit.*
5 *Diuisionis instrumentum probat contra diuidentes, & habentes causam ab illis.*
6 *Testes deponentes duos fratres in simul aliqua bona locasse, & pensiones, siuè affictus recepisse probant possessionem cuiuslibet pro dimidio.*
7 *Instrumentum extractum ab Archiuista esserente se illud inuenisse inter rogitus Notarij rogati prædefuncti, & cum suo originali collationasse dicitur in forma probanti.*
8 *Laudum dicitur effectuatum stante emologatione illius, & locatione facta de bonis in eo comprehensis vna cum exactione affictum.*
9 *Possessio fratris super medietatem bonorum dicitur iure familiaritatis.*
Possessio iure familiaritatis non suffragatur ad effectũ immissionis, & manutentionis.
10 *Primi acquirentes possunt de bonis emphiteuticis ad libitum disponere.*

Allegatur præsens decisio supra in decisione 18. quę in eadem causa emanauit.

DECISIO CCLXXVII.

1 Stante iniustitia sententiæ, † ex qua resultat læsio *Beninten. decis. 85. num. 10. Rota decis. 1. de restit. in integrum in nouis decis. 132. nu. 1. par. 1. recent. dec. 307. num. 1. & 329. num. 1. 672. num. 1. & decis. 731. num. 1. par. 2. recent.* DD.
2 dixerunt esse locum restitutioni † in integrum, *Castr. in l. fin. num. 1. vers. in Curia Romana, in quibus causis in integrum restituatur, cap. 1. vbi Abb. de restit. in integ. Odd. de restit. in integr. quæst. 34. art. 7. nu. 37. & quæst. 36. num. 10.*

Prædicta autem iniustitia satis demonstratur; quia cum Molendinum; de quo agitur non esset in bonis Caroli fideicommittentis, nisi pro medietate, pro alia verò esset in bonis Augustini eius ex Fratre nepotis, non poterat concedi immissio hæredibus Caroli, nisi pro medietate pro indiui-
3 so, † vnde sequitur iniustitia immissionis, & ratione excessus mandatum de immittendo in totum vitiatur cum clarum sit, quod excessus licet in modico propter indiuiduitatem vitiat totam exequutionem. *Put. decis. 223. numer. 2. lib. 1. Rota decis. 359. num. 8. par. 1. recent. Rom. consil. 450. num. 3. ad finem Castr. in l. si non sororem §. si certum num. 2. vbi Ias. num. 1. ff. de conditione indeb. Bar. cons. crim. num. 36. lib. 2.*

Quod autem d. Molendinum fuerit commune prædictis Carolo, & Augustino probatur tum ex laudo à d. Carolo emologato, in quo apparet assignatũ d. Molendinum tàm Carolo, quàm
4 Augustino † quod propterea valet etiam in vim pacti, & transactionis imò dicitur vera transactio nec potest impugnari, *glos. in l. 2. & ibi DD. C. communia vtriusque Iudicij Alex. consil. 72. n. 3. lib. 1. Paris. consil. 46. numer. 16. lib. 1.* & ita fuit resolutum *in Romana executionis laudi 26. Iunij 1613. coram bon. mem. Vbaldo.* Tum ex Instrumento diuisionis bonorum, in quo Carolus, & Augustinus diuidendo bona, reseruarunt pro indi-
5 uiso Molendinum, quod Instrumentum † probat contra successores Caroli diuidentis, & ab eo causam habentes, vt firmatum fuit contra eosdẽ *in Ariminen. fideicomm. 7. Maij 1632. coram R. P. D. meo Merlino.* Tum etiam ex instrumento locationis, & ex depositionibus Testium à Ricciardellis, & Giorginis inductorum, ex quorum
6 dictis probantur, † locatio fructuum, & affictuũ exactio, factæ per vtrumque ex quibus remanet probata possessio.

Neque censuerant DD. obstare, quod dd. Instrumenta laudi, & diuisionis non sint in forma probanti, quia cessat difficultas ex deductis in supradicta decis. R. P. D. mei Merlini, in qua fuit firmatum d. Instrumentum diuisionis visum
7 fuisse authenticum, & in forma † probanti cum appareret extractum ab Archiuista asserente se illud inuenisse inter rogitus Iacobi de Angelinis, Notarij prædefuncti in Archiuio Arimini, & cũ suo originali collationasse, quæ sufficere pro forma probanti fuit firmatum ex allegatis in dicta decis. Nec potest dubitari de effectuatione stan-
8 te emologatione laudi, & locatione facta à Carolo, & ab Augustino cum ex actione affictuum illaque comprobatur ex venditione facta, tam à Carolo, quàm ab Augustino de bonis in diuisione obuentis, & præcipuè de medietate dicti Molendini.

Neque visum fuit obstare Testes examinatos super possessione Caroli, quia subsistit responsio supradictæ decisionis, quod huiusmodi possessio intelligenda est iure familiaritatis, quia cum ex supradictis plenè constet Augustinum pro me-
9 dietate fuisse Dominum, † possessio Caroli quoad illam medietatem præsumi debet iure familiaritatis ad trad. *per moder. Rom. discept. 704. numer. 27.* quæ possessio iure familiaritatis non suffragatur ad effectum immissionis, & manutentionis.

Quod autem Molendinum, de quo agitur, tamquam de iure emphiteotico pertineret ad Giorginos, iure accrescendi cessat ex facto, quoniam in d. Instrumento diuisionis legitur no... Molendinum esse commune, inter Carolum, & Augustinum, & ideo cum isti sint primi acqui-
10 rentes vnusquisque † potuit ad libitum disponere de eius portione ex vulgatis.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 14. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Fedeiussor, cui releuatio indemnitatis fuerat à debitore promissa potest vigore Statuti Vrbis petere se ab eadem obligatione eximi etiam quod per modicum tempus in obligatione steterit, & hoc casu benè agit ad extinctionem census non obstantibus constitutionibus Summorum Pontificum illius perpetuitatem requirentium quia illæ veniunt intelligẽdæ respectu solius emptoris, non autem respectu tertij, qualis in hoc casu fideiussor dicitur, esto quod alias ob solidi obligationem ille à persona principalis debitoris non distinguatur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum obligatione camerali vallatum non admittit, nisi tres illas exceptiones, solutionis, nempe quietationis, & falsitatis.*
2 *Tertius potest agere ad extinctionem sortis principalis census, puta quia fideiussor.*
3 *Perpetuitas census à Summorum Pontif. constitutionibus ordinata, ex parte solius emptoris requiritur.*
4 *Fideiussor, qui diu stetit in obligatione potest vigore Statuti Vrbis petere sui exemptionem ab illa instando etiam pro extinctione census.*
5 *Solutione probata nullum debitum considerari potest.*
6 *Obligationis Cameralis effectus etiam ad hæredes transmittitur.*

7 Solu-

7 *Solutio quantumuis facta à tertio habet vim liberandi debitorem principalem.*
8 *Obligatio fideiussoris tanquam accessoria tollitur ex solutione etiam per tertium facta.*
9 *Libri Archiconfraternitatis probant solutionem etiam contra tertium, si sunt adminiculati.*
10 *Differentia nulla potest considerari inter principalem debitorem, & fideiussorem insolidum obligatum.*
11 *Solutiones præsumuntur factæ in executionem præcedentis contractus, & tractatus.*
12 *Decretum à quo non fuit appellatum in iudicatum transiuit.*
Acceptasse decretum dicitur dicitur pars, quæ in executionem illius soluit, num. 12.
13 *Solutio ob duplicem causam promissa cessare debet ad ratam causæ cessantis.*
Correspectiuorum ea est natura, vt vnum etiam pro rata alterius deficientis, deficiat, num. 13.
14 *Argumentum de toto ad partem quando concludat.*

Quæ supra adnotatur decisio in hac causa sub die 25. Iunij 1638. corã eodem Eminentiss. Verospio in ordine 72. ipsa hanc decisionem allegat.

DECISIO CCLXXVIII.

Dubitaui in hac causa an esset exequeñ mandatum, quod obtinuerat ab A. C. D. Marchio Antonius a Drago, cum eiusdem mandati executio translata fuisset per Signaturam commissa mihi causa ad instantiam DD. fratrum de Amolaria cum clausula, *si quid exequen.* In cuius Dubij resolutione visum fuit Dominis distinguendum esse credita duorum censuum, à quibus causabatur, & originem ducebat obligatio eorumdem de Amolaria, cuius vigore actum fuerat à d. Marchione, & respondendo ad Dubium, quod super executione eiusdem mandati hodie proposui, dixerunt nõ esse agen. de censu scutor. quingentorum, & illius fructibus, & reseruarunt vt videretur de altero, & secundo censu scutor. quadringentorum.

Cuius quidem resolutionis ea fuit ratio, quia licet egisset D. Marchio ex Instrumento, in quo anno 1605. & die 20. Iunij sibi promiserant tam dd. DD. fratres de Amolaria, quam D. Olimpia Gottifreda illorum mater soluere quotannis scut. centum, & hoc Instrumentum paratam haberet executionem, cum propter obligationem Cameralé, sub qua conceptum fuerat, nõ possent contra
1 illud opponi † nisi tres illæ exceptiones, quas numerat *Gales. part. 4. quæst. 1. Cassad. decis. 11. de mut. petit. num. 2. Cæs. de Gras. decis. 3. de solut. num. 14. Put. decis. 224. num. 6. lib. 3.* Ea tamen solutio fieri debebat pro fructibus, & redemptione sortis dd. duorum censuum, quos diuersis temporibus imposuerat Io: Baptista Gottifredus ad fauorem Christophori Cabreræ, & Gabrielis de Alleis, quia cum in eisdem censibus obligatus non esset ipse Marchio, & propter releuationem indemnitatis sibi in specie promissam à Gaspare de Amolaria, qui fuit Pater dd. fratrum, & coniux Olympiæ, egisset ad illorum extinctionem, (vt illi de iure licebat, dum non erat
2 eorumdem censuum emptor, † sed tertius ad tradita per *Moder. Perus. de Censib. part. 2. cap. 2 quæst. 3. art. 4. numer. 7. & par. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 1. num. 1.* quod procedit tam attenta dispositione constitutionum Summ. Pontificum Martini, Calisti, & Pij V. in quibus perpetuitas, quę
3 per easdẽ constitutiones requiritur, ex hoc † contractu solum consideratur ex parte ipsius emptoris, vt fuit dictum *in Romana annuæ responsionis 30. Octobris 1602. coram Iusto,* & tradunt ijdem *Modern. par. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 7.* quam inspecta dispositione Statuti Vrbis, ex quo conceditur fideiussori, etiam quod aliquo tempore non steterit in obligatione, vt petere possit se ab ea-
4 dem obligatione eximi † etiam petendo extinctionem census, super quo se obligauit, vt fuit resolutum *in Romana, seu Bononien. census 7. Maij 1601. coram Cordub. in Bononien. census 8. Decembris 1602. coram Ottembergo. & in Romana census 18. Iunij 1613. coram Cardinali Sacrato)* ea occasione facta postea fuerat anno 1605. hęc concordia, in qua se obligarunt ijdem Domini fratres soluere quotannis eam summam scutorum centum, quousque illa satis esse posset tam ad integram omnium fructuum solutionem, quam plenam satisfactionem emptorum etiam ex causa sortis: Ex his verò duobus censibus, cum primũ scutor. quingentorum, qui à Gottifredo venditus fuerat Cabreræ, redemissent ijdem fratres eodem anno 1621. die 20. Iunij solutis scutis quingentis in causa sortis Societati Sanctissimi Sacramẽti in Basilica Sancti Petri donatariæ eiusdem Cabreræ, non poterat respectu huius census concedi executio mandati relaxati per A. C. cum anno 1630. quo tempore relaxatum fuit idem mandatum, & de eius executione nunc agitur, cessasset omnis horum fratrum obligatio occasione dicti census, tam respectu sortis, cuius restitutio ostendebatur ex publico Instrumento, quam respectu fructuum, quorum solutiones probatæ fuerunt non solum ex relatione periti iudicialiter deputati ab A. C. in qua relatione anno 1620. idest per annum ante quam hic census redimeretur, declarauit idem Peritus solutiones factas à dd. fratribus ascendere ad scuta 1400. & creditum D. Marchionis eo tempore pro causa vtriusque huius census solum fuisse scut. centum, pro qua summa mandatum postea obtinuit ab eod. A. C. sed etiam quia hoc idem, vt ex causa prioris huius census Cabreræ satisfactum sibi esset, visus fuerat declarasse ipsemet Marchio ex alia apoca, quam fecit anno 1624. in ea enim apoca hæc duo confessus fuit, & quod solutiones ibi factæ in executionem concordiæ ascendebant ad somm. scut. 1500. atque ita declarauit soluta sibi fuisse ea scuta centum, quorum ex relatione Periti remanebat creditor, cum tempore d. relationis non fuissent soluta, nisi scut. 1400. & illud insuper declarauit se toto eo tempore, quo eandem declarationem faciebat non esse creditorem, nisi sc. 80. quibus sibi solutis consentiebat cassationi instrumenti concordiæ, in cuius executione habebat obligatos dd. fratres singulis annis pro ea summa scut. centum.

Ex hoc facto, quod inter partes non controuertebatur dependebat iam prima, quam altera pars huius resolutionis, etenim ex causa prioris cen-

census, cuius Dominus primum fuerat Cabrera, postea Societas Sanctiss. Sacramenti, quicquam
5 debitum esse non poterat, † probata integra solutione fructuum facta Marchioni, & sortis; quę etiam soluta fuit Societati, *l. nulla, C. de solut. l. item liberatur, ff. quib. mod. pign. vel hyp. solut. §. 1. instit. quibus mod. toll. oblig.*

Neque ex causa huius census dixerunt DD. obesse, quod non constaret de ea solutione scut. 540. quæ cum occasione suæ obligationis in Instrumento impositionis facta fuisset à Marchione pluribus vicibus Societati, eius causa idem dicebat se creditorem horum fructuum, tam ex prima obligatione, & indemnitate sibi promissa in eodem impositionis Instrumento à Gaspare de Amolaria, (cuius obligationis effectus trahebatur etiam ad ipsius Gasparis filios, & hære-
6 des, contra quos actum fuit, † cum id contineretur in formula ipsius obligationis, vt dicit *Gales. par. qu. 1*) quam ex altera, & peculiari obligatione eorumdem hæredum in secundo Instrumento Concordiæ anni 1605. Licet enim negarent ijdem hæredes probari, vt hæc summa fuerit soluta per ipsum Marchionem, cum potuisset soluit à Io. Baptista Gottifredo impositore, & principali debitore eiusdem census; Imò etiam quod à tertio facta esset eadem solutio
7 hanc † vim habere potuisset liberandi principalem debitorem, *l. soluen. ff. de negot. gest. l. nullo C. de solut. l. soluere, l. qui Deo §. si cum mibi, & ibi Bart. num. 2. ff. eod. tit.* & quod inde sequebatur tollere
8 etiam ipsius Marchionis † obligationem, quæ erat accessoria, *l. exceptiones, ff. de except. l. ex persona, ff. de fideiuss.* Cum tamen negari non posset veritas crediti Societatis eiusdem census Dominæ & debiti respectiuè ipsorum fratrum de Amolaria, qui etiam erant pro eodem censu obligati, hanc difficultatem non solum videbatur substulisse idem Gottifredus quatenus propria confessione declarauit, quod ij fructus à Marchione, non autem à se soluti fuissent, sed quod eædem solutiones factæ à se fuerint confirmauit Marchio; præterea ex partitis solutionum extractis ex libris eiusdem Societatis, quorum librorum fides visa est prodesse debere hoc casu eidem Marchioni, & probare veritatem earumdem solutionum in præiudicium ipsorum fratrum de
9 Amolaria, quamuis tertij dici possent, propter plura adminicula, quibus eædem solutiones confirmabantur, *vt in l. Instrumenta C. de probat*, & pluribus probat *Aym. de antiq. temp. §. vidimus num. 19. & 20. Rota decis. 813. num. 3. par. 1. diuers. & decis. 950. num. 4. par. 1. recent.* nam præterquam erat id conforme instrumento Concordiæ iuxta quam soluere debebat Marchio fructus huius census, & ita non solum erant eædem solutiones vero similes in ordine ad creditorem, cuius respectu propter obligationem solidi non
10 poterat constitui differentia † inter principalem debitorem, & fideiussorem, *l. non rectè tertio l. reos 23. C. de fideiuss. §. plures instit. eod. tit.* sed etiam in ordine ad ipsos fratres de Amolaria, cum in executione præcedentis Concordiæ, & tractatus præsumi deberent factæ à Marchione
11 eædem solutiones, sicut se in dicta concordia ad illas obligauerat, *l. 4. §. vnde quæri potest, ff. de manumiss. Bart. in l. qui in aliena, §. si is, qui putabat num. 1. & ibi etiam Castrens. num. 2. Ias. nu. 11. ff. de acquir. hæred. Surd. cons. 202. num. 16. Alciat. reg. 2. præsumpt. præsumptiones 24.* præterea nec videbatur, quod possent hodie post decretum anni 1620. & negare ijdem fratres hoc factum solutionis, & creditum Marchionis ex causa earumdem solutionum, quia cum emanasset idem decretum in executionem relationis Periti, in qua constituebatur Marchio in specie creditor huius summæ scut. 540. quæ hodie controuertitur transiuerat idem decretum in iudicatum, dum ab eo ipsi fra-
12 tres non appellarunt, † imò eidem decreto visi sunt etiam illi acquieuisse per solutionem postea factam scut. centum, quorum in eadem relatione constituebantur debitores.

Ex iam dictis reddebatur turbida prætensio respectu fructuum alterius census scutorum 400. super quo Domini noluerunt in hac disputatione quidquam firmare. Sublato enim Censu Cabreræ per redemptionem, quæ de eo facta fuit, non poterat pro hoc secundo, qui supererat, executionem habere mandatum, quod ab A. C. relaxatum fuit, nisi facta liquidatione fructuum, qui ex causa eiusdem census decurrerunt. Quia licet principaliter actum fuerit ex Instrumento Concordiæ anni 1605. in qua vtrumque hoc debitum simul consideratum fuit, & conuentum inter partes, vt fieret quotannis ea solutio scut. centum, ex qua solui deberent primò fructus eorum duorum cesuum quorum tempore eiusdem Instrumenti erant debitores ipsi fratres de Amolaria, & deinde quod supererat cõtrouerti in extinctionem sortis; tamen postquam alterius sors restituta fuit per eosdem fratres probabiliter dubitari poterat, an sicut ex parte cessarunt fructus, qui quotannis decurrebant, & extincta etiam fuit sors ex parte, ac respectu vnius Census; ita etiam cessare deberet pro rata eadem solutio, quæ ob
13 vtramque hanc causam promissa fuit, † prout esse naturam correspectiuorum dicitur *in l. etiam, §. ex causa, ff. de minoribus, & in l. filio §. matri, & alumnæ, §. Seia ff. de adimen. legat.* & tradit inter alios *Bald. in l. petens num. 49. C. de pact.* ar-
14 guendo de toto ad † partem: vt hoc argumentum admisit in his terminis. *Surd. cons. 431. num. 42. Tiraquell. de retract. lignag. §. 23. gloss. 1. num. 28.*

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Sacrę Rotę DECANO.

Romana Census.

Lunæ 4. Maij 1637.

ARGVMENTVM.

Obligatio minoris absque solemnitatibus est nulla nondum ex statuto Vrbis lib. 1. cap. 151. sed etiam de iure communi; nec ex longa obseruantia istius contractus potest induci ratificatio per minorem effectum maiorem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Obligatio est mater actionis.*
2 *Obligatio minoris non seruata solemnitate Statuti Vrbis cap. 151. lib. 1. est nulla non solum ex statuto, sed etiam de iure communi,*
3 *Obligatio nulla sicut sententia nalla non est exequenda.*
4 *Minoris obligatio ex contractu sine solemnitatibus substinetur in vim iuramenti.*
Fallit stante Statuto Vrbis, ibid.
5 *Ratificatio præsumitur ex obseruantia longæua fallit in ratificatione contractus ab initio inualidi, nu. 6.*

Allegatur hæc decisio ab alia decisione supra 81. cum ambo in eadem causa emanauerint, sicuti plures aliæ, quas ibi retuli concordantes.

DECISIO CCLXXIX.

Dubitatum fuit sub die 4. Iulij, & 10. Decemb. 1636 An mandata per A. C. relaxata contra bona hæreditaria Comitis Iulij Cæsaris Stellę essent exequenda, & affirmatiuè fuit responsum pro D. Ferrante Serrono Cessionario Darij Stanchæ eiusdem census, & fructuum decursorum per eumdem empti à Martio Iordano, cui tunc accesserunt Io: Baptista, & Iulius Cæsar fratres de Stellis. Cæterum reproducta obligatione dicti Iulij Cæsaris, in qua asserebatur eundem esse minorem 20. annis, nec solemnitates Statuti Vrbis cap. 151. lib. 1. adhibitæ fuerunt, ex integro dubitatum fuit, an mandatum esset relaxandum, & negatiuè fuit responsum.

1 Quoniam cessat obligatio, † quæ est mater actionis *l. licet, §. obligatio, ff. de Procur. Inst. de act. in princ.* dum fuit contractum cum minore 20. annis sine præsentia proximorum, deputationis Curatoris, & decreto Iudicis, prout Statutum prædictum requirit, ex cuius formæ omissione ne-
2 dum ita mandante Statuto, † sed ex iuris communis censura semper impeditur ortus obligationis, etiamsi defectus sit in minimò, *Bart. & alij in l. 1. ff. de liber. & Posth. Becc. consil. 12. num. 10. Roland. cons. 72. num. 64. Surd. cons. 124. nu. 5.*
3 Et sicut sententia, quæ est nulla, † ita obligatio non venit exequenda, *l. cum nulla la 4. §. condemnatum, ff. de re iud. Bart. in l. 1. C. de except. rei iud. Surd. cons. 62. num. 50. & seqq. & 99. num. 19. lib. 1. Seraph. decis. 425. num. 3. Caputaq; decis. 264. par. 2. & 114. par. 3.*

Non obstat iuramentum, quo vinculata repetitur obligatio Com. Iulij Cæsaris, quia, & si Auth. Sacramenta Puberum obliget minores abs-
4 que solemnitate contractus, † obstat tamen statutum præsumens iuramentum dolo, & metu extortum, & contractum inualidum propter nullitatem iuramenti ex dolo præsumpto causatum. *Caputaq; decis. 220. part. 3.* & idem fuit dictum *in Romana Dotis 10. Iunij 1636. coram D. meo Decano.*

Nec releuat, quod in eadem accessione Com. Iulij Cæsaris promiserit ratificationem, demum factus maior, quæ à lege non improbatur, & ex
5 obseruantia, † quæ in præsenti concurrit longæua solet præsumi *per l. fin. C. si quis maior fact. fuer.* Quia per temporis obseruantiam, & quadra-
6 genariam, † non inducitur ratificatio contractus ab initio inualidi, *Caputaq; decis. 1. par. 3.* & idem fuit firmatum *in Vrbeuetana Census 24. Ianuar. & 23. Iunij 1634. coram D. meo Motmanno.*

Et ità &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana fideicommissi de Cæsareis.

Lunæ 5. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

Dotis constitutio facta per matrem communi filiæ de bonis patris facta censetur, si illa bonorum paternorum administrationem habebat. Statutum de contractibus mulierum non habet locum, quoties de dote constituenda tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Retentio competit hæredi grauato ratione dotis, & lucri dotalis debiti à testatore fideicommittente.*
2 *Dictio, Vltrà, alia includit, & extendit expressa.*
3 *Dotis fructus ita veniunt in restitutione dotis mulieri faciendæ, sicuti ipsa dos principalis.*
4 *Statutum Vrbis de contractibus, sine certa solemnitate non valituris habebat locum in omnibus contractibus mulierum, & minorum.*
5 *Mater administratrix bonorum paternorum si dotem communi filiæ dederit, de bonis patris dedisse censetur.*
6 *Dotis constitutio continet causam pietatis.*
Dotis constitutio non admittit repetitionem, nisi aliter fuerit conuentum num. 6. & de ratione num. 7.
8 *Statutum prohibens mulierem contrahere sine certa solemnitate, non habet locum in constitutione dotis, & quando.*

Hæc decisio emanauit in eadem Causa Rom. Fideicom. de Cæsareis, quæ habetur supra decis. 86. vbi allegatur præsens decisio.

DECISIO CCLXXX.

Cum in præcedentibus huius causæ resolutionibus fuerit firmatum Domos, & Apothecas sitas in via Peregrini spectare ad hæreditatem Cæsaris, & consequenter suppositas fideicommisso ad fauorem Archangeli Mariæ, & aliorum fratrum de Archileis; illis petentibus immissionem Marcus ex persona Cleriæ filiæ d. Testatoris opponebat plura credita detrahenda, quibus discussis Rota respondit non esse dandam immissionem, nisi hæredi grauato fuerit prius satisfactum de creditis infrascriptis, quorum.

Primum est scutor. 3371. ratione dotis, quæ restituenda erat Sanctæ matri eiusdem Cleriæ, & quæ cum lucro dotali ascendit ad summam scutor. 4600. ex eo quod d. Cæsari eius viro superuixerit, cum enim hoc creditum sit reale, pro
1 illo hæredi grauato competit retentio † ratione Hypothecæ tàm legalis tacitæ, quam expressæ contentæ in Instrumento dotali. *Bart. in l. si filio famil. num. 7. ff. solut. matrim. Soccin. in l. debitori*

num.

num. 11. C. de pact. Menoch. conſ. 183. nu. 33. Surd. conſ. 7. num. 23. Rota deciſ. 267. num. 1. part. 1. recent. & fuit dictum *in Sabinen. ſeu Nullius hæreditat. s 27. Martij* 1620. *coram Eminentiſſimo Cardin. Pamphilio*.

Dotem autem cum lucro dotali aſcendere ad ſummam prædictam conſtat ex Inſtrumento dotis, ac ſubſequuta datione dd. domorum in ſolutum, quibus non contradicit eiuſdem mulieris declaratio emanata in alio Inſtrumento, quod velit vltra cenſum ſc. 380. poſſidere medietatem alterius domus ad bonum computum ſuæ dotis, ac donationis propter nuptias, quæ aſcendunt ad ſummam ſc. 2200. cum in Inſtrumento originali legantur verba hæc; aſcendit vltra ſummam ſc.
2 2200. quæ dictio, *vltra*, alia includit † & extendit expreſſa, *l. ſi ſic, & l. ſi tibi purè, ff. de legat. 3. Alberic. indiction. in addit. ad verb. vltra*.

Neque obſtat, quod Sancta de menſe Decembris anni 1589. declarauerit huiuſmodi dationem in ſolutum propter defectum ſolemnitatis ſtatutariæ circa interuentum eorum, qui erant filijs proximiores non habuiſſe effectum, ipſamq; Domos, & Apothecas ſitas in via Peregrini retinere in pignus dotale, vnde cum ſpatio ferè 30. annorum à morte Cæſaris eius Viri eas elocauerit, & inde perceperit fructus, & penſiones aſcendentes quolibet anno ad ſc. 250. adeoque ei fuerit ſatisfactum, quia obiectum tollitur eo ipſo, qood potuit illos percipere, & compenſa-
3 re cum inter vſurijs dotis † quæ ita debentur in illius reſtitutione ſicuti ipſa dos principalis, vt fuit dictum *in Sancti Seuerini dotis prima Iulij* 1630 *coram R. P. D. meo Pirouano, & in Romana dotis coram D. Queypo, quæ eſt deciſ. 383. inter impreſſ. par. 5. rec.* & ex eadem declaratione conſtat inter partes ita fuiſſe conuentum, vt Sanctæ petenti reſtitutionem ſuæ dotis, Domus in pignus conſignarentur ei, cum expreſſione, quod ipſa huiuſmodi fructus, ſeu penſiones percipere poſſet pro concurrenti quantitate fructuum reſidui dotis, quo ſtante viſum fuit ex huiuſmodi credito detrahenda eſſe ſcuta 380. ratione cenſuum, & ſc. 80. ratione medietatis domus quam ad computum dotis prædictæ eadem Sancta, vt ſupra ſe velle poſſidere declarauit.

Reliqua verò duo credita viſum fuit non deberi, quia quoad alterum, quod eſt ſcut. 300. proueniens ex contractu mutui, licet in eo Cæſar maritus medio iuramento, & ſub obligatione Camerali promiſerit dictas, pecunias ſibi numeratas, & mutuo traditas à Sancta eius vxore ſe reſtituturum, conſtante, vel ſoluto matrimonio; attamen, quia in huiuſmodi contractu non interuenerunt ſolemnitates requiſitę quominus debeatur huiuſmodi creditum efficit ſtatutum Vrbis de contractibus ſine certa ſolemnitate non
4 valituris, † quod habere locum in omnibus contractibus mulierum, & minorum, à Rota fuit ſæpiſſimè reſolutum, *vt in Romana relationis indemnitatis 22. Maij 1602. coram bo. me. Ortembergo, & in alijs allegat. per Addent. ad Gregor. XV. deciſ. 333. num. 1.*

Alterum deindè creditum, quod ſimiliter fuit oppoſitum eſt dotis ſcut. 1050. quam Sancta tempore nuptiarum dedit Prudentiæ alteri filiæ, & viſum fuit pariter nullam rationem huiuſmodi crediti habendam ſiue dotem ipſa mater conſtituerit nomine adminiſtratorio hæreditatis pa-
5 ternæ, † quia tunc cenſetur eam conſtituiſſe de bonis Patris. *Arg. tex. in l. Herennius, vbi Bart. nu. 5. ff. de neg. geſt. gloſſ. in l. vlt. in verb. paternum cum ibi not. per Bar. & Doct. l. de dot. promiſſ. l. vnic. §. accedit C. de rei vxor. act. l. cum poſt mortem §. 1. ff. de admin. tut. d. l. vlt. de dot. promiſſ. & l. cuius per errorem ff. de reg. iur.* Dotis enim conſtitutio continet
6 cauſam pietatis † quæ niſi aliter fuerit conuentum non admittit repetitionem *l. cum is §. ſi in ea opinione ff. de cond. indeb. Greg. Lop. par. 4. tit. 11. lib. 8. gloſſ. 1. Valaſc. conſult. 127. num. 11. & alij allegati per Fontanell. de pact. nup. clauſ. 5. gloſ. 3. par. 2. nu.* 0
7 quod ſpeciali fauore † dotis introductum eſſe Doctorum auctoritatibus probat. *Menoch. de arbit. caſu 88. num. 36. Card. Mantic. de ambig. lib. 12. tit. 11. num. 18.* quam dotationem non continetur ſub diſpoſitione ſtatuti prohibētis mulieres con-
8 trahere, ſeu donare † ſine certa ſolemnitate eo quod tempore matrimonij non verò poſt illud emanauerit ſimiliter probatur authoritate *Caputaq; deciſ. 3. par. 5. & Fabr. in conſ. 10. vol. 1.* quod eſt receptum à Rota, *vt in Romana liberationis 17. Iunij 1635. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*, & donationis præſumptionem comprobat diſpoſitio teſtamentaria eiuſdem Sanctæ, dum inſtituit Cleriam alteram filiam non dotatam vna cum filijs maſculis, & Prudentiæ iam dotatæ reliquit legatum ſcut. centum. Vnde apparet eam in partes æquales diuidere voluiſſe propriam hæreditatem, qua ratione Cleria, vel Marcus illius hæres cum partem ſuam habuerit hodie opponere non poteſt de credito dotis dictæ Prudentiæ.

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Bononien. Fideicommiſſi de Naſcentorijs.

Veneris 10. Decembris 1637.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe tertij venientis ad cauſam ſatis probatum dicitur vbi ille iuſtificat ſe habere qualitatem cognationis, & proximitatis ad ſucceſſionem, de qua agitur neceſſariam.*

2 *Probatio graduum diſtincta ad effectum ſucceſſionis, ex quibus reſultet.*

3 *Tertius, vt admittatur ad cauſam ſufficit, quod apparenter doceat de intereſſe.*

4 *Deciſiones emanatæ ad fauorem alicuius, & canonizatoriæ iurium illius non impediunt, quin tertius docendo etiam de aliquali intereſſe admitti non debeat ad cauſam, & quare, &c.*

Allegatur præſens deciſio ſupra in deciſione 98. quę in eadem cauſa emanauit.

DE-

DECISIO CCLXXXI.

Pendente coram me causa appellationis à sententia absolutoria monialium sororum Pyrrhi videlicet hæredis grauati ab imperitis Alexandri Cessionarij Camilii proximioris agnati Rota censuit huiusmodi sententiam esse iniustam, quia visum fuit constare de fideicommisso purificato ad fauorem d. Camilli vti filij proximioris agnati eiusdem Pyrrhi vltimi defuncti, & consequenter vocati in testamento q. Equitis Io: Raynerij de Nascentorijs siquidem eques prædictus primo loco instituit suos filios masculos, & deinde illis deficientibus primogenitum ex filia, siue filiabus suis ordine successiuo, filiabus verò huiusmodi non extantibus primogenitum masculum ex naturalibus legitimatis, seu legitimandis, quibus etiam non extantibus instituit filium, quem ipse adoptasset, seu arrogasset, & tandem his omnibus deficientibus instituit Alexandrum ex Aemilio de Blanchis, & Constantia ipsius testatoris filia nepotem primò natum, si superuixisset, & successiuè secundo, & tertio natos, quibus etiam deficientibus instituit filium masculum primogenitum ex aliqua filiarum d. Aemilij tunc superstitem ac demum non extante linea masculorum, & fœminarum Aemilij instituit filium masculum primogenitum superstitem proximioris cognati ipsius testatoris; Vnde estincta per obitum Pirri linea masculorum, & fœminarum Aemilij Camillus Actor, qui supra inferebat se vocatum vti filium Io: Pauli de Blanchis, qui fuit abnepos Nicolai, & sic in pari gradu, in quo fuerat prædictus Aemilius, vt in decis. extensa sub die 14. Decembris anni præteriti.

Verùm concessa audientia super iisdem propter superuenientiam Comitis Ioann. Thadei de Blanchis asserẽtis se filium proximioris agnati eiusdem Pirrhi præsentata mihi fuit commissio admissionis ad hanc causam pro parte D. Angeli de Manzis similiter asserentis se esse filium proximioris cognati testatoris cum clausula constito de interesse, & proposito desuper dubio DD. censuerunt ad hunc effectum satis constare
1 de interesse d. D. Angeli, † quia ipse probat se habere qualitatem cognationis, & proximitatis in supradicto testamento requisitam ad effectum capiendi hæreditatem, de qua agitur. Docet enim se fuisse nepotem Hieronymæ, quæ fuit neptis Raynerij testatoris, & sic eiusdem testatoris consubrina, vnde sequitur, quod Galeatius filius Hieronymæ ex Ioanne de Mansis, & successiuè ipse Angelus eius filius sit proximior cognatus d. Ioannis Rainerij Testatoris, vt infra.

Probat namque se esse filium primogenitum Galeatij per attestationem de susceptione sacri Baptismatis, præterea exhibet testamentum Iohannis, in quo idem Galeatius, & alij eius fratres fuerunt instituti, & cum eo concurrit Laudum occasione diuisionis bonorum latum inter ipsos, vt fratres d. Ioannis filius, quod viro Ioanni nupserit d. Hieronymia constat ex instrumento dotis, quã persoluit Catharina eius mater, quę fuit vxor Floriani de Nascentorijs, ex cuius cõnubio susceperat ipsam Hieronymam idq; confirmatum alio instrumento deputationis Curatoris dati eidem Hieronymæ ad effectum absoluendi prædictam eius matrẽ ab administratione bonorum Floriani patris similiter ex instrumento quietantię factę per d. Florianum ad computum dotis Catharinæ constat ipsum fuisse maritum d. Catharinæ.

Quod autem Florianus fuerit filius Rainerij, & frater Nascentorij, à quò genitus est testator constat ex instrumento donationis de quadam summa pecuniarum facta per ipsum Nascentorem d. Floriano vti eius fratri, ac filio Rainerij, quod denique Nascentorij proximè dicti vti filius fuerit eques Ioannes Rainerius testator constat ex eodem testamento, in quo enunciauit se filium Nascentorij.

Ex quibus resultat probatio graduum adeo di-
2 stincta, † vt de interesse d. Angeli dubitari non possit, cum ad effectum, vt tertius admittatur
3 sufficiat † apparenter docere de interesse *cap. veniens il 2. & ibi Innoc. de testib. Dec. in l. fin. nu. 16. C. de edict. diu. Adr. toll. Bsignett. decis. 1. de rescript.* & non obstat d. decisio emanata ad fauorem Camilli, quia si iura ex parte d. Angeli producta
4 conferent ad iustitiam causæ reuocabitur † alias, non, quod Rota perpetuo seruat iuxta *decis. 8. de iudic. in antiq.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. VEROSPIO.
Postea S. R. E. CARDINALI.

Pampilonen. Decimarum.

Lunæ 13. Ianuarij 1637.

ARGVMENTVM.

Actorum, & processus integritatem ad probandam, quæ requirantur vbi prætenditur omissio aliquarum scripturarum. Acta vnius iudicij possint ne per iudicem cum actis alterius causę accumulari, vt in illa faciant fidem.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua actorum, vt dicatur probata quid continere debeat.*
2 *Processus antiquus, si de ordine Iudicis fuerit cum nouo processu coaceruatus, & cumulatus dicitur effectus de actis eiusdem causæ perinde, ac si vnus tantum processus esset.*
3 *Acta vnius iudicij nullam faciunt probationem, aut fidem in iudicio diuerso, quamuis agatur inter easdem personas.*
4 *Obseruantia à partibus subsequuta declarat Iudicis decretum, quando aliquam in se dubitationem continet.*
5 *Iudicis voluntas satis aperta dicitur, quæ ex ipsius sententiæ, vel decreti verbis manifesta resultat.*
6 *Scripturæ, vt fiant de actis requiritur productio realis facta ab vna ex partibus cum citatione alterius.*
7 *Omissio scripturarum, quæ non sunt de actis non impedit quin processus dicatur integer.*
6 *Decreto ad fauorem alicuius emanato renunciatum dicitur, si non constat de intimatione aduersario facta.*
9 *Actorum integritas manifestè resultat ex inspectione processus, ex quo clare probatur veritas in hac materia.*

Deci-

Decisio ista, cum duabus alijs, quæ immedietatè sequuntur omnes emanarunt in eadem causa Pampilonen̄ Decimarum, quæ habetur supra decis. 99.

DECISIO CCLXXXII.

QVæsitum fuit in dubio, quod hodie proposui super integritate processus, qui ex parte Rectoris Oppidi de Verastegui productus fuerat occasione appellationis ab eo interpositæ à sententia Ordinarij Pampilonen̄, & cum de integritate eiusdem processus dubitatum fuisset in alia disputatione, quæ habita fuit in hac causa sub die 23. Iunij 1634. DD. inhærendo fundamentis decisionis tunc factæ responderunt constare de integritate d. processus, cum visa fuissent tolli omnia, quæ in hac dispositione deducebantur pro parte Francisci de Verastegui, in cuius fauorem pronunciauit Ordinarius Pampilonen̄ ex his, quæ in eadem decisione considerata fuerunt, quia scilicet, vel non iustificabatur, quod aliquid ex eo processu deficeret, vel non pertinerent ad eundem processum acta, quæ dicebantur in illo deesse.

Et quod attinet ad deficientiam ex duobus illa deducebatur in superiori disputatione, & primum vitium eiusdem processus dicebatur consistere, ex omissione foliorum 23. quæ deficiebant in illius principio, alterum ex omissione foliorum 57. quæ pariter dicebantur desiderari post fol. 1806. Verum in hac dispositione reperiebantur sola folia 57. neque impugnabatur responsio data in decisione, quod folia 23. suppleta fuerint in fine eiusdem processus; Quod autem neque deficerent posteriora folia 57. probari hodie visum fuit ex serie continuata actorum, quæ à fol. 1806. à quo dicebatur incipere hic error, sequebatur post fol. 1863. quia licet id folium inspecta inscriptione, & quantitate numerorum non cohæreat fol. 1806. illi tamen coniugebantur ordinatione scripturæ. Nam acta, quæ registrata erant in ijs folijs continebant instantiam factam nomine Rectoris pro obtinendis literis compulsorialibus, & executionem dd. literarum, ante verò folium 1806. hæc acta descripta erant.

Primò petitio facta sub die 10. Iunij 1611. nomine eiusdem Rectoris, & incolarum oppidi de Verastegui coram Prouisore Pampilonen̄ pro obtinenda compulsoria ad effectum extrahendi nonnullas scripruras à Regia Cancellaria Vallisoleti. Secundo concessio eiusdem Compulsoriæ, quæ fuit relaxata sub die 13. eiusdem mensis Iunij cum decreto, quod citaretur Franciseus, cum verò ille reperiri non posset fuit eiusdem vxori intimatum sub die 11. eiusdem mensis, & hæc acta apparent continuata à fol. vsque ad dictum fol. 1806. & post idem fol. & inter cætera, quæ immediatè sequebantur nimirum in folio 1803. legebatur productio compulsoriæ in Regia Cancellaria Vallisoletana. Vnde inspecta qualitate actorum, ac temporis, quo d. acta confecta fuere visum fuit concludenter probari negatiuā, quod nihil in dicto processu prætermissum fuisset, dum

1 ea negatiua erat ita restricta, tam à tempore, quo fuerunt eadem acta continuata, quàm ex ratione, quæ concludebat, quod alia acta fieri non potuerint ex deductis *per Glos. in l. optimam C. de contrahend. & commit. stipulat. not. DD. in l. in illa ff. de verb. oblig. & in l. actor. C. de probat. vbi Cyn. nu. 6. Angel. num. 2. Bald. num. 14. Hercul. in tract. de prob. negat. num.* 260. Ex his verò confirmabatur responsio data in decisione, quod procedere potuerit ex errore in ineunda ratione numerorum, vt post fol. signatum num. 1806. sequens fol. notatum fuerit num. 1863. & cum id factum fuerit, vel quia transcribendæ ibi essent executoriales Rectoris, quæ inter vtrumque hoc fol. consutæ erant, ex quibus verò verisimiliter impleri potuisset spatium, quod occupassent fol. 57. quæ deficiebant, & in quibus dicebatur consistere error, quamuis ille probari debuisset, aliter quàm in sola inspectione numerorum.

Ex altero capite controuertebatur integritas huius processus propter deficientiam plurium actorum, quæ dicebant esse pars eiusdem, quamuis reperirentur in processu antiquo alterius causæ, quia cum ex decreto Iudicis idem processus fuerit cumulatus cum processu huius causæ, totus ille processus dicebatur esse effectus de actis eiusdem causæ, † perindè ac si fuisset vnus, & idem
2
processus, vt colligitur *ex tex. cum gloss. in cap. cum singula de præben. lib. 6. & in cap. quanto de Iudicijs per not. Bart. in l. Lutius 46. §. Paulus ff. de admin. & per tutor. & voluit in his terminis Rota dec. 607. num. 4. par. 3. lib. 3. diuers.* Sed huic exceptionis satisfactum fuit etiam in decis. præterita, quod scilicet non probabatur ea cumulatio, qua exclusa non poterant acta alterius causæ, aut instantiæ diuersæ dici acta huius causæ sicuti hic effectus ex ea sola causa haberi potuisset, dum acta vnius Iudicij non possent aliquam fidem, aut probationem facere in iudicio diuerso, † quamuis inter easdem
3
personas diuersumque iudicium ageretur iuxta *Doctr. Bart. in l. naturaliter §. nihil commune nu. 32. ff. de acquiren. possess. quam sequunt. ibi Iason. n. 151. Rip. num. 175. Alex. in l. 2. in fin. in vlt. notabil. C. de edend. & cons. 85. num. 5. lib. 1. Cardin. Seraph. decis. 376. num.* 2. Et considerarunt DD. in decisione huius dubij primo formam ipsius decreti, deinde quid post idem decretum apparebat seruatum fuisse inter partes, ex qua obseruantia declarari etiam poterat idem decretum, quando aliquam dubitationem † in se contineret, *vt notatur in*
4
cap. cum dilectus de consuetud. & in cap. cum venissent, 20. de Instit. & ibi Butr. num. 27. & 28. Imol. num. 194. & 265. Abb. cons. 9. num. 3. lib. 2. Rota decis. nu. 1. par. 2. recent. licet enim in eo decreto mandauerit Iudex fieri accumulationem, quam petebant Incolæ Oppidi de Verastegui processus antiqui facti in simili causa decimarum cum processu causæ, quæ corā eo tractabatur, aliud tamen apparebat intellexisse ipsum Iudicem nomine huius accumulationis, quā vt ille processus deberet trāsire in actus huius causæ, vt probant nerba huius decreti, quia in eo dicebatur, vt idem processus, qui accumulari debebat detineretur sub bona custodia, & conseruaretur per Secretarium, qui dare teneretur vtrique parti copiam, quam voluissent actorum in eo existentium, & demum vt derentur scripturæ, autprobationes originales

les, quas altera ex partibus voluisset, quæ deindè restituerentur relictis copijs earumdem scripturarum, aut probationum in actis, ex quibus verbis visum fuit plenè probari quis esse deberet effectus eius accumulationis, adeout non posset amplius
5 dubitari de voluntate Iudicis, quæ † ita ex eisdē verbis declarabatur, vt considerat *Bald. in l. general. num. 3. C. de non num. pec. & in l. ad cognoscendos num. 1. & probat. text. in l. labeo §. id iubere ff. de supell. leg. & in l. fulcinius §. quid si autem, vbi gloss. in verbo animus ff. quibus ex causis in poss. eat. Rota decis. 130. num. 3. par. 1. recent.* & hæc omnia clariora postea reddita fuere ex obseruantia, quia cum non potuisset idem decretum ex se id operari, vt processus efficeret de actis, sed vlterius requireretur realis productio facta ab vna ex partibus cum citatione alterius *iuxt. opin. Bart. in extrauag* ad reprimendum, non solum non aderat hæc
6 citatio, aut productio totius processus, quinimo constabat de productione facta à Rectore aliorū iurium, quæ in eodem processu continebantur, & ita ea productio conformis erat verbis eiusdē decreti, in quibus mandabatur, vt ea accumulatio fieri deberet ad eum solum effectum, vt posset vtraque pars vti iuribus, quibus ex eodem processu opus haberet; Vnde ex illorum descrip-
7 tione, aut omissione † non poterat obijci aliquis defectus nouo processui, qui fuit productus à Rectore in hac causa appellationis, quæ hodie pendet, vt fuit decisum in vna Bononien bonorum emphyteuticorum 24. Ianuarij 1600. coram Pænia, & in Pampipolen. Decimarum de Carrique 4. Decembris 1602. & in Mediolaneñ Decimarum 27. Maij 1616. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & poterat etiam considerari, quod d. decretum de accumulando vtrumque processum fuit obtentum à Rectore, qui potuit eo non vti, & de illius non vsu apparebat, tum ex repetitione dd. Iurium per eum facta ab antiquo processu, tum quia non constabat, quod dictum decretum
8 fuerit vnquam, † parti intimatum, ex quibus etiam argui poterat, quod illi renunciatum fuisset argumento eorum, quæ post *gloss. in l. 2. C. de decur. lib. 11. not. Bald. in l. eos, §. Apostolos C. de appell. & in l. 1. num. 7. C. de sent. ex breui recitan. quos refert Felin. cap. 1. de constit. nu. 52.*

Adducebatur etiam deficientia aliarum scripturarum, quæ cum ex antiquo processu productæ fuissent in hac causa, tamen dicebant non reperiri in nouo processu, vt declarauit Procurator Francisci coram Vicario Pampiloneñ dum coram eo institit pro productione dd. scripturarum. Verum eæ omnes scripturæ, quæ continebantur in dicta petitione Procuratoris ostensæ fuerunt esse in processu transumptato, nam articuli, responsiones, aliæque probationes, quæ primo petitæ fuerunt coram Vicario, & dicebatur factæ inter Io. Martinez, qui fuit auus Francisci, & Rector tunc temporis ex causa litis motæ occasione earumdē decimarum, quæ hodie petiuntur ex Francisco legebantur registratæ in processu transumptato à fol. 3481. vsque ad fol. 3524. Copia verò prouisionis Regiæ Cancellariæ Vallisoletanæ ad effectū, vt tres ex Incolis Oppidi de Verastegui iurare possent de calumnia cum mandato procuræ vniuersitatis pro eodem iuramento præstando, & interrogatorijs datis pro parte Martinez, de quibus secundo loco fiebat mentio in ea petitione procuratoris, erant in eodem processu à fol. 3527. vsque ad 3579. & demum à fol. 3171. vsque ad fol. 3272. & reperiebantur acta facta inter eumdem Rectorem, & Ioannem Auum Francisci super præheminentijs, quas Ioannes dicebat sibi debitas in Ecclesia de Verastegui, & hæc acta pariter petita fuerunt coram Vicario Pampiloneñ. Vnde omnia, quæ propter deficientiam eorumdem actorum dicebantur deesse ex processu transumptato tollebantur ex inspectione eiusdem
9 † processus, ex quo verè haberi poterat veritas huius facti *arg. text. in l. si verò §. 1 ff. qui satisd. cogan. & in l. emptorem, & not. vtrobique glos. & Bart. ff. de act. emp. Innoc. in cap. proposuisti de prob. Castrens. cons. 81. nu. 3. lib. 2.*

Et ità vtraque, &c.

R.P.D. HIERONYMO VEROSPIO.

Postea S.R.E. Cardinali.

Pampiloneñ Decimarum.

Lunæ 8. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

Immomorabilis super possessione decimarum quomodo probetur per testes. Ex quibus sustineantur dicta testium probantium famam per visum, & per verbum, fuit: & an dicentes, quod multoties viderint solui decimas, dicantur probare, & concludere requisitum 40. annorum, cum dictio, *multoties* in duobus, aut tribus vicibus possit verificari.

SVMMARIVM.

1 *Possessio immemorabilis super perceptione decimarum quomodo probetur per testes, & quomodo deponere debeant, & per tot. dec.*
2 *Dictio*, multoties, *potest in duobus, aut tribus vicibus verificari.*
Testis deponens super possessione immemorabili in perceptione decimarum an dicatur concludere per spatium 40. annorum si reddat rationem, quod multoties fuerit præsens nu. 2. & num. 3. & 4.
3 *Depositio testis dubia non probant, vide num. 6.*
5 *Testes singulares probant possessionem continuam perceptionis decimarum, scilicet si vnus deponat de frumento, alius de altero genere frugis.*
6 *Depositio testes ambigua debet declarari secundum depositionem eiusdem testis expressam, & claram.*
7 *Testes super possessione immemorabili debent deponere, quod non solum illi, sed quod etiam eorum maiores nihil in contrarium audiuerunt.*
Contra num. 8.
9 *Fama non visu, sed solum auditu potest probari.*
Contra nu. 12.
10 *Fama debet habere ortum à maiori parte populi.*
Testes deponentes de fama reddendo rationem, quod audiuerunt à pluribus personis fide dignis non probant famam cum ista debeat habere ortum à maiori parte populi num. 10.

Fallit si subiungant, quod publice, & notorie audiuerint cum publice idem sit, quod à maiori parte populi. num. 13.

11 *Testes super immemorabili deponentes de fama per verbum, fuit, non probant cum debeat etiam de tempore præsenti vigere.*

Fallit quando ex eorum tota depositione colligi potest quod illi vtrumque tempus, & præteritum, & præsens complexi fuere. num. 14.

14 *Testium dicta sunt coadiuuanda, & benigna interpretatione intelligenda non calumnianda.*

15 *Testes super immemorabili dicentes numquam audiuisse contrarium non dicuntur mendaces si probentur contrarietates, quia illis potuerunt non esse notæ.*

Præscriptio non interrumpitur per motum litis, quando eam mouens succumbit num. 15. in fine.

Concordat cum antecedenti, & sequenti decisione.

DECISIO CCLXXXIII.

Confirmatum Domini decisionem factam in hac causa in qua dictum fuit, vt ex pluribus testibus, qui fuerunt in ea examinati, tres in eorum depositione probent possessionem immemorabilē cum fama priuilegij Apostolici ad fauorem authorum Garziç super per perceptione decimarum intram fines Ecclesiæ Parochialis omissis exceptionibus, quæ contra depositiones eorumdem testium afferebantur, quas ad aliam disputationē reseruarunt, & examinatis iterum ijs depositionibus visum fuit ex illis probari eundem possessionem, cum continerent omnia, quæ requiritur
1 ad effectum huius † probationibus quod scilicet ipsi testes, semper viderunt, & audiuerunt, ita esse, & quod idem audiuerant, & quod tàm ipsi, quàm eorum maiores numquam viderunt, aut audiuerunt contrarium, sed quod semper hæc fuit, prout etiam erat de tempore eorum depositionis communis omnium opinio, quæ omnia recensentur *per gloss. cap. 1. de præscript. lib. 6.* & singillatim considerata fuerunt in decisione præterita.

Etenim impugnabatur depositio primi testis, qui erat sextus in ordine examinis, & prima exceptio, quæ contra eam afferebatur, quod illa non concludenter per spatium annorum 40. quia licet hic testis assereret id in tota sua depositione tamen ratio, qua vtebatur, quod multoties interfuerat solutioni earum decimarum, restringere videbatur eius dictum, cum dictio illa multoties
2 posset † verificari in duabus, aut tribus vicibus, quibus ille præsens fuit dum eædem decimæ traditæ fuerunt *ex trad. per Bart. in l. 1. §. hoc rescriptum ff. ad Senat. consult. Sillan.* & notant DD. *in l. licet Imperator ff. de leg. 1.* vbi *idem Bart. num. 1. Ias. num. 9. Alex. num. 8. & in l. Imperator num. 11. ff. ad Sen. cons. Trebell.* vel saltem negari non poterat
3 quin esset eadem dictio ambigua; † vndè ex ea reddebatur dubia eadem depositio, quæ ex hoc etiam nihil probari poterat *ex not. in cap. in præsenti de probat. vbi Felin. nu. 14. Angel. in l. postquam nu. 2. ff. de pet. hæred. tradit. Speculator in tit. de testib. §. 1. nu. 50. Bald. cons. 394. nu. 11. lib. 2.*

Verum huic exceptioni visum fuit satisfieri posse considerata, & perspecta integra ea deposi-
4 tione, † quia in ea dicebat hic testis, quod ipse viderat per spatium annorum 60. & vltra ac toto tempore vitæ suæ solui has decimas authoribus Gatziæ, & quod hoc sciebat, & viderat, cum multoties præsens fuisset quando eæ decimæ solutæ fuerunt, quæ dictio non poterat referri ad tempus, sed solum ad actus earum solutionum, neque enim opus erat, quod testis vidisset eos omnes actus, sed satis erat, quod præsens fuisset aliquibus, quia cum ageretur de probatione pos-
5 sessionis continuæ † poterant in hoc testes esse singulares, itaut vnus deponeret de solutione frumenti, alter de solutione facta alterius generis frugis, vt voluit *Speculator tit. de test. in §. o. n. 13. Innocent. in cap. qualiter num. 2. de accusat;* & ibi etiã *Ioan. Andr. num. 11. colum. 2. Gemin. cons. 117. n. 2.* & tradit *Gabr. de test. concl. 2. num. 33. & 34.* vbi alios refert *Monet. de decimis cap. 5. quæst. 4. nu. 79.*

Præterea quando etiam ex dictis referri deberet ad tempus tamen cum illa esset ambigua declarari debebat secundum depositionem expressam
6 eiusdem testis, quia † tam ante eam rationem, quam attulit pro causa suæ scientiæ, quod multoties id viderit, quam etiam postea idem repetijt, quod scilicet idem viderat fieri eas solutiones toto vitæ suæ tempore, & ita ea depositio licet in alia parte ambigua tamen recipere poterat interpretationem ex hac posteriori, quam magis expressa, & clarè id continebat, vt tradit *Bart. in l. labeo num. 8. ff. de suppellectili leg. & cum sequuti fuerunt Imola in cap. cum tu in fine de test. b. Butr. n. 4. col. 2. & Felin. nu. 12.*

Secundo opponebatur contra eumdem testem, quod dum ille deponebat se id audiuisse à suis maioribus, non dicebat eos dixisse, quod nihil illi in contrarium viderunt, aut audiuerunt, quæ qualitas dicebatur esse necessaria non solum respectu propriæ scientiæ, quam ipsi testes afferre debebant pro causæ suæ depositionis, sed in
7 scientia suorum Maiorum, vt vita fuit tenuisset *Rota coram Verallo decis. 71. par. 2. & coram Card. Seraph. in vna Pacen. Decimarum inter impress. decis. 1102. num. 4* Sed non visum fuit DD. ex omissione huius qualitatis reddi posse nullam depositionem huius testis cum ea negatiua respectu scientiæ maiorum non appareret requisita inter alia, quæ referuntur *per gloss.* tamquam necessaria, vt constare debeat de probatione immemorabilis. Imò neque in ea legeretur, quod testis deponere deberet, quod sui maiores id ab alijs maioribus audiuerint, vnde hanc qualitatem respectu auditus maiorum, vt scilicet idem illi audiuerint à
8 suis maioribus † non esse necessariam tenuit *Rota in vna Conchen. decimarum 15. Martij 1630. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Corduben. decimarum de Lucena 15. Iunij 1635. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & illa colligi solum ex mente glossæ non autem in ea lege expressum tradit *Couar. in reg. possessor §. 3. num. 7.*

Opponebatur tertio contra primum testem, & vltimum, qui erat octauus secundum ordinem examinis, quod deficere videtur in probatione famæ, quæ exceptio pluribus modis deducebatur. Primò enim dicebatur, quod ille de ea deponebat per sensum visus, ex quo non poterat dici pro-

9 probata eadem fama † tamquam idem sensus esset minus aptus ad illius declarationem, quæ solum auditu videbatur percipi posse, vt voluit *Bald. in l. solum num. 16. C. de test. in cap. cum causam num.33.eod.lib.* vbi sequutus fuit auctoritatem Innocentij *super eod. cap. Specul. in tit. de test. §.7. numer. 15.* Secundo dicebatur, quod ijdem testes illam deducebant ex auditu à pluribus personis
10 fide dignis, † quod neque videbatur satis esse ad illius probationem cum ortum habere deberet à maiori parte Populi, vt voluit *Bart. in l. de minore §. plurium num. 13. ff. de quæst. Dec. in c. 1 num. 3. de appellat, & in cap. veniens num 36. de test. Corn. cons. 232. num. 14. lib. 2.* qui loquitur in his terminis de teste, qui dixerit se audiuisse à multis personis fide dignis, *Rolan consil. 54. n. 20. lib. 1.* Tertiò demum dicebatur, quod testes in eorum depositione solum vtebantur verbo, fuit, quod tamquam præteriti poterat ostendere, quod vigeret etiam ea fama de tempore eorum depositio-
11 nis † vnde illa videbatur esse interrupta, non autem constans, & perpetua qualis requirebatur, vt dici posset constare de ea possessione immemorabili, vt tradit *Bald. in l. conuenticulam num. 8. C. de Episc. & Cleric. & in cons. 77. num. 6. lib. 3. Rota coram Greg. decis. 455. num. 6. & in decis. 167. nu. 424. par. 1. rec.* & vtrumque tempus complexus fuit *glos.* inter ea, quæ dixit esse necessaria ad effectum huius probationis.

Sed ad primam exceptionem responsum fuit quod illa tollebatur ex secunda, in qua apparebat, quod præter sensum visus afferebatur etiam sensus auditus ab probationem eiusdem famæ, vt faciebat tam sextus testis super 4. articulo, quàm 8. super tertiò, & licet 8. testis eodem articulo vteretur etiam sensu visus tamen ratio petita ex eodem sensu non poterat dici omninò
12 inepta ad eiusdem famæ probationem, † cum idem sensus propter eius generalitatem rectè afferatur pro causa etiam aliarum rerum, quæ propriè sunt obiecta aliorum sensuum, vt fuit sententia *glos. in cap. testes 3. quæst.* & notant DD. *in C. causam de testibus, & ibi Abb. num. 8. Felin. n. 5. & tradit Bart. in tract. de test. num. 26.* vbi quod rectè loquitur testis si dixerit se vidisse vinum dulce, siue rem aliquam leuem, & aspersam aut alia, quæ sint obiecta aliquorum ex ijs sensibus, nempè gustatus, aut tactus. Imo ex quo notitia eius famæ poterat percipi non solum auditu, sed etiam visu cum potuisset videri homines inter se publicè super ea colloquentes poterat congruè assignari hæc ratio ducta ex eodem sensu omissa altera auditus, vt voluit *Felin. in d. cap. cum causam sub eodem num. 5. vol. 2. in vers. & ideo,* & ante eum tenuit *Bald. in l. solum numer. 11. C. de test.* ita declarans opinionem, quam generaliter ibi firmauit, vt ratio testis debeat esse proportionata sensu, super quo deponit, & ita *in l. testium numer. 13. C. eod. tit.* & ibi etiam hoc tenuit *Cinus num. 7. in fin. Iacob. à S. Georg. in l. si arbiter. num. 14. ff. de probat.* qui omne loquuntur in teste, qui præsens fuerit alicui stipulationi, & de ea deponat per solum sensum visus.

Ad secundam exceptionem responsum fuit, quod licet idem octauius testis, referendo super eo articulo, à quibus id audiuerat, assereret se id audiuisse à multis, & etiam personis fide dignis tamen non ideò illius probatio dici poterat diminuta siue inferetur cæteris, cum ille etiam
13 diceret, † sed id audiuisse dici publicè, & notoriè, quod satis erat ad famæ probationem, cum idē sit publicè dici quod à maiori parte populi, vt tenuit *Bald. in cap. prætera numer. 10 de testibus*, quem secuta fuit *Rot. apud Cassad. decis. 3. num. 7. de probat.* reiecta contraria opinione *Bart. in l. de min. §. plurium ff. de quæst. & coram Verallo decis. par. 2.* & eā secuta fuit etiam in alijs causis, *vt in dec. 702. num. 5. par. 1. rec.* in qua aliæ referuntur *& in decis. 273. coram Greg. vbi add.* alia cumulant, & hanc opinionem contra *Bart.* tenuit *Salic. in l. ea quidem num. 10. C. de accusat.* vbi illam probat pluribus argumentis *Cast. in l. 1. §. in filio familias, ff. ad Senat. consultum Maced. Dec. cons. 272. n. 4.* & aliquos refert *Farinac. de test. q. 37. n. 258.*

Ad vltimam verò exceptionem respōsum fuit
14 quod satis erat, vt colligeretur ex tota depositione eorundem testium, vt illi vtrumq; tempus complexi fuerint nempè præsens, siue de tempore litis, & præteritum antequam eadem lis, moueretur cum testium dicta sint coadiuuanda, & benigna, atq; æqua interpretatione substringenda, non autem calumnianda, & probat *text. in cap. cum tu de test.* & in terminis probationis famæ voluit *Bald. in l. de quibus n. 135. ff. de. leg. Rot. apud Cassad. dec. 3. nu. 5. de probat.* & in terminis de quibus testis in ea deposuerit per solum verbum *est*, volui *Rota in Vna Toletana Portionis coram Rubeo de anno 1563.* quam refert *Gonzal. ad reg. 8. in anot. contra nullitates n. 94. Masch. de prob concl. 749. nu. 11.* Adeout satis sit, ex eius dicto appareat, quod ille non se restrinxerit ad tempus post litem notam, vt eius depositio intelligi possit etiam de tempore antequam ea lis cœperit, quod videtur continere casum magis dubitabilem cum facilius dubitari possit de fama ante ipsam litem, quam ea durante, imò illa sola videtur esse necessaria, vt probatio super ea dici posset concludens cum non possit haberi ratio alterius quæ vigeret tempore litis tanquam ea, quæ potuisset ab eadem lite procedere, vt notant *DD. in cap. licet ex quadam de test. & ibi Abb. num. 3. Anchar. num. 5.* & tenuit *Rot. coram Verall. dec. 9. & dec. 413. par. 2.*

Adducta fuit altera obiectio, quę respicere videbatur depositiones omnium testium, & in ea dicebatur, quod illi detegerentur mendaces dum referendo possessionem Garziæ, siue illius maiorum super iure percipiendi eas decimas dicebant se nunquam vidisse, aut audiuisse contra-
15 rium, † quæ tamen contrarietas videbatur probari ex pluribus controuersijs quas apparebat motas fuisse nomine Ecclesiæ super eis decimis verum huic exceptioni responsum fuit, quod potuerunt eæ controuersiæ non esse notæ testibus, atque etiam illæ non potuerunt interrumpere præscriptionem inceptam ad fauorem Auctorum eiusdem Garziæ dum semper Ecclesia in ijs succubuit vt fuit sententia *Felin. in c. illud n. 17. de præscrip.* quem *Rota* secuta fuit *in decis. 534. par. 1. diuersor.* Et in alijs causis relatis in vltima decisione huius causæ. Et ita vtraque, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Pampilonen. Decimarum.

Lunæ 13. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Decimarum possessionem si laicus habere prætendit virtute immemorabilis, de illa cum fama priuilegij docere debet. Lis quæ regulariter ex sola citatione non introducitur, vt per illam existere dicatur necessaria est, & rei conuenti de citatione notitia, & quod illa à Iudice competenti fuerit decreta.

SVMMARIVM.

1 *Laicus decimas possidere prætendens probare debet immemorabilem cum fama priuilegij.*

2 *Tempus motæ litis detrahi debet ex ætate Testium, ex quorum depositionibus immemorabilis probari prætenditur.*

3 *Citatio sola an sufficiens dicatur pro introductione litis, & num. 6.*

4 *Contestatio litis inducitur ex negatiua facta per reum petitioni actionis.*

5 *Litis contestatio dicitur basis, & fundamentum iudicij.*

6 *Citatio solum citanti præiudicare potest, vbi non apparet illam deuenisse ad notitiam citati.*

7 *Mandatum procuræ in personam comparentis necessarium est ad introductionem iudicij.*

8 *Lis non dicitur existere quoties non constat de procuræ mandato comparentium.*

9 *Lis, vt per citationem introducta dicatur non solum requiritur citationem peruenisse ad notitiam citati, verum etiam quod illa fuerit à Iudice non petenti decreta.*

10 *Iudex laicus non dicitur competens in materia decimarum, & quando.*

Allegatur præsens decisio cum duabus antecedentibus supra in decis. 99. quæ est in eadem causa.

DECISIO CCLXXXIV.

Dvbitatum fuit in hac causa cui debitæ essent decimæ, quę colligebantur intra limites Ecclesię Patriarchalis S. Martini Oppidi de Verastegui, quod dubium non propositum fuisset coram me sub die 17. Decemb. anni 1635. placuit Dominis dilata decisione huius articuli restringere difficultatem causæ ad tempus motæ litis, quæ super exactione harum decimarum dicebatur mota à Martino domino domus, seu Palatij de Verastegui, quæ cum eas decimas peteret hodie Garzias, tamquam successor Ioannis in maioratu resistere videbatur illius petitioni decretum Concilij *Later.* relatum *in cap. prohibemus de decimis*, vnde opus habebat probatio-
1 nem immemorabilis cum fama priuilegij, † *vt not. DD. super eod. cap. & in cap. cum apostolica de his, quæ fiunt à Prælat. & ibi Abb. n. 12. Hostiens. num. 10. Rebuff. de decimis quæst 13. num. 69. Rota decis. 215. nu. 3. par. 2. diuers.* sicuti ad effectum vt ea probatio dici posset concludens, necessarium erat scire tempus, quo hæc lis primo cepta fuit, vt posset idem tempus detrahi ex ætate
2 Testium, † ex quorum depositionibus dicebatur probatam esse immemorabilem, vt traditur in c. 2. *de testib.* & fuit resolutum *coram Serab. decis. 1450. & 1460. nu. 2. dec. 248. num. 4. par. 2. recent. & in alijs relatis in Vicen. Collegij 13. Feb. 1634. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & per Add. dictum Gregor. 298. num. 12.*

Vt responderunt Domini inceptam fuisse litem ab anno 1564. quia ab eo tempore constabat datum fuisse libellum in Ciuitate Pampilonæ coram Ordinario eius loci nomine Rectoris, & Beneficiatorum Ecclesiæ S. Martini contra Ioannem Martinez Attauuim Garziæ super iure percipiendi has decimas, & cum per Ionnem constitutus fuisset procurator, qui se eidem libello opponeret, & tueretur iura, quæ habebat super ijs decimis, ac deinde fuissent tam nomine Rectoris, quam ipsius Ioannis inducti plures testes ad probandam pertinentiam dictarum decimarum, visum fuit ex his omnibus constare non solum de initio ipius litis, pro cuius in-
3 ductione potuisset sufficere solum decretum † citationis, quoad præiudicium eiusdem Rectoris, ex traditis per *Cassador. in decis. 6. super regula Mohedan.* qui attestatur de stylo huius Tribunalis *in decis. 1. de caus. possess. & propter.* de quo etiam attestatur *Sarnen. in regula de triennali q. 56. Verall. dec. 169. num. 3. par. 2.* verum etiam de
4 contestatione eiusdem litis, † quæ censetur inducta ex negatione facta à reo ad petitionem propositam ab Auctore coram Iudice, vt habetur *in cap. 1. de lit. contest. & in l. 5. C. eod. tit. & not. ibi glos. in verbo cum Iudex, & in l. non nouam §. patroni, C. de iudic. speculator. de lit. contest. §. 1. Marant. in specul. par. 6. num. 3.*

Neque visum fuit initium huius litis desumi posse ab anno 1535. in quo pro parte Rectoris ostendebatur datum fuisse libellum in Regio Consilio nomine Incolarum, & totius vniuersitatis eiusdem Oppidi de Verastegui in quo postulabatur, vt patronatus eiusdem Ecclesiæ S. Martini declararetur spectare ad eandem Vniuersitatem vna cum decimis, quæ percipiebantur à Ioanne occasione eius patronatus, quia plura visa fuerunt obstare, nec per eum actum dici potest lis introducta. Et primo non fuit probatum, quod quod eidem libello contradictum fuisset ex parte Ioannis, sine qua contradictione numquam
5 fuit inducta litis contestatio, † quæ dicitur basis, & fundamentum iudicij, *vt not. in cap. 1. de lit. non contestat. & in cap. quoniam frequenter, vt lit. non contest. ibi Butr. num. 2. Bald. num. 1. & rubric. ff. de rer. diuis. num. 30. Marant. in specul. ead. par. 6. num. 1.* Neq; poterat sufficere hoc casu sola citatio, quæ obtenta fuit à Iudice pro executione eius libelli prout illa existimata fuit apta ad inducendam litem de anno 1564. quia propter plura quæ opponebantur contra Validitatem huius citationis, propterea non potuisset illa operari

hunc

hunc effectum in præiudicium Ioannis, contrà quem obtenta fuit non probata in eo notitia
6 eiusdem citationis, † sed solum potuisset præiudicare Vniuersitati, cuius nomine datus fuit idem libellus, *vt Rota delarauit in addit. dec. 169. coram Verallo nu. 4. par. 2. & in dec. 4. vt lit. pendent. in antiq. & decis. 6. eod. tit. in nou. & quas nouissime secuta fuit coram me in Messanen. feudi 22. Iunij 1635.*

Secundò non probatur mandatum in persona illius, à quo ostendebatur datum fuisse eum
7 libellum, † quoad mandatum erat ante omnia necessarium ad introductionem iudicij, vt traditur *in l. licet C. de Procuratoribus, & in l. licet 56. ff. de iudic.* adeout sine eo dici posset aliqua lis
8 existere † non solum de iure, sed neque de facto, vt dixit *Rota coram Verall. dec. 164. p. 2. & dec. 18. de dol. & contumac. in antiq.*

Tertiò non fuit visa suffragari citatio contenta in libello, cuius vigore dicebatur inductam fuisse hanc litem, cum illa appareret decreta à Iudice incompetenti, quod etiam impedimento esse potuit, ne ex ea inducta fuerit pendentia alicuius litis, cum non solum requireretur, vt eadem citatio peruenisset ad notitiam citati, sed
9 † quod Iudex, qui illa decreuit esset competens, vt statuitur in *Clementina 2. vt lite pendent. & not. ibi post Gloss. DD. Lancellott. de attent. q. 2. cap. 4. in præfatione nu. 28.* & talis existimari debeat Iudex coram quo deducta fuit ea petitio, dum in
10 illa agebatur de ipso iure decimandi, † non autem de quantitate debita ratione d. decimæ siue de illa causa, quæ respiciat solum factum solutionis, iuxta distinctionem allatam per *Fedricum de Senis in cons. 245. num. 3. quod Rota secuta fuit coram Card. Seraph. inter alias impress. decis. 1047. num. 3. & decis. 1102. num. 6.*

Et ita &c.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO.

Sacræ Rotæ Decano.

Nullius, seu Aprutina Iurisdictionis.

Veneris 14. Maij 1632.

ARGVMENTVM.

Testes ad probanda confinia sufficit deponere, vel de publica voce, & fama, vel de communi reputatione: Testium numerus in concursu semper præualet, maximè si illi, qui sunt numero plures deponunt super affirmatiua, & sunt omni exceptione maiores.

SVMMARIVM.

1 *Testes deponentes de communi reputatione, ac de publica voce, & fama plenè probant in materia confinium, & seqq.*
2 *Testes in materia confinium sufficit, quod deponant de auditu ab eorum maioribus.*
3 *Testes eo magis probant vbi sunt practici, & officiales loci, de quo deponunt.*
4 *Testes in concursu illi magis præualent, qui sunt numero plures.*
Et qui sunt magis informati, & deponunt de facto proprio ibidem.
6 *Testes magis adminiculati attenduntur in concursu.*
7 *Sumptum Bulla plenè probat.*
8 *Obseruantia præbet fidem etiam scripturæ informi.*
9 *Scriptura, quæ alias de per se probat multò magis deseruit pro adminiculo.*
10 *Planta impressa etiam ante litem motam inseruit pro adminiculo.*
11 *Amplia, & fortius si testes formiter examinati illam approbent.*
12 *Testes in concursu illi præualent, qui super affirmatiua deponunt, & num. 14.*
13 *Testes illi magis attenduntur in concursu, qui sunt omni exceptione maiores, & supra n. 12.*
Testes vassalli non dicuntur omni exceptione maiores nu. 13.

Tres proximè relatæ Decisiones hæc scilicet cum duabus sequentibus omnes allegantur ab illa, quæ habetur in hac causa decisio supra 127.

DECISIO CCLXXXV.

Pendente lite in Rota inter Episcopum Aprutinum, & Abbatem B. Mariæ de Propezzano super exercitio iurisdictionis spiritualis in castris Murci, Musciani, & Notareschi fuit primo loco resolutum coram bon. mem. Archiepiscopo Seleucień Castra prædicta non esse intra limites iurisdictionis Aprutinæ. Reproposita postmodum causa super eisdem coram bon. mem. Remboldo contraria capta fuit resolutio in eaque firmatum Castra prædicta esse intra limites d. Diœcesis.

Cui resolutioni, non acquiescente Abbate, examinatisque pro eius parte, nonnullis Testibus causa fuit tertio proposita coram Eminentissimo Card. Virili, coram quo DD. recedendum à decisis coram bon. mem. Remboldo, & persisten. in decisis coram bon. mem. Archiepiscopo Seleucien. denuò firmarunt Castra antedicta non esse intra limites dictæ Diœcesis, ea ratione moti, quia ex testibus pro parte Abbatis examinatis constat, quod Diœcesis Aprutina versus Orientem non se extendit nisi per decem millaria, & quod eius confinia sunt Castra nuncupata Castelbasso, e Guardia, & sic non possunt comprehendi intra limites Diœcesis, &c.

Nouissimè verũ examinatis alijs testibus pro parte Episcopi hodie pro quarta vice fuit dubitatum, an esset standum, vel receden ab vltimo loco decisis coram Eminentiss. Card. Virili, in cuius locum fui subrogatus, & DD. re maturè per plures propositiones discussa à decisis recesserunt, & firmarunt loca controuersa esse intra limites Diœcesis Aprutinæ, eo præcipuè fundamento, quia per testes pro parte Episcopi examinatos, optime constat fines Diœcesis versus Orientem se extendere vsque ad mare, versus Meridiem verò vsque ad flumen Vimanum; Castra autem controuersa esse intra mare, & d. flumen, & per consequens intra fines Diœcesis, qui quidem testes plenè probant dd. confinia ne dum quia, aliqui deponunt de communi reputatione,
1 & aliqui † deponunt de publica voce, & fama, quod

quod sufficit ad hunc effectum *cap. cum causam, & ibi Butr. num. 4. Imol. num. 3. Fælin. num. 9. de probat.*
2 Verum de auditu ab eorum maioribus † quod pariter sufficit in materia confinium *Imol. in d. cap. cum causam, num. 3. Butr. num. 3. Soccin. cons. 89. num. 2. lib. 1. Mantic. dec. 143. num. 12.* maximè, quia sunt practici, ex quo tanquam officiales Episcopi exercuerunt in dd. Castris plures actus iurisdi-
3 ctionales, † vnde tanto magis probant, *Bald. in d. cap. cum causam num 6. vers. item per exercitia de probat. Alexan. cons. 23. num. 3. libr. 5. Rot. decis. 156. num. 3. par. 1. recent.*

Nec obstant testes Abbatis in alia decisione ponderati, quia circa dd. confines contrarium videntur deponere, quia in concursu cum testibus pro parte Episcopi examinatis non veniunt
4 attendendi; Tum quia testes Episcopi sunt enim plures *c. licet causam, vers. ex præmissis de probat. c. in nostra de testibus*; Tum etiam, quia sunt magi informati, & deponunt in facto proprio.

Primus enim fuit Cancellarius Episcopali per plures annos, & deponit se plures vidisse loca controuersa, scripsisse gesta concernentia iurisdictionem Episcopalem, fuisse in visitatione, adnotasse confines locorum, & deponit de communi
5 ni reputatione. Secundus fuit Vicarius Aprutinus, visitauit dd. loca, vidit ea descripta in tabella, in qua loca Diœcesis solent describi, deponit de exercitio iurisdictionis in dd. locis, & de communi reputatione. Tertius fuit Archi-
6 diadonus Aprutinus, & concordat cum 2. † Alij vero deponunt de communi reputatione, *Gabr. de testibus concl. 4. num. 64. & 72. Fælin. in cap. in nostra num. 9. de testib. Put. dec. 8. lib. 1. Rot. coram Caualer. dec. 361. num. 1. in fin. & seq.* Tum etiam quia sunt magis adminiculati, *Crauett. cons. 400. n. 35. Mant. dec. 67. num. 8.*

Pro adminiculis enim concurrit. Prima Bul-
7 la Anastaliana, quæ licet † sit sumptum de sumpto benè probat *Verall. dec. 234. num. 2. par. 1. Rot. dec. 418. sub num. 5. par. 2. recent.* maximè stante illius obseruantia probata per testes Episcopi,
8 qua stante etiam scripturæ † informi venit fides adhibenda, *Serapb. decis. 928. num. 2. Rota in recentior. dec. 482. num. 3. par. 1.* & benè infertur, quod si d. Bulla probat, multo magis deseruit pro ad-
9 miniculo † ad effectum coadiuuandi supradictos testes Episcopi, vt fuit ponderatum in decisione in hac causa emanata sub die 15. Ianuarij 1626. coram Remboldo.

Concurrit secundo Mappa impressa, quæ licet
10 sit facta seruatis seruandis, tamen † cum sit impressa longè ante litem motam, benè deseruit pro adminiculo, *Rot. dec. 405. num. 1. vers. & ex mappis impressis par. 1. recent.* quod facilius venit admitten. in præsenti casu, ex quo testes Episcopi, seruatis seruandis examinati d. mappam super situatione prædictorum locorum approba-
11 runt, quo † casu eo magis venit fides adhibenda, vt firmauit *Rota in Nucerina prædij 30. Maij 1622. coram R. P. D. Nauarra.*

Accedit prædictis, quod testes Abbatis in quibus fundatur decisio, quæ reuidetur, sunt vassalli, & famuli D. Ducis Atricæ Patroni Abbatiæ, & deponunt super negatiua. Testes verò
12 Episcopi deponuntj super † affirmatiua, & sic sunt magis fide digni, & plures ipsorum sunt omni exceptione maiores, ex quo sequitur, quod in concursu semper veniant præferendi.
13 Prout de testibus subditis, † & vassallis, *Alex. cons. 88. num. 6. lib. 5. Ruin. cons. 53. num. 6. lib. 4. &*
14 de testibus † deponentibus super affirmatiua tenent, *Alex. cons. 148. col. 1. libr. 2. & cons. 169. col. fin. lib. 5. Ruin. cons. 12. num. 2. vol. 5. Gabr. de testib. dicta conclus. 4. num. 1. & seq.*

Et ita &c.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO

Sacræ Rotæ Decano.

Nullius, seù Aprutina iurisdictionis.

Lunæ 5. Maij 1636.

ARGVMENTVM.

Tota est materia, de qua in præcedenti Decisione.

SVMMARIVM.

1 *Confinia in antiquis vbi probari debent leuiores admittuntur probationes.*

Indicia, & conjecturæ sufficiunt od probationem confinium in antiquis num. 1.

Fama etiam sola probat confinia in antiquis, uumer. 1.

2 *Bulla in qua aliquid enunciatur pro confine suffragatur pro adminiculo ad illud probandum.*

3 *Obseruantia subsecuta plurimum facit ad effectum adminiculandi depositiones Testium.*

4 *Planta impressa ante motam litem, sicque tempore non suspecto, & quæ fuit à Testibus approbata probat in materia confinium.*

5 *Situat o intra fines probatur ex actibus iurisdictionalibus.*

6 *Fines territorij ad probandum attenduntur, etiam gesta ab officialibus proprijs.*

7 *Testes super negatiua deponentes sine aliqua coarctatione nihil probant.*

8 *Testes in concursu illi magis attenduntur, qui de facto proprio deponunt.*

Item illi, qui super affirmatiua, & adminiculati reperiuntur ibid. & num. 10.

9 *Testes deponentes de actibus post litem motam non sunt habendi in aliqua consideratione.*

Est in eadem causa antecedentis, & sequentis Decisionis.

DECISIO CCLXXXVI.

IN hac causa quatuor emanarunt decisiones prima coram bon mem. D. meo Archiepiscopo Seleucien. sub die 10. Maij 1624. in qua fuit firmatum loca Murci, Musciani, & Notareschi, quæ spectant ad Abbatem B. Mariæ, de Propezzano, & S. Angeli in Musciano, non probari intra limites Diœcesis Aprutinæ ad effectum manutentionis.

Secunda coram bon. mem. Remboldo, sub die 15. Iunij 162. quæ reuocat hanc primam, ex quo

quo per quatuor Testes pro Episcopo examinatos probatur d. loca esse intrà fines d. Diœcesis Aprutinæ.

Tertia coram bon. mem. Card. Virili, quæ reuocat secundam Remboldi, & firmat primam Seleucien. ea ratione, quia ex testibus post d. primam decisionem Remboldi examinatis ad instantiam Abbatis, visa fuit probata negatiua, quod supradicta loca non essent intrà limites d. Diœcesis Aprutinæ, &c.

Quarta denique decisio emanauit coram me sub die 24. Maij 1632. in qua fuit recessum à decis. Card. Virilis, & statum in decisis coram Remboldo. Post hanc vltimam decisionem D. Abbas institit pro nouo examine, & disputato dubio sub die 25. Aprilis 1623. DD. mandarunt testes examinari, & poni ad partes. Quapropter, peracto examine, reassumptaque causa, pro parte D. Episcopi, contrà modernum Abbatem, eoque citato, & informante, proposui hodiè dubium. An esset standum in vltimo loco decisis coram me, et DD. affirmatiuè responderunt.

Quia adhùc visa fuerunt subsistere fundamenta d. decisionis. Nam ex depositionibus testium pro parte Episcopi examinatorum ponderatis in decisione, quæ reuidetur, benè remanet probatum d. loca controuersa esse situata intra confines d. Diœcesis Aprutinæ, dicti siquidem testes deponunt, fines d. Diœcesis versus Orientem se extendere vsque ad mare, et versus Meridiem vsque ad flumen Vimanum, et intra dictos fines esse situata dd. loca Murci, Musciani, et Notareschi, et optimas rationes adducunt, nempè quia sunt practici, et versati in dd. locis, et fuerunt Officiales Episcopi Aprutini, et deponunt de auditu à maioribus suis, quos recensent, et de publica voce, et fama, quæ ne dum simul iuncta sed etiam separatim sufficerent, cum aga-
1 tur de probandis † antiquis confinibus, quo casu leuiores admittuntur probationes immo sola inditia, et coniecturæ sufficerent, ac etiam sola fama, *cap. cum causam vbi glos. in verbo testes de probat. Natt cons. 627. num. 15. Rot. dec. 405. num. 8. par. 1. & dec. 334. num. 1. par. 1. rec.* et fuit dictum *in Calaguritana iurisdictionis 16. Ianuar. 1640. coram Penia.*

Et prædicti testes corroborantur ex pluribus adminiculis in decisione deductis, et signanter ex sumpto Bullæ Anastasianæ, in qua pro confinibus d. Diœcesis ponuntur flumen Vimani versus Meridiem, et mare versus Orientem, quæ
2 quidem Bulla suffragatur pro adminiculo, † et quidem graui *Cæphal. cons. 297. num. 16. Genu. de rescript. priu. lib. 1. q. 16. n. 20. & seqq. Rot. dec. 467. numer. 2. par. 4. in rec.* maximè cum d. Bulla sit antiqua, et habeat faciem sumpti publici Bullę, et
3 testes deponant de illius † obseruantia, quæ efficiunt, vt tanto maior illi sit adhibenda fides, ad effectum adminiculandi depositiones dictorum testium, *Rot. dec. 18. num. 1. par. 2. recent. et d. dec. 467. num. 6. par. 4. et in Conchen. Decimarum 28. Iunij 1627. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Secundo adminiculantur dd. testes ex mappa impressa de ordine Proregis, longè ante motam litem, et sic de tempore non suspecto, et à testi-
4 bus approbata, quæ valdę releuat ad istum effectum, vt fuit dictum *in Theatina iurisdictionis coram Reuerendiss. D. meo Decano inter rec. dec. 405. numer. 1. par. 1. et in Clutinen. 14. Decembris 1618. coram bon. mem. Buratto, et in Nucerina Prædij 20. Maij 1622. coram D. Nauarra.*

Tertiò concurrit, quod Episcopi Aprutini in dd. locis, vt deponunt supradicti testes exercue-
5 runt plures actus iurisdictonales, ex † quibus etiam probatur situatio intra fines *Bald. in dict. c. cum causam num. 26. vers. item per exercitia de prob. et cons. 420. num. 1. ad finem lib. 1.* et fuit dictum *in Adrien. Iurisdictionis 27. Iunii 1622. coram R. P. D. Pirouano impress. per Modern. Perus. post tract. de manut. dec. 310. num. 2. et 3.*

Quarto deniq; pro adminiculo facit, quod in Archiuio Episcopali Aprutino adsunt ab antiquo capsulæ pro scripturis omnium locorum Diœcesis, inter quæ adsunt capsulę particulares dd. locorum Murci, Musciani, et Notareschi, et vt deponunt supradicti testes, gesta siquidem per Officiales etiam proprios deseruiunt ad effectum probandi fines territorij, *Surd. cons. 429. numer. 38. et seqq.*

Nec supradictis obstant testes pro parte D. Abbatis examinati, quia testibus examinatis in 1. et 2. placuerunt DD. responsiones datæ in decisione, quę reuidetur, nam, vt in ea dicitur, alij deponunt de auditu absque specificatione personarum à quibus audiuerint, alij sunt subditi, et vassalli D. Ducis Atriæ, ad quem dicitur spectare iuspatronatus Abbatiarum, de quibus agitur, omnes deponunt super negatiua, quod scilicet Episcopi Aprutini non exercuerunt iurisdictionem in dd. locis controuersis, sine aliqua coarctatione, quodque dicti actus fieri per to-
6 tum tempus, † non potuerint; quin ipsi audiuissent, ideo nihil probant *Dec. cons. 94. num. 5. Seraph. dec. 607. num. 1. Gregor. dec. 42. num. 5. Mantic. dec. 350. num. 7. et seqq.* & in concursu testes D. Epi-
8 scopi sunt pręferendi, † quia deponunt de facto proprio super affirmatiua, et sunt adminiculati, *Mantic. dec. 6. num. 12. et dec. 214. n. 4. Gregor. XV. dec. 449. num. 3. Rot. dec. 459. n. 4. par. 1. recent.* cum alijs adductis in alia decisione.

Quo vero ad testes quinque vltimo loco examinatos, nec pariter illos obstare DD. dixerunt quia quoad tres nempè 1. 2. et 5. deteguntur minus informati cum non deponant de notitia confinium, nisi post motam litem, nam lis fuit mota ab annis 20. circiter, & primus testis deponit de notitia ab annis 13. Secundus ab annis 16. Quintus ab annis 5. occasione officij Commissariatus spoliorum ad quod fuit deputatus à D. Nuntio Errera, et ideo isti tres testes, non vi-
9 dentur habendi in consideratione, † cum deponere deberent de actibus gestis ante litem, motam, *Caualer. dec. 649. num. 2. Gregor. XV. dec. 4. n. 2.* et fuit dictum *in Hispalen. Primitiarum coram D. Nauarra impress. post Modern. Perus. post tract. de manut. dec. 166. num. 4.*

Tertius vero testis non meretur attendi, quia vltra, quod iuxtà 27. deponit non habere notitiam de omnibus confinibus Diœsis Aprutinæ, et deponit super negatiua, quod scilicet flumen Vimanum, non est finis Diœcesis Aprutinæ, fuit in-

instructus, & detegitur partialis, & interessatus, ex quo, vt ipse deponit super interrogatorijs additionalibus possidet bona in Territorio dictæ Diœcesis Atriæ, & D. Abbatis, & sperat quædam bona sibi ablata per D. Abbatem recuperare.

Quartus denique testis non videtur attendendus, vti parum informatus; nam iuxtà 21. interrogatorium, licet deponat se habere notitiam de supradictis locis ab annis 30. circiter, & iuxtà 11. dicat Episcopum nullam habere iurisdictionem in locis Montis Pagani, & Podij Morelli, & quod ab aliquo tempore iurisdictionem in dictis locis exercet, tamen super 2. fatetur se non esse informatum de loco Musciani, prętereà supponit, quòd territoria locorum de quibus agitur, & Montis Pagani, Podij Morelli, & Guardiæ Vimani sint nullius, & quod sint confinia Diœcesis Aprutinæ, quod quidem suppositum in totum eliditur ex depositionibus testium pro parte D. Episcopi examinatorum, qui cum deponant super affirmatiua, de facto proprio, & de publica voce, & fama, & pluribus, & vrgentissimis adminiculis sint corroborati, et sint
10 omni exceptione † maiores, veniunt præferendi *Gabr. de rest. conclus. 4. num. 1. 71. & 84. Crauett. cons. 99. num. 6.* cum alijs supra, et in alia decisione allegatis.

Et ita vtraque etc.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETTO.

Sacrę Rotæ Decano.

Nullius, seù Aprutina Iurisdictionis.

Mercurij 18. Martij 1635.

ARGVMENTVM.

Episcopo habenti de iure fundatam intentionem quoad iurisdictionem intrà fines suæ Diœcesis manutentio conceditur in actibus iurisdictionalibus, maximè in illis, quæ versantur circa causas matrimoniales, et criminales, et vbi agitur de concedendis dimissorijs licentia concionandi, et confessarios approbandi.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus de iure fundatam habet intentionem circa iurisdictionem locorum existentium intra fines suæ Diœcesis.*

2 *Manutentio conceditur Episcopo in quasi possessione exercendi iurisdictionem intra fines suæ Diœcesis propter iuris assistentiam.*

3 *Testes, vt in materia iurisdictionis plenè probent non requiritur, quod deponant de singulis actibus iurisdictionalibus.*

Causa vniuersalis magis attenditur, quam ipsi actus in materia iurisdictionis, num. 3.

4 *Iurisdictio tota priuatiuè quoad alium conseruatur etiam ex minimo actu iurisdictionali.*

5 *Scientia, et patientia Ordinarii requiritur ad hoc. vt Prælatus inferior possit vltra fines Diœcesis Ordinarii quasi possessionem Iurisdictionis acquirere.*

6 *Testes habentes pro se iuris assistentiam præferuntur in concursu, cum magis fauorabilia, et verisimilia deponere præsumantur.*

7 *Testes magis specificè deponentes, magisque informati, et de facto proprio semper alijs præferuntur.*

8 *Iurisdictio quoad causas criminales, et matrimoniales in Abbate non dicitur probata, nisi ex immemorabili canonizzata per tres conformes.*

9 *Licentias concionandi, ac literas dimissorias concedendi ad solum Episcopum spectat.*

10 *Confessiones sæcularium ad audiendas approbari nemo potest per alium, quam per Episcopum.*

11 *Tertius admissus ad causam non impedit illius expeditionem, quoad personas per priùs inter se litigantes.*

Sequitur hęc Decisio in eadem causa duarum præcedentium Decisionum, et allegatur suprà in decis. 27. quę est in eadem causa.

DECISIO CCLXXXVII.

FVuit resoltum Reuerendiss. D. Episcopo Aprutino dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione exercendi iurisdictionem in d. locis controuersijs, Marci, Musciani, & Notareschi, quia cum dd. loca sita sint intra fines Aprutinæ Diœcesis, prout iam per plures decisiones firmatum fuit, clarè sequitur d. D. Episcopum habere de iure intentionem fundatam in
1 eisdem locis † *cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. cap. conquerente de offic. Iudic. ordin.* ob quam iuris assi-
2 stentiam competit manutentio † *cap. cum personæ §. fin. de priuil. in 6. apud Veral. dec. 306. par. 1. & in decis. 145. num. 6. par. 2. & in recent. dec. 491. num. 2. par. 1. & in Baren. iurisdictionis coram Reuerendissimo D. meo Decano, quæ est decis. 273. sub num. 1. par. 2. recentior.*

Præsertim, quia vltrà d. Iuris assistentiam concurrit actuale exercitium iurisdictionis d. D. Episcopi, eiusque Vicarij in dictis locis, vt deponunt plures testes pro eodem D. Episcopo examinati, quorum dicta fuerunt latè ponderata, & approbata in eisdem decisionibus, qui testes dictam quasi possessionem iurisdictionis benè comprobant, etiamsi non deponant de omnibus actibus iurisdictionalibus cum sufficiat causa
3 vniuersalis, quæ magis attenditur † quam actus, vt in terminis dixit, *Rota in d. dec. 491. sub num. 3. & 11. part. 1. & d. dec. 273. in fin. & decis. 501. n. 3. par. 2. recent.* & ad propositum faciunt deducta per *Bald. in cap. quærela num. 23. de elect.* vbi quod ex minimo actu iurisdictionali conseruatur totum priuatiuè quoad alios, quam conclusionem latè confirmat *Surd. cons. 327. numer. 45. & seqq.*

Non obstant testes exaduersò examinati deponentes dictum Abbatem Aquauiuam aliquos actus iurisdictionales in eisdem locis exercuisse; Tum quia non deponunt de scientia, & patientia D. Episcopi, quæ omninò requiritur † ad hoc
5 vt Prælatus inferior vltrà fines Diæcesis Ordinarij possit acquirere quasi possessionem iurisdictionis *Cara. Mantic. decis. 40. num. 9. & in recent. decis. 560. num. 1. par. 3. & decis. 655. sub num. 30. ead. par.*

par. 3. in Theatina iurisdictionis coram Eminentiss. D. Card. Vbaldo impress. per Modern. Perus. post tract. de manut. decis. 19-. num. 8. Tum etiam quia eorum depositio eliditur ex contraria depositione dictorum testium, pro D. Episcopo examinatorum qui procul dubio sunt præferendi, cum habeant
6 pro se iuris assistentiam, † proindèque fauorabilia, & verisimiliora deponere præsumantur, vt in his terminis admittit *Innoc. in cap. auditis sub num. 4. vers. hinc colligunt, & in vers. præferent. de præscript.* quem sequuta est *Rota in recent. decis.* 560. *num. 1. ad fin. par. 3.* eoque magis, cum plures te-
7 stes Episcopi specificent † actus, magisque informatos se ostendant, & aliquid etiam de facto proprio deponant *Caualer. decis. 361. numer. 1. in fin. & num. 2. Rota in recent. decis. 324. num. 13. in fin. part. 1. & in Marsicana iurisdictionis coram Comitulo impress. per Modern. Perus. post tract. de manut. decis. 64. num. 4. & 8.*

Prædictaque visa fuerunt procedere absque difficultate, quoad causas criminales, & matrimoniales, quia adhuc probata quasi possessione
8 † D. Abbatis respectu illarum, illa non sufficeret, nisi probetur immemorabilis canonizata per tres conformes, vt dixit *Rota dec. 491. nu. 11. par. 1. & decis. 126. sub. num. 2. part. 4. & in d. Theatina Iurisdictionis de Atessa 5. Decembris 1614. & 26. Ianuarij 1615. coram Reuerendiss. D. Decano.*

Multoque minus d. manutentio impedire potest D. Episcopum, quoad licentias concionan-
9 di, ac litteras dimissorias, vt sensit alias S. Congregatio Concilij in Theatina iurisdictionis Sancti Ioannis in Venere, cuius decreti copia data fuit, & quoad confessariorum approbationes adest clara dispositio *Sacr. Concil. Trid. sess. 23. cap. 15. de reformat.* quod nemo admitti possit ad con-
10 fessiones† secularium, nisi approbatus sit ab Episcopo quocumque priuilegio, & consuetudine etiam immemorabili non obstante, & dixit *Rota in recent. decis. 655. sub num. 2. part. 3.* vbi aliæ decisiones recensentur,

Non obstat admissio causę Reuerendissimo D. Episcopi Atricen. quia cum veniat ad exclusionem d. Episcopi Aprutini, ac etiam D. Abbatis, non potest impedire hoc iudicium, illiusque expeditionem inter D. Episcopum Aprutinum, & Abbatem; *Rota dec. 4. de iudic. in antiquior. Faltn. in cap. cum super num. 17. vers. sciatis etiam de re iudic. Couarr. pract. quæst. cap. 14. num. 4. Rota cor. Reuerendiss. D. meo Decano dec. 237. n. 3. & dec. 254. num. 2.* maximè cum veniat in statu, & terminis. *Put. decis. 71. libr. 1. in correct.*

Et ita conclusum &c.

RERERENDISS. P. D. PIROVANO.
Sacræ Rotæ Decano.

Carpentoraten. restitutionis Ouium.
Lunæ 23. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

Praxis probandi animalia ex stigmate in illorum corpore impresso hac in decisione deducitur, & quod eorundem mala fidei possessor teneatur, & fructus perceptos, & quos dominus sua industria percipere potuisset restituere.

SVMMARIVM.

1 *Animalia alicuius esse probantur ex stigmate in corpore illorum impresso.*
2 *Praxis probandi identitatem animalium qualis sit.*
3 *Probatio identitatis animalium, quæ resultat ex stigmate in illorum corpore impresso sufficit, & quoad possessionem, & quoad dominium.*
4 *Animalia probato, quod sint alicuius semper Domino restitui debent penes quemcumque detentorem repeRiuntur.*
5 *Depositarij iudicialis confessio probat aduersus quamlibet personam, etiam quod sit tertius.*
6 *Possessor malæ fidei per contestationem litis, tenetur nedum ad fructus perceptos, sed & illos, qui verisimiliter à vero Domino percipi potuissent.*
7 *Mala fides, quæ resultat ex contestatione litis, dicitur præsumptio iuris, & de iure.*
8 *Possessor animalium alterius si curauit abradi signa in illorum corpore impressa dicitur in mala fide.*
Abrasio, & cancellatio signi, seu stigmatis animalis alieni sonat in delictum, & culpam punibilem, numer. 8.
9 *Fructibus in æstimandis non attenditur quid reus ex sua persona, vel aliorum eo instante possidentium esset percepturus, sed quid actor ex propria industria consequi potuisset ibid.*

Hæ duæ Decisiones, ista scilicet, & quæ proximè sequitur allegantur supra ab alia, quæ in hac causa emanauit decisione 141.

DECISIO CCLXXXVIII.

PRO informante fuit resolutum, nempè restitutionem Ouium esse faciendam, & in quantitate petita, ac cum fructibus perceptis, & qui verisimiliter percipi potuerunt.

Quantum ad restitutionem Ouium moti fuerunt Domini, quia constat illas fuisse possessas per Petrum, & fratres dum per publicum instrumentum, quod datum fuit eas præcario concesserunt Ludouico pastori ad pascendum cum pacto de partiendis fructibus, & esse easdem, quæ consignata fuerant pastori, & super quibus fuit consumata executio ad instantiam Sebastiani, quandoquidem nedum ex testibus in causa examinatis, sed etiam ex stigmatæ gregis dictorum fratrum signo in corpore cuiuslibet earum im-
1 presso forniter recognito, tales probantur *l. stigmata C. de fabricen. lib. 10. ex quo textu Bart.* dedu-
2 cit praxim probandi † identitatem animalium, idem probant *l. penult. §. penul. Cod. de aquæductu lib. 11. l. 3. C. de bonis vacan. lib. 10. l. quod sine, ff. de peric. & commod. rei vend. Lucas de Penna latissimè comprobans in d. l. stigmata num. 5.* & dicens suffi-
3 cere hanc probationem † quoad possessionem, & quoad dominium *Osasc. dec. 40. num. 2. Ias. cons. 170. num. 16. lib. 2. Menoch. præsumpt. 15. num. 28.*
4 *lib. 6.* Vndè consequitur illas esse † restituendas à quocumque detentore possideantur *l. à Dino Pio, §. si super rebus, ff. de re iud. l. quæ prædium, C. si aliena res pignori data sit.*

Quantitas etiam petita benè iustificatur ex confessione Depositarij Ouium, de qua in deposito iudiciali dato *Sum. num. 6.* nempè esse nona-

Aaaa ginta

5 ginta quinque,† quæ probat aduersus quemcumque etiam tertium *l. desiderium*, *Cod. depositi Surd. cons. 60. num. 6.* latissimè comprobans hanc conclusionem.

Demum cum fructibus perceptis, & qui verisimiliter percipi potuerunt fieri debet restitutio, cum versemur im malæ fidei possessore per litis
6 contestationem effecto, qui regulariter tenetur ad fructus perceptos, & qui verisimiliter percipi potuerunt à vero domino *l. fructus, & l. & exaduerso cum gloss. ff. de rei vend. cap. grauis, vbi Abb. & Imol. de restit. spol. Boer. decis. 268. numer. 1. Becc. cons. 95. num. 3. Surd. cons. 293. num. 12. volum. 2. Laderch. cons. 99. num. 2.* distinguens materiam fructuum percipiendorum, & quomodo in iure accipiantur, maximè quia in Sebastiano augetur
7 ista mala fides, quæ non tantum est iuris, & de iure præsumpta propter litis contestationem, vt dicit *Bart. in l. sed & si lege, §. etiamsi ante num. 1. ff. de pet. hæred. & sequitur Surd. d. cons. 293. num. 9.* Sed positiua probatur, dum curauit abradi mercum gregis per lanæ tonsionem, ne signa cogno-
8 scerentur, & redderetur † si non impossibilis, saltem difficilior probatio identitatis dictorum Ouium, quod sonat in delictum, & culpam punibilem *l. 2. §. fin. ff. de oper. pub. Lucas de Penna in eadem l. stigmata, C. de fabricen. eodem lib. 11. num. 6.*

Neque ab huiusmodi onere restitutionis, & maiori perceptione fructuum possunt se eximere hæredes Sebastiani quasi nullos fructus attigerint, dum sub deposito iudiciali Oues semper remanserunt: quia in æstimandis fructibus non attenditur; qui reus ex sua persona, vel aliorum eo instante possidentium esset percepturus, sed
9 quid † actor ex sua industria, & diligentia consequi potuisset, vt benè declarant. *Surd. & Laderch. supra relati post Bart.* & alios quos allegant. Et ità &c.

REVERENDISSIMO P. D. PIROVANO SAC. ROT. DECANO.

Carpentoraten. restitutionis Ouium.

Veneris 7. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

Materia præcedentis decisionis, & in hac repetitur circa restitutionem fructuum quam facere tenetur malè fidei possessor.

SVMMARIVM.

1 *Possessor malæ fidei tenetur ad fructus non solum perceptos, sed & ad eos qui verisimiliter à Domino rei percipi potuerunt.*
2 *Possessor malæ fidei quis efficitur per contestationem litis.*
3 *Possessor malæ fidei per litis contestationem incipit scire rem ad eum non pertinere, ac proindè fructus custodire tenetur.*
4 *Mala fides, quæ deducitur ex contestatione litis si aliquo colore bonæ fidei velari potest, nunquam possessor condemnatur ad fructus, qui percipi potuerunt.*
5 *Abrasio, seu cancellatio merci, vel signi existentis in animali alieno auget malam fidem, eamque reddit indubitatam, limita vt num. 6.*
Abradere, & cancellare mercum animalium alterius dicitur delictum num. 5.
6 *Limita si propter aliquam causam fuit facta talis abrasio, puta ob tonsionem lanæ quæ fit in ouibus.*
Delictum ad excludendum omnis interpretatio sumenda est num. 6.

Emanauit hæc decisio in eadem causa decisionis antecedentis.

DECISIO CCLXXXIX.

Causa repropòsita dictum fuit standum esse in decisis, præterquam quoad fructus qui percipi poterunt.

Non enim fuit dubitatum de identitate, & quantitate Ouium, quæ possidebantur per Petrum, & fratres, & Præcario concessæ fuerunt Ludouico pastori ad pascendum, cum pacto de partiendis fructibus, & super quibus fuit consumata executio ad instantiam Sebastiani. Quoniam prędicta omnia probantur ex instrumentis, & testibus, & merco, seù stigmatæ in qualibet impressis, & absque hæsitatione dictis fratribus sunt restituendæ vna cum fructibus perceptis. Sed difficultas versabatur quoad fructus verosimiliter percipiendos, pro quibus Domini credebant teneri Sebastianum, & nunc eius hæredes non teneri.

Nam, & si vera sit conclusio in decisione su-
1 pradicta firmata malæ fidei † possessorem teneri ad fructus perceptos, & ad eos etiam, qui verosimiliter à Domino rei percipi poterant *cap. grauis vbi etiam, Abb. & Imol. de restit. spoliator. Boer. decis. 168. num. 1. Becc. cons. 95. num. 2. Surd. cons. 293. num. 13. volum. 2. Laderch. cons. 99. num. 2.* & Sebastianum effectum fuisse malæ fidei posses-
2 sorem ex lite per dictos Petrum, & fratres contestata super dominio Ouium, & earum restitutione benè probat *text. in l. sed & si lege §. si ante de pet. hæred. Butr. & alij in cap. consultationibus de iurepatronatus* incipit enim scire per petitionem partis res ad eum non pertinere, & fructus custo-
3 dire † tenetur. *Bart. in dicta l. sed & si lege, § si ante, ff. de pet. hæred. Surd. cons. 4. num. 45. & dicto cons. 293 num. 9. vol. 2.*

Attamen vbi hæc mala fides desumpta ex litis
4 contestatione † aliquo colore bonæ fidei velari potest nunquam condemnantur possessores in fructibus qui percipi potuerunt, *Cassad. decis. 6. num. 3. de probat. Rota decis. 10. de restit. spoliat in antiq. Put. decis. 383. num. 2. & 6. lib. 1. Rot. decis. 552. num. 2. part. 1. diuers. 551. num. 1. part. 1. rec. Gonz. ad reg. 8. §. 7. proem. num. 161. Monet. de distrib. quotid. lib. 1. quæst. 6. num. 7.* attestantes de stylo huius Sac. Tribunalis, & sufficienter colorari bonam fidem Sebastiani ad eum effectum visum fuit dum per Iudicem relaxata fuerunt mandata executiua, nec Sebastianus violenter aut attentatè processit ad capturam Ouium.

Nec obstat, quod Sebastianus postquam Oues in suo posse peruenerunt abradi fecit signa, & mercum; quo signatæ erant, nè apparere posset

cuius

cuius essent, † quod dicebatur augere malam fidem, & illam indubitatam reddere, quod Oues non essent pastoris eius debitoris, & delictum arguere *l. 2. §. final. C. de fabricen. lib. 11. Lucas de Penna in l. stigmata num. 6. C. eod. tit. lib. 11.*

6 Quia tonsio lanæ fieri etiam potuit ad alium effectum nempè ad lanam, quæ est fructus Ouium colligendam. Vndè semper in dubio capienda est interpretatio per quam delictum excludatur. *Bart. in l. non solum, §. Sed vt probari num. 2. de oper. nou. nunc. Crau. cons. 9. num. 20. Alciat. præsumpt. reg. 3. Menoch. cons. 55. num. 21. & cons. 128. num. 2.*

Et ità.

R. P. D. BVCCABELLA.

Viterbien. Hæreditatis de Chisijs.

Veneris 29. Ianuarij 1638.

ARGVMENTVM.

Immissio in possessionem bonorum Patrui est danda Nepti in capita quando concurrit cum alijs nepotibus ex altero fratre, nullo existente fratre defuncti. Statutum non comprætendit censum creatum ad fauorem subditi, quando fundus super quo est creatus est extrà territorium statuentium.

SVMMARIVM.

1 *Fides baptismi iuncta cum depositione testium, & alimentorum præstatione probat, quem esse nepotem.*

2 *Neptis ex fratre succedit ab intestato patruo vna cum alijs ex altero fratre nepotibus in capita, & Non in stirpes quando frater patrui non concurrit.*

3 *Neptis ex interdicto quorum bonorum est immittenda in possessionem bonorum patrui ab intestato defuncti.*

4 *Amplia procedere etiam in locis montium, & censibus, ac alijs rebus incorporalibus num. 4.*

5 *Inuentarium factum à tutrice probat contra pupillos possessionem bonorum in eo descriptorum.*

6 *Statutum non extendit vires ad bona extrà territorium existentia.*

7 *Statutum comprehendit censum ad fauorem alicuius subditi celebratum, & si fundus censitus sit extra territorium, & vide num. 14.*

Contrarium verius num. 8. & seqq.

8 *Census impositus ad fauorem subiecti statuto si fundus censitus existit extra territorium statuentium non cadit sub dicto statuto, & num. seqq. & vide num. 14.*

9 *Census cum debeat creari super re immobili, & particulari, ex tali creatione nascitur ius quoddam reale ipsi rei, ac fundo inhærens.*

10 *Et hoc ius dicitur in esse prædio tanquam accidens in subiecto num. 10.*

11 *Accidentia naturaliter cum subiecto identificantur, & in illius subsistentia subsistunt.*

12 *Census connumeratur inter immobilia.*

13 *Census perit si perit fundus.*

14 *Census obligatio altera realis, & dicitur principalis, altera personalis, & dicitur accessoria.*

Allegatur præsens hæc decisio necnon sequens supra in decis. 144. quæ est in hac eadem causa Viterbien. Hæreditatis de Chisijs.

DECISIO CCXC.

Proposito dubio, an, D. Hieronymæ esset danda immissio in possessionem bonorum extrà Territorium Viterbien. in quibus; & pro qua rata, censuerunt DD. dandam esse quoad loca decem, & septem Montium, & censum sc. 3500 in sorte principali pro tertia medietatis; Non enim controuertebatur ipsam D. Hieronymam esse q. Poggij, de cuius successione agitur, ex Ludouico germano fratre neptem, idque etiam probari vigerum fuit ex fide baptismi, quæ iuncta cum testium

1 depositionibus; † præstatione alimentorum, eidē tanquam nepti in Monasterio existenti per ipsum Poggium facta, & alijs adminiculis pro ea adductis. & ponderatis sufficientem probationem facit, vt per *Rotam coram Gregor. XV. decis. 349. num. 5. & coram Cardinali Caualerio decis. 46. n. 1. & seqq. & in recent. decis. 472. numer. 8. par. 1. & in decis. 641. num. 1. & 2. par. 3. & 409. num. 5. par. 5. & coram Buratto decis. 155. num. 7. & 8. & decis. 710. num. 5. & in Romana dotis, seù filiationis 4. Decembris 1634. coram R. P. D. meo Merlino.* Vndè ipsa habet intentionem fundatam, quod d. Poggio ab intestato defuncto, debeat vna cum DD. Francisco, & Laurentio eiusdem Poggij ex altero fratre prædefuncto nepotibus succedere, nō quidem in stirpes, sed in capita, & pro æquali portione, cum alius frater superstes non adsit,

2 qui cum eis concurrat, † iuxtà communem, ac veriorem sententiam, *Azzo in sum. C. de leg. hæred. Bald. in l. 1. §. vlt. ff. si pars hæred. pet. Capr. cons. 21. num. 104. Honded consil. 7. numer. 9. lib. 2. Thes. decis. 162. per tot.* quam vti talem sequuta fuit, *Rota in causa Bononien. seu Romana iuris succedendi 10. Aprilis 159.. coram Card. Blanchetto, & in Romana successionis 1. Aprilis 1602. coram Card. Millino, & in decis. 352. coram bon. mem. Buratto, & in decis. 196. num. 2. & seqq. & decis. 494. numer. 1. par. 4. recent.* ac proindè in possessionem bonorum per ipsum Poggium, dum vixit, possessorū

3 pro tertia parte † ex interdicto quorum bonorum immittenda veniat *l. 1. ff. & C. quor. bonor. Menoch. de adipisc. rem. 1. numer. 33. Rot. decis. 115. num. 1. par. 1. recent. & decis. 415. num. 2. par. 5. recent.* Quod remedium non est dubitandum locum habere etiam in censibus, ac locis Montium, & in

4 rebus etiam omninò incorporalibus, vt per *Rip. in l. 2. numer. 2. ff. quorum bonor. Menoch. de adip. rem. 1. num. 83. Peregr. de fideic. art. 46. num. 16. Burat. decis. 474. num. 7.*

Quod autem bona prædicta fuerit per Poggiū, dum vixit, possessa, & in illius hæreditate reperta, similiter non controuertebatur, & quoad

5 medietatem dd. locorum Montium probatur, † tā ex descriptione de eis facta per tutricem dd. DD. Laurentij, & Francisci in inuentario bonorum hæreditariorum d. Poggij iuxtà tradita per *Surd. decis. 184. num. 3. Mantic. decis. 344. num. 8. Rot. decis. 387. num. 2. par. 1. & dec. 407. num. 2. par. 2. recent. Gregor. decis. 575. num. 3.* quam etiam ex eo, quod eadem loca cessa, ac resignata fuerunt

ipſimet Poggio, & hæredibus q. Laurentij, &
hoc modo per eum pro indiuiſo ſemper poſſeſſa,
vt in Summ. d. Hieronymæ *num. 2.* Quo verò ad
cenſum cõſtat illum fuiſſe impoſitum per D. Paul-
lum Monaldenſem ſuper tenuta nuncupata
S. Ægidij in Territorio Montis Caluelli, & ven-
ditum eiſdem Poggio, & Laurentio, vt in dicto
Sum. *num. 3.*

Neque obſtat Statutum Viterbieñ fœminarum
per maſculos excluſiuum; quoniam præſuppoſito
etiam ſine veri præiudicio, quod illud in hoc ca-
ſu locum habeat, de quo ſi opus erit, poterit
alias particulariter videri, fuit reſponſum in
omnem caſum ad bona prædicta extrà ſtatuentiũ
6 Territorium † exiſtentia, & ſic illis non ſubiecta,
vires ſuas minimè extendere iuxtà opinionem
*Bart. in l. cunctos populos num. 32. C. de ſum. Trin.
& fid. Cathol. Fælin. in cap. paſtulaſti num. 4. de for.
comp. Rol. conſil. 80. per tot. lib. 4. Honded. conſ. 5.
num. 14. lib. 1. Put. deciſ. 341. lib. 1. in correct. Du-
ran. deciſ. 31. num. 8. Rot. deciſ. 177. numer. 2. &
ſeqq. & deciſ. 364. num. 9. part. 5. recent. & in Re-
canaten. hæreditatis 10. Martij 1623. coram Eminen-
tiſſimo Veroſpio, & in Ciuitatis Caſtelli ſucceſſionis
20. Iunij 1634. coram R. P. D. Veroſpio, & in Ro-
mana de Tagliettis 25. Iunij 1635. coram Reueren-
diſſ. Decano.*

Neque etiam viſum fuit obſtare, quod cenſus
ſupradictus fuerit impoſitus ad fauorem dd. Pog-
7 gij, & Laurentij, † qui erant dd. Statuentibus
ſubiecti, & quod contractus fuerit celebratus in
Ciuitate Viterbien. & conſequenter cenſus ipſe
in eadem Ciuitatem, non autem extrà illius Ter-
ritorium videatur exiſtere, iuxtà tradita *per Are-
tin. conſil. 10. Felic. de cenſib. tom. 1. lib. 3. cap. 1.
num. 12. verſic. hanc limitationem, Grat. diſcept. 29.
numer. 2. 3. & ſeqq. diſcept. 885. num. 23. Rot. in
Romana hæreditatis de Burdeſiis 14. Maij 1571. corã
Oradino, & in Piſana de Roſarminis 17. Martij 1589.
coram Comitulo, & in Auenionen. & Caualllicen. Col-
lectarum 16. Maij 1583. coram Card. Lancellotto
impreſſ. penes Gratian. d. cap. 29. numer. 7. & ſeqq.
& penes Cenc. de cenſib. deeſ. 3.* quia cum ille fue-
rit impoſitus ſuper d. Tenuta nuncupata S. Ægi-
dij poſita in Territorio Montis Caluelli extra
dictum Territorium Viterbieñ in eodem Territo-
rio Montis Caluelli non autem Viterbien. exiſte-
re cenſetur, verior enim DD. viſa fuit opinio
quod cenſus impoſitus ſuper certo fundo iuxtà
formam Bullæ Pij V. cenſeatur in eodem loco
8 eſſe, vbi, † fundus exiſtit, *Tiraq. de iure primog.
quæſt. 49. num. 9. Gabr. conſil. 141. num. 15. lib. 2.
Surd. deciſ. 204. num. 6. & 7. Molin. de iuſt. & iur.
tom. 2. diſp. 384. num. 4. verſic. quando cenſus rea-
lis Azebed. in l. 1. tit. 17. lib. 9. Nou. compill. nu-
mer. 119.* cuius opinioni adhæret etiam *Felic. d.
tract. de Cenſib. tom. 2. cap. 6. ſub num. 6. ad fin.
verſic. cuius opinioni adhærere Fab. de Anna conſ. 45.
num. 2. Peregr. conſil. 90. num. 29. verſic. in penſio-
nibus lib. 1. Gratian. diſcept. 586. num. 6. latè Par-
lador. rer. quotid. lib. 1. cap. 3. numer. 13. & ſeqq.
Theſ. iun. quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt. 5. in fin. Barz.
deciſ. 109. num. 10.*

Idque efficaciter probatur ex eo, quia cenſus
iuxtà formam Bullæ prædictæ neceſſariò creari,
ac conſtitui debet in re immobili particulari, ac
9 nominatim certis finibus deſignata, & ex tali
creatione, & impoſitione naſcitur ius quoddam
reale ipſi rei, ac fundo inhærens *Specul. in tit. de
hypoth. § nunc aliqua Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 7.
num. 6. Roder. de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 16. § 7.
quia verſic. ſed etiam ius Auendan. de cenſib. cap. 59.
num. 10. Greg. Lop. in l. 28. tit. 8. par. 5. in verſic.
cenſeo, lim. 1. in fin. Parlad. d. cap. 3. num. 16. 17.
& ſeqq.* qui dicit ineſſe prædio tanquam accidens
10 in ſubiecto, quod expreſsè etiam † firmat, *Felic.
d. tract. de cenſur. tom. 2 lib. 1. cap. 1. ſub numer. 3.
Rota dec. 143. num 1. & ſeqq. par. 5. recent.*

Ideò licet propria exiſtentia non videatur eſſe
in loco; nihilominus ratione cohærentiæ exiſten-
tia ſaltem aliena cenſeri debet in eodẽ loco eſſe,
vbi fundus, cui tanquam ſubiecto inhæret, & in
quo eſt creatus, & impoſitus exiſtit. Cum enim
prædio, ſiue fundo inſit, ipſumque velut acci-
dens quoddam afficit cum eo quodammodo idẽ-
tificari neceſſe eſt, iuxtà celebre Philoſophorum
placitum, quod accidentia naturaliter cum ſub-
11 iecto identificantur, & illius ſubſiſtentia ſubſi-
ſtunt, vt ex *trad. per Auerr. ſimplic.* & alios inquit
*Felic. d. tom. 2. lib. 1. cap. 1. ſub numer. 3. verſic.
quamobrem;* Vndè propter hanc rationem inter
12 immobilia connumeratur *Gabr. conſil. 141. nu. 14
lib. 2 Felic. de cenſ. lib. 1. cap. 7. numer. 2. verſic.
quod redditus, & lib. 2. cap. 3. numer. 32. & 33. &
ſeqq. & tom. 2. lib. 1. cap. 1. num. 3. Barz. dec. 109
num. 11. Surd. deciſ. 204. num. 6. verſic. quia ratio-
ne, Rota in Narnien. bonorum 26. Iunij 1637. coram
R. P. D. Motmanno,* & fundo prætereunte, ipſe
quoque cenſus perit, & extinguitur, vt apertè
13 cauetur in dicta Bulla Pij V. *Couar. d. lib. 3. cap. 7.
num. 3. Nauar. de vſur. num. 74. & 95. Felic. de
cenſ. lib. 1. cap. 4. num. 3. Auend. eod. tract. cap. 60.
numer. 5. circa med. Rota deciſ. 757. num. 2. par. 1.
diuerſ.*

Neque obſtant in contrarium allegata, quia
procedere poſſunt in cenſibus conſtitutis ante
dictam Bullam Pij V. in ſola, nudaque perſona,
vel cum adiectione obligationis, ſiue hypothecæ
generalis omnium bonorum, aut quando cẽſus
ipſe fuit ſuper omnibus bonis tam mobilibus,
quàm immobilibus generaliter impoſitus, prout
loquuntur ſupradictę deciſiones coram Oradino,
14 Comitulo, & Lancellotto; † ſecus autem quan-
do ille ſecundum eiuſdem Bullæ formam fuit ſu-
per certa re immobili proprijs finibus deſignata
conſtitutus, tunc enim eſt verè ius reale ipſi rei
immobili cohærens, & obligatio realis principa-
lis eſt, perſonalis verò acceſſoria *Boniuſ. de cenſ.
1. cond. num. 4. & 5. Surd. conſ. 318. in princ. lib. 3.
Roder. de ann. redd. d. lib. 2. quæſt. 19 num. 29. circa
med. Auend. de cenſ. cap. 58. num. 3.*

Et ità vtraque parte &c.

R. P. D. BVCCABELLA.
Viterbien. Hæreditatis de Chiſijs.
Mercury 24. Nouembris 1638.

ARGVMENTVM.

Statutum excludens fœminas ab hæreditate aliquo-
rum cenſetur tantummodo illas excludere ab hæ-
reditate illorum quos expreſſit, ſecus autem eo-
rum, qui non fuerunt à ſtatuto nominati.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Neptis succedit Patruo ab intestato vna cum nepotibus ex altero fratre.*
2 *Nepotes ex pluribus fratribus succedunt patruo in capita non autem in stirpes.*
3 *Statutum excludens fœminas à successione intelligendum est à successione tantum nominatarum, & numer. 5. & 6.*
4 *Statuta correctoria iuris communis tantum disponunt quantum loquuntur.*
Statuti verba vbi cessant, cessat quoque dispositio, num. 4.
Statutum non extenditur ad personas in eo non expressa, num. 4.
6 *Verbum*, ipsorum, *est relatiuum, & ad oculum demonstrat personas, & dispositiones supra expressas, ideoque dicitur restrictiuum.*
7 *Dictio*, ex, *denotat causam, & lineam immediatam.*
Statutum excludens fœminas ex aliqua linea censetur illas excludere quoties adsint masculi ex illa eadem linea, num. 7.
8 *Statuta fœminarum exclusiua censentur facta pro agnationis conseruatione.*
9 *Ratio conseruandæ agnationis non est in statutis extendenda ad personas non expressas, sed ad nominatas tantum.*
10 *Statutum licet, non sit extendendum ex identitate rationis, est saltem ex maioritate rationis extendendum, & num seq. vbi vide.*
11 Rot. in dec. 496. n. 2. apud Seraph. & dec. 104. n. 1. par. 1. recent. *declaratur.*

Allegatur hæc Decisio suprà in decis. 144. quæ est in eadem causa, sicut est præcedens.

DECISIO CCXCI.

POstquam fuit resolutum, * quoad bona hæreditaria Poggij extrà Territorium Viterbien existentia dandam esse D. Hieronymæ ex Ludouico germano fratre prædefuncto Nepti immissionem, pro tertia parte; Proposui dubiũ, ad quem spectet eiusdẽ Poggij hæreditas, quoad bona intra d. territorium posita; Et Domini vnanimiter responderunt spectare ad d. D. Hieronymam similiter pro tertia parte. Nam attenta iuris communis dispositione res est clara, quod ipsa ad d. eius Patrui successionem ab inte-
1 stato defuncti vocatur † vna cum DD. Francisco, & Laurentio ex altero fratre nepotibus, vt est text. in §. *si igitur auth de hæred. ab intest. venient. & auth. cessante, C. de legit. hæred.* Non obstante quod sit fœmina *d. auth. cessante, & §. nullum verò auth. de hæred. ab intest. venient. & auth. defuncto, C. ad sen. cons. Tertull.* Non quidem in stir-
2 pes, sed in capita, & sic vnusquisque pro tertia parte † iuxta opinionem *Azon. quam vti veriorem,* & magis communem sequuta est, *Rot. in causa Bononien. seù Romana successionis 18. Aprilis 1592. coram bon memer Card. Blanchetto, & in Romana Successionis 1. Iulij 1602. coram bo. mem. Card. Mellino, & in hac causa 16. Ian. 1607. & 29. Ianuarij proximioris coram me.*

Quo vero ad statutum Viterbien. in quo pro parte dd. Francisci, & Laurentij totum fundamẽtum erat positum, fuit dictum illius dispositionem non intrare, verba enim sunt hæc (Mulier nupta, vel non nupta, & descendentes ab ea per lineam fœmininam patri, vel matri, vel Auo, vel Auiæ, vel fratri, vel alicui ipsorum non succedebat ab intestato existente masculo, ex linea masculina vno, aut pluribus, ex qua ipsa mulier descendat) vnde cum in proposito non agatur de hæreditate alicuius ex prænominatis, sed de successione, & hæreditate patrui, de qua statutum ipsum mentionem non facit non est dicendum, D. Hieronymam esse ab illius successione exclusam, *Castr. consil. 118. num. 1. lib. 2. Crauett. consil. 743. num. 2. versic. qua enim ratione, Gabr. consil. 100. num. 32. lib. 2. Corn. consil. 171. sub numer. 1. versic. tamen his non obstantibus, & sub numer. 3. versic. similiter constat lib. 4. Cephal. consil. 616. num. 44. & 45. & seqq.* & fuit dictum *in Romana hæreditatis 16. Maij 1594. coram Card. Millino.*

Est enim regula generalis, quod huiusmodi statuta fœminarum exclusiua tanquam correcto-
4 ria iuris communis † tantum disponunt, quãtum loquuntur, & vbi cessant verba, cessat etiam dispositio, *Bald. in l. testamentum non ideò in fin. C. de test. Ceph. d. consil. 616. numer 44. Honded consil. 12. nu. 50. lib. 1.* Nec extenduntur ad personas in eis minimè expressas, *Gabr. post alios de stat. conclus. 7. num. 1. & seqq.* Ideoque ab hæreditati-
5 bus tantum personarum † in eis nominatarum excludere censetur, *Bald. in l. sed & milites in princ. versic. & facit ad statutum, ff. de excus. tutor. Paris. consil. 47. num. 77. & seqq. lib. 3. & Crauett. dicto consil. 743. num. 2. & seqq. Dec. consil. 589. num. . Menoch. consil. 496. num. 49. versic. & hæc statuta, & cons. 607. num. 12. Surd. decis. 9. num. 16. Rot. dec. 463. num. 4. par. 1. & decis. 247. numer. 25. & dec. 321. num. 9. par. 5. recent.*

Idque eo magis visum fuit Dominis procedere stantibus illis verbis (vel alicui ipsorum) quæ tanquam relatiua, & ad oculum demonstratiua dispositionem ad personas supernominatim ex-
6 pressas † restringunt, *Bald. cons. 304. num. 2. lib. 5. Cagnol. in l. 2. num. 46. versic. 2. principaliter, & versic. allegata in contrarium, C. de pact. inter emptor. & vendit. Dec. consil. 262. in princ. versic. secundo, fallit. Menoch. consil. 82. numer. 178. Surd. consil. 163. num. 14. & seq. & dec. 125. num. 1. Rot. decis. 300. num. 21. versic. quæ dictio, & decis. 619. num. 3. par. 1. & decis. 507. num. 9. par. 2. & decis. 333. num. 2. par. 4. recent.*

Præsertim etiam ponderando dictionem illam (ex) ibi, ex qua ipsa mulier descendit, quæ vi-
7 detur denotare causam, & † lineam immediatã, ità vt fœmina tunc solum censeatur exclusa, quãdo extãt masculi ex linea masculina Patris ipsius, quales non sunt d. DD. Franciscus, & Laurentius, vt post *Alex. in l. Gallus, §. nunc de lege numer. 3. ff. de lib. & Posth.* & alios considerat, *Menoch. in cons. 234. numer. 12.* & faciunt etiam tradita *per Eug. cons. 83. num. 49. lib. 1. Sim. de Præt. cons. 59. num. 11. & Ceph. d. cons. 616. num. 46.*

Nec obstat, quod similia statuta facta videan-
8 tur pro † agnationis conseruatione, vt tradit *Cyn. in l. publico in 4. quæst. C. ad l. Iuliam de adult.*

Bald.

Bald. in l. quod verò num. 1. ff. ad leg. & dixit, *Rot. in Cesenaten. fideicommissi 24. Ianuarij 1628. coram Reuerendiss. Vrgellen.* Quia non propterea est facienda extensio ad personas in eo non nominatas,
9 † sed ratio agnationis conseruandi restrigi debet ad expressas, *Dec. in l. 1. sub num. 3. C. de success. edict. & d. cons. 5 9. num. 6. vers. non obstat si dicatur, Crauett. dict. cons. 743. ante num. 1. & num. seq. Menoch. cons. 317. num. 7. Gregor. decis. 433. nu. 1*.

Nec etiam visum fuit obstare, quod licet statutum prædictum non sit extendendum ex identitate rationis, nihilominus extendi saltem debeat
10 ex maioritate rationis † ita vt cum in verbis exclusa legatur soror, quæ est proximior, multò magis debeat excludi Neptis, quæ est remotior, vt per *Seraph. dec. 496. num. 2. & decis. 104. nu. 1. in*
11 *fin. par. 1. recent.* Quoniam placuit † responsio, quod decisiones prædictæ non loquuntur de exclusione ab hæreditate personæ in statuto non expresæ, prout nec etiam loquuntur quando, non extant descendentes masculi ex linea immediata, ex qua fœmina descendit, de qua vt supra dictum est loquitur statutum istud, sed solum firmant, quod vbi soror per statutum ab hæreditate patris excluditur debeat etiam ab eadem hæreditate multo magis excludi Neptis ex fratre, vel alia filia prædefuncta, in qua militat maior exclusionis ratio, cum sit in remotiori gradu, & succedat in concursu cum patruo solum per representationem nõ autem ex persona propria prout hic iuxtà deducta in dictis alijs decisionibus in hac causa factis, vt in specie ad dictam decisionem *Seraphini* respondit *Rota in d. Romana hæreditatis coram Mellino*, vbi quod in his terminis non licet arguere de exclusione proximioris ad remotiorem ex pluribus ibi, & supra allegatis.

Et ità vtraque parte, &c.

Idest sub die 29 Decembris 1638. coram eodem bon. mem. Buccabella, quæ est decisio præcedens.

R. P. D. GHISILERIO.

Posteà Episcopo Terracinen.

Meleuitana Hæreditatis.

Veneris 1. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Vis, & metus si in confectione testamenti interuenerunt, etiam quod ab hærede instituto prouenisse non constet illius inualiditatem operantur, quod eo magis procedit, si de reuocatione testamenti præcedentis agatur. Transactio quæ falsitatem causæ in se continet dicitur ipso iure corruere, maximè si est læsiua. Mentis compotem vltra quod de iure testatorem fuisse præsumitur probant assertio Notarij, & iuramentum in ea præstitum cœterique actus ad mentis integritatem conferentia.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ probatur ex reuolutione processus, in quo apparet omnia necessaria fuisse seruata.*
2 *Testamentum vltimum metu, & dolum extortum non operatur reuocationem primi, & num. 4. & per totam decis.*
3 *Testes singulares probant metum.*
4 *Testamentum metu factum ad fauorem inferentium metum aliquid operari non potest.*
5 *Interesse matris dicitur interesse filij.*
6 *Dolus alterius, vbi immedietatè est causa meæ acqui- sitionis mihi nocet perinde, ac si proprius fuisset, & num. 9.*
7 *Dolus non solum in persona operante considerari debet, verum etiam in ipso actu, vt ex eo aliquid vtilitatis percipi non possit.*
Voluntas libera in testamento requiritur, num. 7.
8 *Vis seu metus quoties dedere causam institutioni, illa debet omninò corruere, & num. seqq.*
10 *Transactio inita ex falsa causa corruit ipso iure, & num. seqq.*
11 *Causa in transactione expressa si sit vnica etiam finalis præsumi debet.*
12 *Transactio censetur inita ex tacita conditione, nisi adsit error, & falsa causa.*
13 *Transactio rescinditur data læsione enormissima.*
14 *Testator tempore conditi testamenti sanæ mentis præsumitur donec contrarium probetur.*
15 *Testatorem non esse mentis compotem affirmans hoc plenè, & concludenter probari debet.*
16 *Testatorem fuisse mentis compotem vltrà iuris præsumptionem probatur nedum ex assertione Notarij, sed ex alijs actibus, & contractibus, in quo fuit habitus vti talis.*
Ac denique, quia testamentum apparet factum vti à sano, non autem à demente ibidem.
Testamenti pro validitate ex capite sanæ mentis testatoris semper respondit num. 16.
17 *Testatorem fuisse sanæ mentis eò fortius probatur si apparet ipsum aliquem sibi magis coniunctum instituisse, qui sit de agnatione.*

Hæc Decisio cum alijs, quæ in hac causa immediatè sequuntur allegantur supra à Decisione 151. in qua omnes emanarunt.

DECISIO CCXCII.

ORdinarius Meleuitanus per diffinitiuam sententiam pronunciauit testamentum conditũ à Reu. D. Federico de Attardis 20. Maij 1620. in quo hæredem vniuersalem instituit Io. Mariam Attardum, esse attendendum, cæteris testamentis habitis pro nullis, inualidis, & reuocatis, & rescindendam esse transactionem factam à supradicto hærede cum Francisco Remeghet, & alijs consortibus bonorum hæreditariorum in vim alterius testamenti eiusdem Federici; A qua sententia commissa causa appellationis in Rota, & proposito dubio, an talis sententia esset confirman. vel infirman. cum valida, & iusta visa fuerit, pro confirmatione fuit resolutum.

De validitate constat ex reuolutione processus,
1 cum † fuerint seruata omnia requisita pro validitate iuxt. decis. Caput. 260. par. 2. 178. & 602. num. 1. par. 2. recent.

Apparet autem de iustitia sententiæ in vtroque capite, quia vltimum testamentum conditum
2 28. Iulij 1620. metu, † & dolo extortum non oper-

operatur reuocationem præcedentis testamenti conditi 20. Maij eiusdem anni, vt benè aduertit *Surd. plures cumulans conf. 373. numer. 17. in fin. & seqq. Anton. Faber. in C. lib. 6. tit. 15. diffin. 1. Menoch. de arbitr. in addit. ad Caf. 395. num. 7. Cæs. Barz. decis. Bonon. 120. num. 7.* Quod autem minæ interuenerint, itaut Federicus fuerit per metum compulsus ad confectionem vltimi testamenti, in quo hæredem instituit Catharinam vxorem Thomæ Vassalli, & matrem Andreæ, non videtur dubitandum, cum probentur ex Testibus, immò vltrà minas interuenerunt actus hostiles, vt vulnera, & incendia, quæ omnia in casu prædicto
3 benè probari † per testes etiam singulares tenuerunt, *Menoch. in addit. ad d. caf. 395. num. 8. & seqq. Barz. dict. decis. 120. num. 14. & seqq. Ias. conf. 141. num. 5. lib. 3. Afflict. decis. 69. num.* 8. Merito igitur, testamentum vltimo loco factum sustineri non
4 debet ad illorum fauorem † ex vulgata Angeli Theorica communiter recepta in *l. non enim, ff. de innoffic. testam. & in l. fin. C. si quis aliquem testari prohibuerit*, quem innumeri sequuntur *Ias. in l. 1. num. 5. C. si quis aliquem testari prohibuerit, Ruin. conf. 2. nu. 10. & conf. 73. nu. 5. lib. 2. Crauett. consil. 461. nu. 15. & conf. 516. num. 6.* vbi alios refert *Rip. in resp. 69. num. 14. Melchior Palaez in tractatu maioratuum in par. 1. quæst. 25. nu. 2. & 3.* cum alijs relatis *per Carosc. decis. 15. n. 37. & per Surd. d. conf. 473. num. 17.*

Neque in contrarium facere potest, quod minas alius intulerit, & executus fuerit, quam is, qui fuit in tertio testamento hæres institutus, patet enim, minas, & metum executioni demandatum, fuisse illatum ab Andrea filio Catharinæ vnius ex hæredibus in d. secundo testamento institutis; Nam preter quod dici potest, quod hic agebatur
5 pariter de interesse ipsius, † Andreæ cum interesse filij. Respondebant Domini sufficere, quod à quocumque inferatur, nam quando dolus alterius est
6 causa immediata meæ acquisitionis, † mihi nocet non minus, quam meus proprius dolus, vt respondet ad literam, *Surd. d. conf. 373. num. 34. in fin. vers. Præterea, per text. in l. si Procurator de doli exceptione, l. 1. §. si quis tamen, & §. si filius, ff. de vi, & vi armata*, qui non solum consideratur dolus in persona operante, sed etiam in ipso actu,
7 qui caret libera voluntate, quæ † in testamento requiritur, *l. 1. C. de sacros. Eccles.* nec illa potest pendere ex alieno arbitrio *l. illa instit. ff. de hæred. instit. cum similibus*; Ideò quoties vis, seù metus
8 dedit causam institutioni † illa, debet omnino corruere, quia repugnat dictæ libertati secundum *Cyn. in tit. Cod. si quis aliquem testari prohibuerit prope fin. vers. & ratio est*, & sic cum dolus compellentis per vim, & metum Testatorem ad eos scribendos hæredes, quos noluisset, sit causa proxima, & immediata acquisitionis hæreditatis hæredibus
9 in eo † institutis debet nocere dicta compulsio licet facta ab alio, ne hæreditatem ipsius Federici possint habere in præiudicium Ioannis Mariæ hæredis instituto in primo Testamento iuxtà opinionem *glos. in rubr. ff. si quis aliquem testari prohibuerit*, quam communiter sequuntur *Dott. nempe Dn. & Butr. in d. rubr. vers. in contrarium, Cuman. nu. 5. in fin. cum seqq. Oldrad. Riccard. Iacob. de Rauenna, & Cyn. in d. tit. Cod. si quis aliquem testari prohibuerit, & alij plures.*

Iustè etiam pronunciatum fuit, transactionem initam non esse attendeñ, cum emanauerit ex falsa causa, quod scilicet hæredes instituti in vltimo testamento essent verè tales, non autem Io. Maria, quod cum sit falsum ex supra deductis transactio corruit ipso iure *ad text. in l. si post diuisionem, C. de iuris, & facti ignorantia, Natta conf. 77. nu. 12. Surd. conf. 37. n. 52. lib. 5. Aym. conf. 26. in fin. 189. nu. 9. & 221. n. 8. Menoch. conf. 750. n. 1. & seqq. Rota coram Cæs. de Graff. dec. 1. nu. 4. de transact. coram san. mem. Greg. XV. dec. 149. nu. 1.*

Sed à primo capite pendet etiam Iustitia alterius, si quidem ex Instrumento transactionis apparet, Io. Mariam ad eam deuenisse cum supposito, quod ij ad quorum fauorem renunciauit hæreditatem Federici essent veri Federici hæredes; hæc enim causa, quæ tanquam vnica præsumi etiam debet finalis, declarat mentem Io. Mariæ,
11 † vt dum sub ea conditione transegit, noluerint, eandem transactionem valere si hæc causa non subsisteret, atque ita propter defectum consensus nullus videtur, quod possit esse effectus eiusdem transactionis iuxta notata *in l. si diuersa, C. de transact. & in l. si post diuisionem, C. de iuris, & facti ignorantia etiam si sit iuxta*, quia censetur inita, & iuramentum præstitum sub tacita conditione nisi
12 adsit error, a & falsa causa, *Dec. conf. 408. nu. 7. Aym. conf. 144. num. 17. Paris. conf. 89. nu. 71. vol. 1. Cephal. conf. 207. nu. 63. vol. 2.* maximè considerata enormissima læsione, cum pro scu. 373. renunciauerit hæreditati, cuius valore ex iectura inuentarij bonorum Federici ascendit ad scuta
13 10000. ob quam enormissimam † læsionem iuxta veriorem, & magis communem opinionem rescinditur etiam transactio iurata, *Mant. de tacit. lib. 26. tit. 9. n. 23. vsque ad 32. Surd. conf. 431. num. 9. lib. 3. Paris. 12. num 102. lib. 2.*

Neque obstat exceptio, quod primum testamentum factum fuerit à cum Federico cum non esset sanæ mentis, quod non probatur, & standum est interim præsumptioni contrariæ, quæ fa-
14 uet opinioni, † vt quis integri consilij præsumatur, *iuxt. l. nec codicillos, cum ibi notatis per Bald. C. de Codicillis, l. fin. C. de hæred. instit.* ita vt contrarium asserenti incumbat onus plenè, & conclu-
15 denter † probandi assertam mentis alienationem, *Rot. decis. 384. num. 3. par. 1. recent. in Romana hæreditatis de Arigonijs 13. Nouembris 1624. coram bon. mem. Patriercha Manzanedo, in Romana successionis 19. Ianuarij 1629. coram R. P. D. meo Durano*, sed omnis difficultas cessat ex facto, tum ex assertione Notarij facta in testamento, in quo se fundat pars aduersa, dum in eo, enunciatur sanæ mentis, tum ex pluribus contractibus, & alijs actibus, in quibus fuit tractatus vti sanæ mentis,
16 † tum denique quia testamentum apparet factum vti à sano, non autem à demente, & in similibus casibus semper Rota rescripsit pro validitate, vt peæter supradictas decisiones, *coram Cardinali Caualerio decis. 691. in Romana hæreditatis de Gracchis 5. Decembris 1618. coram bon. mem. Remboldo, in Romana donationis 11. Ianuarij 1610. coram bon. mem. Dunozetto*, & alias sępessimè, in quibus respondetur omnibus, quæ adduci posent de datione Curatoris, quæ tanto magis videntur procedere

dere

dere in hoc casu, stante laudabili dispositione
17 ad fauorem Io. Mariæ Pronepotis † masculi de propria agnatione, & familiæ præsertim accedẽtibus testibus, qui deponunt Testatorem tunc temporis esse sanæ mentis, & vniuersaliter fuisse admissum tanquam sanę mentis ad celebrationem contractuum, & instrumentorum stipulationem, de quibus in processu.

Et ita &c.

R. P. D. PANZIROLO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Meleuitana Hæreditatis.

Lunæ 26. Ianuarij 1637.

ARGVMENTVM.

De eadem materia præcedentis decisionis hic agitur scilicet de Testamentum vltimo per metum extorto, quod non valet reuocare præcedens, & hinc plura de metu dicuntur; quod processus per audientiam contradictarum rectè agitetur contra contumacem personaliter citatum ad comparendum, & quod talis citatio non dicatur circumducta, licet illius reproductio non fuit in tempore facta, cum reproduci possit semper, & quandocumque de subrogatione auditoris in locum absentis, vel defuncti, ac denique de sanitate Testatoris tempore conditi testamenti plura enucleantur.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum aduersus rem iudicatam siue læsione non conceditur.*
Validitas, & iustitia sententiæ faciunt cessare læsionem fundamentum restitutionis in integrum, nu. 1.
2 *Hæres institutus in testamento per vim, & metum extorto, vt indignus prohibetur succedere.*
3 *Testamentum primum non censetur reuocatum per secundum meticulosè factum.*
4 *Metum ad probandum sufficiunt probationes leuiores, imò etiam indicia, & coniecturæ.*
5 *Testes singulares probant metum, & minas.*
6 *Metus etiam à tertio illatus non potest efficere, vt per illum præcedens censeatur testamentum reuocatum.*
7 *Metus illatus hæredi consanguineo testatori, & ipsi testatori censetur illatus.*
8 *Contradicta fieri non possunt, vbi adest procurator in Curia, quia ille citari debet, sed lim. vt num. seqq.*
9 *Citatus personaliter in partibus, si non compareat, bene contra illum per contradictas proceditur.*
Amplia etiam quod alias ipse haberet procuratorem in Curia, vt num. anteced. ibidem.
10 *Procuratorem habere in Curia non sufficit, nisi ille exhibeat mandatum in actis Notarij causæ.*
11 *Procurator quis non præsumitur ex sola expeditione commissionis stante modica impensa iuliorum quinque.*
12 *Citatio generalis ad totam causam duo importat, alterum ad comparendum certa die alterum ad comparendum simpliciter.*
Vnde licet per non comparationem in termino fuerit quoad primum circumducta: remanet tamen in suo esse quoad alterum.
Per comparitionem simpliciter factam, cum possit quandocumque reproduci, ibid.
Citatio ad totam causam non comparente, rectè contra eum proceditur vsque ad sententiam, tanquam contra contumacem, nu. 12.
13 *Commissio subrogatoria iudicis vti à prima dependens nouam non requirit citationem.*
14 *Auditor Rotæ vbi à Curia discedit, aut moritur tunc Notarij impetrant commissionem subrogatoriam.*
Eamque in domibus Auditorum præsentant, & postmodum Reuerendissimus Decanus distribuit dd. causas, ibid.
15 *Commissio subrogatoria in locum Auditoris absentis, vel defuncti obtenta per commissionem specialem, nihil differt à commissione quam impetrant Notarij.*
16 *Tempus quo causa fuit in Rota commissa attendi debet, non autem tempus reproductæ commissionis.*
17 *Sententia, vt non dicatur præcipitanter lata sufficit intercessisse tempus congruum pro discussione causæ.*
18 *Datio Curatoris propter delirium mentis in qua proximiores non fuerunt citati non aufert testamenti factionem.*
19 *Amplia si nec ipse testator citatus fuit.*
20 *Testator si post dationem curatoris en causa delirij habitus fuit homo sanæ mentis, & sic se gessit vsque ad obitum.*
Eo casu testamentum, quod condidit substinetur, ibidem.
Testibus de sana mente Testatoris deponentibus credendum est, nu. 20.
21 *Testamentum prudenter, & laudabiliter conditum, prout quisque homo sanæ mentis condidisset.*
Præsumitur factum in statu sanitatis, ita vt ex eo testatorem, nec curatore, aut alijs remedijs indiguisse manifestè appareat, ibid.
22 *Testamentum ad validitatem nulla præcedere debet declaratio Iudicis super sanitate, etiam quod sanitas non esset notoria.*
23 *Sententia super sanitate mentis testatoris, etiam post testamentum conditum ferri potest, & retrotrahitur ad diem confectionis illius.*
24 *Transigens super testamentum ex quo nullum ius consequi poterat dicitur in dolo manifesto.*
25 *Calumnia euidens probatur in transigente ex causa testamenti, ex quo nullum sibi ius competere poterat ad suscitandam litem alteri parti.*
26 *Litis incertitudo magnificata ad effectum dolosè, & fraudolenter extorquendam transactionem, nullius est momenti.*
27 *Transactio corruit data causæ falsitate.*

Est in eadem causa decisionis antecedẽtis, & in qua pariter sequens emanauit decis. & alia quæ supra habetur in ordine 151.

DECISIO CCXCIII.

Lata sententia Rotali, & transacta in iudicatum super validitate secundi testamenti ad fauorem Io. Mariæ Attardi conditi per Federicum Attardum post habitis primo, & tertio testamento facto

cto ad fauorem Catharinæ vxoris Thomæ de Vassallis, ac aliorum institutorum, necnon etiam transactione desuper inter partes celebrata, coram me dubitatum fuit, An constet de causis restitutionis in integrum, pluriesque dubio proposito, ac non resoluto, tandem hodie Domini responderunt de causis restitutionis in integrum
1 non constare, quia concurrit iustitia, † & validitas sententiarum quo casu cessat læsio, sine qua restitutio denegatur, *Bero. conf.122.num.9.et 10. lib. 3. Rota decis. 132.num.1. & dec. 427.n.1.par.1. recent.*

Validitas apparet ex reuolutione actorum *iuxt. Caputaq. dec. 260.par. 2.* Iustitia verò sententiarum deducitur, quia cum per metum cadentem in constantem virum, secundum testamentum fuerit reuocatum per tertium factum ad fauorem
2 Catharinæ vxoris Thomæ Vassalli, a & aliorum, personæ in hoc tertio testamento institutæ prohibentur succedere, vt indignæ, *Bart. in l.final.quæst. antepen. ff. si quis aliq. test. probib. Bald. in l.1.n. 15.* & ibi *Salic. in fin. C. eodem Paris. conf. 67. nu. 119. lib. 3. Mantic. de coniect. lib. 2. tit. 7.num.5. Rota in Leodien. Castrorum 15. Decembris 1634. coram R.P. D. meo Motmanno*, & hoc secundum testamentum
3 pro non reuocato habetur † ad fauorem Io. Mariæ, qui in illo hæres scriptus reperitur, *Cyn. in titul. C. si quis aliq. test. probib prope fin. vers. & ratio est, Surd. conf. 337.num.17. & seqq.* & firmatum fuit in hac causa *coram R. P. D. meo Ghisilerio sub die 1.Iulij 1633. Rot. Leodien. Castrorum 7. Apr. 1636. coram R.P.D. meo Motmanno.*

Quod autem metus incussus fuerit Testatori deducitur ex eo, quod Andreas Vassallus sciens, Testatorem reuocasse primum Testamentum; in quo Catharina ipsius Andreę mater fuerat instituta, illudque secundum ad fauorem supradicti Io. Mariæ condidisset, cępit palam vociferari, & Testatori asserere, quod ex confectione huius secundi testamenti multa scandala, ac etiam mortes erant orituræ, & facto d. Io. Mariam occidere tentauit, exonerando contra eum scloppettum, seu archibusium, cuius ictu in spatula lætaliter ipsum vulnerauit; Postea vero nocturno tempore domui eiusdem ignem applicuit, quibus facinoribus perterrita vxor Io. Mariæ Testatorem rogare fecit, vt testamentum iam conditum ad fauorem coniugis reuocaret, prout Testator propter prædicta reuocauit, quæ omnia bene probantur ex testibus in *Summ. num. 7. 8. 9. 10. & 11.* cum ad probandum metum incussum, vti res difficilis
4 probationis, sufficiant læuiores probationes indicia, & coniecturæ, *Rimin. iun. conf. 362.numer.57. & nu.87. Honded. conf. 29. num. 21. lib. 1. Greg. dec. 326.num. 2. & 5. Rot. decis. 642.num. 33. par. 1. recent.*
5 & pro † hoc sufficiunt testes singulares, *Anch. conf. 277.n.7. circa med. Crott. conf. 106 in 2.dub. Surd. conf. 395.n.47.* prout etiam probantur minæ *Gabr. concl. 2.n. 16. de testam. Gram. decis. 5. num. 15. Greg. dec. 326. nu.48.*

Et quamuis metus illatus fuerit ab Andrea, non autem ab aliquo ex hæredibus institutis ta-
6 men hoc sufficit, quod à tertio fuerit illatus ad annullandum † testamentum fauore hæredis in odium metus incussi, *glos. in c.2. verb. coactus ante med. vers. nec refert.* in hoc casu quis metum fecit *de ijs, qui vi. metus ve causa fiunt*, & ibi, *Host. post princ. verb. coactus, Surd. conf. 363.n.34. in fin. & nu. 35. & seqq. Gabr. conf. 99.n.9. & seqq. lib. 1.*

Nec subsistit, quod dicebatur testamentum non fuisse metu factum, ex quo minæ illatæ fuerunt hæredi, & non testatori, quia contrarium apparet cum ex eo, quod Andreas minatus est testatori se causaturum plura scandala, ac etiam mortes, si aliud testamentum non conderet, ve-
7 rum etiam quia Io: Maria, in quem † vulnera, & minæ terminarunt, erat pronepos testatoris, & ideo metus illatus Io. Mariæ dicebatur etiam illatus Testatori consanguineo per *text. in cap. sciant cuncti, vers. sed consanguineos eorum de elect. in 6.* & ibi *Franc. num. 2. Bart. in l. pupillo, §. si quis ipsi Prætori num. 19. ff. de oper. nou. nunc. Brun. conf. 82. n.6. Gram. conf. 13.n.3. Menoch. de arbitr. cas. 135.n.8.*

Neque obstare dixerunt nullitates allegatæ pro
8 ostendenda læsione, & primo † quod aderat Procurator in Curia, qui debebat citari, nec poterat procedi per contradictas, prout processum fuit coram R. P. D. meo Ghisilerio; Quia cum Andreas, & Consortes fuerint in partibus personali-
9 ter citati, & nullus pro eis comparuerit, † benè procedi potuit per contradictas, *Cassad. dec. 6.n.1. & seqq. vt lit. pend. Bellam. decis. 318. Put dec. 361. lib. 2. in correct. Gregor. dec. 4;0.num. 1. ibique addent.*
10 nec sufficit adesse Procuratorem in Curia, † nisi ille exhibeat mandatum causæ *Rota dec. 6. de dol. & cont. in nou. Caputaq. dec. 102. par. 3. Rot. in Ortonen. pensionis 20. Februar. 1598. coram bon. mem. or. Card. Pamphilio impress. per Marches. de commiss. p. 1. fol. 268.*

Accedente præsertim, quod Alexander Riccar-
11 cardus non poterat præsumi procurator ex † sola expeditione commissionis stante modica impensa iuliorum quinque *Mant. de tac. lib. 7. tit. 4. n. 14. Grat. for. discep. 2.6.n.22. Put. dec. 299. n. 2. lib. 2. Greg. dec. 324.n.6. vers. sed contrarium.*

Pariter nihil facit, quod fuerit circumducta citatio, qua obtentum fuit procedi per contradictas ex quo in actis procurator comparuit, neque illam reproduxit in termino præfixo, & ideo habetur pro non facta; Quia cum talis citatio dicatur generalis, non ad certum, & determinatum actum, sed ad totam causam absque eo quod circumducta dicatur qui citationem impetrauit,
12 potuit quandocunque comparere, † quia talis citatio duo importat, alterum ad comparendum certa via alterum ad comparendum simpliciter, & ideo licet per non comparitionem in termino præfixo circumdicatur citatio pro certa die remanet tamen non circumducta per comparitionem simpliciter, & ideò validè contra sic citatum tanquam contra contumacem potest procedi vsque ad sententiam *Vestr. in prax. lib. 4. c. 4.n. 1. per totum ibique add. Rom conf. 70. Vant. de nullit. sent. ex defect. citat. n.111. Rot. decis. 21. ad fin. de appell. in nouiss.*

Similiter non obstat, quod post dictam citationem fuerat subrogatus R.P. D. meus Ghisilerius in locum R. P. D. Queipi, & talis subroga-
13 tio non fuit parti intimata, † quia cum talis cõmissio esset dependens à prima non requirebatur alia citatio *Rota decis. 15. nu. 1. de rescript. in nou. Seraph. decis. 1372. num. 5.* & fuit dictum *in Romana*

na Vineæ de Fabijs 24. Maij 1602. coram bon. mem. Litta impress. apud Marches. de commiss. par. 2. fol. 472. *n.* 2. & in puncto est *decis. 191. num. 7. par. 2. recent.* & ratio esse videtur, quia quando aliquis
14 Auditor discedit à Curia, aut † moritur, Notarij impetrant commissionem subrogatoriam; & illam præsentant in domibus Auditorum, & postmodum Reuerendiss. D. Decanus distribuit dd. causas inter Auditores, & iste est stylus Curiæ, & certum est, quod in d. commissione subrogatoria de stylo non requiritur citatio, nec quando D. Decanus distribuit, & hoc est, quod innuit *Rot. in d. decis.* 191. Et ideo licet in hoc casu obtenta fuerit subrogatio per commissionem specialem
15 † parum refert, quia eadem est ratio in vtroque.

Insuper visum est nullius momenti, quod sententia præcipitanter lata fuerit, quia causa commissa fuerat in Rota de anno 1631. quod tempus
16 attenditur † non autem reproductæ citationis de anno 1633. *Caual. dec. 153. num. 1.* & ad excludendum, quod sententia præcipitanter lata fuerit
17 sufficit, † intercessisse tempus congruum pro discussione causæ, prout discussa fuit, & facta decisio, parte non comparente, *Seraphin. decis. 455. num. 9.*

Non obstat, quod secundum testamentum fuit conditum à Federico de tempore, quo propter delirium mentis, & decrepitam ætatem fuerat ei datus Curator; & interdicta bonorum administratio; Tum quia datio Curatoris non abstulit
18 testamenti † factionem, ex quo non apparet, quod proximiores Federici fuerint citati, *Cagnol. in l. furiosi, nu.* 18. *ff. de reg. iur.* vel quod ipse Federi-
19 cus † citatus fuerit, sine qua citatione datio Curatoris propter dilirium mentis non substinetur; Tum etiam quia ex testibus datis apparet, quod Federicus post dictam dationem Curatoris, & interdictam administrationem habitus fuit homo sanæ mentis, & sic gessit vsque ad obitum,
20 † quibus testibus est credendum, *Dec. cons. 448. num. 15. Menoch. lib. 6. præsump. 45. n. 5. firmauit Rota in Romana Hæreditatis de Arigonis 13. Nouembris 1624. coram bon. mem. Manzanedo, & in Leodien. Castri de Mombech. 15. Decembr. 1624. & 15. Iunij 1635. coram R. P. D. meo Pirouano*, Vltra quod apparet, Testatorem condidisse prudens, & laudabile testamentum, prout quisquis homo sanæ mentis condidisset, itaut manifestè appareat testamenti, ipsum fuisse in statu sanitatis, nec Curatore, & alijs remedijs iuris dementibus para-
21 tis indiguisse, † & sic potuisse liberè testari, *l. 1. C. de Curator. furiosi, Honded. cons. 78. nu. 61. lib. 2. Rot. dec. 129. n. 15. p. 2. diuers. & dec. 525. nu. 10. p. 4. rec. & decis. 233. num. 15. & seqq. par. 5. recent. Caual. dec. 366. num. 8. & dec. 621. num. 1.* & firmauit *Rota in Romana hæreditatis de Gracchijs 15. Decembris 1618. coram bon. mem. Remboldo*, quo casu ad
22 validitatem testamenti, † nulla præcedere debuit declaratio Iudicis super sanitate, etiam quod sanitas non esset notoria, *Cyn. in l. inter te, & auiã, vers. sed & idem est, C. quando prou. non est necess. Angel. Aretin. in §. item prodigus num. 5. & 6. instit. quib. non est permiss. fac. testam. Rip. in l. is cui bonis n. 41. vers. ego non discedo, ff. de verb. oblig. Caldas. in l. si Curatorem, vers. cum non absimilis n. 31. circa med. vers. quinimo, & si manifestum non sit, C. de integr. restit. Decian. cons. 2. n. 15. lib. 3. Rimin. iun. cons. 515. nu. 13. lib. 5.*

Et omnis videtur cessare difficultas, quia cum ex prædictis satis constet de sanitate mentis,
23 † potest hodie super ea ferri sententia, quæ retrotrahatur ad diem conditi testamenti, *Alciat. in l. is cui n. 19. vbi Ripa n. 45. vers. sed si aliter probari posset, ff. de verb. oblig.*

Non obstat, quod Ioan. Maria, & Andreas transegerunt super omnibus testamentis, quo casu sententiæ annullans transactionem non subsistit, ad cuius validitatem sufficit timor futuræ litis etiam iniustę, quia cum Andreas per vim, & metum fecerit reuocare secundum testamentũ, & tertium fieri, erat in manifesto dolo, & calumnia, ex quo sciebat, se nullum ius habere in hæreditate testatoris, accedente præsertim, quod nisi sciuisset, se malum ius fouere non transegis-
24 set, † dum habebat pro se tertium testamentum reuocatorium aliorum *Rim. sen. cons. 102. num. 30. lib. 1.* Quinimmo in eo calumnia euidens proba-
25 tur, dum ex prædictis apparet, quod illi † nullum ius competebat ad litem mouendam, *Cassad. dec. 7. nu. 2. de dol. & cont. Rot. in Rom. Transact. 13. Nouembr. 1591. coram Orano*, & ideo asserta incer-
26 titudo litis † fuit magnificata ab Andrea ad dolosè, & fraudolenter extorquendam dictam transactionem, *Rom. cons. 517. n. 18. & seq. Crauett. cons. 152. nu. 10.*

Respondetur vlterius, quod transactio emanauit ex falsa causa, nempe ex præsupposito, quod Catharina, & alij consortes verè essent hæredes Testatoris, quod tamen fundamentum erat fal-
27 sum, & ideo ex falsitate causę transactio corruit, *Surd. cons. 37. num. 11. & seqq. Cæsar Manent. consil. 140. num. 3. & cons. 142. num. 1. & seqq.* vbi sufficit, falsitatem causæ posse probari, *Cæs. de Graff. dec. 1. nu. 4. de transact. Greg. dec. 149. num. 1.* & latè firmatum fuit *in hac causa 1633. coram R. P. D. Ghisilerio*.

Et sic vtraque parte informante decisum.

R. P. D. PANZIROLO.
Postea S.R.E. Cardinali.

Meleuitana Hæreditatis.

Veneris 29. Maij 1637.

ARGVMENTVM.

Tota ista materia, quæ in duabus precedentibus fuit exarata continetur in præsenti decisione, quæ est in eadem causa.

SVMMARIVM.

1 *Testes in iudicio criminali examinati, & in ciuili repetiti plenè probant.*
2 *Testamentum primum non reuocatur per secundum metu factum, & num. seqq.*
3 *Testamentum metu factum licet posterius in odium inferentum timorem substineri non potest.* *Sed prius disposita ad fauorem aliorum institutorum suum effectum operare debent, ibid.*
4 *Metus à quo fuerit illatus nihil facit vt testamentum ex*

ex eo conditum sustineri non possit.

5 *Datio curatoris propter dilirium mentis sicut impedit bonorum administrationem, ita & factionem testamenti interdicit.*

Limita, vt num. seqq.

7 *Interdictus sua administrare bona ex capite furoris, si appareat posteà mentis sanitatem recuperasse.*

Et bonorum administrationem, & testamenti factionem recuperat.

8 *Scriptura ordinata, & bene composita mentis sanitatem demonstrat, sicut inordinata, & incomposita mentis defectum ostendit.*

9 *Sententia declaratoria testatorem mentis compotem euasisse non requiritur quoties apparet ipsum verè in statu sanitatis fuisse.*

Amplia etiam quod sanitas non esset notoria, ibidem.

10 *Sententia super sanitate mentis Testatoris potest etiā ferri post testamentum, & ad tempus confectionis illius retrotrahitur.*

11 *Transactio cessat cessante veritate causarum in ea expressarum.*

12 *Lis in transactione enunciata illam substinere non valet, si moueri debebat ab eo, quem constat nullum ius fouere.*

13 *Transactionem certè non procurasset vltimum habens testamentum, nisi perfectè sciuisset se ex eo nihil consequi posse.*

14 *Transactio non substinetur ob dubium calumniosæ litis euentum.*

15 *Transactio inita ex causa metus non substinetur.*

Emanauit hæc decisio in eadem causa duarum præcedentium decisionum.

DECISIO CCXCIV.

ITerum Domini responderunt, non constare de causis restitutionis in integrum, quia visa sunt subsistere fundamenta decisionis coram me emanatę sub die 26. Ianuarij proximi pręteriti etenim cum Federicus Attardus, secundum condidisset testamentum ad fauorem Io. Mariæ non potest hoc reuocari per tertium ab eo factum per vim, & metum de quo Domini non dubitarunt cum id benè probetur per testes in iudicio criminali
1 examinatos, † & in hoc iudicio ciuili formiter repetitos, *cap. cum in tua, versic. quanquam, & ibi glos. de test. Salic. in l. vlt. in fin. C. de quæst. Farin. de test. quæst. 66. num. 301. Mantic. decis. 103. num.* 1. & ideo secundum testamentum ad fauo-
2 rem hæredis instituti firmum remansit, † nec per tertium, vti per metum factum, fuit reuocatum, latè *Surd. cons. 373. num. 17. & seqq. Rota in hac eadem causa prima Iulij 1633. coram R. P. D. meo Chisilerio, & in Leodien. Castrorum 7. Aprilis 1636. coram R. P. D. meo Motmanno*, iura namque adeo abhorrent à similibus metus incussionibus, vt in-
3 odium inferentium timorem, † ac vim, prius disposita ad fauorem aliorum sustineri velint *glos. in cap. 2. verb. coactus ante med. versic. nec refert in hoc casu quis metus fuerit illatus de ijs quæ*
4 *vi*, † *metusue causa fiunt*, & ibi *Host. post princ. versic. coactus, Gabr. consil. 99. numer. 9. & seqq. lib. 1. Surd. d. consil. 483. num. 34. in fine, & n. 35. & seqq.*

Non obstat, quod Testatori de tempore secundi testamenti propter delirium mentis, & decrepitam ætatem datus fuerat curator, & per quam curatoris dationem, sicuti interdicta ei remane-
5 bat proprium bonorum † administratio, ita testamenti factione priuatus existebat, *Bart. in l. is cui bonis ff. de verb. oblig.*

Visum est enim cessare obiectum, tum quia non constat, quod proximiores d. testatoris, vel
6 ipse † saltem testator fuerit citatus ad actum prędictum, prout oportebat, vt deducitur in decisione, quæ reuidetur, tum etiam quia vbi sic in-
7 terdictus apparet postea sanæ † mentis, bonorum suorum administrationem, & testamenti factionem recuperat, & sicut antea potest libere de bonis suis disponere, *l. 1. C. de curator. furios. Hond. consil. 78. num. 61. lib. 2. Rota decis. 525. num. 50. par. 4. recent. & decis. 233. num. 15. & seqq. par. 5. recent.* & firmauit *Rot. in Romana hæreditatis de Gracchijs 10. Decembris 1618. coram bon. mem. Remboldo*, patet enim, quod testator communiter postea fuit habitus homo sanæ mentis, & prout talis se gessit vsque ad obitum, vt benè deponunt testes, idque etiam colligitur ex eo, quod omnia in d. secundo testamento ritè, & ordinatè disposuit, ordinata enim scriptura mentis integrita-
8 tem demonstrat sicut inordinata † mentis defectum ostendit, *Io. Andr. in cap. cum dilectus de success. ab intest. Tiraq. de legib. connub. glos. 1. par. 11. num. 7. Ant. Gam. dec. 262. num. 2. Rota coram Reuerendiss. Duran. dec. 178. n. 11. & 12.*

Quapropter cessat obiectum, quod ad validitatem d. secundi testamenti requirebatur decla-
9 ratoria sententia Iudicis super reditu sanitatis, † tum quia talis sententia non requiritur, quando stat, testatorem verè fuisse in statu sanitatis, etiā quod sanitas notoriè non apparet, *Cyn. in l. inter te, & auiam vers. sed & idem est, C. quando prouoc. non est necesse*, latè *Cald. in l. si curatorem, verbo cum non absimilis, num. 81. circa med. versic. quinimo etsi manifestum non sit C. de integ. restit. Decian. consil. 2. num. 15. lib. 3. Riminald. iun. consil. 515. num. 13. lib. 5.* tum etiam quia constito de illius sanitate de dicto tempore, prout verè constare ex prædictis Domini non dubitarunt potest ho-
10 diè ferri sententia declaratoria sanitatis, † quæ retrotrahatur ad tempus testamenti, vt illud substineatur, *Alciat. in l. is cui bonis numer. 19.* & ibi *Ripa numer. 48. vers. sed si aliter probari potest ff. de verb. oblig.*

Non obstat, quod post mortem testatoris fuerat facta transactio, ex quo dubitabatur quod nam testamentum ex tribus valere debuisset, cū ad substinendam transactionem sufficiat dubius litis euentus, immo quælibet modica occasio dubitandi, etiamsi prætensio non esset iuridica, quoniam vltra responsiones, quæ dantur in decisione, nempe quod transactio emanauit cum præsupposito, quod transigentes verè essent hæ-
11 redes, ex tertio, testamento, & quod illud esset † validum, cessante autem veritate harum causarum, cessat etiam transactio, *Surd. consil. 37. num. 11. Cæs. de Graff. decis. 1. num. 4. de transact. Gregor. decis. 149. num. 1.* nam lis, quæ contra hæredem institutum in secundo testamento mo-
12 ueri potuisset, † reputari debebat omnino dolo-sa,

sa, ac euidenter calumniosa tanquam mota ab eo, qui nullum ius in ea habebat *Castr. in l. in summa num. 3. circa med. vers. quia actor petit. quod sibi non debetur, ff. de condit. & demonstr. Crauet. consil. 152. num. 10. & 11. Cassad. decis. 7. num. 2. de dol. & contumac. Rota in Romana Transact. 13. Nouembris 1591. coram bon. mem. Orano*, & certum est, quod si habentibus per se tertium testamentum verè non innotuisset, se nullum ius habe-
13 re, vtique transactionem non procurassent, vt singulariter ponderat *Rimin. sen. cons. 102. nu. 30.*
14 *lib. 1.* & ideo transactio non substinetur † ob dubium talis calumniosæ, *Bero. cons. 136. num. 29. & consil. 178. num. 51. lib. 1.* latè *Add. ad Gregor. decis. 149. numer. 7.* cum multis in decisione cumulatis.

Respondetur etiam, quod Io: Maria eo quia fuerat hæres institutus in secundo testamento, ictu archibusij vulneratus fuerat in spatula; & ipsius domui ignem immissus ab Andrea Vassallo filio Catharinæ hæredis institutæ in primo, ac tertio testamento, ob quem metum incussum Io. Mariæ, ac etiam testatori, vt in decisione fuit ponderatum, tertium testamentum reuocatorium secundi factum fuit, & ideò sicuti tale testamentum, vti per metum factum, non valuit, ita dicta transactio facta per Io. Mariam, vti meticulosa, non subsistit, quia adhuc dura-
15 bat eadem causa metus, & viuebat, † prout adhuc viuit, idem Andreas, qui metum intulerat, vt in terminis transactionis dixit *Rol. decis. 315. num. 11. & seqq. par. 5. recent.*

Et ita vtraque informante decisum &c.

R. P. D. BVCCABELLA.

Ariminen. Fideicommissi.

Veneris 15. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Bona fuisse à testatore possessa probare debet agens ad immissionem illorum vt fideicommissarius; & quomodo eorum probetur identitas, ex ipsa decisione colligitur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius immissionem petens probare debet bona fuisse à testatore possessa, & in illius hæreditate reperta.*
2 *Testis de facto proprio eo magis probat.*
3 *Confessio probat nè dum contra confitentem verum etiam contra habentem causam ab illo.*
4 *Identitatem ad probandum quæ demonstrationes sint necessariæ.*

Præsens decisio allegatur supra in decisione 205. in cuius causa emanauit.

DECISIO CCXCV.

CVm Antonius Alexandri filius, & alij de Giorginis, & Fusconis immitti obtinuissent in possessionem petij terræ siti in contrada Vegiani tanquam subiecti fideicommissio Caroli Mercati. Commissa mihi ab huiusmodi immissione, & sententia super ea lata, causa appellationis, ac restitutionis in integrum, & dubio desuper proposito Domini responderunt constare de causis restitutionis in integrum ea præcipuè ratione moti; Quia pro parte dd. de Georginis, & Fusconis non fuit probatum prædium fuisse à Caro-
1 lo fideicommittente possessum, † & in illius bonis, & hæreditate repertum, vt erat proban. *l. fideicommissaria §. 1. ff. ad Trebell. Bald. consil. 84. circa fin. lib. 1. Castren. cons. 94. num. 2. vers. respondeo quod Alex. cons. 82. num. 13. lib. 2. cum alijs per Peregr. de fideicom. art. 44. num. 1.*

Testis enim ad hunc effectum pro Georginis examinati non loquuntur de d. petio terræ de quo agitur, sed alio prædiolo per d. Carolum in dotem dato Claræ ipsius filiæ, vt patet ex depositione sexti testis affirmantis prædium, de quo ipse loquitur fuisse per d. Carolum possessum pro indiuiso cum Augustino *vt in d. Summ. DD. de Battaglinis num. 18.* illud autem quod à prædictis pro indiuiso possidebatur erat idem quod fuit vt supra in dotem datum, *vt in eodem Summ. num. 7.* Idemque etiam probatum ex attestatione Regulatoris catastri, & ex pluribus alijs per informantes pro Battaglinis deductis, & in *dicto Summar. datis num. 13. 19. & 20.*

Præterea in omnem casum visum fuit præualere probationes DD. de Battaglinis, & ex illis satis apertè constare reuera d. terræ petium non quidem per Carolum fideicommittentem, sed per Danielem, & successiuè per Gasparem eius filium semper, & signanter de tempore obitus prædicti Caroli fuisse possessum. Id enim probatus ex instrumento diuisionis bonorum communium inter dd. Carolum, & Danielem factæ de anno 1524. in quo legitur d. petiū terræ tornat. 4. in portiones d. Danielis obuenisse, *vt in d. summ. nu. 1.* Ex Catastro in quo apparet idem terræ petium fuisse postea de anno 1547. descriptum vti possessum per d. Danielis tunc defuncti hæredes, ac etiam ex simili descriptione, ac partita alterius Catastris veteris Ciuitatis Arimini *eod. Summ. nu. 3.* & ex instrumento venditionis dato *in dicto Summ. n. 6.* in quo apparet illud prædiolum venditum fuisse Ludouico Casotto per d. Gasparem Danielis hæredem.

Et clariùs etiam probatur tam ex testibus pro dd. de Battaglinis examinatis quorum vnus de-
2 ponit † etiam de facto proprio qui de tempore obitus d. Caroli erat d. Gasparis Colonus, & sic tanto magis probat *Aym. cons. 99. n. 6. & cons. 178. num. 7. Castr. cons. 186. lib. 1. Verall. decis. 267. num. 1. par. 3. Rot. decis. 185. n. 3. par. 3. rec. Gregor. dec. 449. num. 8.* quam ex confessione eiusdem Caroli de qua in instrummento diuisionis bonorum communium inter ipsum, & Augustinum eius ex fratre nepotem *in d. Summ. num. 7.* quæ non solum
3 probat inter ipsum confitentem, † sed etiam contra dd. de Georginis qui veniunt tanquam ab eo causam habentes, *Bald. cons. 364. num. 2. lib. 2. Socc. cons. 249. num. 29. lib. 2. Aym. cons. 125. num. 2. Rota decis. 776. num. 17. par. 1. diuers. & decis. 849. n. 2. par. 2. & dec. 336. num. 22. par. 5. rec.*

Et demum probatur ex planta facta de ordine Rotæ,

Rotæ, & ex testibus, & alijs hinc inde exhibitis, ac productis iustificata, & ex alijs latè deductis per scribentes pro Battaglinis quæ DD. placuerunt.

Nec existimarunt posse de identitate dubitari cum ex demonstrationibus in d. instrumento diuisionis,& alijs de quibus supra expressis nedum optimè conueniat generalis scilicet loci in contrada Vérginiani, sed etiam duæ particulares nempè fundi Mauoni, & viæ publicæ iuxta eum-
4 dem Mauonum † quæ sunt ad hunc effectum sufficientes *iuxta doctr. Bart. in l. demonstr. falsa nu. 20. vers. & idem ff. de condit. & demonstr. Rota decis. 131. n. 5. par. 1. & dec. 118. nu. 13. par. 1. recent.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO. Sacræ Rotæ DECANO.

Eugubina erroris calculi.

Veneris 22. Aprilis 1640.

ARGVMENTVM.

Error calculi ad probandum, per non comprehensionem partitæ, ad effectum vt ex illa compensari non possit debitum quod non erat, an & quando dicatur sufficienter probatus.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio non potest dici quod cassauerit, aut remiserit debitum quod non erat.*

2 *Solutiones plures fieri possunt ad computum pretij vnius rei.*

3 *Soluens pecunias per manus alterius, ipse dicitur soluere, non autem minister, qui solum portitor iudicatur.*

4 *Error calculi vt concludenter dicatur probatus necessarium est docere quod solutiones aliter intelligi non possunt.*

Hæc decisio emanauit in eadem causa in qua habentur supra aliæ duæ decisiones sub diebus 27. Februarij, & 16. Nouembris huius præsentis anni, quæ sunt decisiones 200. & 260.

DECISIO CCXCVI.

Renouata disputatione super resolutis 27. Februarij præteriti, dictum fuit in eisdem esse persistendum; quia partitæ sc. 700. & ducat. 216. de Camera in solidationibus inter partes factis non probantur comprehensæ.

Postrema namque ducat. 216. nō legitur inter rationes computata, neque potuit computari in ordine sc. 1130. directo Mercatoribus de Donis, dum emanauit sub die 22. Septembr. 1601. Exactiones verò factæ per Zeccadorum de fructibus officij Plumbi, spectantibus ad Mutium Conuentinum fuerunt de anno 1622. qui propterea non data existentia non potuerunt in ordine supradicto comprendi.

Non obstat, quod & si prædicta summa ducat. 216. per errorem fuerit omissa, non tamen esse ponendam ad debitum Zeccadori, attenta transactione, in qua fuit remissum honorarium Francisco debitum pro patrocinijs præstitis per annos 20. in causis dicti Conuentini defendendis.

Quoniam fuit quidem remissa prętensio honorarij, verum non contemplatione exactionis ducat. 216. sed alterius partitæ scu. 700. vt legitur in Instrumento 4. Ianuarij 1627. ibi, *quo vero ad prætensionem, quam Zeccadorus habebat contra Conuentinum pro patrocinijs, & quoad partitam scut. 700. mutua compensatione remitti, & cassari voluerunt*, sub conditione tamen infra expressa, ibi, *Prout etiam conuenere dictum Michaelem Angelum teneri ad præcisius docendum, & ostendendum scuta 700. esse comprahensa in computis, seu pecunijs d. Mutio viuenti restitutis per dictum Franciscum, prout dictus Michael Angelus restituta esse asserit*; Vndè cessante partita contraposita, numquam potest dici cas-
1 satum, † aut remissum per compensationē quod non erat, *Alex. cons. 85. n. 5. lib. 3. Rota dec. 366. num. 3. cum ibi Add. coram Papa Gregor. XV.* sed remanet libera remissio honorarij cum sua causa; quatenus partita scut. 700. fuerit in computis comprehensa.

Quo verò ad partitam scu. 700. ex deductis in prima decis. satis conuincitur, declarationem Periti fuisse erroneam, asserendo esse comprehēsam in solutione scu. 1130. mediante Banco illorum de Donis, & quæ verè demonstratur non potuisse comprehendi.

Non obstant, quæ hodie replicantur pro sustinenda eadem declaratione Periti, percurrendo computum per Zeccadorum Conuentino transmissum, & asserendo non fuisse datum per partē integrum in Summ. primæ positionis, dum in partita accepti per Zeccadorum fuerunt omissæ partitæ scu. 100. & sc. 600. & inde inferebatur, Zeccadorum errasse in ponendo ad creditum Mutij dictas partitas, quæ non erant apponendæ.

Quoniam huiusmodi errores tendunt ad reuocandam propriam confessionem in epistola emanatam; Vnde debent plenè, & concludenter probari, sed vtraque partita se compatitur cum narratiua facti. Nam quod prima describatur cum sua causa, nempè, *Conuentino deue hauere da Zeccadoro sc. 100. per tanti hauuti dal Francione à conto del prezzo della Vigna vendutagli*. Et quod ex Instrumento venditionis, & seu apoca in eodem Instrumento inserta appareat; Franciónos eadē scuta Conuentino soluisse, bene se compatiuntur istæ solutiones inter se tanquam enunciatæ sub diuerso tempore, nempè facta Conuentino sub die 6. Octobris 1600. & facta Zeccadoro sub die 23. Octobris eiusdem anni, ex quo ad computum
2 pretij Vineæ potuerunt fieri † plures; & diuersæ solutiones per *l. Quinquaginta de solut.*

Quo vero ad aliam scutorū 600. error describitur ex eo, quod Zeccadorus illam non recepit à Conuentino, neque ab alio quouis pro eo, sed illam Zeccadorus consignauit in Bāco de Donis per manum Caroli eius famuli, vt legitur in partita Banchi; Vnde dicebatur, esse referendam ad proprium creditum, non antem Conuentini.

Verum quia Zeccadorus loquens in personam Conuentini, & ponens vti de pecunia Conuentini partitam dd. sc. 600. absque causa, ibi, *A di 24. Gennaro 1601. da messer Carlo nostro*, non probat errorem confessati dominij scu. 600. quandoquidem Carolus potuit inseruire de nudo portitore pecu-

3 pecuniarum, tanquam quod pecuniæ fuerint numeratæ Mercatori per manus Caroli, non tamen fuerint propriæ Zeccadori. *Bertrand.cons.282.n.2.vol.2.Magon.decis.Florent.43.n.14.*

Quare cum errores prædicti non fuerint cõcludenter probati, probando solutiones aliter in-
4 telligi non posse, prout necessarium est in hac † materia, *l.de ætate §.fin.ff.de Interrog. act. l.cum de indebito ff de probat.Surd.* latissimè *cons.202.nu.13.* meritò veritas partitarum sustinetur ad fauorem Conuentini, & per consequens de integritate cõputi non videtur hæsitandum. Et iam resoluta sunt confirmanda.

Et ita, &c.

R. P. D. PANZIROLO.
Postea S. R. E. CARDINALI.

Portuen. Stagni.

Lunæ 19. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

Directum Ecclesiæ dominium vbi ad solum effectũ recognitionis probari prætenditur admittit nè dum confessiones, solutiones canonum, & locationes, tanquam de re emphiteotica factas, verũ etiam præsumptiones, & coniecturas.

SVMMARIVM.

1 *Dominium Ecclesiæ ad effectum recognitionis probatur leuioribus præsumptionibus, & coniecturis.*
2 *Acceptatio caducitatis, eiusque subsecuta remissio cum concessione noua inuestituræ probat Ecclesiæ dominium.*
3 *Assertio, seu confessio rem esse de dominio alicuius nocet nè dum ipsis confitentibus, sed sed habentibus causam ab illis.*
4 *Recognoscere rem propriam in feudum, vel emphyteusim, quis potest, & sibi præiudicat.*
5 *Promissio soluendi canones probat Ecclesiæ dominium, & num.6.*
7 *Solutio canonis probat Ecclesiæ dominium etiam contra tertium, & num.8.*
9 *Confessio facta per responsionem ad positiones plenè probat.*
10 *Solutiones trium annorum probant, quod tempus annorum præcedentium fuit integrè solutum.*
11 *Dominium directum non probatur ex solutione aliaque recognitione, quando in illis nulla fit mentio dominij, cum actus huiusmodi fieri potuerint ex causa census.*
Intellige conclusionem procedere, vbi agitur de re vendicanda, alias secus, num.12. vbi vide.
13 *Negatiua non probatur ex generalitate verborum*
14 *Instrumentum non conficitur de actu negatiuo.*
15 *Generalitas verborum vbi postea à partibus specialiter declaratur, tunc declaratio attenditur.*
16 *Actus facti matura deliberatione, ad euitandam scilicet iam acceptatam caducitatem non possunt dici erroneè, & ignoranter confecti.*
17 *Locationes, & solutiones continuatæ excludunt errorem.*
18 *Ignarus rei propriæ nemo præsumitur.*
19 *Instrumentum vnum aliud declarat.*
20 *Creditores si habeant sui debitoris administrationem, dicuntur singulares successores.*
Ac propterea in illis facere possunt totum illud, quod ipse debitor de bonis suis facere potuisset, ibidem.
21 *Tutor potest contractum nomine pupilli ratificare.*
22 *Pupillus si maior factus instrumentum a tutore confectum produxerit, eoque vsus fuerit illud ratificasse censetur.*
23 *Laudemium debetur Domino directo pro venditione rei emphyteoticæ.*
24 *Laudemium soluitur adhoc, vt directus Dominus venditionem approbet.*
25 *Domino directo in venditione rei emphyteotica competit prælatio.*

Allegatur hæc decis. ab alia, quæ habetur supra in hac causa sub die 37. April. 1640. coram eodem Eminentiss. Panzirolo, & est decisio 222.

DECISIO CCXCVII.

Clar. me Card. Baronius vti Abbas S. Gregorij de anno 1602. acceptauit deuolutionem Stagni, de quo agitur ad fauorem d. Ecclesiæ, ex quo ab emphyteutis per nouennium cessatum fuerat in solutione annui canonis scut. 15. sed postea benignius agendo, idem Stagnum sub eodem annuo canone iure emphyteutico eisdem iterum concessit, & Io: Baptista Catalanus vnus ex inuestitis tam proprio, quam aliorum participantium nomine directum Ecclesiæ dominium agnoscens, in instrumento expressè confessus est; hoc Stagnum sibi ipsis, ac suorum anchorum filijs legitimis, & naturalibus, ac descendentibus masculis tantum, ac de legitimo matrimonio procreatis, durante linea masculina in p... et..um iure emphyteutico fuisse concessum: promittens vlterius omnes inuestitos illud ab inde citra ad instar rei emphyteuticæ retenturos, ac durantibus lineis prædictis, non solum futuros canones, verum etiam decursos soluturos præuia cessione nomine debitoris pro sc.135. Pacto insuper adiecto, quod si aliquis ex dd. participantibus hoc instrumentum ratificare recusasset, aut illud impugnasset, tunc remissio caducitatis sic recusanti, aut repugnanti non prodesset, sed illius rata ad d. Card. directum Dominum deuolueretur, qui eam in gratiam non contrauenientium alteri concedere posset, prout in Instrumento vti no- *Summ. num.* 1. Et hæc quidem recognitio, nomine omnium participantium facta, ita æqualiter ab omnibus ratificata fuit, ac successiuè ab omnibus singulæ eorum partes locatæ fuerunt, cum expressa assertione eiusdem iuris Ecclesiæ. *Summ. num.* 2. & 3.

Euenit, quod de anno 1615. ad instantiam Hospitalis S. Sixti, Francisco Piccino, tanquam vltimo, & maiori oblatori, fuit subhastata, ac deliberata portio, quam in hoc Stagno Marcus Aurelius Catalanus retinebat pro scut.750. reseruato consensu rec. me. Scipionis Card. Burghesij tunc Abbatis Proprietarij, qui de anno 1631. consensit, & condonauit laudemium Victorio prædicti Francisci emptoris filio, qui promisit soluere canonem in futurum, & seruare pacta emphyteutica, aliaq; contenta in supradicto instrumento Card. Baronij, *vt in Summ. num.* .

Cum autem de anno 1627. D. Augustinus Teu-

Teulus, alijque participantes prætenderent, quod sequuta morte d. Marci Aurelij, portio illius vendita d. Piccino per ius accrescendi ad ipsos spectaret, (quasi quod resoluto iure datoris, ius pariter emptoris dissolutum remaneret) illud coram A.C. interpellarunt ad sibi ipsis soluendum in futurum affictus pro rata à se empta. Verum cum ad instantiam d. Hospitalis S.Sixti, causa coram suo Iudice reassumpta fuisset, aduertens D.Card.Scipio hanc litem in sui præiudicium intentari, ac prætendes, quod portiones sic decedentium directo Domino, non autem participantibus acquiri deberent, obtinuit admitti ad causam pro omni suo iure, & interesse, & post litem prosequutam vsque ad ann. 1633. DD. Paulus de Quinque, & Augustinus Theulus negare cęperunt Ecclesiæ dominium, quapropter cum post obitum d. Card. Scipionis, de eadem Abbatia fuerit prouisus Eminentiss. D. Petrus Maria Card. Burghesius, placuit ad illius instantiam inquirere; An constet de dominio Ecclesiæ ad effectum recognitionis, & Dñi de eo constare responderunt ex probationibus illud necessario inferentibus † quamuis alias in hac materia sufficerent leuiores *l. indicia C. de rei vendic. Bart. in l. quidam n.4. ff. de cond. instit. Rip. in l. rem, quæ nobis, num.52. ff. de acq. poss. Paris. cons. 104. numer.103. lib. Boer. dec.42. n.2. & seqq.* & fuit resolutum *in Lauden. Deuolutionis 26. Iunij 1596. coram bon.mem. Corduba & in Romana proprietatis 18. Iunij 1601. coram bon.mem. Card. Pamphilio.*

Prima igitur probatio deducebatur ex acceptatione caducitatis, illiusque remissione postea
2 facta à Card. Baronio † cum concessione nouæ Inuestituræ tanquam de re emphyteutica *l. Censualis, vbi Bald. C. de donat. Bart. in l. Rura, C. de agr. desert. lib.11. Natt. cons.26. num.6. Siluan. cons.57. in princ.* & fuit in terminis resolutum *in d. Lauden. deuolutionis 21. Aprilis 1597. coram bo.me. Corduba.*

Secunda; ex quo Inuestiti expresse asseruerunt quod Stagnum iam antea erat de directo dominio, & proprietate Abbatiæ, quæ assertio non
3 solum est apta nocere confitentibus, † sed etiam eorum successoribus in actione personali, *Rip. in l. si aliquam rem 28. num.39. vers. & iterum subdistinque, ff. de acq. poss. Ruin. cons.50. num.11. & seqq. lib.2. Surd. cons.449. num.38.* vbi quod quis potest etiam
4 rem † propriam in feudum recognoscere, & sibi præiudicat, *Valasc. de iur. emphyt. q.9. num.18 post med. vers. cæterum, Rota dec.693. n. 2. & dec.776. num.1. par.1. diuers. & in rec. dec.249. n.3. et 290. numer.2. par.1. et dec.193. num. 2. vers. et quod magis par.2. et dec.359. num.12. vers. Quartò concurrit, et n. seqq. p.5.* & fuit dictum *in Rom. Deuolutionis 28. Maii 1631. coram R.P.D. meo Pirouano, et in Nouarien. Bonorum 15. Decemb. 1632. coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano.*

5 Tertia, ex promissione soluendi Canones decursos, & in futurum decurrendos, durantibus lineis masculorum promittentium *Rot. dec. 400. n.6. et trib. seqq. et dec.249. n.3. p.1. rec. Gr[illegible]. discept. 912. n.33. vers. præterea.*

Quarta, ex successiuis locationibus factis à participantibus cum pacto, quod locatione
6 durante, conductor teneretur annuatim soluere Abbati ratam canonis eorum quemlibet tangentis, *ad text. in l. fin. C. de iur. emphyt. Felin. in cap. cum causam, num.4. vers. est verum, de prob. Gozad. cons. 94. num.57. in fin. Siluan. cons.57. num.10. cum duobus seqq. Bursatt. cons.27. num.4. & seqq. Gabriel. de locat. concl.4. num.17. Rota in recent par.5. dec.359. nu.12.* & fuit ponderatum *in Nouarien. bonorum 9. Iunij 1610. coram bo.me. Card. Lancellotto.*

Quinta, ex continuatis solutionibus dicti ca-
7 nonis vltra spacium 30. ann. † quæ quidem solutiones de per se videntur sufficere ad probantium dominium etiam contra tertium. *Spec. tit. de emphyt. §. nunc aliqua, num.67. vers. Quinquagesimo tertio. Felin. in cap. cum Bertoldus n.28. de re iudic. Castr. in l. sicuti, §. sed si quæratur, num.8. vers. & per prædicta, ff. si seruit. vendic. Alex. cons.8. vers. præterea, vol.7. Aym. cons.434. num.5. et signanter n. 12. Seraph. dec.869. num.3. Guidop. dec.272. sub nu. 2. in fin. vers. sed præmissis non obstantibus*, vbi, quod ita seruat stylus, & consuetudo Curiarum, & quod
8 vidit † super hoc articulo tempore suo vltra centum sententias. *Caputaq. dec. 292. lib. 4. Rota dec. 290. nu.4. par.1. rec. Caualer. dec.291. n.4. vers. dabantur etiam, et dec.654. n.2. & seqq.*

De solutionibus autem visum est constare, tum ex responsioniaus Aemilij Theuli ad articu-
9 los, in quibus † fatetur à toto tempore sui recordatus fuisse solutos canones. *Dec. in rubr. extr. de probat. num.27. et seq. Greg. XV. dec.92. n.1.* Tum etiam ex ordinibus directis Banco D. Bonanni ex libris ipsius nouiter extractis cantantibus in causam canonis, & ex solutionibus pro octo postremis annis licet tres vltimæ sufficerent ad pro-
10 bandum, † quod totum decursum fuerit integrè solutum, *l. quicumque C. de apoch. publ. lib. 10. Io. Andr. in addit. ad specul. tit. de emphyt. §.1. n.38. vers. pro tribus annis, Ias. in l.2. num.135. C. de iur. emphyt. Gabr. concl.11. de præsumpt. n.2. et seqq. Rot. dec.3. de locat. in nouis,* & fuit resolutum *in Bononien. de Carnalibus 11. Ianuarii 1602. coram bo.me. Hieron. Card. Pamphilio:*

Nec obstat *Caputaq. dec.280. p.1.* in qua dicitur quod ex instrumentis locationum, solutionibus, confessionibus, ac alijs similibus adminiculis non probetur dominium; Quia vltra, quod quando agitur de eo probando ad effectum recognitionis tantum; omnes admittunt sufficere le-
11 uiores probationes ex supra citatis, † nec *Caputaq.* contradicit, fuit responsum ipsius opinionem habere locum quando in recognitione non fit mentio dominij; quia tunc potuit fieri ex causa census, vt declarat *Rota dec.420. num.3. par. 3. rec.* vel quando agitur de vendicanda re, & potest esse dubium, quod bona ab alio, quam ab Ecclesia in emphyteotam peruenerint, quia alias
12 remota hac dubitatione, † instrumenta locationum, solutiones, ac confessiones sufficienter dominium probant dominium *Rot. in rec. dec.290. n.6 et seq. et d. dec.409. n.6. p.1.* prout etiam conciliando decisiones hucusq; emanatas, apertiùs distinxit *Rota in allegata Nauarien. bonorum 15. Decemb. 1632. coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano.*

Nec pro exclusione dicti dominij visum est aliquid releuare Instrumentum concordiæ celebratum de anni 1572. inter Commendatarium Abbatem Regularem, & alios, in quo Instrumento

habuisse effectum, & literæ insertæ in instrumento protestus nihil probant contra Angelum, quia apparet illas non fuisse ab ipso subscriptas, sed à Ioanne Vincentio, qui nullam habebat facultatem, ac speciale mandatum ad obligandum Angelum pro dicta summa, vt requiritur ex supra allegatis.

Nec subsistit, quod pecunia censeatur numerata Zenobio d. Angeli procuratori, ex eo quod ipse interfuit denunciationi factæ huius cambij in libro manuali Gabellæ cambiorum ex dec. Ianuar. 26. n. 27. & 28. Quia vltra quod d. decis. loquitur de Cartulario S. Georgij, non autem de manuali Gabellæ, ibi tantum firmatur, quod statur Cartulario, quod numeratio præcesserit, donec non coſtet ex alia causa cambium factum fuisse; In proposito vero numeratio non controuertitur, sed dicitur illam fuisse factam Ioanni Vincentio, qui pecunias recepit, vt patet ex dd. literarum subscriptione ab eodem facta: non autem Angelo, vel Zenobio eius procuratori, cum neuter ex illis literas subscripserit.

Ex quibus negari saltem non potest, quin prætensum creditum in dictis duabus partitis con-
6 tentum reddatur admodum turbidum, quod † sufficit ad prætensam retentionem excludendam *Surd. dec. 46. in fin. Rot. dec. 679. num. 1. 5. par. & dec. 433. num. 2. par. 2. recent. Caual. dec. 539. num. 5. & seqq. Gregor. dec. 254. num. 3. & 4.* Ad hoc enim vt illi sit locus creditum, pro quo illam compe-
7 tere prætenditur † debet esse adeo clarum, vt nullo modo controuerti possit *Duran. dec. 197. num. 1. Rot. d. dec. 433. n. 3. par. 2. recent. & in Romana de Marescottis 24. Maij 1624. coram bon. mem. Remboldo.*

R. P. D. VEROSPIO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Toletana Decimarum de Capilla.

Veneris 1. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM.

Remissoria in causa prophana conceditur stante releuantia materiæ, & sufficit quod quoquo modo articuli faciant ad causam etiam præsumptiuè: Imò conceditur etiam secunda remissoria, quādo primi articuli fuerunt male concepti, & secundi sunt distincti, etiamsi secundi sint ijdem cum primis.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in causa prophana conceditur stante releuantia materiæ articulatæ.*
Eò fortius si testes sint examinandi in ditione, seu statu illius contra quem petitur remissoria, quia cessat timor subornationis, n. 2.
Causa Decimarum quando dicatur prophana, num. 1.
3 *Remissoria conceditur quando articuli aliquo modo pertinent ad causam & ei præbeant adminiculum etiam leui præsumptione.*
4 *Remissoria cum noua dilatione, & facultate probandi etiam super nouis, & diuersis articulis non conceditur quando quis prius obtinuit aliam remissoriā supra quam testes examinauit.*
Fallit iusta existente causa illam concedendi, num. 5. vbi n. seq. habes causam.
6 *Remissoria secunda conceditur quando articuli secundi sunt bene concepti primi verò secus etiam si per procuratoris imperitiam causa esset malè instructa & articuli secundi ijdem essent cum primis num. 7.*
8 *Remissoriam ad effectum impediendi non dicitur considerabilis suspicio calumniæ eo, quia articuli respiciant fundamenta decisionis cum hoc casu videantur concepti ad tollendas illius rationes.*
Quod eo fortius procedit si pro petente remissoria adsit assistentia iuris, & aliqua sententia, nu. 9.

Allegatur præsens decisio supra in decisione 249. quæ in eadem causa emanauit.

DECISIO CCXCIX.

IN articulis datis pro parte Serenissimi Cardinalis Archiepiscopi Toletani continebatur quod Oppidum, & Ditio de Capilla vsque ad anno 1227. liberata fuit à tyrannide Maurorum ope Regum Hispaniarum qui ex concessione Apostolica consequuti fuerint ius decimarum spiritualium in eadem ditione, ex quarum redditibus dotarunt plures Ecclesias reseruata sibi tertia parte illarum quousque anno 140?. donatu fuit Oppidum ab Henrico II. Rege Castellæ Ioanni Nunez simul cum tertia parte earundem decimarum, & continebant ijdem articuli venditionem Oppidi, & Ditionis, quam idem Ioannes fecit simul cum omnibus illius redditibus Didaco Lopez de Ruinga à quo descēdunt Duces de Bexar, & demum continebant etiam potentiam eorum ducum, amplitudinem ditionis famam negatiuam, vt illi destituti essent omni alio titulo, & priuilegio Apostolico super iure decimarum, & illius quæ percipiebantur in eodem Oppido, & ditione &c.

Cum itaque quæreretur in dubio, quod hodie proposui an esset concedenda remissoria super dd. articulis Domini responderunt illam esse concedendam, quia causa decimarum ad hunc
1 effectum extimatur prophana † in qua sufficit sola releuantia materiæ articulatæ vt tenuit Rot. *coram Puteo decis. 324. lib. 2. & decis. 6?7. n. 2. par. 1. recent. & coram Greg. dec. 174. & decis. 403.* & fuit dictum *in Valentina Decimarum de Gandia 23. Februarij* 1601. *coram Pamphilio*, quod præcipuè di-
2 cendum erat hoc casu † dum examen fieri debebat in Ditione Ducis de Bexar, ex quo cessare poterat timor subornationis testium, qui fortè posset considerari ex potentia Serenissimi Archiepiscopi, vt considerauit *Rota in Terdonen. Præpositurae 1. Decembr.* 1600. *coram Reuerendiss. D. meo Decano inter impress. decis 15. n. 6.*

Et visa fuit probari releruantia materiæ propositæ cum illa, contineat possessionem immemorabilem, & famam priuilegij, in qua consistebat fundamentum probationis, decisionis, & deducebatur pro titulo concessionis harum decimarum, atque etiam probari deberet ex eisdem articulis potentia Ducum de Bexar ex qua oriebatur suspicio vsurpationis, cuius fumus datus

fuit

fuit ex deductis contra maiores occasione iuris nominandi, quod illi petebant aduersus Ecclesiam Toletanam, vt in decisionibus factis coram Robusterio 19. Decembris 1582. & 27. Ianuarij, & 23. Maij. 1583. *impress. in 2. Par. diuers. decis.* 309. 318. *&* 343. Vnde non poterat negari rele-
3 uantia materiæ articulatæ, † cum satis esse posset ad hunc effectũ, vt articuli aliquo modo pertinerent ad causam eique adminiculum præberent etiam leui præsumptione, vt voluit *Bald. in cap. licet etiam num. 33. de probat. & tenuit Rot. in Lucana Bonorum 16. Ianuarij 1613. & Spoletana Archidiaconatus 6. Aprilis 1609. coram Caualer.* quasi releuantia materiæ non deberet plenè cognosci in concessione remissoriæ quæ pendere debebat à futuris probationibus.

Neque obstare visum fuit quod Archiepiscopus obtinuisset aliam remissoriam, & supra plures testes examinasset, quo casu non poterat con-
4 cedi noua dilatio, † & facultas probandi licet articuli essent noui, & diuersi à primis non solum propter timorem subornationis, sed etiam propter vitium varietatis, *text. in cap. sollicitudinem de appellat. & tradit Innoc. in cap. fraternit. n. 4. in fin. de test. Vital. in Clem. 2. num. 144. eod. tit.*
5 *de testam.* Quia solet concedi hæc † facultas quotiescumque subest iuxta causa illam concedendi, vt fuit dictum *coram Put. decis. 4. de dilat. & coram Sarnen. decis 82. lib. 1. & idem dictum fuit in Parisien. Pecuniaria 1. Iulii 1611. coram Lancell. inter recent. decis. 348. num. 8. par. 1. & in Bergomen. Pensionis 8. Nouembris 1624. coram bo. memor. Buratto.*

Hac verò causa probatur, quia priores articuli non erant concepti ita distincti, vt sunt qui hodie dantur, cum articulus super fama legeretur in prioribus articulis conceptus dubitatiuè non autem expressè vt hodie fit in nouis articulis, ex qua ratione dictum fuit in decisione facta in hac causa sub die 15. Dec. 1636. quod testes non plenè concludebant super eadem fama in suis depositionibus. Præterea neque in primis articulis deductus fuit certum initium huius iuris decimandi sicut continetur, in articulis, qui hodie dantur in quibus latè explicatur prima origo, & causa concessionis prædictæ cum serie totius rei gestæ quoque Oppidum de Capilla cum vniuersa illius Ditione peruenit ad Duces de Bexar, ex quibus non potuisset super illis de-
7 negari remissoria, quamuis articuli essent ijdem omninò cum superioribus, non autem diuersi vt habetur in *dicta decis. Putei 4. de dilat.* in qua pro causa concessionis nouæ remissoriæ fuit considerata imperitia Procuratoris, qui malè causam instruxerat, & fuit dictum *in adducta decis. Bergomen. Pensionis coram Buratt. & coram Caual. decis. 469. num. 3. & tradit Abb. in d. cap. fraternitatis num 8. de testam. Felin. num. 11. in 2. col.*

Non etiam obstare visum fuit quod materia deducta in articulis respiceret fundamenta deci-
8 sionis factæ in hac causa, & ita videretur concepta vt tolleret illius rationes, quia non ideò poterat impediri remissoria, neque considerabilis erat ex hoc capite suspicio calumniæ vt tenuit *Rot. in d. decis. 10. coram R. P. D. meo Decano, & in Portugallien. Pensionis 23. Martij 1607. coram eodem inter impress. decis. 338. & in Valentina Iuris sedendi 15. Martij 1638. coram Panzirolo*, præsertim cum pro parte Sereniss. Archiepiscopi non solum
9 considerari possit assistentia iuris, sed adessent plures sententiæ, quas illius antecessores obtinuerunt contra maiores Ducis, ex quibus excludebatur omnis suspicio calumniæ, vt fuit consideratum *in dicta Portugallien. & in Bononien. Census 17. Nouembr. 1616. coram Card. Sacrato, & in Augustana Sepulturæ 10. Nou. 1636. coram Gregor. inter impress. decis. 276. num. 3.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Postea Episcopo Terracinen,

Legionen. Beneficij.

Veneris 9. Decembris 1639.

ARGVMENTVM.

Agitur de manutenendo primo possessore Beneficij aduersus secundum qui docet de titulo. Possessio beneficij capta vigore vnionis restrictæ ad casum vacationis non suffragatur contra possessorem anteriorem vigore resignationis fortins stāte clausula suspensiua vnionum.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex Instrumento apprehensionis illius.*
2 *Mandatum procuræ quando præsentialiter est necessarium non probatur ex assertione Notarij.*
3 *Mandatum Procuræ ad effectum possessionis probatur ex assertione Notarij, quando constat præsentialiter de possessione capta à Procuratore vigore dicti mandati.*
Fortius si dictus Procurator pro possessione capienda produxit Scripturas, nu. 4.
4 *Mandatum Procuræ præsumitur ex productione iurium.*
5 *Conditio nihil ponit in esse.*
Possessio capta cum clausula sine præiudicio tertij, *suffragatur dummodò non probetur alium tunc temporis possedisse, num. 5. & 6.*
6 *Clausula* sine præiudicio tertij, *inserta in possessione capta non suspendit acquisitionem possessionis, licet per euentum conditionis illam resoluat.*
7 *Rot. decis. 32. coram Puteo lib. 2. declaratur.*
8 *Possessio posterior de beneficio vigore vnionis non est manutenenda in concursu anterioris.*
Imo debet prius discuti de viribus vnionis, ibid.
9 *Possessio anterior non titulata præfertur posteriori titulatæ in Iudicio manutentionis.*
Titulus non attenditur in iudicio manutentionis, sed sola insistentia facti, num. 9.
10 *Beneficium resignatum ad fauorem certæ personæ propriè non dicitur vacare, sed tantum dicitur vacare ad fauorem illius certæ personæ.*
Vnio beneficij restricta ad casum vacationis non suffragatur quando beneficium resignatur ad fauorem alicuius certæ personæ, num. 10.
Fortiùs si in prouisione rasignatarij adsit clausula suspensi-

pensiua quarumcumque vnionum, num. 11.

11 *Clausula suspensiua vnionum, siue in litteris, siue in supplicatione apposita transfert effectum vnionis post mortem resignatario.*

12 *Clausula suspensiua vnionis in resignatione beneficij apposita non dicitur præiudicialis vnioni cum possibile sit, quod resignatarius præmoriatur resignanti.*

Allegatur præsens decisio ab alia, quæ in hac causa emanauit sub die 4. Iulij 1640. coram eodem Reuerendissimo Ghisilerio in ordine decis. 252.

DECISIO CCC.

INformante tantum Francisco della Carrera Domini censuerunt illi dandam esse manutentionem in possessione beneficij simplicis in Ecclesia loci de Rebellar, quia constat de eius possessione ex actuali illius apprehensione mediante Procuratore ad id ab eo specialiter constituto in executionem litterarum Apostolicarum, & talis apprehensio probatur ex publico Instrumento, quod alio non existente in posses-
1 sione probat possessionem † ad effectum manutentionis, restitutionis & ad quoscumq; alios effectus, *Rota decis. 21. de restit. spoliat. in antiq. Caputaq. decis. 334 num. 5. par. 2.*

Nec potest dubitari de speciali mandato Procuratoris cum probetur ex assertione Notarij, ibi & virtute Procuræ quæ acta fuit coram Iusto de Leone Notario publico Apostolico in dicto Oppido de Alcala sub datum in ea die 3. Nouembris 1634. quam exhibuit &c. ex qua assertione licet non probaretur plenè mandatum si de eo præ-
2 sentialiter quæreretur, † vt in fortioribus tenuit, *Rota coram sa. me. Greg. XV. decis. 275. num. 5.*
3 bene tamen probatur, quando vt hic præsentialiter legitur de possessione de mandato eius, qui illam apprehendit *Curt. Iun. in auth. si quis in aliquo num. 54.* quem sequitur *Cagnol. num. 96. de edendo Rot. decis. 503. num. 3. par. 1. recent. & in Toletana Iuris celebrandi 10. Februarij 1620. coram bo. me. Selencien.* Tanto magis, quia idem Procurator exhibuit coram executore litteras Apostolicas ad fauorem Francisci mandantis, ex qua-
4 rum productione vbi non constaret de mandato illud esset præsumendum, *Rot. coram sa. mem. Greg. XV. decis. 44. num. 4. & decis. 176. nu. 8.* Et quamuis possessio fuerit concessa sine præiudicio ter-
5 tij, & sic censeatur tradita sub conditione, † quæ nihil ponit inesse *iuxtà decis. Putei 32. lib. 2.* hoc tamen nihil facit, cum non probetur alium tunc tempore possedisse, vnde sequitur dictam clausulam non suspendere acquisitionem possessio-
6 nis, † licet posset per euentum conditionis resolui *Paul. de Castr. cons. 452 in princ. lib. 1. Oldr. cons. 285. nu. 8. Rot. decis. 513. num. 3. par. 1. recent.* & supradictæ decisio Putei procedit alio tunc
7 temporis existen. in possessione † iuxtà intellectum *Rot. in d. decis. 513.*

Nec supradictis obstat possessio capta à Rectore Seminarij S. Floriani vigore vnionis factæ ab Episcopo Legionen. de beneficio de quo agitur vna cum alijs pluribus post obitum illa obtinentium, quia cum sit posterior ferè per sex menses post possessionem captam à Francisco illa in concursu anterioris non est manutenen-
8 & donec † vires vnionis discutiantur Franciscus anterior possessor debet manuteneri, *Rot. decis. 595. num. 8. par. 1. diuers. & in recent. decis. 649. num. 11. par. 2.* Cum in summarijssimo possessorio uon attendatur titulus; sed sola insistentia
9 facti, & anterior † possessione titulata præfertur posteriori titulatæ *Menoch. de retin. remed. 3. n. 128. Rot. coram sa. me. Greg. XV. decis. 323.* vltra quod cum vnio sit restricta ad casum vacationis quæ propriè non datur, quando beneficium resignatur ad fauorem certæ personæ, vt illi confe-
10 ratur, sed solum dicitur vacare vt conferatur resignatario, alias ius non abdicatur à resignante, illa non suffragatur in hoc casu, in quo non fuit purificata vacatio per obitum Ioannis de Sanctis, qui viuens beneficium resignauerat ad fauorem Francisci Nepotis, *Paris. de resignat. lib. 1. quæst. 4. num. 24. & seqq. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 152. & par. 11. cap. 4. num. 39. & 40. Rot. coram sa. mem. Greg. XV. decis. 159 nu. 5. vbi Add. latè, & in Camerina Parochialis 7. Februarij 1629. coram R. P. D. Carillo*, eoque magis, quia in prouisione Francisci adest clausula suspensiua qua-
11 rumcumque vnionum, † quæ siue sit apposita in litteris, siue in supplicatione transfert effectum vnionis in tempus mortis Resignatarij *Rot. decis. 38. num. 3. par. 1. recent. add. ad sa. mem. Greg. XV. dicta decis. 159.* Nec per eam dicitur illatum præiudicium considerabile vnioni
12 cum possibile sit † quod resignatarius præmoriatur resignanti, vt considerauit *Rot. penes Puteum decis. 357. lib. 1.* & fuit consideratum *in Eugubina Beneficij 15. Martij 1599. coram bo. me. Card. Pamphilio, & in Gerunden. Prioratus 11. Maij 1615. coram bon. mem. Card. Verospio.*

Et ita &c.

R. P. D. CARILLO

Postea Præside Vallisoletano.

Elboren. Iuris conferendi.

Vuneris 1. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Præsentationis obseruantia continuata per spatium annorum 40. requiritur contra Ordinarium habentem fundatam intentionem in libera collatione omnium beneficiorum suæ Diœcesis, & quomodo illa per testes aliosue actus probari possint.

SVMMARIVM.

1 *Obseruantia continuata per spatium 30. vel 40. annorum probari debet ad effectum priuandi Ordinarium de beneficiorum collatione, in qua ille habet intentionem fundatam.*

2 *Actus plures si sint vniformes probant obseruantiam. Amplia conclusionem, fortiùs procedere vbi illi apparent continuati spatio 200. annorum, num. 3.*

4 *Episcopus non est verisimile ad collationem benefi-cio-*

ctorum admisisse Priores, & Beneficiatos, si ad ipsum solum ius præsentandi pertinuisset.

5 *Præsentationis effectus eo ipso probatus dicitur quando ex persona vnius præsentati sit postea præsentatio in personam alterius.*

6 *Præsentatio vbi in vna parte effectuata iustificatur, & ita in reliquis effectuata præsumitur.*

7 *Verba* instituere, & confirmare, *promiscuè ponuntur, vnumque pro altero sumitur.*

8 *Testes deponentes de certa scientia per sensum visus effectuationem probant.*

9 *Obseruantia probatur subsecuta etiam per Testes.*

10 *Episcopus nihil potest de iure recipere pro institutione ad beneficium.*

11 *Institutio authorizabilis, quam facit Episcopus Priori, aut Parocho ad Ecclesiam præsentato illi sufficere dicitur.*

12 *Obseruantia concordiæ probatur ex solutione alijsque actibus factis in executionem illius.*

13 *Testes deponentes contra Instrumentum concordiæ debet concludere actus specificos, certo, & determinato tempore factos.*

14 *Probatio concludens, non æquiuoca requiritur aduersus Instrumentum.*

Allegatur pręsens decisio in eadem Causa in qua emanarunt duæ aliæ Decisiones, quæ habentur supra 256. & 264.

DECISIO CCCI.

PEr binas Decisiones resolutum fuerat in hac causa, sententias de Partibus reintegrationis Religionem de Auis ad quasi possessionem præsentandi ad Beneficia simplicia existentia in Ecclesijs Sanctę Mariæ de Beja, & Sancti Ioannis de Choruchæ Diœcesis Elboren. esse iniustas, ea præcipuè ratione, quia illæ fuerunt latæ contra Ordinarium, qui habet ex dispositione iuris intentionem fundatam super collatione omnium Beneficiorum existentium intra fines suæ Diœcesis, & pro parte dictæ Religionis contrarium prætendentis non docebatur de concludenti probatione, prout requiritur ad hunc effectum *Vt in Decisionibus emissis sub diebus* 13. *Nouembris* 1637. *&* 1. *Martij* 1638.

At causa super eisdem posita sub die 7. Iunij eiusdem anni 1638. quia informantes pro Religione dicebant concludenter probari dictum Ius præsentandi spectare ad eandem Religionem tàm ex Donationibus factis ab Alphonso Portugalliæ Rege de dictis Ecclesijs sub diebus 2. Nouemb. 1286. & 20. Maij 1308. ipsius Religionis Magistro, & Successoribus, quam ex Concordijs initis inter dictam Religionem, & Ordinarios Elborenses de annis 1293. & 1317. In quibus dicti Ordinarij expresè fassi fuerunt ius præsentandi ad dictas Ecclesias, & ad beneficia simplicia in eis existentia pertinere ad dictā Religionem; institutionem verò ad ipsos, & ita obseruare promiserunt, prout esse obseruatum dicti informantes asserebant spatio 200. annorum & vltra; Ideò Domini dilatarum resolutionem, & mandarunt, vt strictè informaretur super dictarum Concordiarum obseruantia: pro qua coadiuuanda fuit etiam expedita remissoria: illaq; in actis reproducta reproposui denuo causam, & hodie post tertiam repropositionem, fuit responsum. Non constare de obseruantia quoad Ecclesiam de Beja, sed constare quoad Ecclesiam de Choruche, & in hac parte recedendum à decisis: cognitio verò huius releuantiæ fuit reseruata ad particularem disputationē.

Ratio autem, quæ mouit Dominos, ad sic respondendum fuit, quia ad docendum de obseruantia concordiæ quoad Ecclesiam de Beja non datur, nisi sententia Vicarij generalis Elborensis lata anno 1492. in qua pronunciatum existit, ius præsentandi ad portionem tunc vacantem in dicta Ecclesia de Beja, spectare ad Priorem, & Beneficiatos dictæ Religionis de Auis, & in Summ. dictæ Religionis de Auis dato sub die 27. Februarij præteriti num. 22. Qui quidem actus tanquam vnicus non visus fuit sufficiens ad probandam continuatam obseruātiam, & ad tollendam assistentiam iuris coadiuatam ex depositione Testium deponentium Ordinarium Elborensem fuisse, & esse in pacifica possessione liberè conferendi omnia Beneficia vacantia in suis mensibus existentia in dicta Ecclesia nam ad hunc effectum debet doceri de obseruantia continuata per totum spatium 30. vel 40.

1 annorum, vt fuit dictum *in Valentina Boroniæ de Corte* 4. *Iunij* 1603. *coram Ortembergo relat. per adden. ad Gregor. XV. in decis.* 354. *num.* 19. *vers. & ista obseruantia.*

Quo verò ad Ecclesiam Sancti Ioannis de Coruche existimatum fuit satis constare de obseruantia Concordiæ circa pertinentiam iuris præsentandi ad Beneficia simplicia in ea existentia ad fauorem dictæ Religionis, quia dantur quam

2 plures actus vniformes, qui dictam obseruantiam bene comprobant ad tradita per *Rip. in l. qui Romæ*, *§. duo fratres, num.* 49. *ff. de verb. oblig. Alex. cons.* 5. *num.* 7. *&* 9. *lib.* 5. *Ioseph Ludou. conclus.* 38. *vers. ampliatur tertio*, maximè cum sint con-

3 tinuati † spatio 200. annorum, & vltra *Rot. decis.* 29. *num.* 2. *in fin. part.* 3. *recent. Add. ad Greg. XV. in d. decis.* 354. *num.* 19.

Primus enim actus desumitur ex prouisione vnius portionis in dicta Ecclesia Sancti Ioannis existentis facta de anno 1349. ab Alphonso tunc Episcopo, vti de beneficio vacante per obitum Stephani vltimi Portionarij, & tanquam de deuoluto ob negligentiam Prioris, & Portionariorum, dicto Summ. Religionis, num. 4.

Secundus colligitur ex Epistola Episcopi scriptā de anno 1450. in qua idem Episcopus petijt à Priore, & Beneficiatis dictæ Ecclesiæ licentiam & consensum pro permutando vno ex Beneficijs in dicta Ecclesia existentibus, vt in dicto Summario num. 7.

Tertius resultat ex litteris Episcopi confirmatorijs prouisionis Aluari Martinez factæ de anno 1459. de simili beneficio: in quibus dictus Episcopus fatetur dictam confirmationem facere ad præsentationem Prioris, & Portionariorum dictæ Ecclesiæ, d. Summ. n. 5.

Quartus oritur ex Epistola Regis, & Religionis Magistri extracta de anno 1461. in qua mandat Priori, & Beneficiatis, vt pręsentent Stephanum Pirez in Beneficio vacante per renunciationem,

nem, dicto Summ. num. 9.

Quintus depromitur ex simili Epistola Religionis Magistri scripta de anno 1463. in quo idem Magister dixit, quod fecerat gratiam vnius Portionis cuidam Aluaro, & propterea illum Priori, & Beneficiatis dictæ Ecclesiæ commendabat, ad hoc vt dictum Aluarum præsentarent, d. Summ. nu. 9. Litt. A.

Sextus prouenit ex prouisione Beneficij vacantis per renunciationem Ioannis Alphonsi vltimi possessoris facta de anno 1464. à Georgio Episcopo, in qua expresse legitur, quod dictus Episcopus dictum Beneficium contulit Nuno Aluaro ad præsentationem dictorum Prioris, & Beneficiatorum, d. Summ. nu. 5. Litt. A.

Septimus deducitur ex consimili prouisione seu confirmatione facta à Valesco Episcopo de anno 1470. in personam cuiusdam Petri Gundisalui ad præsentationem dictorum Prioris, & Beneficiatorum iuxta formam compositionis, d. Summ. nu. 5. Litt. B.

Octauus affertur de anno 1498. in quo Alphonsus Episcopus de consensu Beneficiatorum vniuit Prioratui dictæ Ecclesiæ de Coruche Beneficium vacans per resignationem, & in illo confirmauit fratrem Aluarum tunc Priorem ad præsentationem dictorum Beneficiatorum, ad quos spectare ius præsentandi asseruit, vt in dicto Summ. nu. 5. Litt. C.

Nonus datur de anno 1502. in quo Episcopus confirmauit Ludouicum Aluarez suum familiarem in Beneficio vacante per renunciationem sub spe futuræ præsentationis faciendæ per Priorem, & Beneficiatos dictę Ecclesiæ, & ideo cum quadam Epistola eos rogat, vt dictam pręsentationem facere velint, & possessionem eidem Aluaro dare sint contenti, vt in dicto Summ. nu. 7. Litt. B.

Decimus legitur de anno 1526. in quo Alphonsus Episcopus Cardinalis ad præsentationem Vicarij, & Beneficiatorum confirmauit Ioannem Baptista Cottam in Beneficio vacate per obitum Ioannis Bugallo illius, vltimi possessoris, enuncians ad eos spectare ius pręsentandi, Dicto Summ. nu. 5. Litt. D.

Vndecimus ponitur de anno 1527. in quo Prior, & Beneficiati, (& inter eos recensetur dictus Ioanne Baptista Cotta) præsentarunt ad Beneficium vacaturum Ferdinando Bugallo, vt in d. Summ. nu. 6.

Duodecimus, & vltimus actus est de anno 1544. in quo Vicarius Episcopi habuit Alphonsum Diaz pro pręsentato à dictis Priore, & Beneficiatis per obitum supradicti Ludouici Aluarez, & mandauit Instrumentum præsentationis fieri, vt in dicto Summ. nu. 8. Litt. B.

Ex quibus omnibus apparet de longeua Concordiæ obseruantia, quoad ius præsentandi ad beneficia existentia in dicta Ecclesia de Coruche ad fauorem dictæ Religionis, quia si Beneficia essent liberæ collationis Episcopi, non fuissent necessariæ præsentationes Prioris, & Beneficio-
4 rum dictæ Religionis, nec Episcopi eas admisissent cum ageretur de eorum præiudicio, *Paulus de Cittadinis de iurepat. par. 6. quæst. 37. nu. 3. Paris. de resignat. lib. 8. qu. 11. num. 38.* cum allegatis, per *Barbos. de offic. & potest. Episcop. in allegat. 72. n. 47. Rota decis. 376. par. 3. diuersor. per tot. & decis. 595. num. 2. par. 1. recent.*

Non obstat, quod dictæ præsentationes non probentur effectuatæ, & sic non releuent, quia vltra quod hodie non quæritur de earum effectuatione, sed solum de admissione iuris præsentandi, quod bene probatur ex tot, tantisque confessionibus Ordinariorum, alijque actibus supra relatis tanto temporis spatio continuatis, absque quod intercesserit aliqua libera collatio, seu prouisio Ordinarij, quod pertinet ad substinendam concordiam: visum fuit cessare obiectum ex eo, quod plures illorum sunt effectum sortitæ, & signanter illa facta de anno 1526. in personam dicti Ioannis Baptistę Cottę, & illa facta in personam Ludouici Aluarez, qui post præsentationem pariter vti Beneficiatus interfuit ad præsentandum alios, & post eius obitum fuit pręsentatus dictus Alphonsus Diaz, *iuxtà consil. Oldrad. 229. nu. 1. 2. & 3. Rota decis. 593. n. 9. par. 1. diuers. & dicta decis. 295. per. tot. par. 3. rec.*
6 Probata autem effectuatione in vna parte † censetur etiam probata in reliquis, dum de contrario non docetur ad tradita *per Bald. in l. 2. nu. 34. C. de emancip. liber. & per Abb. in cap. 1. num. 3. de Relig. domib. Paris. cons. 90. nu. 4. & 5. lib. 1. Rot. decis. 31. nu. 3. par. 4. & decis. 396. nu. 12. par. 5. recent.*

Minùs obstare dictum fuit, quod ex forma concordię Episcopi debuissent instituere præsentatos à Religione, non autem eos confirmare, prout legitur in omnibus prouisionibus quoniam placuit responsio, nempè quod verba hæc
7 *instituere, & confirmare* † sæpè promiscuè ponuntur, vnumque pro altero sumitur, vt aduertit *gloss. in can. hoc tantum in verb. instituere 18. quæst. 2. Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 1. nu. 16.*

Præterea dixerunt Domini, quod prędicta obseruantia comprobatur ex pluribus Testibus deponentibus non solum super quota decimarum, & aliorum fructuum quantitate dictæ Religioni reseruata iuxtà formam dictæ concordiæ, sed etiam super secundo articulo dicunt dictos Priorem, & Beneficiatos antiquitus præsentasse ad hæc Beneficia, & duo ex illis, nouus, scilicet, &
8 vndecimus, probant ex certa scientia † per sensum visus, & effectuationem, vt in dicto *Sum. nu.* 12. 15. & 16. Litt. A. *Innoc. in cap. cum causam nu. 2. de testib. Rot. decis. 389. num. 13. par. 5.* & in ter-
9 minis probationis † obseruantiæ *in d. decis. 234. nu. 16. par. 4. recent. vers. & depositionibus Testium.*

Quibus accedit, quod in dicta Concordia fuit etiam Conuentum, vt Religio præsentaret Priores ad dictas Ecclesias, & Episcopus institueret, & reciperet ab illis iuramentum fidelitatis, vt in dicto *Sum. nu.* 13. pro qua quidem institutione collatiua Fratres dictę Religionis soluere coguntur vnam marcham argenteam Episcopo eodem *Sum. num. 13. & 24.* vtrobique Litt. A. quæ solutio debet dici facta in vim dictę Concordiæ, quia
10 alias de iure nihil pro institutione solui deberet, vt probat *text. in c. non satis, & in c. cum in Ecclesia*
11 *de Simon.* & sufficiebat illis institutio † authorizabilis, *Lotther de re benef. lib. 1. qu. 25. nu. 12. & seq.* Idq; coadiuuatur ex Bulla vnionis huius Ec-

cle-

clesiæ de Coruche factæ de anno 1517. Prioratui Monasterij dictæ Religionis, in qua Leo Papa certioratus de dicta Concordia mandat, vt quilibet Prior teneatur soluere Episcopo, quantum ratione Concordiæ illi soluere tenebatur tempore institutionis persona ad Ecclesiam præsentata, vt in dicto *Sum. nu.* 14. ex hac namque solutione marchæ argenteæ subsecuta, vna cum præstatio-
12 ne iuramenti fidelitatis, probatur præcedentis Concordiæ obseruantia *l. ad solutionem C. de re iud. Crauett. cons.* 158. *nu.* 4. *Rot. d. dec.* 195. *nu.* 4. *par.* 3. *recent.*

His itaque sic stantibus consideratum fuit nihil aduersari posse Testes datos pro parte Reu. D. Moderni Archiepiscopi deponentes Episcopos Elborenses fuisse in quasi possessione liberè conferendi dicta Beneficia. Quia prætermissis exceptionibus, quæ dantur contra eorum personas, & examen: non visi fuerunt concludere in eorum dictis, cum non deponant de aliqua specifica prouisione liberè facta certæ personæ, ac determi-
13 nato mense, & anno, *Alex. cons.* 45. *lib.* 1. *Paris. cons.* 27. *nu.* 37. *lib.* 1. Nec de spatio temporis continuato, & necessario ad tollendam obseruantiam contrariam supra firmatam præsertim cum Alphonsus, & Henricus tunc Episcopi, qui prætenduntur liberè contulisse, essent Cardinales, & consequenter vti tales poterant gaudere Indulto, eiusq; vigore beneficia, de quibus agitur, conferre, ad hunc enim effectum concludens, & non æquiuo-
14 ca probatio requiritur, *Abb. in cap.* 2. *in fin. de Censib. Ruin. cons.* 104. *num.* 15. *lib.* 5. *Rot. decis.* 120. *nu.* 2. *par.* 2. *recent.*

DECISIO CCCII.
R. P. D. BICHIO.
Arimineñ Molendini.
Veneris 1. *Iuny* 1640.
Est impressa inter Bichio in Tomo 1. Decis. 29.

R. P. D. HIERONYMO VEROSPIO
Posteà S. R. E. CARDINALI.

Romana Census.
Lunæ 17. *Decemb.* 1640.

ARGVMENTVM.

Censuarius soluens creditoribus emptoris census succedit in locum illorum, & pro rata pecuniæ solutæ facit cessare cursum vsurarum. Debitor vt mediante delegatione dicatur liberatus requiritur quod persona delegata delegationem acceptet.

SVMMARIVM.

1 *Censu extincto fructus non debentur.*
2 *Cessionario bene soluitur, cum ille dicatur positus in locum cedentis.*
3 *Compensatio habet vim veræ solutionis.*
4 *Compensatio inducitur ipso iure ad impediendum cursum vsurarum.*
5 *Creditor anterior ratione suæ hypothecæ potest reuocare solutionem posteriori factam.*
6 *Emptor Census, si eum alteri vendiderit, & iste denunciauerit debitori venditionem, non potest eo casu debitor censum extinguere, nisi soluendo illius pretium secundo emptori, & nu.* 7.
8 *Creditoribus habentibus hypothecam super bonis censitis rectè potest per censuarium fieri solutio.*
9 *Debitor delegatus non est liberatus in præiudicium illorum, quibus delegans erit obligatus.*
10 *Debitor, vt dicatur liberatus per delegationem factam de altero suo debitore, necessaria est ipsius debitoris acceptatio.*
11 *Cessio facta citra nouationem iurium non potest importare delegationem.*
12 *Delegationis natura ea est, vt primus debitor liberatus remaneat ab obligatione qua obstrictus tenebatur, & in illius locum succedat debitor delegatus.*
13 *Exceptio* tua non interest, *semper obstare solet, siue ille cui opponitur sit actor, siue reus.*

DECISIO CCCIII.

QVæsitum fuit in dubio, quod hodie proposui, An D. Tiberius de Amolaria teneretur ad solutionem fructuum census annui scutorum tercentum, ac septuaginta, quemille simul cum Ioanne fratre imposuerunt super suo Casali, & vendiderat Alexandro pretio scutorum quinq; millium, ac trecentorum, ac quinquaginta, & Domini responderunt, Tiberium non teneri, quia probata ab eo fuit extinctio census ex pluribus solutionibus, quas ipse fecerat aliquibus creditoribus Alexandri; Vndè extincto censu, non poterant illius occasione haberi aliqui fructus, cum
1 † non extaret causa, quæ efficeret, vt licita esset illorum solutio, *argum. Text. in l.* 1. *ff. de condit. sine caus. & in l. vltim.* §. *si per mulierem, ff. de fundo dotali.* & notat ibi *Bart. & in l. fistulas,* §. *qui fundum, ff. de contrah. empt.* & in terminis huius solutionis pro fructibus census, tradit. *Boccac. in tract. de Censib. qu.* 2. *nu.* 130. & firmauit *Rota apud Verall. dec.* 103. *par.* 1. *& in Romana Census* 29. *Nou.* 1593. *cor. Card. Pamphilio.*

Et primò apparebat soluta fuisse à Tiberio de mandato ipsius Alexandri scuta tria millia, & quadringenta pluribus creditoribus, quibus idem Alexander expresse cesserat iura sua pro ea summa, ex qua cessione cum positi fuisset ij creditores in locum cedentis, effecti fuerunt DD. census
2 pro ea parte, quæ fuit illis cessa, & rectè facta fuit illis solutio, vt probatur *in lege Emptor, & in l. penult. Cod. de hæred. vel act. vend. & notant DD. in l.* 1. *ff. de reb. credit. vbi Decius nu.* 31. *Aret. nu.* 20. *Bald. in d. l. Emptor. in* 1. *notab. C. de hæred. vel act. vend. & in cons.* 63. *nu.* 1. *lib.* 2. *tradit Felician. de censib. lib.* 4. *cap. vnic. nu.* 9. & fuit dictum *in Romana Census* 10. *Iunij* 1613. *coram Card. Sacrato, & in Romana Rescissionis contractus* 18. *Martij* 1616. *coram bo. mem. Vbaldo.* Reliquam verò summam, quæ erat scutorum mille noningentorum, & quinquaginta ostēdebat Tiberius solutam fuisse à se alijs creditoribus Alexandri, nimirum Pontio Seuæ sc. centum, & octo supra mille, cuius summę ille creditor erat occasione alterius census scutorum mille, pro quibus Alexander se constituerat debitorem ex intimatione Iudiciali facta pro illius redemptione, iuxta formam traditam in Constitutione

tutione B. Pij V. secundò soluit Horatio Falco-
nerio scuta quingenta, ac sexaginta quatuor oc-
casione societatis officij, cuius etiam erat debi-
tor Alexander, tertiò soluit Angelo Clauario
scuta tricenta, ac nonaginta ex causa fructuum
alterius census, qui omnes creditores cesserunt
in actu solutionis Iura sua Tiberio, & cum illa es-
sent liquida inducta fuit ab eo tempore compen-
satio cum debito, pro quo ille obligatus erat ad-
3 uersus Alexandrum, † quæ compensatio poterat
habere vim veræ solutionis, vt probat *text. in l. si
debitor. ff. qui pot. in pign. & in l. dedisse, ff. de verb. si-
gnific. & in l. vel permutantis, ff. de verb. signific. & in
l. vel permutantis, ff. de liberali causa*, & hic effectus
4 productus fuit ipso iuris ministerio, † etiam quod
illius exceptio proposita non fuisset, cum agere-
tur, de impediendo cursu vsurarum, vt fuit opinio
Martini antiqui glossatoris, quam bene procede-
re in hoc casu notat, *gloss. in l. si constat, C. de com-
pensationibus, Bald. super ead. l. nu. 7. Salycet. nu. 2. Io.
Fabr. in §. bonæ fidei Instit. de actionib. nu. 12. Rot. dec.
53. nu. 3. part. 1. diuers. & tradit. Tindar. in tract. de
compensat. nu. 49. Couar. in cap. quamuis pactum, par. 1.
cap. 4. num. 9.*

Neque visa fuerunt obstare, quæ dicebantur
contra has posteriores solutiones, vt illæ suffra-
gari non possent in præiudicium aliorum credi-
torum, quibus idem census cessus fuerat. Hæc
enim exceptio proposita fuit pro parte D. Ioan-
nis Baptistæ Dedellini, qui erat fideiussor Ale-
xandri pro summa scutorum bis centum, & quin-
quaginta, occasione societatis officij, quæ dedi-
ta erat Olympiæ, cui hæredes Alexandri cesse-
runt pactum dicti census, sed cum creditum
Olimpiæ esset posterius tempore alijs creditori-
bus, quibus factæ fuerunt eæ solutiones non po-
tuit illa ex suo iure impedire, quin Tiberius sa-
tisfaceret eisdem creditoribus, cum illi ex sua
5 anteriori hypotheca, † poterant etiam reuocare
solutionem, quæ facta fuisset ipsi Olympiæ, vt
notat *gloss. in l. si non expedierit, ff. de bon. auct. iud.
possid. in §. 1. in verb. noceat*, & notant *DD. in l. si pu-
pillus ff. de his, quæ in feud. Creditor. & ibi Angel. nu.
1. Io. Faber. in §. item si quis in fraudem Instit. de act.
num. 22. Specul. in rubr. de oblig. & solut. col. 3. in §. ex
quo vidimus*.

Neque potuerunt eædem solutiones impediri
ex cessione, quæ facta fuit Olympiæ de parte hu-
ius census, quæ cum expressè illi facta fuisset, &
intimata Tiberio dicebatur, quod non potuisset
6 ipse Tiberius, † nisi ab ea redimere hunc censum,
auth. text. in l. nomen, C. quæ res pign. oblig. possess. &
notat ibi *gloss. in v. certior Bart. num. 1.* quorum
authoritatem sequutus fuit *Felician. in his terminis
restitutionis in Comment. de Cens. to. 2. lib. 4. cap. vnic.
num. 9. & tenuit Rot. in Romana Repetitionis indebiti
30. Aprilis, & 25. Iunij 1612. coram Reuerendiss.
D. meo Pirouano*. Hæc enim vera erant respectu
primi Emptoris census, quia si ille eum alteri
7 vendiderit, & iste denunciauerit debitori vendi-
tionem sibi factam non poterit debitor censum
extinguere, nisi soluendo illius pretium secundo
emptori, & in his terminis loquebatur Felicia-
nus, & hoc etiam decisum fuit in dictis Decisio-
nibus, sed non potest Dominus census ex cessio-
ne, quàm fecit creditori suo, præiudicare alijs
creditoribus, qui habebant iura anteriora, quia
8 ratione hypothecę, † quæ competit eisdem credi-
toribus super bonis grauatis onere eius census,
rectè potest fieri illis solutio, vt tenet *gloss. in l. non
expedierit §. primo de bonis auth. iud. possiden.* & fir-
mauit *Rota in Romana Census 26. Nouembris 1601.
coram Card. Millino in 2. parte recent. dec. 48. num. 8.*
in qua hac ratione responsum fuit *auth. gloss. in d.
l. nomen, & in eadem causa 17. Nouemb. 1607. co-
ram Greg. inter impress. dec. 347. num. 11. & in Ro-
mana Pecuniaria 1. Iulij 1613. coram bo. me. Card.
Verospio*, & tradit *Surd. cons. 436. num. 10.* vbi ex-
9 pressè tenet, † quod debitor delegatus non sit li-
beratus in præiudicium illorum, quibus delegans
erat obligatus: Præterea neque ex ea cessione fa-
cta Olympiæ dici poterat inducta nouatio cum
Tyberius non acceptauerit delegationem sibi fa-
10 ctam, † quæ acceptatio necessaria fuisset in pri-
mis, vt Alexander diceretur liberatus, *vt in l. 1.
Cod. de nouat. & considerauit Rota in dicta Romana
Pecuniaria coram Card. Verospio*; Imò illa facta fuit
11 citra nouationem Iurium Olympiæ, † quod
etiam ostendit, vt Olympia voluerit habere ob-
ligatum Alexandrum, & repugnabat naturæ de-
legationis, quæ est, vt primus debitor sit libera-
12 tus † obligatione, qua obstrictus erat Creditori,
& in eius locum succedat debitor delegatus *in l.
3. Cod. de nouat. in §. quod si delegatione facta, & in l.
si rem, §. vltim. ff. eod. tit. notat gloss. in l. quamuis, §. si
mulier apud primum, ff. ad Senat. Consult. Velleian.
Ias. in l. singularia num. 36. & ibi etiam Decius nu. 26.
ff. si cert. petat.*

Non etiam obstare visum fuit, quod in impo-
sitione census præscripta fuisset certa forma, quæ
seruari debebat in illius extinctione, vt nimirum
pecuniæ deponerentur in S. Monte Pietatis, &
conuerti deberent in emptionem bonorum im-
mobilium, quæ starent loco cautionis pro eui-
ctione Palatij, quod ipse alteri vendiderat, & ex
cuius pretio emerat huuc censum à Tiberio. Hæc
enim conditio requisita fuerat ab emptoribus
eiusdem Palatij, quorum iura non poterant suf-
fragari Olympiæ. Vndè meritò opponi poterat
exceptio, *tua non interest*, quæ semper obstare so-
let tam si ille, cui opponitur si actor, & ius suum
prosequatur in iudicio, quam si sit Reus, & ex-
cipiat, vt probat *text. in l. ille, à quo, ff. ad Senat. Con-
sult. Trebell. & in l. si ex conuentione, C. de pact.* & no-
tat ibi *Dec. nu. 1. in fin. Alex. in d. l. ille nu. 3. Cephal.
cons. 133. nu. 39.* & tenuit *Rot. coram Greg. decis.
396. num. 2.*

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.
Sacræ Rotæ Decano.

Barchinonen. Administrationis.

Lunæ 17. Decembris 1640.

ARGVMENTVM.

Ecclesiæ bona, & prouentus cum æquè debeant ad-
ministrari per Priorem, & Canonicos eiusdem
Ecclesiæ, actus contrarij ab vno in pręiudicium
aliorum facti propter resistentiam iuris, non di-
cuntur considerabiles ad acquisitionem possessio-
nis illius.

SVM-

SVMMARIVMA.

1 *Negatiua defectus actorum iudicialium plenè probatur eo ipso, quod non legitur in processu id quod de. esse præsupponitur.*
2 *Administratio bonorum, & redditum Ecclesiæ de iure æquè spectat ad Priorem, & Canonicos.*
Amplia conclusionem fortius procedere, vbi concurrit obseruantia, & status antiquus eiusdem Ecclesiæ, n.3.
4 *Actus facti ab eo cui ius resistit, & in concursu, cum actibus alterius cui ius assistit inferre non possunt ad acquisitionem possessionis in præiudicium illius.*

Hæc Decisio emanauit in eadem causa Barchinonen. Administrationis, quæ habetur supra coram Reuerendiss. Cerro dec. 233.

DECISIO CCCIV.

PRriore non informante sub die 6. Iunij præteriti fuit resolutum, administrationem bonorum, redditum, ac iurisdictionalium Ecclesiæ S. Annæ Ciuitatis Barchinonen. simultaneè ad Priorem, & Capitulum spectare, pertinere, & cum eadem decisione emanauit sententia Rotalis ad fauorem Capituli, & Cononicorum. Causa exinde deuoluta in gradu appellationis, quæsitum fuit de validitate, & iustitia eiusdem sententiæ, & adhuc Priore non informante fuit responsum pro confirmatione.

Quoniam validitas non fuit controuersa, cessante Prioris contradictione, & nihilominus ex reuolutione actorum plenè, & concludenter probatur, quandoquidem negatiua defectu actorum
1 iudicialium † eo ipso probatur, quando non legitur id, quod uullitates inferre præsupponitur, *Bart. in l. fin. Cod. de reb. credit. Alciat. reg. 3. par. 16. Hercul. in tract. quis teneatur prob. neg. n. 167. & 176. Rol. cons. 1. nu. 72. vol. 1. Becc. cons. 40. nu. 2.*

Iustitia est etiam patens ex fundamentis decisionis causæ. Vera est enim conclusio, quod ad-
2 ministratio bonorum, & redditum Ecclesiæ de iure spectat ad omnes simul Priorem, & Canonicos, siue agatur de Regulari, *c. nouit, c. quanto, c. ea noscitur de his quæ fiunt à Prælat. sine consen. Capit.* siue de sæculari, *gloss. in c. penultim. verb. Assisios de Cler. non resid. Rot. dec. 183. num. 1. part. 1. recent.* & in præsenti absque hæsitatione videtur firmandum, vbi concurrit antiquus status huius Eccle-
3 siæ Regularis, † & obseruantia tàm ante sæcularizationem, quam post, subsecuta administrandi simultaneè per Priorem, & Canonicos, cum quibus in similibus terminis Domini transierunt *in Vicen. Parochialis 323. nu. 7. part. 2. recent. & in Gerunden Administrationis 252. num. 1. par. 5. recent.* & exinde confirmata in eadem 30. *Aprilis* 1632. *coram D. meo Merlino.*

Et quamuis post sæcularizationem dentur aliqui actus facti per Priorem solum absque Capitulo, non inde sequitur derogatum fuisse simultaneè, vt bene in decisione causæ respondetur, quinimò etiam si plures essent, attamen tanquam
4 facti ab eo, cui ius resistit, & in concursu cum actibus Capituli, cui ius assistit, nunquam potuerunt possessionem considerabilem acquisiuisse ad priuationem Iuris Capituli, *Bald. in cap. querelam num. 17. de elect. Surd. pluribus comprobans consil. 323.* quem sequuta est *Rota in Aprutina Iurisdictionis 18. Martij 1637. coram D. meo Dunoz.* Et ità &c.

R. P. D. ROIAS

Postea Episcopo Tarraconen.

Legionen. Canonicatus.

Veneris 14. Decembris 1640.

ARGVMENTVM.

Resignationem Beneficij non fuisse publicatam iustificare tenetur ille, qui sub hac narratiua tale beneficium impetrauit, nec de ea satis apparere dicitur ex diligentijs factis in Cancellaria, & in Camera, quinimò nec per expeditionem litterarum factam post tempus à Summorum Pontificum Constitutionibus, quoties agitur de possessore triennali.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium impetrans ob non publicationem tenetur negatiuam plenè, & concludenter probare.*
2 *Negatiua non publicatæ resignationis probatur per diligentias factas in Cancellaria, & in Camera, intellige vt nu. 4. & seqq.*
3 *Negatiua non publicationis probatur per expeditionem litterarum post tempus à Constitutione præfixum, & nu. seqq. vbi vide.*
4 *Publicatio resignationis beneficij præsumitur per cursum triennij.*
5 *Citatio emanata à Iudice carente iurisdictione non valet possessionem interrumpere.*
6 *Regula de triennali possessore quando sibi locum vindicet.*
7 *Possessio vt dicatur interrupta requiritur, vel in illa vel in illius fructibus perturbatio.*

DECISIO CCCV.

POst tertias decisiones in hac causa emanatas, sub die 27. Aprilis præteriti fuit resolutum gratiam Gonzalez ob non factam publicationem non esse iustificatam stante triennali possessione Francisci Gabral per quam præsumitur fuisse obtentam restitutionem ad publicandum ex adductis in dicta decisione, nec possessionem dicti Francisci fuisse interruptam per citationem exequutam de anno 1636. & sic ante completum triennium cum possessio Francisci fuit capta de anno 1634. ex quo dicta citatio non induxit molestias iudiciales, nec de facto.

Cui resolutioni non acquiescente Gonzalez, vt illi morem gererem, proposui dubium an dicta gratia Gonzalez ob non publicationem esset iustificata, & eo solum informante DD. Negatiuè resoluerunt non recedendo à decisis sub dicta die 27. Aprilis præteriti.

Ex quo Gonzalez, qui impetrauit Canonicatum

1 tum ob non publicationem † tenetur istam negatiuam plenè, & concludenter probare, vt per *Paris. de resign. lib.11. qu.6. nu.71.* qui plures Rotæ decisiones cumulat *Garz. de benef. par.11. cap.3. nu.* 308. eamque esse probatam aiebat Gonzalez
2 tam per diligentias per eum † factas in Cancellaria, & in Camera, *iuxtà dec. Greg. XV.* 139. *nu.* 5. 216. *num.* 9. quam etiam per expeditionem litterarum pro parte dicti Frãcisci secutam post tem-
3 pus † præfixum à Constitutione Gregor. XIII. pro facienda publicatione *Greg. XV. dec.* 210. *n.* 4.

Attamen stante triennali possessione d. Francisci gratia Gonzalez remansit iniustificata, &
4 inefficax, † cum per cursum triennij præsumatur publicatio, *Paris. de resignat. lib.11. qu.14. num.16. Garz. de benef. par.1. cap.2. nu. 13. Rota in Ripana Beneficij 15. Decemb.1599. coram Sacrato, relata per Garz. vbi proximè.*

Nec possessio Gabral. remansit interrupta per
5 citationem exequutam de anno 1636. quia dicta citatio emanauit à Iudice carente Iurisdictione ob literas non expeditas saltem intra terminum ad articulandum, vt per *Sarn. in reg. de annali qu.* 43. *nu.*8, *Caputaq. dec.* 37. *num.*5. *par.*3. cum citatio fuerit exequuta de mense Iunij 1636. litteræ verò Gonzalez fuerũt expeditæ de mense Martij 1637. possessionem verò Francisci fuisse captam per tres annos ante quã propter cum dictus Franciscus reus ante dictum terminum ad articulan-
6 dum fuerit triennalis pacificus possessor, † bene Gonzalez obstat *reg. de trienn. iuxt. dec. Caputaq.* 37. *nu.*5. *par.*3. *Sarn. in reg. de triennal. qu vlt.* Cum ad
7 hoc vt interrumpatur pacifica possessio † requiratur perturbatio in ipsa possessione, vel fructibus, *iuxt. Text. in l. cum nemo, C. de acq. poss. Guidop. cons.*171. *col. fin. Domin. in cap. eum qui de præb. lib.6. Gomez. in reg. de annal. poss. qu.* 45. *vers. breuiter circa fin.*

Et ità resolutum contra Andelelmum Informante.

R. P. D. PEVTINGERO.

Cracouien. Pecuniaria.

Veneris 18. Maij 1640.

ARGVMENTVM.

Remissoria denegatur stante irreleuantia, & inuerisimilitudine articulorum maximè si concurrat suspicio calumniæ, quæ oritur ex longæua causæ agitatione in partibus.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria denegatur stante irreleuantia articulorum.*
2 *Fideiussio conditionalis conditione non impleta nullam habet validitatem.*
3 *Ablatiuum absolutum importat conditionem.*
Dictio, sub, ablatiuo absoluto addita magis conditionem stringit, num. 3.
4 *Facultas alicui concessa mutandi pecunias alteri, non tribuit facultatem recipiendi pecunias mutuo à tertio ad effectum illas mutuandi.*
Mutuatio pecuniæ ab Ecclesia recepta censetur alienatio, num. 4.
*Alienatio facta ab Ecclesia sine solemnitatibus infringit obligationem, & hypotecam, nu.*4.
5 *Remissoria negatur, quando probatio potest fieri per scripturas.*
6 *Remissoria stante inuerisimilitudine materiæ articulatæ denegatur.*
7 *Remissoria ex suspicione calumniæ denegatur. Suspicio calumniæ arguitur quando petitur remissoria, & causa per longum tempus fuit in partibus agitata cum probabile sit in partibus meliores probationes factas fuisse, quæ fieri potuerint, num.* 7.

Decisio ista est in eadem causa in qua sequens emanauit decisio.

DECISIO CCCVI.

CVm Prior, & tres Conuentuales Monasterij Tynecensis Ordinis Sancti Benedicti Cracouieñ Diœcesis, vti Commendatario Abbati eiusdem Monasterij tunc Cardin. Macieiouski Episcopo Cracouiensi in expensis subuenirent, mutuo acцepissent à D. Nicolao Zebrzydouski Palatino etiam Cracouieñ florenos Polonicos 8000. ac pro restitutione huius summæ fructus mensæ Abbatialis sub ratihabitione futuri Abbatis obligassent, quam tamen obligationem sequentes deinde Abbates vna cum moderno à viginti annis citra impugnarunt, causa hodie ad Rotam per appellationem à sententia Reuerendiss. D Nuncij delata, qui pro inualidatione dictę obligationis pronunciauit mihique commissa, datis pro illa validanda, nonnullis articulis per Ioannem filium dicti Nicolai, quibus probare nitebatur, dictam Abbatiam habere mensam Abbatialem à Conuentuali distinctam, & consuetudinem in illis partibus vigere, quod Regulares de fructibus liberè disponere, eosque ad sui libitum valeant obligare.

Propositoque hodie dubio, an sit danda remissoria, Domini negatiuè responderunt. Quia quotiescumque articuli sunt irreleuantes, remissoria denegatur, *Ludou. decis.* 91. *num.* 3. *& decis.* 316. *num.* 1.

Irreleuantia verò ex eo deducebatur, quod data etiam probata distinctione mensarum Conuentualis, & Abbatialis, ita quod Monaci percipiant fructus bonorum Conuentualium, eosque annuatim diuidant inter se, ac liberè de illis seorsim Abbates disponere possint in vsus sibi bene visos. Nihilominus, siue liceat ipsis regularibus tanquã singulis, vel vt vniuersis, prout repræsentant Conuentum, disponere articuli pro parte Ioannis dati non releuant. Quia si vt singuli se obligarunt, chirographum obligationis datum loquitur de obligatione totius Conuentus sub ratificatione futuri Abbatis (Abbatia enim tunc vacabat) de qua ratificatione non solum non docetur, sed etiam hac ratione impugnatur ista fideius-
1 sio, & sic non interueniente consensu, † remansit conditionalis, nec vllam habuit validitatem, *Caputaq. decis.* 205. *num.* 3. cum prædicta verba

vigo-

vigore ablatiui absoluti, importent conditionem,
2 attenta præsertim dictione (*sub*) quæ magis stringit conditionem, *l. 3.ff. de in lit. iurand.* Imò tali casu iudicium contra Monachos obligatos esset dirigendum, non contra Conuentum: Si verò dicuntur se obligasse, prout repræsentant Conuentum, & sub tali forma à D. Palatino conueniatur conuentus obligatus promissione Monachorum, de quibus in apoca, articuli minus videntur releuare, quandoquidem ex tenore eiusdem apocæ, Monaci capitulariter obligati facultatem dederunt nominatis in apoca mutuum dandi Card. Cracouiensi summam florenorum 12000. de fructibus Abbatiæ sub ratificatione futuri Abbatis, quare cum de prædictis fructibus non adessent, nec fuerint dati nisi 4000. ac reliqua 8000. non fuerint de fructibus, sed accepti mutuo à tertio, nimirum à D. Palatino, clarum est quod facultas dandi de fructibus non potest extendi ad accipiendum mutuo à tertio, & ad obligandum mensam Conuentualem sine noua licentia Superioris illius Ordinis Regularium,
3 ac aliorum Monachorum, † qui essent capitulariter congregati, prout factum fuerat in Instrumento de mutuando Cardinali dictam summam florenor. 8000. de fructibus Abbatiæ, *c. edoceri, vbi Card. & Ant. de rescript. Gemin. cons. 10. propè fin.* Itaque huiusmodi mutuo acceptio semper censetur alienatio, quæ cum in præsenti casu careat debitis solemnitatibus, obligationes, & hypothecę resoluuntur, *cap. sine 12.q.2 cap. 1. de reb. Eccl. non alien. Feder. de Sen. cons. 29. num. 2.*

Nec Dominis visum est obstare, quod in articulo tertio ponitur de fama Indulti ab Apostolica Sede concessi Monacis Regni Poloniæ, vt possint fructus accipere, & inter se diuidere non obstante, Constitut. Pauli II. Quia cum de hac facultate docere possit per scripturas, & ipsius Indulti exhibitionem, intrat conclusio, quod re-
4 missoria denegatur ad probandum id, quod probari potest per scripturas *Rot. decis. 314. n. 1. par. 1. recent. Ludou. dec. 253. n. 2. & 3.*

Denique dato, & non concesso, quod Monaci possint disponere de fructibus inter ipsos distributis articulus adhuc non releuaret, quia non ponit, quod possint obligare fructus ipsius Conuētus in genere pro mutuo tertij sine causa, quod ipsam alienationem sonat iuxta Constitutionem Pauli II.

Considerabant etiam Domini, articulos esse admodum inuerisimiles. Quia continent consuetudinem contrariam dispositioni iuris communis, & aduersam ipsius Nicolai confessioni, qui in alijs articulis datis corā Reuerendiss. D. Nuncio Sanctissimi in Regno Poloniæ deduxit, datam fuisse san. mem. Clementi VIII. supplicationem pro approbatione huius contractus; Vndè etiam ex hoc capite inuerisimilitudinis venit remissoria deneganda, *Ludouis. dec. 523. n. 4. Caualer. dec. 208. n. 2. Rot. dec. 366. n. 11. par. 6. recent.*

Prout parum probabile est aliud, quod articulatur, pecunias mutuò acceptas, fuisse à Cardinali fideiussoribus Monacis restitutas, cum potius Palatino mutuanti forent restituendæ.

Demum olet calumniam petitio remissoriæ hodie, postquam causa longissimo temporis spatio in partibus fuit agitata; Vnde etiam remissoria solet denegari, vt dixit *Rota coram Ludou. dec. 211. num. 4. & ibi Adden. Caualer. decis. 87. num. 2. & decis. 235. num. 10. dec. 146. num. 3. par. 5. recent.* Cum probabile sit in partibus meliorem, quæ fieri poterat, probationem fuisse factam, vt dixit *Rota in Perusina de Alphanis 29. Maij 1634. coram D. meo Dunozetto, & in Bononien. de Manzolis 13. Apr. 1631. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Ex quibus Domini dixerunt remissoriam esse denegandam vtraque parte informante.

R. P. D. PEVTINGERO.

Cracouień Pecuniaria.

Lunæ 26. Nouembris 1640.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Conuentus non tenetur ex obligatione facta à Monachis absque solemnitatibus præsertim ex fideiussione quæ eis est prohibita.*
2 *Obligatio conditionalis euanescit conditione non impleta.*

Allegatur præsens decisio in antecedenti.

DECISIO CCCVII.

Domine concorditer, & indubitanter responderunt, sententiam Reuerendissimi apud Regem Poloniæ Nuncij esse confirmandam. Quia eius validitas non controuertitur, & iustitia est satis clara. Quandoquidem obligatio trium Monachorum Monasterij Tynecensis de restituendis 8000. florenis à D. Palatino Zebrzydouski bon. mem. Card. Episcopo Cracouiensi mutuo datis ex defectu requisitæ solemnitatis, nimirum consensus maioris partis Capituli, ac Superioris licentiæ obligandi Conuentum, ac futurum Abbatem, minimè sustinetur, cum resoluatur in
1 fideiussionem † Religiosis prohibitam, pro qua Conuentus nullatenus tenetur, *Textus est clarus in cap. quod quibusdam, & ibi DD. communiter de fideiuss. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 11. q. 2. Molin. de iustit. & iur. tract. 2. disput. 540. numer. 19. Bonaccin. de contract. disp. 3. quæst. 9. punct. 2. num. 2. Bellet. disquisit. Cleric. par. 1. tit. de disciplin. Cleric. §. 32. n. 7. Surd. de alim. tit. 8. priuil. vlt. nu. 1.*

Vltra quod conditio, sub qua 10. Ianuarij 1605. obligatio huiusmodi fuit contracta, quo tempore Abbatia Tynecensis vacabat, loquitur sub ratihabitione futuri Abbatis, quæ nunquam fuit secuta, immò per successores Abbates hucusque semper ipsa obligatio impugnata; Hæc itaq; conditione deficiente, remansit etiam ex hoc
2 capite nulla, & inualida *ad text. in l. necessario, ff. de peric. & commod. rei vendit. l. pecuniam, ff. si cert. pet.*

pet. Cephal.conf. 118. *num.*11.*lib.* 1.*Roland.conf.*63. *num.* 61.*cum seq. lib.* 4.*Surd. decis.*209.*num.*1.& rationibus fusius in mea Decisione in hac causa Veneris 18.Maij præteriti demonstratis. Adeout Reuerendissimus Dominus Nuncius Abbatem, Conuentum, & Monachos à tali obligatione iure merito pronunciauerit esse absoluendos. Quã sententiam inquam Rota hodie vnanimiter approbauit, etiam non curante informare Domino Zabrizydouski, licet sæpissimè citato, cum fuisset à die 4.Iulij (quo die causa ad eius instantiam fuit dilata) hucusque expectatus.

GLORIA IN EXCELSIS DEO, ET IN TERRA PAX.

F I N I S.



INDEX
RERVM, ET MATERIARVM
LOCVPLETISSIMVS
SACRAE ROTAE ROMANAE
DECISIONVM
A PAVLO RVBEO I. C. ROMANO
SELECTARVM.
ALPHABETICO ORDINE DIGESTVS.

A

Actus

Agna-

Appel-

AVIA

Bo-

Ille

Ci-

COM-

Con-

CONFINIA.

CONFIRMATIO.

CONGRVA.

CONIECTVRA.

in

D

DE-

Dispo-

Do-

Do-

E D I C T V M.

E D V C A T I O.

E F F E C T V S.

E F F E C T V A T I O.

E L E C T I O.

E M E N S.

Ex-

Tunc

F OE V D V M.

F O R E N S I S.

F O S S V M.

F O V E A.

F R A T E R.

Fru-

G

S. GREGORIVS.

H

HABILITAS.

HABITATIO.

HABITVS.

HÆREDITAS.

HÆRES.

HISTORICIS.

HOMO.

HONORIS.

HYPOTHECA.

I

IACTARE.

IDENTITAS.

inhi-

Iurispa-

IVSTITIA.

L

LÆSIO.

LAICVS.

LAVDEMIVM.

LAVDVM.

LEGALITAS.

LEGATVM.

Lit-

MANVTENTIO.

Ma-

MVLTA.

MVLTIPLICI.

MVTVATIO.

N

NARRATA.

NECESSITAS.

NEGATIVA.

Nota-

O

OBITVS.

OBSERVANTIA.

ad Ob-

POSSESSOR.

POSSESSORIVM.

POSSIDENS.

Fal-

PRÆSENTIA.

PRÆSTATIO.

PRÆSVMPTIO.

Pro-

PROCESSVS.

PROCVRATOR.

PRODVCTIO.

PROFESSIO.

PROGENIES.

PROOEMIVM.

PROHIBITIO.

PROLIS.

PROMISSIO.

PROMITTENS.

PRONEPOTES.

PRONOMEN.

PRO-

Q

QVÆRELA.

QVALITAS.

QVANTITAS.

QVARTA.

QVIETANTIÆ.

QVINTIANVS.

R

RASVRA.

RA-

RATA.

RATIFICATIO.

RATIO.

RECIPROCA.

RECOGNOSCENS.

RECOGNITIO.

Re-

Re-

RENOVATIO.

RENVNCIATIO.

Reus

Scri-

SAECVLARIZATIO.

SAEPES

SENEX

SENTENTIA.

SERMONES.

SIGNATVRA.

SIMVLATIO.

So-

STY-

Tem-

TESTATOR.

Testa-

TESTIS.

VOCA-

V

VERISIMILITVDO.

VERITAS.

VERSIO.

VIA EXECVTIVA.

Vo-

IN-

INDEX
DIVERSARVM DECLARATIONVM
In præsenti Volumine contentarum.

Circa Leges.

Circa Concilia.

Circa

Index Declarationum.

Circa Constitut.

Circa Decisiones.

Circa Doctores.

Circa Statuta.

Statuta Religionis Hierosolymitanæ.

Sta-

FINIS.